Gonzalez Irregul. S. Cæcilia

A
20-81

175

Sala A
Palchetto 220
81

B. a. 3. 6.

№ 1
9-812

i 11848984

175

Sala A
Estante 920
81

13.a.3.6.



L 11848984

del Colleg.io dela Compañia de Jesus de Granada R/7668

DILVCIDVM AC PERVTILE GLOSSEMA,

SEV COMMENTATIO AD REGVLAM OCTAVAM CANCELLARIAE,

DE RESERVATIONE MENSIVM, & Alternatiua Episcoporum.

Diligentissimè elaborata per HIERONYMVM GONZALEZ, *I.C. Hispanum, ex oppido de Arnedo Diœcesis Calagurritanæ Ortum, & in Romana Curia integerrimum Aduocatum.*

Opus sanè, omnibus vtriusq; iuris professoribus perquàm necessarium.

Omnem prorsus reseruatoriam materiam, Ac totius rei beneficiariæ florem, amplectens.

Accesserunt etiam mirabiles Annotationes, contra nullitates, & attentata, in causis beneficialibus. Vbi quamplura de stylo Curiæ & Hispaniæ, scitu digna, inseruntur.

Cum breui totius operis Compendio, & copiosissimo Indice.

Et cum Priuilegijs S.D.N. Clem. VIII. & Philippi III. Hispaniarum Regis, aliorumquè Principum.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ROMAE, Ex Typographia Stephani Paulini. MDCIV.
Cum Superiorum permissu, & authoritate.

Imprimatur si placet R. P. Magistro Sacri Palatij
B. Gypsius Vicesgerens.

Ego Andreas de Rueda Ricco S. D. N. V triusq; signaturæ Referendarius, & Canonicus Doctoralis Ecclesiæ Corduben. &c. De ordine, & commissione Reuerendiss. Patris Magistri Sacri Palatij Vidi totum hunc librum. Dilucidum, & perutile Glossema, seu commentatio ad regulam Octauam Cancellariæ, nuncupatum, diligenterq; consideraui, & nihil contra fidem, bonos mores nec contra Sedem Apostolicam, inueni. Ac videri meo, est opus non solum vtile, verumetiam valde necessarium, omnibus vtriusq; iuris professoribus, practicis, & theoricis. Magno namq; ingenij acumine, dicendi facilitate, ac claritate, & doctrinarum vbertate, Auctor materiam præfatam declarat. ac difficillimas, & nouas quæstiones proponit, disputat, & resoluit, & contrarias opiniones ad concordiam, eruditione maxima reducit: Ita vt ex illius impressione non modica resultabit communis vtilitas: Præsertim quia nemo hactenus de ista materia admodum difficili, & quotidiana scripsit. Quapropter si placet Reuerendiss. P. Magistro Sacri Palatij imprimendum censeo. Romæ die 31. Ianuarij an. 1604.

Andreas de Rueda Ricco manu propria.

Imprimatur.

Fr. Io. Maria Brasichelen. Sacri Palatij Apost. Magister.

Deinde cum (inchoata iam impressione) Auctor supplicaret Sanctiss. D. N. Clem. VIII. pro Priuilegio, vt nullus illo inuito posset imprimere, nec vendere dictum librum, Idem Sanctissimus remisit d. opus videndum, & referendum ad sapientissimos & Illustriss. DD. S.R.E. Cardinales SERAPHINVM OLIVARIVM, ET HIERONYMVM PAMPHILIVM, *qui totum illud diligentissime viderunt, & approbarunt. Ac perutile, & necessarium esse Sanctissimo retulerunt, vt ipsemet S. D. N. in suo breui ratione dicti Priuilegij concesso, declarat, prout sequitur.*

CLE-

CLEMENS PAPA VIII.

AD futuram rei memoriam. Cum ſicut accepimus dilectus filius Hieronymus Gonzalez Presbyter, oppidi de Arnedo Calagurritañ. Diœceſis, Familiaris noſter. Vtr. Iur. Doctor. & in Romana Curia Aduocatus, quendam librum ab eo compoſitum, Gloſſema, ſeu Commentatio ad Regulam Octauam Cancellariæ de reſeruatione menſium, & alternatiua Epiſcoporum, nuncupatum: Quem dilecti filij Seraphinus Oliuarius, & Hieronymus Pamphilius S.R.E. Cardinales, Iuſſu noſtro perlegerunt; ac perutilem eſſe nobis retulerunt, typis cudi facere prætendat. Vereaturque ne poſtquam in lucem prodierit, alij qui ex alieno labore lucrum quærunt, hunc ipſum librum typis cudi facere curent, in ipſius Hieronymi Auctoris præiudicium. Nos dicti Hieronymi indemnitati, ne ex impreſſione huiuſmodi nimium diſpendium patiatur, pro uidere, ipſumque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes. Et a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pænis a Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes: Supplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati: Eidem Hieronymo, vt decennio proximo a primæua. d. libri (dummodo antea a Magiſtro Sacri Palatij approbatus ſit,) impreſſione, computando durante; nemo tam in vrbe, quam in vniuerſo ſtatu noſtro Eccleſiaſtico, mediate, vel immediate nobis ſubiecto, librum ſupradictum ſine ſpeciali dicti Hieronymi, aut eius heredum, & ſucceſſorum, vel ab eo, & eis cauſam habentium, licentia, liceat imprimere, aut ab alio, vel alijs ſine huiuſmodi licentia impreſſum vendere, aut venalem habere, ſeu proponere poſſit, Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, præſertim librorum Impreſſoribus, & Bibliopolis, ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium, Pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac pro alia eidem Hieroymo, ſeu illius heredibus, & ſucceſſoribus, ab eo, vel eis cauſam habentibus, ac pro reliqua tertijs partibus, accuſatori, & Iudici exequenti, irremiſſibiliter applicandis, & eo ipſo, abſque vlla declaratione incurrendis, pænis: Ne dicto durante decennio librum præfatum, aut quamlibet illius partem, tam in magno, quam in paruo folio, etiam prætextu declarationum, ſiue additionum, tam in vrbe, quam in reliquis ſtatu, & locis prædictis, ſine huiuſmodi licentia Imprimere, aut ab alijs impreſſum vendere, aut venalem habere, ſeu proponere quoquomodo audeant, vel præſumant.

Mandantes dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Legatis de latere, ſeu eorum vice Legatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ miniſtris, Prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum, Status noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eidem Hieronymo eiuſque heredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, quandocumque ab eodem Hieronymo, ſeu alijs prædictis, fuerint requiſiti, pænas prædictas contra quoſcumque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis; Priuilegijs quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem quod præſentium Tranſumptis (etiam in ipſo libro impreſſis,) manu alicuius Notarij publici

subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur. Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die secunda Octobris, anno 1604. Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

M. Vestrius Barbianus.

SACROSANCTO ROTÆ SENATVI OPERIS CONSECRATIO.

VETVS Scriptorum inoleuit ſententia, ab Heroicis iam ducta temporibus, vel vt perpetuo viuant, vel vt a Momorum vellicationibus protegantur, labores ſuos ſummis dedicare Principibus. Qua opinione eos cùm ſæpè fruſtrari animaduerterim, quòd primum vix ſola operis præſtantia efficiat, Alterum prorſus impoſſibile ſit; Gloſſema iſtud meum (Patres amplisſimi) eo iudicio vobis ſacrare conſtitui, quo nulli videat defeciſſe. Etenim cum ex Hiſpania acto ab hinc anno ſeptimo, in Vrbem veniſſem, nec vlla mihi vel theoricæ, vel practicæ obſcurior quàm hæc pars eſſet; dum naturali ſciendi deſiderio compulſus, vix Regulæ huius limina attigiſſem, Peropportunum, ac Reipublicæ maximè vtile duxi, obſtruſos illius ſenſus aperire. Verùm quia animi decreto, vires admodùm imbecilles minime reſpondebant; Eòuſquè, Tùm in veſtris ſectandis reſponſis, ex ipſius iurisprudentiæ viſceribus depromptis, quæ vbiq; gentium recepta legibus, offuſas tenebras, cèu ſolis radij luce ſua depellunt, & errantibus viam veritatis oſtendunt: Tùm in cauſis ad hoc veſtrum ſupremum tribunal, ex toto orbe (veluti ad Delphicum Oraculum) confluentibus, ex iure inſtruendis, & orandis, tota mente incubui, donec ex floſculis inde (apum more) collectis, id qualecumque opus conſertum fuit. Vndè illud vobis dicandum, vel ipſa natura ſuaſit, qua eò cuncta refluunt, vnde fluxerunt. Ac ſi Principis alicuius maieſtas operis immortalitatem, & a Criticis protectionem, Auctori parere poteſt, Iuſtius hæc a veſtra ſpero, quæ & æterna, & huiuſmodi hominum generi, formidabilis eſt. Quisnam quantumcumque naſutus opuſculum hoc, quod veſtra ſub ſua protectione recipiet maieſtas, carpere audebit? Aut ſi carpſerit, quis illi adhærebit? Summa namque, & perpetua in iuſtitia adminiſtranda religio, vos mundi Arbitros conſtituit: Quos propterea vt boni

vene-

venerentur, & mali vereantur necesse est. Et si sensero lucubrationes hasce meas, approbatione aliqua a vobis condecorari, non erubescam illas per hominum manus, nudata facie volitare: Nam si quid reprehensione dignum animaduerterint, priusquam temerè iudicent, ob reuerentiam vestram altius rem perquirent, & Auctorem benignè excusabunt. At si illas per vos vacuas iudicari cognouero, quorumuis morsus, veluti iustissimos, patienter feram. Suscipite igitur (Benignissimi Patres) in tutelam vestram munusculum id meum, cuius exiguitatem, vel mei Ingenij hebetudinem, apud vos æquissimos animi mei Iudices, excusare vanum duxi. Et valete. Romæ. 15. Octobris anni 1604.

Humillimus seruus

Hieronymus Gonzalez.

AD AVCTOREM.

MELCHIORIS LOTTERII

Iurisconsulti, & Sacri Palatij Apostolici causarum Patroni.

Epigramma.

HERCVLEOS ætas prisca est mirata labores,
At magè mirentur tempora nostra tuos.
Illius est virtus cunctis prælata, quòd omne
Desperatum alijs, ipse subiret opus:
Regula ob implicitos nulli sic cognita sensus
Scriptorum, clara est munere facta tuo.
Quos olim Alcidæ meritos soluebat honores
Hos Gonzale, virûm iam tibi quisque ferat,
Populus, & lauro bicolor superaddita velet,
Exornetq; sacrum tempus in omne caput.

MARTINI LAVRENTII MANSO

Canonici Calciatensis, in Auctoris amici laudem.

Epigramma.

MEnsibus offusas pellis Gonzale tenebras,
Zodiaciquè tuo lumine signa micant:
Donec erunt ergò menses, & mensibus annus
Constabit, viuet gloria magna tua.

ANDREAE DE ZARZOSA
in Decretis Licentiati, Ad Authorem conciuem ſuum Epigramma.

HAESERAT in dubio tua mens doctiſsima calle
Certè aliquid, ſed quid aggrediemur? ait;
Dedecet occultas animi langueſcere dotes
Participes alios conuenit eſſe mei.
Quid nam igitur? ius omne patet, ſcripſere peritis
Agmina iam dudùm iuris amica modis.
Sed non omne patet, latet ardua Regula menſis
Alterni, dignum laude paratur opus.
Recta vides, & recta etiam Gonzale laboras.
Viuet in aternos gloria tanta dies.
Soluit Alexander Phrygij religamina nodi,
Soluis nodoſi tu quoque iuris opus.

LICENTIATI GASPARIS PARDO
Sancti Iacobi Commendatoris, ad eundem, Epigramma.

DEſine Cecropios mirari Gracia Campos,
Deſine magnanimos tollere in aſtra viros.
Deſinite audaces Thebarum ſcripta labores
Alcida inſolitis concelebrare modis.
Extollunt illos furibundi prælia Martis
Hunc celebrant placida iura beata toga.
Viciſti Herculeos prudens Gonzale Leones
Et Diomedeos ars tua vicit equos.
Viciſti quacunque ſagax mirata vetuſtas,
Ingenium vires, ius domat arma Ducum.
Incipe Iuſtitia magna cantandus in aula
Incipe pro meritis diuite laude coli.
Sed quid ego? ingenij cultrix te Roma notare
Capit, & in multo eſt iam tua fama loco.

BREVE COMPENDIVM
EORVM, QVAE CONTINENTVR
IN HOC OPERE.

PRÆFATIO folio primo, continet causam, qua motus fuit author ad glossandam istam regulam 8. & operis diuisionem.

§. *Primus proœmialis* à fol. tertio Continet, qualiter à CHRISTO omnis potestas conferendi beneficia, soli Papæ data fuit. Etab eo ipso Episcopi, & alij inferiores eã acceperunt, & quando, à numero primo usque à num. 19. Et quòd Episcopi de iure communi habent fundatam intentionem prouidendi, Olimque rarò fiebant reseruationes: Et quomodò postea creuerunt, usque ad numerum 50. Item de reseruatione, & concessione mensium. Et qualiter hodie omnes expectatiue, & mentales, ac speciales reseruationes sunt sublatæ. Ac Episcopi cum mensibus eisdem concessis, debent esse contenti, usque ad numerum 81. ubi alia plura notanda interseruntur. In quibus omnis status, à primitiua Ecclesia, usque ad hodiernam diem, ad effectum de quo agitur declaratur.

§. *Secundus proœmialis* est à fol 8. In quo concluditur, quòd Papa potest in mensibus ordinarijs prouidere. Et qualiter nemo concedit alteri tantam potestatem, quòd eandem apud se non retineat. Ac quòd iurisdictio data censeatur accumulatiue, & non priuatiue. In propositoque multa singularia adducuntur, usque ad numerum 36. Et qualiter persona concedentis, aut loquentis non censetur compræhensa, usque ad num. 42. Quòd Papa est Ordinarius ordinariorum, & Episcopus totius orbis, Plenam in beneficialibus potestatem habens, usque ad numerum 51. Et de potestate Nunciorum in conferendo, & committendo causas beneficiales. Ac quando dicatur causa beneficialis, usque ad num. 68.

§. *Tertius proœmialis* est à fol. 14. Vbi ad longum agitur, quòd inter Papam, & Episcopos est locus præuentioni, in collatione beneficiorũ uacantium in mensibus ordinarijs. Et plene de materia præuentionis, usque ad numerum 22. Discutitur quæstio, quis præcedere debeat, an anterior in prouisione, & posterior in possessione, vel e conuerso. Et decisiones Rotales conciliantur, usque ad numerum 43. A quo, reassumitur materia præuentionis, & lucidius, ac uberius quam alibi tractatur materia Capituli (si à sede) de præbendis lib. 6. Ac regulæ de concurrentibus in data. Et de effectu possessionis, ac horæ, ac nonnullarum clausularum. Et an effectus subrogationis gratiosæ superet effectum possessionis. Aliaque in proposito utilissima, usque ad numerum 146. Denique numero 147. firmatur conclusio, quòd collatio facta ab Ordinario sine notario, & testibus se subscribentibus, non teneat, nec præuentionem operetur in præiudicium prouisi Apostolici, propter præsumptionem antidatæ. Quæ regula ampliatur septem modis, & quinque limitationes continet, usque ad num. 172.

§. 4. *Proœmialis.* Incipit à fol. 29. Vbi scribitur, quòd Papa in dubio non intendit præuenire in mensibus Ordinariorum, nec inferre illis præiudicium: Et quare fuit facta reseruatio mensium, cum multis singularibus doctrinis, vsque ad num. 24. Ac ex numer. 25. vsque ad 66. ad longum agitur, Num materia collationis beneficialis sit modici, aut grauis preiudicij, & reijcitur opinio Ioan. de Selua. Ac obiter quamplura non contenenda inseruntur. Et ex num. 67. reassumitur materia cepta, ac dicitur in quibus casibus Papa colligatur velle præuenire, cum exemplis: Et quod sola narratiua in mense reseruato restringit ad illam, totam gratiam, &c. vsque ad num. 98.

§. 5. *Proœmialis* Incipit ex fol. Et 37. continet quod quamuis regula nostra sit lex generalis, tamen reseruatio illius cessat per obitum naturale, vel ciuile Papæ, & effectus inde resultantes. Et quod plures Pontifices maximi renuntiarunt Pontificatui. Ac quare regulæ Cancellariæ non sunt perpetuæ, & ligent statim ante publicationem, aliaque plura scitu digna, vsque ad num. 59. An beneficium vacans Sede Apostolica vacante, & non prouisum, incidat in reseruationem post editionem huius regulę, vsque ad num. 74. & 75. Vbi de regula Gregorij Decimiquarti comprehendente præteritas vacationes. Item an Ordinarius conferre valeat beneficium, quod vacauit ante obitum Papæ in mense reseruato, quod non fuit ab illo prouisum. vsque ad num. 94. Rursus an teneat prouisio Ordinarij facta de beneficio vacante, quando Sedes Apostolica vacabat, ante verisimilem notitiam vacationis: Ac in medium afferuntur plura circa priuilegia, absolutiones, & gratias, num suffragentur ante notitiam illarum, vsque ad numerum 124. Latè agitur de materia capituli si Apostolica de præbendis in sexto, & concluditur quòd non sit derogatum, ac multis modis ampliatur, & declaratur, vsque ad numerum 147. Nec non de capit. statutum, eodem titulo, & libro, vbi ostenditur esse correctum, vsque ad numerum 160.

§. *sextus proœmialis* incipit à fol. 53. In quo latissimè disputatur, An regula nostra sit odiosa, vel fauorabilis, & tandem concluditur quòd sit fauorabilis. Ac infinita valdè vtilia in proposito cumulantur vsque ad num. 74.

§. 7. *proœmialis* incipit à fol. 61. vbi adducitur, & plenissimè interprætatur Constitutio 14. Pij IV. ad fauorem regulæ nostræ emanata, vt de beneficijs reseruatis apponatur sequestrum, & qualiter Inferiores non debent se intromittere in collatione beneficiorum reseruatorum vsque ad numerum septimum. Quamplura damna ex litibus prouenientia vsque ad numerum 18. In quibus casibus sit locus sequestro, vbi 14. casus numerantur vsque ad numerum 27. Constituuntur octo discordantiæ istius constitutionis, & Clementinæ primæ de sequestr. possess. & fructuum, vsque ad numer. 64. Et totidem, seù nouem concordantiæ vsque ad numerum 110. Quinque opportunæ, & vtiles quæstiones, explanationem d. constitutionis concernentes, resoluuntur vsque ad numerum 162. Et in 6. quæstione abundantissimè agitur de interprætatione horum verborum (*fructus, redditus, & prouentus*) Maximè circa distributiones quotidianas, de quibus plenissimè agitur vsque ad numerum 206. Denique in septima quæstione disputatur, & concluditur, quòd vltra remedia breuium Cameralium, & gratiosæ subrogationis, resultant sex effectus ex d. constitutione. Ac qualiter interest plura habere remedia usque ad num. 247.

Littera regulæ nostræ 8. est à fol. 84. & dilucidè, ac distincte diuiditur, & explanatur per tria folia sequentia, & 11. numeros.

Glossa prima { Item cupiens idem Dominus noster Papa } à fol. 88. In principio summarie laudatur vita Sanctissimi Domini Nostri Clemen. VIII. Et de effectu dictionum (*Item*) Ac (*cupiens*) agitur usque ad numerum 17. Et postea de significatione illorum uerborum (*Idem Dominus*) ubi scribitur, quibus conueniat nomen (*Domini*) maxime (*Domini nostri*) Ac pulchra notatu digna desuper adducuntur usque ad numerum 31. Postea agitur de Ethimologia illius dictionis (*Papa*) Et quod sit omnibus maior. Ac quare Diuus Petrus depingitur in manu sinistra, & Paulus in dextera. Ac de effectu manu dexteræ. De excellentia, & humilitate Papæ. Quare ante illum stupæ conburuntur, & dicitur (*sic transit gloria mundi &c.*) usque ad num. 52.

Glossa secunda. { Pauperibus Clericis } à fol. 93. declarat qualiter, & quando sunt beneficia conferenda pauperibus Clericis: Et an potius, quàm diuitibus. Et alia quamplura

plura in materia pauperum scitu digna cumulantur, vsque ad num. 59. Et inde, vsque ad num. 75. ponitur regula: quòd beneficia Clericis non laicis; sint conferenda, cum 4. ampliat. & totidem limitationibus.

Glossa 3. (Et alijs) à fol. 100. Copiosè declarat vim, & naturam dictionis (*&*) vsque ad num. 21. Et dictionis (*Alij*) vsque ad num. 51. cum pluribus amplia-tionibus, limitationibus, exemplis, & declarationibus.

Glossa 4. (Personis benemeritis, prouidere) incipit ex fol. 105. Et difusè tractat: Quæ personæ dicantur benemeritæ, incipiens à personis litteratis, de quibus, & illarum remunerationibus, prę-mijs, laudibus, ac excellentijs, latè agitur, vsque ad numer. 36. Et contra illitteratas, vsque ad numer. 59. Quæ, & quanta scientia requiratur ad singula beneficia à primo, vs-que ad vltimum, vsque ad num. 83. An Sacerdos debeat examinari ad beneficium simplex vtiliter ponitur regula negatiua, cum 5. limitationibus, & declarationibus, vsque ad num. 103. De litteratura ad ordines num. 104. & 105. Qualiter probetur litteratura: Et an posit votare, qui non interfuit lectionibus numer. 106. & 107. Et de alijs idoneitatibus numer. 108. & 109. Quis dicatur magis idoneus ad Parrochiales in terminis Concilij Tridentini Sess. 24. cap. 18. Ac quando sit confirmanda, vel infirmanda prima electio, & alia quamplura huius materiæ, traduntur, vsque ad numer. 146. Quod sit multum haben-consideratio de residentibus in Curia, & de alijs fauoribus illorum, vsque ad nume. 156. De non descendentibus ex sanguine puro, &c. nume. 160. 161. & 162. De non oriundis, aut patrimonialibus num. 163. Quòd sint prouidendæ personæ gratę Ecclesijs, & populo, vsque ad num. 167. An præsumatur habilitas ad beneficium, & quando, & à quo sit pro-banda, vsque ad num. 172. Vtrum Papa prouideat tàm Ecclesiis, quam personis, & alia desuper opportuna, vsque ad nume. 186. Denique adducuntur aliæ plures causę reseruationis, præter expressas in hac regula, vsque ad nume. 197. Ac de significatione multiplici, dictionis (*personæ*) vsque ad num. 200.

Glossa 5. (Omnia beneficia Ecclesiastica) à fol. 124. In principio tractat de requisitis essentialibus ad benefi-cium Ecclesiasticũ, vsque ad numer. 18. Plenissimè scribitur de materia CAPPELLANIA-RVM, An & quando dicantur beneficia Ecclesiastica, vt intret reseruatio nostræ regulæ, & cadat in illis Simonia &c. Et de prohibitione fundatoris, quod Ordinarius, aut alius non se intromittant in prouisione. Quando sint Sacerdotales, aut residentiam personalem re-quirant: Et alia desuper vtilissima à nemine sic collecta, & declarata. Præsertim circa Cap-pellanias Hispaniæ, vsque ad num. 108. Postea ex num. 109. vsque ad 127. agitur. An filius legitimus ex patre spurio, dicatur de familia, & sanguine, vt admittatur ad Cappel-laniam relictam illis qui sunt de familia. Et multipliciter distinguitur. Ac plura diligen-ter notanda in medium afferuntur.

§. primus glo. 5. à fol. 137. Tractat de PRÆBENDIS An cadant sub reseruatione huius reg. multiplex distinctio assignatur, plures decisiones, & doctrinæ, ac tota præ-bendarum materia explanatur, vsque ad num. 29.

§. 2. glo. 5. à fol. 139. Agit de PRÆSTIMONIIS, & quando sint beneficia Ecclesiastica, vt reseruationi locus sit. Ac de alijs, illorum materiam concernentibus, vsque ad numerum 15.

§. 3. glo. 5. à fol. 141. Tractat, & amplectitur totam VICARIARVM materiã Secularium, & Ecclesiasticarum, temporalium, & perpetuarum, ac de officio, & præheminentia Vicariorum, & quando in illis intret reseruatio regulæ nostræ, vsque ad num. 47. A quo, vsque ad num. 79. Late agitur de interpretatione constitutionis Pij Quinti 46. vbi multa notanda obiter scribuntur.

§. 4. glo. 5. à fol. 149. continet, HOSPITALIVM materiã. Et quando sint Ecclesiastica beneficia. Ac sub regula nostra includantur, dilucide explicatur, vsque ad nu-merum 24.

§. 5. glo. 5. à fol. 151. Tractat de PENSIONE. An sit Ecclesiasticum beneficiũ, & intret in pensione reseruatio. Vtrum sit narranda, Quando possit imponi ab Ordinario. An sit soluenda à Capitulo durante absentia, vel vacatione. Ac alia quamplura præter alios diligenter explanantur, vsque ad num. 53.

§. 6. glo. 5. Incipit fol. 157. Et in ea, tota MANVALIVM beneficiorũ materia dilucidè enu-cleatur, maximè circa reseruationem regulę 8. Ac quando possint, vel auferri sine causa, & status mutari, &c. Nonnullaque satis notanda in medium adducuntur, vsque ad numerum. 62. Deinde ex numer. 63. & 64. Dicitur quid sit beneficium

de mensa. Et concluditur quòd non cadant sub regula nostra.

§.7. glo. 5. à fol. 164. DE BENEFICIIS VNITIS, continet. An unitum beneficium cadat sub regula nostra. Quando per unionem desinat esse beneficium. De multiplici modo, & differentia unionum usque ad nume 65. Vtrum futuro seminario aut Collegio possit fieri unio, aut donatio, aut legatum relinqui, Ac alia plura huius farinæ scitu digna, usque ad numer. 111. De unione Ecclesiarum, Castrorum, & Regnorum. Et an sub primis legibus debeant gubernari. Quando unio censeatur facta accessorie, uel eque principaliter. Et denique tota fere unionis materia accuratè explanatur usque ad numerum 156.

§.8. glo 5. à fol. 179. agit de COMMENDIS. An beneficia commendata incidant in reseruationem huius regulæ. Et per commendam cesset & expiret reseruatio. Ac de materia commendæ, clara, & dilucida explicatio, usque ad nume. 66.

§.9. glo. 5. incipit à fol. 185. & includit omnem COADIVTORIAE materiam, maximè cùm futura successione, secundum concessiones modernas. De officio & prærogatiua Coadiutorum usque ad numer. 52. Quod in una concessione possunt esse plures gratiæ diuersæ, ac deficiente una, remaneat alia, Cumulantur plura digito liganda usque ad num. 63. Et denique in materia plures quæstiones practicę, ac nouæ, admodum necessarię, plenius quam hactenus, resoluuntur, usque ad num. 131.

§.10. glo. 5. ex fol. 197. tractat de FEVDIS Ecclesiasticis, ac PATRIMONIIS. An sint beneficia Ecclesiastica, & ueniant sub reseruatione regulę nostræ. Ac alia satis notanda, usque ad num. 37.

§.11. glo. 5. à fol. 200. loquitur de OFFICIIS quando dicãtur Ecclesiastica beneficia. Et an in illis cadat reseruatio. Ac alia plura in proposito bene notanda: maxime circa officia notariatuum, vsque ad num. 29.

Glossa. 6 (Cum cura, & sine cura) à fol. 202. continet ampliatam materiam. In primis disputatur. An venirent in regula nostra beneficia curata, si non exprimerentur, & resoluitur affirmatiuè, vsque ad num. 25. Licet de superflua notari non possit ex pluribus, quæ eleganter adducuntur, vsque ad num. 32. Assignantur quatuor substantialia requisita, vt dicatur Ecclesia parrochialis, vsque ad numer. 47. Et inde extrahuntur sexdecim mirabiles, & per quam necessariæ illationes, vsque ad numer. 110. Postea agitur de concursu faciendo in parrochialibus iuxta formam Concilij Tridentini Sess 24. cap. 18. vbi ampliatur tribus modis. Et tredecim, casus, seù limitationes in quibus cessat concursus parrochialium accuratè, & diligenter adnotantur, vsque ad num. 162. Rursus disputatur neruosè, & copiosè pulchra quæstio. An sicut in prouisione parrochialis non datur appellatio suspensiua à prima sententia: Sit etiam similiter exequenda secunda sententia contraria, non obstante appellatione possessoris, & in medium afferuntur quamplura ad aliàs similes materias animaduertenda, vsque ad numer. 222. Postmodum discutitur, An quando prima sententia non fuit executioni mandata, sit secunda exequenda appellatione remota, vsque ad numer. 241. Vtrum detur concursus in beneficijs simplicibus, vsque ad nume. 148. Quod hodie sit præcisior, & enixior residentia parrochialium, latè ostenditur, vsque ad numer. 274. Vbi multa singularia interseruntur. Denique dicitur qualitet Curiales Romanæ Curię sunt exempti ab spolio, nisi habeant curam animarum, vsque ad num. 277.

Glossa. 7. (Secularia) incipit à fol. 229. Tractat qualiter omnia beneficia præsumuntur Secularia, & quare. Ac quantum temporis sufficiat ad prescribendum statum secularitatis ex regularitate, vsque ad numer. 9, Quod sit fauorabilis reuersio ad primam naturam, ità quod minus tempus sufficiat in destruendo, quam in construendo, & qualiter intelligatur, clarius, ac lucidus, quam alibi reperietur, explicatur, vsque ad numer. 37. Postea, vsque ad num. 53. Numerantur omnes species secularium beneficiorum, & an, & quando secularia beneficia conferri possint regularibus.

Glossa. 8. (Et quorumuis ordinum regularia) à fol. 255. Continet. An beneficia regularia cadant sub reseruatione, quando non sunt expressa, & post longam discussionem concluditur affirmatiuè, vsque ad numer. 29. Quæ dicantur beneficia regularia, & quibus modis efficiantur. Et quando secularibus possint conferri, vsque ad nume. 49. Vtrum Prioratus Sancti Augustini, Sancti Dominici. Ac beneficia Religionum Militarium includantur in regula nostra. Et plura singularia de militaribus religionibus, vsque ad nu. 86. An quando Clerico seculari confertur beneficium regulare, possit fieri professio ante lapsum annum,

vsque

Huius Operis.

vsque ad num. 95. Quod beneficia vnius Religionis, non sint Religiosis alterius Religionis conferenda. Et an eiusdem, tamen aliorum monasteriorum, vsque ad num. 110. Quotuplicia sint, beneficia Regugularia vsque ad num. 115.

Glossa 9. (Qualitercunque qualificata) à fol. 245. In qua tractatur de beneficijs qualificatis. Et an dispositio simpliciter loquens compræhendat qualificata. Ac mixta veniant sub simplicibus. Quando qualitates alterent naturam, & sint exprimendæ &c. vsq; ad num. 31. Dictio *quicunque* quid includat, & an dignitatem Episcopalem. Quæ dicantur beneficia consistorialia vsque ad num. 39.

§. primus glo. 9. à fol. 249. tractat de beneficijs patrimonialibus. Quæ, & vnde dicantur beneficia patrimonialia. An filij patrimoniales differant à filijs naturalibus. Quas qualitates habere debeat filius patrimonialis, aut naturalis vsque ad num. 22. An beneficia patrimonialia cadant sub regula nostra plenissimè disputatur hinc inde, & resoluitur vsque ad num. 70. ac declaratur vsque ad num. 74. Vtrum beneficia patrimonialia dicantur liberæ collationis. Et de multiplici effectu vsque ad num. 80. An præsumatur quis filius patrimonialis, ac probatio cum vno, prosit quoad alios vsque ad num. 87. An ante præsentationem habeant aliquod Ius considerabile vsque ad nu. 95. Qualiter probetur patrimonialitas. Et an per baptismum vsque ad nume. 113. Ac alia de materia vsque ad nume. 118.

Hic ex fol. 263. vsque ad fol. 294. collocantur. nonnulle annotationes, contra nullitates, & attentata in causis beneficialibus per nu. 300. Et in principio assignatur ratio Auctorem mouens. Et qualiter. processus de partibus modicum valent. Nec Rota exequitur sententias de partibus non visis actis. nisi in octo casibus vsque ad num. 13. A nume. 14. vsque 45. declaratur. quando prouisio beneficiorum sit actus iudicialis, vel extra iudicialis. Ac effectus inde resultantes. Ex núm. 46. vsque 116. ponitur vna Annotatio circa nullitatem examinis testium, ob deffectum citationis. Vbi plura singularia, maximæ circa stilum Hispaniæ adducuntur, & animaduersiones nunquam oblibiscendæ apponuntur: Ac Hispaniæ stilus cum stilo Curię (quantum posibile est) concordatur. Deinde, ex num. 117. vsque 174. scribitur secunda adnotatio circa nullitatem ex deffectu citationis ad sententiam: Ac regula, cum 15. ampliationibus, & quampluribus limitationibus constituitur. Postea a nu. 175. vsque 202. Tertia ponitur annotatio circa attentata ante diffinitiuam. Vbi quamplura singularia scribuntur. Denique vsque ad nu. 300. collocatur quarta annotatio. circa attentata. post diffinitiuam. cum regula. ampliat. & limitation. ac vtilibus declarationibus. Maxime circa praxim executionis litterarum Apostolicarum, & breuium Cameralium, & Recursus ad signaturam pro illorum executione impedienda. Nec non quando apponatur, & quid operetur clausula. *Arbitrio Rotæ, &c.*

§. 2. glo. 9. à fol. 295. continet materiam Canonicatuum doctoralium, & Magistralium. Ac fundationem illorum, Num includantur sub regula nostra, discutitur neruosissimè ad vtramque partem, & resoluitur negatiuè. Ac contrarijs fundamentis respondetur, copiosum singularium doctrinarum numerum in medium proferendo, vsque ad num. 80. Postea agitur de Canonicatibus lectionis sacrę Scripturæ, & Pœnitentiario, Ac de alijs materiam istam concernentibus vsque ad num. 93.

§. 3. glo. 9. à fol. 305. tractat de beneficijs Ecclesiæ non Numeratæ. Et disputatur an cadant sub regulę nostræ reseruatione. Et resoluitur negatiuè, & declaratur, ac alia plura in materia enucleantur vsque ad num. 25.

§. 4. glo. 9. à fol. 308. habet materiam beneficiorum monocularium, & ibi disputatur, vtrum monocularia veniant sub regula nostra, ac quando dicatur monoculare, &c. vsque ad num. 27.

§. 5. glo. 9. à fol. 311. loquitur de beneficijs nouiter post æditionem regulę nostræ creatis. Et ad hoc quod futura non compræhendantur sub quacumque dispositione cumulantur 40. mirabiles doctrinæ vsque ad num. 43. Et nihilominus contrarium resoluitur, & declaratur vsque ad num. 50.

Glossa 10. (Et vbicumque existentia) à fol. 315. benè declarat, ac exemplificat thematis, verba. Et an beneficia consistentia intra limites, vel muros Ecclesiæ patronatæ, sint etiam de Iure patronatus. Nec non vbi dicatur consistere beneficium, quando Canonicus Collegiatæ ministrat in Cathedrali. Et quid si in diuersa Ecclesia recipiuntur prouentus. Ac alia in proposito singularia cumulantur vsque ad nu. 31. Deinde vsque ad nu. 43. Declaratur quando dicatur incompatibilitas ratione eiusdem tecti. Et an beneficia debeant esse vniforma: Ac quando dicantur vniformia &c.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Glosa 11. (In singulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris, mensibus) incipit à fol. 319. in qua assignatur ratio huiusmodi diuisionis mẽsium, vsque ad num. 4. Vnde dicatur mensis, Qualiter computentur, & quando terminentur, vsque ad num 10. Notantur plura de Instrumentis de nocte celebratis, vsque ad num. 15. Casus practici adducuntur, An deficiente horologio sit attend ndum canticum Galli: Ac plura de gallicinio vsque ad num. 25. Quis teneatur probare finitum fuisse mensem præcedentem, & intrasse sequentem de tempore vacationis, vsque ad numer. 47. vbi plures quęstiones resoluuntur. Vtrum beneficium vacans in mense ordinario incidat in reseruationem, si durat vacatio vsque ad mensem reseruatum, vsque ad num. 78. An reseruatio mensium contentetur cum prima vacatione eiusdem beneficij. Et ibi plura de materia legis boues §. hoc sermone, vsque ad num. 97. Vacatio in mense reseruato est probanda concludenter. Et firmatur regula, cum quatuor limitationibus, & alijs declarationibus, vsque ad num. 117.

Glosa 12. (Vsque ad suæ voluntatis beneplacitum) incipit à fol. 331. & continet, quando finiatur Papę beneplacitum, & quid de beneplacito Sedis Apostolicę, vsque ad numer. 12. Quando extinguatur beneplacitum, & voluntas Principis, vel Iudicis. Et quando sit potius considerandapersona, quam dignitas, aut officium; Quando expiret gratia concessa per obitum concedentis, vel non, plenissime declaratur vsque ad num. 74. Qualiter beneplacitum Papę suppleat omnes defectus, & quando ex lapsu temporis præsumatur. An sit locus pœnitentiæ, dum non obtinetur. Quando curruat, vel non, concordia confirmata, ob cancellationem alicuius clausulæ, ac alia plura, in materia singularissima, vsque ad num. 10.

§. Primus glo. 12. à fol. 343. in quo optimè explanatur materia naturæ istarum dictionum (vsque) (ad) (à) (ab) & quamplures singulares doctrinæ, & illationes hinc hinde tam in theorica, quam in praxi, colliguntur vsque ad num. 33.

Glosa 13. (Extra Romanam Curiam) à fol. 347. continet, quæ beneficia dicantur vacare in Romana Curia. Et de beneficijs existentibus in Vrbe, ac de Iurisdictione Cardinalium quoad suas Ecclesias titulares & de declaratione regulæ 7. Cancellariæ, multa scitu digna dilucidè declarantur vsque ad nu. 28. De vacatione apud Sedem, & de illius potentia, & prerogatiua vsque ad nume. 41. De vacationibus per resignationem in manibus Papæ, aut per priuationem, & iuxta extravagantem ad Regimen, ac alias reseruationes vsque ad nume. 53. De quibus vacationibus intelligatur limitatio regulæ nostræ, ac alijs singularibus in medium adductis vsque ad num. 89. Quis effectus resultet ex eo quod ista limitatio capiat omnia ben. alias reseruata, & de multiplici circulo, declaratur latè vsquè ad num. 101.

§. 1. glos. 13. à fol. 356. habet, quid sit Curia Romana, & vbi dicatur esse, ac plura de illius excellentia, & qui dicantur Curiales &c. vsque ad num. 20.

Glosa 14. (Alias quam per resignationem) à fol. 359. continet de qua resignatione loquatur regula nostra: An de pura, vel de sola conditionali, seù potius de vtraque. Et interseruntur quamplures doctrinæ semper notandæ, & concluditur quod de vtraque. Vtrum resignatio in fauorem possit fieri coram Ordinario, & quid de simplici cum declaratione constitutionis Pij Quinti, vsque ad nume. 30. Agitur an hodie possit fieri permutatio beneficiorum coram Ordinarijs, & quid si adest reseruatio pensionis pro æqualis fructibus. Vtrum in permutatione sit necessarius alius titulus vltra admissionem. An traditio possessionis, aut tollerantia habeat vim collationis &c. vsque ad num. 61. An regula nostra loquatur de sola resignatione expressa, vel etiam de tacita, vsque ad num. 75. Quare potius excepit hunc casum vacationis per resignationem, quam alium, vsque ad num. 84. De dictione (aliàs) plura scribuntur vsque ad num. 87.

Glosa 15. (quocunque modo vacatura) ex fol. 367. Est diligenter elaborata, & continet quinquagesimum, & vnum, casus vacationis ipso Iure, vsq. ad nu. 133. ac omnes siggillatim declarantur. Maximè tertius de vacatione per assecutionem, vbi pro declaratione plurium Iurium, quinq. tempora constituuntur. Ac multi modi residentiæ explanantur, Ac quando sit incompatibilitas respectu tituli, vel respectu fructuum à nu. 9. vsq. 26. An narratiua obtentorum inducat dispensationem incompatibilitatis pro securitate conscientiæ late declaratur vsq. ad nu. 40. Nec non in vacatione 46. iuxta decretum, quamplura singularissima cumulantur ex nu. 109. vsq. 126. Postea à nu. 134. declarantur casus, in quibus vacat beneficium non ipso Iure, sed per priua-

priuationem. Et ex nu.140.vsq. ad nu.156.ponuntur effectus resultantes ex eo, an vacatio contingat ipso Iure, vel per sententiam, & quinq. effectus exprimuntur, & alij 104. effectus remissue dicuntur. Et in nu.90. & nu.158. ponitur tenor. Singularium constitutionum. Scilicet 33. Pauli IV. loquentis de recipientibus beneficia cum intentione dimittendi. Et 20. Pij 4. prohibentis conferri beneficia Iudicibus, qui possessores illis priuarunt &c.

§.1. *Glos.15.* incipit à fol.386.in quo diffuse discutitur. An regula nostra loquatur de vacatione, de solo Iure, vel de solo facto, vel de vtraq. & quodlibet genus istarum vacationum declaratur vsq. ad nu.8. Et quòd dumtaxat loquatur de vacatione de Iure, & de facto fundatur vsq. ad nu.13. Quod sufficiat vacatio de solo Iure fundatur vsq. ad nu.44. Quod sufficiat de solo facto suadetur usq. ad nu.62. Et postea concluditur, & resoluitur quæstio cũ multis exemplis, & admodum singularibus doctrinis in medium allatis. Et limitationibus, & declarationibus, & quando ius. Et proprietas absorbat possessorium. Et quod media possessoria sint in conscientia periculosa An aduocatus possit in causis beneficialibus tuta conscientia indiferenter patrocinari, vsque ad uum. 96.

§.2. *Glos.15* a fol.306. continet disputationem, ac resolutionem vndecim pulchrarum quæstionum, materiam vacationis beneficiorum concernentiũ vsq. ad nu.64. A quo vsq. ad nu.79. adduntur alia plura singularia eandem materiam respicientia, cum quibus in hac gl. 15. remanet vberius, & lucidius explanata vacationum materia, quam hactenus à nemine factum reperiatur. Postea vsq. ad num.92. optime declaratur, quando Sedes Episcopalis incipiat, & desinat vacare, & alia notatu digna in medium afferuntur.

Glossa.16. (Ad collationem) ex fol. 405. in qua declaratur quotupliciter accipiatur, hæc dictio *collatio*, & quod sit nomen generale, omnem dispositionem beneficiorum amplectens, nisi in certis casibus vsq. ad nu. 12.

Glossa.17. (Prouisionem) a fol.406. continet naturam huius verbi *prouidere*, & quòd sit latissimum vsq. ad nu.4.

Glossa.18. (Præsentationem) a fol. 407. plene declarat, quòd regula nostra comprehendit beneficia Iurispatronatus Ecclesiastici, non tamẽ laicalis, aut mixti, nisi sit pro minori parte, quia potentior pars dominatur, &c. vsq. ad num. 17. Et dummodo tale Ius patronatus sit ex fundatione, dotatione, aut constructione, iuxta formam Conc. Triden. c.9. sessione 25. qui canon Lucidius, & fussius interprætatur, tã quoad personas particulares, quàm quoad potentes & vniuersitates, quam alibi reperiatur. Ità vt amplius desiderari non possit vsq. ad n.89. Quod non sit bona consequentia, habeo Ius præsentandi, ergo, & Ius patronatus, vsq. ad nu.92. An hodie in aliquo casu suffragetur Ius patronatus ex priuilegio, ostenditur, & declaratur plene, vsq. ad nu.106. Vtrum præsumatur fundatum Iuspatronatus à Clerico, ex bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, vel potius ex patrimonialibus, ac alia istius glossæ materiam concernentia, vsq. ad nu.111.

Glossa 19 (Electionem) a fol. 418. tractat. An ista dictio *electionem* superflua fuerit, & de prærogatiua beneficij electiui, & quod dicatur electiuum. An Clerici Ecclesiæ parrochialis faciant corpus, vel Collegium vsq. ad nu.16.

Glossa.20 (Et quamuis aliam dispositionem) a fol.419. ponderatur in hac glossa natura dictionis *dispositionem*, & *ordinationem* ac *institutionem* & quid compræhendant, maxime iuncta dictione *quamuis*, & omnia declarantur vsq. ad nu.8.

Glossa.21 (Quorumcunq. collatorum) a fol.420. agitur hec materia Quando plu ralitas resoluitur in suas singularitates, & e conuerso, cum pluribus vtilibus vsq. ad nu.18. An priuilegium conferendi ad modicum tempus concessum censeatur per regulam nostram moderatum. Qualiter sint intelligendæ decisiones Rotales dicentes, quod læsio enormissima sit consideranda, respectu totius patrimonij, & non respectu rei, de qua agitur, & desuper opportunus intellectus datur, vsq. ad nu.30. Qui dicantur Ordinarij, & qui Extraordinarij collatores. Vtrum collator ex fundatione includatur in regula nostra vsq. ad nu.39.

Glossa.22 (Et collatricum) a fol.424. in qua dicitur, quare de collatricibus mentionem fecit, & an fœminæ confere beneficia possint, & ex quo titulo, Ac plura desuper adiunguntur vsq. ad nu.20.

Glossa.23. (Secularium, & quorumuis ordinum regularium) ex fol.423. in qua plene declaratur. Qui sunt seculares collatores vsq. ad num.19. Et qui regulares nu.20. & 21. Quando Episcopus possit conferre beneficia regularia nu.22. & 23.

Glossa.24. (Non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium)

a fol.

a fol.428. In qua agitur, qualiter regula noſtra excludit Cardinales propter illorum excellentiam, vſq. ad nu.3. Diſputatur an cenſerentur compræhenſi in regula noſtra, & dijs niſi exprimerentur: & concluditur, quod ſic: maxime in reſeruationibus, vſq. ad nu.23. Quòd Indulta nihil de nouo conferant, nec facultatem Iuris communis amplient, vſq. ad num.31. An regula noſtra loquatur de Cardinalibus Ordinarijs collatoribus tantum, cum muris illationibus vſq. ad nu.46. Quòd non poſſint conferre beneficia vacantia in menſe reſeruato ſine Capitulo, quando ſunt ſimultaneæ, cum illo collationis, vſq. ad nu.60. Procedit etiam in alijs reſeruationibus, ſtante Indulto. Ac plura de Indultorum materia vſq. ad n77. Ad quem deuoluatur beneficium per Cardinalem conferẽdum, (Data illius negligentia) ſq. ad nu.107. An Cardinalis Ordinarius poſſit conferre beneficium, quod ante ingreſſum illius vacauerat in menſe reſeruato, quando erat Epiſcopus, alius non Cardinalis, vel e conuerſo, vſq. ad nu.120. Vtrum regula noſtra procedat in Cardinalibus à Curia abſentibus vſq. ad nu.152. An Reges, & Princeps collatores excludantur a reſeruatione regulæ noſtræ, & qui ſint iſti collatores vſq. ad num.160. Quare regula noſtra loquatur de Cardinalibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & non ſimpliciter, vſq. ad nu.163. aliaq. notatu digniſima in medium adducuntur.

Gloſſa.25. (Aut aliorum ſub concordatis inter ſedem Apoſtolicam, & quoſcunq. alios initis) a fol.443. in qua tractatur late de concordatis. Germaniæ & Franciæ, Quid contineant, Quas prærogatiuas habeant An ſint fauorabilia. An aufuerant collationem Papæ vti ordinarij, ac alia opportuna de hac materia. Et de effectu concordiæ, a Sede Apoſtolica confirmatę, vſq. ad nu.23.

Gloſſa. 26. (Et per eos qui illa acceptare, & obſeruare debuerint acceptatis) a fol.446. vbi agitur de effectu acceptationis, & qualiter ſine illa nullus contractus, gratia, aut alius actus, operetur, ac pœnitentiæ locus erit &c. Et quid ſit acceptatio vſq. ad nu.26.

Gloſſa.27. (Et obſeruatis) a fol.449. tractat qualiter concordata ſunt indiuidua, & correſpectiua, Ac quando dicatur actus correſpectiuus, & de effectu illius. Et vno corruente omnia corruunt vſq. ad nu.6. De prærogatiua exceptionis in obſeruatæ concordiæ, pacti, aut contractus, cumulantur plura ſatis vtilia vſq. ad nu.24. Quòd non ſeruanti fidem non eſt ſeruanda, nec poteſt opponere de culpa alterius, qui cauſam dedit, aggregantur deſuper plura, vſq. ad num.46. Et in nu.47. dicitur an præſumatur obſeruantia concordatorum.

Gloſſa.28. (Quæ lædere non intendit compræhenſorum) a fol. 453. vbi agitur qualiter Papa non intendit lædere concordata, nec tertio præiudicare, & plura de hoc vſque ad nu.10. Quòd concordata habeant vim contractus, & Princeps teneatur contractum ſeruare uſq. ad nu.20. An priuilegium pecunia comparatum tranſeat in contractum, & quid ingratijs Apoſtolicis, quando ſoluitur compoſitio, uſq. ad nu.30.

Gloſſa.29. (Quomodolibet pertinentia) a fol.456. declarat, & limitat uerba, thematis. Et qualiter fundator beneficij poteſt ponere leges ſibi bene uiſas &c. ad nu.6.

Gloſſa.30. (Diſpoſitioni ſuæ generaliter) a fol.457. tractat late. An reſeruatio huius regulæ, & aliarum ſit generalis, & poſt plura, hinc inde, concluditur affirmatiuè, Ac quinque effectus ex hoc aſsignantur uſque ad num. 25.

Gloſſa 31. (Reſeruauit) à fol.459. in qua ponitur diffinitio reſeruationis, & effectus illius, & qualiter inficit, etiam poſſeſsionem, & integram attentatorum purgationem: Multipliciter ampliatur, Ac plures deciſiones declarantur uſque ad num.26. Qualiter corruant omnia, quæ ſub falſo. aut erroneo fundamento, & principio fundantur, Ac deſuper plura in theorica, & praxi nunquam obliuiſcenda, in unum reducuntur uſque ad num.50. Quod ſtante reſeruatione Auditor Rotæ, non poſsit conferre uigore Clementinæ (auditor) vſque ad num. 54.

Gloſa 32. (volentes in ſupplicationibus, ſeù conceſsionibus gratiarum, quæ de dictis beneficijs tunc vacantibus, etiam motu proprio, fient, de menſe in quo vocauerint, diſpoſitiuè mentionem fieri, alioquin gratias nullas eſſe) à fol.465. In hac gloſſa aſsignatur ratio, quare de menſe uacationis fieri debeat expreſ-

ſio

sio. Ac desuper regula firmatur, cum nouem ampliationibus,& octo limitationibus,ac pluribus declarationibus, & illationibus, à nemine sic collectis, per nu.63.

Glossa.33 (Ac consuetudines etiam immemorabiles) a fol. 472. Vbi agitur qualiter sublata consuetudine quacunq. non censetur sublata immemorabilis. Et qualiter intelligatur. Opiniones oppositæ concordantur. Ac plura de effectu immemorabilis, vsq. ad nu.13.

Glossa.34. (Optandi maiores, & pinguiores præbendas) a fol. 474. In hac glossa non solum agitur de materia optionis, quatenus respicit regulam nostram. Sed etiam vniuersalis illius materia per viginti, & quinque quæstiones disputatas, omnino concluditur. Et quamplura noua ab aliis non tacta collocantur per num.129.

Glossa 35. (Nec non priuilegia, Ac indulta Apostolica circa ea, Ac etiam disponendi de huiusmodi beneficijs) a fol.488. In qua tractatur. An differant priuilegium,& indultum. Ac priuilegium, & exemptio. Et an Alternatiua nostræ regulæ sit priuilegium, vsq. ad num.20. An regula nostra deroget consuetudini immemorabili, non solum quoad optiones, sed etiam quoad prouisiones, vsq. ad nu.30. An possit Papa derogare priuilegijs datis ad conferendum, cum causa, & sine illa, vsq. ad nu.34.

Glossa 36. (Aut quod sub huiusmodi reseruationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus,& alijs decretis) a fol. 491. Tota hæc glossa continet materiam derogatoriam, satis difficilem. Primo quæritur vnde habuerit origo clausula, *quod priuilegia sub huiusmodi reuocationibus non comprehendantur*. Et ostenditur late, vsq. ad nu.7. Quæ sit clausula derogatoriarum derogatoria, vsq. ad num. 12. Quando prima concessio continens clausulam derogatoriam ad sequentes dispositiones,censeatur sublata per sequentem continentem clausulam *pro expressis, &c.* Et hinc inde quamplures doctrinæ afferuntur, vsq. ad nu.30. & pro resolutione quinq. conclusiones constituuntur,& singula opportune declarantur. Ac infinite doctrinæ singulares traduntur etiam in materia testamentorũ, & aliorum actuũ vsq. ad nu.81. Quando dicatur derogatio gener.& quando specifica n.82. Qualiter verificentur reliqua verba thematis huius glossæ vsq.ad n.88. Deniq. ista materia clarius & vberius traditur hic, quã alibi reperiri poterit.

Glossa.37. (Quibusuis personis, & collegijs) a fol.502.In hac glossa, copiosè docetur, quòd personarum appellatione Collegia non veniunt. Et quòd aliud est Collegium; Seu Vniuersitas, & aliud singulæ personæ illius. Ac quamplures doctrinæ in proposito congregantur, vsq. ad num.30. postea quinque limitationes. Et aliæ illationes, ac declarationes collocantur, vsq. ad nu.51.

Glossa.38. (Cuiuscunq. dignitatis,status, gradus,ordinis, & conditionis existentibus) a fol.507. Declaratur huiusmodi clausula,& quare fuit inuenta. Ac quas personas comprehendat, vsq. ad nu.5.

Glossa.39 (Quomodolibet concessa) a fol.508.declarat verba thematis,quòd procedant, siue ad supplicationem, siue ex proprio motu, vel aliter concessa fuerint &c. usq.ad nu.3.

Glossa 40. (Aduersus reseruationem huiusmodi minime suffragari) ex fol.508.In qua agitur de natura dictionis *minime*. Ac dictionis *huiusmodi*. Et quòd regula nostra non derogat in totum consuetudinibus,& priuilegijs: Sed quatenus sint illi contraria respectu mensium apostolicorum, vsq. ad nu.5.

Glossa 41. (In super sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis) a fo.509.Continet qualiter residẽtia Patriarcharum,& Episcoporũ,est valde grata Papę. Et quod sicut non residentes multis pœnis puniuntur, sic quando residεnt magnis fauoribus (quorum vnus est alternatiua)potiuntur,vsq. ad n.10. Postea dicuntur plura de officio, & excellentia Patriarcharum, & quot sint. Ac alia de hac materia, vsq. ad nu.30.

Glossa.42. (Archiepiscopis,& Episcopis intenta) a fol. 512. Tractat qualiter solis Patriarchis, Archiepiscopis,& Episcopis conceditur alternatiua. An Vicarius Episcopi habens potestatem conferendi possit cònfere vigore alternatiuæ. An alternatiua sit priuilegium. Vnde dicatur.

Archie-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRAN

Archiepiſcopus, & Epiſcopus. Ac de illorum poteſtate. An Epiſcoporum appellatione veniant Patriarchæ,& Archiepiſcopi,vſq. ad nu.19.

*Gloſſa.43.(*Ipſisquãdiu apudEccleſias aut dioeceſes ſuas, vere,& perſonaliter reſederint,dumtaxat)[a] fol.514.Iſta gloſſa continet materiam diffusã. Ac valde difficilem. In principio ponderatur, quod ſolis Epiſcopis reſidentibus cõceditur alternatiua.Deinde adducutur plura circa fictã reſidentiam,vſq.ad nu.11. Poſtea firmatur regula,quòd ficta nõ proſit,ſed debeat eſſe vera, & perſonalis,quia valde differunt:Et ponderantur admodum,ſingula verba thematis,vſq.ad n.41. Diſputatur an d.regula ſit temperanda, quando abſentia eſt valde momentanea, & paruæ diſtantiæ.Ac ex vrgentiſſima cauſa, vſq. ad n.83.vbi quã plura ſcitu digniſſima incidenter dicuntur.Ac illationes deducũtur. Quis teneatur probare reſidentiam,vel abſentiã, & quando. Et an abſentia Epiſcopi noceat Papæ quoad menſes Martij,& Septembris, vſq. ad n.115.Et à n.113.vſq.135. Vtrum Epiſcopus,qui acceptauit alternatiuã poſſit conferre in menſibus Iunij,& Decembr,isſi abſens fuerit,vſq. ad n.132. An abſentia in principio mẽſis, auferat poteſtatem cõferendi quoad reliquum ſi reſideat,vſq. ad n.160. Num prẽſentia totius menſis cum animo tamen recedendi ſuffragetur Epiſcopo, vt gaudeat alternatiua de tempore illo,vſq.ad nu.178. E nu.179.datur conſiliũ Epiſcopis. An ſufficiat reſidere in loco exempto Diœceſis,& plura notanda in propoſito, vſq. ad nu.192. Vtrum diœceſis appellatione veniat Ciuitas,& è conuerſo, vſq. ad nu.198. An gaudeat alternatiua Epiſcopus,qui non poteſt ingrædi in ſuam diœceſim ob proteruiam impiorum.nu.199.& 200.

*Gloſſa.44.(*De omnibus,& quibuſcunq. beneficijs Eccleſiaſticis,cum cura,& ſine cura,ſecularibus, & regularibus)[a] fol. 536. In hac gloſſa declarantur verba thematis remiſſiue ad alias gloſſas.

*Gloſſa.45.(*Ad liberam ipſorum dumtaxat non autem aliorum cum eis diſpoſitionem, ſeu præſentationem, vel electionem(

[a] fol.537.Iſta gloſſa continet, quod alternatiua dũtaxat conceditur in beneficijs libere collationis, & ſic partim poteſt Epiſc. gaudere alternatiua,partim non,vſq. ad n.8. Quæ dicatur libera collatio: Ac quamplura ſingularia de hoc, vſq. ad n.41. An beneficia Eccleſiarũ Cathedr.& Collegiatarũ ſint liberæ collationis multipliciter declaratur,vſq.ad n.50. Quã poteſtatẽ habeat ſolus Epiſc.in collatione ſimultanea cũ Cap.Et an ſint duo corpora.Ac effectus mirabiles de hoc, vſq.ad nu.70.Quid operetur in hac materia cõſuetudo,vſq.ad nu.75.

§.1.*Gloſ.45.*[a] fol.545.Abundantiſſime,Ac maiori qua potuit,Auctor, claritate,tractat. An intret alternatiua,quando exercitiũ prouidendi,eſt libere diuiſũ inter Epiſc. & Capitulũ,vel alios,in beneficijs,quæ alias nõ erant liberæ collationis.Ac de multis modis iſtarum diuiſionum. Et an poſſit fieri diuiſio,ad effectum,vt intret alternatiua,vſq. ad nu.79.

§.2.*Gloſ.45.*[a] fol.553.In qua agitur qualiter ad effectũ, vt intret alternatiua principaliter attenditur quaſi poſſeſſio. Et ad omnes fere alios caſus infertur. Et multis modis declaratur. Et ſeptem requiſita ad acquirendam d. quaſi poſſeſſionem ponuntur, Aliaque quamplura notatu digna,diligenter ſcribuntur, vſq. ad nu.53.

§.3 *Gloſ.45.*[a] fol.559. In quo TVRNORVM materia ſuper collationibus, & alijs diſpoſitionibus accurate, ac fuſius quam ab alio factum fuerit, enucleatur, & non pauca memoranda, interſeruntur per num. 56.

*Gloſſa.46.(*Nec etiam cum conſilio) a fol.565.Abundantiſſime tractat,qualiter,& quando prouiſio facienda cum alterius conſilio deſinat eſſe libera:Et reliqua quæ de conſilij materia deſiderari poſſunt,per nu.89.

*Gloſſa.47.(*Vel conſenſu)[a] fol.577. continet plenã materiã conſenſus, tam circa propoſitum regulæ noſtræ, quam de alijs rebus per nu.64.

*Gloſſa.48.(*Seu interuentu Capitulorum, vel aliorum) ex fol. 579. tractat abundanter de materia præſentiæ, ſeu interuentus. Ac cuius effectus ſit. An & quando impediat libertatem actus non ſolum in collationibus, ſed etiam in alijs caſibus. Ac omnium iſtorum, & aliorum materiam concernentium, clara, & dilucida ponitur explanatio,per nu.59.

*Gloſſa.49.(*Aut aliàs pertinentibus)[a] fol.585. Declarat qualiter in propoſito regulæ noſtræ verificetur,hæc dictio *alias*, & aſſignantur ſex caſus ſeu exempla:Et de natura d.dictionis,aliàs vſq. ad nu.13.

*Gloſſa.50.(*Quæ in antea,in menſibns Februarij, Aprilis,Iunij, Auguſti,

gusti, Octob. & Decẽbris, extra curiã ipsam vacare contigerint.)
à fol. 587. Declarat qualiter menses dispares sunt Papæ, & pares Episcopi: Et quousq. duret alternatiua acceptata &c. per num. 12.

Glossa. 51. {Dummodo aliàs dispositioni Apostolicæ reseruata }
à fol. 589. copiosissimè, & vtilissime cõgerit triginta, & quinq. casus reseruationis, alias quã ratione mensiũ, quos auctor diligenter in vnũ collegit, & singulos bene declarat, per n. 117.

Gloss. 52. (vel affecta nõ fuerint) a fol. 602. ista gl. vberius. Ac vtilius, quã hucusq. reperiri possit, explanat materiã affectionis ex manus appositione Papę: Et in quo differat à reseruatione: Firmatur regula, cũ 22. illationibus, nunquã obliuiscẽdis, & 10. limitationibus valdè notãdis. Ac alijs pluribus declarationibus, per n 63.

Glossa. 53. (Libere disponendi facultatem concesit) a fol. 609. Hęc gl. continet 26. significatus dictionis (*libere.*) vsq. ad nu. 24. Postea disputatur. An ista libera facultas disponendi vigore alternatiuæ excludat omnino reseruationem, Vel potius aperiat facultatem de reseruatis. Ac plura in proposito declarantur, vsq. ad nu. 42. Deinde agitur. An Indultum conferendi in omnibus mensibus, sit incompatibile cum alternatiua. Et obiter in medium affertur, quando priuilegium vltimum tollat primum, seu præscriptionem, aut aliam gratiam, vsq. ad nu. 60.

Glossa. 54. (Ac etiam voluit, vt si ipsi in collatione, vel alia dispositione beneficiorũ in alijs sex mẽsibus, videlicet Ian. Mart. Maij, Iul. Sept. & Nou. vacaturorũ, quæ etiã dispositioni suæ, vt præfertur, reseruauit) a fol. 613. Continet plene qualiter cõcessio sex mensium, est reseruatio aliorum sex cum infinitis doctrinis, & regulis in propositum adductis, vsq. ad nu. 24. Et postea dicitur, quod Episcopus, & Capitulum ad summum, non possunt habere nisi sex menses. Ac affertur in exemplum, pulcher casus. l. si ità scriptum. ff. de liber. & posth vsq. ad nu. 27.

Glossa. 55. (Seu etiam aliorum dispositioni suæ, & dictæ sedis alias quomodocunq. reseruatorũ, vel affectorũ, se se intromiserint, aut quo minus prouisiones, & gratiæ Sanctitatis suæ de illis debitum effectũ consequantur impedimentũ quomodolibet præstiterint) ex fol. 616. Hæc gl. in primis declarat litteram thematis: Postea agitur, quòd paria sint, conferre beneficia reseruata, vel prouisis Apostolicis obstare. Ac huius farinæ quamplura cumulantur. Et qualiter effectus, non modus, potissime in omnibus attenditur. Ac multa allegantur de hoc. Ac postea declaratur, vsq. ad nu. 33. Deniq. assignatur ratio quare Papa vocatur Sanctissimus, & ipsum solum osculemur in pede &c. vsq. ad nu. 38.

Glos. 56. (Vsu, & beneficio prædictæ facultatis, eo ipso priuati existãt) a fol. 619. In qua latissime scribitur, quod abutens alternatiua, & priuilegio perdit illam, & illud. Ac cumulantur quamplura huius farinę, Maxime circa Dominos abutentes suis subditis, & vassallis, vsq. ad n. 26. Et de hoc, in casu abusus alternatiuę, regula firmatur. Ac ampliatur quatuor modis, vsq. ad n. 47. Limitatur primo, vt procedat Papa volente, & declarante: Cui limitationi adduntur in cõprobationem quadraginta doctrinæ singulares, & amplius, ad hoc, vt semper pœna incurratur, aut actus intelligatur (parte petente,) vsq. ad n. 109. Deinde fiunt in materia nostra plures illationes perutiles, vsq. ad n. 118. Et declaratur vsq. nu. 125. Postea adduntur aliæ tres limitationes ad d. regulam: & singula earum bene interpretatur, vsq. ad nu. 151. vbi multa scitu digna, obiter, insinuantur.

Glossa. 57. (Ac collationes, & aliæ dispositiones de benficijs illius prætextu deinceps faciendæ, nullius essent roboris, vel momenti) a fol. 633. Dicitur in hac glos. de nullitate collationis vigore alternatiuæ perditæ. De dictionibus *prætextu.* & *deinceps.* Quod per egressũ alternatiuæ intrat reseruatio, vsq. ad n. 11. Quòd actus nullus nullum producit effectum, copiosissime traditur, præsertim remissiue, vsq. ad nu. 23. Declaratur, vsq. ad nu. 28. An pœna statuta contra aliquid facientem incurratur si de solo facto gestum fuerit, fuse distinguitur, & enucleeatur, vsq. ad nu. 57.

Glos. 58. (Illi vero qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint) a fol. 637. Continet, quòd acceptatio alternatiuæ est volũtaria, & quòd non datur inuito beneficium, quod extenditur, & declaratur, vsq. ad nu. 13. Quòd si semel fuerit

acceptata

acceptata alternatiua non erit locus pœnitentiæ,& variationi vsq. ad nu. 19. Quòd acceptatio alternatiuæ sit personalis,nec profit quoad aliam diœcesim. Quòd de consensu Papæ recediturab acceptatione. Quid sit acceptatio,& an per excommunicatũ fieri possit vsq.ad n.27. Alternatiua vnde dicatur,& qualiter fieri possit,ac inter quot verificetur,vsq. ad nu.41.

Glossa 59. (Acceptationem huiusmodi per patentes litteras) à fol. 641. Continet quare acceptatio fieri debeat potius per litteras patentes, quàm per litteras, clausulas,& quibus magis credatur. Quando dicantur patentes. An differant abInstrumento, ac alia plura huius propositi, vsque ad num. 21.

Glossa.60. (Manu propria subsignatas) à fol. 643. In hac glossa plenissime agitur de materia,& effectu subscription. Quando noceat subscribenti, quando non. An subscriptio sit necessaria quando adest descriptio manu propria:Subsignatio,&subscriptio,an differant. Qualiter subscriptio fieri debeat,& interponuntur plures quæst.materiã thematis concernentes,aliaq. multa de subscriptione, & signo afferuntur, vsque ad num. 75. Deinde agitur quando sententia vnius Cardinalis,aut Auditoris possit subscribi ab alio. Et de stylo Curiæ pronunciandi, prout in cedula continebitur,& vbi fundetur, &c. vsque ad num. 98.

Glossa 61. (Suoq. sigillo munitas) ex fol. 653. Tractat ad longum de materia,& effectu sigilli. Quale esse,& quid continere debeat. Quotuplex sit. An differat à signo,vel annulo. An quis possit ad libitũ assumere sigillũ. Quando alieno vti possit. Quando noceat,& probet,aut nõ. Ac alię plures quæst. materiam sigilli imprimendi in literis acceptationis alternatiuæ respicientes, per num.43.

Glossa 62. (Et in sua quisq. Ciuitate, vel Dioecesi datas declarare) à fol. 657. Cõtinet rationem, quare acceptatio fieri debeat in propria diœcesi. Cum actus voluntariæ iurisdictionis,contractus,& testamenta possint extra fieri, vsq. ad nu. 22. Postea quæritur. An sit apponendus locus loci. An possint dari litteræ patentes in loco exempto diœcesis. An præsumatur acceptata alternatiua. An sit necessaria litterarum expeditio. Quænam sit formula litterarum patentium acceptationis, vsq. ad num. 34.

Glossa.63. (Et litteras ipsas huc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur) à fol. 660. In qua agitur. An trasmissio fieri debeat cum Nuntio proprio, vsq.ad nu.10. An sit necessarium speciale mandatum ad præsentandum litteras coram D. Datario. Ac multa de præsumptione, quòd deferens litteras sit contentus in illis. Et de mandato præsumpto. Et quid ad obtinendum rescripta gratiæ,& Iustitiæ, vsq. ad nu.21. Vtrum possit Episcopus pœnitere post transmissionem litterarum. Ac plura in proposito. Ac qualiter acceptatio consistat in vno puncto, vsque ad nu. 35. An sit necessaria intimatio reuocationis, vbi plene quamplura pulchra in mediũ afferuntur. Et de differẽtia Nuntij,& proc. vsq.ad nu.54. Quare litteræ patẽtes sint potius transmittendæ ad Datarium, quam ad alium. Et multa de excellentia officij Datarij, vsque ad num. 62.

Glossa.64 (Quibus ab eo receptis,& recognitis) à fol. 666. Habet qualiter ista recognitio fieri debeat. An sit necessaria Instrumenti producti recognitio. Quid si negetur. Quæ cautelæ adhibeãtur vt negatio nõ noceat. Ac alia quamplura de materia recognitionis, vsq. ad num. 29. Et n. 30. Ponitur formula fidei recognitionis litterarum acceptationis,per D. Datarium dandæ.

Glossa.65. (Tunc demum,& nõ antea vti incipiãt gratia supradicta) à fol.671. In hac glos. põderatur ad longum natura,& effectus dictionis(*tunc*)& qualiter denotet temporis extremitatem,diem,horam,& momentũ,præsertim stante dictione (*demum*) Ac verbis(*& non antea*) Deinde deuenitur ad decem pulchras valde vtiles, ac practicabiles illationes,in materia de qua agitur, vsq. ad num.22.

Glossa.66. (Decernentes in prædictis omnibus per quoscunque, &c. iudicari debere) à fol.674. vbi,vberius quam hactenus,agitur de materia clausulę *sublata, &c.* cuius potentię sit,& vnde originem habeat. Ac constituitur regula cum tredecim ampliationibus,& nouẽ limitationibus, alijsque delarationibus,& illationibus per numeros 54.

Glossa. 67. (Ac irritum &c.) ex fol.579. In hac glossa in primis agitur de effectu dictionis(*&c.*)tam abbreuiatę,quàm extensæ,vsq.adn. 10. Postea vniuersalis materia decreti irritantis,per diuersas quæst. maxime regulã no strã concernentes,absoluitur,vsque ad num.70. Vbi finis Operi ad laudem Omnipotentis DEI imponitur.

DILV-



DILVCIDVM AC PERVTILE GLOSSEMA,

Seu Commentatio Reg. octauæ Cancellariæ, de Reseruatione Mensium, & de alternatiua pro Episcopis residentibus loquentis,

ELABORATA DILIGENTER PER HIERONYMVM Gonzalez Iurisconsultum Hispanum, ex Oppido de Arnedo diœcesis Calagurritanæ ortum, & in Romana Curia Aduocatum.

PRÆFATIONIS SVMMARIA.

1 PRaxi quæ sunt in quotidiana, iudicantur perquam necessaria.
2 Regulæ octauæ Cancellariæ materia est frequentissima.
3 Doctores, qui scripserunt super regulis Cancellariæ, recitantur.
4 Regulæ octauæ nemo hucusque glossam dedit, & licet quidam modernus promisit, non compleuit. num. 5.
6 Auctor erubescit, eo quod primus regulam 8. glosset.
7 Sapiens occasione sapientior erit.
8 Liber nullus est tam malus, qui non prosit.
9 Libros faciendi nullus est finis.
10 Laudandus est cuiusque scriptoris conatus, sicut è conuerso reprehendendus, qui possit, & nolit posteris aliquid scriptum relinquere.
11 Perfectum in rebus humanis nil inuenitur.
12 Præfatione omissa, rem exponere, nefas est.
13 Præfationes libentius ad lectionem perducunt.
14 Ordo operis.

PRÆFATIO.

1 CVM vsu frequentia, † & in praxi quotidiana iudicẽtur perquam necessaria, Iureconsulto Vlpiano attestante l. 1. ff. ad exhibendum. & in l. certe. 6. ad finem. ff. de præcario. nihil-
2 que non solum † in Vrbe, sed etiam in toto Orbe, in Tribunalibus saltem Ecclesiasticis, tam crebrum, tamque necessarium contin-

gere soleat : quam casus passim occurrentes circa materiam regulæ octauæ Cancellariæ, de reseruatione mensium Apostolicorum, & de alternatiua Episcopis residentibus concedenda. Cumque sæpe considerauerim, quod licet super alijs regulis Cancellariæ plures scripserint auctores, * ac eas competentibus scholijs dotauerint, scilicet Alphonsus Soto, Gulielmus Cassadorus, & Ludouicus Gomezius omnes Hispani, nec non Petrus Rebuffus, ac Quintilianus Mandosius; verumtamen neque ipsi, neque alius † de hac regula quidquam scriptum reliquerunt. Et quamuis modernus additionator ad Simonetam in suo tractatu de reseruationibus, Paulus Granuntius † nuncupatus in scholio ad quæstionem. 45. huic regulæ opportunum Commentarium propediem non sine ingenti labore ædendum spoponderit, effectus tamen dictæ promissionis euanuit. Quapropter ego; † & si vt minimus omnium, nimis erubescens, ac summe contremiscens in re adeò difficili primus manum imponere; pro vtilitate verò communi, & vt nouis in Curia, ac prorsus extraneis, multis hinc inde sparsis more apium collectis, aliquatenus istius materiæ viam, aperiam, occasionemq. vt alij aptius, & diffusius articulos hic tactos pertractent, & resoluant, præbeam: nam, vt legitur prouerbiorum cap. 9. & in cap. vides. in fine. 23. quæstione 6. *da occasionem † sapienti, & sapientior erit.* Pro meis imbecillibus viribus Glossa ornatum præfatæ regulæ collocare proposui, ea saltem nixus spe, quod iuxta Plinij sententiam nullus est liber † tam malus, qui aliqua ex parte non prosit, & quia vt Sapiens † scripsit Ecclesiastes cap. 12. in fine, *faciendi plures libros nullus est finis*, laudandusque est scriptoris cuiusque conatus, † quoniam leuius in addiscendo passurus sit onus, qui collectas in vnũ materias lectitabit, sicut è conuerso reprehendendus, qui possit, & nolit posteris studiosis quicquam scriptum relinquere, vt Baldus dixit in proœmio Decretalium in principio. num. 3. Confisus denique non in meo tenui sensu, sed in eius auxilio, qui cunctarum est Auctor scientiarum, quique sapientiam præstat paruulis, & intellectum, & dat omnibus affluenter, rem institutam aggredior, humiliter deprecans, quod si quid erroris fuerit, benigne per discretum Lectorem corrigatur, non immemor, nihil perfectum † in humanis rebus inueniri. Et quia Gaio docente in l. 1. ff. de origine Iuris nefas videtur esse, nulla † præfatione facta rem exponere, nam præfationes † libentius ad lectionem propositæ materiæ perducunt. In primis pro clariori, & faciliori intelligentia † septem. §§. proœmiales constituam, & postmodum litteram nostræ regulæ prævia opportuna diuisione, explanabo, deinde singulas eiusdem regulæ partes per glossas sexaginta, & septem interpretabor, & vbi alicuius glossæ materia apparebit dilata, eandem quoque glossam in nonnullos. §§. separabo.

SVMMARIA §. PRIMI PROOEMIALIS.

1 *Vrisdictio omnis à principio non Apostolis, sed Petro illorum Principi à Christo data fuit.*

2 *Papa solus in primordio orientalis Ecclesiæ beneficia instituit.*

3 *Collatio beneficiorum ad solum Papam, qui illa instituit, spectabat.*

4 *Papa concessit Episcopis potestatem conferendi in suis Diœcesibus.*

5 *Episcopi sunt vocati in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis.*

6 *Episcopi in suis diœcesibus dicuntur Papæ Vicarij.*

7 *Mundus totus dicitur Parochia Papæ.*

8 *Papa habet pro propria diœcesi totum Orbem.*

9 *Iurisdictio omnis ab ipso Papa, & Principe procedit, fluit, & resluit.*

10 *Iurisdictio nec minima alicui competere potest, nisi procedat à Principe.*

11 *Cuncti Prælati de Mundo habent potestatem à Papa, ipse vero à solo Deo, & exemplum adducitur de inferioribus Episcopi, quoad ipsum Episcopum nu. 12.*

13 *Imperator habet imperium à Papa.*

14 *Potestas omnis, quæ politicam gubernationem Ecclesiæ concernit in Summo Pontifice, vt in fonte, reposita est, & ab eo in alios deriuatur & 15.*

16 *Potestas à capite in membra transmittitur.*

17 *Iacobus Sabagum primarius Salamantinus, auctoris præceptor, laudatur.*

18 *Episcopi non successerunt Apostolis quoad Iurisdictionem.*

19 *Episcoporum Iurisdictio sic se habet quoad Papam, sicut Proconsulis quoad Imperatorem.*

20 *Episcopi ab initio nascentis Ecclesiæ à Papa conferendi beneficia potestatem receperunt.*

21 *Omnes Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi habent de Iure communi fundatam intentionem in Iure beneficia conferendi.*

22 Epi-

22 *Episcopi poterant conferre in omnibus mensibus ante impedimentum nostræ regulæ alijs reseruationibus cessantibus.*
23 *Pontifices maximi raro olim faciebant gratias beneficiales.*
24 *Reseruationum, & expectatiuarum de materia non agitur in volumine Decretorum.*
26 *Papæ quando pro aliquo beneficiando scribebãt, tria paria literarum dabant.*
27 *Papæ postmodum frequentes faciebant reseruationes, & expectatiuas concedebant, ità vt ordinarij possent conqueri, ex sententia Abbatis. nu. 28.*
29 *Ordo Ecclesiasticus confunditur, nisi sua iurisdictio vnicuique conseruetur.*
30 *Reseruationibus totum Ius Canonicum destruitur.*
31 *Abbatis dictum taxatur.*
32 *Papa in beneficialibus plenissimam habet potestatem.*
33 *Papa solus dominus beneficiorum.*
34 *Papa nullis legibus coarctatur in beneficialibus.*
35 *Papa facit vnum Consistorium cum Deo.*
36 *Papa de Potestate ordinaria an possit sine causa alicui suum beneficium auferre.*
37 *Papa iudicatur Deus in terris quoad beneficialia.*
38 *Papa potest adæquare quadrata rotundis.*
39 *Iurisdictionis quæ sunt, ad libitum Princeps reuocat.*
40 *Papa patet iuri conferendi vti rei propriæ adijcere onus, quod velit.*
41 *Ordinarij non possunt comqueri de Papa, quamuis multiplicatas expectatiuas concesserit.*
42 *Iniuriam nemini facit, qui vtitur Iure suo.*
43 *Iniuriam non facit, qui ausert alteri consueta commoda sine animo nocendi.*
44 *Liberalitatem exercet, qui dat id, ad quod non tenetur.*
45 *Papa potest dicere cuilibet Episcopo, Amice non facio tibi iniuriam, &c.*
46 *Papa auocando ad se Ius conferendi ab ipso concessum nemini facit præiudicium.*
47 *Fauorabilis actus dicitur, quando res ad pristinam naturam reuertitur.*
48 *Doctores impugnantes dictum Abbatis citantur.*
49 *Abbatis dictum declaratur, vt de sola vrbanitate procedat.*
50 *Papa lege honestatis, & vrbanitatis quodammodo adstringitur.*
51 *Papa vt neque de inurbanitate argui posset, regulam de mensibus fecit.*
52 *Papa per d. regulam quatuor menses Episcopis concessit, & sibi octo reseruauit.*
53 *Episcopi non habent nisi semiplenam potestatem, Papa verò plenam, & ideò duplices menses sibi reseruat. nu. 54.*
55 *Rebuffus taxatur, dum dicit, quod per extrauagantes erat reseruatio mensium.*
56 *Papa vrbanius procedens sex menses Ordinarijs alternatiuam acceptantibus concedit.*
57 *Expectatiuæ omnes sunt hodie sublatæ per Concil. Tridentinum. & nu. 58.*
59 *Hodie infiniti textus Decretalium, Sexti libri, & Clementinarum de expectatiuis, & de mandatis de prouidendo loquentes, ab aula recesserunt.*
60 *Expectatiuas post Concilium Tridentinum rarissimè Papæ concedunt, si vellent tamen, concedere possunt. nu. 61.*
62 *Papa est supra generale Concilium Tridentinum.*
63 *Decretum Concilij Tridentini cap. 19. Sess. 24. procedit, etiam si Episcopi accedat consensus ex sententia sacræ Congregationis.*
64 *Canonici supernumerarij ad futuram præbendam hodie post Concil. creari non possunt, & procedit etiam in capitulis nu. 65.*
66 *Reseruationes mentales sunt quoque sublatæ per Concilium Tridentinum.*
67 *Reseruatio mentalis qualis erat.*
68 *Reseruatio mentalis operabatur effectum contra regulam, quod voluntas in mente retenta &c.*
69 *Velle non sufficit nisi exprimatur ore, nam voluntas in mente retenta nihil valet. nu. 70.*
71 *Voluntas, seu cogitatio, quæ in lucem non producitur, censetur partus abortiuus.*
72 *Papa quando reseruat, præsumitur quod rite, & recte procedat.*
73 *Regalem sensum regere nemo potest.*
74 *Papa non potest facere, quod factum non fuerit factum: potest tamen facere, quod pro infecto habeatur. nu. 75.*
76 *Concilium Tridentinum similiter sustulit Indulta Cardinal. in præiudicium ordinariorum.*
77 *Papa quando concedit Cardinalibus ius conferendi in aliqua diœcesi aliena, censetur concedere sine læsione Ordinarij, quoad prouisiones reseruatas. & nu. 78.*
79 *Indultum concessum à Pio V. Duci de Alba quomodo intelligatur.*
80 *Concil. Tridentin. etiam tollit omnes spirituales reseruationes.*
81 *Episcopi hodie non habent quærimoniæ causam.*

§. 1. PROOEMIALIS.

SCIRE oportet pro faciliori dicendorum intelligentia, quod omnis Iurisdictio, ac potestas disponendi de beneficijs à principio nõ Apostolis, sed Petro illorũ Principi à Christo data fuit. cap. ita Dominus. §. hunc enim. 19. distinct. c. finali. 11. distinct. cap.

in nouo. 21. distinct. Ioannes Andreas in cap. cum ex eo. sub num. 13. de pœniten. & remissionib. Gaspar de Perusio in tractatu. de reseruationib. in princ. ex nu. 12. vsque ad nu. 18. Ludouicus Gomezius in suo tractatu. de expectatiuis. nu. 10.

2 Ideo solus Papa † in primordio Orientalis Ecclesiæ ordinauit, & instituit dignitates, & alia Ecclesiastica beneficia. cap. 1. & 2. 22. distinctione. & docet Ioannes de Selua in tractat. de beneficijs. 2. par. quæst. 22. nu. 3. ac faciunt tradita per Petrum Andream Gambarum in tract. de officio, & potestate legati lib. 5. tit. an legatus possit plura beneficia vni conferre. num. 37. Vbi & ponit originem beneficiorum. Et consequenter ad Papam solum † spectabat collatio argumento tex. in 3 cap. admonet. de renunciatione. Ioannes Selua. d. num. 3.

4 Deinde Pontifex Maximus concessit † Archiepiscopis, & Episcopis prædictam potestatem, vt quilibet in sua diœcesi beneficia ibidem consistentia conferre posset. cap. Decreto. ibi, *quæ vices suas ita aliis impertiuit Ecclesiis, vt in partem sint vocatæ solicitudinis,* † *non in plenitudinem potestatis*. capite. qui se scit. in 5 princ. 2. quæst. 6. cap. multum stupeo. ibi, *Vices enim nostras ita tuæ credimus potestati*. 3. quæst. 6. Gaspar de Perusio, vbi supr. num. 2. Hieronymus Gabriel consil. 197. sub num. 3. & sub num. 9. lib. 1.

Hinc Episcopi in suis diœcesibus dicuntur 6 Papæ Vicarij. † Ioānes Selua de beneficijs. 2. 7 par. quæst. 1. nu. 19. Nam totus mundus † dicitur Parochia Papæ. Bart. in tract. de præstantia Cardinalium. par. 1. quæst. 2. nu. 14. Philippus Probus in additione ad Io. Monachum in proœmio lib. 6. Decretalium. nu. 77.

8 Et Papa habet pro propria † diœcesi totū orbem. Felin. in c. gratiæ. sub nu. 2. post medium versic. *Et de hoc aliàs posset dici*. de officio Ordinarij per tex. in cap. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. Ludouicus Gomezius in cap. 1. nu. 34. de constit. in 6.

Omnis namque conferendi potestas, & Iu- 9 risdictio † ab ipso Papa, tamquā à fonte procedit, & fluit, & refluit, adeò vt, nec minima 10 quidem Iurisdictio † alicui aliter concedi possit Alexand. in l. 1. num. fin. versic. *Vnde dicit Bald.* ff. de Iurisdictione omn. Iudic. & in consil. 24. nu. 1. lib. 5 Afflictus in constitutionibus Siciliæ. lib. 1. rubrica. 47. n. 6. Thomas Grammaticus decis. 46. nu. 1. Abbas in c. venerabilem. sub nu. 19. ad med. de electione, & latè tradit Franciscus Vargas in tractatu de Iurisdictione Episcoporū, & Pontif. maximi auctoritate, axiomate. 2. cum tribus sequentib. Menoch. de præsumption. lib. 2. præsumptione. 14. nu. 4. Acebedus in l. 1. num. 70. tit. 1. lib. 4. recopilation.

11 Et cuncti Prælati de Mundo † habent potestatē à Papa; ipse vero à solo Deo. c. quamuis. 21. dist. Gomezius in dicto tract. de expectatiuis sub n. 11. vbi n. 10. adducit exemplū.

12 Nam sicut inferiores † Episcopo non habent potestatem conferendi, nisi in quantum Episcopus tacitè concessit, vel patiatur. c. ex frequentibus. cap. cum venissent. de Institutionibus. Ita etiam Episcopi, nisi ex Papæ concessione, non habent conferendi potestatem, vt in d. cap. multum stupeo. 3. q. 6.

13 Nec mirum, cum & Imperator † habeat Imperiū à Papa immediatè concessum. Bart. in l. 1. §. præsides. nu. 4. ff. de requiren. reis Abbas in cap. nouit. nu. 11. cum sequentib. de Iudicijs. post gl. 2. ibidem, & in cap. 1. n. 3. de probatio. Deci. in d. c. nouit. n. 7. Nauarr. notabil. 3. per totū vbi infinitos allegat. n. 19. & 20. in d. c. nouit. ac alios contrariū dicentes.

14 Potestas vtique omnis, quæ ad politicam Ecclesiæ gubernationem spectat, in Summo Pontifice, ceu in fonte reposita est, & ab eo im- 15 mediatè ad alios deriuatur, † ac veluti per riuulos quosdam, & canales transfunditur, & 16 permanat, & ab ipso capite in mēbra † transmittitur. c. ita Dominus. ibi, *Vt ab ipso quasi à quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.* 19. distinctione. & post Franciscum Vargas vbi supra, tradit Acebedus in l. 1. nu. 97. titul. 5. lib. 8. recopilationis, & eleganter docuit percolendus Magister meus † doctissi- 17 mus Iacobus Sahagun; ac Scholæ Salamantinæ in iure Pontificio Lucerna, in cap. decernimus. de Iudicijs. in principio ex nu. 7. cum sequentibus.

18 Vbi etiam firmat quod Episcopi † Apostolis quoad iurisdictionē minime successerunt, sed à Romano Pontifice eam obtinuerunt. & Acebedus vbi proximè. nu. 100. cum sequentibus. ac facit. gl. verb. *Apostolorum*. in cap. videntes. 12. quæst. 1. tradit etiam Turrecremata in tract. de auctoritate Papæ. quæst. 13. 19 vbi addit quod sicut se habet potestas † Imperatoris ad potestatem Proconsulis, sic se habet potestas Papæ ad omnem potestatem Ecclesiæ, & Episcoporum.

Quam potestatem Episcopi etiam habue- 20 runt à Papa ab initio † nascentis Ecclesiæ. gl. in cap. quamquam. 18. verb. *deuoluetur*. circa medium vers. *vt igitur huius originis*, & Dominicus Geminianus ibi sub n. 4. de electione lib. 6. Abbas in quæst. 5. sub nu. 6. vers. *secundo probatur ad idem sic*. Staphileus de litteris gratiæ in præludio. sub nu. 2. vers. *quia ab initio*. Gomesius vbi supra. nu. 3.

21 Vnde omnes Archiepiscopi, & Episcopi † dicta concessione mediante de Iure communi habent fundatam intentionem in Iure conferendi omnia beneficia Ecclesiastica in suis diœcesibus consistentia. cap. regenda. 10. quæst.

quæst. 1. cap. nullus omninò. 16. quæst. 7. cap. nemo. de consecratione. distinctione prima. cap. ex frequentibus. de Institutionibus. cap. conquerente. de officio ordinar. c. 2. de religiosis domibus. cap. cum personæ. vers. *& si in priuilegium*. de priuilegijs. in 6. Et pro regula ponit, cum duabus ampliationibus, & quinque limitationibus Felin. in cap. cum venerabilis. num. 31. cum pluribus sequentibus. de exceptionibus. Dec. consil. 117. & pro tenui. nu. 1. & cons. 152. in causa exemptionis. ante num. 1. Selua de beneficiis. 2. par. q. 26. ex num. 28. & 35. & 52. Mandosius in regula Cancellariæ. 14. quæst. 2. nu. 2. Franciscus Marchus quæst. 392. nu. 3. & quæst. 870. nu. 2. lib. 2. Rota decis. 4. nu. 1. in principio. de concess. præbendæ. in nouis, & decis. 78. nu. 1. & per totam. par. 1. diuersorum.

22 Hinc est, quod ante impedimentum † nostræ regulæ 8. reseruatoriæ octo mẽsiũ, alijs reseruationibus cessantib. Episcopi poterãt conferre beneficia in quolibet mense vacantia, & habebant omnes menses liberos. Gomezius in tractatu de expectatiuis. nu. 20. in fine. Caputaq. decis. 214. nu. 5. par. 2. Cassadorus decis. 3. nu. 4. & decis. 4. num. 1. & 2. de priuilegijs. Put. decis. 492. nu. 3. lib. 2. Crescen. decis. 3. nu. 4. de priuilegijs.

Quinimmo olim Romani Pontifices rarò
23 faciebant † gratias beneficiales. Et ideo in
24 volumine Decretorum † de ista materia non tractatur, vt tradit Io. Andr. in additionibus ad Speculatorem in rubrica tituli de concessione præbendæ post principium vers. *& scien dum* est. Staphileus de litteris gratiæ in præludio. num. 2. Gomezius de spectatiuis sub nu. 3. Greg. Lopez in l. p. glos. 1. ad fin. titul. 16. Partita pri. Selua de beneficiis. 2. par. quæst. 1. nu. 14.

25 Verum postea tempore procedente † cœperunt Papæ illas concedere, tamen moderate. Et propterea quando pro aliquo beneficiando scribebant tria paria litterarum da-
26 bant. † Primo monitorias, quibus monebant Ordinarium collatorẽ, vt prouideret ei, pro quo Papa scribebat. Secundo dabant litteras præceptorias, quæ concedebantur, si monitorijs non obtemperabant. Tertio dabant litteras executoriales, per quas deputabatur executor ad prouidendum loco Papæ, vel ad compellẽdum ordinarium Collatorem, quia antiquitus Summi Pontifices non grauabant Ordinarios Collatores. Abbas in cap. constitutus. 19. ante num. 1. notabili primo. de rescriptis. & in cap. ex insinuatione. 37. nu. 1. eodem tit. Ioannes Andreas in additione ad Speculatorem titulo de concessione præbendæ in rubrica, post principium vers. *incœperunt demum illas dare*. Staphileus vbi supra. nu. 3. Aeneas de Falconibus in tract. de reseruatione primo præludio. nu. 1. Gomezius de expectatiuis. nu. 4.

27 Deinde Papæ frequenter faciebant † reseruationes, ac expectatiuas concedebant, ità quod dixit Abbas in cap. mandatum. num. 2. vers. *ex quo infertur*. de rescriptis. quod ho-
28 die possunt † Ordinarij multũ conqueri, cum ex reseruatione Summi Pontificis, & ex litteris axpectatiuis Ius conferendi sit quasi abdicatum ab ipsis Ordinarijs, quod est contra cap. Ecce. 99. distinct. quia non debet Papa prouidere suis commodis, seu necessitatibus Romanæ Curiæ cum tam graui præiudicio Ordinarij: & ordo Ecclesiasticus confundi-
29 tur, † si sua Iurisdictio vnicuiq. Episcopo nõ seruatur. cap. peruenit. 11, quæst. 1. Verba sunt formalia Abbatis, vbi supra: & refert Gregor. Lopez. d. glos. 1. ad finem. glos. 1. titul. 16. partita. 1.

Similiter Decius in cap. 1. nu. 6. vers. *& certe hoc*. de electione. & Paris. consil. 19. nu. 5.
30 lib. 4. dicũt, quod totum Ius canonicum † destruitur per tot reseruationes.

31 Sed profecto Abbas ratione caret: † quia Papa habet plenissimam potestatem, & di-
32 spositionem † in beneficialibus. c. 2. in principio. de præbẽ. lib. 6. cap. proposuit. ibi, *quia secundum plenitudinem potestatis*. eod. tit. Clemen. 1. in fine. vt lite pendente, & probat etiã lex prima in fin. tit. 16. par. 1. & Gregor. Lopez ibi verbo, *a quien quisierẽ*.

33 Et naturaliter Papa solus est Dominus † beneficiorũ. AEneas de Falconibus in tractatu de reseruationi, præludio. 2. nu. 2. Flaminius Parisius de resignatione lib. 2. q. 4. nu. 34. Et
34 Papæ potestas nullis legibus, † aut regulis coarctatur. Grãmaticus consil. 2. nu. 23. ad finem decisionum suarum. Et facit vnum con-
35 sistorium cum Deo. † Hostien. in c. quanto. nu. 11. de translatione Episcopi. per tex. ibi. Gomezius de expectatiu. sub num. 38. Ita vt possit de potestate ordinaria (etiam sine cau-
36 sa) beneficium Ecclesiasticũ vni auferre, † & dare alteri. Geminian. cons. 99. nu. 7. vbi allegat gl. in c. omnis qui geminat. verbo, *coacte*. 7. q. 1. Simoneta de reseruationibus. q. 2. nu. 6. Mohedanus decis. 4. nu. 2. de restit. spoliat. latè Anton. Gabriel lib. 3. titulo de Iure quæsito non tollendo. conclus. 1. n. 9. cum sequentibus vsque ad 16. Aeuedus in l. 2. tit. 14. nu. 10. lib. 4. recopilationis. vbi dicit Pa-
37 pam † iudicari Deum in terris quoad beneficialia. facit glos. verbo. *homini*. in c. fundamenta. §. ne autem. de electione in 6. de quo vide plura hinc inde per Pinel. in rubrica C. de rescind. venditione c. 2. nu. 29. & 30. post Antonium Gabrielium vbi supra, quia super hoc nunc nihil firmo.

Sic dicitur Papam posse adæquare quadra-
38 ta † rotundis. Hostien. in c. cũ conueniissent. de

Iudicijs. n. 5. Franciscus Marcus quæst. 1185. nu. 4. par. pri. Et ea, quæ sunt Iurisdictionis, & sic Iurisdictionalia, Princeps ad sui libitũ
39 reuocat, † & tollit quando vult, vt post alios firmat Thomas Grammaticus decisione 46. nu. 2. 3. & 4.

Dixit etiam Archidiacon. in c. Statutũ. sub nu. 3. de præbend. in 6. loquendo de collatione beneficiorum, quod Papa potest iuri con-
40 ferendi vti rei propriæ adijcere onus, † quod velit. & gloss. ibidem verbo, *per seipsos*. in fin. Hinc sequitur, quod immerito possint
41 Ordinarij conqueri de Papa, † quamuis concederet multiplicatas expectatiuas. nam
42 nemini facit iniuriam, † qui vtitur Iure suo. l. iniuriarum. 13. §. 1. ff. de Iniurijs. c. cum Ecclesia Vulterana. 31. de electione. Sicut nec dicitur iniuriã facere, qui aufert alicui con-
43 suета commoda † sine animo nocendi. l. Proculus. 26. ibi, *quia non debet videri is damnum pati, qui eo veluti lucro, quo adhuc vtebatur, prohibetur*. ff. de damno infecto. l. si in meo. 31. ff. de aqua pluuia arcenda. gloss. verbo, *iniuriam*. in d. cap. cum Ecclesia Vulterana. de electione. Et qui dat id, ad quod non tenetur,
44 liberalitatem † exercere videtur. Sarn. in d. tract. de expectat. n. 14. cap. 1. de donationibus. gl. verbo, *liberaliter*. in cap. relatum. de præbendis.

45 Posset etenim dicere Papa, † Amice non facio tibi iniuriam; an non licet mihi, quod volo, facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? vt legitur Mathæi capite 20.

Vnde Papa auocando ad se siue reseruando, quæ Episcopis (vt ita dixerim) præcario
46 † concesserit, non solũ non dicitur Episcopis aliquod causare notabile præiudicium: imo aliquo modo dicitur actus mere fauorabilis;
47 † cum res ad suam primæuam naturam, & originẽ reuertatur: vt in specie tradit Æneas de Falconibus in d. tractatu de reseruationibus secundo præludio, sub n. 2. vers. *vnde si contigerit*. Mandos. in reg. 2. q. 2. n. 12. ante fin. l. si vnus. §. pactus ne peteret. in fine. ff. de pactis. gl. verbo. *numerandum*. in c. 3. de præbend. lib. 6. Felin. plura cumulans in cap. cum omnes. nu. 7. & 8. & in cap. cum accessissent. n. 5. & 6. & 30. de constitutionibus. & infra dicetur. §. 6. num. 28.

48 Ideoq. impugnant † dictum Abbatis in d. c. mandatum. Staphileus de litteris gratiæ in c. de vi, & effectu clausularum. §. posthæc in literis dicitur. nu. 5. Selua de beneficijs. 2. par. quæst. 1. nu. 28. & 29.

Vel possumus dicere cum Selua d. nu. 28. in fine. quod Abbas intelligatur de sola hone
49 state, † & vrbanitate, non verò de necessitate. Nam Papa lege honestatis, & vrbanitatis,
50 quodadmodo adstringi † videtur. c. peruenit. in fine. 11. q. 1. c. ecce. 9. distinctione. l. digna vox. C. de legibus. Ioannes Andreas in c. significasti. 18. nu. 3. de foro competenti. Franciscus Marcus q. 456. nu. 3. Flamin. Pariſ. de resign. lib. 3. quæst. 1. num. 17. & 18. post D. Thomam, & alios. & est pulchra decisio Rotæ prima ante num. 4. & sub eodem nu. 4. de bigamis. in nouis.

Sed vt neque de inurbanitate Papæ pos-
51 sent Episcopi conqueri, † per suas regulas Cãcellariæ anni menses Romani Pontifices diuisere, concedendo Episcopis tàm residentibus, quàm non residẽtibus quatuor menses, videlicet Martium, Iunium, Septembrem, ac Decembrẽ; & sibi reliquos octo menses, propter suam maiorem potestatem
52 reseruarunt. † Nam sicut Episcopi non habẽt
53 nisi semiplenam † potestatem; Papa verò plenam, vt inquit gl. verbo, *plena*. in c. cõsequẽs. 11. distinctione; Speculator tit. de Iurisdictione omn. Iudic. nu. 1. Sic etiam Papa Episco-
54 pis dat quattuor menses, † & sibi reseruat alios quattuor duplicatos, idest, octo, scilicet Ianuarium, Februarium, Aprilem, Maium, Iulium, Augustum, Octobrem, & Nouembrem.

55 Vnde quatenus Rebuffus † in praxi titulo de expectatiuis. num. 2. dicit, quod dicti quatuor menses sunt Episcopis concessi, & reliqui octo menses reseruati per extrauag. ad regimen. de præbendis. decipitur: quia in d. extrauaganti de hoc nihil dicitur.

56 Adhuc etiam vrbanius † agens Papa, quò magis Episcopi ad personaliter residendum inuitentur, æqualiter diuisit omnes menses anni, inter ipsum, & Episcopos residentes, & alternatiuam, quoad beneficia liberæ dumtaxat collocationis, acceptare volentes, vt in nostra regula continetur.

Vlterius omnes expectatiuæ, ac mandata de prouidendo, & aliæ quæcumque gratiæ ad
57 vacatura, sunt iam hodie † sublata per Conc. Trident. sess. 24. de reform. c. 19. Ideoq. cũ iam redierint illa fœlicia tempora decretorum, quando † nullæ erant expectatiuæ, vt dicit Mandos. in praxi signaturæ gratiæ, titulo de expectatiuis. in principio, multò minus
58 moderni Episcopi † querelam formare valebũt, de expectatiuarum obstaculis. Et plura,
59 ac plura Iura, † quę sunt sub titulis de rescriptis, de præbendis, & de concessione præbendæ, tàm in Decretalibus, quàm in Sexto, & Clementinis, ac Extrauagantibus, vna cum eorum glossis, & tractatibus de expectatiuis per Doctores compositis, iam hodie euanuerunt, & ab aula recesserunt.

60 Quia Romani Pontifices rarissime † post Concil. Trid. tales expectatiuas ad beneficia vacatura indulgere volunt, sed ad vnguem Concil. Trident. seruare intendunt. Quam-
61 uis, si vellẽt illas concedere †, prout aliquan-

do

do post d. Concil. fuisse expectatiuas quasi miraculosè concessas vidi, non esset de illarum viribus dubitãdum, tam ex supradictis, quàm etiam, quia Papa est supra generale
62 Concilium †Tridentinum. c. significasti. 4. an te finem ibi, *quasi Romanæ Ecclesiæ legem Concilia vlla præfixerunt, cum omnia Concilia per Rom. Ecclesiæ auctoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Rom. Pontificis patenter excipiatur auctoritas*. de electione. & Abbas ibi nu. 3. cum eius additione magna, verbo, *Concilia*, cap. proposuit. de concessione præbendæ. gloss. verbo, *præsumit*. in c. sicut sancti. 15. distinct. Geminian. consil. 44. Dominus noster. nu. 1. & seq. Cassad. decis. 2. nu. 4. de præbendis. Grãmaticus consil. 2. nu. 16. & 17. & 23.

Procedit etiam d. decretum Concil. Trid. c. 19. Sess. 24. etiam si Episcopi accedat con-
63 sensus, † vt fuit declaratum per Illustrissimos DD. dicti Concilij Interpretes Cardinales, vt sequitur:

Expectatiuæ sunt omninò sublatæ, & si illæ factæ sint de consensu Ordinariorum.

64 Fuit etiã declaratum, quod hodie non possunt creari Canonici † supernumerarij ad futurã prębendã; cuius declarationis tenor est:

Ex hoc decreto expectatiuarum abrogatarum, colligitur non posse erigi Canonicatum supranumerarium ad futuram præbendam.

65 Quod etiam procedit in Capitulis, † vt neque Capitula Ecclesiarum possint Canonicos supernumerarios creare super futura præbẽda, vt eadem censuit sacra Congregatio.

Pariter etiam per supradictum caput. 19. Concil. Tridentini tolluntur omnes menta-
66 les † reseruationes. Erat enim mentalis re-
67 seruatio, quãdo Papa reseruabat beneficium vel in specie, vel in genere per Bullam, vel per Breue, vt personæ gratæ prouideret, quam non exprimebat, sed in mente retinebat, & sic in nullius personæ expressæ fauorem facta fuerat reseruatio. Tunc enim dicebatur mentalis, quasi in mente retenta, quoad prouisionem personæ. Deinde quando vacabat beneficium, mandabat fieri prouisionem alicui sub data reseruationis, vel antea, vel post, vt sibi placebat. Cassadorus decis. 4. de reseruation. à nu. 1. cum tribus decisionibus sequentibus. & decis. final. nu. 8. de concess. præben. Simoneta de reseruat. quæst. 4. nu. 2. & 20. Mandos. in reg. 11. quæst. 4. nu. 2.

Quæ reseruatio mentalis, seu pectoralis
68 operabatur effectũ † singularem contra vulgarem regulam, quod voluntas in mente retenta nihil operatur. l. si repetẽdi. C. de conditione ob causam datorum. l. quidam cum filium. 46. post principium. ff. de hæred. instituen. l. cum in plures. 60. §. locator. ff. locati. l. 46. post medium. tit. 14. par. 5. gl. verbo, *conditio*. ad med. in c. quemadmodum. de Iureiurando. Cassad. decis. 2. ante num. 2. de locato. Probus in cap. cum in illis. num. 44. de præben. in 6. vbi post Ioan. Monachum, ad-
69 dit quod non sufficit † velle, nisi exprimatur ore. Nam voluntas clausa in mente nihil va-
70 let † in actibus hominũ, sed expressa verbis, aut factis, quia animi cogitatio, quæ nõ producitur in lucem, censetur abortiua, † & est
71 sicut posthumus existens in vtero, qui, si non nascatur, & in lucẽ producatur, nihil est. Bald. in l. 1. nu. 32. C. qui admitti ad bonorum possessionem. Iason. in l. si ita legatum. 65. §. si volet. nu. 2. ff. de legat. 1. Mandos. in d. reg. 11. q. 4. nu. 3. Menoch. de præsumption. præs. 26. nu. 13. lib. 1. & præsumpt. 67. nu. 15. lib. 4.

Tamen cum Papa fecerit has reseruationes mentales, credendum est, quod ritè, & re-
72 ctè processerit: † nam de eius potestate dubitare, esset ad instar sacrilegij. l. 2. C. de crimine sacrilegij. cap. si quis suadente. §. qui autem. 17. q. 4. ac ponere os in cœlum. Lambertin. de Iurepatron. 1. par. lib. 1. q. 8. artic. 4. num. 1. *Quis enim tantæ superbiæ fastidio tumidus*
73 *est, vt regalem sensum † regat?* dicit. l. final. versic. quid enim. C. de legibus.

Quamuis enim Papa nõ possit facere, quod
74 factum, non fuerit factum †, nec è contra. l. in bello. 12. §. facti autem causa. ff. de captiuis, & postliminio reuersis. c. si Paulus. §. caue quæso. & gl. ibi verbo, *suscitare*. 32. q. 5. Gomezius in reg. de infirmis resignãtibus. q. 30. nu. 3. Potest tamen facere, quod facta habean
75 tur † pro infectis, & non facta habeantur effectualiter pro factis. Cardinalis in Clemen. 1. nu. 6. de immunit. Ecclesiarum. Philippus Probus in cap. cum in illis. 16. nu. 54. de præben. lib. 6. latè Tiraq. de Iure constituti. par. 3. limit. 7. num. 47. Rota decis. 149. nu. 4. par. 2. diuersorum.

Similiter, ne Episcoporum, vel aliorum Collatorum Iurisdictio diminueretur, indul-
76 tis Cardinalium, † fuit etiam constitutum in d. cap. 19. Sess. 24. de reformatione, ne concedantur alicui ex S. R. E. Cardinalibus Indulta ad alienas Ecclesias, vel Monasteria, & hactenus cõcessa abrogata censerẽtur. Quod & ad amussim seruari videmus. Nam quam-
77 uis Sixtus V. ac nonnulli Papæ † aliquibus Cardinalibus concesserint Indulta, conferendi beneficia vacãtia in alienis diœcesibus: tamen talis concessio non fuit facta in præiudi-
78 cium Ordinariorũ, † nisi tantũmodo ad conferendum beneficia reseruata ratione mensium, vel ex alio capite, in quibus conferendis Ordinariorum manus erant aliàs ligatæ. cap. nisi cum pridem. in fine. de renũciatione. Caputaq. decis. 345. nu. 3. par. 3. & sic de suo Iure conferendi sine ordinariorum læsione

ne, ac derogatione dicti decreti Conciliaris, licitè, & honestè Papa Indultũ Cardinalibus concedere potuit. l. in re mandata. C. mandati l. etiam. §. licet. ff. solut. matrim.

Prout in simili videmus, quòd Indultum
79 concessum a Pio V. Duci de Alua † ad præsentandum certa beneficia, excepit vacationes illorum in quatuor mensibus ordinarijs, vt in ipsis Ordinarij libere prouidere valeãt, & restringitur ad menses per nostram regulam reseruatos. Rota decis. 442. nu. 1. & per totam par. 1. diuers.

Denique per d. Concilium in supradicto c.
80 19. sublatæ fuerunt omnes reseruationes † ad fauorem certarum personarum, vt in illis verbis, *neq; aliæ quæcũque gratiæ ad vacatura*. Flaminius Parisius de resignat. lib. 2. q. 16. nu. 18. vbi dicit, quod speciales reseruationes recesserunt ab aula. & dixi in. gl. 30. nu. 23.

81 Quo fit, vt hodie † stante nostra regula. 8. & cessantibus expectatiuis, & reseruationibus mentalibus, ac specialibus ad fauorem certarum personarum, ac Indultis ad conferendum in mensibus Ordinariorũ, iusta cum ratione omnes Episcopi possunt esse contenti, absque aliqua querimoniæ causa.

SVMMARIA. §. 2. PROOEMIALIS.

1 *Papa potest etiam prouidere in mensibus ordinarijs.*
2 *Papa concedendo alijs potestatem eandemmet sibi reseruat.*
3 *Episcopi Iurisdictio in causa hæresis non est per commissionem à Papa alijs in eadem causa datam. sublata.*
4 *Iurisdictio militaris, si alicui Iudici sit data, non censetur adempta maiori Iudici, & idem quoad annonam nu. 5.*
6 *Episcopus concedendo suo Vicario potestatem, tantam, & maiorem sibi conseruat, idemque in Domino, quoad procuratorem. nu. 7. & 8.*
9 *Princeps concedendo Iurisdictionem alicui, eãdem sibi reseruat.*
10 *Iurisdictionis in concessione intelligitur concedentis potestas illæsa.*
11 *Iurisdictio suprema non potest à Principe separari, etiam si ipse Princeps velit. nu. 12.*
13 *Iurisdictio suprema Papæ neque tempore immemorabili præscribi potest, licet quoad alios Principes articulus sit dubius de Iure communi. nu. 14.*
15 *Iurisdictio suprema Regis Hispaniæ est imprescriptibilis.*
16 *Iurisdictio concessa à Papa laicis contra assassinos, quomodo intelligatur.*
17 *Papa nunquam censetur sibi inferre præiudiciũ nec ligat sibi manus. nu. 18. & 19.*
20 *Iurisdictionis concessio intelligitur accumulatiue, non priuatiue.*
21 *Concilium Tridentinum dum concedit Episcopis ius visitandi, alijs non ausert.*
22 *Iurisdictio concessa à primo Duce Mediolanensi qualiter intelligatur.*
23 *Iurisdictionis præscriptio in dubio interpretatur accumulatiue.*
24 *Iurisdictionem priuatiuam superioris nemo potest ità præscribere, quod apud superiorem non remaneat in habitu, & nu. 15.*
26 *Iurisdictio, & potestas absoluendi in Mari magno concessa intelligitur accumulatiue.*
27 *Iurisdictio cumulatiua censetur concessa, quãuis apponatur in concessione dictio, taxatiua, & nu. 28. 29. & 30.*
31 *Concordata Franciæ de collatione Graduatis facienda non auferunt Papæ potestatem conferendi, & præueniendi. Nec legati de latere. ibidem. & de concordatis Germaniæ, ibidem.*
32 *Donatio Iurispatronatus intelligitur accumulatiue, & nu. 33.*
34 *Beneficij fundator, si nominat extraneum in patronum, intelligitur cumulatiue cum suo hærede.*
35 *Episcopus potest erigere Tribunal in qualibet parte suæ diœcesis, ita vt cum alijs inferioribus concurrat cumulatiuè.*
36 *Princeps supremus semper excipitur, ne videatur sibi legem imponere. & nu. 37.*
38 *Persona concedentis numquam censetur comprehensa in generali concessione. & nu. 40.*
39 *Statuta statuentes non ligant.*
41 *Persona locantis censetur excepta in gabellarum locatione. & idem in persona executorem nominantis. nu. 42.*
43 *Ordinarij habent curam animarum à Papa, & sub Papa.*
44 *Papa est ordinarius ordinariorum. & nu. 45.*
46 *Papa est Episcopus totius Orbis.*
47 *Papæ sunt cuncta mundi beneficia obedientialia, necnon manualia. & nu. 48.*
49 *Papa voluit, & reuoluit omnia in beneficialibus.*
50 *Patria communis ibi est, vbi est Papa.*
51 *Mensibus in ordinarijs Papa concurrere potest cum inferioribus collatoribus.*
52 *Nuntius potest concurrere etiam in mensibus ordinarijs, & auctoritate Apostolica confert. nu. 53. & quid sit hodie. nu. 55.*
54 *Nuntius solet habere facultates legati de latere, qui concurrit cum Ordinarijs. & nu. 54.*
56 *Nuntij facultas in conferendo est limitata citra valorem. 24. etiam computatis distributionibus, licet antea secus. nu. 57.*
58 *Nuntij facultas in conferendo non extenditur ad præbendas in Cathedrali, nec Collegiata, quamuis non excedant. 24.*
59 *Nuntius non habet Iurisdictionem in causis beneficialibus, quãdo valor beneficij excedit. 24. & ex hoc capite plures sententiæ de partibus fuerunt*

fuerunt à Rota reuocatæ nu. 61.

60 *Causæ beneficiales sunt Rotales.*

62 *Nuntius non potest derogare Constitutionibus de Dietis loquentibus.*

63 *Nuntiorum facultates sunt inspiciendæ, quia solent alterari.*

64 *Nuntij Commissio est in actis producenda, quando dubitatur de eius Iurisdictione.*

65 *Beneficialis causa quæ dicatur. n. 65. 66. & 67. & diuersi effectus sunt considerandi. nu. 68.*

§. 2. PROOEMIALIS.

QVAMVIS, vt dictum fuit, in §. præcedenti, ordinarij habeant quattuor menses ordinarios, vel sex, si alternatiua vsi fuerint; cæterum aduertendum est, quod pariter in istis mensibus ordinarijs, potest Papa prouidere, † ac cum ordinarijs concurrere. Quia & si Episcopis concesserit dictam potestatem, penes ipsum tamen Papam remansit eadem potestas, & maior. † tex. in c. dudum. 14. vers. nos igitur. de prædendis. lib. 6. dicit enim *Nos igitur attendentes, quod, & si memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem, penes nos tamen nihilominus remansit maior.* Caputaq. decis. 337. nu. 8. par. 1. tex. etiã in c. per hoc. 17. de hæret. in 6. *Per hoc, inquit, quod negotiũ hæreticæ prauitatis † alicui, vel aliquibus ab Apostolica Sede generaliter in aliqua Prouincia, Ciuitate, vel diœcesi delegatur, diœcesanis Episcopis; quin & ipsi auctoritate ordinaria, vel delegata (si habent) in eodem procedere valeant, nolumus derogari.* Pro quo facit tex. in l. fi. C. de Iurisd. omnium Iudicum, vbi licet Rectori militum † in causis illos cõcernentibus concedatur Iurisdictio, non tamen intelligitur adempta maiori, & generaliori Iudici. Cumulat plura Felin. in c. Pastoralis. nu. 2. de officio Ordinarij. facit etiam tex. in l. 1. C. de officio Præfecti Vrbis, vbi dicitur, quod licet specialis officialis constituatur super Annona, † non propterea auferetur Iurisdictio, quam alius superior super dicta Annona obtinebat. Romanus plura adducens cons. 393. præsens consultario. ex nu. 2. cum sequentibus.

Sicut etiam per potestatem datam ab Episcopo suo Vicario † non abdicatur eadẽ potestas ab Episcopo, sed tanta, & maior apud illum remanet. Et ideò concessa facultate conferendi ab Episcopo suo Vicario, poterit nihilominus idem conferre, & potestatem conferendi certum beneficium Vicario datam adimere. Rebuffus in praxi titulo de forma Vicariatus. nu. 89.

Similiter concessa facultate à Domino † procuratori, eadem, & maior remanet penes ipsum Dominum. Anchar. cons. 28. rationes. nu. 4. & consil. 164. de Iuribus. ante num. 6. vers. *nec ex eo quod populus.* Et propterea dicit Geminian. in d. cap. dudum. per tex. ibi nu. 5. quod licet procurator patroni laici præsentauerit vnum, † per hoc non excluditur patronus à potestate accumulandi alium cum penes eum remanserit potestas eadem, & maior.

Consuluit etiam Bald. in cons. 326. incipit, Rex Romanorum. nu. fin. in fine per d. c. dudum. quod Princeps committens Iurisdictionem alicui videtur eandem † sibi reseruare, nisi pro bono pacis permittat expresse contrarium. facit bonus tex. in cap. intellecto. de Iureiurando. Auilesius in Capitulis Prætor. c. 1. gl. 1. nu. 3.

Idem etiam Bald. in l. qui se patris. sub. nu. 14. vers. *Item in confessis.* dicit, quod in concessione Iurisdictionis † semper auctoritas superioris concedentis præseruatur illæsa. Cũ citra eius auctoritatem nequeat exerceri, & in eo semper resideat † suprema potestas inseparabilis. Menoch. de præsumption. lib. 2. præsumpt. 18. nu. 1. & sequentibus.

Adeo quidem, vt quamuis Princeps velit, dictam supremam potestatem à se abdicare, † non possit. vt in d. cap. intellecto de Iureiurando; vbi latè Abbas, & omnes. Felin. in c. dilecti. sub nu. 1. de maioritate, et obedien. Ioan. Lupus in cap. per vestras. 2. notabili. §. 1. nu. 40. Couar. in cap. quamuis pactum. 2. p. §. 2. nu. 4. de pactis. lib. 6. Menchaca de succession. creatione. §. 26. numero 39. & 82.

Item eadem ratione nullo tempore etiam immemorabili potest præscribi aliquid de suprema † Iurisdictione Papæ. Innocen. in c. bonæ. el 2. ante num. 2. versic. *quidam etiam.* de postulatione Prælatorum, communiter approbatus secundum Francis. Varg. in tract. de Iurisdictione Episcopi, & Pontif. Max. auctoritate. axiomate. 1. pagina 2. & latius in confirmatione. 6. Acebedum in l. 1. tit. 15. num. 39. lib. 4. Recopilationis. Licet quoad alios Principes † sæculares sit de Iure communi quæstio difficilis, vt latissimè per Felin. in cap. cum non liceat. à nu. 10. vsque ad finem. de præscriptionib. Ista tamen difficultas cessat in Hispania †, quia per dictam. l. pri. tit. 5. lib. 4. recopil. dicitur nullo tempore etiam immemorabili posse, præscribi aliquid de suprema Iurisdictione.

Quibus consonat, quod per concessionem factam per Summum Pontificem in Concilio Lugdunensi Iudici laico cõtra assassinos, † vt in c. 1. de homicidio. lib. 6. non præsumitur voluisse Papam, à se abdicare Iurisdictionem & sibi præiudicare. Thomas Grammaticus consil. 2. sub nu. 10.

Numquam namq. censetur Papa, velle sibi præ-

17 bi præiudicium † aliquod inferre. argumento cap. super eo. 55. de offic. deleg. Alexan. consil. 86. in causa. nu. 3. Grammaticus vbi supra. nu. 11. Nec Papa per gratiam alteri fa-
18 ctam ligat † sibi manum. c. 1. de concess. præben. in 6. Lapus allegat. 84. nu. 4. Rota decis. 16. nu. 2. de præbe n. in antiq. Cassad. decis. 8. nu. 2. in fine. de præbendis.

19 Nec, quod Ecclesia Romana † velit, priuilegiare aliquem contra se. gl. 2. in c. cum instantia. de Censibus. Geminianus consil. 44. num. 6.

Supradictis affine est, quod iurisdictio sem per censetur regulariter data, & concessa
20 cumulatiue, † non autem priuatiuè. Aretin. consil. 102. spectabilis domine. nu. 1. Bald. in l. vnica. §. vbi autem. nu. 6. de Caducis tollendis. Ias. in l. quod in rerum. 24. §. si quis potest. nu. 8. ff. de legat. 1. Puteus decis. 239. nu. 3. lib. 3. Idem Puteus decis. 345. num. 1. lib. 2. Grammaticus decis. 39. nu. 1. cum sequen. Auendañus in c. 1. Prætor. nu. 29. vers. *Et hæc iurisdictio*. Acebedus in l. 1. tit. 13. ex nu. 10. lib. 3. & in l. 10. à nu. 15. tit. 3. lib. 8. recopilation. De qua materia vide late Menoch. 1. tom. de præsumpt. præsumpt. 18. per totam. & Decianum lib. 4. de delictis. tom. 1. cap. 55.

Sic videmus, quod, dum Concil. Tridentin. Sess. 6. cap. 4. & Sess. 25. de reform. c. 6. con-
21 cedit Episcopis, vt possint visitare † omnia Capitula, & illorum personas, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, sententijs, iuramentis, & concordijs; ista visitatio est intelligenda accumulatiuè, non vero priuatiue ad Abbates, vel Decanos, seu alias personas, quibus ante Cõcilium competebat visitatio; nam illarum iurisdictioni nihil fuit sublatum. Puteus decis. 213. in causa Augustana. nu. 4. lib. 3. & sæpe censuit sacra Congregatio Concilij, cuius Congregationis declaratio ita se habet:

Hæc facultas non est priuatiua ad illos, qui ius habent visitandi, & corrigendi; vt sunt Abbates, Decani, & similes: quia istis licet visitare, & corrigere seorsum ab Episcopis. Et iterum dicit: *An visitatio, de qua in cap. 4. Sess. 6. & cap. 6. Sess. 25. de reformatione eatenus competat ex his decretis Episcopis, vt non liceat Decano, & Capitulo regulares personas ipsi Capitulo subiectas cumulatiue cum Episcopo, seorsum tamen ab eodem non excludendo ipsum Episcopum, toties, quoties sua auctoritate vti voluerit, visitare, corrigere, & emendare iuxta consuetudinem hactenus obseruatam? Congregatio Concilij censuit, imo totaliter licere Decano, & Capitulo visitare subditos suos.*

22 Accedit resolutio Rotæ † facta de mense Ianuarij. 1538. coram Aragonia. vbi fuit tentum Imperatorem Vincislaum, qui primus omnium Ducatum Mediolanen. erexit, & omnimodam infeudandi iurisdictionẽ Duci tradidit, maiorem apud se, sicut Papa, iurisdictionem & potestatẽ retinuisse. Gomezius de expectatiuis. nu. 10. vers. *Per quam rationem.*

His congruit, quod iurisdictio præscripta
23 ab inferiore † contra superiorem pari cum ratione in dubio censeatur præscripta accumulatiue, non vero priuatiue. Abbas post gl. ibi. in cap. Pastoralis. nu. 7. de officio Ordinarij. & ibi latissime Felin. nu. 2. vbi pluribus modis declarat, & limitat, cum numeris sequentibus. Balbus de præscription. 2. par. 5. partis. q. 3. nu. 11. vers. 4. dubitatur.

Imo nullus inferior potest ita priuatiue
24 præscribere † iurisdictionem contra superiorẽ: veluti inferior Episcopo contra Episcopũ, quod saltem apud eundem Episcopum nõ remaneat iurisdictio in habitu, vt data negligẽtia inferioris superior iurisdictionem exerceat. Oldrad. cons. 172. Quia omnes. nu. 13. Abbas in c. irrefragabili. nu. 1. de offic. Ordinarij. Felin. ibi. nu. 1. Abbas in c. ceterum. nu. 5. & Decius sub num. 3. notabili. 4. Idem Abbas in c. cum contingat. nu. 18. in fine. de foro competenti. Rota decis. 534. nu. 2. par. 1. diuersorum. & decis. 259. nu. 2. par. 2. diuersorum. vbi omnes dicunt; hoc etiam procedere, quamuis inferior iurisdictionem pri-
25 uatiue † ex concessione haberet. Quod probatur per tex. in c. licet ex suscepto. & c. ex tenore. de foro competẽti. vbi data negligentia Iudicis sæcularis dicitur, quod Iudex Ecclesiasticus possit, procedere contra laicos in casibus, in quibus alias non posset.

His consonat decisio Putei, 95. incipit. de mense Martij. lib. 1. vbi fuit resolutum, quod
26 potestas absoluẽdi † concessa in Mari magno Fratribus Prædicatoribus intelligitur accumulatiue, non concedendo illis ampliorem potestatem; quàm Parochis, & Curatis Sacerdotibus est à Iure concessa; de quo est tex. expressus in extrauag. 1. §. vt autem. vers. *per hoc autem.* de priuilegijs. inter communes.

Amplius, quamuis in concessione iurisdictionis facta inferiori apponatur dictio taxa-
27 tiua, † vt ille solus, vel ille tantum procedere, & prouidere possit, & prouideat, ac procedat, adhuc iurisdictio, & potestas concedentis non remanet restricta, nec limitata. l. viros spectabiles. C. de diuersis officijs. lib. 12. vbi disponitur, quod concessio, vt Duces tan
28 tummodo conueniantur coram magistro † officiorum, non excludit iurisdictionem magistri militum, qui alias cognoscere poterat.

Et Bartolus ibi. nu. 1. notat quod si statuto caueatur, scholares debere conueniri tan-
29 tum sub Episcopo, † & de consuetudine est, quod Rector etiã cognoscat de illis; per dictum statutum non derogatur dictæ consuetudini. Roman. consil. 393. Bald. consil. 233.

nu.

num. 2. lib. 3. præsens Consultatio. num. 11. in princ. Decius consil. 3. num. 1. volum. 1.

30 Hinc dicit † Thomas Grammaticus in dicto consil. 2. nu. 9. post Bald. quod dictio taxatiua, quæ apponitur in concessione iurisdictionis facta alicui, intelligitur excludere alios Iudices pares illi, cui tribuitur iurisdictio, non autem maiorem, generalem, & ordinarium.

31 Accedat quod dicit Rebuffus † tract. de nominationibus p. 16. nu. 21. vbi tenet, quod licet in Regno Galliæ secundum tenorem concordatorum parochiales Ecclesiæ sint graduatis conferendæ; tamen quod Papa iure præuentionis potest conferre non graduato, nec qualificato: licet postea cogitandum relinquat. & in concor. tit. de mandatis Apostolicis. §. declarantes. in gloss. *verba qualificata.* Sicut nec concordata Germaniæ tollunt de iurisdictione Legati de latere, vt dicit in gl. 25. nu. 15. cum sequentibus.

32 Ad hæc, si Patronus donat † Ius præsentandi, intelligitur donasse accumulatiue, & non priuatiue. Dec. consil. 542. n. 5. in fin. & consil. 609. num. 4. cum sequentib. Federicus de Senis. cons. 147. vers. quæritur. Ruin. cons. 50. nu. 9. cum sequen. lib. 5.

33 Pro hoc, quia in dubio, quando † lex mortua, aut viua concedit aliquod Ius, vel exercitium ipsius, vel aliquis priuatus se immiscet alicui iuri alteri competenti, intelligitur concedere, & se immiscere accumulatiue, & non priuatiue cum illo, qui iam habet idem Ius. Decius post alios. cons. 3. nu. 3. Rot. decis. 385. nu. 8. par. 1. diuers.

34 Prout etiam, si fundator beneficij, † vel Ecclesiæ nominat extraneum in patronum, talis nominatio intelligitur accumulatiue, cum se ipso, & hæredibus proprijs; & non priuatiue: ne cēseatur se ipsum, & proprios hęredes excludere; cum prima charitas incipiat à seipso. Ancharan. cons. 81. prima facie. nu. 3. & per totum. Calderin. consil. 4. de Iurepatron. Rochus de Curte, & alij relati per Lambertinum. de iurepatron. lib. 1. par. 2. quæst. 2. art. 5. quam opinionem veram, & cōmunem esse firmauit Rota decis. 385. nu. 1. 8. & 14. ac per totam par. 1. diuers.

Accedit quod Episcopus potest, erigere Tribunal † in qualibet parte suę diœcesis. c. 1. de offic. ordinar. c. cum Episcopus. eod. tit. in 6. Ita vt concurrat cumulatiue cum alijs inferioribus habentibus iurisdictionem. vt post alios tradit Francus in d. cap. cum Episcopus. num. 3. Lancellottus de attentat. 2. par. cap. 4. limit. 1. nu. 69.

35

36 Deinde, quia Princeps ipse supremus † sem per excipitur, ne sibi legem imponere videatur. c. fin. §. illud quoque. de prohibita feud. alienat. per Federicum. in vsibus feud. Put. decis. 52. nu. 4. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. nu. 4. Nam in omni dispositione Papæ, & Principis persona † intelligitur excepta. c. venientes. 19. c. eam te. 22. de Iureiuran. c. fin. in princ. de offic. delegat. in 6. ibi, *Regibus, & Regnis qui sicut dignitatis altitudine præeminent, sic prærogatiua gratiæ ipsos conuenit anteferri, dumtaxat exceptis.* late Mandos. *in regul.* 11. q. fin. per totam. & dicam in gloss. 24. q. finali.

37

Rursus, quod Papa possit prouidere in mensibus ordinarijs, comprobatur ex eo; quia in generali concessione, vel sermone numquam

38 comprehenditur persona † loquentis, vt læsa censeatur. l. si mercedem. 53. §. si habitatoribus. ff. de actionibus empti. & gloss. ibi verbo, *habitatio.* l. 1. in fin. & ibi gl. verbo, *relatum.* ff. de Senatoribus. c. petitio. iuncta gl. fin. de iureiuran. plene tradit Anton. Gabriel. lib. 6. tit. de verb. signific. conclus. 9. vbi reg. ponit, cum nōnullis limitationibus. Rota decis. 241. nu. 5. 6. & 7. cum sequen. par. 1. diuersorum.

Hinc statuta non ligant personas statuentes, † quia nemo potest sibi ipsi imperare, nec se ligare. l. penult. ff. de arbitris. late tradit. Alexander in l. 1. nu. 2. cum sequentib. & Ias. ibidem. nu. 6. ff. quod quisque iuris. Felin. in c. 1. nu. 24. vers. amplia 4. de Constitutionib. Puteus. decis. 363. lib. 1.

39

Vnde habens priuilegium, vt nullum beneficium alicuius diœcesis possit conferri, sine

40 alicuius consensu expresso, ipsi tamen priuilegiato conferri potest, & tenet collatio, quātuis expresse consenserit; quia in generali sermone non comprehenditur persona eius, ad quem verba diriguntur. Put. decis. 44. nu. 1. & per totam lib. 1.

41 Sicut etiam, si Ciuitas locat gabellas † sui Territorij, non potest cōductor, seu Arrendatarius exigere gabellas de cōtractibus factis per ipsam Ciuitatem; quia in locatione facta à Ciuitate, ciuitas non censetur comprehensa. Afflic. decis. 39. sub nu. 8. Vbi etiam. nu. 9. post Bald. & alios dicit, quod promissio de defendendo non intelligitur contra seipsum. Parladorus lib. 1. rerum quotidianarum. cap. 3. nu. 20.

Similiter, cum Ciuitas, vel Castrum habet potestatem nominandi executorem pro exequendis † mandatis executiuis, contra debitores, si ipsa Ciuitas, vel Castrum nominat,

42 seu couducit executorem, non potest ipse executor recuperare decimam, nec alia Iura executori debita ab ipsa Ciuitate, vel Castro pro executione in illius bonis facta. Acebedus, in l. 4. nu. 9. & 10. tit. 21. lib. 4. recopilationis regni Castellæ.

Ab eodem fonte procedit, quod scriptum reliquit Gaspar de Perusio in tract. de reseruationib. c. 1. nu. 19. quòd Ordinarij habent

curam

43 curam animarum à Papa, † & sub Papa per text. quem ipse allegat in c. 1. 22. distinct.

Vlterius ideò potest Papa prouidere in
44 mensib. ordinarijs, quia ipse est Ordinarius † ordinariorum. c. cuncta per mundum. c. per principalem. 9. q. 3. Hostien. in c. dilecti filij. nu. 5. de foro competent. & in c. cum Ecclesia. 38. num. 4. de appellation. Staphileus de litteris gratiæ in præludio. num. 7. Francisc. Marcus quæst. 249. nu. 1. par. 2. Gomezius in procemio Regularum Cancellariæ. quæst. 2. vers. considera etiam. sub nu. 7. Caputaq. decis. 282. nu. 3. par. 1. Mohed. decis. 1. nu. 4. de conces. præbend.

45 Nullumq. esse maiorem † Ordinarium in beneficiorum collatione ipso Papa dixit Roman. consil. 335. nu. 7.

46 Nec non est Episcopus † totius Orbis. gl. verb. *priuata*. in cap. fœlicis. in §. finali. de pœnis. lib. 6. Cardinalis Alexandrinus in c. suspectus. & in c. sicut. nu. 3. 2. q. 1.

Et Papæ sunt omnia beneficia totius mun-
47 di obedientialia. † Bald. in l. rescripta. nu. 7. ante finem. vers. item omnia beneficia. de precibus Imperatori offerend. Philippus Francus in c. generali. 13. n. 41. de electione. in 6. Gomezius in procemio regularum dicta. q. 2. sub n. 7. Ac etiam Papæ sunt omnia beneficia
48 manualia. † Bald. vbi supra dicto nu. 7. in fine. Gomezius in regula de non tollẽdo. quæst. 1. nu. 7. vers. *Illud tamen*. Simoneta de reseruatione. q. 2. nu. 2. & 3. & conducunt quæ dixi in §. præcedenti. nu. 32. & sequentibus.

49 Et Papa voluit, & reuoluit † omnia in beneficialibus. Hieronym. Gabriel. consi. 187. nu. 2. lib. 1.

Consonat etiam dictũ Baldi in d. l. rescripta. nu. 7. vers. 11. C. de precibus Imperatori
50 offerend. quod vbi est Papa, † ibi est communis Patria. Probus in additione. ad Io. Monachum in cap. vbi periculum. nu. 5. de electione. in 6.

51 Denique in terminis † hanc sententiam, nempe, quod Papa non abdicauerit à se potestatem conferendi in mensibus ordinarijs, & quòd possit cum Episcopis cõcurrere in prouisionibus in dictis mensibus contingentibus, tenent Staphileus de litteris gratiæ in præludio. nu. 8. Sarnen. in tractat. de expectatiuis nu. 12. Puteus decis. 48. nu. 8. lib. 3. Ioannes Selua de beneficijs. par. 3. q. 46. à nu. 1. & sequentibus. & q. 67. nu. 1. Simoneta de reseruationibus. quæst. 2. nu. 7. & 8. & q. 18. nu. 2. Franciscus Marcus q. 196. num. 3. & q. 382. n. 2. & 4. & q. 371. nu. 3. par. 1. & q. 658. nu. 2. par. 2. Rebuffus in praxi tit. de deuolutionibus nu. 47. Menochius cons. 83. nu. 12. & 13. volum. 1. Thomas Grammaticus. cons. 2. ad finem suarum decisionum. nu. 47. Rebuff. in concordatis in rubrica de mandatis Apostolicis. verbo, *Iure præuentionis*. per totam illam glossam. & in praxi tit. de expectatiuis. nu. 2. in fin. Flaminius Parisius de resignatione lib. 7. q. 11. nu. 7. & 8. Palatius Rubeus in rubrica de donation. inter virum, & vxorem. in procemio. §. Decretalis. nu. 7. vers. *Et quod plus est*. Rota decis. 127. nu. 5. lib. 1. par. 3. diuersorũ. & fuit resolutũ in Rota in vna Calagurritan. dimidij beneficij del Burgo 4. Iulij 1590. coram Comitulo. & in Hispalen. portionis 17. Maij 1595. corã Illustriss. Cardinali Blanchetto, tũc Rotæ auditore, & alibi sæpe.

Et non solum Papa concurrere potest cum Ordinarijs collatoribus in suis mensibus Or
52 dinarijs: sed etiam Nuntius † habens facultatem conferẽdi beneficia, cuius fructus non excedunt. 24. ducatos. Quia d. facultas comprehendit etiam vacantia in mensibus ordinarijs, non obstante regula nostra, quæ reseruando octo menses, reliquos quatuor Ordinarijs relinquit. Nam cum in illis Papa prouidere possit, & cum Ordinario concurrere ex supradictis; Idem dicendum est in Nuntio,
53 qui auctoritate † Papæ potestatem habet cõferendi, vt fuit resolutum in vna Compostellana teste Crescentio decis. 160. aliàs decis. 8. de priuilegijs. Achill. decis. 1. nu. 1. & 4. de præbendis.

Item, quia Nuntij habent facultatem † Legati de latere, vt in eorum facultatibus legitur. At vero Legatus de latere potest concur
54 rere † cum Ordinarijs. c. 1. & ibi gl. fin. in fine. de offic. legat. in 6. c. si à Sede. & ibi gloss. verb. *legato*. de præben. lib. 6. Puteus decis. 345. sub nu. 1. lib. 2. Rebuff. in concordat. titul. de collation. §. si quis vero. in verbo, *ad alium*. & fuit decisum in vna Verdunen. Canonicatus coram R. p. d. meo Pamphilio 19. Iunij 1595. & dicemus in gl. 25. in fine.

Hodie tamen, vt à peritis personis audiui, Nuntius habet facultates limitatas, vt cum
55 Ordinarijs † in suis mensibus concurrere non possit.

56 Attende etiã, quod facultas † Nuntij, quoad collationem beneficiorum in mẽsibus reseruatis, non extenditur ad beneficia, quorũ valor computatis omnibus distributionibus quotidianis excedit 24. ducatos de Camera, vt ex facultatibus modernis patet, & hodierna praxis obseruat.

57 Licet antiquæ facultates † non includerent distributiones, sed meros fructus, qui non residentibus in absentia dãtur. Rota decis. 745. nu. 2. par. 3. diuers. Vide etiam Cæsarem de Grass. decis. 7. per totam. de præben.

58 Sicut nec potest dictus Nuntius † conferre dignitates, nec Canonicatus, nec præbendas in Ecclesijs Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis; quamuis non excedant dictũ valorem 24. ducatorum, vt in dd. facultatib.

dispo-

disponitur, Cæsar de Grass. decis. 2. in principio de præbendis. Licet in facultatibus antiquis secus esset. Crescen. decis. 1. de priuilegijs. Et videas quoque decisionem. 805. lib. 3. p. 3. diuersorum.

Quinimò non solùm non potest Nuntius conferre beneficia maioris valoris 24. ducatorum de Camera inclusis etiã distributionibus; sed, quod magis aduertendum est, neque habet Iurisdictionem in causis beneficia-
59 libus † excedentibus dictum valorem 24. ducatorum: & ideò neque potest ipse cognoscere, nec committere tales causas, neque in prima Instantia, neque in gradu appellationis. Nàm expresse exceptuantur causæ beneficiales in facultatibus Nuntij, vt fuit dictum in vna Calaguritana portionum. 12. Ianuarij anno. 1588. coram sapientissimo R. P. D. Pamphilio, & in alia Calaguritana beneficij. 5. Maij anno 1600. coram R.P. D. Seraphino Rotæ Decano meritissimo, & alias pluries.

Cum enim causæ beneficiales sint ex sua
60 natura † Rotales, & Curiales, vbi melius quam alibi tractantur, & diffiniuntur. Rota. decis. 36. sub nu. 2. de appellationibus. in nouis. & decis. 1. num. 2. Iuncta additione Papazon. de consuetudine. in nou. Marchesan. de Commissionibus. 2. p. c. 3. de commissione appellationis. num. 2. & 8.

Ideò nil mirum, si in facultatibus Nuntij exceptuentur, & reseruentur. Quod diligenter animaduertant, Præsertim Hispani, quia communiter sunt in hac ignorantia, & erro-
61 re, & propterea vidi plures sententias † de partibus Hispaniæ reuocatas in Rota, ex capite nullitatis ex defectu Iurisdictionis, quia Nuntius, qui causas commisit, Iurisdictione in causis huiusmodi beneficialibus carebat, & multo magis si commissio data foret vltra dietas contentas in c. nonnulli. de rescriptis. & c. statutum. §. cum vero. & §. sequenti. eodem tit. in 6. Quibus Constitutionibus Nun-
62 tius derogare † non potest, vt fuit etiam in dictis decisionibus Calaguritanis decisum, & notum est.

63 Circa prædictas tamen facultates † Nuntiorum, quia solent mutatione Pontificum, & ipsorum Nuntiorum in aliquibus augeri, vel restringi, vt certior quis de illis esse possit, ante omnia illarum tenor inspici debet. c. porrò. c. recepimus de priuilegijs. l. diligenter. ff. mandati.

64 Ac propterea, quando † agitur de aliqua causa beneficiali, sunt facultates Nuntij in actis producendæ. Rota decis. 73. lib. 3. p. 3. diuersorum.

Quando autem ad hunc effectum, & ad
65 alios similes, dicatur causa † beneficialis? conclude, quod tunc dicitur causa beneficialis, quando agitur dumtaxat de collatione iam facta, vel facienda, & sic de titulo in re, vel ad rem, tàm in petitorio, quàm in possessorio. gl. verbo, *beneficijs*. in clemen. dispendiosam. de Iudicijs. vbi Vitalin. num. 5. & 33. Cardinalis, num. 12. cum sequentibus. Milius in repertorio. verbo, beneficialis causa. n. 15. Puteus decis. 496. n. 3. lib. 2.

66 Vnde fuit resolutum in d. decisione † Calaguritana beneficij. 5. Maij. 1600. quòd si ex parte vnius agitur de obtinenda collatione beneficij, & ex parte alterius pretenditur, quod nõ sit locus collationi, sed quod debeat fieri suppressio illius; quod tunc non dicetur causa propriè beneficialis, & Nuntius poterit illam committere, & terminare. Quod etiam fuit iterum decisum in eadem causa ad effectum dandi remissoriam. 17. Ianua. 1602. coram Reuerendissimo D. Corduba Episcopo Pacen.

Similiter si agatur de vnione perpetua
67 † beneficij, causa desinit esse beneficialis: secus verò, si solum agatur. de vnione temporali facienda de vno beneficio alteri beneficio, quod aliquis possidet ad vitam tantum illius; nam tunc dicetur causa beneficialis. Cassad. decis. 3. n. 1. & 3. ac per totã. de Iudic.

Alios etiam casus, in quibus causa dicatur, vel non dicatur beneficialis, vide per dictam glossam, verbo, *beneficijs*. & Cardinalem à num. 13. vsque ad 18. & cæteros Doctores ibidem in d. Clemen. fin. de Iudicijs. Puteum decis. 66. & decis. 496. lib. 2. Rotam decis. 766. lib. 3. parte. 3. diuers.

Aliquando tamen ad diuersos effectus, †
68 vtpotè, vt beneficium dicatur litigiosum, vel non, in terminis Clemen. 1. vt lite pendente; non sufficit, quod agatur de obtinenda collatione, nec quod quis sit electus, vel præsentatus, si tamen confirmationem, Institutionem, aut collationem nõ habet. Quia non sufficit esse debitum beneficium, nisi sit collatum; & aliud est esse beneficium collatũ, & sic suum; cum per hoc dicat, se habere Ius in re; & aliud dicere sibi debitum, cum per hoc dicat se habere Ius ad rem, gl. verbo, *collato*. in dict. Clem. 1. & Imola. ibi. num. 19. Vitalinus. num. 47. & cæteri. gl. in clem. auditor; verbo, *debitum*. de rescrip. Couarru. in practicis quæstionibus. c. 36. num. 7. vers. primus casus. Et vide, quę dicam, in gl. 15. §. 2. in principio, & quæ docet Bald. in authen. litigiosa. n. 1. C. de litigios. Cassador. decis. 4. n. 1. vt lit. penden. Mandos. in regula de subro. q. 13. n. 4. Lancell. de atten. p. 1. c. 3. n. 127. & 2. p. c. 4. in præfatione. n. 686. & 687. Additio ad decis. 3. Rotæ vt lit. penden. in nou. & quæ late resoluit Rota in vna Terdonen. Præposituræ. 26. Octobris. anni. 1601. corã R. P. D. Cuccino. & in Calagur. benefic. 29. Octob. d. anni coram R. P. D. meo Lancellotto.

SVMMARIA. §. 3. PROOEMIALIS.

1 Papa, & Episcopo concurrentibus in collatione beneficij in mense ordinario vacãtis, illius prouisio prævalet, quæ præcessit.
2 Præventioni locus est inter collationes factas à Papa, & à Legatis.
3 Prævenire potest Papa in beneficijs deuolutis, & num. 5.
4 Deuolutio est gradatim probanda, priusquam ad Papam deueniat.
6 Præventio locum habet inter Episcopos, & alios collatores inferiores.
7 Præventre potest Legatus Episcopum, & quoslibet ordinarios, cum quibus concurrit.
8 Præventiõ in conferendo sibi vendicat locum inter Episcopum, & suum Vicarium.
9 Episcopi mediantibus suis procuratoribus præueniebant Papam in collatione beneficiorum vacantium in Curia ante constitutionem. c. 2. de præbend. lib. 6.
10 Cautelam dat Hostiensis Canonicis electoribus, qualiter præueniant Papam, & num. 11.
12 Præventioni locus est inter plures Iudices.
13 Præventio non fit per solam commissionis præsentationem, nisi sit in Rota, & num. 14.
15 Præventio locum habet inter plures Procuratores.
16 Præventio qualiter fiat in collatione parochialis, quamuis Episcopus apponere debeat edictum concursus, & datur cautela à Sacra Congregatione Conc. num. 17.
18 Præventio intrat inter habentes pares gratias, & quomodo.
19 Præventio procedit inter duos primogenitos simul nascentes; & quis sit anterior natiuitate, ignoratur.
20 Præventio adest in venatione animalium, & piscatione, necnon in occupatione loci ad molendinum, & num. 21.
21 Præventio regulariter procedit in omnibus rebus, & citantur doctores de hoc plenè tractantes.
22 Præueniens Canonicus, vel Officialis in capienda possessione acquirit antiquitatem, quamuis alius sit in prouisione anterior, & num. 23. & 35. & 36.
24 Honor, & præmium datur antiquiori Canonico propter eius merita, & seruitia Ecclesiæ.
25 Antiquitas ad effectum præcedendi non consideratur respectu ætatis, sed temporis, quo militauerit.
26 Præeminentiæ, & optiones sunt fructus possessionis, quia ad possessorem pertinent, & numero. 27.
28 Collatio beneficij dat plenum Ius in re, sed non perficitur ante adeptionem possessionis, & numero. 29.
30 Beneficiatus, qui possessione caret, non dicitur effectualiter, & proprie beneficium obtinere.
31 Beneficium sine fructibus dicitur inutile, fictũ, & ventosum, & sicut corpus sine anima.
32 Possessio capta non retrotrahitur ad tempus collationis beneficij.
33 Primo Consul, & vltimò Patritius, præfertur medio tempore, facto Consuli, & Patritio.
34 Primò Licentiatus, & postea Doctoratus anteponitur medio tẽpore Licentiato, & Doctorato.
37 Decisiones Rotales super antiquitate contrariæ conciliantur, & regula cum limitatione apponitur, & num. 38. & 43.
39 Impedimentum præstans ne alius possessionem capiat ex sua culpa commodum non reportat.
40 Terminus appellandi non currit, quando aduersarius, vel Iudex fuit in culpa, ne appellaretur.
41 Morosus non dicitur, qui impeditur facto aduersarij.
42 Possessio habetur pro capta in præiudicium aduersarij, quando facto illius fuit impedita.
43 Possessio translata a Camera Apostolica in prouisum Apostolicum, cuius effectus sit. numer. 43. in fine.
44 Præventio non solum causatur ex anterioritate diei sed & horæ, & num. 45.
46 Præventio causatur ex anterioritate vnius puncti, vel momenti.
47 Punctum quantum temporis sit.
48 Momentum quod tempus sit, & num. 49.
50 Collatio, si fit eadem die à Papa vni, & ab Episcopo alteri, nec constat de anterioritate, quænam intelligatur anterior.
51 Possessio facit, quod collatio præsumatur anterior.
52 Duobus litigantibus super beneficio, defunctis vno in Curia & alio extra illam, consideratur, quis decedat in possessione ad effectum collationis Papæ, vel ordinarij.
53 Possessio beneficij facit præsumi Dominium.
54 Possessio sola beneficij an det titulum, vel inducat præsumptionem, & 55.
56 Possessionis effectus plures remissiue, & nu. 57. & 58.
59 Possessor dicitur beatus.
60 Possessor reus plus Iuris in retinendo consequitur, quam actor in agendo.
61 Possessio ex lege municipali in dimidia valoris proprietatis æstimatur.
62 Possessione vnius, & hora alterius concurrentibus, quæ collatio prævaleat.
63 Collatio cum hora præfertur collationi sine illa.
64 Possessionis effectus superat effectũ horæ, n. 65.
66 Possessio vtriusque prouisi si cõcurrit eadẽ die cum æquali prouisione, illa possessio, quæ continet horam, præponitur.
67 Vincula duo sunt vno fortiora.
68 Possessio est potentior clausula gratificationis.
69 Possessio licet capta non sit eadem die prouisionis, habet nihilominus prærogatiuam.
70 Prouiso Apostolico impossibile est capere eadem die possessionẽ beneficij vacantis extra Curiã.

Decre-

70 *Decretum irritans nihil operatur in materia præuentionis.*

71 *Possessio prius capta concurrens cum alia si fuerit amissa, an operetur effectum de quo agitur.*

72 *Qualitas adiuncta verbo debet regulari secundum tempus verbi.*

73 *Possessio validat Ius illius, qui primo adeptus est illam.*

74 *Ius alterius semel extinctum numquam amplius reuiuiscit.*

75 *Qualitas anterioritatis sufficit, quod sit de tempore dispositionis.*

76 *Neminem possidere, vel vtrumque possidere ad effectum. c. si à sede an sit idem.*

77 *Possessionis virtus vtrum operetur in sequenti possessore? & resoluitur negatiue.*

78 *Prouisus ab ordinario semper solet præcedere in capienda possessione, & num. 79.*

80 *Hora non apponitur in prouisione Papæ.*

81 *Possessio non capitulariter capta de præbendis Cathedralis, & Collegiatæ, non releuat.*

82 *Papa aliquando ponit datam sub eadem die vacationis, licet postea prouideat.*

83 *Possessionis anterioris de effectu, in terminis. c. si à sede. plura remissiuè.*

84 *Possessio anterior prouisi ab ordinario, si concurrit cum subrogatione gratiosa Apostolici, quæ præualeat.*

85 *Clausula gratiosæ subrogationis operatur continuationem possessionis sine temporis intermedio, & num. 86.*

87 *Ficta possessio ex Principis ministerio habet vim veræ possessionis.*

88 *Possessio vera transfertur per gratiosam subrogationem, & non dicitur noua, sed prima possessio. num. 89.*

90 *Subrogatio gratiosa quoad possessionẽ est ad instar statuti de cõtinuanda possessione defuncti.*

91 *Prouisus Apostolicus præcedit in concursu possessionis data paritate, & num. 113.*

92 *Possessio capta à prouiso ordinario dicitur noua, & non continuata.*

93 *Rota restringit effectum gratiosæ subrogationis quoad immissionem.*

94 *Subrogatus gratiosæ non agit remedio retinendæ, nec recuperandæ sine noua apprehensione.*

95 *Gratiosæ subrogationis clausula semper apponitur in litteris Apostolicis.*

96 *Subrogatio gratiosa an operetur ad effectum declarandi.*

97 *Declarationis ad effectum multa prosunt, quæ ad alium effectum non prosunt.*

98 *Dispositio c. si a sede. est exorbitans.*

99 *Opinionibus ex nonis noua fãtasmata generãtur.*

100 *Possessione cessante intrat effectus horæ.*

101 *Papa solet signare semper supplicationes de mane paulo ante prandium meridiei, sed non ideò eius signatura dicitur habere certam horam nisi exprimatur, & num. 102. & 103. Vbi dicitur an releuet dicere, quod Data non fuit posita in eadem die.*

104 *Collatio beneficij facta à Papa eadem die ei, qui in partibus hora secunda noctis eiusdem diei, factus fuit Clericus, tenet.*

105 *Horæ appositio vincit clausulam anteferri.*

106 *Hora certa in vtraque collatione concurrente illa præualet, quæ continet punctum, idemque est respectu anni, mensis, & diei. & numero 108. & 109.*

107 *Probatio magis specialis dicitur certior, & potentior.*

110 *Anterioritas prouisionis si constat aliunde, cessant omnes præsumptiones.*

111 *Prouisus à Papa semper præfertur data in omnibus paritate, & n. 112.*

114 *Canonicus creatus à Papa cæteris paribus præfertur creato ab alio. Idemque est de Doctore, vel milite creato à Principe, & n. 115. & n. 118*

116 *Ordinatus à Papa anteponitur.*

117 *Ordinem vnum qui recepit à Papa non potest alios recipere ab inferiore.*

119 *Effectus possessionis, & horæ locum habet inter prouisos à Papa, & Nuntio, & à Papa, & Imperatore. num. 120.*

121 *Prouisus à Legato, vel Nuntio præfertur prouiso ab ordinario. Idemque est respectu Archiepiscopi, & Episcopi, & num. 122. & Episcopi, & illius Vicarij. num. 123.*

124 *Prouisus a Vicario Episcopi cum possessione præfertur prouiso ab Episcopo sine illa, quando de anterioritate nõ apparet, & n. 125. 126.*

127 *Dispositio d. c. si à sede. vtrũ procedat in præsentato corã ordinario concurrẽte cũ Apostolico.*

128 *Prouisione ordinarij, & reseruatione in eadem die concurrente, quæ præualeat.*

129 *Decisio Rotæ. 29. num. 1. de rescriptis. in antiquis. declaratur.*

130 *Concurrentibus expectante, & reseruatiuo, quis præferatur.*

131 *Præuentioni locus est, quando sunt tres, plures ue collatores.*

132 *Regula 16. de concurrentibus in data procedit inter plures Apostolicos, & num. 133. & 136. & 137.*

134 *Correctio Iuris communis nõ est inducenda, & fugiendus est intellectus correctionem inducens, num. 135.*

138 *Gratia per, Fiat, præfertur gratiæ, per Cõcessũ, & de intellectu regulæ 33. & n. 139.*

139 *Concurrentibus sub eadem data duabus prouisionibus ex capite resignationis, præfertur prius publicata.*

140 *Cõcurrentibus pluribus prouisis ab eodẽ ordinario sub eadẽ data quis præferẽdus, & n. 141.*

142 *Collatio pluribus facta, sub eadem data ab ordinario corruit, si non constat de anterioritate alterius, ratione incertitudinis.*

143 *Incertitudinis causa plura corruunt remissiue.*

144 *Papa an præueniat per manus appositionem quoad beneficia Regni Franciæ ratione con-*

cordat, & num. 145.

146 Manus appositio Papæ impedit alios collatores, licet collatio sit inutiliter facta.

147 Episcopi attendant, quod de suis collationibus fiat Instrumentum coram Notario, & testibus se subscribentibus, & sigillo munitũ: alias non probat in præiudicium prouisi Apostolici, & datur regula cum 7. ampliationibus, & 5. limitationibus.

148 Episcopi, vel eorum Cancellarij sæpe anticipant datas in suis collationibus in præiudicium prouisorum Apostolicorum.

149 Apostolici prouisi, sunt exosi Episcopis.

150 Antidatæ suspectio procedit etiam in collationibus Legatorũ, necnon Nuntiorũ, & n. 151

152 Antidatæ præsumptio locum habet respectu resignationis.

153 Collatio facta ab Episcopo non probatur, si sit coram Secretario Episcopi, & testibus, si Secretarius non est Notarius, etiam si testes sint subscripti, & num. 154.

155 Antidatæ suspectio procedit respectu appositionis alicuius clausulæ, prouiso Apostolico præiudicialis.

156 Ordinarius collator non est idoneus testis ad probandum collationem ab ipso factam, idemque est in inuestitore, num. 159.

157 Voluntatem suam qui explet, dicitur lucrari.

158 Collator malè conferens quando teneatur de euictione.

160 Testes adhibendi in collationibus Episcoporum non possunt esse familiares, sed debent esse omni exceptione maiores.

161 Antidatæ præsumptio cessat, quando constat de possessione anteriori prouisioni Apostolicæ, vel de resignatione. num. 162.

163 Antidatæ præsumptio cessat, quando sunt duo Prælati Collatores, & omnes contulerunt; idem si fiat à capitulo. num. 164.

164 Collatio præbendarum in Cathedralibus, & Collegiatis ad quem spectet, & num. 165.

166 Capitulum non venit in dispositione loquente de Prælato, maxime materia odiosa.

167 Præsumptiones, & verisimilitudines concurrentes excludunt suspectionem antidatæ, & num. 171.

168 Præsumptio pro validitate collationis est potentior.

169 Præsumptio pro euitãdo delicto est benignior, & fortior, præsertim vt minus recedatur à Iure communi, & num. 170.

172 Antidatæ præsumptio cessat, quamuis Notarius non sit rogatus, si reliqua concurrunt.

§. 3. PROOEMIALIS.

POSTQVAM in §. præcedenti, dixi quod Papa potest concurrere cum ordinarijs in collationibus beneficiorũ vacantium in mensibus ordinarijs. Nunc opportunum erit, agere, quomodo concurrant, ac quæ prouisio sit melior, & præferenda.

1 Qua in re dicendum est, quod illa prouisio præcedat, † & teneat, quæ prius facta fuerit, siue à Papa, siue ab Episcopo; ità vt præuentioni locus sit. c. dudum. 14. §. nos igitur. ibi *propter quod nostra, qui eandem præoccupauimus potestatem potior debet esse conditio*. de præben. lib. 6. c. si à sede. 31. eo. tit. c. si plures. 8. §. porro. de off. deleg. in 6. & vtrobique Doctores. Rota decis. 1. sub nu. 2. post medium. vers. *ipse enim conferendo*. de præbend. in nouis, & decis. 17. sub num. 2. vers. *præterea Papa potest præuenire*. de præben. in nouis. Staphileus de literis gratiæ in præludio. n. 8. Gomezius de expectatiuis. n. 16. Boerius. q. 24. n. 4. & q. 287. sub n. 1. Abbas. in c. quia diuersitatem. n. 5. de concessione præbendæ. Bonifacius Vitalinus in clem. 1. n. 38. vers. *vnde si Papa præuenit*. vt lit. pendente. Rebuff. in concordatis. in rubr. de mandatis Apostolicis. §. declarantes. in gl. verbo. *Iure præuentionis*.) in principio, & per totam. vbi in proposito multa adducit; & in praxi. tit. de deuolutiõn. nume. 46. 47. & 48. Rota decis. 274. n. 4. lib. 2. p. 3. diuers.

Sicut etiam est locus præuentioni inter
2 prouisiones † factas à Papa, & à legatis gl. per tex. ibi in c. si à sede. 31. verbo, *legato*. de præbend. lib. 6. & ibi Abbas, Lapus. n. 4. Geminian. n. 9. Franc. n. 8. Mandos. in reg. Canc. 16. de concurrentibus. q. 10. n. 4.

3 Pariter est locus preuentioni † in deuolutis beneficijs. nam quamuis de Iure sit pro-
4 banda deuolutio gradatim † per semestre lapsum cuilibet inferiori priusquam ad Papã, tanquam supremum, deueniat. c. 2. c. licet. il 1. de supplen. neglig. prelat. c. 2. de concess. prebend. gl. in clemen. vnica. verbo, *locorum*, de supplen. neglig. Abas. in c. cum in cunctis. §. clericis. n. 5. de electione. Rebuff. in praxi. tit. de deuolution. n. 39. & sepe tenuit Rota.

5 Tamen Papa statim, quod sit lapsum primum semestre, potest prouidere Iure præuentionis: quia tanquam ordinarius concurrit cum quolibet inferiori, vtpotè cum Episcopo, Capitulo, Archiepiscopo, Legato, & quocũque alio. Rota. decis. 3. iuncta additione Papazon. de offic. legati. n. 6. in nouis. Rebuff. vbi supra n. 46. & 51. & in concordat. in rubrica de collation. §. si quis. verbo, *deuolutio*. Crescentius decis. 1. numer. 5. de dilationibus. Mandosius. in regula de annali. q. finali. numero 6. & dicam. §. 4. sequenti. ex numer. 88.

Item inter Episcopos, † & alios quoscunque Collatores etiam ipso Episcopo inferiores est locus preuentioni. Abbas. Lapus in d. c. si à sede. numero. 3. de prebend. lib. 6.

ordinarij. per tex. quem allegat, in cap. irrefragabili. §. excessus. eo. titulo. Mandos. d. reg. 16. q. 10. nu. 8.

7 Rursus Legatus † potest prævenire ordinarios, ex quo concurrit cum quolibet ordinario. Gambarus in tract. de legato. lib. 3. nu. 207. Put. decis. 345. in vna Augustana. nu. 1. & per totam. lib. 2. & fuit dictum in vna Verdunen. Canonicatus 6. Martij 1593. ad medium coram R. P. D. meo Pamphilio.

8 Quod etiam procedit inter Episcopum, & suum Vicarium † habentem potestatem conferendi: nam illa prouisio prævalebit, quæ prior tempore fuerit. Calderin. cons. 2. num. 1. & in cons. 7. nu. 1. de off. Vicarij. Felin. in c. Capitulum Sanctæ Crucis. nu. 16. in princ. de rescript.

9 Similiter dicit glos. in c. statutum. 3. in verbo, *per se ipsos*. in princ. de præbendis. lib. 6. quod ante constitutionem. c. 2. eodem titulo; reseruantis beneficia vacantia apud sedē, habebant Episcopi procuratores in Curia, qui statim cum vacabant beneficia, conferebant illa, & sic prævenichant Papam.

Vnde Hostiens. in summa titu. de electione. §. qualiter. nu. 11. vers. *quod si timeant*. dat
10 cautelam † Canonicis, ne prævenianter à Papa, quod si timent, ne Papa, vel Legatus prævieniant, quia propè sunt, aut Cursor aliquis, qui solet vti diplomate, profectus est ad eos, ipsi eligentes eligāt, absentibus non vocatis,
11 & curialiter † faciet contemptus, si, quod factum est, ratificet; licet possit agere de contemptu. c. quod sicut. de electione. Et per prædictam electionem, vel præsentationem prævenient Papam, vel Legatum. Selua de benef. 3. p. q. 67. numer. 5. & vide quæ dicam in §. 5. procemiali ex num. 120.

12 Similiter, quādo sunt plures Iudices † Cōpetentes, ille, qui prius cognoscendo prævenit, remanet cum causæ Iurisdictione, vt ille solus procedere debeat l. si quis postea. 7. l. vbi ceptū. 30. ff. de Iudicijs. l. cum quidā. ff. de Iurisd. omn. Iudic. c. significasti. de foro competenti. l. 12. tit. 7. Partita. 3. De qua materia vltra ordinarios in dictis locis vide plenè per Bartolum, Alex. & Iasonem in l. si pluribus. 33. ff. de legatis primo. Marian. Socinum in d. c. proposuisti. de foro competenti, Tiberium Decianum in tom. de delictis. lib. 4. c. 20. 21. & 22. Mascardum de probation. conclusione. 1232. incipit, præventio. Facit de prævention peculiarē tractatum Azebedus in l. 10. tit. 13. lib. 8. Recopilationis. vbi præfatam regulam ponit cum 11. ampliationibus, & 12. limitationib. ad quos me remitto.

13 Solum enim per transennam † aduerto, quod, licet per solam præsentationem commissionis, seu rescripti Iudex delegatus non dicatur prævenire gl. verbo, *assignatæ*. & ibi communiter omnes. in c. vt debitus honor. 59. de appellationibus. cum alijs per Mascardum dicta conclusione 1232. num. 12. Tamen
14 in Rota contrarium † seruatur, nam per solam commissionis præsentationem prævenitur, Rota. decis. 1. de Constitutionibus; & decis. 6. de rescriptis. in antiquis Cassadorus decis. 5. num. 1. & per totam. de rescriptis. Puteus decis. 47. num. 1. lib. 2. vbi declarat.

15 Item inter plures procuratores † in solidum ad causam datos illius erit melior conditio, qui per litis contestationem negotium primitus occupabit. leg. pluribus. 32. ff. de procuratoribus. c. non iniusto. de procuratoribus. c. si duo. vers. *secus*. eod. titulo in 6. l. 18. tit. 5. Partita 3. Crescen. decis. 16. de procuratoribus.

16 Similiter non aufertur † per Conc. Trid. c. 18. sessione 24. de reformatione prævention competens alijs inferioribus in Iure conferendi aliqua beneficia curata, quamuis dispo natur, quòd prouideri non possit, nisi per edictum cōcursus ab ordinario apponendū, &c. Et ad præseruandam prævention sacra Concilij Congregatio dedit inferiori, cautelam huiusmodi:

17 *Si inferior † haberet prævention cum ordinario; debet, habita notitia vacationis parochialis coram Notario declarare se velle dictam parochialem conferre; & ideò rogare Episcopum, vt proponat edicta, & hac ratione tuebitur Ius suæ prævention.*

18 Idem inter habentes pares † gratias, quia ille præfertur, qui prævenit in præsentatione suæ gratiæ coram executore. c. Capitulum 30. in fine de rescrip. c. duobus. 14. eod. tit. in 6. Rota decis. 5. & decis. 13. num. 1. de rescriptis. in nouis. & decis. 58. de rescriptis. in antiquis, & decis. 11. de concess. præben. in ibidem. latissimè. Felin. in d. c. Capitulum Sanctæ Crucis. de rescriptis. Caputa. decis. 5. parte prima. Puteus decis. 156. qui loquitur de prævention acceptationis. lib. 1.

19 Item si nascūtur duo filij primogeniti † insimul, nec scitur quis illorum primus natus fuerit, & sic vterque succedit in solidum quoad exercitium Iurisdictionis, Regni, vel Castri iuxta legem 12. titulo finali. Partita. 7. Anton. Gomez. in l. 40. Tauri. sub numero 68. vers. *sexta, & principalis opinio*. Molina lib. 3. de Hispan. primogen. capitulo. 1. numero vigesimoprimo: tunc inter illos erit locus prævention, nisi Iurisdictionis exercitium sit diuisum. Anton. Gomez. d. num. 68. ante fin. Couar. in practicis. cap. fin. num. 1. in principio.

20 Idem in venatione † animalium, & piscatione piscium, quia prius prævenientis, & occupantis fiunt. l. 1. §. piscium. ff. de acquiren. rerum dominio. §. feræ igitur bestiæ. Instit.

de rerum diuisione. l. 17. tit. 28. Partita. 3.

21 Idem in eo, qui præuenit in occupatione † loci Molendini, & haustus aquæ. Bart. in l. quominus. ff. de fluminibus. nu. 10. & ibi plene per Iasonem, & Ripam à nu. 25. & sequentibus.

22 Tandem, quia esset procedere in infinitũ, † generalis regula sit, quod inter habẽtes æquale Ius, melior est conditio præuenientis, ex vulgata regula. *Qui prior est tempore*. de reg. iuris. in 6. l. quoties vtriusque. 99. ff. de regulis iuris. Roman. cons. 47. visis necessarijs. nu. 1. De qua regula plura tradunt Ripa in l. priuilegia. ff. de priuileg. creditorum. Neguzantius in tracta. de pignoribus. 5. par. 2. memb. per totum. Solys in suo tract. de censibus lib. 3. cap. 5. Mascardus de probationibus. conclusione 1234. Matienzus in l. 7. gl. 5. tit. 16. lib. 5. recopilationis.

Quibus addo, quod ille Canonicus, seu beneficiatus, Iudex, aut officialis, qui præuenit in apprehendenda

23 possessione, † & in antiquiori receptione, præcedere debet alios in stallo, voce, optione, ac alijs prærogatiuis, & præeminẽtijs. c. 1. et ibi omnes. de maioritate, & obediẽtia. Bart. in l. 1. nu. 4. ff. de albo scribendo. Bald. per text. ibi in cap. cum olim. num. 1. notabili. 2. de consuetudine. Roman. in l. cum mulier. §. de viro. vers. 9. infertur. ff. soluto matrim. late Ruinus cons. 19. nu. 9. vol. 1. Cassaneus in catalogo gloriæ mundi. 4. par. consideratione. 76. & 11. par. consideratione 17. vers. & non solum hæc antiquitas. Rebuff. in tract. de nomination. q. 21. nu. 4. Boerius in tractatu de auctoritate magni Concilij. nu. 81. Caputaq. decis. 357. nu. 2. par. 2. Rota decis. 2. nu. 1. iuncta additione Papaz. de consuetud. in nouis.

Quis præcedere debeat: An prior ĩ prouisione, & posterior in possessione; vel e cõuerso.

Quod etiam procedit, & ampliatur, quamuis alius sit in prouisione prior, † si tamen

24 sit in possessione posterior, etiam si per eum nõ steterit, quod possessionem prius ceperit, sed propter litem, vel aliud obstaculum fuerit impeditus, vt fuit resolutum in Rota in vna Vicen præcedentiæ 27. Aprilis 1594. corã Gipsio. quæ decisio fuit postea confirmata in vna causa Burgen. de Velorado. 30. Aprilis 1599. coram R. P. D. Litta meritissimo Rotæ auditore, & alias sæpe.

Ratio est, quia honor iste datur antiquiori

25 Canonico † propter eius maiora onera, & seruitia, quæ in Ecclesia subijt. l. 2. in fine. ibi, *vt is gradu cæteros antecedat, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecit anteire*. C. de officio magistri officiorum. c. miramur. circa finem ibi, *nec potest de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actionibus strenuis celsioris loci præmium debetur*. 61. distinctione. Cassaneus dicta consideratione 17. vers. *Et non solum*. vbi alia plura Iura refert. gl. optima in c. fin. verbo, *antiquiores*. de consuetudine. lib. 6. vbi dicit, quod antiquiores sunt intelligendi non ætate, sed tempore, quo in Ecclesia militarunt. Mohedan. decis. 11. de renunciatione. ante numerum primum. vers. *nam cum locus*. dicens, quod locus competit Canonico ratione possessionis. Igitur qui receptus non fuit, nec in seruitio Ecclesiæ militauit, siue sit anterior, siue posterior in prouisione, siue steterit per illum, vel non steterit, præferri non debet anteriori recepto, qui in seruitio Ecclesiæ militauit, cum ex receptione acquiratur antiquitas, & præeminentia ex supradictis.

Comprobatur, quia istæ præeminentiæ, &

26 optiones † sunt fructus, & emolumenta possessionis. gl. in verbo, *Capitulo*. in cap. cum olim. post medium. vers. sed collatio beneficiorum. de maior. & obed. Selua de beneficijs. 3. par. q. 40. nu. 4. Cassador. decis. 3. de pensionibus. nu. 6.

27 Sed fructus semper spectant † ad possessorem. cap. querelam. 24. de electione. c. consultationibus. de Iure patronatus. c. cũ olim. de causa possession. l. bonæ fidei. 48. ff. de acquir. rerum dominio, cum similibus. Rota decis. 7. de Iure patronatus. in nouis. & decis. 14. eod. tit. in antiquis. & 49. de rescript. in antiquioribus. Aym. cons. 322. n. 5. Mascard. conclus. 173. de probationibus. per totam. cum alijs adducendis in gl. 35. §. 2. Igitur debentur primo possessionem habenti.

28 Accedit, quod licet sola collatio cõcedat † plenum Ius in re. c. fin. de concessione præbeñ. Ias. in l. quoties. n. 3. C. de rei vendicatione. Couar. lib. 3. variar. c. 16. n. 1. tamen

29 ante adeptionem possessionis nõ perficitur † assecutio beneficij. Achil. decis. 9. num. 6. de priuileg. neque dicitur effectualiter, & pro-

30 prie † obtinere beneficium, qui habet solum titulum beneficij sine possessione, secundum gloss. in verbo, *obtinebunt*. in §. item insuper. tit. de collationibus. in pragma. sanction. Additio ad Rotam decis. 31. sub littera B. de cõcess. præben. in antiquis. Quando enim beneficium est sine possessione, & fructuum perce-

31 ptione, non dicitur beneficium, † sed est inutile, ventosum, & fictum, & sicut corpus sine anima, vt latè tradit Gomesius in reg. de annali. q. 47. n. 3. & 4.

Cæterum contra dictã decisionẽ Rotalem dicentem, esse præferẽdum primo receptum antiquiori in prouisione, & posteriori in receptione, quamuis per eum non steterit, inuenio aliam expressam Rotæ decisionem cõtrariam quæ est 6. de consuetudine. in antiquioribus Bisigneti. vbi adducit bona fundamenta. Et maximè mouetur, quia secunda receptio retrotrahitur, † ex quo primus impe-

32 trans

trans erat recipiendus, & per eum non stetit. Et subijcit quod per tres sentẽtias ita pronũciatum fuit. Quam decisionem refert, & sequitur Rochus de Curte in c. fin. de consuetudine sect. 4. nu. 11. vers. *per hoc videtur decidi quæstio.* quæ decisio non fuit allegata in alia decisione moderna coram Gipsio facta.

Potest etiã corroborari dicta decisio antiqua per tex. expressum in l. 1. vers. *quod si quis prior.* C. de consulibus. lib. 12. vbi statuitur, quod si quis fuerit prior † consul, & vltimo patritius, est præferendus in honoribus medio tempore facto Consuli, & patritio. 33

Hinc emanauit illa magis cõmunis opinio, quod prius Licentiatus, † & postea Doctoratus sit præferẽdus medio tẽpore Licentiato, & Doctorato. De qua per Felin. in rubrica de maioritate, & obedien. nu. 3. Aliciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 45. n. 7. Anton. Gabriel. lib. 6. titulo de maioritate, & obedien. concluſ. 1. per totã. Faciunt tradita per Vincen. de Franch. decis. 138. & 144. par. 1. licet hoc difficultate non careat, & quamplures contrarium teneant. 34

Quinimò, quod inspecto Iure communi † sit anterioritas prouisionis, seu promotionis attendenda, quamuis prouisus, & promotus sit in receptione posterior, nisi aliud sit de statuto, vel cõsuetudine, tenet post longã disputationẽ desuper factam quidam Collegialis Bononien. Ioſephus Gonzalez nuncupatus, in suis quæstionibus. quæst. 14. per totam. 35

Verum, quicquid ille dicat, opinio prima est amplectẽda tanquã magis vera † ex rationibus in ea deductis. Et ita seruari in omnibus Ecclesijs, & Collegijs, atteſtatur Rota in d. decis. facta 27. Apr. 1594. de qua in. n. 23. quod etiã in regalib. audientijs seruari vidi. 36

Solũ enim respondebo ad dictã decisionẽ 6. de consuetudine. in antiquioribus. istam, & modernam decisionem distinctionis fœdere, concordando, hoc modo videlicet, quod semper, & regulariter † sit præferendus primo loco receptus, licet vltimo loco prouisus, quamuis per prius prouisum non steterit: vt memorata Rotæ moderna decisio cantat. 37

Concilia tio duarum decisionũ Rotalium.

Dummodo ista regula sit temperanda, & limitanda respectu eius, qui mouet litem, & dedit causam † impedimento, vt antea prouisus possessionem capere non posset. Nã tunc ille anterior in prouisione, & posterior in receptione præcedere debet posteriorẽ in prouisione, & priorem in possessione culpam habentem, & impedimentum præstantem, ne ex 38
suа culpa commodum † consequatur. l. in fundo. ff. de rei vendicat. c. sedes. 15. c. ex tenore. 16. de rescript. Sicut appellationis terminus non currit, † quando aduersarius, vel Iudex fuit in culpa. l. fin. §. illud. vers. *nisi ipse appellans.* C. de temporibus appellation. gl. verbo, *finiri.* in clem. 1. de restit. in integrum. Cassad. decis. 9. nu. 5. de appellationibus. Cæsar de Grass. decis. 3. n. 5. de constitution. 39 40

Nec dicitur morosus, † qui impeditur facto aduersarij. Bartol in l. amplius. n. 8. in fin. ff. rem ratam haberi. Caputaq. decis. 108. n. 6. par. 2. plura in proposito tradunt gloss. verb. *factum.* in c. si capitula. de. conces. præben. in 6. Gomesius in reg. de annali. q. 14. per totam. Rota decis. 1. nu. 5. de constitutio. in nouis. iuncta additione. & decis. 5. n. 5. par. 1. diuers. Felin. in c. cum causam. n. 16. & 17. de testib. Afflictus decis. 302. n. 1. vers. *quo casu.* vbi dicitur, quod possessio habetur pro capta † in præiudicium aduersarij, quando facto illius fuit impedimẽtum præstitum. Et alios plures similes casus supradicti Doctores adducunt, & Flaminius Parisius de resignation. beneficiorum. lib. 11. quæst. 13. à n. 95. Sfortius Oddus de restitutio. in integrum. q. 12. per totam cum adducendis in gl. super verbo *obseruatis.* & in gl. 55. 41 42

Quam distinctionem ego colligo ex tenore prædictarum decisionum. Nam decisionis modernæ casus erat, quod quidam Iacobus prouisus de quodam Canonicatu in Ecclesia Vicen. litigauerat longo tempore super eodem Canonicatu contra alium, quem viceerat, & isto medio tempore vacauerant alij septem Canonicatus in eadem Ecclesia, & prouisi de illis possessionem obtinuerunt ante dictũ Iacobũ, quem Rota declarauit sedere debere in posteriori loco, &c. sicque isti Canonici, qui medio tempore † possessionem acceperunt, nullam litem, nullamque impedimenti causam mouerunt. 43

Secus vero fuit in dicta decisione. 6. de cõsuetudine. in antiquioribus. Nam fuerunt duo impetrantes, primus, & secundus, & cũ vterque occurreret ad Capitulum pro obtinenda admissione, orta quæstione inter illos Capitulum admisit secundum, & primum iniuste neglexit, quamuis primus prouisus petijsset se admitti. Tandem vacante alia præbenda vigore suæ gratiæ expectatiuæ fuit etiã primus admissus. Et postea agebatur inter illos, quis esset antiquior, ad optandum prębendam maiorem vacãtem. Fuit tentum, quod primus, licet vltimo loco admissus, deberet præferri, & sic primus in data præcessit secundum, causam, & impedimentum præstantem, ne primus admitteretur ante illum.

Quid autem sit de prouiso Apostolico habente cessionem de possessione nomine Cameræ captа? vide late. in gloss. 34. q. 20. a. n. 101. vsque 122.

Redeundo igitur, vnde sũ digressus, dico, quod prẽuẽtio causatur 44
nõ solũ per vnũ diẽ † anterioritatis ex gl. in c. si eo tẽpore. 45. verb. *iã.* de elect. in 6. sed etiã

ratione

45 ratione vnius horæ.† gl. verbo, *die obligauit.* in l.si ex pluribus.89. §. fin. de solutionibus. & in c. duobus. 14. verbo. *si non appareat.* de rescrip. in 6. Bald.in.l.imperator.1. lectura, num. 4. ff. de statu hominum.& in l.præscriptione.n. 15. C. si contra Ius, vel vtilitatem publicam. Franc. in c.si a sede.nu.4. de præbendis in 6. Felin. & Decius vterque. n. 5.in c. pastoralis. in princ, de rescript. Idem Felin. in c. 1. n. 12. de fid. Instrum.Ioann. Selua de beneficijs. 3. par.q.5.n. 13. Cassad.decis. 20. n. 1.de præben.& decis. 4. nu.fin. super regulis. Puteus decis.172.n.3,lib.3. Menochius de adipiscenda.rem. 4.n.792.

Item non solum vnius horæ prioritas, sed
46 etiam † vnius puncti, vel momenti facit præuentionem.Decius in d.c.pastoralis.n.5. Tiraq. de primog. q. 2.n.1.& 2. Menochius de arbitrarijs.centuria 1. casu 48. num.3. Cassadorus. d. decis.20.num.1. in fine post Baldum in l.de rebus.n. 2.C.de donationibus ante nuptias. Rota decis. 19. num. 3. par. 2. diuer. gl.fin. in l.si ex pluribus.§.fin.ff.de solution. & in c. duobus,verbo,*si non apparet.* de rescrip.lib. 6. Anton.Gomez.in l. 40. Tauri. n. 68. post principium.

47 Quantum tẽporis sit vnum punctum,†vnũque momentum,ex nostris nobis scriptum reliquere.Ioan. Andreas in c.1. num. 7. Abbas etiam. nu. 7. de causa possess. & propriet.dicentes, quod punctus est quarta pars vnius
48 horæ, & momentum † est decima pars vnius puncti, & sic hora habet quatuor puncta, & quadraginta momenta. Quod prius dixerat, licet ipsi non allegent, Accursius in l. cum bissextum.98. gl.fin. ff. de verbor. signific. & Alciat. ibidem sub littera E.vbi dicit,horam constare ex.60.minutis, & quod Latini simpliciter
49 † accipiunt momentum pro breui tempore, sicut & punctum.

Sed quid, si eadem die fiat collatio vni
50 à Papa, & ab ordinario alteri,& non constet de anterioritate † horæ,pũcti, vel momenti? conclude;quod tunc intrat casus Tex. notabilis in.c.si a sede.31.de præbendis. lib. 6.dicentis,quod potior sit conditio possidentis, & si neuter possideat, prouisus à Papa, vel eius legato,propter conferen tis ampliorem prærogatiuam,erit alteri præferendus.

Hinc incipit materia.c.si a sede.de præbend. in 6. & prosequitur late vsq; ad. num. 146.

51 Ex quo tex. colliges magnum effectum † possessionis, vt propter illam possidentis prouisio præsumatur anterior. Caputaq. decis. 47. par. 2. & 236. par 3. Mascard.de probation.conclus. 314. num. 4. Rebuff. de pacific. possessoribus. n. 297. vbi plenè.

52 Sicut etiam, si duo litigant† super beneficio,& vnus decedit in Curia sine possessione, & alter extra Curiam cum possessione,ratione possessionis spectat prouisio ad ordinariũ, & è conuerso. Nam possidens melius Ius habere præsumitur. Tex. in clem. 1. §. quod si vnum: & ibi gloss. verbo,*possidebat.*vt lite pẽdente, quem textum singularem dicit Tiraquel. in loco proximè citando.nu. 20.in fine.
53 Nam ex possessione beneficij pręsumitur† Dominium, vt notat Imola in dicta Clemen. 1. n. 2. & plura tradit Menochius de præsumpt. lib. 6. pręsumpt. 63.ex n.11.Quod intelliges quando titulus incidenter deducitur. Imola in d. Clem. 1. n. 3. & cęteri. Bartol.in l.quidam in suo.nu.4. vers.*secundo casu.* ff. de conditi. Institut. Abbas in c. cum ad Sedem. n. 20. de restitut. spoliator. cum alijs per Menoch. pe pręsumpt. lib. 6. dicta pręsumptione.63. n. 11. cum sequentibus.

Dicit etiam Rota decis. 10. nu. 2. de præben. in antiq. quod per tex. in d. c. si a sede.
54 videtur † probari,quod sola possessio dat titulum in beneficialibus.

Et eo ipso, quod constat de possessione be-
55 neficij,præsumitur titulus,†cũ sine illo possideri nõ possit.Imola vbi supra.n.10.Rot.decis. 423.n.2. & decis.595.n.8. & decis. 802. nu.2. &4.par.1.diuers.Et alios plures effectus pos-
56 sessionis†vide in §.commodũ.Insti.de interdictis. & per Philippũ Probũ in additione ad Io.Monachum in d. c.si a sede.n.3.4.& 5.Rebuff.vbi supra d.n.297.per totum.Castellum. in l.17. Tauri in gloss. verbo,*la possession.* Crescen.decis.5.de Iure patro.Put.deci.330.li.1. & decis. 445. n.1. & 2.lib. 2.Acchil.decis.17.
57 de probation. cumulat † quamplura Tiraq. de primog.q. 17.opin.11.per totam.Mascar. de probation. conclus. 1200. incipiente,per possessionem transferri.Menoch.de præsumption. lib. 6. præsumpt. 69. vbi. 28. † com-
58 moda possessionis ponit. Et vide quæ dicam in gloss. 45. §.2. & in gloss.4. nu.172.& gloss. 5. num. 62.

Et propterea dicitur vulgariter,quod bea
59 tus † qui possidet gl. verbo, *requirat.* in c.1.§. si Iudex.vers.*si tres fratres.* de pace tenenda,&. eius violatoribus, &ibi Bald.sub.n.1.ves.*item noto in gloss.* in vsibus fœu.

Dicit etiã Speculator in tit.de emphiteusi. q. 66. nu.83. ad med. quod qui possidet, plus
60 Iuris † in retinendo consequitur,quàm actor in agendo. Mandos. cum alijs in regula. 33. quæst. 4. n. 2.

Et possessionẽ solam æstimari in dimidia
61 † valoris proprietatis, apud Lusitanos. lege municipali cauetur. lib. 3.tit.77.§.10. Aluarus Valascus consultatione 51.num.47.tom. 1.& cõducunt quæ tradit Menoch.dicta præsump. 69.n. 34. & 35.

Vnde primo quæro, si constat de certa hora vnius prouisionis,& de pos- Quæst. prima.
62 sessione alterius, quis sit † præferendus, an habens possessionem sine hora, an vero habens

bens prouisionem cum hora certa, & sine possessione?

Videtur quod habens prouisionem cũ certa hora esset præferendus, quia habens certam horam † præfertur cuicunque carenti
63 hora. Iaſ. in l. 1. n. 6. Rip. n. 1. Socin. nu. 12. ff. ſolut. matrim. Caſſad. deciſ. 20. de præben. n. 1. & deciſ. 4. n. 6. ſuper regulis. Decius in c. Paſtoralis. nu. 5. de reſcriptis. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centuria. 1. caſu. 42. nu. 24. vſque 28. Tiraquel. de retrac. conſanguinitat. §. 11. gl. 1. nu. 10. Mandoſ. in reg. 16. q. 19. num. 19. & ſeq. Maſcard. de probat. concluſ. 314. num. 13.

64 Contrarium † tamen tenuit Rota pro maiori parte in vna Fulginaten. teſte Puteo deciſ. 321. n. 2. lib. 1. poſt. Decium in l. in ambiguis. 85. ſub n. 4. ff. de reg. Iur. & in c. Paſtoralis. ſub n. 5. verſ. *ſed conſiderando opiniones.* de reſcript. & alios ibidem allegatos. Quod etiam tenet cum pluribus per eum citatis. Tiraquel. de iur. Primogeni. quæſt. 17. opin. 11. n. 3. Maſcard. de probation. concluſ. 1234. Prioritas. n. 33. Rebuf. latè adducens plura hinc inde de pacif. poſſeſſ. n. 299. per totum.

Ratio eſt, quia appoſitio horæ facit præ-
65 ſumptionem, ſed non concludit † neceſſario, cum potuerit eſſe prior alia prouiſio ſine hora. Caſſador. dicta deciſ. 20. ſub num. 1. verſ. *quia licet non ſequatur.* de præben. At verò
66 præſumptio poſſeſſionis eſt potentior † horę præſumptione, & vti talis apponitur in d. c. ſi a ſede. & ideo poſſeſſio præfertur: quæ opinio magis mihi placet contra Menoch. in dicto caſu 48. in fine, & n. 34. Nec Doctores pro cõtraria parte allegati loquuntur in cõcurſu poſſeſſionis, & ſic loquũtur in caſu diuerſo.

Eadem etiam ratione, ſi cum æquali collatione cõcurrit probatio poſſeſſionis vtriuſque captæ ſub eadem die, eſt prę ferendus habens poſſeſſionem cum hora certa: cum in iſto caſu concurrant duo vincula, † horæ &
67 poſſeſſionis, quę fortiora ſunt vno, videlicet, ſolius poſſeſſionis vinculo. §. affinitatis. inſtit. de nuptijs. l. cum in adoptiuis. C. de adoptionibus. & in terminis fuit reſolutũ in Rota teſte Mohed. deciſ. 12. n. 2. de reſtit. ſpoliat.

Iſta etiam prę rogatiua poſſeſſionis poten-
68 tior eſt clauſula gratificationis † contenta in gratia non poſſidẽtis ſub eadem data. Puteus deciſ. 299. nu. 2. 3. & 4. lib. 2. licet. d. deciſio ſit minus benè correcta in nu. 1. quia dum dicit, quod non, debet dicere quod ſic, prout ex ſequentibus rationibus deprehenditur, licet Rebuff. in dicto tracta. de pacif. poſſeſſ. num. 300. contrarium dicat. Et cum Puteo tenuit Anton. Auguſt. in Repert. in titulo de faculta. ordin. prouiſ. §. 1. & nouiſſime Rota. in Iſpalen. benefic. 2. Maij. 1603. Coram R. P. D. meo Iuſto,

Secundo quæro, quid ſi poſſeſſio non ſit capta eadem die
69 prouiſionis factæ, ſed poſtea, † an tunc talis poſſeſsio habeat dictam prærogatiuam, vt ratione poſſeſsionis prouiſio præſumatur anterior? Conclude, quod ſic. cum Puteo deciſ. 125. lib. 1 per totam. vbi mota fuit Rota ex eo, quod. d. c. ſi a ſede. loquitur indiſtinctè: & alias eſſet magna reſtrictio eius; & quia nunquam poſſet ille tex. verificari in prouiſione Apoſtolica facta de beneficio vacante extra Curiam; cum impoſſibile ſit, eodem
70 die † capere poſſeſſionem: & reſpõdit ad Caſſador. deciſ. 25. nu. 1. verſ. *ſed ſolum procedit.* dum contrarium dicere videbatur. Et hanc opinionem tenuit maior pars. Dominorum, ſcilicet ſeptem ex decem, tribus contrarium tenentibus. Allegat etiam idem Puteus pro ſua deciſ. Calderin. conſ. 7. de præbendis. Tenent etiam Mohedan. deciſ. 8. de præbendis. Gambara de officio legati. lib. 3. n. 666. & 667. Sarnen. deciſ. 32. Simonet. deciſ. 6. & nouiſsime fuit reſolutum in vna Iſpalen. beneficij. 2. Maij. 1603. Coram R. P. D. meo Iuſto, vbi propterea fuit deciſum, non obſtare decretum. irritans contentum in gratia Apoſtolica: de quo dicemus Deo dante. in gloſſ. fin. num. 56.

Tertio quæro, quid erit, ſi alter prius poſſeſsionem accepit,
71 ſed eam amiſit; † & alter, qui fuit poſterior in poſſeſsione, poſſideat de tempore, quo cõtrouertitur de anterioritate prouiſionis; quis præferetur iſtorum? Videtur, quod poſsidens de tempore, quo agitur, ita, quod ille, qui tunc poſſidet, ſit potior; licet alter prius fuerit in poſſeſſione, quam nunc habet: cum tex. in d. c. ſi a ſede. dicat, quod melior ſit conditio poſſidentis. Secus ergo erit, ſi nõ poſſidet, & nunc, licet prius poſsiderit; nam
72 qualitas † adiuncta verbo debet regulari ſecundum tempus verbi. l. in delictis. §. extraneus. ff. de noxalibus. Mohedan. deciſ. 23. n. 1. de præbendis. & ita expreſſe tenet Lapus Abbas. in d. c. ſi à ſede. nu. 2. verſ. *nunc cum agitur.* quem refert Caſſadorus in deciſ. 15. ante numerum primum de præbendis.

Contraria tamẽ opinio verior eſt & tenen
73 da: quia ex quo poſſeſsio validat † ius illius, qui primo adeptus eſt illam. l. 1. §. ſemel. ff. de bon. poſſ. ſecundũ tabul. de neceſsitate ſequitur extinctio Iuris alterius, quod nun-
74 quam † amplius reconualeſcit. l. qui res. 98. §. aream. ff. de ſolutioni. c. quam periculoſum. 7. q. 1. Item quia ſufficit, quod ſit qua-
75 litas anterioritatis de tempore, † quo diſpoſitio ſumit effectum; licet poſtea ceſſet. gl. verbo, *Canonicis.* ante finem. in c. ſtatutum. 11. de reſcript. lib. 6. & Gomezius poſt alios ibidem. num. 118. idem Gomezius in reg. de

annali

annali. q. 50. Mandos. super eadem reg. q. 54. per totas. Et ita expresse hanc opinionem tenent Geminianus in d. c. si à sede. num. 7. & Francus. n. 2. ad medium. Rebuf. de pacif. possessor. n. 297. vers. 6. *procedit*. Gambarus in tract. de officio legati. lib. 3. nu. 587. pro quo est etiam gl. in eodem capitulo, verbo,
76 *neuter*. dum dicit, quod idem † est, neminem possidere, vel vtrumque possidere; si tamen non apparet, quis tunc primo possideret. Si ergo appareat, quis primo possideret, illius erit potior conditio, non verò eius, qui postea possideat.

Quarto quæro, An virtus dictæ possessionis obtineat in
77 sequenti successore. † Verbi gratia, vnus habet prouisionem à Papa, & alius ab ordinario sub eadem die, & de prioritate non apparet. Si neutro possidente, prouisus ab ordinario cedat, vel decedat; & alius prouideatur ab ipso ordinario, qui statim possessionem capiat; an iste sit præferendus prouiso à Papa, vel eius successori per cessum, vel decessum? Quæstio est satis ambigua, quæ pro vtra que parte in puncto Iuris sustineri posset. Sed cum iam habeamus casum istum decisum pro maiori parte Rotæ, vt per Cassador. decis. 15. nu. 1. & per totam de præbendis. concludendum est, quod non; sed prouisus à Papa sit præferendus per rationes in dicta decis. deductas. Et vide, quæ de vacatione de Iure. dicam in gl. 15. §. 1.

Sed cum plerumque prouisus ab ordina-
78 rio immitatur † statim in possessionem beneficij; dictaque immissio sit breuis admodum, & facilis propter paruam distantiam loci, vbi beneficium consistat, quod secus est in prouiso à Papa de beneficio vacante extra Curiam, vt dicit Puteus decis. 125. n. 2. lib.
79 1. rarò continget † casus iste, nec quod prouisus à Sede Apostolica, vel eius legato sit anterior in possessione. Et pari ratione, quamuis in prouisionibus à Sede Apostolica factis adsit hora certa, talis horæ appositio nõ erit alicuius ponderis, vel momenti, ideoque in hoc prouisi ab ordinario sunt melioris conditionis.

Præsertim quod in prouisione Papali non
80 apponitur † hora. Cassador. d. decis. 20. in principio. de præben. Menochius dicto casu 48. n. 30. in fine. Crederem tamen, quod si Datario supplicaretur instanter, forsan eam apponeret.

Posset tamen casus iste facilius contingere in Canonicatibus, & præbendis Ecclesiarum cathedralium, & Collegiatarum, quarũ
81 possessio capta nullius † est momenti, quando non est capitulariter capta, ideſt, à maiori parte Capituli data. Cassador. decis. 8. n. 1. & per totam. de causa possess. & decis. 5. n. 3. de Iure patron. Paleotus decis. 295. & passim seruat Rota. Ideoque, cum non sit in manu ordinarij immittere in possessionem prouisum ab illo, nisi Capituli concurrat consensus, posset Capitulum ex iusta causa denegare possessionem prouiso ab ordinario, & illam Apostolico prouiso dare, & sic possent euenire casus, de quibus agitur.

Aliquando etiam percepi ad occurrendũ ordinariorum præuentionibus poni datam gratiæ Apostolicæ sub data eiusdem diei
82 obitus; † quamuis longè postea facta fuit. Et nunc scribo in vna causa simili ad fauorem prouisi Apostolici: pro quo facit decisio Rotæ. 588. n. 3. lib. 3. diuers.

Denique de effectu anterioritatis possessionis iuxta d. c. si a sede. vide † latissimè per
83 Rebuf. in d. tract. de pacif. possessor. vbi ponit regulam cum. 11. ampliat. & 16. limitationibus sub n. 297. 298. & 299.

Quinto nouiter, & subtiliter quæro, An data paritate datarum respectu diei; quamuis prouisus ab ordinario obtineat possessionem, nihilominus sit excludendus a prouiso per Papam propter clausu-
84 lam † solitam apponi in gratia, *quod prouisus subrogatur gratiose quoad possessionem defuncti in eius locum*. si literæ sunt expeditæ in forma gratiosa? Et quidem videtur, quod sic.

Ratio est, quia dicta clausula gratioſę subrogationis, quoad possessionem defuncti, vel
85 cedentis operatur continuationem † possessionis beneficij inter cedentem, vel decedentem, & prouisũ Apostolicũ. Et sic facit quod statim post obitũ, vel cessionẽ sit trãslata possessio Papæ ministerio in ipsum prouisum
86 adeò, vt nullum tempus † intermedium considerari possit, nec dici etiam per momẽtum eam possessionem vacare. gl. ordinaria in l. cum hæreditas. verbo, *successeritis*. C. depositi. quæ inquit, quod vbi datur continuatio dominij, vel possessionis, non est dare hæreditatem iacentem. Baldus in cons. 330. *statuto cauetur*. num. 4. lib. 1. per l. quæsitum. §. præsenti. ff. de legat. 1. cum alijs pluribus per Tiraquel. in tract. Le mort Saisit leuiu. parte 2. declarat. 6. n. 10.

Et talis possessio, licet per Principis fi-
87 ctionem † sit statim acquisita, & translata, vera tamen possessio dici posset; & veræ possessionis effectus producit. c. contingit. ibi, *verus constituatur elapso anno possessor*. vbi latè notat Bald. n. 1. de dolo, & contumacia. l. certè. ff. de præcario. Tiraquel. qui plures ad id refert in disto tracta. de morte. 5. parte. declarat. 1. n. 4. cum sequentibus. Anton. Gomez. in l. 45. Tauri. concluſ. 111. ad fin. Anton. Gabriel. lib. 5. comm. opinion. titulo de acquiren. possess. concluſ. 9. n. 6. Molina de Hiſpanorum Primogenijs, lib. 3. c. 12. n. 19.

& dicam

& dicam etiam de virtute fictionis. in gl. 51. casu 4. reseruationis.

In terminis etiam huius clausulæ gratiosę subrogationis à Papa factæ, quod per eam sit
88 trãslata † vera possessio in prouisum, & quod dicatur possessio continuata principis minis-
89 sterio, non autem de nouo † acquisita, vltra Rebuf. in praxi in. 3. parte signaturæ, verbo, *& subrogationis.* fuit resolutum in vna Cæsarauguſtana Parochialis. 10. Decemb. 1558. teste Paleoto. decis. 102. incipit, Marius. & in alia Perusina teste eodem Paleoto decis. 119. & in alia Gebeneñ. Parochialis. Coram Antonio Augustino. 23. Februarij. 1553. Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 4. a n. 393. & 395. cum pluribus sequentibus, & n. 409. in vltima impressione. Flaminius Parisius de resignat. beneficior. lib. 2. q. 3. nu. 70. & 74. Mohedan. decis. 11. nu. 2. vt lite pendente. vbi dicit, quod huiusmodi gratiosa subroga-
90 tio regulatur ad instar † statuti de continuãda possessione defuncti in successorẽ, vel hæredem; & dixit Rota in vna Calaguritañ. beneficij de Zenizero. 30. Octobris. 1587. coram R. P. D. meo Pamphilio Rot. Decan.

Quo fit, vt stante ista possessione prouisi Apostolici, & prouisione sub eadem die, quod sẽpervideatur debere interpretari pro anterioritate suæ prouisionis. Si quidẽ cõcurrẽte
91 possessione vtriusque, † semper præcedit prouisus Apostolicus, si non constat de anterioritate alterius possessionis. gl. verbo, *neuter.* & ibi communiter omnes in d. c. si à sede. de præben. lib. 6. & paulò inferius dicemus.

Præsertim cum possessio capta à prouiso
92 per ordinarium non sit continuata, † nec eadem possessio, sed diuersa; & necessario detur inter illam, & possessionem defuncti temporis intermedium: quod secus est in prouiso Apostolico ex supradictis.

Ideò ego fortasse tenerem, quod mediante ista clausula subrogationis gratiosæ quoad possessionem, data paritate diei in data, prouisus Apostolicus in forma gratiosa præcedere deberet; nisi considerassem, quod Rota
93 solet † restringere virtutem huius subrogationis quoad interdictum adipiscendæ dumtaxat; hoc est, quod tali prouiso concedatur mandatum de immittendo in possessionem. Non autem conceditur remedium retinendæ, seu manutentio, nec minus recuperãdæ; prout nunquam concedi in Rota meo tempore vidi; nec temporibus suis fuisse cõcessũ ab alijs antiquioribus, & peritis huius Curiæ Aduocatis audiui. Pro quo est decisio Mohedani. 325. alias 21. sub titulo de restitutione spoliatorũ. Vbi in fine dicit, quod
94 subrogatus, † vel subrogandus vigore mandati de subrogando non possit agere, nisi tantum interdicto adipiscendæ, & quod est necessarium factum ad capiendam possessionẽ ad l. cum hæres. ff. de acquiren. possessione. Facit etiam decisio Mohedani. 8. de præbendis. vbi fuit resolutum, quod prouisio ordinarij concurrẽs in data cum Apostolica prouisione sit præferenda propter anterioritatem possessionis captæ a prouiso ordinario. Et tamen si clausula gratiosæ subrogationis,
95 † quæ semper apponitur, contrarium operaretur, contrarium similiter decidendum esset; & sequeretur, quod ferè abolita esset dispositio. d. c. si a sede. saltem quoad prouisiones factas a Papa. Et faciunt tradita per Menoch. de retinen. rem. fin. num. 17. tradit etiam Lancellottus de attenta. 2. par. c. 4. in professione. n. 407. in fine. firmat etiam Virginius de Bocatijs. in tract. de interd. vti possidetis. c. 2. n. 71. & alias sæpe dixit Rot.

Forsan tamen dici posset, quod licet prædicta subrogatio gratiosa non suffragetur ad effectũ interdicti retinendę, nec recuperãdæ; quod saltim suffragari debeat in casu dicti c. si a sede. ad effectum de quo agitur, idest, de-
96 clarandi † quænam gratia sit anterior cum dispar ratio sit; ex quo multa prosunt
97 ad effectum declarationis, † quę ad alium diuersum non prosunt. Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 84. ff. de verbor. obligation. Acchil. de Grass. decis. 3. n. 4. & 5. qui filij sint legitim. & notatur in l. hæres. palam. §. sed si notam. ff. de testamen. & per Anton. Gabrielem latè sub titulo. de reg. iur. concl. 3. per totam.

Præsertim cum dispositio. d. c. si a sede. sit
98 exorbitans. † Cassador. decis. 14. num. 2. de præben. post Francum in d. c. si a sede. sub n. 6. ante medium. vers. *Imo vero dicit.*

Sed nihilominus ego non audeo recedere a d. stylo Rotæ, videlicet, quod dicta subrogatio gratiosa non obstet dispositioni. d. c. si a sede. Et dum in quadam causa tentans scriberem, & in voce informarem pro contraria opinione; Dominis non placebat. Ideoq; nouam opinionem tenere nolo; nam ex no-
99 uis † opinionibus noua fantasmata generantur, vt post Bald. tradit Ludouic. Gomezius in c. si pater. sub nu. 11. de testam. in 6. Et post hæc scripta fuit ita in terminis nouissime resolutum a Rota. contra. d. gratiosam subrogationem. in vna Ispaleñ. beneficij de Villanueua. 2. Maij huius anni. 1603. Coram R. P. D. meo Iusto. Pro quo etiam ego pondero, quod licet in supplicatione, & in pluribus decisionibus dicatur, quod fit etiam subrogatio quoad possessionem; tamen in literis saltem modernis non dicitur sic, sed quod subrogatur, quoad Ius, & admittitur quoad possessionem, & cum hoc tollitur omnis difficultas, quia literæ, & non supplicatio sunt attẽdendæ, vt in reg. de nõ iudicãdo.

Quæro

Quæro sexto, An cessante possessione intret effectus
100 horæ? † Conclude quod sic: nam propter illius expressionem, anterior talis prouisio censetur. Cassadorus d. decis. 20. de præbendis. & decis. 4. n. 6. super regulis, cum alijs supra citatis. Gambarus de officio legati. lib. 3. nu. 586. Felin. in c. Pastoralis. num. 5. de rescript.

Et hoc adeo verum est, quod licet Papa semper soleat signare supplicationes de ma-
101 ne paulò ante prandium † meridiei; nihilominus talis signatura, & prouisio non dicitur
102 habere certam horam, † nisi signanter exprimatur. Caputaq. decis. 352. n. 3. & 4. par. 3.
103 & propterea est anteponenda † prouisio ordinarij de eadem die, si certam horam habeat; quamuis hora sit post meridiem, quia negari non potest, quin certius probet. Cassador. d. decis. 20. sub nu. 1. de præben. Menoch. d. casu. 48. n. 26. Mascardus de probation. conclus. 1234. incipit, Prioritas. n. 26. Puteus decis. 372. nu. 2. lib. 3. Quod etiam procedit, quamuis dicatur, quod non semper datatur supplicatio in eadem die, qua fuit
111 signata, vt censuit Rota in d. causa Ispalen. in n. 99. citata.

Pro quo etiã facit pulchra decisio Crescẽtij. 169. alias 4. de præsumption. Vbi fuit re-
104 solutum, quod collatio † facta a Papa eadem die ei, qui in partibus hora secunda noctis eiusdem diei factus fuerat Clericus, teneat:
112 nam præsumitur posterior, Clericatu certam horam continente. Et in eadem decis. alij plures casus similes referuntur. Mandosius de
113 signatura gratiæ. §. prouisiones. colum. 13. vers. *pulchrum dubium.*

Tanti etiam ponderis est horæ appositio, quod vincit etiam gratiam habentem clausu-
105 lam, † *Anteferri.* vt tenuit Rota teste Crescentio. decis. 16. num. 2. & per totam. de præbendis.

Quod si vtraque prouisio haberet horam certam, & vna illarum contineat punctum,
106 † seu momentum, illa veniet præferenda nõ
114 habenti punctum, vel momentum: nam dicetur habere certius, & clarius tempus per ea, quæ dicta sunt supra. n. 102. & n. 103. Quia
107 probatio magis specialis † dicitur magis certa, & potentior. Iaf. n. l. 1. n. 4. vers. *Secundo singulariter limita.* ff. solut. matrim. Menoch. de arbitrar. casu. 472. n. 18.
115

Quod a fortiori procedit respectu anni, &
108 mensis. † Nam si vnum Instrumentum solummodo contineat annum, & aliud, annum, &
116 mensem; præsumitur anterius, habens mensem: & si vnum Instrumentum habet men-
109 sem, & aliud mensem, & diem; † potius erit continens diem, cum habeat certum, & determinatum tempus. Cassadorus. decis. 4. nu. 6. super regulis Cancellariæ. Petrus Plaza de delictis. lib. 1. c. 39. n. 22.

Intellige tamen omnia supradicta, nisi de
110 anterioritate † temporis, mensis, diei, horæ, puncti, vel momenti, posset constare per probationem testium; quamuis ex instrumentis non constet: quia tunc cessarent omnes præfatæ coniecturæ. Menochius d. casu 48. n. 4. Mascard. in d. conclus. 1234. n. 38. cum citatis per illos. Nam, quamuis gratia Papæ non possit nisi per literas probari. Ioannes Andreas post Archidiaconum in proœmio. lib. 6. §. Sacrosanctæ. n. 7. Rota decis. 27. n. 1. de rescrip. in nouis. Bald. in l. humanum. n. 6. in fin. C. de legibus. Mascard. de probation. conclus. 845. a. nu. 1. cum sequentibus. Ista tamen qualitas anterioritatis potest legitime per testes probari. Cassadorus decis. 1. n. 2. de reseruationibus. Caputaq. decis. 51. n. 2. part. 2. Rota d. decis. 27. sub num. 1. vers. *tamen probata collatione.* & decis. 1. num. 4. inn cta additione Papazoni. de consuetudin. in nouis. Natta. cons. 420. n. 8. lib. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 1. centuria. 1. casu. 48. n. 6.

Data verò in omnibus paritate, † semper est præferendus prouisus à
111 Papa propter eius ampliorem prærogatiuã: vt in d. c. si a sede. de præben. lib. 6. Clem. 1. §. neutro. vt lite pendente. vbi dicitur, quod duobus litigantibus super beneficio defuncti, si neuter erat in possessione, tunc prouisio spectet ad Romanum Pontificem propter
112 authoritatis prærogatiuam.

Vnde, si prouisus a Papa, & prouisus ab ordinario sub eodẽ die eodẽq; momento ca-
113 piunt possessionem, præferendus est † prouisus Apostolicus. glos. in d. c. si a sede. verbo, *neuter.* & omnes ibi. Vitalinus in clem. 1. n. 58. vt lite pendente. Rebuf. de pacif. possess. num. 297. post principium. Quod intellige. vt per Gomezium. in regul. de annali. q. 47. sub n. 2. vers. *hinc est, quod quando.*

Sicut etiam Canonicus creatus a Papa ceteris paribus est præferendus Canonico fa-
114 cto ab Inferiore. † Bartolus in l. 1. n. 2. C. de albo scribendo. & ibi Alexander sub litera. C, Boerius de authoritate magni Concilij. num. 81.

Et Doctor, vel miles creatus ab Imperato
115 re, vel Principe † est præferendus Doctori, vel militi per inferiorem creato. Antonius de Butrio in c. per tuas. nu. 2. de maioritate, & obedientia. Et Abbas ibi. n. 1. Felin. n. 3. Boerius vbi supra. n. 92.

Similiter, qui recepit sacros ordines † a Pa-
116 pa, est anteponendus. d. c. per tuas. ibi, *quod & si decens sit, vt illis quantum conuenit ate inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas Apostolica collatione ipsius ordinis donauit.* de maiorit. & obed: & ibi glos. verbo, *subdiaconatus.*

& omnes

& omnes. Et propterea, qui semel recepit
117 vnum † ordinem à Papa, non potest promoueri ad alios per aliquem inferiorem. cap. cum in distribuendis. de temporibus ordinationum. l. 5. post medium. tit. 5. Partita prima, & dixi in gl. 52.

Dicit quoque tex. in l. 2. ff. de albo scribendo. quod nomina eorum, † qui dignitates à
118 Principe consequuti sunt, sunt prius scribenda in albo decurionum; quam eorum, qui tãtum municipalibus honoribus functi sunt.

Nec solum prædicta procedunt inter prouisos à Papa, & ordinario; sed etiam ista prærogatiua maioritatis est semper considerandа, & præferenda † inter omnes. Quo fit, vt
119 prouisus à Papa præferatur prouiso à Legato, vel Nuntio; gl. in d. c. si à sede. verbo, *Legato.* vers. *quid dices.* & Geminian. ibi. nume. 9. Francus. num. 3. ver. *In gl. prima.*

Similiter prouisus Apostolicus præfertur
120 prouiso † ab Imperatore conferendi potestatem habente. Rota decis. 15. de præbend. in antiquioribus Besigneti. ac etiam prouiso ab Archiepiscopo. Rota decis. 16. eod. tit. de præbendis. in antiquioribus. num. 1.

Nec non prouisus à Legato, vel Nuntio est
121 præferendus † prouiso ab ordinario vt in dicto cap. si à sede.

122 Et prouisus ab Archiepiscopo † alias Iurisdictionẽ habente ex Priuilegio, Statuto, vel Consuetudine, præferri debet ex identitate rationis prouiso ab Episcopo; sicut præfertur prouisus ab Episcopo prouiso ab eius Vica-
123 rio. † Calderinus. cons. 2. num. 1. de officio Vicarij, & in cons. 7. de præbendis, Geminia. in d. c. si a sede. num. 10. Francus. num. 4. vers. 2. *aduerte.* Rebuff. de pacif. possess. numer. 297. vers. 4. *etiam.* Mandos. in reg. 16. q. 10. num. 10. Vbi. num. 8. cum alijs idem dicit de prouisione facta ab Episcopo, vel eius Vicario respectu Inferioris; Geminian. in d. c. si à sede. n. 8.

Et supradicta similiter sunt intelligenda,
124 † quod data paritate diei semper possessor præferatur, quamuis possessor, sit prouisus à Vicario Episcopi, & concurrat alius prouisus ab eodem Episcopo d. possessione carẽs, vel illam posteriorem habens. Calderin. in d. cons. 7. de præbend. Franc. in d. c. si à sede. nu. 4. vbi impugnat Geminianum tenentem contrarium ibidem in fine. ex eo, quod Episcopus
125 conferendo † aufert potestatem Vicario. Nã
126 hæc ratio non applicatur cùm non constet de anterioritate, & potius stante possessione † prouisi à Vicario præsumitur anterior Vicarij prouisio. Sequitur etiam Rebuf. d. nume. 297. vers. 4. *etiam procedit.* vbi benè respondit Geminiani fundamento; ac refert pro hac sen
127 tentia iudicasse Senatum Parisien. ann. 1589. 29. Iulij. Menochius de arbitrarijs. lib. 2. casu. 48. num. 11. & 12.

Verumtamen est, quod Cassador. decis. 14. de præben. sub num. 2. obiter loquens se inclinat pro opinione Geminiani, allegans etiã Calderin. d. cons. 7. qui potius dicit contrarium. Non tamen ipse Cassadorus firmat pedes, & propterea non est recedendum ab opinione Franchi, Rebuffi, & aliorum, quæ verior est, & tenenda.

An vero d. c. si à sede sibi vendicet locum
127 in præsentato † coram ordinario cum possessione concurrente cum prouiso Apostolico sub eadem die? vide Gambarum in tract. de off. legati. lib. 3. num. 645. vsque 668. vbi disputat, & tenet, quod si Institutio ordinarij est sub eadem die, & institutus habet possessionẽ, præferatur talis institutus; secus vero si Institutio est posterior, licet præsentatio sit sub eadem die.

Prædictis adde, quod si eadem die contingeret vacatio beneficij in mense reseruato, &
128 prouisio ordinarij, nec non reseruatio † nostræ regulæ, vt putà quia eadem die Papa Regulas Cancellariæ faceret; tali casu credo quod cessante possessione prouisi ab ordinario præsumeretur reseruatio anterior, & ligaret manus ordinarij; Secus tamen esset, si prouisus ab ordinario anteriorem possessionem haberet, quam alius postmodum à Papa prouisus; Ex eo, quia tex. in d. c. si à sede, habet etiam locum, quando concurrit reseruatio Papæ iuncto decreto, prout semper fieri solet, cum prouisione ordinarij. Geminianus post Lapum in eodem. c. si à sede. num. 4. Aeneas de Falconibus plures pro hac opinione referens in tractatu de reseruationibus q. 4. principali. effectu 33. per totum; Simoneta de reseruation. quæst. 79. ex nu. 4. vbi etiam plura adducit pro contraria parte. & vide in gl. fin. num. 15. 16. 17. & 18.

Neque obstat Rota † decis. 29. n. 1. de re-
129 scriptis. in antiquis. dum dicit, quod, quando reseruatio Papæ, & collatio exequutoris Apostolici simul concurrunt; quod tunc præfertur collatio reseruationi. Quoniam aliud est in exequutore Apostolico Apostolica authoritate prouidente, & aliud in ordinario, vt respondet Aeneas de Falconibus, vbi supra ad finem post Geminian. & Ancharanum. Vide etiam, quæ dico. §. 5. procemiali, vers. *vnde dicit glossator.* num. 57. & 58.

Quid autem sit, si eadem die concurrant
130 expectans Apostolicus, & reseruatiuus? † Vidè plene per Simonetam de reseruatione q. 78. per totam. Puteum decis. 248. incipit. *In vna Salamantina.* num. 1. & per totam.

Ea enim, quę diximus, quãdo sunt duo prouisi à duobus collatoribus diuersis, similiter
131 locum habent, quando concurrerent tres † collatores, pluresue, & quilibet diuersam personam prouideret. gl. in vers. *idem dico.* in d. c. si à sede. de præben. lib. 6. & Franchus ibidem ante numerum quartum.

Non obstat supradictis reg. 16. Cancellariæ de concurrentibus
132 † in data dicens quod inter concurrentes in data eiusdem diei habentes gratiam, Motu proprio non habentibus similem gratiam, graduati non graduatis, & inter graduatos magis graduati, possessores nõ possessoribus, præsentes in Curia non præsentibus, & inter præsentes non beneficiati beneficiatis, & inter absentes, oriundus non oriundo, diocesanus non diocesano, prius presentantes executoribus literas, posterius præsentantibus, præferantur. Et consequenter videtur, quod istæ qualitates sunt attendendæ, & quod gratiæ Motu proprio, ac gradus sint anteponendi possessioni, & à fortiori horæ appositioni.

Quia respondeo, quod ista Regula. 16. procedit, quando omnes concurrentes sunt
133 prouisi † à Sede Apostolica, & habent gratias ab eodem fonte manantes; vt illa verba, *Apostolicas desuper literas eorum executoribus præsentauerint*, apertè demonstrant. Nos autem loquimur in terminis dicti capituli, si à sede. quando procedunt prouisiones à diuersis fontibus, scilicet, à Sede Apostolica, & Episcopo. Et quia correctio Iuris commu-
134 nis † non est inducenda, sed potius Iura Iuribus concordanda. l. præcipimus. in fin. C. de appellationibus. l. si quando. C. de inofficio. testam. cap. cum expediat. 29. de election. libro. sexto. Et fugiendus est omnis
135 intellectus † iuris correctionem inducens, gl. in cap. cum dilectus, verbo, *Iuri communi*. de consuetudine, Cassad. decisione prima, numero. octauo. de testamentis. Caputaque. decisione. 81. numero. sexto. cum sequentibus. parte 2. Et ità declarat Francus. in dicto capitulo, si à sede, sub numero quinto, verſ. *Et istud procedit quando à diuersis*.

Quam responsionem etiam dat Mandosius 142
in dicta regula. 16. quæst. decima, numero. 17. & 18. dum dicit, quod illa regula plenius prouidet, quam omnia Iura canonica. Nàm d. cap. si à sede. non prouidebat in casu dictæ regulæ, quando gratiæ ab eodem concessæ
136 erant, sed quando a diuersis. † Quod etiam sentit Cassadorus. in decisione. 14. numero. 1. iuncto. numero. 3. de præbend. vbi tamquam diuersa vnum, & aliud ponit: licet Rebuffus. de pacificis possessoribus. numero. 198. verſ. 4. *restringe*. contrarium sentiat; quatenus dicit, quòd gratia eius, qui habet clausulam
137 † Motuproprio, præferatur possessori iuxta 143
dictã regulã 16. Cancellariæ. Et videtur loqui de prouisionibus à diuersis Collatoribus factis, veluti à Papa, & Episcopo.

Ex his etiam oritur responsio ad regulam. 33. Cancellariæ dicentem, gratiam per Fiat,
138 † sub eadem die, præferendam fore gratiæ per Concessum, etiam ex Motu proprio: & ad Cassadorum decis. 14. de præbendis. tenentem, quod d. c. si à sede; dum concedit prærogatiuam possessori, non intret, quando habens gratiam per Concessum possideat, & cõcurrat cum habente gratiam per Fiat. Quod etiam tenent Mandos. in reg. 33. quæst. 4. numerò primo, & per totam. Rebuffus. de pacific. possessoribus sub numero. 300. ante finem, verſ. *Vltimo si is, qui habuit per Concessum*.

Quia, vt dictum est, procedunt, quando om-
139 nes gratiæ sunt Apostolicæ; † non vero in terminis nostris, quando Apostolica concurrit sub eadem data, cum gratia ordinarij; & solum dicta regula. 16. Cancellariæ remedium adhibuerit, quando concurrunt plures Apostolici sub eadem data. Quibus adde, quod inter duos concurrentes sub eadem data, a Sede Apostolica prouisos ex capite resignationis, præfertur, qui prius prius publicauit; vt disponitur in Constitutione Gregoriana. 87. de publican. resigna. Flamin. Parisius de resign. benefic. lib. 11. quæst. 4. nu. 27.

Sed quid erit, quando concurrunt plures
140 prouisi ab ordinario † sub eadem data, nec constat de anterioritate horæ, vel possessione alterius?

Respondeo, quod tunc occurrendum erit ad ordinarium, qui fecit dictas collationes, quī subtiliter, & curiosè certificatus, quis fuerit primus, illud declaret: cum impossibile
141 sit; † quod detur bina collatio in eodem momento diuersis personis ab eodem collatore; vt post Ancharan. Geminianum, & alios tradit Philippus Probus in additionibus ad Ioannem Monachum in dicto. c. si à sede. numero. 8. de præben. lib. 6. Rebuff. de pacif. possess. numer. 295. verſ. *Igitur oportet*.

At verò, si non possit fieri congrua declaratio, tunc vtraque gratia corruit ratione
incertitudinis: † argumento. l. duo sunt Titij. 39. ff. testamen. tutela. l. si fuerit. decima prima. ff. de rebus dubijs. l. ità spiratus. 105. ff. de verborum obligationi. cap. 2. de electione in 6 Mandosius in dicta regula. Cancellariæ. 16. quæstione. decima. numero. 19. Rebuffus, vbi supra dicto numero. 295. verſ. *Quid si duobus facta sit collatio*. Baldus in terminis, in lege prima. numero. nono. in fine. C. quando prouocare non est necesse; Hypolitus de Marsilijs in rubrica. De probationibus, numero. 397. vbi à numero. 377. vsque ad 437. cumulat infinita in ista materia Incertitudi-
nis. † Tiraquel. de primog. quæstione. decima septima. opinione prima. numero. decimo. vbi etiam per totam illam opinionem adducit plura in proposito. Menochius de arbitrar. centuria secunda. casu. 188. per totum. Ioan. Gutierez. de Iuramento confirmatorio. quæst. 64. numero. 1. & per totam.

Meminisse illud oportet, quatenus Rebuf-

fus su-

fus super concordatis, titulo de mandatis Apostolicis. §. declarantes. in gl. verbo, *Iure præuentionis*, vers. *Item per collationem nullam*. dicit, quod si præuenit † Papa ordinarium, conferendo tamen nulliter propter aliquam subreptionem, vel obreptionem, vel quia obstaret regula Cancellariæ. 29. de verisimili notitia, vel ex alia causa; quod nõ propterea remaneret ordinarius impeditus, vt sua collatio postea facta non teneret, cum actus præuentionis nullum præstet impedimentum. Roman. conf. 312. num. 5.

145 Tamen licet hoc admittatur † in Regno Franciæ, vbi stantibus concordatis, non admittitur alia reseruatio, nec est de mente Papæ illam facere, nisi concordata ad vnguem seruare, vt dicit Rebuffus vbi supra, ità vt obstantibus dictis concordatis in tali casu manus appositio Papæ non afficiat. Puteus. decisione. 226. numer. 14. lib. 3.

146 In alijs verò Regnis, vel Prouincijs, † vbi non adsunt talia concordata, nullo modo posset amplius ordinarius se intromittere. Quia licet prouisio facta per Papam sit nulla, tamen per manus appositionem Papæ pro illa vice beneficium remanet affectum; ità quod nullus alius præter illum possit conferre. c. vt nostrum. 56. de appellation. & Decius ibi sub numero primo. post alios. c. inter dilectos. de excessibus prælatorum. extrauag. ad Roman. 14. vers. *Romani quoque Pontifices, manus appositionem.* de præben. inter Communes. Roman. conf. 335. nume. 12. 13. & 14. Felin. in c. fin. num. fin. de præsumptionibus. Rebuffus. in praxi titulo de reseruatione. numero. 30. Rota decis. 12. numero secundo. de præbendis. in antiquis, & decis. 25. numero primo, de concessione præbendæ, ibidem. Cassador. decis. 1. numero. 8. de restit. Spoliat. Puteus. decis. 180. numero. 3. parte 3. & latius dicam in gl. 52. & præcipue in 5. limitatione.

Postremò aduertant Domini Episcopi circa hanc materiam præuentionis, ne sua præuentio inutilis, & innanis reddatur, quod semper faciant suas collationes per Instrumentum † celebratum coram Notario, & testibus se subscribentibus in eodem collationis Instrumento. Nàm sine illis, quando agitur contra prouisum Apostolicum, non creditur litteris ordinarij super prouisione ab ipso facta, etiamsi in illis apponatur ipsius ordinarij authenticum sigillum. Ratio est, ne confingantur fraudes in anticipanda data; nam semper, vel quasi frequenter accidit, quod Episcopi, † vel eorum Cancellarij contra Apostolicos impetrantes anticipant datas; præsertim ad fauorem suorum Nepotum, vel Consanguineorum; Et ità ex his rationibus de stylo Curiæ seruari, assueuerat, Rota decisi. prima numero primo. secundo. & quinto, & per totam, & decis. 10. de probation. in nouis. Milis in suo Repertorio. verbo, *litteris Episcopi sine tabellione, & testibus.* Aegidius Bellamera decisione. 321. *In causa Domini Guiel.* & decisione. 326. *In causa Domini Cardinalis.* Abbas in c. post cessionem. sub numero. 4. vbi totam supradictam decisionem primam de verbo ad verbum repetit. Felin. num. 17. in fine. vers. *Quinto considera:* Decius. numer. 10. vers. *Secundo fallit.* de probation. dicentes, quod ideò requiritur maior probatio, quia agitur de maximo præiudicio, & quia propter fraudis suspicionem maior solemnitas requiritur, iuxta. cap. primum. de procurator. Idem etiam tenet Selua de beneficijs. 3. p. q. 23. sub numero primo. vers. *Sed in isto casu,* Vitalinus in clem. prima, numero. 54. de probation. Rebuff. in concordat. rubric. de mandat. apostoli. §. 1. vers. *litteras.* Mandos. consilio. 50. numer. 1. & per totum. Ripa in l. admonendi. numer. 141. ff. de Iureiurando. Aymon. conf. 171. sub num. 7. vers. *Immò isto casu.* Crescentius. decis. 157. alias. 13. sub titulo, de probation. & fuit decisum in vna Mediolan. beneficij. prima Iunij 1592. coram R. P. D. Seraphino meritissimo. Rotæ Decano, & alias sæpius.

149 Exosi etenim sunt ordinarijs, † impetrantes Apostolici, ideò ordinarij facilè vti solent antedatis, & sigillum eorum apponunt ad libitum, teste Vitalino in clem. fin. numero. 78. de senten. excomm. Rebuff. in tractat. nomination. qu. 10. num. 22. & 23. & super concordat. in rubrica de collatio. in principio, vers. *palam etiam.*

QVOD amplia primò, vt procedat nõ solum in Episcopis, & alijs collatoribus inferioribus; sed etiam in Cardinalibus † Legatis de latere. Nàm, si suæ prouisiones carent prædicta solemnitate, non probant contra prouisos à Papa. Rota dicta decisione decima. de probationibus. in nouis. & fuit resolutum in vna Maioricen. beneficij, & in alia Vigellen. teste Achille decis. 7. numero. secundo. & decisione. octaua. numero. secundo. de probationibus.

150

Secundo amplia, vt etiam procedat, si ab Episcopo fuerit facta collatio vni, & à Nuntio intra limites suæ facultatis, alteri: Nam dicta prouisio ordinarij, licet anterior, non probabit sine Notario, & testibus contra prouisum † à Nuntio; vt fuit decisum in vna Vasionen. Parochialis de Falco. 30. Octobris. 1545. teste Puteo decis. 324. In vna Vasionen. num. 1. & per totam. lib. 2.

151

Tertio amplia, quod idem procedat, eadem, imo fortiori, ratione in assertione facta ab ordinario de resignatione † corã eo facta, in præiudiciũ Apostolici prouisi; nã alias esset in facultate ordinariorũ eludere omnes

152

prouisiones per obitum asserendo, beneficia fuisse in eorum manibus prius resignata. Rota coram Crescentio. dicta decis. 73. de probation. num. 1. & per totam.

Quarto amplia, vt non sufficiat, quod collatio fuerit facta coram Secretario Episcopi,
153 & testibus; si Secretarius † non esset Nota-
154 rius, vel si testes non essent subscripti, † vt tenuit Rota in dicta decis. Vigellen. de anno 1550. vt per Achilem. decis. 8. numer. 2. de probation.

Quinto amplia quod non solum procedat in antidatione, sed etiam in clausula, in qua
155 esset aliqua suspicio, & quæ auferret † beneficium, Apostolico. Achil. decis. 7. numer. 3. de probation.

Sexto amplia, vt neque ipsi ordinarij Col-
156 latores sint idonei † testes ad probandas collationes per ipsos factas. Tum ratione naturalis affectionis, quâ præsumitur ordinarius
157 habere, vt sua collatio habeat effectum: † nã lucrari dicitur, qui explet voluntatem suam. l. si pignori. 56. ibi, *species enim lucri est*. ff. de furtis. Rota decisione. 33. sub num. 17. vers. *Maxime quia ex naturali*, de præbend. in antiquis. Tiraquel. de retrac. Consang. in præfatio. num. 25. Menochius de recuper. rem. 1. num. 422.

158 Tum quia tenetur de euictione † iuxta text. in c. inter cætera. 17. de præben. Rebuff. in tract. nominationum; q. 19. nu. 2. & in praxi supra reg. de infirmis. gl. 2. num. 37. Tum quia videtur ferrè testimonium in causa propria. Rot. dicta decis. prima. sub numer. 2. ad med. de probation. in nouis.

Et ità in specie tradunt Rom. singul. 725. *Quidam dicit sibi collatum beneficium*. Stephanus Aufredus in tract. de testibus. num. 19. Crotus de testibus. num. 187. Mascard. de probation. conclus. 315. num. 1. & sequentibus; Rebuff. in tract. de reprobatione testium. n. 89.

159 Idem etiam dicit Bald. de Inuestitore: † quia non admittitur in testem ad probãdam inuestituram ab ipso factam. in c. 1. §. si duo, num. 2. de pace tenen. in vsibus feud. & in donatore firmat Abbas. in c. insuper. 6. numer. 12. de testibus.

Septimo amplia, vt testes adhibendi in collationibus Episcoporum sint omni exceptio-
160 ne maiores. † Ideò familiares, & domestici, quibus imperari potest, non probarent. Rebuff. super concordatis in rubrica de collationibus. vers. *Non admittuntur tamen collationes*. pagina. 263. in paruis.

LIMITA nunc præfatum stylũ Curiæ, & supradictam traditionem, quod non credatur litteris Episcopi, etiam sigillatis sine Notario, & testibus in præiudicium Apostolici impetrantis: Quando constaret de possessione
161 anteriori † habita à prouiso ordinario, ante datam litterarum impetrantis Apostolici: nam tunc fraus excluditur, & consequenter est ipsis litteris fides adhibenda. Sic declarat author additionis ad dictam decis. primam. de probation. in nouis. vbi attestatur sic fuisse concordi omnium Dominorum voto resolutum, vt refert Mascard. de probation. conclus. 991. litteræ Episcopi. numer. 18. Et licet ego non reperiam talem declarationem factam per additionatorem ad dictam decisionem primam, vt Mascardus refert; placet tamen mihi dicta limitatio; quæ est vera, & sæpe illam tenuit Rota, vt per Thom. de Tanis. decis. 50. Guidobo. decis. 69. Chisan. decis. 81. Caputaq. decis. 146. lib. 1. & decis. 55. lib. 3. in manuscriptis: & nouissimè fuit resolutum in vna Placentin. beneficiorum. 2. Maij. 1603. coram R. P. D. meo Mellino, & videtur infra. num. 168.

Secundo, limita quando post datam litterarum ordinarij absque dicta solennitate, ille, cui erat prouisum, resignasset ante datam litterarum Papæ, & de consensu resignationis † cõstaret per dũos testes: quia ob id cessabit omnis timor antidationis: vt fuit resolutum in vna Vlixbonensis coram Capizucco teste Achille decis. 171. alias. 8. de probation. num. 3.
162

Tertio, limita quando prouisio spectaret
163 ad duos † Prælatos, & adessent litteræ illorũ; quia tunc magis creditur illis, quàm litteris vnius tantum, ac excluditur fraudis suspicio. Francis. Purin. in tractat. de off. & potestate Capituli sede vacante. prima parte. q. 3. nu. 10. ante finem; Mascard. de probation. d. conclusione. 991. num. 19. Achill. decis. 17. num. 5. de probationibus.

Quo fit, vt, cum omnes præbendæ Ecclesiæ Cathedralis de Iure communi sint simultaneæ collationis Episcopi, & Capituli. Cassad. decis. 22. de præbendis. Caputaquen. decision. 88. numero. 5. & decis. 283 parte secunda. Puteus decis. 172. numero primo. lib. 3.
164 Regula non habeat locum † in literis collationis factæ ab Episcopo, & Capitulo cum subscriptionibus, & sigillis illorum; quamuis deficerent Notarius, & testes: quia non est verisimile, quod tot personæ Capitulares de facili acquiescant dictæ fraudi. gl. in verbo, *collegium*. in fine. in l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. causa.

Parique ratione idem dicendum venit in
165 præbendis Ecclesiæ Collegiatæ, † siue collatio spectet ad Episcopum, & Capitulum; siue Capitulo præsentatio, & electio, & Episcopo cofirmatio, & Institutio competat. Rota. decisione octaua. de præbendis. in antiquioribus. Cassadorus. dicta decis. 22. de præbend. Put. decis. 135. lib. primo. & 412. numero. fin. lib. 3. & dicam in gl. 45.

Pro

Pro hoc facit, quia dicta decisio prima de probatiõ. in nouis. loquitur de Episcopis. & Prælatis, non autem de Capitulis; & con-
166 stitutio loquens de Prælato † non extenditur ad Capitulum, maximè in materia pœnali, & odiosa. cap. graue nimis. & ibi notat Abbas. numer. 7. de præbendis. Rebuf. ad concordata in rubrica. de collationibus. §. præfatique ordinarij. verbo, *quicunque.*

Quarto limita quotiescunque concurret pro literis Episcopi carentibus Notario, &
167 testibus aliqua præsumptio, † seu verisimilitudo, quæ excluderet dictam præsumptionem fraudis, & antidationis: nam vna præsumptio potentior, & maior excludit aliam minorem. capit. literas. de præsumptionibus. Abbas in cap. cum inter. R. 16. de electione. Cassadorus decis. 1. num. 9. de testamentis. Achilles decis. 1. de confess. num. 2. Puteus decis. 101. num. 2. lib. 2. & decisione. 136. num. 3. eodem lib. 2.

168 Et præsumptio, quæ concurret † cum literis ordinarij erit potentior. Tum, vt ordinarij collatio teneat. l. quoties. ff. de reb. dubijs. l. quoties. ff. de verborum obligatione. Alciatus de præsumption. reg. 3. præsuption. 34. Rota decis. 15. num. 1. de concess. præbend. in nouis. Rota decis. 107. nu. 3. & decis. 382. nu. 3. par. 1. diuers. Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 27. Et vide supra. num. 104.

Tum quia esset benignior, vt euitetur de-
169 lictum † antidationis. l. merito. ff. pro socio. Alciat. de præsumption. regul. 3. præsumpt. 1. Anton. Gabriel. lib. 7. tit. de delictis. conclus. 2. a n. 1. & sequentibus. Petrus Duennas. reg. 197. Mascardus de probation. conclus. 496. Menochius de præsumption. lib. 2. præsumpt. 2.

Tum etiam, vt minus recedamus à Iu-
170 re communi, † vt in specie considerauit Rota teste Achil. d. decis. 7. nu. 8. de probationibus. Menochius de arbitrar. lib. 2. centuria. 5. casu. 472. num. 11. vbi per totum dictum casum, ponit vndecim regulas ad cognoscendum, quæ sit maior, & potentior præsumptio.

Vnde fuit resolutum in vna Verdunen. Canonicatus. 6. Martij. 1593. coram R. P. D. meo Pamphilio, quod satis sit probata collatio Legati † carens testibus, quando est sigillata sigillo magno Legationis, & subscripta ab ipso Legato, & ab eius Vicelegato; qui erat Prothonotarius Apostolicus, & à Secretario, qui erat Notarius Apostolicus, descriptus in Archiuio Romanæ Curiæ.

172 Quinto limita, seu declara, † quod collatio facta ab Episcopo, seu Nuntio legitimè probetur, quando adsunt Notarius, & testes, ac illorum subscriptiones cum sigillo Episcopi, seu Nuntij. Quamuis talis Notarius rogatus non fuerit de prouisione, de qua agitur. Rota decis. 163. incipit. In causa. lib. 2. par. 3. diuersor.

SVMMARIA §. 4. PROOEMIALIS.

1 *Papa, quamuis possit præuenire in mensibus ordinarijs, non tamen passim vult.*
2 *Iurisdictio Episcoporum, si illis tollitur, Ordo Ecclesiasticus confunditur.*
3 *Honestum non est, quod Papa auferat alijs potestateu, quam habent.*
4 *Inconuenientia multa euitantur, si Papa Episcopis, in suis mensibus ordinarijs prouidere non obuiet.*
5 *Episcopi eo magis vigilabunt, non se intromittere in prouisione beneficiorum reseruatorum, si ipsi in suis mensibus non impediuntur.*
6 *Præuenire velle Papam in mensibus ordinarijs, in dubio non præsumitur. & n. 23.*
7 *Mensis vacationis expressio ideò requiritur, ne ordinarijs præiudicium irrogetur.*
8 *Expectatiuæ non capiunt beneficia vacatura in mensibus ordinarijs, etiam si sint ordinarij vigore alternatiuæ. & n. 9. nisi exprimatur n. 10.*
11 *Expectatiua loquens de mensibus ordinarijs nõ capit mẽses ordinarios virtute alternatiuæ ni si adijciatur verbũ vniuersale, Quomodolibet.*
12 *Alternatiuam, nulla derogatio comprehendere censetur.*
13 *Regula de mensibus fuit introducta, vt in mensibus reseruatis expectatiuæ suum haberent effectum, & quatuor menses ordinarij liberi remanerent. & n. 14.*
15 *Expectatiuis cessantibus, cessabat regula nostra.*
16 *Expectatiuæ succedebãt loco regulæ octo mẽsiũ.*
17 *Regula nostra olim solummodo fiebat ad quinquennium, & tacitè prorogabater. n. 18. hodie vero durat per vitam Pupæ. n. 19.*
20 *Alternatiuæ per concessionem coarctatur quodammodo Papa ad nonconferendum in mensibus ordinarijs.*
21 *Præiudicium graue fit ordinarijs, ex præuentione Papæ in suis mensibus.*
22 *Principis concessiones intelliguntur sine tertij præiudicio.*
24 *Indultum concessum ad conferendum non intelligitur in mensibus ordinarijs.*
25 *Doctrina Ioannis Seluæ dicentis, quod quæstio collationis beneficiorum sit modici præiudicij, discutitur.*
26 *Præiudicij modici non est, auferre alicui potestatem conferendi.*
27 *Conferre beneficia, est actus Iurisdictionis.*
28 *Regula nostra tollit de Iurisdictione ordinaria.*
29 *Iurisdictio, nullo prætio numario cõparari valet.*
30 *Præheminentiæ causa dicitur grauis præiudicij. & n. 31.*

32 *Turnum præeminentiæ alicui auferre, est illum grauiter lædere.*
33 *Conferre beneficia est maxima præheminentia.*
34 *Conferendi potestas non venit in generali concessione Vicariatus.*
35 *Capitulum sede vacante nequit beneficia conferre.*
36 *Canonici grauati in non eligendo, an veniant restituendi. & n. 38.*
37 *Restitutio in integrum non datur pro modico præiudicio.*
39 *Princeps potest sine causa lædere aliquem in modica læsione.*
40 *Allegatio generalis, & in confuso est allegatio ad Balistam, & sic allegans dicitur ligare arenam sine cemento.*
41 *Allegatio bona debet esse in specie, & non in genere, & non allegare, vel male allegare paria sunt. n. 43*
42 *Regulas per generales expedire consultãtes, est officium procuratoris, & Doctoris positiui.*
42 *Allegare doctrinam in terminis, doctissimi Doctoris est.*
43 *Doctrina in indiuiduo inuenta in contingentia facti, est maximæ æstimationis.*
43 *Aegrotus cum valet, fastidiat ea, quæ infirmus adorat.*
44 *Doctrina vnius in specie loquentis magis attenditur, quam communis opinio in genere.*
45 *Conferendi beneficia maxima vtilitas est.*
46 *Conferre licet sit necessarium; tamen in cui dando, est voluntarium.*
47 *Episcoporum lucrum est, conferre beneficia suis Nepotibus, & filijs legitimis, & n. 48.*
49 *Episcopus potius tenetur subuenire suis, si sunt benemeriti, quam alienis. & nu. 50.*
51 *Episcopi suis familiaribus benemeritis possunt conferre beneficia cessante pacto. & nu. 52.*
53 *Conferre est donare.*
54 *Donans obligat sibi donatarium obligatione antidorali, & naturali.*
55 *Creatura omnis mouetur ad beneficiendum benefacienti.*
56 *Hominis interest beneficio affici hominem.*
57 *Donare ex alieno, lucri species est.*
58 *Ordinarius habens alternatiuam temporalem magis grauatur, si conferre impediatur, quam si habeat alternatiuam perpetuam.*
59 *Damnum dicitur sentire, qui suam voluntatem implere non potest.*
60 *Collationis quæstio est grauis præiudicij. & n. 61.*
62 *Præiudicium graue an sit, admittere alios ad conferendum. & nu. 63.*
64 *Eligentium potestas diminuitur, si extranei ad eligendum admittuntur.*
65 *Visitare in aliena diœcesi sine procuratione, an sit magni præiudicij, diœcesano.*
66 *Proprietas beneficij est illius, ad quem spectat collatio.*
67 *Papa aliquãdo solet prævenire ex iustis causis.*
68 *Præsumptio cessat, quando de veritate apparet.*
69 *Coniecturis locus non est in claris.*
70 *Expressio vacationis in mense ordinario declarat intentionem præueniendi, si supplicatio signatur. & n. 72.*
71 *Voluntas magis factis, quam verbis declaratur.*
73 *Gratia si fundatur in pluribus Capitulis, & reliqua cessant, intrat caput præuentionis. & num. 74.*
75 *Præueniendi intentio cessat, quando aliqua reseruatio narratur.*
76 *Reseruatio si adest, ordinarij potestas ligatur.*
77 *Reseruatio narrata si non verificatur, gratia est subreptitia. & n. 78.*
79 *Narratiua est pars gratiæ.*
80 *Narratiua vacationis in mense reseruato restringit totam gratiam ad reseruationem.*
81 *Fraudum via est euitanda.*
81 *Deuolutio non inuenitur in Iure, ex eo, quod Episcopus, & Capitulum simultaneam collationem habentes dissentiant.*
82 *Iuris error, seu falsitas in supplicatione narrata non nocet, nec adest subreptio. & n. 83.*
84 *Narrare non est necesse qualitates, quæ in Iure consistunt, sed quæ consistunt in facto.*
85 *Papa omnia Iura in scrinio pectoris sui, habere censetur.*
86 *Papa semper censetur considerare ius commune quando respondet.*
87 *Subreptio in narratiua mensis excludit præuentionis præsumptionem.*
88 *Deuolutio non intrat regulariter quoad Papam, nisi gradatim ad illum perueniat.*
89 *Deuoluto in beneficio non præsumitur in dubio Papam velle præuenire inferiores; nisi aliter ex narratiua colligatur. & n. 90.*
91 *Papa potest concurrere quoad beneficia deuoluta cum Capitulo, Archiepiscopo, & Legato.*
92 *Ordinarius potest prorogare in sui præiudicium tempus ad præsentandum, non autem in præiudicium Papæ. & nu. 93.*
94 *Inferior facto suo nequit præiudicare superiori.*
95 *Beneficia vacantia in Curia, & intra mensem non prouisa deuoluuntur ad Ordinarium, sed Papa potest etiam in illis prævenire, & n. 96. & num. 97.*
98 *Exceptio, quod Papa noluit prævenire, an retardet executionem literarum.*

§. 4. PROOEMIALIS.

QVamuis in mensibus ordinarijs Papa pręuenire Episcopos, & ordinarios collatores possit, vt præcedentibus in. §§. dixi: nihilominus nõ passim† huiusmodi prouisiones facere vult, nec intẽdit; vt minus de illo Episcopi conqueri valeant. Quod profectò valde laudabile est, ac sua vrbanitate, & liberalitate, dignum.

Quia

Quia, vt dixit tex. in c. peruenit. in fin. 11. quæst. 1. *Si sua vnicuique Episcopo Iurisdictio non*
2 *seruatur*; † *quid aliud agitur, nisi vt per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri ille ordo debuit, cõfundatur?* Et ideò licet Papa concurrat cum omnibus ordinarijs in collatione beneficio-
3 rum: tamen non est honestum, † quod alijs auferat potestatem, contra rationem Gregorij in c. ecce. 99. distinctione. Abbas in c. quia diuersitatem. num. 5. de conces. præbendæ; Simonet. de reseruatione. q. 5. num. 7. & 8.

4 Excusantur etenim hoc modo nõ modica † inconuenientia. Nam semper inter prouisos Apostolicos, & ordinarios insurgerent graues lites, & per fas, seu nefas iustè prouisus molestaretur; & maximis sumptibus, & laboribus vexaretur: quod Iura nimis detestantur. l. litibus. C. de agricolis, & censitis libr. 11. c. finem litibus. c. venerabilis. c. de dolo, & contumacia.

Itẽ hoc modo tantò magis Episcopi vigila-
5 bunt, † non se intromittere in faciendis prouisionibus beneficiorum vacantium in mensibus reseruatis, seu alias ad Papam spectantibus; cum ipsi viderint, quod Papa in suis mensibus ordinarijs, licet posset, prouidere nolit. c. nouit. in principio. de Iudicijs. c. 1. & c. 3. de pactis. c. peruenit. il 2. in fine. de Iure-iurando; & conducunt, quæ in §. 7. proœmiali. ex num. 3. & 4. dicam.

6 Hinc est quod in dubio nõ præsumitur, † Papam velle, prævenire in mensibus ordinarjs. Rota decis. 30. sub num. 2. vers. *Nec est verisimile, quod Papa collationem ordinariorum velit impedire.* de præbendis. in antiquis, Selua de beneficijs. 3. p. q. 60. sub nun. 1. vers. *Ad istud potest responderi.* Staphileus in tract. de breuibus. §. 2 incipit *Datur per breue licentia.* numer. 23. Cassadorus decis. 34. num. 3. super regulis Cancellariæ, & magis in specie Gomez. in tracta. de expectatiuis sub num. 16. ad med. vers. *Et ista, quæ dicta sunt.* Acchil. decis. Rotæ prima de præbendis. num. 4. & decis. 6. nu. primo. de priuilegijs.

Quo fit, vt in nostra regula. 8. expressè disponatur, quod in supplicatione gratiæ, etiãsi
7 ex motu proprio fiat, exprimatur † dispositiuè mensis vacationis, & hoc, non alia intentione fuit ordinatum, nisi vt Papa sciat, si beneficium sit reseruatum ex eo, quod vacauerit in suis mensibus. Nam vacaturum in mensibus ordinarijs prouidere non intendit. Puteus decis. 53. num. 5. lib. 2. & decis. 25. num. 1. lib. 3. Rota decis. 700. p. 3. diuers. Rota decis. 9. nu. 22. p. 2. diuers. & latius (Deo iuuante) dicam in gl. 32.

Sic etiam gratiæ expectatiuarum ad be-
8 neficia vacatura non capiunt beneficia, quæ in mensibus ordinariorum † vacabunt; sed solum vacantia in mensibus reseruatis. Rota. decis. 127. in lib. 1. par. 3. diuers. Puteus decis. 92. in fine. num. 2. lib. 1. & idem Puteus decis. 53. lib. 2. decis. 48. in vna Calagurritana. nu 2. & 3. lib. 3. Cęsar de Grass. decis. 15. numer. 5. de præben. Gomez. in tracta. de expectatiuis. num. 21. in fine. vbi idem dicit de mensi-
9 bus alternatiuis † ordinario concessis, ratione alternatiuæ acceptatæ. Mohed. decis. 19. de præbendis. Quod etiam procedit, quamuis sedes Episcopalis vacet; quia tunc expectantes acceptare non possunt in quatuor mensibus concessis ordinario. Mohed. decis. 29, de præbendis.

Nisi expressè Papa huic regulæ de mensi-
10 bus derogauerit, † vel alias constiterit velle, quod menses etiam ordinarios expectatiuæ caperent. Puteus dicta decis. 48. sub num. 2. lib. 3. Cassador. d. decis. 15. num. 4. & 5. de præbend.

Et quamuis expectatiua loquatur de men-
11 sibus ordinarijs: non caperet † menses ordinarios vigore alternatiuæ sibi concessæ, nisi adijciatur verbũ vniuersale, *Quomodolibet.* Puteus decis. 215. & 222. lib. 1.

Sicut, & nulla derogatio censetur compræ-
12 hendere alternatiuam, † nisi de illa fiat expressa mentio. Puteus d. decis. 222. num. 3. & decis. 215. num. 3. & 4. eodem lib. 1. & vide quæ dicam. in §. proximo sequenti. ex nu. 50.

Imo. ista regula reseruatoria mensium fuit
13 introducta, † vt expectatiuæ suum haberent effectum in mensibus reseruatis, saluis existentibus ad Episcoporum dispositionẽ quatuor mensibus ordinarijs, Rota d. decis. 127. num. 1. lib. 1. p. 3. diuers. & decis. 63. nu. 1. & decis. 272. nu. 1. lib. 2. & decis. 538. nu. 3. lib. 3. parte 3. diuers. Puteus decis. 333. in causa Pampilonen. in vers. *Item quia reseruatio fit ad effectum.* lib. 3. Gomezius in tract. de expectatiuis. num. 13. Crescent. decis. 8. in fin. vbi dicit, quod ideò fuerunt assignati menses ordinarij, vt in illis quatuor mensibus impedi-
14 mentum † expectatiuarum non obstaret Episcopis. Parisius loquens de mensibus alternatiuis. cons. 143. scripseram. sub n. 12. vol. 4.

Ità, vt tunc cessantibus expectatiuis simi-
15 liter cessaret d. reg. reseruatio † tanquam correspectiua. Rota d. decis. 63. n. 1. p. 3. Puteus decis. 492. *In vna Corduben.* sub. numer. 2. lib. 2. & decis. 33. *In vna Pampilonen.* in principio. & in fin. lib. 3. Parisius cons. 18. num. 3. & 4. lib. 4. Acchil. decis. prima per totam. super regula reseruatoria octo mensium.

Ideo dicit Rota decis. 537. num. 10. lib. 3. p.
16 3. diuers. quod expectatiuæ † succedebant loco regulæ octo mensium in casu illius decis.

17 Nam temporibus præteritis, solum fiebant regulæ reseruatoriæ mensium, ad certum limitatum tempus, veluti quinquẽnium. Quod etiam seruatum fuit vsquè ad tempus Pij V.

vt,

UNIVERSIDAD GRANADA

vt in sua Constitutione 164. in Bullario legitur; & vsque ad tempus Gregorij XIII. vt in dicto Bullario cõstitutione 6. inter illas eiusdem Gregorij. Et tunc de stylo ex taciturnitate Papæ, & Episcopi censebatur facta
18 prorogatio † ad aliud quinquennium ad instar locationis, & conductionis. l. item quærirur. §. qui impleto. ff. locati, & fuit decisum in vna Fauentin. Canonicatus. 16. Decembris. an. 1585. coram Illustriss. D. Blanchetto.

Hodie verò regulæ fiunt sine tẽporis præ-
19 fixione † vsque ad beneplacitum Papæ, vt in nostra regula cauetur.

Dicit etiam Mohedan. decis. 1. num. 4. de concess. præbend. quod per alternatiuæ con
20 cessionem † coarctatur Papa ad non conferendum in mensibus ordinarijs obstante decreto irritanti. Tradit etiam Puteus decis. 492. nu. 2. in fine, libro 2. & Felinus in c. cum ex officij. num. 36. in fine. vers. *quid autem*. de præscript. Vbi etiam loquitur in terminis alternatiuæ.

Nec mirum, quod non præsumatur, velle Papam præuenire in mensibus ordinarijs; cum ex dicta præuentione grauiter præiudi-
21 cetur † ordinariorum Iurisdictio. c. mandatum. 38. & ibi Abbas sub num. 3. c. Abbatem. 40. de rescriptis. Geminia. cons. 34. numer. 4. Cassador. decis. 34. num. 2. super regulis. & decis. 2. num. 2. de concess. præbendæ. Achil. decis. 6. ante numerum primum ibi, *quia nimis præiudicant ordinarijs*. de priuilegijs. Mohedan. decis. 9. num. 1. de concess. præben. & faciunt tradita à Geminiano. cons. 92. *In causa Canonicatus*. ante numerum primum.

Papæ autem, seu Principis, concessiones
22 omnes, semper præsumũtur † sine præiudicio tertij. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. c. cum dilectus. de consuetudine. c. dudum. 31. de priuilegijs. c. quamuis. 8. in fine de rescript. lib. 6. Rota decis. 21. n. 5. de præben. in nouis. Alciat. de præsump. reg. 3. præsumptione. 11. Lambertin. de Iure patronatus. lib. 2. 3. p. q. 9. per omnes articulos d. quæstionis. Acebedus. in l. 2. ex nu. 3. vsque ad num. 53. tit. 14. lib. 4. recopilationis. Menochius de arbitrarijs. lib. 1. q. 9. à nume. 11. & de præsumpt. lib. 2. præsumptione. 9. ex n. 8. Puteus, qui loquitur in nostris terminis decis. 48. in vna Calaguritana. ante numerum. 4. lib. 3. declarat etiam regula nostra, ibi, *quæ ledere non intendit*. ac dicam latius in glos. 28.

Hinc in casu nostro non applicatur, quod alias in diuerso proposito scriptum reliquit Gaspar Perusinus. de reseruationibus. c. 3. quis sit effectus. num. 11. videlicet, quod Papa conferendo simpliciter, videtur conferre
23 Iure ordinario, † non autem reseruato; quia in casu nostro, potius præsumitur contrarium ex supradictis.

24 Similiter Indultum concessum † alicui ad conferendum omnia beneficia spectantia ad collationem Papæ non extenditur ad vacantia in mensibus ordinarijs, vt ordinariorum iniuria euitetur; sed dumtaxat ad ea beneficia, quæ priuatiuè ad ipsius Pontificis collationem pertinent. Rota decis. 442. num. 1. & 2. p. 1. diuersorum.

Ex quo infertur ad id, quod dicit Io. de Selua in tracta. de benef. 2. p. q. 1. num. 40. & q. 2. num. 29. eadem 2. parte, & 3. p. q. 60. num. 3. vbi tenet, quod quando agitur de collatione beneficiorum, est quæ-
25 stio de modico præiudicio † ipsorum Collatorum, seu Eligentium; quia ipsi in conferendo, vel eligendo non possunt, consequi aliquã vtilitatem. c. 1. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. An quęstio collationis sit magni, vel parui pręiudicij.

Quæ doctrina mihi, salua reuerentia, non placet. Quia si auferre, vel minuere Episcopis potestatem conferendi, est grauiter illos ledere; ex supradictis; igitur non est quæstio
26 † modici præiudicij, sed maximi.

Item, quia conferre beneficia, est actus Iu-
27 risdictionis. † gl. fin. in fine. in c. nouit. & Abbas ibi sub num. 3. de off. legati. gl. & doctores in c. transmissam. de electione. Probus. in c. cum in illis. num. 11. de præben. in 6. Milius in repertorio. verbo, Beneficium. num. 4. Idem Selua de benef. q. 40. num. 1. & per totam. Gomezius in reg. de non iudicando. q. 3. per totam. Couaru. lib. 3. variar. c. 20. nu. 8. & 9.

Vnde Rota decis. 46. num. 4. p. 2. diuers. di-
28 cit, quod † reseruatio nostræ Regulæ tollit de Iurisdictione ordinarij.

Iurisdictio autem, cum sit honor, nullo prę-
29 tio comparari † valet. l. Iulianus. 26. §. non enim. ff. si quis omissa causa testamen. Cardinalis in clem. 2. sub num. 4. de pœnis. Paris de Puteo. in tractatu de re militari. §. an rex. num. 50. Cassador. decis. 3. num. 3. de Iure patronatus. Greg. Lupus in l. 22. gl. prima. titulo. 18. Partita. 2.

30 Rursus causa præheminentiæ † dicitur grauis præiudicij. Puteus. decis. 449. num. 4. lib. 2. & decis. 6. lib. 3. & fuit resolutum in vna Calaguritana præheminentiarum. coram R. P. D. Seraphino. 30. Iunij. 1568. vbi fuit tentum, non potuisse Capitulum cuiusdam Collegiatæ, compromittere super Iuribus præ-
31 heminentiarum † non præcedente Iuris solemnitate; quia agebatur de graui præiud.

Idem etiam fuit resolutum in vna Siracusana præheminentiarum. 28. Februar. 1568. coram Bubalo, vbi fuit tentum, esse nullam, & subreptitiam confirmationem obtentam à Collegiata Ecclesia S. Agathæ, erectionis in matricem factæ ab ordinario; ex eo quod esset in graue præiudicium aliarũ parochia-

lium,

32 lium, quæ habebant Turnos † cum illa; & tempore Turnorum præcedebant illam vti digniores.

33 Cum ergo sit preheminentia † maxima beneficia Ecclesiastica conferre, vt notorium est. c. ex frequentibus. de institutionibus. c. conquerente. de officio ordinarij. Et tradit idem Selua in supradicto tract. de benef. 2. par. quæst. 11. n. 9. post principium. Flaminius Parisius in tracta. de confiden. q. 28. nu. 267. igitur, &c.

Sic videmus, quod in generali concessione Iurisdictionis facta ab Episcopo, suo Vicario
34 non comprehenditur † potestas conferendi, tanquam negocium graue. c. fin. de officio Vicarij. lib. 6. Rota decis. 1. de officio Vicarij. in antiquior. Decius cons. 127. sub n. 3. Paris. cons. 80. n. 17. & 18. lib. 4. Roland. à Valle. cons. 47. n. 19. lib. 1.

35 Similiter Capitulum sede vacante, † licet omnia regulariter facere possit, sicut Episcopus, conferre tamen non potest. c. 2. ne sede vacante aliquid innouetur. c. 1. §. cum vero. eodem tit. lib. 6. c. 1. de Institut. in 6. lex. 9. in fine. tit. 16. Partita. 1. Pauin. de off. & potestate capituli sede vacante. 2. par. q. 1. per totam. Selua de benef. 2. par. quæst. 11. nu. 6. cum sequentibus.

Præterea, d. Io. Selua. in d. 2. par. quæst. 1. n. 41. in comprobationem suę sententię adducit, quod si Canonici sunt grauati in non
36 eligendo, non veniunt restituendi † aduersus lesionem illam; quia agitur de modico præiudicio, allegans ad hoc Abbatem in c. 1. de in integrum restitutione. colum. fin. quem ego non inuenio.

Nam licet sub nu. 2. ibidem post medium dicat ipse Abbas, quod pro modico damno
37 non datur Ecclesię † vel minori in integrum restitutio: non tamen dicit, quod quęstio collationis, vel electionis sit leuis præiudicij.

Ideoq; contra eundem Seluam, quod com
38 petat restitutio † in integrum Ecclesię aduersus electionem à suis Canonicis non factam, ex eo, quod interesse facultatis eligendi reputetur pro honorificentia, & prærogatiua maximi momenti, vt probatur in c. venerabilem. 33. cum sua materia. de electione. firmat Sfortia Oddus de restit. in integrum. art. 6. nu. 25. & 26.

Allegat etiam pro sua sententia. d. Selua in d. nu. 40. Felin. post alios in c. quę in Ecclesiarum. de constitutionibus sine numeri, vel columnę citatione. cum Felinus super d. c. triginta, & duas longas columnas scripserit. Et non inuenio, quod in proposito Felinus
39 aliud dicat, nisi quod Princeps † etiam sine causa potest aliquem ledere in modica lesione, vt in nu. 47. dicit ipse Felinus. Et ad hũc propositum eum allegat ipsemet Selua in 3 part. q. 60. sub n. 2. non vero ad probandum quod quæstio collationis sit modici præiudicij: quia ad hoc solum allegat Abbatem in d. c. 1 de restitutione in integrum, qui nihil dicit.

Talis vtique allegatio in genere, & in confuso est allegatio ad Balistam; cum non concernat precisè casum, de quo quęritur, vt post Hypolitum de Marsilijs scribit Ludouicus Gomezius in c. cum in nuptis. nu. 11. de
40 rescript. lib. 6. Vbi † etiam addit: quod taliter allegantes dicuntur ligare arenam sine cemento.

Allegari namque, & citari debent Iura, & Doctores non in genere, sed in specie, & in
41 indiuiduo. † Cardinalis in Clem. sepe. sub n. 6. vers. *fexto oppono.* Dominicus Geminianus. c. 1. n. 3. de Clericis coniugatis. in 6.

Ideo dixit Felinus in c. cum ordinem. ante numerum. 4. de rescriptis. quod expedire cõ-
42 sultantes per regulas generales, † est officiũ Procuratorum, & eorum Doctorum, quos vulgus Positiuos appellat; sed allegare in terminis, doctissimi Doctoris est. Quem ad hoc citat Gomezius in reg. de non tollend. q. 16. in fine. n. 4. & subdit Felinus vbi supra, quod in contingentia facti doctrina indiui-
43 dua, † quæ alias negligitur, est maximæ æstimationis. Sicut facit ægrotus, qui cum valebat, fastidiebat ea, quę postea infirmus adorat. Et paria sunt, non allegare, vel inepte allegare. Rolan. cons. 19. n. 30. lib. 4.

44 Et magis attenditur doctrina vnius † in specie loquentis, quam Communis in genere. Naguzantius in sylua nuptiali. limit. 8. n. 72. Alphonsus Hojeda. de incompatibilit. benef. 2. p. c. fin. n. 26.

Neque est verum fundamentum eiusdem Io. Seluæ, quod ideo sit quæstio collationis de modico præiudicio ipsorum collatorum, quia ipsi in conferendo non possunt consequi aliquam vtilitatem: quia potius consequun-
45 tur maximam. † Nam licet conferre beneficium sit precisum, & necessarium: conferre
46 tamen magis vni, quam alteri, † est voluntarium, & gratiosum, ac est gratia, & liberalitas, in cui dando. pulchra gl. in c. relatum. verbo, *liberaliter.* de prębendis, gl. verbo, *libera.* in c. fin. de officio Vicarij. lib. 6. Staphileus de gratijs, & expectatiuis. §. nona forma. nu. 6. alias. num. 8. & 9. Molina de Primogenijs. libra. 2. c. 4. nu. 13. & 14.

Quo fit, vt non sit leuis vtilitas Episcoporum conferre beneficia suis Nepotibus, aut
47 Consanguineis † pauperibus idoneis, ac bene meritis, vnde, se valeant sustentare, quibus alias de proprijs bonis subuenire erant adstricti: Cum conferre illis beneficia, sit licitum, & honestum. c. dilecto. 25. in principio. ibi,

ibi, *intendentis prouidere. G. Nepoti suo.* vbi notat Abb. nu. 2. de præbendis. & in cap. quia clerici. n. 6. de Iurepatronatus. Menoch. de præsumption. lib. 5. præsumpt. 35. n. 9. Lambertinus de Iurepatronatus. lib. 2. par. 1. q. 8. principali. art. 12. n. 10. vbi cum pluribus
48 idem dicit in filijs † legitimis ipsorum Episcoporum.

Imò plus tenentur subuenire suis, quam
49 † extraneis. c. non satis. 86. distint. l. 7. vers. *la sesta cosa.* tit. 23. Partit. 1. Et nemo carnem suã odio habuit. c. non æstimemus. §. corpori. 13. q. 2. Tiraquel. de pœnis temperand. causa. 51: n. 80. Non obstante. gl. fin. in c. peruenit. 1. q. 3. dum dicit cæcos esse Episcopos circa Nepotes, ex quo grauem lesionem sen-
50 tit Ecclesia; quia debet † intelligi quando nõ est idoneitas in illis Nepotibus, aut Consanguineis, per Iura supra allegata.

Idemq; est respectu suorum familiarium,
51 † & aliarum sibi gratarum personarum; quibus, licet Episcopis beneficia conferre in gratificationem, & remunerationem seruitiorũ;
52 dummodo tale pactum † non præcedat. gl. verbo, *promiserat.* in. c. cum essent. 12. de simonia. vbi Anton. de Butrio post. Hostien. & alios. num. 7. & 9. Abbas. n. 4. Felin. num. 2. lex. 3. post principiũ. tit. 17. Partit. 1. Couar. lib. 1 variar. c. fin. num. 3. Nauarrus in Manuali. c. 23. sub. num. 106. vers. *ad quartum.* dicens, non esse simoniam, conferre beneficium alicui ad liberandum se ab obligatione antidorali.

53 Deinde, quia conferre est donare. † c. fin. de officio Vicarij. lib. 6. vbi. notat Geminianus. n. 4. & omnes. c. relatum, & ibi not. Abbas. n. 4. de præbendis. gl. verbo, *non possit.* in c. 1. de institut. in. 6. Sed donans obligat
54 sibi donatarium quadam obligatione † naturali, & antidorali, vt benefacienti benefaciamus. l. sed & si lege. 25. §. consuluit. ibi, *quãuis ad remunerationem sibi aliquẽ naturaliter obligauerunt.* ff. de petitione hæreditatis. vbi gl. verbo, *obligauerunt.* dicit, quod omnis crea-
55 tura † mouetur ad benefaciendum ei, quis sibi benefacit: & quod talis obligatio ex instinctu naturali procedit. l. venia. & ibi glossa verbo, *naturali ratione.* C. de in ius vocãdo. l. si non sortem. 26. §. libertas. in principio. & ibi gl. verbo, *natura.* ff. de condictione indebiti. Bart. in d. §. consuluit. n. 2. & 3. & communi-
56 ter omnes. Et interest hominis † beneficio adfici hominem. l. seruus. in fine ibi, *cum beneficio adfici hominem interfit hominis.* ff. de seruis exportand. bonus tex. in l. si pignore. 56. ff. de furtis. ibi, *species enim lucri est, ex alieno*
57 *largiri † & beneficij debitorem sibi acquirere.* & in terminis conferentis beneficium, quod obliget illum, cui confertur, ad antidora naturali obligatione, tenet Milius in repertorio. ver. *beneficiorum collatio. n. 14.* Abbas per tex. ibi in c. post electionem. num. 2. de conces. præbend.

Conducit decisio Rotę coram Puteo decis.
47. Nicolaus. n. 9. & 16. lib. 1. vbi habetur,
58 quod multo magis præiudicatur † & grauatur ordinarius habens alternatiuam temporalem, de qua in nostra regula, si aufertur illi aliqua collatio, quam si haberet alternatiuam perpetuam, prout in concordatis Germaniæ continetur.

59 Hinc damnum dicitur sentire † Episcopus, qui istam voluntatem in conferendo implere, & suo desiderio satisfacere, impeditur. Bart. in l. si filius, qui Patri. sub. n. 7. ad medium. vers. *ratio quia ex eo.* ff. de vulgari, & pupil. gl. verbo, *incommodo.* in §. 1. Institut. de hæred. qualit. & differen. cum alijs citatis per Tiraquel. de vtroque retractu in præfatione. nu. 25. Menochius, de recuperan. remed. 1. num. 422.

60 Vnde negari non potest, quin quæstio † collationis sit grauis prejudicij respectu collatoris; quod expresse tenet gl. in. c. cũ olim. verbo, *Capitulo.* post med. in vers. *sed collatio.* de maior. & obedien. dum dicit, quod ideo Capitulum sede vacante non potest facere col-
61 lationem, quia magnum fieret † præiudiciũ Episcopo, & successori per talem collationem, cum collatio beneficiorum inter bona Episcopalia, & fructus computetur. Quam glossam sequuntur ibi Anton. de Butrio sub num. 16. Abbbas sub. nu. 2. Imola. num. 6. vers. *ex prædictis nota.* Felin. nu. 2. Milius in repertorio. verbo, *beneficiorum collatio.* num. 16. ad medium. Cassador. decis. 3. nu. 6. de pensionibus.

Sic etiam quatenus Anton. de Butrio in c. peruenit' num. 17. ante med. de censibus. & Nicolaus Milius in repertorio, verbo, *præscribi an possit Ius eligendi.* dicunt, quod licet ab dicare totale Ius eligendi, sit graue præiudi-
62 cium: leuius † tamen, & modicum est præiudicium, admittere † alios ad participationẽ eligendi: sunt intelligendi, vt arbitror, non quod simpliciter sit modicum præiudicium, admittere alios ad participationem Iuris eligendi, sed quod respectu, & comparatione
63 † omnimodæ priuationis dicatur modicum, seu leuius. Nam aliter eorum dicta minus vera deteguntur, ex quo per talem participationẽ; diminuitur eligentiũ potestas, & valde
64 interfit illorum, ne † extranei admittantur ad eligendum, ne ipsorum potestas diminuatur. Abbas in c. scriptum. nu. 3. de electione. Felin. in c. cum omnes. num. 18. vers. 3. fallit. de consuetudine, Ideo fuit resolutum coram Puteo. decis. 6. lib. 3. quod sit considerabile præiudicium, creare nouos prębendatos viuentibus antiquis, nec dicitur leue

præiu-

præiudicium, quando pars dominij perditur.

Et eodē etiam modo est declarādum, quod dicit idem Anton. de Butrio, in d. c. peruenit. sub eod. num. 17. post principium. vers. *pone enim quod Episcopus.* de censibus. quatenus dicit, quod si Episcopus in aliena diœce-
65 si vellet † nudum Ius visitandi absque procuratione, vel Iurisdictione, exercere, & absque aliquo commodo quærere, non esset hoc magni præiudicij Episcopo Diœcesano.

66 Præsertim quia proprietas † beneficiorum est illorum, ad quos spectat collatio eorum. Innocen. in c. statuimus. num. 1. post principium. de translationibus. Milius in repertorio, verbo, *beneficiorum proprietas.* sub. nu. 29. Et sic quæstio de collatione beneficiorum est grauior, tanquam quęstio proprietatis beneficiorum, quam quæstio ipsius beneficij, hoc est, vsus fructus. Et hoc de proprietate beneficiorum adde ad ea, quæ addit Abb. in cap. cum super. numer. 18. cum sequentibus. de causa possess.

AD PROPOSITVM igitur, a quo fui digressus, reuertendo, licet in dubio non præsumatur, Papam velle præuenire ordinarios ex
67 supradictis: aliquando tamen † ex iustis causis sibi beneuisis hoc facere solet. Et quando ex tenore gratiæ constaret de præuentione, tunc cessaret dicta præsumptio, quæ non ha-
68 bet locum, quando de veritate † apparet. l. nuptura. 57. in fine. ff. de Iure dotium. l. fin. in principio. ff. de neg. gestis. Alex. cons. 1. num. 21. lib. 4. Ias. in l. 1. num. 15. C. qui admitti. Felin. in c. per tuas. num. fin. vers. *Quinto nota.* de probation. Decius cons. 400. num. 8. Aymon. cons. 35. num. 5. Roland. cons. 6. num. 35. volum. 2. Rota decis. 64. num. 3. & decis. 582. num. 3. parte 1. diuersorum.

69 In claris enim † coniecturis locus non est. l. ille, aut ille. 25. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. l. continuus. 137. §. cum ita. in fine. ff. de verb. oblig. c. fin. & ibi gl. finalis. 30. q. 5. c. ad audientiam. & ibi gl. verbo, *in dubijs.* de homicidio. Caputaq. decis. 75. num. 3. par. 1. & decis. 305. num. 2. parte. 2. Molina de primogen. Hispanorum. lib. 3. cap. 5. num. 1.

70 Et tunc dicitur constare † ex tenore gratiæ de præuentione, quāuis de illa nulla fiat expressa mentio, si tamen ex lectura appareat voluisse Papam, præuenire. Veluti si quis petat gratiam per obitum, & narret vacasse beneficium in aliquo mense ordinario, nec expresserit aliquam reseruationem. Nam tunc eo ipso, quod Papa concedit gratiam, vult alium quemcumq; collatorem inferiorem præuenire, in euentum, quod alia prouisio anterior facta non fuerit: quoniam multo
71 melius voluntas declaratur factis, † quam verbis. l. si tamen. 48. vers. *multo enim amplius.* ff. de ædilitio edicto. l. de quibus. vers. *nam quid interest.* ff. de legibus. c. dilecti. 52. vers. *eum autem.* c. vt nostrum. 59. c. ad audientiam. 34. de appellationibus. Rota decis. 54. num. 3. eo tit. in nouis. & decis. 238. num. 16. par. 1. diuers. Tiraquel. in tract. de Iure constituti. 3. par. limitatione. 30. num. 22. Tiberius Decianus. respons. 19. & numero 73. volum. 1. Mascardus de probationibus. conclus. 1422. ex. nu. 34. Lancellot. de attentat. 2. par. c. 12. ampliat. 16. per totam.

Et in specie quod per solam expressionem
72 † mensis ordinarij satis conuincatur intentio Papæ, vt præuenire voluerit, est decisio Putei. 59. *Papa affirmauerat.* lib. 3. & fuit decisum in vna Toletana Canonicatus. 26. Iunij. 1595. coram R. P. D. meo Seraphino Rotæ Decano. & in vna Hispalen. portionis. 7. Maij.
73 1595. coram D. Cardinali Blanchetto. & in Mediolanen. beneficij. 26. Iunij. 1596. coram R. P. D. meo Pamphilio. Et vide quæ dicam. in gl. 9. §. 3. ex. num. 23.

Imò quando gratia Papæ fundatur in plu-
73 ribus Capitibus, † & reliqua cessant, ita vt gratia sustineri nonvaleat, nisi in vim præuē-
74 tionis; tunc ad sustinendam † gratiam Papę dicendum est Iure pręuentiuo, validam esse: vt fuit resolutum in Hispalen. portionis. 17. Maij. 1595. coram Illustriss. D. Blanchetto. vbi fuit decisum, quod cum Prouisio facta à Papa de dicta portione Hispalen. cuidam Gabrieli sustineri non possit in vim reseruationis, quia illa portio reseruata non erat; nec in vim deuolutionis, quia nondum fuerat elapsum semestre; nec ex alio capite, præterquam Iure præventionis: necesse est fateri Papam voluisse, ordinarium prævenire: & sic ratione præventionis fuisse validam dictā gratiam Apostolicam. Idem etiam fuit resolutum in alio casu simili in vna Eluen. beneficij. 16. Nouembris huius anni. 1602. coram
R. P. D. meo Penia. Et adde quę dicam. in gl. 9. §. 3. ad finem.

Intellige tamen, nisi esset narratus dispo-
75 sitiuè aliquis modus, reseruationis, seu deuolutionis: quia tunc, quamuis Papa posset prævenire, non præsumitur velle in præiudicium ordinarij, sed potius præsumitur motus dicta narratiua: tum ex supradictis.

Tum etiam, quia aut verificatur dicta narratiua, & tunc iam non esset locus prævention
76 nī, ex quo stante reseruatione, † vel deuolutione cassaret potestas ordinarij: vt de reseruatione est tex. in c. 2. in fine. de præbendis. in 6. Lapus alleg. 19. sub n. 2. Simonet. de reseruat. q. 48. cū alijs. & de deuolutione est. tex. in capit. 2. de conces. prebend. cap. litteras. capit. dilecto. de suppleṅda negligēn. prælat.

Aut

Aut non verificatur, & tunc esset gratia
77 subreptitia † & nulla, quia fuit Papa deceptus, & omnia narrata habent vim conditionis, *veris existentibus prænarratis.* & nisi verificentur ruit †
78 gratia. l. vniuersa. C. de diuersis rescriptis. c. 2. c. super litteris. 20. c. postulasti. 21. de rescriptis, late Felin. in c. quod super his. n. 3. & sequen. de fid. Instrum. & in c. fin. à n. 3. de præsumpt. Rota decis. 20. ad med. de præben. in nouis, Decius cons. 142. num. 6. Socin. cons. 164. num. 6. lib. 2. Ripa post alios. in d. c. 2. de rescriptis. Mohedan. decis. 35. num. 1. de renunciatione. Puteus decis. 245. nu. 1. lib. 1. Caputaq. decis. 39. & 240. par. 2. Cæsar de Graf. decis. 1. num. 3. de rescript. & decis. 12. num. 1. & per totam. de probationibus, & decis. 20. nu. 1. eodem tit. Rota decis. 176. num. 4. & 412. nu. 1. par. 1. diuers. Neque in hoc casu intraret effectus manus appositionis, vt dicam in gl. 52. limit. 2.

79 Narratiua namque est pars gratiæ. † Aegidius Bellamera decis. 76. post medium. vers. *Et si teneremus.* Rot. decis. 6. num. 6. de præbend. in antiquioribus Risignet. Caputaquen. decis. 271. num. 3. par. 1. & decis. 39. num. 2. parte. 2. Achil. decis. 2. num. 3. de probation.

Quinimmo sola narratiua vacationis in
80 mense † reseruato dispositiuè facta operatur vt omnis gratia, & eius clausulæ restringãtur ad reseruationem: & non valet prouisio, si reseruatio non verificetur, ita quod neque in isto casu possit suffragari clausula, *Vel alio quouis modo, &c.* quia restringitur, ne contradicat expressis. vt tradit in terminis Acchil. de Grassis. decis. 1. de præbendis. n. 1. & per totam. Cassador. decis. 5. de præbendis. nu. 3. & fuit decisum in causa Corduben. Cantoriæ. 5. Maij. 1559. & postea latissimè in vna Virdunen. Canonicatus. coram R. P. D. meo Pamphilio Rotæ Decano. 19. Iunij. 1595. per totam illam decisionem. Et coram eodem in Romana Clericatus S. Petri. 27. Nouembris. 1602. vbi aliæ plures citantur decisiones. Et dixi in glosa. 32. num. 9.

Item quia aliter via fraudibus aperiretur;
81 † quod fieri non debet. l. in fundo. 38. vers. *neque malitijs.* ff. de rei vendicatione. l. 1. §. penul. C. de Latina libertat. tollenda. c. sedes. 15. c. ex tenore. 16. de rescrip. Et nemo ex suo dolo, seu fraude commodum reportare debet. l. hæres meus. 76. §. quod infra. ff. de condit. & demonst. c. nobis. 27. de simonia. Hypolitus de Marsilijs singulari. 177. malitijs. Boerius decis. 287. num. 1. Acchiles in c. 1. Prætorum. gl. *de cuya mano.* nu. 1. cum sequentib. vbi plura.

Neque obstat, quod in dicta decisione Hispalen. portionis fuerat narratum, quod beneficium erat deuolutum, & nihilominus fuit resolutum, quod gratia substineri deberet in vim præuentionis, quia deuolutio locum non habebat.

Quoniã in casu dictæ decisionis fuit narrata Papæ veritas facti, prout iacebat; scilicet, quod dicta portio vacauerat de certo mense, & anno, & cum spectaret prouisio ad Archiepiscopum, & Capitulum Hispalen. insimul, discordes fuerunt, & propterea prouisio non tenebat, & ad Papam deuoluta erat, &c. Ex quo facto constitit Papæ, qualiter deuolutio non intrabat, nec ratione discordię inter Archiepiscopum, & Capitulum, quia de Iure talis deuolutio non inuenitur; nec ratione lapsus sex mensium, quia à tempore vacationis narratę vsque ad tempus gratię lapsi non fuerant. Et quamuis fuit dictum, quod propterea prouisio erat deuoluta; hoc
82 non nocet. Quia est error, † & falsitas in Iure dicere, quod propter dictam disentionem Episcopi, & Capituli causaretur deuolutio;
83 ex quo nulla oritur subreptio, † cum Papa non possit decipi in his, quę sunt Iuris. Felin. in c. super litteris. num. 8. vers. *Secunda regula.* de rescriptis. Rota decis. 75. de rescriptis in antiquis, Caputaq. decis. 163. nu. 2. par. 2. Et vide, quę dicam in glosa. 45, in principio ante finem. vers. *Quo fit, vt quando collatio.*

Sicut nec est necesse, narrare qualitates,
84 quę in Iure consistunt; † sed solum, quę consistunt in facto; vt ex illo ius resultet. Rota decis. 13. num. 2. ad fin. & num. fin. de rescript. in antiquioribus. Bald. in c. cum ordinem. num. 17. de rescrip. Aegidius Bellamera decis. 488. *si impetrans.* ante finem. Roman. singulari. 37. *vtrum nobilis.* in fine. Cassador. decis. 12. nu. 8. de prębendis. Caputaquen. decis. 49. nu. 4. & 5. parte 1. & fuit dictum in vna decisione Hispalen.

Ratio est, quia Papa Iura omnia in scrinio
85 † pectoris sui censetur habere. l. omnium. C. de testamentis. c. 1. de constitution. lib. 6. vbi Gomezius. nu. 99. cum sequentibus, benè declarat, qualiter intelligatur. Et ideo semper
86 censetur, considerare Ius commune, † quando respondit. gl. fin. in fin. in c. consultationi. de temporibus ordinationum. gl. in verbo, *cõsultationẽ.* in c. ex tua. de filijs Presbytero rũ. c. ex multa. in principio. de voto. Cardinalis in clem. fin. sub num. 1. vers. *secundo oppono.* de prębend. Felin. cum alijs. in c. 1. nu. 17. de constitutionibus.

Declaratio autẽ supradicta procedit, quan
87 do in facto † esset deceptus Papa propter falsi suggestionem; quia tali casu cessaret pręuentio ex supra deductis.

88 Similiter quãuis de Iure sit necessariũ, † vt deuolutio perueniat ad Papam, quod ascen-

dat

dat gradatim per omnes Inferiores, & probetur negligentia cuiuslibet per lapsum semestris, quod eorum cuilibet conceditur. c. licèt. de supplenda negligentia Prælatorum. cum allegatis in §. præcedenti post principium, & Rebuff. in concordatis. titulo de Collationibus. §. si quis vero, glossa, verbo, *contrauenerint*. & tetigi in §. 3. proœmiali præcedenti. nu. 4.

89 Et in dubio non præsumatur, † velle concurrere Papam cum Inferioribus; vt fuit resolutũ in vna Calciaten. dimidiæ portionis. 17. Dec. 1582. corã Orano. & ex supradictis.

Tamen, si in supplicatione narretur veri-
90 tas, † & à quo tempore beneficium vacauit: & ex narratiua constet, quod non fuerint lapsa omnia semestria cunctorum inferiorum; & nihilominus Papa concedat gratiam, erit valida Iure concursus, & præuentionis: quia potest Papa concurrere cũ Capitulo, Episco-
91 po, Archiepiscopo, & Legato. † Rebuff. vbi supra, verbo, *deuolutio*. & in praxi, titulo de deuolutionibus. n. 51. dicens, quod pauci hoc intelligunt. Rota iuncta additione Papazon. decis. 3. n. 6. de off. legati in nouis. Mandos. in reg. de annali. q. fin. num. 6. Crescen. decis. 1. nu. 5. de dilationibus. Vbi etiam dicit, quod
92 licet ordinarius possit prorogare † tempus ad præsentandum concessum patrono; tamen illa prorogatio tenebit in sui præiudicium, non verò in præiudicium † Papæ concurren-
93 tis in deuolutione cum quolibet ordinario. Et licet in fine dicat, quod hoc aliquibus Dominis non placuerit, nec fuerit benè discussum; ego tamen verum esse reor; quia inferior nullo modo potest facto suo præiudica-
94 re † superiori; nec illius manus ligare. c. cum inferior de maiorit. & obedien. Clemen. ne Romani. in princ. de elect. cum alijs.

His congruit quod, quamuis beneficia vacantia in Curia, si infra mensem non conse-
95 rantur à Papa, eorum collatio deuoluatur † ad ordinarios, iuxta c. statutum de præbend. lib. 6. Papa tamen Iure præuentionis poterit
96 etiam, illa conferre † post dictam deuolutionem: cum cõcurrat cum quolibet ordinario. Io. And. in d. c. statut. n. 1. in prin. Gemin. n. 8.

Vnde licet in dubio Papa non præsumatur velle præuenire ex his, quæ superius dixi; si
97 tamen fuit narrata † veritas dictæ deuolutionis, & faciat gratiam, tunc iam constabit de intentione præueniendi, & ex Iure præuentiuo sustinebitur eius gratia. Idemque est dicendum in casu c. si Apostolica. 35. de præbend. eod. lib. 6. De quo, & de d. c. statutum. eod. tit. latius tractabo in §. sequenti, & ibi dicam, an hodie illæ constitutiones sint abrogatæ, vel non.

Arbitror tamẽ quod dicta exceptio, quod Papa in dubio non habuerit intentionem præueniendi difficile, admittetur in via execu-
98 tiua † ad impediendam executionem litterarum Apostolicarũ, quoad immissionem in possessionem, ex quo requirit altiorem indaginem, & titulum concernit. Abbas in c. cum olim. n. 15. de causa possessionis. Aym. cons. 258. n. 5. & cons. 312. n. 1. & per tradita in l. 2. C. de edicto Diui Adriani tollendo. vbi Bald. n. 42. Decius. n. 19. Et in alio proposito dicã in gl. 15. §. 1. ante finem. Super quo tamẽ plurimum valebit iudicantis arbitrium, pensatis, & consideratis omnibus circunstantijs.

SVMMARIA. §. 5. PROOEMIALIS.

1 *Regula nostra, 8. est facta per viã legis general.*
2 *Reg. 8. extinguitur morte Papæ illius cõditoris.*
3 *Ad tempus quod prohibetur, post illud permittitur, & è contra. num. 4.*
5 *Constitutio non est perpetua, quando restringitur ad certum tempus.*
6 *Lex limitata limitatum habet effectum.*
7 *Actus nullus operatur vltra intentionẽ agẽtis.*
8 *Beneplacitũ ad Papæ est facta reseruatio reg. 8.*
9 *Beneplacitum Papæ extinguitur morte illius, non tamen beneplacitum Sedis Apostolicæ. nu. 10.*
11 *Sedes Apostolica minus potest deficere quam Sol & Luna.*
12 *Reseruatio nostræ reg. an sit realis, vel personalis*
13 *Alternatiua acceptata est personalis.*
14 *Voluntas morte finitur.*
15 *Aliud est reseruare dispositioni Papæ, & aliud Sedis Apostolicæ.*
16 *Regula 8. euanescit renunciatione Papæ, & n. 23. & num. 28. dicitur quid sit de priuatione.*
17 *Pontifices maximi, qui Papatui renunciarunt, enumerantur.*
18 *Clemens I. quare fuit bis nominatus Papa.*
19 *Celestinus V. dedit causã c. 1. de renunciat. li. 6.*
20 *Causæ, quare plures Pontifices Maximi renunciarunt Pontificatui, remissiue.*
21 *Renuntiare Papatui, est de raro contingentibus, & casus coruo albo, rarior.*
22 *Carolus V. Imp. renũciauit Imperio, & Regnis.*
24 *Renuncians habetur pro mortuo.*
25 *Reuocatio procuratoris per mortem, vel per renunciationem, pari passu ambulant.*
26 *Mors ciuilis æquiparatur naturali quoad renunciantem.*
27 *Paria sunt obire, vel Papatui renunciare.*
29 *Lex an debeat esse perpetua. & n. 30. & 31.*
32 *Lex quod sit perpetua, respicit quod frequenter accidit, non tamen est de substantia.*
33 *Cancellariæ regulæ, non dicuntur Constitutiones locales, sed ligant vbique.*
34 *Cancellariæ regulæ quare sic appellentur.*
35 *Cancellariæ regulæ dicuntur Canones, et leges.*
36 *Papa ex humilitate facit regulas suo dumtaxat tempore duraturas, vel ne ab alio reuocentur.*
37 *Lex, illius conditore viuente magis afficit, & fortior fit. & num. 38.*
39 *Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*
40 *Dubia cõcernẽtia reg. Canc. ante oĩa disputãtur.*

41 Papa quilibet facit regulas Cancellariæ in crastino die assumptionis.
42 Regulæ Cancellariæ reuiuiscunt cum nouo Papa ad instar phenicis, & eædem ferè semper sunt.
43 Regulæ Cancellariæ ideò publicantur, vt appareat de intentione Papæ volentis illas approbare.
44 Papa dicitur assumptus, quando est electus; licet non sit coronatus.
45 Mensium reseruatio cessat per obitum Papæ, & num. 46.
47 Indultum Regis Scotiæ quomodo intelligatur.
48 Mensis Ianuarij Sede Apostolica vacante, spectat ad ordinarium.
49 Indultum conferendi beneficia vacantia in mensibus Apostolicis, qualiter intelligi debeat.
50 Mensem ad ordinarium expectatum concessa non intelligitur de mense Ianuarij ordinario ratione vacationis Sedis Apostolicæ & n. 51.
52 Dictio, Quomodolibet, facit comprehendi in expectatiua mensem ordinarium ratione alternatiuæ.
53 Reseruatio nostræ regulæ dormit etiam post assumptionem Papæ vsque ad renouationem illius.
54 Publicatio Regularum Cancellariæ non est necessaria, vt ligent.
55 Reseruatio cum decreto est gradio incipite penetrabilior.
56 Clausula, Ex tunc suo tempore duraturas, quid importet.
57 Acceptatio facta eadem die, quo fiunt regulæ Cancellariæ, an suffragetur. & num. 58.
59 Nauarrus in cons. 31. de præbendis, frustra se fatigauit.
60 Beneficium vacans Sede Pontificia vacante, & non prouisum, nisi post editionem regulæ nostræ, an incidat in reseruationem & n. 71.
61 Qualitas adiuncta verbo, regulatur secundum tempus verbi.
62 Regula nostra loquitur de beneficijs vacaturis, non vero de vacantibus.
63 Reseruatio est ordinarijs præiudicialis.
64 Vacans nunc, dicitur etiam in futurum vacare.
65 Vacauit, verbum, capit beneficium vacans.
66 Vacatura, verbum in materia reseruationis capit tunc vacantia.
67 Mens Papæ est consideranda ad inspiciendum, si verbum, Vacaturum, capiat beneficium tunc vacans. & num. 70.
68 Papa cum facit regulam nostram, illam restituit ad pristinum statum.
69 Impossibile est, quod Papa habeat notitiam vacationis omnium beneficiorum Orbis, cum primum vacant.
72 Ordinarij collatores semper sunt diligentes in conferendo.
73 Diligentia semper prodest.
74 Reseruatio regulæ nostræ aliquando extenditur ad beneficia prius vacantia; quia sic Papa declarauit: non tamen ad illa, in quibus Ius ad rem quæsitum fuerit. numer. 75.
76 Ordinarius an possit prouidere Sede Pontificali vacante beneficium, quod vacauit ante obitum Papæ, & non fuit ab ipso collatum.
77 Reseruatio nostræ regulæ est limitata ad beneplacitum Papæ.
78 Regula spirante spirat reseruatio, & intrat Iuris communis dispositio.
79 Beneficium si semel sit reseruatum, an duret semper reseruatum ex noua causa. & numero 80. & 94.
81 Regula de Infirmis, non intrat si facta renunciatione beneficij in manibus Papæ intra 20. dies detedat Papa, & postea resignans.
82 Paria sunt vacare beneficium Sede Pontificali vacante, vel viuente Papa, si de illo non disposuit. & num. 85.
84 Regula 10. Cancellariæ exponitur. & n. 85.
86 Effectus translatus a Regula non expirat expirante regula. & num. 89.
87 Beneficium vacans in mense reseruato, Papa viuente iam incidit in reseruationem. & numero 88. & 89.
90 Beneficium vacans de tempore, quo regula non est in rerum natura, non incidit in reseruationem. & num. 91.
92 Mortuo Papa si vnus intrat in familiaritatem Cardinalis, & exit ante nouam creationem alterius, non adest reseruatio. & nu. 93. & 94.
95 Mortuo Papa an Episcopi collatio facta ante notitiam mortis teneat, si beneficium vacauit in mense, qui viuente Papa erat reseruatus. & numero 119.
96 Regula de verisimili notitia habet locum in collatione ordinaria. & num. 122. dicitur quomodo procedat.
97 Absenti seruo libertas, data non prodest ante habitam notitiam.
98 Absens electus de dignitate Patriciatus, nō liberatur à patria potestate ante scientiam electionis.
99 Absenti non suffragantur priuilegia ante notitiam. & 100. & 104.
101 Absenti non prodest Iurisdictio data ante præsentationē cōmissionis, nec mandatū. n. 102.
103 Vicarius Episcopi potest post obitum Episcopi ante scientiam mortis beneficia conferre.
105 Episcopus conferens beneficium, quod alias esset reseruatum, ante notitiam obitus Papæ, dolo carere non videtur.
106 Opinio, & communis reputatio attenditur.
107 Collatio facta de beneficio reuera vacante tenet, quamuis collator, ac ille, cui confertur, ignorent vacationem.
108 Absenti facta collatio tenet, ante notitiam.
109 Veritas potissime attenditur in beneficialibus.
110 Absenti prodest restitutio à Principe concessa ante scientiam.

Senten-

111 *Sententia lata super declaratione notorietatis sustinetur, quamuis tunc in actis non constet de illa, si postmodum probatur. Idem in processu facto per contumaciam. n. 112.*

113 *Sententia tenet, quamuis procuratoris mandatum, non sit productum, si re vera erat concessum, & postea producitur.*

114 *Absolutio à censuris quando suffragatur ignoranti.*

115 *Collatio facta à Capitulo suspenso, tenet, si de illo tempore erat absolutus, licet notitiam veram absolutionis non haberet.*

116 *Reseruatio ligat ignorantes; & ideò extinctio illius debet suffragari etiam ignorãtibus. 117.*

118 *Contrariorum eadem est ratio.*

120 *Electores, & collatores, an possint eligere, & conferre in euentum, quod sedes Apostolica vacet. & numero 121.*

123 *Regula de verisimili notitia potissimè fundatur in euitando voto captandæ mortis.*

124 *Exemplum adducitur de Ligato manibus, qui scribere non potest; tamen si ligatura dissoluitur, ministerio proprio scribit, non ministerio dissoluentis.*

125 *C. si Apostolica. de præbend. lib. 6. in medium adducitur; & explanatur vsque ad nu. 147.*

126 *Reseruatio vacationis apud sedem limitatur per d. c. si Apostolica, & num. 127.*

128 *C. Si Apostol. derogatũ non reperitur, etn. 132.*

129 *Constitutio generalis numquam derogat casibus specialibus alterius legis, etiamsi excipiat aliquos casus. & num. 130.*

131 *Lex noua loquens in vno casu extenditur per legem antiquam.*

133 *Reg. 10. Cancell. non procedit in Parochialibus.*

134 *Regula 5. Cancellariæ est limitanda iuxta terminos c. si Apostolica.*

135 *Assertio, quod beneficium semel affectum semper remanet affectũ, nõ procedit in Parochial.*

136 *Concilium Tridentinum sessione 24. de reform. c. 18. declaratur iuxta terminos c. si Apostol.*

137 *Parochialis vacans extra Curiam in mense reseruato potest conferri ab ordinario in casu c. si Apostolica.*

138 *C. si Apostolica. an procedat in alijs reseruationibus, quoad parochiales.*

139 *Dispositio c. si Apostolica. est fauorabilis.*

140 *Vacatio diuturna periculum affert animabus.*

141 *Vacare censentur in Curia omnia beneficia reseruata.*

142 *C. statutum. de præbendis. lib. 6. an procedat quoad alias reseruationes, præter vacationem apud sedem.*

143 *Abbatis Lappi, & aliorum dictum discutitur.*

144 *Deuolutio nõ datur sine culpa, et mora inferioris*

145 *Papæ nullum tempus assignatur ad conferenda beneficia, & n. 146.*

147 *Vacatio Parochialis quando contingit in Curia Sede Apostolica vacante, à principio competit Episcopo illius dispositio.*

148 *C. statutum. de præbendis. lib. 6. est abrogatum, licet aliqui dubitent. nu. 149. & num. 150. & 151. & 152.*

153 *Leges plures abrogatæ sunt insertæ corpori Iuris ciuilis.*

154 *Proœmium libri 6. dicens, quod non recipiantur aliæ constitutiones, nisi insertæ in illo libro; qualiter intelligatur.*

155 *Derogatæ leges, & Canones alleganur pro interpretatione, aut inductione, aut ratione.*

156 *Extrauagans, an dicatur facere Ius commune.*

157 *C. statutum. de præben. in 6. hodie etiam, locum habet in Gallia.*

158 *C. statutum. de præben. in 6. licet derogatum non esset, difficile posset hodie practicari quoad parochiales stante Concil. Triden.*

159 *Concordata Germaniæ trahunt originem à dispositione d. c. statutum. & 160.*

§. 5. PROOEMIALIS.

REgulę nostrę reseruatio licet sit facta per viam legis † generalis, prout alię regulę Cancellariæ, vt docuit Geminianus in conf. 93. Clemẽs. VII. ante. n. 1. Francis. Pauinus in Proęmio extrauangatiũ. vers. *Regulæ Cancellariæ.* Felin. in c. 2. sub n. 46. vers. *Regulæ Cancellariæ.* vbi recedit ab Ancharano contrarium tenente. de rescriptis. Gomezius in proęmio regularum Cancellariæ. q. 2. n. 7. vers. *In contrarium verò pro parte.* & n. 8. cum sequentibus. 1

Perpetua tamen non est: quia extinguitur † morte cuiuslibet Papæ illam promulgantis ex quo in proœmio regularũ Cancellarię dicitur, quod facit regulas. *Ex tunc suo tempore duraturas.* Et sic per obitũ illius, & post tẽpus eius extingũtur, ac expirant, & moriũtur cũ authore suo. Milis in suo repertorio. verbo, *reseruatio.* vers. finali. Caputaq. decis. 58. nu. 3. & decis. 214. n. 4. p. 2. & decis. 41. n. 7. p. 3. Gomezius in proœmio regularũ. q. 1. n. 2. Puteus decis. 92. In vna Corduben. nu. 3. lib. 2. Paris. conf. 49. *ad primum videtur.* n. 8. lib. 4. & conf. 18. n. 7. & 14. eodem lib. 4. latè Flaminius Paris. de resignatione. lib. 11. q. 2. num. 31. 2

Quod enim ad tempus prohibetur; post illud tempus † permittitur. l. final. C de legatis. l. Titia. 34. §. final. vbi notat Bart. ff. de legat. 2. l. in tempus. 62. ff. de hæredibus instituen. glos. verbo, *donec.* in clemen. 1. de decimis. Decian. conf. 597. num. 4. & 5. Caputaq. decis. 23. num. 2. par. 2. Simoneta de reseruat. q. 58. num. 13. & 14. late Parisius in terminis nostræ regulæ. conf. 18. nu. 7. cum 8 sequentibus. lib. 4. 3

Sicut è contra concessum ad tempus post tempus † prohibetur dicta l. in tempus. 62. ff. de hæred. instituen. cap. donatum. in fine. 1. quæst. 7. Rota Besigneti. decisione 4

15.num.1.de procuratoribus.De.cconſ.386. n. 3.Cæſar de Graſſis deciſ.4.n.7.de Conſtit.

Nam quando Papa non exprimit in Conſtitutione, quod ſit perpetua, ſed quod duret
5 certo tempore limitato; † talis Conſtitutio non ſe extendit vltra illud tempus. c. non eſt vobis.11.& ibi gloſſ.verbo, *donec*.de ſponſalibus.Dominicus Geminianus conſ.93.num.4. 5.& 6.vbi plura.Simoneta dicta quæſtion.58. numer. 13.

6 Limitata enim lex limitatum † habet effectũ. l.age cum Geminiano. C.de tranſactionibus. l. cum ſeruo.63.ff.de contrahen.emptione.c. primo.de ſepulturis. Caſſadorus deciſione 36.numero quinto. ſuper regulis. Milis in dicto repertorio. verſ.*reſeruatio facta per regulas.* in fine.latè Felin. in c. cum ordinem.6.de reſcriptis.numero 4.5.& 6.vbi in propoſito cumulat 36. illationes ſatis vtiliter, ad quas ſemper recurre. Pariſ. loquens de reſeruatione conſilio 33.numer.58.volum. 3.& conſilio 18.num.7.vol.4.

Nulluſque actus operatur vltra intentio-
7 nem † agentium.l.non omnis.ff.ſi certum petatur.cap.fin.de præbendis. Rota deciſione 14.numero tertio. de conceſſ. præben. in nouis.Auendanus reſponſo 12.per totum. Pariſ. conſil.18.numero vndecimo.lib.4.vbi numero 19.dicit, quod expiratio noſtræ regulæ eſt fauorabilis, cum per eam fiat reductio ad primum Ius.

Præterea quia noſtra regula 8. ſemper fit vſque ad Papæ illam facientis beneplacitum,
8 & voluntatem, † vt in ipſa diſponitur, & latius dicam in gl.12.Quando autem aliqua diſpoſitio cantat ad beneplacitum Papæ, tunc
9 per eius obitum, † per quem ipſius beneplacitum omnino extinguitur, eo ipſo expirat. tex.in c.ſi gratioſe. 5. de reſcriptis. lib.6.vbi
10 ſecus eſſe dicit,ſi dicat ad Apoſtolicæ † ſedis beneplacitum.Tunc enim,quia ſedes ipſa non moritur, durabit perpetuo; niſi à ſucceſſore fuerit reuocata. Vbi dicit Philippus Probus.
11 numero ſecundo.quod ſicut Sol, & Luna † nunquam deſinent eſſe, ità nec ſedes Apoſtolica.Et quod beneplacitum euaneſcat morte Papæ,vide per Calderinum. conſ. 3. numero primo de reſcrip.Felinum.in c.ex litteris.numero nono.verſ.*ſed pro vtili intelligentia.* & numero 10.de reſcrip. Simonet. de reſeruatione.quæſt.47.num.1.& 2.Puteus .deciſ.404.in vna Neapolitana lib.1.& deciſ. 154. num. 5. lib.2.Couar.lib.3.variar.c.15.numero ſecundo.Gozadin.conſ.22.num. 10. Menochius de arbitrarijs.libro 1.quæſtion. 69.num.quinto. & ſequentibus.

Vnde quatenus Mohedanus deciſ. 29.num. primo.de præbendis.dicit, quod noſtra regula concedens quatuor menſes ordinarijs eſt
12 realis, & non perſonalis: † eſt intelligendus reſpectu ordinariorum; ſecus vero reſpectu Papæ.

13 Sic alternatiua acceptata eſt perſonalis: † vt Pauinus tradit. † in tracta. de officio, & poteſt. Capituli.parte prima quæſt. 10.num. 23. ante medium. Nauarr.conſil.31.numer. 2. de præbendis. & dixi ingloſſ.50.poſt principium.

14 Prout etiam voluntas Papæ eius morte † finitur.l.4.ff.locati.l.centeſimis.46.§.fin.ff.de verbor.obligationibus.l.vxor.4.§.Scæuola.ff. de legat.3.& vbique omnes aſſeuerant.Hipolytus in rubrica de probationibus.num. 251. Anton. Gomezius libro primo. variar. de ſubſtitutione fideicommiſſaria.numero 27.& c.6.de tranſmiſsione hæreditatis. numero ſecundo.verſ. *Sed iſta ratio*. Menochius de arbitrarijs.lib.2.cent. 5. caſu 498. num. 33.& de præſumptionibus.lib.4. c.40.num. 6. Io. Gutierrez in practicis quæſt.lib.3.q.11.n.20.

15 Huc pertinet, quod aliud † eſt, ſi Papa dicat, Reſeruamus nobis,& aliud ſi dicat, Sedi Apoſtolicæ.Imola in clem.1.not.1. de probation.Aeneas de Falconibus in tract. de reſeruation.p.4.princ.effectu. 6.n.12.in fine.

Pari etiam ratione regula noſtra euaneſce
16 ret, ſi Papa renunciaret † Papatui, prout renunciare poteſt. c.1. de renuntiatione.lib. 6. vbi tradunt omnes.gl.verbo, *vt non ſuccederet*. in fine in c.non autem.7.q.1.cum alijs congeſtis per Flaminium Pariſium de reſignatione. lib.2.q.prima.num.4.

Fuerunt namque plures Papæ,qui Papatui
17 ceſſerunt, † ac renunciarunt: quorum primus fuit,Diuus Petrus,cui ſucceſſit Clemẽs. Deinde Clemens cui ſucceſſit Linus, de quibus loquitur tex.in c.ſi Petrus. 8. q. 1.vbi gl. verbo. *aut ligandi*.narrat, qualiter poſtea iterum † ſucceſſit Clemens poſt Lini, & Cleti
18 obitum. Ciriacus tertiò loco renuntiaſſe fertur;cui ſucceſſit Antheros. Poſtea Marcellinus quarto loco ceſſit, necnon Liberius; cui Felix ſucceſsit. Ac iterum aſſumpto eodem Liberio de nouo, & vice ſecunda renunciante aſſumptus fuit Leo nonus; vt ſcriptũ poſt alios reliquit Gomezius in reg. de Infirmis reſignantibus.q.1.n.9. & Ioannes Burgundiæ in ſuo tractatu de renunciatione Papæ; Auguſtinus Triumphus in tract.de poteſtate Eccleſiaſtica.q.4.art.8.

19 Poſtremo Celeſtinus Papa V. † cauſam dedit, vt Conſtitutio illa Bonifatij Octaui, de qua in dicto capitulo primo .de renunciatione.libro ſexto,ſtatueretur.Seu potius, vt ipſa cantat, ne conſtitutio deſuper facta ab eodem Celeſtino quinto per temporis curſum obliuioni daretur, aut in dubitationem deduci contingeret, ipſam inter alias Conſtitutiones ad perpetuam rei memoriam,prædictus Bonifacius redigendam duxit.

Cauſas

20 Causas etiam, quare † supradicti Pontifices renuntiauerint Pontificatui maximo, vide per Flaminium Pariſ. in dicto tractatu. de reſignat. libro ſecundo. quæſtione prima. à n. 11. cum ſequentibus: & rurſus plura dicit lib. 7. q. 5. per totam.

21 Et quamuis hoc rarò † contingat, vt firmat Bonifatius Vitallin. in Clementina ne Romani. §. ſane. num. 39. de electione, & iſte ſit caſu Coruo rarior albo, vt dicit Gomezius in dicta regula de infirmis reſignan. q. prima. num. 9. in principio, & aſſeuerat Mandoſius in procemio regulæ 19. ante finem, quod tales renunciationes de Papatu, vel Imperio receſſerunt ab Vrbe, & Orbe.

Quare, quod antiquis contigiſſe temporibus legimus, non poteſt hodie in modernis
22 Pontificatibus euenire? prout nuper † contigit. Nàm Inuictiſsimus Carolus Quintus Imperator noſter longe ante eius obitum renunciauit Imperio ac Regnis.

Renunciante igitur Papa ſtatim eius Re-
23 gulæ Cancellariæ expirabunt, † quia fuerunt factæ ſuo tempore durature, quod per renunciationem fuit conſumptum, & terminatum, l. ſtatu liberum. 11. §. ſtichum. ff. de legatis 2. l. titia. la prima §. finali. ff. eodem titulo; Decius conſilio 697. ſuperiori anno. numero quarto. & quinto. cum ſupra relatis.

Similiter renuncians habetur quoad hunc
24 effectum pro mortuo. † Rota deciſione 28. de procuratoribus. in nouis. Cardinalis. numero 13. Vitalin. numero tertio. in clementina finali de procuratoribus dicentes, quod dicta clementina finalis, quatenus dicit, quod procurator conſtitutus à Prælato reuocatur
25 per eius mortem, † procedit etiam per renunciationem; gl. per tex. ibi, in c. ſi Epiſcopus. verbo, *mortem*. de ſupplend. negligentia prælatorum. libro ſexto. gl. in c. ſuſceptum. verbo, *non morte*, de reſcriptis. eodem libro ſexto. Anton. de Butrio in c. veniens. numero 27. de renunciatione. Pariſius conſ. 143. numero 19. volumine. 4. Puteus deciſione 354. ſub numero ſecundo, & numero quarto. lib. 3. & conſ. 98. num. 16. lib. 4.

26 Nàm in hoc mors ciuilis † æquiparatur naturali. gl. in c. ſi propter tua. verbo, *vacabit*, de reſcriptis. libr. 6. l. Deo nobis, & ibi Bald. numero octauo. C. de Epiſcopis, & Clericis. Natta conſ. 281. numero octauo. Rota deciſione. 92. numero ſecundo, parte 2. diuerſor. Mandoſ. in regula 30. de veriſimili notitia. quæſt. 7. numero 4. & 5. cum ſequentibus. Flaminius Pariſius de reſignatione. lib. 1. qu. 4. ex num. 6. & ſequentibus, & lib. 10. quæſt. 4. numero 3. Franciſcus Caſtracanus de ſocietate officiorum Roman. Curiæ, quæſtione 73. num. 12. 19. & 28.

27 Pariaque ſunt, Papam obijſſe, † vel Papatui renunciaſſe; vt in ſpecie probantur. in clementina. ne Romani §. ſane, iuncta gl. verbo, *moriente*; de electione. Felin. in c. licèt vndique 3. ſub num 2. ad medium. verſ. *Et ex dicto Bartholi.* de off. delegati.

Et in noſtris terminis, quod Regulæ Cancellariæ expirent renunciatione, ſicut morte naturali Papæ, tradunt Pariſius conſ. 19. *mortuo Epiſcopo*. num. 9. 10. & 11. lib. 4. Mandoſius in regula 30. de veriſimili notitia. quæſt. 7. num. 14. & 15. cum allegatis per eum, Aeneas de Falcon. de reſeruatio. q. 5. princ. §. 1. n. 8.

Eiſdem etiam rationibus idem dicendum eſſet, ſi daretur caſus; (quod Deus auertat)
28 vbi Papa remoueretur, † ſeu priuaretur; vt in terminis conſuluit Geminianus. conſ. 93. ſub numero decimo, verſ. *quod autem tempus Petri Luna expirauerit.* gloſſ. in dicto capitulo ſi propter, verbo. *vacare.* de electio. in 6. Aeneas de Falconibus vbi ſupra d. q. 5. princip. §. 1. n. 9.

Neque obſtat dicere quod regulæ Cancellariæ non ſint leges generales, ex quo, ſunt
29 temporales, & lex debet eſſe perpetua. † l. edita; ibi *perpetui edictui.* C. de edendo. Archidiaconus. in c. Donatum. prima quæſtione ſeptima. numero ſecundo. Nicolaus Milius in ſuo repertorio. verbo, *lex.* verſ. 2. Mandoſ. in reg. 9. q. 5. prope numerum ſecundum.

Quia reſpondetur, quod non eſt de eſſentia legis, vt ſit perpetua; ſed poteſt eſſe tempo-
30 ralis, † & nihilominus erit lex generalis, & generaliter ligabit, quia hoc eſt poſitum in voluntate Principis. tex. in c. fin. in fine. ibi, *noſtris volumus exulare temporibus*. de reſcriptis. lib. 6. d. c. non eſt nobis, & gl. ibi verbo, *donec*. de ſponſalib. l. 1. §. fin. de officio Præfecti Vrbis. gl. per tex. ibi in d. cap. donatum. gloſſ. 2. 1. quæſt. 7.

Ideò non inuenitur tale requiſitũ in c. erit autem lex. 4. diſtinctione, vbi enumerantur decem requiſita, quæ lex habere debeat. cui conuenit l. 8. & 9. tit. 1. Partita 1. & lex 1. tit. 1. libro ſecundo recopilationis. vbi latè, gloſſographi.

Nihil enim refert ad vniuerſalitatem legis,
31 quod lex ſit temporalis; † quia in hoc voluntas condentis attenditur; à qua ſola pendet, quod ſit temporalis, vel perpetua; vt in ſpecie regularum Cancellariæ docuerunt Geminianus in d. conſ. 93. *Clemens.* 7. n. 4. 5. & 6. cũ ſequentibus; Gomezius in procemio regularum q. 2. ſub n. 12. verſ. *non obſtat*.

Ad Archidiaconum cum ſupra allegatis reſpondeo, quod illud reſpicit, quod frequenter
32 contigere ſolet. † Nam à communiter accidentibus lex ſolet eſſe perpetua; tamen ſi contingat fieri ad tempus, nihilominus vinculum generale conſtituet, cum hoc pendeat, vt dixi, ex Principis volũtate. vt Gemi. & Gom. vbi ſup. & ibid. Gome. ſub n. 9. verſ. *& licet dicantur*

regulæ, respondet ad tacitam obiectionem, nempè, quod videantur Constitutiones locales, † cum dicantur Regulæ Cancellariæ. Et numero 13. dicit, sufficere, fieri illarum publicationem in Cancellaria Apostolica, vt ligẽt † extra Curiam prædictæ regulæ. Quæ quamuis, regulæ vocentur, & non leges, nec Capitula, nec Bullæ, nec Canones, nihil refert: quia regula † est idem quod Canon, & Canon Græcè Latinè regula nuncupatur. c. canon. c. regula. 3. distinctione prout & regulæ dicuntur leges, vt in titulo. ff. de regul. Iuris. in quo leges sub illo titulo collocatæ vocantur regulæ.

Dicit etiam Alphonsus Soto glossator antiquus regularum Cancellariæ in proœmio post medium. vers. *& sic istæ regulæ deberent esse perpetuæ*. quod Papa ex humilitate † facit has regulas non perpetuas, sed suo tempore dumtaxat duraturas: vel forte ne nouus Papa reuocet illas.

Alia tamen, & forsan melior ratio adduci † potest; nempè, vt tales regulæ (Papa illarum conditore viuente) magis afficiant, & fortiores fiant. Nam reseruatio hominis, seu Papæ viuentis potentior † est reseruatione Iuris. Calder. cons. 9. ad finem. de præben. Aeneas de Falconibus. de reseruatione 4. p. principali. effectu 18. ante finem. vers. *dicas aliud esse in reseruatione iuris*. Simonet. de reseruatione. qu. 19. Et mitius agitur cum lege, quam † cum homine. l. Celsus. ff. de arbitris. l. 6. titulo. 9. Partita prima, & l. 33. titulo 4. Partita tertia. Felinus in c. statuimus. numero finali, in fine. de maiorit. & obedien. Et in hoc casu adest lex viua, hoc est Papa conditor regularum: & Ius, seu lex mortua hoc est ipsæ regulæ Cancellariæ: & duplex vinculum fortius est vno. capitulo primo. de tregua, & pace. §. affinitatis. Institution. de nupt. cum similibus.

Sic videmus, quod quando in Rota agitur hinc inde super dubio † dando, si altera pars petit dubium concernens aliquam ex regulis Cancellariæ, semper tale dubium ante omnia disputari mandatur, propter regularum maiorem potentiam, & prærogatiuam; ex quo Papa author illarum viuit.

Quapropter quilibet Papa in crastina, & sequenti die † assumptionis suæ de nouo facit prædictas regulas Cancellariæ, ac de nouo publicantur: per quem modernum Papam ad instar phenicis † reuiuiscunt; & veluti aquila, renouantur. Quæ noua promulgatio, ac publicatio non fit ad effectum, vt innoteſcant; cum ferè eædem regulæ semper sint: sed vt dignoscatur voluntas † approbatoria ipsius noui Pontificis, qui si eas tempore assumptionis suæ ad Apostolatus apicem non approbaret, mortuæ remanerent, vt per Gomezium in dicta quæstione secunda proœmiali nu. 13. vers. *verum quia morte Pontificis*. apud quem lector videre poterit alia plura circa hanc materiam. Solum etenim refero, quæ concernunt pro ornatu, & intelligentia Regulæ nostræ 8.

Et intellige, quod tunc dicitur assumptus Papa ad apicem Pontificatus, quando est electus; quamuis nondum † sit coronatus. Dominicus Geminianus per tex. ibi. in c. fin. numero primo. de conceſſ. præbendæ, & ibi glos. verbo, *apicem* gl. verbo, *Pontificatus*. in data libri sexti. ad finem tituli de regulis Iuris, Alphon. Soto *glossator*. antiquus in proœm. regularum, vers. *Ex quibus sequitur*.

Cum igitur ex supradictis appareat regulam istam extingui per obitum Papæ illam facientis, & consequenter cesset reseruatio † mensium per illam inducta. Milius verbo, *reseruatio*. vers. vltimo. Simonet. de reseruatione. quæst. 58. num. 14.

Sequitur quod vacante Sede Apostolica † Episcopi liberè possunt, prouidere beneficia vacantia in omnibus mensibus sine aliqua distinctione; quia tunc sunt obstacula sublata, & omnes menses dicuntur ordinariorum. Caputaq. decisione 86. numero tertio. libro primo. Crescen. decis. 3. numero quarto. de priuilegijs. Pureus decis. 462. In vna Corduben. numero tertio. libro secundo. Gomezius in tracta. de expectatiuis. numero decimo. & 21. in fine. Aeneas de Falconibus de reseruatione. 4. parte. princip. effectu 11. numero secundo, vers. *quartum*. vbi dicit, quod si Sede vacante vnus efficiatur familiaris alicuius Cardinalis, quod illius beneficia non subiacent regulæ 31. de impetran. beneficia per obitum fam. Card. si familiaritas cesset ante nouum Papam, & nouæ regulæ renouationem. Gomezius in regula de impetran. beneficia vacan. per obitu famil. Card. quæst. 20. per totam. Mandosius ibidem, hoc est, super regula 32. gl. 10. numer. 2. & per totam illam quæstionem.

Vnde fuit resolutum, teste Mohedano † decis. 13. de priuil. quod indultum concessum Regi Scotiæ ad conferendum omnia beneficia vacatura, exceptis generaliter reseruatis, extenderetur ad omnes menses anni ex eo, quod de tempore illius concessionis nondum erat ædita regula nostra, & sic non intrabat eius reseruatio.

Ideoque fuit dictum in vna Astoricen. Canonicatus. 18. Martij anni 1551. quod mensis Ianuarij Sede Pontificali vacante † spectabat ad ordinarium; quia mortuo Papa expirat ista regula reseruatoria octo mensium; & illa extincta omnes menses spectant ad ordinarium. teste Caputaquen. decis. 214. numer. 3. 4. & 5. parte 2.

Prout etiam indultum concessum ad conferendum beneficia † vacantia in mensibus

Aposto-

Apostolicis non extenditur ad beneficium vacans in mense Septembris ordinario Sede Episcopali vacante. Rota decis. 442. per totam. par. 1. diuersor.

Quod intellige, nisi contrarium ex materia subiecta, vel verisimili mente † Papæ colligatur, vt fuit resolutum in vna Aretina Canonicatus. 21. Nouembris 1552. coram Guidobono. vbi, cum quis haberet expectatiuam ad primam prębendam vacaturam restrictã ad collationem ordinarij, & ad menses ordinariorum; fuit dictum, quod illa gratia non capit prębendam vacantem in mense Ianuarij sede Pontificali vacante, ea ratione, quia licet vacante sede sint regulę Cancellarię expiratæ per obitum Papæ, & illarum obstacula sublata; tamen quia non est verisimile, † quod Papa intellexisset de mensibus ordinariorum per cessationem dictę regulę reseruatorię per obitum Papę, sed tantum de quatuor mensibus concessis per regulam reseruatoriam; & sic quod non haberet respectum ad vacationem sedis, attento maxime, quod inspiciatur tempus datę, fuit decisum contrarium teste Verallo. decis. 58. p. 2.

Puteus etiam decis. 215. in vna Verdunen. & decis. 222. habebat. lib. 1. tenet cum Rota, quod expectatiua ad menses quomodolibet ordinarios concessa capit menses alternatiuos ordinariorum propter illam dictionem, *Quomodolibet.* † & sic cessante dicta dictione, *Quomodolibet.* sensit Rota contrarium forę tenendum.

Et non solum erunt omnes menses ordinarij ante assumptionem noui Papę, sed etiam antequam faciat † regulas Cancellarię, quę semper solent fieri in die immediate sequenti dictę assumptionis, ita quod si etiam in illo medio tempore ab assumptione, vsque ad factionem regularum, vacaret aliquod beneficium in mensibus alias reseruatis, nullum obstaculum ordinarius habere dicatur. Gemin. cons. 92. *In causa Canonicatus.* ante num. 1. & sub ipso. num. 1. Glosator antiquus in procemio regularum Cancellarię. vers. *Item ponderanda.* Gomezius in dicto procemio. qu. 2. sub nu. 14. vers. *vnde si vacaret.* Et loquens de reg. nostra tenuit Rota decis. 21. n. 6. in fine. lib. 2. p. 3. diuers.

Non tamen est necessaria publicatio † regularum, vt ligent; quia statim ab initio quãdo sunt factę, ligant, quamuis publicatę non sint, & beneficia vacantia in isto tempore intermedio in mensibus Apostolicis, cadunt sub reseruatione, licet alię leges obligare non debeant nisi post duos menses à tempore promulgationis, & publicationis, vt in authẽtico, vt factę nouę constitutiones. §. 1. collatione. 5. gl. verbo. *ante prohibitionem.* in c. 2. de constitutionibus. vbi omnes.

Ratio est, quia reseruatio cum decreto, de qua in nostra regula, est penetrabilior † gladio ancipite, & eius decretũ omnia interiora & occultissima afficit, & adstringit. Aeneas de Falconibus. de reseruatione. q. 4. princip. effectu 1. sub. num. 1. & effectu. 21. per totum. & ligat ignorantes. c. 1. de concess. preben. in 6. Cassad. decis. 1. n. 1. de prębẽdis. Anton. Gabriel. lib. 6. titu. de clausulis. conclus. 3. a n. 1. Puteus decis. 175. nu. 3. lib. 1. Lancellot. de attentat. 2. p. c. 4. limit. 23. num. 13. & plenius dicam in glos. 31.

Item quia in procemio regularum ponitur illa dictio, *Ex tunc.* dum dicit, *Ex tunc, & suo tẽpore duraturas obseruari voluit.* † Ex qua dictione declaratur voluntas Papę, vt non sit necessaria publicatio, vt ligare incipiant, sed quod statim obligent ad effectum nullitatis actus in contrarium gesti: non tamen quoad pœnas incurrẽdas. Abbas in d. c. 2. sub n. 7. vers. *adeo quod si cõstitutio dicat ex nũc.* Feli. ibi sub n. 7. limitatione. 5. & reliqui omnes. gl. verbo. *Ex nunc.* in cl. 2. de hęreticis. vbi late Vitalin. ex n. 23. & omnes ibidem. Et dicam in gl. 65.

Vnde dicit glosator antiquus in d. procemio vers. *Et ex hoc soluo.* quod fuit tentum, esse nullam quandam acceptationem expectatiuæ factam, de beneficio vacãte eadem die qua fuerunt conditæ † regulæ, quamuis post acceptationẽ fuerit sequuta publicatio; nam a principio ligare cœpit. De quo dicit idẽ Glosator, quod dolebat, quia erat causa cuiusdam amici sui Hispani. Et facit quod diximus de collatione ordinaria, & reseruatione concurrentibus in eadem die in §. 3. procemiali. num. 128.

Similiter dicit Gomezius. in d. q. 2. procemiali, quod concluserit Rota in vna Romana Canonicatus Sanctæ Mariæ Maioris coram illo, quod vacatio de quodam Canonicatu S. Mariæ Maioris 14. Octobris. an. 1534. per duas horas post Solis occasum eadem die, qua Paulus III. fecerat regulas reuocatorias expectatiuarum, licet publicatæ † non fuerant nisi die sequenti. 15. Octobris, comprehendebatur sub dictis regulis; & quod ita pronunciauit sententiam dictus Gomezius contra quendam Valerianum, qui acceptauerat eadem die. 14. vigore expectatiuæ quam a Clemente VII. habebat, & in fauorẽ cuiusdam prouisi de prædicto Canonicatu ab ipso Paulo Tertio.

Quorum nihil considerauit † Nauarrus in suo consilio 31. incipit, *quæsitum fuit.* de prębendis. vbi ad fundandum, quod quidam Canonicatus Gienen. qui vacauit die ipsa. 4. Maij. an. 1585. in qua regulæ Cancellariæ Sixti V. & sic regula nostra, fuerant publicatæ; erat reseruatus, non animaduertit; quod regulæ ipsæ fuerant factæ in crastina die assumptionis,

ptionis, videlicet. 25. mensis Aprilis præcedentis, vt ex proœmio ipsarum regularum Sixti V. constat, in quo aderat dicta dictio, *Ex nunc*. nec citat aliquem ex dictis Doctoribus, sed se fatigat in fundando, an illa vulgata quæstio, si dies termini computatus in termino, intret in dicto casu, vel si dictio, A, vel Ab sit inclusiua, vel exclusiua, vt ex lectura dicti consilij. 31. patet.

prima quęst.

Sed nunc primo quæro, quid erit, si beneficium vacauit Sede Papali vacan
60 te † in mense alias reseruato, si sedes non vacaret, & antequam sit alicui collatum, succedat nouus Papa, & faciat istam regulam reseruatoriam mensium, ac intrauit aliquis mẽsis reseruatus; vtrum non obstante nostra regula superueniente possit ordinarius illud conferre?

Videtur, quod sic. Primo quia vacauit sede Pontificali vacante, & de tempore habili, quando nulla aderat reseruatio, vel obstaculum ex supradictis.

61 Secũdo, quia qualitas adiuncta † verbo, debet regulari secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. de noxalibus actionibus. l. ex facto. ff. de vulgari, & pupillari. Simonet. de reseruatione. q. 54. num. 2. Mohedan. decis. 23. n. 1. de præbend. Igitur, si tempus vacationis, quod inspici debet, consideramus, nulla prohibitio reperitur.

Tertio, quia nostra regula solum reseruat
62 beneficia vacatura, † & non vacantia, ponderando illa verba, *Quomodocumq; vacatura*. & sic non capit vacantia de tempore reseruationis: nam dispositio loquens circa futura, præterita, nec præsentia comprehendit. l. solemus. 9. ff. de conditionibus, & demonstr. l. nouissima. ff. iudicatum solui. l. si ita scriptũ. 45. §. fin. ff. de legat. 2. cum alijs pluribus congestis per Oldradum. cons. 310. *thema tale*. num. 2.

Quarto, quia dicta verba sunt tanto magis restringenda, cum reseruatio sit in præiudi-
63 cium ordinariæ † potestatis. Rota decis. 1. n. fin. de prębendis. in antiquioribus; Mohed. decis. 9. num. 2. de præben. Mandos. in reg. 1. q. 1. n. 4. & sequentibus.

Quinto, quia hoc corroboratur ex intentione Papæ, quæ colligitur ex verbis nostræ regulæ. argumento. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonstr. cum similibus.

PRO contraria sentẽtia vigent fortissima fundamenta. Primo, quia si de tempore promulgationis nostræ regulę beneficium nondum erat prouisum, sed vacãs, dicetur etiam
64 in futurum † vacare. Nam verbum, *erit*. interdum etiam præteritum, nec solum futurum tempus demonstrat. l. verbum erit. 123. ff. de verbor. significatione; & ibidem latè Horatius Mandosius in repetitione, quam super illa lege facit. Et verbum, oportebit, tam præsens, quam futurum tempus significat. l. verbum, oportebit. §. fin. eod. tit. de verbor. significatione l. Titius. 25. §. Lucius. ff. de liberis, & posthumis. gl. verbo, *sede*. in c. si Paulus. 32. q. 5. Roman. cons. 333. *quoad primum*. num. 3.

65 Item, quia verbum, *vacabit*. capit † etiam beneficium vacans. Nam ex quo vacat tempore datæ nostræ regulæ, & in futurum ab illo puncto vacabit. gl. verbo, *notitia*. vers. *fateor tamen*. in clemen. prima. §. secus. de conces. præben. quæ est omnibus communiter recepta, vt post omnes tradit Vitalinus ibidem, num. 36. cum quatuor sequentibus. Milius in repertorio. verbo, *verbum futuri temporis*. Oldradus cons. 310. num. 4. vers. *non obuiat*. Felin. in c. ad hæc. sub numer. 2. vers. *adde etiam*. de rescriptis. Aeneas de Falconibus in tractat. de reseruatione. q. 4. principali. effectu. 10.

66 Sic etiam hoc verbum, *vacatura*. † in materia reseruationis capit tunc vacantia. gl. in c. si postquam. 12. verbo, *postmodum*; & verbo, *vacaturam*. de præbendis. lib. 6. & Geminianus ibi num. 6. ante fin. Francus. num. 4. & reliqui scribentes. Alexander cons. 136. in causa. nu. 5. lib. 5. Idem in d. l. Titius. 25. §. Lucius. nu. 7. post Baldum, Castrensem, & Imolam ibidem. & Ias. nu. 11. in eod. §. Lucius. Bald. in c. constitutus. num. 17. de rescriptis; Decius cons. 233. *viso tenore*. sub n. 4. vers. *Et videmus, quod si Papa*. Mandosius in regula 26. de vacaturis post promotionem in proœmio. n. 3. & 4. Simonet. de reseruat. q. 74. per totam. Aeneas de Falcon. d. q. 4. effectu 13.

Et quamuis dicta glossa in clem. 1. in verb. *notitia*. ad finem. de concessione præbendæ dicat, in primis esse considerandam mentem
67 † Papæ, vt sub verbo futuri tẽporis comprehendatur præteritum, vel præsens, vel non comprehendatur. Vitalin. num. 38. ibidem. Alciat. in d. l. verbum, *erit*. ff. de verbor. significatione. In nostro casu videtur, quod tanto magis ex mente Papæ verbum vacatura capit vacãtia propter rationes proœmiales nostræ regulæ. *Vt commodius possit prouidere pauperibus, clericis, & alijs benemeritis personis*. ex quibus verbis proœmialibus declaratur voluntas. l. fin. ff. de hęred. instituend. Gomezius in reg. de annali. q. 1.

Item, quia cum Papa modernus restituat ad primum statum, ac reuiuiscere faciat hãc regulam, non est dubium, quod sit suæ intentionis, †
68 vt restitutio, & reuiuiscentia fiat meliori, & ampliori modo, quo sine lesione alterius possit. Ad tex. in l. 3. ff. de milit. testam. & tradita per Alciatum de præsumption. regula. 3. præsumptione. 36. num. 5. & per totam. Puteus decis. 278. Patiens. numer. 6. lib. 1. Et eo magis, quia nostra regula est fauorabilis. vt §. sexto sequenti dicemus.

Baldus

Baldus etiam in d. cap. constitutus. num. 17. & Imola, ac alij allegati per Mandos. vbi supra sub d. num. 4. faciunt quandam distinctionem. An Papa habeat notitiam vacationis, & tunc non censeatur intellexisse de vacantibus: aut illam ignorabat, & tunc comprehendatur.

Verumtamen in casu nostro talis distinctio admitti non debet: tum quia reprobatur per Alexan. in d. l. Titius. §. Lucius. nu. 7. ff. de liberis, & posthum. Simonet. d. q. 74. nu. 2. cum alijs.

Tum etiam quia in nostro casu esset impos 76
sibile, quod Papa haberet notitiam benefi-
69 ciorum in toto Orbe vacantium; † & sic destruerentur omnia supradicta.

Tum denique quia, si sciret, eo ipso, quod
70 non declarat † reseruationem non extendi ad beneficia vacantia, sed potius apponit verba apta cõprehendere beneficia tunc vacantia, tanto magis tali casu includerentur: nam si aliud voluisset, expressisset. l. apud Labeonem. §. ait prætor. vers. *ea enim.* ff. de iniurijs. cap. ad audientiam. 12. in fine. de decimis.

71 Cæterum prædictis non obstãtibus in †primam sententiam procliuior sum, ex rationibus pro prima parte adductis, & adducendis in gl. 11. super verbo, *vacatura.* art. 4. vsque ad 77. & in gl. 24. q. 6. no. 112. vbi ad contraria respondebo.

Verum quidem est, quod Episcopi, & alij Inferiores ordinarij semper sunt ita vigiles,
72 & diligentes † in prouidẽdo de beneficijs vacantibus, quod vix dabunt locum, vt iste ca-
73 sus contingat. Semper enim prodest † diligentia. c. dilecto in fine. de verborum significatione. l. Pupillus. 24. in fine. ff. quę in fraudem creditorum. Et iste casus superadditur alijs. 31. casibus congestis per Gomezium in regula de triennali. qu. 28. ex §. hactenus. vsque ad finem, in quibus prodest diligentia.

74 Adiungo, quod aliquando † Papa solet in hac regula 8. reseruare non solum beneficia vacatura in octo mensibus Apostolicis, sed etiam, quę prius vacauerant, vt fecit Gregorius XIV. qui ad nostram regulam post illa verba, *Vbicunq; existentia.* addidit verba hęc *A die assumptionis suæ videlicet quinta Decembris anni præfati ab Incarnatione Domini. 1590. inclusiue per totum annũ præfatum. sequentibus verò annis. &c.* Dicta tamẽ reseruatio de beneficijs, quę vacauerant non solum non capit beneficia iam prouisa, & plena; sed neque compre-
75 hendit beneficia † iam absenti collata, & non dum acceptata, seu de quibus electio, seu prę sentatio fuit facta, vel ad quę Ius ad rẽ alias competeret alicui. c. si eo tempore. 45. de electione. in 6. Rota decis. 17. num. 1. de prębend. in nouis. Geminianus. n. 7. & 17. Francus. n. 14. in cap. si tibi absenti. de prębend. lib. 6. Simoneta de reseruat. quæst. 17. per totam, & in specie tradit Glossator antiquus. in reg. 9. Cancellarię post principium. vers. *Ex quo infertur.* Ac ratione dictorum verborum in illa regula additorum non modicę lites ortę fuere, quarum nonnullę adhuc durant.

Secundo quæro, quid erit è conuerso, si ante obitum Papę vacauerat beneficium in mẽse reseruato, & Papa morte pręuentus illud non prouidit; † an per obitum Papæ cessauerit reseruatio, ita vt Episcopus, vel alius ordinarius valeat disponere de illo?

Primo videtur, quod ordinarius possit illa conferre; quia reseruatio nostrę regulę est li-
77 mitata vsque ad beneplacitum Papę, † quod eius obitu extinguitur. c. si gratiose. de rescriptis. lib. 6. cum supra allegatis.

Vnde spirante regula, & cessante reseruatione † intrat dispositio Iuris communis, &
78 Episcopus potest conferre. Puteus decis. 492. num. 3. lib. 2. Crescentius decis. 3. num. 4. de priuilegijs. Parisius. cons. 18. *ad resolutionem.* ex n. 7. lib. 4.

Nec obstat si dicatur, quod ex quo benefi-
79 cium fuit semel † reseruatum, semper durat reseruatio, etiam si causa reseruationis deficiat, ita vt non possit venire ad manus inferioris, donec Papa de illo disponat. Rota decis. 13. & decis. 21. num. 2. de præbendis. in antiquis. & decis. 10. & 12. eodem titulo in nouis.

Quia hoc procederet, vbi reseruatio esset
80 simpliciter † facta: secus tamen quando est restricta, & limitata ad certum tempus, nempe ad beneplacitum, & vitam illius Papæ. Nicolaus Milius in repertorio. verbo, *reseruatio.* vers. vltimo. Geminianus. cons. 93. num. 14. Parisius. d. cons. 18. num. 7. cum sequentibus. lib. 4.

Sic etiam disputat, & resoluit Gomezius in regula de infirmis resignantibus. qu. 32. quod si facta renunciatione per infirmum in manibus Papę ante præstitum consensum Pa-
81 pa moritur, & infirmus ex eadem † infirmitate postea decedat infra viginti dies post præstitum consensum, non habet locum illa regula, quia eius dispositio, & obligatio expirauit morte Papę.

Quibus addo bonum textum in c. si Apostolica. † 35. de prębendis. lib. 6. vbi probatur,
82 quod ad effectum, vt ordinarius nõ sit impeditus conferre beneficium curatum, paria
83 sunt † incepisse vacare Sede Apostolica vacante, vel ante obitum Papę, si de illo in vita nõ disposuit. &c. pręsenti de off. legati. in 6.

Breuiter dico, quod veritas est in contrarium. Nam habemus legem expressam hoc dispo-

disponentem, & sic cessat omnis Iuris dubitatio. l. ancillæ. C. de furtis. l. illam. C. de collationibus.

Ista autem lex est regula. 10. Cancellariæ dicens in hæc verba:

Item declarauit † omnium, & singularum Cathedralium, & Monasteriorum prouisiones, quas prædicti prædecessores sui, ordinationi, & dispositioni eorum, necnon omnia, & singula beneficia Ecclesiastica, quæ dicti prædecessores, etiam prædictæ dispositioni cum interpositione decreti reseruarunt, quæ quidem Ecclesiæ, & Monasteria, nec non sic reseruata beneficia tempore obitus eorumdem prædecessorum vacabant, &c. remansisse, & remanere per huiusmodi reseruationem, & decretum affecta; nullumque de illis præter Romanum Pontificem ea vice se intromittere, vel disponere potuisse, siue posse quoquo modo, &c.

Quæ regula habet quandam conformi-
85 tatem † cum extrauaganti. ad Romani. de prębendis. inter communes, vt tradit Mandos. super dicta regula Cãcellariæ. quæ alias est 9. quæst. 5. & 6. Simonet, de reseruatione. qu. 57. & 58. per totas. Gambarus in tract. de Legato. libro tertio. nu. 180. cum sequentibus.

Et in hoc casu intrat. dicta vulgaris sentẽtia, quod beneficium semel affectum semper durat affectum. Rota decis. 12. & decis. 13. de prębendis. in nouis. cum alijs supra allegatis. Et hanc esse maximam, & regulam in Rota ritissimam, dicit Geminianus in supra allegato cons. 93. num. 16.

Nam, quamuis expiret regula reseruato-
86 ria, non tamen expirat † regulæ effectus cau satus ante obitum Papę. Mandosius in d. reg. 9. quęst. 9. n. 5. in fine.

Nec obstat, si dicatur, quod, si hoc est verũ eadem ratione, quamuis beneficia vacare incipiant post obitum Papę Sede Apostolica vacãte in mensibus alias Apostolicis, semper erunt reseruata, & sic esset contra id, quod supra diximus.

Quia respondeo, diuersissimam esse rationem. Nam quando beneficium vacabit viuente Papa in mense Apostolico, iam incidit
87 † in reseruationẽ, quę semper durat, vt in Iuribus proximè allegatis, ita vt dici non possit quod cessauit causa, ex quo effectus fuit iam
88 consummatus † per vacationem in mense Apostolico regula viuente, vt dicit Simonet. in d. q. 58. n. 15. Nam ad effectum reseruationis inspicitur tempus vacationis. Cassadorus decis. 8. num. 9. & numer. 12. in fin. de prębẽdis. Et quia licet regula expiret quoad inchoandum ex ea nouas reseruationes, non
89 expirat quoad reseruationes † iam inductas. Geminian. d. cons. 93. n. 16.

At vero secus est, quãdo beneficiũ vacabit de tempore, quo regula reseruatoria nõ erat
90 in rerum natura; † sed fuerat cum Papa conditore sepulta, & ius commune vigebat. Nam
91 tũc nunquam beneficium † incidit in reseruationem; nec erat aliquis sequutus effectus, nec inchoata reseruatio, & ideo prouisio spectat ad ordinarium. Geminian. d. cons. 93. n. 15. vbi ponit hoc exemplum. Quod si mortuo Papa vnus intrat in familiam vnius Cardina-
92 lis, † & exiuit antequam nouę regulę per nouum Papam constituantur; quod tunc beneficium istius non erit reseruatum, nec subiacet regulę. 31. de impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium. Caputaquen. decis. 86. num. 3. lib. 1. & Crescentius. decis. 3. num. 4. de priuilegijs. cum alijs superius citatis. Paris. cons. 18. ad reseruationem. n. 14. lib. 4.

Et hoc etiam insinuat dicta regula 10. dum solum declarat, durare reseruationem beneficiorum vacantium de tempore obitus Papę, & sic à contrario sensu sentit, aliud esse in
93 beneficijs vacantibus post obitum Papę; † vt benè animaduertit glosator antiquus super eadem regula, quę tunc erat nona. vers. *Et ex hoc infero à contrario sensu.*

Vnde in nostro casu nõ intrat dicta regula trita, quod beneficium semel affectum semper remanet affectum; quia nunquam fuit affectum, ex quo non vacauit, nisi post obitum Papę, quando nulla erat regula, nec obstaculum, & ad hoc vt beneficium dicatur reseruatum, vel non, consideratur tempus vacationis. Rota decis. 774. num. 3. & 10. p. 3. diuers. & nuper dixi. n. 88.

94 Et ita est intelligendus † Nicolaus Milius in suo repertorio. verbo. *Reseruatio facta per Regulas Papæ.* paulò ante citatus, dum dicit in fine, quod reseruatio limitata finitur, finito tempore. Nam aliter eius doctrina vera non esset per supradicta.

Tertio quæro cum superius dixerimus, quod Episcopus potest liberè conferre beneficia vacantia Sede Apostolica vacante, vtrum collatio facta ab Episcopo de beneficio vacante post obitum Papę in mense alias reseruato, qui tamen re vera non erat propter obitum Papę, valeat
95 quando mors Papę verisimiliter † ignorabatur ab eodem Episcopo? Quęstio est satis pulchra, & vtilis, & in hac materia à nemine, quem ego viderim, tacta. pulchra quæstio.

Pro parte negatiua vrget in primis regula cancellarię. 29. de verisimili notitia, quę
96 regula habet etiam locum † in collatione ordinariorum, vt tradit Gomezius ibidem. qu. 1. vbi in fine refert, sæpius ita Rotam iudicasse. Puteus decisione. 244. in principio. libra prima.

Secũdo facit tex. in l. si absenti. 38. ff. de acquir.

quir. possess. vbi probatur, quod si absenti scribatur quis scribat, vt in libertate moretur, non
97 eius fuit mentis, vt statim libertatem † consequatur; sed voluntatem suam conferri intempus, quo certior seruus factus sit. vbi Bar. & n. 2. Iaf. nu. 47. & communiter omnes plura in proposito notant.

Tertio facit tex. in l. fin. C. de consulibus lib. 12. vbi statuitur, quod filius familias electus † in dignitatem Patriciatus liberatur
98 à patria potestate statim ab Imperialibus codicillis præfatis. Et ibi inquit gl. verbo, *præfatis*. ideſt, præsentatis sibi litteris electionis.

Quarto vrget tex. in c. 2. vers. *nec obstaret*. ibi, *quia in priuilegijs, & indulgentijs seu concessionibus specialibus secus extitit in quibus sufficit quoad illorum, quibus cõceduntur, notitiam peruenisse*. de concess. præbend. lib. 6. Et quamuis ista sint verba narratiua partis allegantis, attamen apparet ex fine illus tex. Pontificem Maxi-
99 mum pro illa parte † rescribere, atque ita in eis fundamentum constituere.

Quinto accedit doctrina Bartoli in l. fin. num. 4. ff. de constitutionibus Principum. vbi tenet, quod non acquiritur priuilegium priui-
100 legiato, † nisi a tempore scientiæ.

Sexto, quia commissio, & Iurisdictio data
101 ignoranti † non prodest illi, nec potest exercere Iurisdictionem, non solum ante scientiã, sed neque ante præsentationem. Rota decis. 8. de off. delegati. in nouis. num. 1. & per totam. & decis. 4. num. fin. eod. titulo. in antiquis. Rota decis. 21. à num. 3. & per totam. de concess. præbend. in nouis. Felin. in c. fin. nu. 37. de præsumptionibus. Crescentius decis. 5. nu. 4. de fide Instrumentorum. Caputaq. decis. 284. num. 3. p. 2. Puteus decis. 285. num. 31. lib. 3. Achilles de Grassis. decis. 2. nu. 1. & sequentibus. de officio delegati.

Sicut nec prodest mandatum ante acceptationem, & receptionem. † Rota decis. 7. de
102 procuratoribus in nouis. Lancellot. de attẽt. par. 2. cap. 10. n. 27. Flamin. Parisius de resignatione. lib. 7. q. 11. ex n. 16 & sequentibus. vbi idem dicunt de resignatione.

Præterea, quia Vicarius Episcopi, quamuis per obitum Episcopi expiret eius Iurisdi-
103 ctio; tamen ante scientiam † dictæ mortis potest beneficia conferre. si conferendi potestatem habebat, & erit collatio valida. Rota iuncta additione Papazoni decis. 1. n. 4. de officio Vicarij in nouis. Mohedan. decis. 29. num. 1. & 2. de renunciatione. Puteus decisione. 370. *In vna laccen.* lib. 2. vbi idem dicit in legato. Flaminius Parisius de resignat. lib. 7. q. 24. à n. 33. & sequentibus. vbi plura, Lancellot. vbi supra. num. 29. & 30.

104 Similiter licentia concessa † ad testandum, vel fundandum maioricatum non prodest ante scientiam illius, vt plenè per Molinam de Hispanorum Primogenijs. lib. 2. c. 7. num. 67. & 69.

Possem etiam pro ista parte adducere alia sexcẽta, quæ tradunt Doctores in supradictis locis, & Tiraquel. in tractatu de Iure constituti. 3. p. limitatione. 30. per totam. Menochius de arbitrarijs. lib. 3. casu. 185. à num. 30. vsque ad 50. Ioan. Gutierrez in allegatione. 3. per totam. Rota decis. 14. per totam. p. 2. diuers.

Accedit etiam, quod Episcopus, cum non habeat notitiam de morte Papæ, & sibi constet de reseruatione nostræ regulæ, non posse
105 videtur excusare malã fidem † in conferendo, cum faciat contra expressam legem. cap. qui contra Iura. 82. de regul. Iuris in 6. cap. non satis. de simonia. cum similibus. Et propterea tanto minus talis prouisio mala fide, dolo, ac fraude fabricata sustineri potest. cap. 2. ante finem. de dolo, & contumacia. l. 1. ff. de dolo malo.

Præsertim, quia vt plurimum attenditur
106 magis, quod est in opinione, † quam quod est in veritate. l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætoris. c. Siscitatus. de rescriptis. latissime. Anton. Gabriel. in titulo de probationibus. conclus. 8. à num. 1. & per totam. Palatius Rubeus in rubrica de donationibus inter virum, & vxorem. §. 36. num. 1. & sequentibus. Rota. decis. 2. de filijs Presbyt. in nouis. num. 9. Mohed. decis. 5. num. 3. de appellationibus.

Pro parte verò affirmatiua, & sic pro validitate talis collationis adduco sequentia.

Primo expressam Rotæ decision. 36. de præbendis. in antiquis. disponentem valere prouisionem de beneficio re vera vacante; quamuis tam collator, quam ille, cui confer-
107 tur, ignorent † vacationem. Quæ decisio sequitur opinionem Io. Monachi in c. si tibi absenti. num. 5. & 6. & ibidem Philippus Probus. num. 5. 6. & 7. & plenius Dominicus Geminianus, num. 9. cum sequentibus. de præbendis. lib. 6. Mandos. in regula 3. quæst. 1. num. 2. Igitur, cum re vera Papa esset defunctus de tempore vacationis, licet Collator ignoret, debet tenere collatio.

Secũdo adduco tex. d. c. si tibi absẽti. 17. de præbendis. lib. 6. vbi probatur, quod tali modo sit efficax, & valida collatio beneficij fa-
108 cta absenti, & ignoranti; † vt collator nullatenus possit illã reuocare, nec alteri tale beneficiũ cõferre. tex. etiam in c. gratia quam. 7. ibi, *tibi absenti, & ignoranti collatio*. de rescriptis. lib. 6. Couar. lib. 3. variarum. cap. 16. num. 1.

Tertio, quia in beneficialibus opinio sẽper
109 cedit veritati. † Rota decis. 4. num. 4. de officio delegati. in nouis. Philippus Probus in d. cap. si tibi absenti. nu. 5. Anton. Gabriel.

plures

plures referens in conclusione. 8. sub titulo, de probationibus. num. 34. Aegidius decis. 559. Felin. in c. suscitatus. num. 12. de rescriptis. Curtius Iunior cons. 63. n. 11. Rota decis. 435. n. 1. p. 1. diuers.

Quarto facit doctrina Bartoli in l. fin. n. 5. ad finem. C. de sententiam passis. dicentis restitutum à Principe statim, antequã ad eius
110 notitiam† perueniat gratia restitutionis, gaudere eodem restitutionis beneficio in se collato. Vbi idem dicit de libertate per testatorem data, per l. eius qui in prouincia. §. fin. ff. si certum petatur. Et dicit Puteus in decis. 175. num. 3. lib. 1. quod priuilegium habens decretum irritans, operatur ante certificationem, & ligat ignorantes.

Sic etiã dicit Matthæus de Afflictis decis. Neapolitana. 178. in causa. sub. n. 7. post Innocentium ibi allegatum in c. tua. num. 9. ad finem. de cohabitatione Clericorum. quod, si
111 Iudici non fuit † notum, notorium, & Iudex ferat sententiam, antequam probetur, quod factum, sit notorium valet sententia. Anton. Gabriel. lib. 7. de delictis. conclus. 12. numer. 7.

Prout etiam sustinetur processus factus per contumaciam, & audientiam contradictarum, quamuis tunc non constet de contu-
112 macia, quæ aderat in rei veritate, si tamen post sententiam probetur. † Rota iũcta additioue. Papaz. decis. 2. n. 27. de rescript. in nouis. Puteus decis. 391. *voluerunt Domini.* p. 2. diuers. Mandos. in reg. de annali. quæst. 31. num. 1. & 10. Vestrius in praxi. titulo de dolo, & contumacia. lib. 4. cap. 4. num. 5. vbi alia plura in proposito adducunt. Conducit etiam; quia possessio capta per procuratorem acquiritur ignoranti. Vt dixi in gloss. 6. num. 157.

Similiter tenet sententia, quamuis mandatum procuratoris non producatur, nec de il-
113 lo constet; si tamen in rei veritate erat † concessum, & postea ostendatur. Puteus. decis. 383. *Procurator.* num. 11. lib. 2. Aym. cons. 108. num. 1. & per totum. Vantius de nullitate ex defectu mandati. n. 118. Crescen. decis. 4. de procuratoribus. Achil. decis. 6. num. 2. eod. titulo.

Quinto, quia absolutio à censuris prodest
114 ignoranti, † quamuis scientiam illius non habeat. Archidiaconus in c. quanto. num. 6. & ibidem Geminianus. 2. quæst. 4. Et fuit resolutum in Rota in vna causa Calciaten. Canonicatus. 6. Maij. 1589. Coram R. P. D. meo Seraphino Rotę Decano. vbi fuit dubitatum, an teneret prouisio de quodam Canonicatu
115 vancante, facta à Capitulo † Calciaten. in mẽse ordinario, in personam Ferdinandi de Palatios, ex eo, quod constabat fuisse suspensum Capitulum ante dictam prouisionem, & quod licet in Curia fuisset dicto Capitulo iam concessa absolutio de tempore factę prouisionis, tamen dictum Capitulum illius notitiam habere non poterat? Et Rota resoluit pro validitate collationis ex eo, quod dicta absolutio suffragabatur etiam ante habitam illius notitiam.

Sexto, & vltimo, quia reseruatio facta, præ
116 sertim cum decreto irritanti, † ligat etiam ignorantes ita vt prouisio facta ab ordinario ignorante, & bonam fidem habente, & in Iure communi suam intentionem fundante, sit ab ipso Iure nulla stante dicta reseruatione, c. si eo tempore. 45. & ibi gloss. verbo, *ignoranter.* de electione. lib. 6. cap. 1. cap. si soli. de conces. præbend. eod. libro. plenè Anton. Gabriel. titulo de clausulis. concluſ. 3. ex nu. 1. Mandos. in additione ad Lapum, allegatione. 14. sub littera D. Simonet. de reseruatione. quæst. 96. num. 7. & quæst. 99. num. 5. Caputaquen. decis. 249. num. 3. par. 1. & decis. 1. numer. 2. par. 2. & paulò superius tetigi.

Sicut igitur reseruatio ligat prorsus ignorantes; ita pari ratione reseruationis extinctio per mortem Papæ causata, suffragari de-
117 bet ignorantibus: † cum contrariorum, &
118 correlatiuorum eadem sit † ratio. tex. in principio. Institut. de tutelis, & ibi glos. verbo, *ita enim. §.* 1. Institut. de his, qui sunt sui, vel alieni Iuris. Et omnis res per quascumque causas nascitur per easdem dissoluitur. l. nihil tam naturale. 35. ff. de regulis Iuris. cap. 1. eo titulo in decretalibus. Et quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito. l. & si contra tabulas. 35. ff. de vulgari. cap. secundum. 8. q. 1. Et lex loquens in vno ex correlatiuis habet locum in alio. l. final. C. de indicta vidui tate tollenda; latissime per Anton. Gabriel. lib. 6. titulo. de legibus. conclusione. 3. correlatiuorum à n. 1. & per totam.

Denique suffragatur regula nostra dum dicitur in fine, quod Episcopi incipiant vti alternatiua, statim post recognitionem a Datario factam, ac dicam in gl. 65. illatione. 8.

119 Ex quibus hęc vltima opinio mihi magis placet † vt talis prouisio ordinarij (ignorata morte Papæ) in mense reseruato facta, teneat, & sit valida. Et fere in terminis ita dicit, & tenet Glossator antiquus regularum Cancellariæ. in regula. 9. vers. *Et hanc credo fore veritatem.* vbi postquam firmat reseruationes per regulas inductas extingui per obitum Papæ, asseuerans hanc esse veritatem, subiungit hæc verba. *Ideo si starem in partibus, & vacaret ibi Ecclesia Cathedralis, † consulerem quod Canonici eligerent, & Archiepiscopus confirmaret, quia tunc orte Papa esset mortuus, & valeret electio, & confirmatio per*

prædi-

prædicta, & si essem Canonicus, eligerem. Ita idem glossator. Ad quod vide, quę dixi supra in §. 3. procem. ex num. 11.

121 Quapropter nonnulli Episcopi † solent facere similes prouisiones de beneficijs in mẽsibus reseruatis vacantibus, moti ex eo, quod tũc fortè Papa esset mortuus, & sublata esset de medio reseruatio. Nollem tamẽ, quod hoc prętextu sic prouisus intruderetur; & quamuis postea constet de superuiuentia Papę, in intrusione, & peccato perseueret; vt latius dico in §. 7. super declaratione Constitutionis Pij IV. 142. in princ. n. 8. & sequ.

Neque obstat regula de verisimili notitia: quia loquitur in diuerso casu, scilicet; de no-

122 titia † obitus illius, per quem vacat beneficium; nos autem versamur in obitu Papę, per quem beneficium non vacat, sed impedimentum reseruationis remouetur. Et ideò cum dicta regula sit exorbitans, non egreditur suos terminos, nec extenditur de casu ad casum. Mohed. decis. 30. de prębend. numero primo, per totam. Puteus decis. 252. *in dubio*. numero primo, & per totam. lib. primo. Mandosius super eadem reg. quęst. 8. num. 3. & sequentibus, dicentes, ideo non extendi ad pręsentationem Patroni, sicut non extenditur ad beneficium vacãs per resignationem. Cassadorus decis. 29. super regulis Cancellarię.

123 Prętерea fundamentum, & ratio † dictę regulę est, ne detur locus fraudi, nec voto captandę mortis. Gomezius in procemio dictę regulę. numer. 2. Puteus decis. 280. numer. 4. in fine lib. 2. Quæ rationes cessant prorsus in hoc casu.

Minus obstant, quę dixi de priuilegio concesso, libertate donata, & officio collato, iurisdictione, mandato, & similibus. Quia vltra alias responsiones, quę possunt capi ex Doctoribus supracitatis, nos non sumus in isto casu, in priuilegio, nec donatione, nec iurisdictione concessis; cum illis non indigeat Episcopus, sed de iure communi habeat intentionem fundatam, ac vigore iuris communis prouideat; & sic nihil illi datur, nec conceditur. Cassadorus decis. 3. num. 2. & per totam. & decis. 5. nu. 3. de priuil. Puteus decis. 215. num. 5. lib. 1. & decis. 226. num. 2. lib. 3. Mandosius in regula 11. quęst. 11. n. 3. & 4. & dixi in gloss. 43.

124 Comprobatur claro exemplo † tradito per Ioannem Monachum in capit. cum aliquibus. sub numero tertio in fine. Ioannem Andream numero primo post medium, Archidiaconum, & alios ibidem. de rescriptis libro sexto. Cassadorum decis. octaua, num. 5. ante finem. de prębendis. & Gomezium in reg. de non tollendo. quęst. 16. post principium. de homine ligato pedibus, vel manibus. Nam si talis ab aliquo dissoluitur, & solutus scribit, vel ambulat; non per hoc dicitur scribere, vel ambulare ministerio dissoluentis, sed ille idem ex se hoc facit, licet si dissolutus non fuisset, minime scriberet, vel ambularet. Sic in nostro proposito per remotionem regulę huius, nihil conceditur Episcopis, sed solum tollitur ligamen per illam causatum, & Episcopus qui prius habebat manus ligatas, & nunc solutas, nititur iure communi, & ex se prouidere potest, non alterius ministerio.

Priusquam ab hoc §. recedam, reminisci me oportet de egregio textu in capit. si Apostolica. 35. de prębendis. libro sexto. quem supra per transennam tetigi; qui textus loquitur de prouisionibus Parrochialium, sede Apostolica vacan

125 te, & dicit, *si Apostolica Sede vacante † aliquas Parrochiales vacare de cætero contigerit, apud ipsam, statuimus vt de eis (ne ipsarum vacatio diutina periculum valeat animabus afferre) per eos, ad quos pertinet, possit libere ordinari, constitutione fel. record. Clementis Papæ prædecessoris nostri de beneficijs apud Sedem ipsam vacantibus, per alium, quam per Romanum Pontificem, minime conferendis, vel alia quauis contraria super hoc edita, non obstante. Idem volumus, & de illis, quæ ibidem ipso Romano Pontifice viuente vacabunt, si de ipsis per eum ante ipsius obitum non fuerit ordinatum.*

Agitur plene de materia pulchri textus in c. fi. Apostolica de prębendis. lib. 6.

Per quem tex. limitatur, & declaratur

126 † text. in capit. secundo. eodem titulo, & libro. Nam, cum ibi sit dispositum, quod omnia beneficia vacantia in Curia, sint Papæ reseruata, & ista reseruatio sit fortior omnibus, cum sit clausa in corpore iuris, vt per Cassadorum decis. vigesimatertia. numero octauo de prębendis. Gomezium post alios in regula de triennali. quæstione trigesimaprima, numero decimonono. vbi ponit septem speciales effectus huius reseruationis. & dicam in gl. 13.

Venit dictum capitulum si Apostolica. limitando dict. capit. secundum, vt non procedat quoad beneficia curata vacantia in Curia, Sede Papali vacante, nec quoad illa, quæ vacauerunt ante obitum

127 Papæ, si de ipsis per eum † ante ipsius obitum non fuerit ordinatum, & sic tali casu Episcopus potest libere conferre, & prouidere Ecclesias Parrochiales, absque aliquo reseruationis impedimento, & hæc constitutio habet multum æquitatis; vt Ioannes Andreas ibidem in principio, & Ancharan. dicunt.

128 Et non inuenio, quod sit derogatum † in aliquo, dispositioni dict. capit. si Apostolica per extrauagantes, vt dicit Abbas Lapus in dict. capit. si Apostolica. numer. 1. in fine

Geminianus ibidem numer. 6. ante finem, vbi referunt plures constitutiones, quæ emanarunt super reseruatione vacationis in Curia, & ampliatione d. c. 2. de præben. libr. 6. quas etiam memorat. Mandos. super reg. 5. Cancellariæ. in procemio. num. 1. & 2.

Non enim sufficit, quod de nouo fiat lex, vel constitutio disponens, quod quæcunque beneficia vacantia in Curia, etiam curata, sint reseruata; ita vt nullo casu liceat Ordinario de illis disponere, nisi speciaIZ9 liter † exprimeretur de parrochialibus vacantibus in Curia, Sede Apostolica vacante, ita vt casus d. c. si apostolica specialiter comprehendatur: ratio est, quia nunquam noua lex quantumuis generalis comprehendit ca- 134 sus speciales legis antiquæ. glos. prima in l. 3. C. de silentijs. lib 12. glos. prima. in l sciendam, vers. 2. *an sit hodie correcta*. ff. qui satisdare cogantur, & Ias. ibidem. num. 5. inquit, semper illam glossam allegari, ad hoc, quod lex generaliter corrigens, non corrigat casus speciales legis antiquæ; & esse communiter approbatam, testantur Ioannes Crot. ibidem num. 6. Ias. in l. 1. num. 9. ff. solut. matrimonio. Anton. Gomezius. in l. 9. Tauri. num. 10. Rodericus Suarez in l. 2. in principio, num. 3. ti- 135 tulo, *de los emplaçamientos*. lib. 2. fori; Cassadorus decis. 6. num. 11. super regulis Cancellariæ, Ioan. Guttierrez in quæst. practica. 96. lib. 2. Pelaez in tractatu de Primogenijs. prima parte qu. prima. num. 25. Rota decis. 75. num. 14. parte 2. diuersorum. Simonet. de reseruatione q. 87. num. 2. Puteus decis. 213. in causa Augustana. num. 4. lib. 1. cum alijs allegandis in gl. 5. §. 3. de Vicarijs, vers. *quoniam nulla lex quantumuis generalis*. ex num. 65.

Et hoc ampliatur, quamuis lex noua loquens in terminis iuris communis excipiat I30 aliquos casus. Quia non ideò firmat † regulam in non numeratis, immo suppletur à Iure communi in casibus non expressis, vt eleganter trad. Abbas in c. inter alia. num. 15. 137 de Immunit. Ecclesiarum; Couar. cum alijs lib. 2. variar. c. 5. num. 6.

Sicut etiam lex noua loquens in vno casu I3I extenditur per legem † antiquam. Bartolus in l. Marcellus. 3. num. 6. ff. ad Trebellianum. per gl. quam allegat in l. quod vero. ff. de legibus. Cassadorus decis. 6. numero 8. de Iure patronatus.

Vnde cum iste casus specialis dict. cap. si apostolica, nullibi reperiatur correctus, nec per dictas extrauagantes, nec per re- I32 gulas Cancellariæ? remanet intactus, † & in 138 sua viridi obseruantia. l. præcipimus. in fine. C. de appellationibus; Caputaquen. decis. 81. num. 7. & 8. parte 2. Et ideo Rebuffus in praxi, titulo de forma nouæ prouisionis. §. dummodo tempore datæ. num. 14. & Additionator ad Simonet. de reseruatione. qu. 47. nu. 2. allegant dict. capit. si apostolica, tanquam non correctum, ac in suo robore permanens.

Ex quo infertur ad declarationem, & limitationem regulæ † 9. Cancellariæ disponentis, quod beneficia reseruata, quæ tempore obitus Papæ remansere vacantia, & minime prouisa, semper censeantur reseruata, vt supra diximus latè ex numero 83. & 84. in hoc §. quod locum non habeat in vacatione Parrochialium, quæ vacarunt in Curia ante obitum Papæ, & de illis in vita non disposuit, in terminis dict. capitu. si apostolica.

Secundo infertur ad regulam 5. † Cancellariæ, reseruantem omnia & singula beneficia Ecclesiastica, quorumcumque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo, decedere contigerit in quouis loco, quantumcunque etiam à d. Curia remoto, vt temperetur in 2. casu d. c. si apostolica, nam in primo verificari non potest ex quo d. regula extinguitur cum Papa decedente, vt dictum remanet, de qua reg. 5. dicam in gl. 51. casu 19.

Tertio infertur vna limitatio † ad illam tritam regulam, seu doctrinam, quod beneficium semel reseruatum, semper sit reseruatum, vt non procedat in casu d. c. si Apostol.

Quarto infertur ad Concil. Trid. † sessione 24. de reformatione c. 18. vbi cauetur, quod Parrochiales Ecclesiæ prouideantur per concursum, iuxta formam ibi traditam, scilicet, quod semper fiat concursus etiam in Parochialibus vacantibus in Curia, & electio fiat ab Episcopo, collatio verò ab eo, ad quẽ alias de Iure pertinet, & sic à Papa, vt in c. 2. de præben. in 6. Quod si de illo tempore vacauerit sedes Apostolica, Episcopus non solum poterit eligere, sed etiam conferre, vt in d. c. si Apostolica.

Quinto infertur, quod pari, immò maiori † ratione, si aliqua Parochialis non vacaret in Curia, sed extra illam in mense reseruato, iuxta tenorem nostræ regulæ 8. ante obitum Papæ, & decedat ante illius dispositionem quod tali casu, possit ordinarius illam conferre, & sic limitantur, quæ supra tradimus in isto §. num. 87. cum sequentibus.

Sexto infertur, quod dispositio dict. capitul. si Apostolica procedat, nedum in Parochialibus reseruatis, ratione vacationis in Curia, vel apud Sedem, sed etiã ex alia qualibet † reseruatione Ecclesiarum Parrochialium. Ratio est, quia si in reseruatione fortiori, & grauiori, ac perpetua, vacationis in Curia, quæ, vt inquit Rebuffus in praxi. tertia parte signaturæ, versiculo, *alia clausula*. numero decimoquinto. fuit inducta, vt Papa

suis

suis ministris laborantibus in vinea Domini prouideret, & nulla est maior illa, Cassador. decis. 23. num. 8. de præbendis, fuit ita dispositum per d. cap. si Apostolica. Multo magis debet habere locum in alijs reseruationibus temporalibus, & minus efficacibus per argumentum de maiori ad minus, quod validissimum est. capit. licet vniuersis. 23. & ibi glossa prima. verbo, *multo minus.* de testibus. l. neque ex vera. C. de acquiren. possessione. Euerardus in loco a maiori. num. 1. & per totum.

Præsertim cum constitutio. d. cap. si Apo-
139 stolica sit fauorabilis, † tum quia restringit reseruationem. capit. 2. eodem titulo, ac reducit quoad illum casum, materiam ad ius commune, & sic est extendenda, vt in terminis similis restrictionis dicti capitis secundi factæ, per cap. statutum de præbendis. lib. 6. dicit ibi gl. verbo, *numerandum.* ibi, *per hanc redditur ad Ius commune : extendenda est igitur*, quæ glossa communiter est celebrata, vt per Couarruuiam. lib. 3. variar. c. 6. n. 4. Gutierez in tract. de Iuram. confirmatorio. 1. parte. c. 51. n. 8. cum ibi allegatis.

Tum denique est fauorabilis dispositio. d. c. si Apostolica, ne Parrochialium vacatio pe-
140 riculum † valeat animabus afferre, vt ibi dicitur: Et vt celerius prouideatur Ecclesijs. Cum sit damnosa Ecclesiarum vacatio. cap. quam sit, de electione in 6. Ac propterea constitutio prouidens, vt celerius prouideatur, tanquam fauorabilis est extendenda. Rebuffus in concordatis, in rubrica de collationibus. glos. *contrauenerint* ante finem. vers. *nec refragatur.* vbi loquitur in difficiliori casu. Geminianus in cap. statutum. numer. 6. ad medium. vers. *item Iura loquentia.* de præbend. in 6. Semper enim fit extensio, etiam de casu exceptuato propter identitatem rationis. c. cum dilecta. §. nos igitur, de confir. vtil. vel inutil. & ibi gl. verbo *similitudine.* & Abbas. numero 6. Decius. num. 5. & 6. cap. post translationem. §. quamquam de renunciatione, vbi notat Bal. sub num. 1. ad finem. vers. *nota quod exceptio in vno casu.* ergo a fortiori, vbi maior militat ratio.

Item, quia omnia beneficia reseruata cen-
141 sentur † vacare in Curia. Simonet. de reseruatione. quæst. 30. numer. 3. vbi tenet etiam quod d. cap. statutum procederet in alijs reseruationibus, si reuocatum non esset. Idem etiam tenet Gomezius in regula de triennali, quæst. 31. sub num. 5. vers. *ex quo infertur.* vbi dicit, quod omnia beneficia reseruata poterant per ordinarios post mensem conferri, iuxta d. cap. statutum de præbendis. lib.
142 6. nisi reuocatum † esset, igitur expresse tenent, quod dispositio d. cap. statutum, & consequenter. d. capit. si Apostolica extenditur ad alias reseruationes, & ideo cum d. capit. si Apostolica. non inueniatur correctum, vt dictum est superius, procedere debet quoad omnes alias reseruationes respectu Ecclesiarum Parrochialium.

Inuenio tamen, quod Abbas Lapus in d. c. statutum in princ. de præbendis. lib. 6. dicit quod nec ille tex. nec d. cap. si Apostolica ha-
143 bent locum in beneficijs † reseruatis, nec ad Papam deuolutis, ex eo quod non præfigitur aliquod tempus Papæ ad conferendū, nisi vbi est expressum in Iure, vt in d. c. statutum & d. c. si Apostolica, & eum sequitur Francus in eod. c. statutum sub n. 16. vers. *secundo intellige.* & in d. c. statutum. n. 11. ad finem. vers. *quæro nunquid.* videtur sequi prædictum Abbatem Lapum, & Gaspar Perusinus in tract. de reseruationibus. q. 5. n. 1. quem allegat additio ad Simonetam. de reseruatione. q. 47. nu. fin.

Cæterum, quod in deuolutis locum nō ha-
beat, hoc libēter admitto duplici ex ratione.
144 Prima, quia in deuolutione datur culpa, † & mora inferiorum, quod secus est in casu. d. c. si Apostolica, vt bene tradit Ioannes Andreas in d. c. statutum, sub. nu. 1. vers. *post mensem*, & in d. c. si Apostolica. verbo, *vacante.* ante n. 1. Francus in d. c. si Apostolica. num. 2. vers. *nec etiam.* & omnes ibidem.

Secunda, quia beneficia deuoluta, non sunt
145 reseruata, nec è contra. † Cassadorus decis. 8. nu. 3. & 8. de præbendis. Ideoq; cum de Iure nullum tempus præfigatur Papæ ad conferendum beneficia reseruata, vt præfati Doctores asseuerāt, & Cassadorus d. decis. 8. n. 7. nō est mirum, quod locum non habeat, nec d. c. statutum, nec. d. c. si Apostolica, in beneficijs deuolutis, prout etiam docet Io. Andreas in dictis locis. Anchar. in d. c. si Apostolica, ante nu. 1. qui nihil dicunt de reseruatione, & dicam in gl. 15. §. 2. q. 6. a num. 21.

Et ratio assignata a supradictis Doctoribus, quod non præfigatur Papæ aliquod tem-
146 pus ad conferendum, † nisi in casibus a Iure expressis, quod etiam dixit Cassad. decis. 8. n. 7. de præbendis, licet adaptari possit ad terminos. c. statutum de præbendis in 6.

Secus tñ est in terminis. d. c. si Apostolica, in quo ab initio, quādo Parrochialis vacat in Curia Sede Pontificali vacante, competit Epi-
147 scopo † illius dispositio, & sic licet. Aeneas de Falcon. in tract. de reseruat. q. 4. princip. effectu 20. ad hūc propositū adducat d. c. statutū, nullam tamen mentionē facit de d. c. si Apostol. ex eo, quod in illo diuersa militet ratio.

Vnde, vel est dicendum, quod dicti Doctores intelligantur, quoad reseruationes aliorum beneficiorum, nempe quod dispositum in d. c. si Apostolica de Parrochialibus, non extendatur ad alia beneficia non curata, & secundum hoc, doctrina Abbatis Lapi

relata per Geminianum, & Francum, erit verissima, vel salua pace doctissimorum virorum, minus vera eorum opinio, ex supradictis, detegitur.

148 Postremo aduerto. d. c. statutum esse reuocatum, † & sublatum per tex. in extrauaganti 1. de præbendis inter communes, quæ incipit Piæ solicitudinis, vbi statuitur, quod beneficia vacantia in Curia etiam post lapsum mensis sint Papæ reseruata, prout asseuerant. Ioan. Andreas. in d. c. statutum. sub n. 1. verbo, *valeat*. Geminian. ibi. n. 8. Philippus Probus ibidem. nu. 11. sub littera. H. & Philippus Francus sub. n. 6. vers. *& vide etiam*. Rota decis. 12. ante nu. 1. de præben. in nouis. Miles in repertorio, verbo, *beneficia reseruata vacantia in Curia*. Lapus allegatione. 96. in principio. Simonet. de reseruatione. quæst. 30. num. 3. Gomezius in reg. de triennali. quæst. 31. num. 5. vers. *Et ideo ob eam causam*.

An c. statutũ de præben. in 6. sit derogatum

149 Contrarium tamen defendere conatur † Aeneas de Falconibus de reseruationibus. quæst. 4. principali effectu. 6. num. 2. dicens, quod non esset magnum peccatum tenere, quod d. c. statutum non sit derogatum per extrauagãtes, ex eo quod Bonifacius voluit inseri. d. c. statutũ in. 6. decretalium, & si esset abrogatum non insereretur, vt dicit idẽ Bonifacius in procemio dicti libri. 6. in fine ibi

150 *nullas alias præter illas, quæ inseruntur † aut specialiter reseruantur in eo. Decretales, aut Constitutiones, a quibuscumque nostris prædecessoribus Romanis Pontificibus, post editionem dicti voluminis promulgatas, recepturi vlterius, aut pro decretalibus habituri*) Præsertim quia dicta extrauagans prima est eiusdem Bonifacij de anno primo sui Pontificatus, & longe postea fuerit compilatus dictus liber sextus, videlicet, anno quarto sui Pontificatus nonis Martij, & ideo cum in dicto libro sexto non posuerit dictam extrauagantem, sed d. c. statutum, dicit ille author, quod ipse Bonifacius ex aliqua causa motus voluit. d. c. statutum obseruari.

151 Pro quo addit † quod gloss. in cap. final. verbo, *ordinatur*. de consuetudine. libro sexto, se fundat. in dicto cap. statutum præsupponens esse in obseruantia, & illud allegat Cardinalis. cons. 117. super præmissis sub num. 2. vers. *& præsuppositio*. nec est credendum, quod tantus Doctor illud allegauerit ad decisionem si esset reuocatum, & subdit. alia. de quibus ibi.

His ego, etiam superaddo, quod Cassadorus. decis. 8. num. 7. citat. d. c. statutum pro casu speciali, in quo ob moram Papæ datur deuolutio ad ordinarium, nullam de derogatione mentionem faciens.

Nec non allegat. d. c. statutũ. gl. fin. in fin. in c. 1. de off. legat. in 6. ad probandum, quod legatus potest conferre beneficia vacantia in Curia post mensem.

Pariter Rebuffus in praxi. tit. de forma, & declaratione nouæ prouisionis. nu. 8. & iterum. num. 14. in fine, ponderat d. c. statutum in suo casu, nec vllum verbum de reuocatione dicit.

Item Gomezius in tractat. de expectatiuis num. 21. quem fecit post glossam ad regulam

152 de triennali, dubitat † de dicta reuocatione, & dicit quod tenendo opinionem, quod non sit reuocatum, datur casus, in quo Episcopus vel alius quilibet ordinarius sunt melioris conditionis, quam Papa, nam ob moram illorum non causatur deuolutio, nisi post sex menses. c. 2. de cõcessione præbendæ: ob moram tamen Papæ, per vnum solum mensem datur deuolutio ad inferiores. vt in d. cap. statutum.

Ego vero non dubito de dicta reuocatione. Quia cum constet de illa per d. extrauagantem primam, ad reliqua est facilis responsio.

Nam ad id, quod dicitur, quod si d. c. statutũ esset reuocatũ non inseretur in volumine. lib. 6. decretalium, respondeo, quod sunt innumerabiles textus Iuris Ciuilis, & Canonici, qui quamuis sint reuocati † nihilominus

153 non sine iusta ratione inseruntur, vt eorum notitia habeatur. c. fuerunt, & ibi gloss. verbo, *necessario*. 7. distinctione, gl. verbo, *quicunque*. in c. nouit. §. nec sic, de Iudiciis, vbi etiã dicit, quod licet lex destruatur, ratio tamen durat. Abb. ibidem. num. 23. l. eas. ff. de capitis diminut.

Ad id quod dicitur, quod Bonifacius noluit quod reciperentur pro decretalibus aliæ constitutiones nisi insertæ in libro sexto. remouetur difficultas ex verbis supra relatis d. procemij. lib. 6. dum dicitur, de constitutionibus aliorum Pontificum prædecessorũ,

154 & sic non loquitur de proprijs ipsius † Papæ, prout erat d. extrauagans prima, vt bene respondent Ioan. Andreas in c statutum sub. n. 1. & Geminianus sub n. 8.

Neq; obstat dicere, quod si d. c. statutum reuocatum non esset, non allegaretur a glosa, & Doctoribus, quia aut tunc temporis nõ reminiscuntur de tali reuocatione, aut si reminiscuntur eo ipso quod in corpore Iuris.

155 lex. sit inserta posset allegari † pro interpretatione, & declaratione Iuris communis, vel in argumentum, vel inductionem. tex in cap. authoritate. vers. *sicut contingit*. de conces. præbend. libro sexto, vbi Papa allegat in argumentum leges correctas, & notat ibi gloss. verbo, *agnatus*. Bartol. in l. finali sub numer. 3. ff. ad legem Corneliam. de falsis. Anton. de Butrio. in cap. 1. n. 6. & 7. & post Imolam, & & omnes ibidem

Felin.

Felin. num. 19. vers. *primus quando.* de constitutionibus, vbi late cumulat plura in proposito. Decius. num. 11. vers. *secunda conclusio.* Idem Felinus. in c. fraternitatis. num. 3. de hæreticis.

Minus obstat dicere, quòd dicta extrauagans prima non sit inserta in corpore iuris
156 communis. Quia potius† apparet de contrario, cum dicta extrauagans in volumine iuris Canonici semper inueniatur, & ideo facit ius commune. Peregrinus. decis. 216. *in vna Romana.* Cęsar de Grassis decis. 4. num. final. de rebus Ecclesiæ. Dicit etiam Bald. in proœm. decret. verb. *Rex pacificus.* nu. 45. quòd extrauagans vsu approbata, habetur pro volumine.

Maxime stante antiquissima obseruantia contra dispositionem. d. cap. statutum, quia nunquam vidimus, nec audiuimus, quòd post lapsum mẽsis Ordinarij fecerint similes collationes beneficj vacantis in Curia, nec Papa, aut Curia eas admitteret. Obseruantia namque est optima dictę reuocationis interpres. l. si de interpretatione. 37. in fine. ff. de legibus. c. cum dilectus. de consuetudine. l. sed & Iulianus. §. perinde. ff. ad Macedonian. Aym. cons. 101. num. 3. Mandos. in reg. Cancellarię. 29. q. 2. n. 3. & 4. Cęsar de Grassis decis. 2. num. 3. de electione.

Et quamuis Philippus Probus in eodem. c. statutum. sub n. 11. vers. *nihil tamen dicas.* cenuerit. quòd non admittatur derogatio eiusdem
157 c. statutum, in Regno Franciæ, † in quo nec extrauagans 1. de preben, inter commun, nec reliquæ similes extrauagantes sunt in viridi obseruantia. Illius tamen opinio non placet ex quò, versamur in reseruatione ratione vacationis apud Sedem, quæ reseruatio viget etiam quoad Regnum Galliæ cum per concordata sublata non sit. Vt ostendam in glos. 51. sub num. 4.

Rursus d. c. statutum multo minus potest
158 hodie procedere quoad Parrochiales † ex eo quia per Conc. Trid. c. 18. sess. 24. disponitur, quòd Parrochiales, etiam vacantes in Curia prouideantur à Papa pręuio examine per concursum, & aprobatione examinatorum, ac Episcopi electione. Et ideo non potest in Parrochialibus præfati mensis mora verificari respectu Papę, vt collatio ad Ordinarios deuoluatur.

159 Addo quòd trahere videntur originem† à d. c. statutũ, mconcordata Germaniæ, de quibus in Constitutione 1. Nicolai V. de anno 1447. Kalendis Aprilis, vers. *quoties vero.* disponens, quòd vacante aliquo beneficio in Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, mensibus, specialiter dispositioni Apostolicæ reseruatis: si non apparuerit infra tres menses à die notæ vacationis in loco beneficij, quòd alicui de illo, Apostolica auctoritate prouisum fuerit: ex tunc, & non antea Ordinarius, vel alius, ad quem dispositio pertinebit, de illo libere disponere possit. Quãuis in hac parte d. Constitutio sit hodie
160 moderata † per aliam Constitutionem Gregorij XIII. quę incipit, *Quæ in Ecclesiarum.*

SVMMARIA §. 6. PROOEMIALIS.

1 *Regula nostra, an sit odiosa, vel fauorabilis, & num. 25.*
2 *Odiosa sunt restringenda, & fauorabilia amplianda.*
3 *Regula 8. est correctoria iuris communis.*
4 *Correctoria dispositio, est odiosa, & restringenda; sicut & omnis recessus à iure communi, & num. 5.*
6 *Reseruatio dicitur odiosa, etiam per viam legis, & in corpore iuris facta, & n. 12.*
7 *Ordinarijs aufertur potestas per regulam 8.*
8 *Derogatoria potestatis ordinariæ dispositio est odiosa.*
9 *Dispositio quæ alterum lædit, restringi debet.*
10 *Ordinarij prouident Ecclesiis motu proprio, Papa, & Legati prouident personis.*
11 *Ordinarij sunt magis deliberati in collatione beneficiorum, quam Papa, & legatus.*
13 *Cancellariæ regulæ sunt stricti iuris, nec possunt egredi fines suos.*
14 *Cancellariæ regulæ sunt debiliores, & strictiores statutis.*
15 *Regula 8. imponit impetrantibus nouum onus exprimendi mensem.*
16 *Regula de exprimendo valore, est exorbitans, & odiosa.*
17 *Odiosum est auferre beneficium, seu priuilegium iam concessum.*
18 *Priuilegia quando sunt in fieri, sunt odiosa.*
19 *Priuilegia post concessionem non sunt contra ius commune, sed de iure communi, idemque est de iurisdictione, n. 20.*
21 *Pensio ante reseruationem dicitur odiosa, sed postea fauorabilis, idem etiam de attentatis, num 22.*
23 *Cõstitutio prohibitiua cũ decreto dicitur odiosa.*
23 *Concurrentibus duobus priuilegiis, vel regulis: vno prohibitiuo, & alio permissiuo, præualet prohibitiuum.*
24 *Fauor, & odium si concurrunt in vna dispositione, censebitur odiosa simpliciter.*
26 *Fauorabilis præsumitur in dubio omnis dispositio.*
26 *Concurrentibus duobus iuribus, vel statutis contrarijs, præualet quod est magis speciale, & fauorabile, ibidem.*
27 *Reseruationes per viam legis dicuntur fauorabiles: secus si sint ad instantiam partis, vel speciales. & num. 74.*

28 *Potestas disponendi de beneficijs ab initio fuit penes solum Papam.*
29 *Reseruatio nostræ regulæ manutenet pristinum ius Papæ.*
30 *Proœmialis ratio consideratur, ad inspiciendum si constitutio sit fauorabilis, vel odiosa, nec non intentio principalis legislatoris. n. 31.*
32 *Proœmialis ratio Regulæ 8. est pauperibus Clericis, & alijs personis benemeritis prouidere.*
33 *Ecclesia indiget viris litteratis, non asinis feratis.*
34 *Fauorabilis est dispositio tendens ad vtilitatem Ecclesiæ, etiam si aliàs sit poenalis. nu. 35. & 38. & 43.*
36 *Fauorabilis iudicatur constitutio partim odiosa, & partim fauorabilis, & n. 37.*
39 *Fauorabilis iudicatur reg. 8. dum requirit expressionem mensis vacationis.*
40 *Fauorabilis est omnis constitutio emanata ad euitandas fraudes.*
41 *Constitutio obuians fraudibus, est iuri naturali, & diuino conformis.*
42 *Fauorabilis est secunda pars regulæ nostræ alternatiuam concedens.*
44 *Cultus diuinus est potius augendus, quàm minuendus.*
43 *Regulæ nostræ prima pars, est partim odiosa, & partim fauorabilis.*
46 *Fauorabilis esse potest eadem lex vno respectu, & odiosa ex alio.*
47 *Edictum de in ius vocando est fauorabile ex parte patroni, & odiosum ex parte liberti, nec non expectatiua.*
48 *Item statutum Vrbis, & lex Hispana de non meliorandis filiabus ratione dotis.*
49 *Item statutum excludens fœminas propter masculos.*
50 *Item regula 31. Cancellariæ de impetran. benef. vacan. per obit. famil. Cardin.*
51 *Item reseruatio beneficiorum Sede Episcopali vacante.*
52 *Item Constitutio Gregoriana de publicandis.*
53 *Item primogenia Hispaniæ.*
54 *Item fideicommissum.*
55 *Item resignatio beneficij.*
56 *Item dispositio legis, si quis maior. C. de transac.*
57 *Item spolij remedium.*
58 *Item attentatorum remedium.*
59 *Item constitutio Alexandrina.*
60 *Item statutum excludens habentes originem à Iudæis, &c.*
61 *Item Clemẽt. 1. de supplend. neglig. Prælat. Idẽ est in statutis admittentibus dumtaxat ad beneficia filios patrimoniales.*
62 *Reseruatio non est simpliciter odiosa.*
63 *Constitutio eadem non potest esse partim odiosa, & partim fauorabilis.*
64 *Res eadem non debet, iure diuerso censeri.*
65 *Partim acceptare, & partim repudiare absurdum est.*
66 *Partim esse seruum, partim liberum ridiculum est.*
67 *Partim esse subditum, & partim superiorem, repugnantia est.*
68 *Partim esse legitimum, & partim illegitimum non quadrat.*
69 *Res eadem diuersis respectibus, potest diuerso Iure censeri, & num. 70.*
71 *Res eadem intellectuali consideratione potest diuersimode censeri.*
72 *Fauorabilis, vel odiosa dicitur constitutio à parte potentiori.*
73 *Fauorabilis pars nostræ regulæ 8. est dignior, & potentior.*

§. 6. PROOEMIALIS.

1 ANI Regula nostra octaua sit odiosa, vel fauorabilis? † hic se inspiciendum offert, pro vtilitate dicendorum. Nam si est odiosa, erit vtique restringenda: sin minus, amplianda. † c. odia
2 restringi. de reg. iuris in 6. l. cum quidam. ff. de liberis, & posthumis. l. non possunt. l. iura non in singulas. ff. de legibus, Euerardus in loco à ratione legis larga. 78. à num. 6. vsque ad num. 40.

In primis videtur, quòd ista reg. sit odiosa; nam corrigit ius commune, de quo Ordina-
3 rijs libera conceditur † facultas disponendi de omnibus beneficijs in omnibus mensibus. c. ex frequentibus. de institutionibus. c. conquerente. de off. Ordinarij, & supra diximus in §. 1. proœmiali, n. 22.

Ex quo confestim sequitur, quòd dispositio correctoria iuris communis † vti odiosa
4 est stricte interpretãda. l. quod vero. 24. ff. de legibus. c. quæ à iure communi. de reg. iuris. lib. 6. Quod enim est contra ius commune, idem simul stricti iuris, & odiosum est, teste Baldo in l. non sine. ante n. 5. C. de bonis, quæ liberis. Abbate in c. quia circa n. 3. de priuilegijs, & in c. olim. n. 7. de verborum significatione. Corneo. cons. 89. *viso suprascripto*. nu.
5 7. lib. 3. Et omnis recessus à iure cõmuni † est odiosus. Romanus. cons. 448. nu. 2. Tiraquell. de vtroque retract. in proœmio. nu. 62. & in §. 35. gloss. 1. sub. num. 2. Rota decis. 432. nu. 11. p. 1. diuers. Menochius de recuperanda remedio. 4. num. 38.

6 Secundo, quia reseruatio dicitur † odiosa. Rota decis. 1. nu. finali. de prębendis. in antiquioribus. Calderin cons. 10. in fine. de prębendis. Gem. cons. 136. n. 2. Bellam. cons. 36. super responso 6. num. 5. Mohedanus decis. 9. nu. 2. de prębendis. Decius in cap. 2. num. 6. de electione. Parisius cons. 19. nu. 4. lib. 4. Cassador. decis. 2. num. 9. de vnionibus, & decis. 3. n. 2. de reseruationib. & decis. 4. nu. 3.

& 6.

& 6. de constitutionibus, Gambarus de legato lib. 3. num. 194. Mandosius in reg. 1. Cancellarię. q. 4. à num. 4. & sequentibus. Puteus. decis. 140. regula Cancellarię. lib. 3. vbi loquitur de nostra regula. Flaminius Parisius de resignatione. lib. 7. q. 11. num. 13.

Nec mirum, cùm per hanc regulã auferatur 7 potestas †ordinarię iurisdictioni, quę dicitur fauorabilis, & naturalis. gloss. penultima in clem. 2. de officio ordinarij, Rota. decis. 5. num. 2. & per totam. de concess. pręben. in antiquioribus Besigneti. Nauarrus in c. cum contingat 3. nullitate. num. 3. de rescrip. Gomezius in reg. de verisimili notitia. q. 1. n. 3. Puteus. decis. 48. in vna Calagurrita na. sub num. 3. lib. 3.

Et omnis dispositio derogatoria potestatis Ordinarij 8 est odiosa. † Abbas in c. si quis contra. notab. 2. de foro competen. Crescen. decisione prima, numero primo, & decis. 3. num. 6. de priuilegijs. Nam ordinaria facultas semper durat, nisi expresè tollatur. Caputaquen. decis. 43. num. 3. par. 3. Et extenditur ad omnia, quę non inueniuntur prohibita Besignet. decis. 5. numer. 3. de concess. prębend.

Quelibet etiam dispositio, etiam quę latissimè interpretari solet, quatenus alterum 9 lędit, restringi debet, † & strictè interpretari. c. super eo. de offic. delegati, vbi Abbas, & omnes. Decius. cons. 443. nu. 6. Cassadorus. decis. 3. de priuilegijs. num. 3. Hieronymus Gabriel. cons. 197. num. 5. & 6. volum. 1.

Hinc dicit Cardinalis in d. Clem. 2. q. 17. sub nu. 13. ad medium. de officio Ordinarij. quem refert Felinus in c. ad aures. sub num. 15. de rescriptis. quòd Ordinarij intelligũtur 10 prouidere Ecclesijs motu proprio, † sed Papa, & Legati prouident personis. De quo, & qualiter intelligatur Deo annuente dicam in gloss. 4. à num. 173.

Quoniam vt ipsi Doctores dicũt, Ordinarij 11 sunt † magis deliberati, & certi in beneficijs ad suam dispositionẽ spectantibus, quàm Papa in beneficijs totius orbis, vel Legatus in beneficijs totius Prouinciæ.

Vnde quamuis reseruatio sit per viam legis generalis, & in corpore iuris clausa, vt est illa, de qua in c. 2. de prębend. lib. 6. de va- 12 cãtibus in Curia: Nihilominus dicitur †odiosa, quia detrahit iurisdictioni ordinarię. Geminian. in d. c. 2. sub num. 9. in fine, Frãchus. sub num. 4. de præbend. lib. 6. Simonet. de reseruation. q. 5. num. 27. 28. & 29.

Tertio, quia regulę Cancellariæ sunt stri- 13 cti iuris, † adeò quod nec extendi, nec egredi fines suos possunt. Cassadorus. decis. 16. n. 5. & decis. 23. num. 6. de prębendis. & decis. 35. num. 1, super regulis. Et debilioris, & an- 14 gustioris, & strictioris iuris sunt, quàm † statuta. Gomezius in 2. q. procemij reg. Cancellarię. num. 4. vers. *quinimmo vinculum.* & in regula de impetrantibus beneficia per obitum famil. Cardinal. q. 5. num. 2. vers. *& ista in casu isto*, Paris. cons. 19. num. 3. cum sequentibus. lib. 4. vbi subdit. quòd destruunt ius commune, Mandosius, in reg. de Annali. quęst. 3. numero primo.

Quarto, quia ista regula imponit impe- 15 trantibus nouum † onus exprimendi dispositiuè mensem vacationis: alioquin gratias esse nullas statuit: quod de iure communi cautum non reperitur, & ideò est in hoc regula ista, exorbitans, & restringenda. c. quę à iure communi exorbitant. de reg. iuris. in 6. c. quanto. de Iudicijs.

Sicut etiam dicimus de regula de expri- 16 mendo valore, quòd sit odiosa, † exorbitans, & restringenda, ex eo, quòd de iure communi, valor non est exprimendus. Cassadorus decis. 20. sub num. 4. super regulis. Mohedanus. decis. 16. num. 2. de præbendis. Cęsar de Grassis. decis. 7. num. 9. de prębendis.

Quinto, quia hęc regula tollit, vel saltem restringit omnia priuilegia, & indulta Apostolica; necnon consuetudines, etiam immemorabiles, quibus omnibus in hac parte derogat, vt in octo mensibus Apostolicis tales priuilegiati prouidere non valeant: Ac propterea eo magis dicitur odiosa, quia odio- 17 sum † est auferre priuilegia, & beneficia principum, quę debent conseruari, & decet esse mansura. c. si cui nulla. 36. de præben. lib. 6. regula, decet. 16. de reg. iuris in 6. Achilles. decis. 11. num. 2. de priuilegijs. & in specie, quòd auferre priuilegium sit odiosum, tradit Cęsar de Grass. decis. 1. num. 6. de verborum significatione.

Nam quamuis priuilegia ante concessio- 18 nem, † quando sunt in fieri, dicantur odiosa, & contra ius: Tamẽ ex post facto quãdo iam sunt concessa, non dicuntur contra ius com- 19 mune, sed de iure cõmuni. † Cęsar de Grassis. dicto num. 6. vbi allegat exemplum de præscriptione, quę licet dicatur odiosa, & contra ius, vbi tamen est acquisita, dicitur secundum ius. Parisius. in c. veniens. sub nu. 16. vers. *tamen.* de pręscriptionibus.

Sicut etiam de iurisdictione † idem dicit 20 Abbas in c. 1. sub num. 17. ante finem. vers. *ex quo semel*, de Iudicijs.

Et de pensione, quòd ante † concessionem 21 quando in esse deducitur, dicatur odiosa, & post concessionem, quando iam est in esse deducta, quòd dicatur fauorabilis, tradit Gigas de pensionibus. q. 94. in principio, & per totam illam quęstionem.

Idem etiam dicit in materia attẽtatorum, 22 †quòd, quando deducuntur in esse, dicantur odiosa, cum sit delictum, & res pœnalis, quatenus

tenus verò iam sunt in esse deducta, & constat de illis, tunc reuocatio, & pœnæ attentatorum executio, est fauorabilis. Lãcelottus. de attentat. in præfatione primæ partis. nu. 16. & 18. in noua impressione.

Sexto, quia omnis constitutio prohibitiua
23 cũ decreto irritanti, † & annullatione actus, prout est nostra regula, dicitur odiosa. Bald. in l. si quis in conscribendo. nu. 5. ante finem. C. de pactis, Corneus cons. 136. diligenter, n. 13. lib. 4.

Sicut etiam, cõcurrentibus duobus priuilegijs, vno prohibitiuo, & alio permissiuo, vel duabus regulis, vna prohibitiua, & alia permissiua, vel vna quæ nocet, & alia quæ prodest: præferendum est priuilegium prohibitiuum, & regula prohibitiua, & nociua, vt post alios plures plenè tradunt Alex. nu. 6. Iason. n. 1. & 2. in l. si Ruffinus. C. de testamen. militis.

Accedit quòd si in aliqua dispositione cõcurrit fauor, & odium, vt sæpissimè fit, ea cẽ-
24 sebitur simpliciter † odiosa. Ioan. Andreas. in c. finali. super gl. 5. numero 10. de verb. significatione lib. 6. & Geminian. ibid. sub nu. 10. ad medium, & cæteri omnes. Milius in repertorio. verbo. *lex dicitur fauorabilis*. & verbo, *priuilegium*. *si vno respectu est odiosum*. Corneus. cons. 89. numer. 5. & 6. lib. 3. Sic etiam dato quòd nostra regula cõtineat aliquem fauorẽ, sufficit, quòd in parte sit odiosa, vt simpliciter censeatur odiosa.

Denique in terminis reseruationis regulę
25 nostræ, quòd sit † odiosa, scripsit Ripa in responso. 6. numero 6. & 7. sub titulo de constitutionibus, & trad. Puteus. decis. 345. à nu. 1. lib. 2. & in allegata decis. 140. lib. 3.

PRO contraria parte, & quòd regula nostra non sit odiosa, sed fauorabilis concurrunt plura.

Primo, quia omnis cõstitutio, & statutum
26 in dubio præsumitur † fauorabile ex sententia Baldi. in l. fin. num. 2. & 3. C. qui non possunt ad libertatem peruenire, idem Bald. in l. si quis in conscribendo ante numerũ 6. C. de pactis. Tiraquell. de vtroque retract. in Proœmio. sub nume. 56. vers. *& quia etiam in dubio*. & sub num. 65. vers. *verum*.

Ac propterea si reperiuntur duo statuta, vel iura ad inuicem contraria, & repugnantia, præfertur illud, quod est magis speciale, & illud dicitur magis speciale, cuius ratio est magis fauorabilis. Iason in l. si Ruffinus. nume. 3. C. de testamento militis.

Item quia reseruationes factæ, non ad instãtiam alicuius nec ad fauorem certæ personæ, sed ex proprio motu, & per viam legis generalis, prout est in casu nostro: nõ dicun-
27 tur odiosæ † sed potius fauorabiles. Lapus allegatione 26. *disputat*. sub numer. 2. & ibi eius additio, sub littera F. Federic. de Senis. cons. 112. *amice*. num. 1. & in tractatu permutationis. q. 1. numer. 2. vers. *sed reseruationes*, Ægidius Bellamera decis. 425. *si Papa*. vers. *ratio quia talis gratia*. Petrus de Vbaldis in tracta. de permutatione beneficiorum. §. nunc videamus. numer. 20. ibi, *sed reseruationes quæ fiunt per Papam generaliter*. Bonifacius de Vitalinis. in clementina vnica de probationibus. num. 81. in fin. Æneas de Falconibus in tracta. de reseruationibus. in 20. præludio. n. 2. & 3. Philippus Probus. in additione ad glosam pragmaticæ, in c. licet, vers. *causa*. nume. 5. de electione, Philippus Decius. in consil. 168. incipit, *Reuer. Pater*. sub nu. 2. in fin. vers. *vltimo non obstat*. Mandos. in reg. 2. Cancellariæ. q. 2. num. 12. & rursus. in reg. 9. quæst. 6. num. 6. Additio ad Simonet. de reseruat. qu. 5. sub numer. 37. vers. *illa vero vt prouideatur*. Hieronymus Gabriel. cons. 197. numero tertio. lib. 1.

Quibus adstipulatur, quòd cum ab initio omnis potestas conferendi beneficia reside-
28 ret penes solum Papam, † Gaspar de Perusio. in tracta. de reseruat. in principio. numer. 2. Gomezius de expectatiuis. nu. 10. Hieronymus Gabriel. cons. 197. sub num. 3. & sub numero 9. lib. 1. & dixi supra in §. 1. num. 1. Reseruãdo sibi octo menses, reducit in hac parte ius conferendi ad primarium statum, & naturam, & sic dicitur actus mere fauorabilis, Nàm per talem reseruationem solum cõseruatur ius Papę, & causatur primęui iu-
29 ris manutentio, † non autem aliquid de nouo acquiritur, vt singulariter tradunt Æneas de Falconibus in tractat. de reseruatio. secundo prędudio. num. 2. vers. *vnde si contigerit*. Mandosius in reg. 2. q. 2. nu. 12. ante finem, ac etiam dixi in d. §. 1. nu. 47.

Præterea ad cognoscendum si constitutio sit fauorabilis, vel odiosa, est inspicienda ra-
30 tio proœmialis † teste Baldo. in l. si quis in conscribendo. sub nu. 5. post medium, vers. *sed quomodo cognoscam*. C. de pactis. Corneus. cons. 236. diligenter consideratis. lib. 4. Caputaq. decis. 215. num. 8. lib. 3. Mandosius. in reg. de annali. q. 4. num. 7.

Nec non est inspiciendum, an legislator principaliter motus fuerit ob fauorem, licet
31 secundario † redundet in odium alterius. tex. in l. qui exceptionem. 40. ff. de condictione indebiti, vbi notat Bartolus. 2. notabili. num. 2. & reliqui omnes. Romanus. cons. 4. *sententiam præfati*. nume. 7. & cons. 32. *visa municipali*. post num. 5. vers. *ad considerandum*. & cons. 318. *præsens consultatio*. num. 2. Curtius Senior. cons. 9. *Ticinensi statuto*. num. 10. vers. *& ita in proposito decidit*. Milius in repertorio, vers. *lex dicitur fauorabilis*. Simonet. de reseruatione. q. 5. n. 32. Tiraq. de vtroque retractu

tractu in proœmio. num. 56. vers. *nam ad cognoscendum*, & iterum. in §. 30. gloss. 1. numer. 5. Lancellot. de attentat. p. 1. in proœmio. n. 107. in nouis. Caputaq. decis. 215. num. 9. p. 3. Molina de Hispanorum Primogenijs. lib. 1. c. 18. nu. 3. Hojeda de incompatibilit. benef. prima parte. c. 23. num. 13. Rota. decis. 457. num. 2. parte prima diuers. Menoch. de recuperand. remedio primo. numero. 18. & de adipiscen. remed. 4. n. 39.

At verò ratio proœmialis nostræ regulæ est, vt Papa pauperibus Clericis, & alijs bene-
32 meritis personis † prouidere valeat, vt in eadem regula legitur: quorum pauperũ prouisio est fauorabilis. Rota decis. §. nu. 55. de concess. præben. in antiquis. Staphilæus de litteris gratiæ. §. de prærogatiuis expectantiũ. num. 24. Lambertin. de Iurepatronatus. lib. 2. p. 3. q. 5. principali. art. 3. per totum, ac plura Deo annuente dicemus. in gl. 2.

Sicut etiam est fauorabilis prouisio personarum benemeritarum pro vtilitate Ecclesiarum, quæ indigent viris benemeritis,
33 & litteratis, † non asinis ferratis. c. cum ex eo. 34. vbi notat Io. Monachus in principio, & ibi Probus ante numerum 2. de electione. in 6. Felinus. in c. si quando. numero 7. de rescriptis, & dicemus latius in glossa 4. verbo, *Clericis benemeritis*. Rota decis. 457. numer. primo, parte 1. diuers.

Et omnis dispositio tendens ad vtilitatem
34 Ecclesiæ dicitur † fauorabilis. Abbas in c. nihil, num. 1. vers. 2. principaliter, de electione. Caputaq. decis. 215. num. 6. & 202. num. 4.
35 lib. 3. Etiam si alias esset pœnalis † quia fauore Ecclesiarum dicitur fauorabilis, & extendenda. Geminianus. cons. 37. dubitatur, sub numer. 6. vers. 3. vbi constitutio, & cons. 106. super dicto dubio. num. 2. Gomezius de expectatiuis. num. 100.

Rursus quia dato quod nostra Constitutio sit partim odiosa, tamen sufficit quod sit a-
36 lio respectu † & partim fauorabilis, vt absolutè iudicetur fauorabilis, nam potius est
37 considerandus fauor † quàm odium gl. in c. sciant cuncti 12. verbo, *alios* ante finem. de electione. lib. 6. vbi dicit quod quamuis Constitutio d. c. sciant cuncti, imponens pœnam excommunicationis contra grauantes personas Ecclesiasticas, vel earum Consanguineos in casu illius tex. sit vti pœnalis, odiosa:
38 tamen quia illa constitutio est ad fauorem † Ecclesiarum, iudicatur fauorabilis: quæ glossa est communiter recepta per Geminianum ibi. num. 6. Francum eodem. num. 6. & cæteros. Idem etiam tenent Geminian. num. 10. Francus num. 3. in c. statutum de præbendis: lib. 6. Ancharanus. consil. 37. contra Ioãnem. nu. 2. vers. *venio ad secundam rationem*. & cons. 215. scripsit Papa. num. 8. Abbas in c. in litteris. num. fin. vers. *Item vbi concurrunt odium*. de restitutio. spoliatorum. Tiraqu. de vtroque retractu in præfatione. num. 64. vers. *rum idem. Bald.* & num. sequenti.

Vlterius regula ista quatenus disponit, quod impetrantes beneficia vacantia in mẽsibus reseruatis, teneantur exprimere men-
39 sem sub nullitatis pœna, est fauorabilis † nàm ideò hoc sancitum fuit vt Papa, & ordinarij sciant an beneficium vacet in mense reseruato Papæ, vel ordinario, & ne Papa prouideat de beneficijs non reseruatis vacantibus in mensibus ordinarijs, & ne desuper committantur fraudes, ac semper ferè eludatur dicta regula, vt fuit dictum in vna Corduben. S. Michaelis 23. Aprilis. 1562. corã Palcot. quæ est decisio 700. (hoc idem) parte 3. diuers. & decis. 624. numer. 6. eodem lib. 3. Puteus decis. 25. dubitauit. num. 1. lib. 3. & dicam latius in gloss. 32.

Cæterum omnis Constitutio emanata ad
40 euitandas fraudes † est fauorabilis. Felinus in c. de quarta. numer. 15. ad finem, vers. *& sic est aliqua dispositio* de præscriptionibus. Caputaq. decis. 215. num. 1. & sequentibus. p. 3. Flamin. Parisius de resign. lib. 11. q. 3. num. 18. & plenius. lib. 12. q. 2. ex num. 9. cum sequentibus, Rota. decis. 42. num. 9. p. 2. diuers. Didac. Perez in l. 22. gl. 1. titulo 2. lib. 7. ordinamenti. Rota decis. 457. n. 8. p. prima diuers. Gomezius in reg. de infirmis resignan. quæst. 17. sub num. 4. vers. *& quia emanauit*.

Comprobatur quia talis constitutio, vel statutum obuians fraudibus est conforme iu
41 ri naturali, & diuino, † secũdum quod fraus est prohibita, vt in prima distinctione decreti in principio. Caputaquen. post Bald. ibi allegatum in dicta decisione 215. numer. 2. parte 3. Flamin. Parisius d. q. 2. num. 12. & sequentibus.

Quid tenendum.

PRO faciliori resolutione dico, quod regula nostra habet duas partes principales, primam, & secundam; prima pars reseruat beneficia vacantia in octo mensibus, secunda pars concedit alternatiuam Episcopis residentibus in sex mensibus. Antea namque diuersæ erant regulæ vna reseruatoria mensium, & alia de alternatiua, nunc verò est vnica tantum regula amplectens vtramque, partem vt dicam in declaratione litteræ.

Quoad secundam partem concedentem
42 dictam alternatiuam, non potest † in dubium refricari, quia est fauorabilis, & amplianda cum innitatur iure communi. Ancharan. cons. 131. ad exclusionem. num. 1. Felin. in c. causamque sub num. 7. vers. limita hæc, de rescriptis. Cassadorus decisione 8. num. 6.

de præ-

de præbendis, & decis. 4. numero secundo de priuilegijs. Caputaquen. decis. 88. numer. 6. & decis. 214. numero 6. parte 2. Puteus decis. 222. num. 3. lib. 1. & decis. 492. in vna Corduben. num. 2. lib. 2. Mandos. in regu. 11. Cancellariæ. quæst. 11. num. 2. 3. & 4. Hieronymus Gabriel in cons. 197. in principio. libr. primo.

Præsertim quia, vt regula nostra declarat, conceditur alternatiua Episcopis residentibus, vt ad residendum in suis Ecclesijs inuitentur, ac propterea est ad Ecclesiarum
43 fauorem introducta, & dicitur fauorabilis, † tãquam tendens ad Ecclesiarum vtilitatem. Abbas. in c. nihil, nu. 9. vers. 2. *principaliter*. de electione. Caputaq. decis. 202. num. 4. & 215. num. 6. p. 3. & supra paulo anterius dixi. Au-
44 getur etiam ex residentia cultus diuinus, † qui semper est augendus, potius quam diminuendus. c. ex parte de Cõstitutionibus. Abb. in c. cum dilectus. numer. 7. de Clericis non residentibus. Caputaq. decis. 215. num. 6. lib. 3. Rota decis. 222. nu. 3. parte 2. ac Deo adiuuante dicam in gl. 43.

Quatenus autem ad primam partem de reseruatione. 8. mensium: negari non potest,
45 quin sit partim odiosa, † & partim fauorabilis; Est odiosa, quia detrahitur potestati ordinariæ, & corrigitur ius commune, & ex alijs in prima parte adductis, est etiam fauorabilis, quia est facta, vt pauperes clerici, & aliæ benemeritæ personæ prouideantur, & per viam legis generalis, ac ex alijs fundamentis additis pro secunda parte.

Nàm nouum non est, quod vna lex possit
46 esse vno respectu † fauorabilis, & alio respectu odiosa diuersis rationibus, seu intuitu diuersarum personarum, rerum, vel causarum gl. in l. 2. verbo, *liberis*. vers. *respondeo* de in ius vocando. & ibi notat. Bald. num. 3. post medium. Salicet. num. 2. Ias. num. 5. Decius num. 5. & cæteri scribentes gl. in l. sed & si in hac §. semper autem. verbo, *interueniat*. ff. eodem titulo, de in ius vocando, vbi probatur quod
47 ædictum de in ius vocando † cum reuerentia debita, ex parte patroni est fauorabile, ex parte verò liberti est odiosum, & pœnale. Decius. cons. 258. in casu. num. 9. Curtius Iunior. cons. 5. num. 34. & cons. 7. num. 2. & 15.

Itẽ expectatiua dicitur fauorabilis respectu expectantis, Mohedan. decis. 9. num. 2. de præbendis, Quatenus autem est gratia ambitiosa, & ad vacatura, est odiosa, & restringenda, Caputaq. decis. 3. num. 2. p. prima, & isto modo concordantur istæ duæ decisiones, quę videntur contrariæ, nam vna dicit simpliciter quod expectatiua est fauorabilis, & alia quod est odiosa.

Item statutum prohibens dari in dotem vltra summam duorum millium, est contra ius commune, tamen Rota inspecta principali intentione statuentium iudicauit esse dispositionem fauorabilem in decis. 457. nu. 6. parte prima diuersor. Quod etiam pari ratione dicendum est de pragmatica Hispaniæ
48 de non melioran. filiabus † ratione dotis, vel contractus, quæ est lex prima. titulo 2. lib. 5. recopilationis.

Vnde statutũ excludens fœminas propter
49 masculos, quantum ad ipsas † fœminas est odiosum, sed quantum ad masculos est fauorabile, & ampliandum, vt tradunt Bald. nu. 4. Salicet. num. 2. & 3. Cumanus, Fulgosius, Paulus Castren. & Ias. num. 6. in d. l. 2. C. de in ius vocando, Tiraquel. de vtroque retractu, in præfatione. sub num. 64. Mandosius in reg. de annali, quæstione 3. num. 10. Hieron. Gabriel cons. 197. n. 4. volu. 1. Parisius. cons. 85. n. 28. lib. 2. Molina de Primogenijs Hispanorum lib. 1. c. 18. num. 5. vbi n. 4. plures pro contraria parte, scilicet quod sit omnino fauorabile, recensẽt.

Sicut etiam regula 31. Cancellariæ de impetrantibus beneficia, per obitum familia-
50 rium Cardinalium, respectu Cardinalium, † quibus cõceditur priuilegium dictæ regulæ, est fauorabilis, & lata interpretatione adiuuanda contra concedentem, quia conseruat spem benè seruientium; sed respectu impetrantium est exorbitans, & odiosa, vt scriptum reliquit Gomezius in d. regula. 31. q. 15. sub num. 4.

Idem dicit Hieronymus Gabriel. de reg. reseruatoria beneficiorum vacantium, Sede Episcopali vacante, ad collationem Episco-
51 pi quomodolibet pertinentium, † quod sit partim fauorabilis, & amplianda, & partim odiosa, & strictè interpretanda, in cons. 197. ante numerum 5. volum. 1.

Nec non Constitutio Gregoriana de pu-
52 blicandis resignationibus, † est partim odiosa, quia est correctoria iuris communis, & partim fauorabilis, quia est introducta ad obuiandum fraudibus. Flamin. Parisius, de resignatione. lib. 11. q. 3. nu. 7. & 17. & 83.

53 Similiter circa Primogenia Hispaniæ, † quod quatenus concernunt publicam vtilitatem, & familiarum conseruationem, sint fauorabilia, & ampliãda, quatenus autem sunt in præiudicium aliorum filiorum sint odiosa, & restringenda, tradit Molina de Hispan. Primogenijs lib. 1. c. 18. numer. 6. versic. *ex his igitur*.

54 Idem etiã est in fideicommisso, quia † quatenus respicit disponentẽ, & liberam testandi voluntatem, est fauorabile; quatenus vero aufertur hæredi, libertas alienandi bona, & imponitur onus illa restituendi, dicitur odiosum, & restringendum, vt plenè per Peregrinum in suo tractatu de fideicommissis

articulo

articulo primo. ex num. 23. vsque ad finem.

Necnon resignatio beneficij, vno respectu
55 †quatenus fit, vt Ecclesiæ prouideatur, dicitur fauorabilis, & quatenus fit ad fauorem personæ certe dicitur odiosa, vt late adducit Flamin. Parisius de resignatione. lib. 1. quæst. fisi. num. 1. cum pluribus sequentibus.

Rursus, quamuis dispositio l. si quis maior.
56 C. de transactionibus sit odiosa, † & restringenda propter impositionem pœnæ: tamen, quia principaliter est facta propter obseruantiam iuramenti, & sic propter fauorem animæ, censetur fauorabilis, & extendenda, vt firmat Ias. ibidem. num. 8.

57 Et in materia spolij, quod respectu † spoliantis, sit odiosum remedium, vnde vi: respectu verò spoliatoris sit fauorabile, adducit cum pluribus Menochius de recuperanda rem. primo, ex numer. 33. vsque ad numerum 37.

Item, in attentatorum materia, quòd re-
58 spectu † attentantis sit odiosa, & respectu attentati fauorabilis, idem refert Lancellot. de attentat. par. 1. in præfatione. nu. 113. vers. *tertia ex præmissis*. licet ipse eum hac opinione non transeat.

59 Sicut etiam Alexandrina † constitutio, quæ est 11. Alexan. 6. contra offendentes litigantes in Romana Curia, & eorum Aduocatos, procuratores, & testes, quamuis vti pœnalis, & rigorosa, sit restringenda, tamen quatenus consulit quieti, & securitati litigantium, est fauorabilis. Puteus decis. 104. numer. primo. lib. primo.

Item in statuto excludente originem ha-
60 bētes à Iudeis, † Maureis, vel alias ex sanguine nō puro, sed infecto descēdentes: quāuis sit odiosum respectu illorū, est tamē fauorabile respectu Ecclesiæ, vel Collegij, ne ad illam, vel illud, tales admittantur, Hojeda de incōpatibilit. beneficjo. prima par. c. 23. num. 13. Rota decis. 457. sub num. 6. par. 1.

In terminis etiam Clementinæ primæ de-
61 supplenda † negligentia Prælatorum, dicentis, quod si Prælati regulares infra sex menses non conferant, quod prouisio deuoluatur ad ordinarios, dicit Rebuff. in concordata. titulo de collationibus. §. si quis vero, prope finem, vers. *nec refragatur*. quod illa cōstitutio est partim respectu Ecclesiarum, vt celerius prouideatur Ecclesijs, fauorabilis, & partim odiosa respectu Prælatorum regularium negligētium. De quibus plene & ad saturitatē uideri potest pulchra decisio in causa Nucerina bonorum 21. Maij 1602. coram R. P. D. meo Sacrato. Sic etiam statutum disponens, quod beneficia conferantur solis filijs patrimonialibus, respectu ipsorum, est fauorabile, respectu verò aliarum personarum, quæ excluduntur, est contra ius, & odiosum; vt dicam in gloss. 9. §. primo numero 37.

Ex quibus oritur responsio ad ea, quæ supra diximus, quod reseruatio, de qua in c. 2. de præbendis lib. 6. sit odiosa, & quod omnes reseruationes sint odiosæ. Quia non est in-
62 telligendum simpliciter, † & absolutè: sed partim, & secundum quid, habito respectu ad derogationem iuris communis, seu præiudicium ordinariæ potestatis, non tamen propterea desinunt esse ex alio respectu fauorabiles, quādo sunt factæ per viam legis, & non ad fauorem certæ personæ ex supradictis.

Cæterum quod vna constitutio non pos-
sit esse partim odiosa, & partim fauorabilis; sed quod in totum sit odiosa,
63 † aut fauorabilis, tenent Decius in d. l. 2. C. de in ius vocando. sub num. 5. vers. *circa primum*. Cephalus cons. 256. num. 14. Portius cons. 183. num. 30. Gomezius in §. penales. num. 35. Institut. de actionibus, & hoc sibi placere tradit Tiraquel. de vtroque retractu, in præfatione. num. 65. Aimon cons. 137. num. 12. & 13. moti ea ratione, quod vna, & eadem
64 † res non possit diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucapionibus. c. cum in tua. 30. de decimis. c. quo circa de priuilegijs. Cassador. decis. 3. ante numer. 7. de reseruationibus.

Et etiam addo, quod sicut est absurdum,
65 partim † acceptare, & partim repudiare. l. nam absurdum. ff. de bonis libertorum; & monstruum est, partim esse hominem, & partim non. l. non sunt liberi. ff. de statu homin.
66 Et ridiculum, partim esse † seruum, partim liberum. l. duobus. 30. ff. de liberali causa, & repugnantia magna est, partim esse subditū,
67 & partim esse † superiorem. Oldrad. cons. 172. num. 5. & dicam in §. proœmiali sequenti. num. 106. & sequ. Nec partim potest quis
68 esse legitimus, † & partim illegitimus. gl. in c. fin. vers. *si ambo*. de clandestina disponsatione. Tiraquel. in l. si vnquam verbo, *donatione largitus*. numer. 284. Sic etiam videtur absurdum, quod vna, & eadem constitutio sit partim fauorabilis, & partim odiosa.

Sed nihilominus prima sentētia mihi placet, ac displicet ista Decij, & aliorum, qui eā sequuntur, opinio, ad quam est in promptu responsio, admittendo, quod sit verum, quod vna res non debeat diuerso iure censeri, quan
69 do eadem militat † ratio, & idem consideratur respectus; secus verò quando diuersæ militant rationes, ac diuersi considerantur respectus, tex. in l. si quis perferendum 35. §. fin. de furt. & Bart. ibi notat, vbi probatur quod
70 diuersis respectibus possunt duo fures † eiusdem rei, alter dici fur manifestus, alter non manifestus, l. miles 75. §. pro parte. ff. de legatis. 2. c. cū Cappella, de priuilegijs, vbi Abb. numer. 5. in fine, versic. *nam ratione iurium diuersorum*.

uersorum. idem Abbas in d.c.cum in tua,n.fin. in fine,de decimis. Ripa in l.finali.num. 122. C. de reuocandis donationibus. Tiraquel. de retractu lignag.§.1.glos.18.num.23.& §. 8. glossa 5.num.14.ante finem,vers. *nec inconueniens est.* idem Tiraquel. de nobilitate. c. 28. num.12.cum 4.sequentibus,vbi plura in proposito cumulat.

Ac propterea, contra dictam opinionem Decij, & aliorum, tenent Menochius de recuperanda rem.1.n.35.in fine,ac n.36.& 37. ac alij per eum citati, & Molina de Hispano. Primogenijs lib. primo c.18.numero sexto.dicit hanc opinionem Decij proculdubio falsam esse.

Potest etiam responderi cum doctrina Baldi. in l. prima,numero quarto. C. de seruis fugitiuis, dicentis, quod licet corporali
71 † consideratione,eadē res non possit diuerso iure censeri,tamen attenta intellectuali consideratione, potest diuersimode censeri. Tiraquel. de nobilitate.c.28.num. 12. Rochus de Curte, in c.fin.secti. 2.n.19.de consuetudine, vbi hanc, & alias septem limitationes ponit ad dictam regulam, quod eadem res non possit diuerso Iure censeri.

Cum itaque prima pars nostræ regulæ, sit partim fauorabilis, & partim odiosa,restat videre, quæ qualitas istarum prævaleat, ad hoc,vt dicatur, vel fauorabilis, vel odiosa,
72 nam illa pars,quæ præponderat, † & prevalet faciet regulam odiosam, vel fauorabilē, Tiraquel.de retract.lignag.§.30. gloss. 1.nu. 6.& 9.Menochius de recuperan.rem.1.num. 37.ad finem. Nam à potentiori fit denominatio. l.quæritur.ff.de statu hominum.Ias.in l.1.in princ.num.21.ff.de verbor. obligation. Roland.cons.23.ex num.26.volum.1.Puteus decis.374 num.6.lib.1.& late fuit conclusum in d. decisione Nucerina bonorum 21. Maij 1602. Coram R.P.D. meo Sacrato.

Conclude quod pars fauorabilis, est ma-
73 ior, fortior, † & potentior ex adductis pro ista parte,& trad. Abbas in c. in litteris. nu. 34.de restit.spoliat.Aim. cons.18.numer.10. Rota decisione 457.num.17.& 19.parte prima diuers. Et sic nedum secunda pars nostrę reg. 8. sed etiam prima pars, quę concernit reseruationem in octo mensibus est, fauorabilis,& amplianda, & multo magis quatenus iubet exprimere mensem vacationis, ad obuiandum fraudibus. Caputaquen. dicta decisione 215.num.1.& sequentibus par.3.cum supra allegatis.

Denique in terminis nostræ regulæ, quod eius reseruatio sit fauorabilis,quia vult prouidere pauperibus clericis, & benemeritis personis,tenet.Crescentius decis.20.nu.6.de præbendis.

Neque obstat, quod reseruationes sint odiosæ,Rota decis.1.numero fin. de præbendis, in antiquioribus,cum reliquis allegatis, quia sunt intelligendę, de reseruationibus particularibus, ad fauorem certarum per-
74 sonarum, † vel ratione expectatiuarum ad beneficia viuentium, istę namque reseruationes sunt odiosæ,& ambitiosę. Simonet.de reseru.quęst.5.num.2.cum sequentibus.

Secus autem est, quādo reseruatio est per viam legis generalis,& non ad fauorem certę personę: sed ad prouidendum pauperibus, & alijs benemeritis personis, vt in casu nostræ regulę, in quo procedunt allegationes pro ista parte adductę, ad probandum reseruationes esse fauorabiles.

SVMMARIA. §. 7. PROOEMIALIS.

1 *Constitutio 142. Pij IV. emanauit ad fauorem nostræ regulæ, vt de beneficijs reseruatis ratione mensis, apponatur sequestrum.*
2 *Tenor dictæ Constitutionis Pij Quarti.*
3 *Ordinarij collatores, non debent se intromittere in collatione beneficiorum reseruatorum, sicut & Papa,Ordinarios, in suis mensibus non impedit.*
4 *Ius suum vnicuique est conseruandum.*
5 *Prouisus bene ab ordinario in suis mensibus, non est molestandus per calumniosos, & deuolutarios impetrantes,& beneficia piscantes,& insidiantes.*
6 *Prouisi Apostolici, molestari non debent per intrusos.*
7 *Aequalitas in Iustitia ministranda, seruari debet.*
8 *Prouisi Apostolici,in Curia residentes, plura incommoda patiuntur,& sæpè per intrusos vexantur.*
9 *Homini nihil prodest,si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur.*
10 *Anima cunctis rebus est præferenda.*
11 *Litibus fatigatus,ad redimendum vexationem, inuitus concordari compellitur.*
12 *Litibus quilibet efficitur pauper.& num. 15.*
13 *Viri boni lites execrantur.*
14 *Isaias dixit, non enim in sempiternum litigabo.*
16 *Litigare cum pari,anceps est,cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum.*
17 *Litium plura inconuenientia remissiue.*
18 *Litium vincula dissolui, & pacis fœdera adstringi, præcatur Ecclesia.*
18 *Lis,vt euitetur;consilium est, petenti totum,dare dimidium,ibidem, & alia plura.*
19 *Sequestrationis nouum casum ponit Constitutio Piana.*
20 *Sequestratio regulariter prohibetur, nisi in casibus à Iure expressis, qui sunt plusquàm triginta remissiuè.*
21 *Constitutio 67 Pij V. mandat,sequestrari fructus, & distributiones præbendæ, quando litigatur contra Capitulum.*
22 *Constitutio 67. Pij V. procedit, quando Capitulum fuit*

fuit in culpa, vel impedimentum, vt possessio non caperetur, præstitit.

23 Sequestrum apponitur, quando litigatur super beneficio reseruato, iuxta formam Constitutionis Pij IV.

24 Sequestrum cum æconomo apponitur, quando vacat beneficium.

25 Sequestrum, quando apponitur: propter recursum factum ad Iudices seculares, & n. 36.

26 Sequestrum apponitur, quando agitur de attëtatis, vel manutentione, & discussio pendet à negocio principali, vel est intricata.

27 Sequestrum generaliter potest apponi, ex officio, in casibus, in quibus ad instantiam partis locus non sit.

28 Constitutio Piana, loquens de sequestro, procedit, quando litigatur super beneficio reseruato, & quid, si solum litigetur super possessione. & n. 29.

30 Clemen. 1. de sequest. poss. procedit etiam in solo possessorio.

31 Sequestrum, non potest apponi in casu d. Clemen. ante sententiam, secus in casu constitutionis Pianæ, & n. 32.

33 Sequestro, vt locus sit, citatio præcedere debet.

34 Sequestrum apponitur ante sententiam, quando recuperatio fructuum est difficilis.

35 Item quando possessor in prima instantia obtinuit remissoriam, in causa beneficiali.

37 Item quando possessio fuit capta lite pendente.

38 Sequestro vt locus sit, in casu Clementinæ, debet lis pendere in Curia, quia absurdum esset, priuare aliquem possessione, ad singulas sententias ordinariorum. & n. 39. secus in casu Pianæ. num. 40.

41 Possessio, & fructus sequestrantur, in casu Clemen, in casu verò Pianæ, soli fructus. & n. 42.

43 Possessor per sequestrum; non priuatur commodo possessionis, ad effectum transferendi onus probandi in contrarium.

44 Clementina procedit, in quocunque beneficio, etiam non reseruato, Piana verò in solo reseruato.

45 Clementina ponit pœnas excommunicationnis, & priuationis ipso iure, & non extenditur ad casum constitutionis Pianæ, & n 46.

47 Sequestrum apponere potest, loci ordinarius, in casu Cleme. & n. 48. At in casu constitutionis Pianæ solus Iudex, qui de causa cognoscit, & num. 49.

50 Sequestrum non apponit loci ordinarius, in casu Clementinæ, nisi de mandato Rotæ Auditoris & n. 51. & 53.

52 Sequestri instrumentum, hodie relaxatur, & non Bulla.

54 Experientia est rerum magistra.

55 Sequestrum, vt intret in casu Clemen. probationes debent esse Iudiciales; secus in casu constitutionis Pianæ, & n. 56.

57 Sequestri causa, est leuis præiudicij, quia per illũ possessor, non perdit possessionẽ. & n. 58. & 64.

59 Sequestratio limitata, limitatum habet effectũ.

60 Sequestratio fructuum est facilior, quã possessionis, & sic prohibita sequestratione possessionis, non censsetur prohibita sequestratio fructuum. & num. 61.

62 Dilatio, non est ablatio.

63 Dilatiuum præiudicium, non est in consideratione, cum sit paruum.

64 Sequestro, an locus sit, in casu Clemẽtinæ, vigore primæ sententiæ latæ super attentatis.

65 Piana constitutio, conuenit in pluribus cum Clementina.

66 Proœmiales rationes Clementinæ, & Pianæ tendunt ad eundem finem, fraudes, & malitias compescendi, & 67. & 68.

69 Constitutiones Clementina, & Piana procedunt in oĩbus beneficijs cuiuscũq; qualitatis, & n. 70.

71 Ratio eadem, & maior militat, quoad maiora beneficia in casu Pianæ constitutionis. & n. 104.

72 Triennalis possessor, non comprehenditur, per Clement. & Pianam. & n. 72. & 76.

74 Lex noua, recipit interpretationem ab antiqua.

75 Lex generalis, nunquam censetur corrigere casus speciales.

77 Nullitatis exceptio, non impedit apposiiionem sequestri, in casibus constitutionum Clemen. & Pianæ, & n. 78.

79 Exceptio nullitatis, non admittitur, in summarijs ad retardandam exequutionem.

80 Exceptio nullitatis non impedit manutentionem, nec attentata. & n, 81.

82 Appellatio non impedit appositionem sequestri in casibus Clementinæ, & Pianæ, & numer. 83.

84 Iudex in appositione sequestri, est exequutor legis.

85 Appellari non potest a lege, nec a legis exequutore, & n. 86, nec a pœna legis. nu. 87.

88 Sequestrandi decretum, est interlocutoria sententia, a qua non datur appellatio.

89 Appellari ab appositione sequestri, quando possit, remissiue.

90 Sequestrum potest poni, in qualibet instantia, in casibus Clemen. & Pianæ. & n. 91.

92 Clementina, & Piana constitutiones, procedunt in causis, tunc per appellationem pendentibus, & num. 94.

93 Lex noua, non extenditur ad causas per appellationem pendentes.

95 Sequestrum, non euitatur per cautionis oblationem, in casibus Clementinæ, & Pianæ, & num. 97.

96 Cautio, quando impediat sequestri appositionem. & 98.

99 Constitutio Piana fundatur in eo, ne intrusus cum fructibus beneficij Apostolicum prouis sum molestet.

100 Tertius, non impedit appositionem sequestri, quia potius tendit in illius cõmodum. n. 101.

102 *Sequestrum appositum, non relaxatur, etiam de consensu, ad cuius instantiam fuit appositum, tertio ad causam veniente.*

103 *Sequestratio non extenditur ad fructus collectos, in casibus Clementinæ. & Pianæ.*

104 *Ratio vbi eadem procedit, idē est ius, & dicitur eadem lex, non extensiuè, sed comprehensiue & nu. 105.*

106 *Excedunt se ad inuicem constitutiones Clemen. & Piana, ac se habent, vt excedentia ad excessa.*

107 *Excedens, ad excessum veluti, se habent proprietas & possessio, nec non Archidiaconus, & Archipresbyter, & n. 108.*

109 *Excedens, ad excessum veluti, se habent, clausula* motu proprio, *& clausula* ex certa scientia, *nec non diuersæ Ecclesiæ habentes ad inuicem certas præcedentias, & n. 110.*

111 *Clausula,* quantum sibi videtur, *importat arbitrium boni viri, & numero. 112. & 113.*

114 *Constitutio Piana procedit, in alia reseruatione, vel affectione, vltra reseruationem ratione mensis.*

115 *Affectionis, & reseruationis differentia est, quòd affectio respicit actum realem, reseruatio verbalem.*

116 *Constitutio Piana, an procedat in beneficio litigioso. & n. 120.*

117 *Litigiosum beneficium ab ordinario prouideri non potest.*

118 *Litigiosum beneficium esse, aliud est, & aliud esse reseruatum, vel affectum.*

119 *Sequestrum apponitur, quando ordinarius prouidet beneficium litigiosum.*

121 *Sequestro, vt locus sit, an debeat prouisus Apostolicus docere, de collatione ordinaria intrusi.*

122 *Finalem causam inducunt proœmialia verba, a quibus tota dispositio regulatur. & n. 192.*

123 *Dictio, &, est coniunctiua cum omnibus suis qualitatibus.*

124 *Dictio* nihilominus, *auget dispositionem.*

125 *Geminatio verborum plenam deliberationem declarat, & alios plures effectus inducit, & num. 126.*

127 *Verbum etiam minimum non debet esse in lege, sine aliqua operatione, ita vt neque vna syllaba debet vacare, & n. 128.*

129 *Titulorum multiplicatio, datur in beneficialibus.*

130 *Titulo vno dato præsumitur alius melior.*

131 *Possessor beneficij potest iuuari possibilitate alterius tituli.*

132 *Reseruatione existente, resultat, quod prouisus ab ordinario, vel ab alio, quam a Papa, sit intrusus.*

133 *Intrusus sua sola authoritate, non debet esse melioris conditionis, quam prouisus, & immissus ab ordinario.*

133 *Stultus non debet esse potioris conditionis ibid.*

134 *Nefas est, vt sit melioris conditionis, qui magis deliquit.*

135 *Titulum, qui habere dicit, illum docere tenetur ad euitandum sequestrum.*

136 *Stylus Papæ facit ius.*

137 *Stylus Papæ est, quod in breuibus de capienda possessione solummodo apponatur clausula, vt sola reseruatio verificetur.*

138 *Constitutio Piana, non debet seruire de vento.*

139 *Iuris communis interpretationem, recipit constitutio quælibet.*

140 *Possessor Apostolicus molestari non debet, cum sequestro ex constitutione Piana.*

141 *Præsumptiones dicuntur liquidissimæ probationes.*

142 *Tituli melioris præsumptio, locum habet stante triennali possessione.*

143 *Tituli alterius possibilitate possessorem iuuari, quomodo, & quando procedat.*

143 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, ibidem.*

144 *Reseruatio nostræ regulæ inficit possessionem.*

145 *Citatio, vt valeat, reproduci debet, nisi, &c. & nu. 146.*

147 *Citationis defectum supplet partis comparitio, vel mandati specialis concessio. n. 148. & alijs modis. n. 149.*

149 *Citatio ad subhastationem non est necessaria, quando reus se opponit.*

150 *Citationis ex non reproductione reali; sed verbali dumtaxat, duplex sequitur vtilitas, vna euitandæ, forsan nullitatis, alia expensæ registri, num. 151.*

152 *Productio citationis facta post terminum retro trahitur, quando intra terminum fuit facta, licet inutiliter.*

153 *Distributiones quotidianæ, an sint sequestrandæ, in casu Pianæ constitutionis.*

154 *Constitutio loquens de fructibus, non capit distributiones.*

155 *Fructuum perceptorum condemnatio, non capit distributiones, nisi in quinque casibus. primo, quando fuerunt protestatæ, num. 156. secundo quando beneficium in solis distributionibus consisteret, n. 157.*

158 *Distributionum sunt plures species, & 159. & n. 205. & 206.*

160 *Fructuum condemnatio comprehendit distributiones, quando condemnatio loquitur etiã de fructibus, qui percipi potuissent.*

160 *Fructuum, qui percipi potuerunt condemnatio, solet a Rota fieri, in tribus casibus ibidem.*

160 *Fructuum condemnatio capit distributiones re vera perceptas.*

161 *Distributiones debentur ab impediente executionem litterarum Apostolicarum.*

161 *Damnum semper præsumitur illatum, & delictum commissum ab eo, qui ex illo sentit commodum*

modum.

162 *Distributiones non dicuntur de corpore beneficij, sed naturæ diuersæ.*

163 *Fructus propriè dicuntur, qui in absentia percipi possunt deductis oneribus.*

164 *Distributionibus in percipiendis, magis elaboratur.*

165 *Testari Clericus potest de distributionibus, licet non de fructibus beneficij.*

165 *Distributiones potius acquiruntur ratione operarum impensarum, quam ratione præbendæ, ibidem.*

166 *Annata dimidia, quæ soluitur, in Cancellaria, non soluitur de distributionibus.*

167 *Annata non soluitur de Canonicatibus S. Petri, & Ecclesiæ Toletanæ, &c. quia demptis distributionibus, non excedunt. 24.*

168 *Canonicatus Cordubeñ. & Salmañ. cosistunt, etiam in fructibus.*

169 *Fructus suos, non facit, qui personaliter non præstitit fidei professionem, distributiones vero sic, num. 170.*

171 *Distributiones non comprehendũtur, in dispositione Concilij, de contributione pro seminarijs facienda.*

172 *Compositio debet fieri de fructibus malè perceptis, non tamen de destributionibus, & n. 173.*

174 *Distributionibus ex quotidianis, an debeatur charitatiuum subsidium.*

175 *Indultum de lucrandis fructibus in absentia, non capit distributiones.*

176 *Indultum de lucrandis distributionibus in absentia, intelligitur de illis, quæ consistunt in pecunia, non de illis, quæ in pane, & vino consistunt, nisi omnes consistant in pane, & vino, & num. 177.*

178 *Distributiones, non percipiunt litteris operam dantes etiam de licentia Papæ. & numero 179.*

180 *Distributiones, an capere debeat Lector Sacræ Scripturæ.*

181 *Distributiones, an debeantur, missam tempore horarum celebranti.*

182 *Absentes in mensibus permissis distributiones non recipiunt.*

183 *Distributiones, non recipiunt præbendati, associantes Episcopum extra Ecclesiam.*

183 *Absentes causa suorum, vel Ecclesiæ negociorum, non percipiunt distributiones, ibidem.*

184 *Distributiones quotidianæ, non sunt in congrua portione computandæ.*

185 *Distributiones computantur in congrua assignanda Vicarijs Parrochialium.*

186 *Dictio,* redditus, *&* prouentus, *an comprehendat distributiones.*

187 *Priuilegium de capiendis distributionibus in absentia, an includat tertiariam datam colligenti fructus decimales, &c.*

188 *Distributiones si comprehendere voluisset Pius IV. expressisset, sicut fecit Pius V. & nu. 189.*

190 *Dictiones* fructus, redditus, & prouentus, *ponuntur in litteris beneficialibus, ad denotandum solum valorem fructuum.*

191 *Materia quando est correctoria, verba sunt restringenda.*

192 *Proœmialibus ex verbis, tota dispositio regulatur.*

193 *Verba multiplicata,* fructus, redditus, & prouentus, *debent quodlibet de per se aliquid operari.*

194 Redditus *dictio, amplius comprehendit, quam dictio* fructus.

195 *Fructus omnis, consistit in redditu, sed non e contra.*

196 Redditus *dictio, comprehendit omnes prouentus, & alia. n. 204.*

197 *Prouentus, siue prouentiones idem sunt, & quid importet dictio* prouentus.

198 *Obuentionem appellatione, includuntur oblationes, & funeraria, vel quæ ex sigillo, vel hominis facto proueniunt.*

199 *Obuentiones sunt parui, & magni redditus, & differunt a fructibus.*

200 *Obuentionum appellatione, veniunt oblationes, & personales decimæ.*

201 *Dictio* obuentio *est nomen generale.*

202 *Distributiones, si non comprehenderentur in Piana constitutione, esset sæpe illusoria.*

203 *Distributiones comprehenduntur in Instrumentis Rotalibus de apponendo sequestro.*

207 *Remedia plura vberrima competunt prouiso Apostolico; absque remedio Constitutionis Pij IV.*

208 *Breue de capienda possessione conceditur, quando beneficium est reseruatum, absque vitio spolij, & appellatione remota.*

209 *Breuis executioni, vt locus sit, solummodo est verificandum constitutum concernens reseruationem.*

210 *Breue de capienda possessione, plus operatur, quam res iudicata.*

211 *Subrogationis gratiosæ litteræ, habent paratam executionem, cum sola verificatione clericatus, possessionis prædecessoris, ac reseruationis, aut litigij, & 212. & 213.*

214 *Remedium subrogationis gratiosæ, pluribus videtur consultius, quam remedium breuis de capienda possessione, & vigore illius potest capi possessio propria authoritate.*

215 *Remedium constitutionis Pianæ, est valde opportunum, & magni effectus.*

216 *Præiudicio agitur de graui, quando tractatur de excludendo, a possessione prouisum ab ordinario.*

217 *Obitus de mense reseruato, est concludenter probandus.*

218 *Clausula* breuiter, & summariè *contenta in breui, quomodo intelligatur, & numero. 219.*

220 *Stylus, an sit in tribunali A. C. quod*

minor plena probatione sufficiat, pro verificatione constiti in breui contenti & num. 221.

222 *Sequestratio est minus tedialis, quam immissio aduersarij, ac minus præiudicialis. num. 225.*

223 *Sequestrationis ad effectum, sufficit leuis causæ cognitio.*

224 *Sequestrationis ad effectum, sufficit leuis probatio. & num. 226.*

227 *Immissioni, vt locus sit, debet esse probatio Iudicialis, secus ad effectum sequestri ex Piana Constitutione.*

228 *Sequestrationis de Iniustitia, difficile apparere potest, exactis.*

229 *Sequestratio potest iustificari, ex alijs probationibus, non deductis in scriptis.*

230 *Iudex, non semper se applicat ad vnam probationis speciem.*

231 *Iudex, ex allegatis in eius præsentia, & ex alijs formal animi sui motum.*

232 *Iudicis officium, nunquam conquiescit.*

233 *Iudex, in probatione extraiudiciali, non tenetur comparare testes, nec processum publicare.*

233 *Dictio* constiterit, *an intelligatur de Iudiciali notitia, vel etiam de extraiudiciali.*

234 *Clericatus est probandus, ad effectum immissionis vigore subrogationis, necnon possessio prædecessoris, & num. 235.*

236 *Sequestratio vigore Pianæ Constitutionis, ex solo officio potest poni.*

237 *Manutentio, non conceditur ex officio: sed parte instante.*

238 *Sequestrationem, non impedit oppositio de excommunicatione.*

239 *Excommunicationis exceptio, non obstat petenti reuocationem attentatorum.*

240 *Gratia principalis si est subreptitia, non est locus executioni breuis, à principali gratia dependentis.*

241 *Sequestratio nihil dat prouiso Apostolico; sed conseruat fructus victuro in causa.*

242 *Immissio vigore breuis, vel gratiosæ subrogationis: potest ex pluribus impediri remissiuè.*

243 *Immissio impeditur, quando concurrit par titulus, nisi procedat ex diuersa vacatione, & in alijs casibus, numer. 244.*

245 *Pius IV. conditor d. Constitutionis, non ignorabat remedia breuium, & subrogationis gratiosæ.*

246 *Remedia plura habere, ex quibus opportunius eligi possit, interest nostra.*

247 *Pæne plures fuerunt appositæ, contra reseruata beneficia prouidentes, & 247.*

248 *Collector Italiæ ex Constitutione 35. Pij V. poterat capere possessionem omnium beneficiorum reseruatorum, statim quod haberet notitiam vacationis, vt illam prouisis Apostolicis traderet.*

§. 7. Proœmialis in quo plene interpretatur Constitutio 142. Pij IV. de apponendo sequestro in beneficijs reseruatis.

NVNC scire oportet, quòd ad fauorem nostræ regulæ emanauerit † quædam Constitutio fel. recordat. Pij IV. Pontif. Maximi, sub die 26. Mensis Octobris anni 1560. quæ in bullario est 142. inter eiusdem Papæ Constitutiones, per quam statuitur, quod quando beneficia ratione mensium, seu alias sunt reseruata, & inter prouisum Apostolicum, & ab ordinario prouisum desuper litigare contigerit: Iudex, statim quod, parte legitimè citata, & citatione reproducta cognouerit, præfatam reseruationem, etiam summariè, & extraiudicialiter, quantum sibi pro rei qualitate sufficere videbitur, fructus, redditus, & prouentus beneficiorum sequestrari mandet, ac faciat, &c. 1

Et quia ista Constitutio est egregia, & non paucis, etiam de Curialibus, incognita, vt eius copia facilius ad manum habeatur, (Nam eam explicare in isto §. intendo,) tenorem illius saltim in parte nostrum propositum tangente, hic inferere decreui, & omittam aliam partem Constitutionis, quæ tractat, circa resignantes fraudolenter beneficia litigiosa, de qua non inuenio mentionem fecisse Flaminium Parisium, in suo copioso, & vtili tractatu de resignatione.

Sanctissimus in Christo Pater, &c.

2 *Pius † diuina prouidentia Papa Quartus. cupiens prout suo pastorali incumbit officio, vnicuique quod suum est tribui, Iustitiamque inter omnes æqualance ministrari, ac animarum periculis, & fraudibus eorum, qui passim beneficia Ecclesiastica in mensibus, in quibus illorum collatio, & prouisio per Constitutiones suas, seu Cancellariæ Apostolicæ regulas desuper æditas, dispositioni suæ pro tempore reseruatæ existunt, vacantia, seu alias eidem, & sedis Apostolicæ dispositioni generaliter reseruata, aut ex generali reseruatione Apostolica, vel alias affecta, ordinaria, seu alia auctoritate contradictarum Constitutionem, tenorem, aut alias indebitè sibi conferri, & de illis etiam prouideri procurant, & in eis prætextu collationū, seu prouisionum huiusmodi se intruduntad hoc*

ad hoc vt illorum fructus suos faciant, & ex eis impetrantes apostolicos, seu alias iusto titulo prouisos molestent, & interim, lites, adeò in longum protrahant, vt impetrantes, & iustum titulum habẽtes, aut cum eis concordare, aut eorum iuri cedere, & renuntiare, aut in prosecutione litium omnes fere eorum facultates dissipare, & tandem in illarum prosecutione mori cogantur. &c.

Hac sua perpetuo valitura Constitutione, statuit, & ordinauit, quòd quoties in antea, aliquem super quouis beneficio Ecclesiastico, vt præfertur, reseruato, seu affecto, & dicta auctoritate, vel aliàs nulliter collato tam, in Curia, quam extra eam, litigare contigerit, & Iudici ordinario, seu cui causa desuper commissa fuerit: etiam summarie, & extraiudicialiter, quantum sibi pro rei qualitate, sufficere, parte legitime citata, videbitur, constiterit, beneficium ipsum, in dictis mensibus vacauisse, aut alias, vt præfertur reseruatum, seu affectum: & nihilominus ordinaria, seu alia auctoritate, nulliter collatum, & indebite detentum existere. Idem Iudex, reproducta citatione, fructus, redditus, & prouentus beneficiorum sic nulliter collatorum, & indebite detentorum sequestrari mandet, & faciat, ac alia exequatur in præmissis necessaria, & opportuna: super quo eidem Iudici omnem potestatem, & auctoritatem impartitus est, Idemque Sanctitas sua, in causis nunc, & in quauis instantia, coram eisdem Iudicibus pendentibus, similiter obseruari mandauit, &c. & ita in præmissis omnibus, & singulis per eosdem, & alios quoscumque Iudices, & etiam causarum Palatij Apostolici Auditores sublata, &c. Iudicari, & diffiniri debere. irritum quoque, &c.

Placet, describatur, & publicetur I. Lecta, & publicata fuit supradicta Constitutio Romæ, in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ 1560. Sabbato 26. mensis Octobris.

Ex qua Constitutione, ibi, *vnicuique quod suum est tribui*, collige primo, quod sicut Papa, non solet, nisi ob iustam causam auferre prouisiones ordinariorum, in suis mensibus per preuentionem, vt in §. proœmiali 4. dicebam. Ità ordinarij † non 3 debent se intromittere, in conferendis beneficijs vacantibus, in mensibus reseruatis, si quidem, tales prouisiones, non ad illos, sed ad Apostolicam Sedem spectarẽt, ita vt vnicuique quod suum † est tribuatur. l. Iustitia. 4 §. iuris præcepta. ff. de Iustitia, & iure. §. iuris præcepta Instit. eod. titulo, c. nouit de Iudicijs, in principio, & notat Imola. numer. 1. & omnes. Late Mandos. super faculta. A. C. in proœmio, in verbo, *quod suum est*. & verbo, *vnicuique*.

Et similiter, sicut non est iustum, quod bene prouisus ab ordinario † in suis mensibus, 5 indebitè molestetur per calumnios impetrantes, ac deuolutarios piscantes, beneficijsque alienis pacifice possessis, insidiantes: Sic pariformiter prouisi, à Sede Apostolica, in mensibus reseruatis, non debent indebitè 6 † molestari per intrusos, & malè ab ordinario, vel alio prouisos, vt æqualance Iustitia 7 ministretur, & æqualitas † seruetur. l. vt liberis, post principium, ibi, *æqualance parique modo prospici posit*. C. de collationibus. l. termi nato. l. fin. C. de fructibus, & litium expensis. Rota decis. 2. num. 6. de pactis, in antiquis. Decius cons. 122. sub num. 3. vers. *postremo ad confirmationem*. Socin. Iunior cons. 160. *circa præsentem*. num. 24. vol. 2. Aim. cons. 133. nu. 7. Gregorius Lopez in l. 5. verbo, *igualdad*. tit. 5. Partita 6. Rota Acchilles, decis. 18. nu. 2. de appellationibus, & vide infra. numer. 245. & sequen.

Secundo nota ex illis verbis, *& in eis præ textu collationum, &c.* cũ sequentibus, quòd, ad pedem litteræ, non raro, in Curia (de quo nimis est dolendum) seruari vi- 8 demus, † nam postquam Clerici Hispani, ac alij de longinquis partibus propriam patriã relinquunt, & multis periculis terræ, ac maris se exponentes, vt aliquod beneficium, cum quo sustentari valeant consequantur, Romam veniunt: & in Curia per plures, & plures annos, (quot laboribus, & miseriis Deus scit) commorati sunt, & non solum illorum patrimonium, sed etiam fratrum, ac propinquorum interdum exhauriunt: quando iam non modica sorte, & fortuna sibi gratiam fieri de aliquo beneficio reseruato obtinent, & (vt in alio simili proposito dicit Constitutio 42. Gregorij xiij. incipit, *quæ in Ecclesiarum*. vers. *qua de causa*.) quando securè, in propriam patriam redire, vt dicto beneficio, & aliqua requie potiantur, credunt: inueniunt, in suis beneficijs, à Nuntijs, vel ordinarijs perperam, & de facto prouisos, & interdum sine aliqua penitus collatione, intrusos: non alia intentione, nisi, vt sibi illorum fructus vsurpent, & ex eis prouisos Apostolicos, cum litium an fractibus molestent, & lites ad longum, in quo hominis vita consumitur, protrahant, & his, & alijs illicitis modis, ac extorsionibus, (vt nostra inquit Constitutio) iustos titulos habentes, cum eis se concordare, aut eorum iuri cedere, aut renuntiare, aut in prosecutione litium omnes fere eorũ facultates disipare, & semetipsos exinanire impellunt, & tandem in præfatarum litium prosequutione iustè prouisi mori cogantur. Cardinal. in Clement. 1. numero decimo sexto. in fin. de sequest. possess. & fructuum.

Sed aduertant huiusmodi intrusi, talia facientes, quòd cruciabuntur, in Inferno, nisi prius titulum dimittant, fructus integrè restituant, & expensas, ac damna inde sequuta, persoluant: Considerantes, quòd nihil prodest homini, si vniuersum mundum

9 † lucretur, animæ verò suæ, detrimentum patiatur. c. Matthæus. in fine. de Simonia, & quod anima est cunctis rebus præferenda
10 † l. sancimus. la prima ad fin. C. de sacrosanc. Ecclesijs. c. cum infirmitas, in fin. de pæniten. & remissionibus.

Et similia verba nostræ Constitutionis, assignantur, per text. in c. nonnulli 28. in principio. ibi, *vt reus fatigatus laboribus, & expensis*
11 † *liti cedere, vel importunitatem actoris, redimere compellatur*. de rescriptis.

12 Quia, propter lites, quis efficitur † pauper, vt in authentico, vt differentes Iudices. §. 1. vers. *hæc autem omnia*. collatione 6. Ideò bo-
13 ni viri eas execrantur. † l. item si res. §. fin. ff. de alien. Iud. mut. caus. fact. Et ob id dixit
14 Isaias. cap. 57. *non enim in sempiternum* † *litigabo*. Sine magnis namque sumptibus, homi-
15 nes, non prosequuntur † lites. c. finem litibus. de dol. & contuma. Propterea dixit Seneca, relatus à Baldo cons. 218. *petita venia*. sub nu. 1. vers. *quoad personas* lib. 3. cum pari contender
16 dere † anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum. Alia plura damna
17 † de litibus, vide per Rebuff. in praxi, in regula de subrogan. collitig. gloss. 1. vbi inter alia dicit, quod lites sunt flagella omnium durissima, & in rubrica ad concordata, super verbo *sumptibus*. Nec omitto, quod passim dicimus, Hymnum, vbi habetur, *dissolue litis vincula, adstringe pacis fœdera*. Item, *ne litis honor insonet*, necnon, *extingue flammas litium*. Videndns est, etiam de incommodis litium Ludouicus Gomezius, in c. dispendia, ex num. 6. vsque ad 17. de rescript. lib. 6. vbi. num. 12. scribit, quod in tantum sunt lites fugiendæ,
18 quod satius sit, rem totam, petenti, † dimidiam partem dare, quàm pro tota litigare. Imo petenti tunicam, est potius dimittendum palium, quam litigandum. Matthæi c. 10 cap. 1. in fine 14. quæstione prima Rodoan. de Simonia 2. parte c. 31. ex nu. 9. Vbi post alios dicit nihil esse tam simile, actibus demonum, quam litigare, & quod litigatores mali viri appellantur.

19 Tertio nota nouum & specialem casũ, vbi licitum est fructus † beneficij sequestrare, nam regula est in contrariũ, quod sequestratio, tam de iure ciuili, quàm Canonico, prohibita sit, vt in rubro, & nigro. C. de prohibita sequestratione pecuniæ. c. 1. de sequestratione possessionum, & fructum, c. 1. vt lite pendente. Franciscus Curtius in tract. de sequestris. num. 6.

A qua regula excipiuntur plures casus,
20 † quorum quatuor ponit glossa 2. in l. 1. C. de prohibita sequestratione pecuniæ. Vndecim ponit gl. fin. in c. 2. de sequestratione possess. & fructuum; Totidem ponit Angelus de Perusio. in tracta. de sequestris, ex num. 4. & sequentibus; Sexdicim, Abbas ponit in dicto c. 2. à nu. 7. vsque ad num. 10. quos omnes reducit ad sex l. 1. tit. 9. Partita 3. vt dicit Greg. Lupus ibidem gl. 1. Lancellot. de attenta. 2. p. c. 12. limitatione 12. ex num. 19. qui alios plures narrat.

Et viginti, & octo casus cumulauit Iacobus Sahagun, præceptor meus Salmantin. in repetitione d. c. 2. de sequestrat. poss. & fruct. à num. 26. cum pluribus sequen.

Quibus addo casum vigesimumnonum
21 Constitutionis † Pij V. incipientis, *cordi nobis est*. sub 3. Kal. Aprilis. an. 1568. quæ est in bullario 67. inter Constitutiones Pij V. videlicet, quando litigatur inter prouisum à Sede Apostolica, vel ordinario, de aliqua dignitate, Canonicatu, præbenda, portione, seu alio beneficio Ecclesiastico in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata consistenti, ex vna parte, & ex alia Capitulum, & Canonicos eiusdem Ecclesiæ, ad quos admissio, seu receptio ad tale beneficium spectat, & quibus accrescunt fructus, & distributiones de eo tempore, quo possessio capta non fuerit, tali casu, ne Capitulum vtilitatem sentiens ex fructuum, & distributionum perceptione, litem dolosè protrahat, & collitigans nimis molestetur, nec si causam vicerit, de nouo in recuperãdis à Capitulo fructibus, fatigetur, statuit dicta Constitutio, quod interim lite pendente fructus, redditus, prouentus, ac distributiones, cæteraque emolumenta; penes idoneam personam deponantur, restituenda ei, cui de iure postea restituenda fuerint.

Quæ Constitutio, vt locũ habeat oportet,
22 quod Capitulũ fuerit in aliqua culpa, † non tradendi possessionem, vel aliquod impedimentum præstiterit, vt fuit resolutum in vna Placentina Decanatus 5. Iulij 1599. coram R. P. D. Pegna. vbi fuit iudicatum sufficiens impedimentum, si litteras Apostolicas ad Consilium Regium, vel alios Iudices seculares, detulerit, & paulò prius fuerat idem latè deductum, & tentum in vna causa Cartaginen. Canonicatus coram R. P. D. meo Lancellotto.

Sit etiam trigesimus casus Constitutionis
23 nostræ, † quando litigatur super beneficio reseruato, seu affecto ratione mensis, vel alias.

Item, quando beneficium vacat, sequestrantur fructus cum appositione Economi,
24 † iuxta formam c. cum vos, de officio ordinarij, cui concordat lex 11. tit. 15. Partita prima, & fuit decisum in vna Cremonen. Cappellæ. 24. Iunij 1590. coram Comitulo.

25 Erit quoque alius † propter recursum factum ad Iudices Laicos, in causis beneficialibus, vt statim subijciam. num. 36.

Item alius casus sit, quando agitur de attentatis,

tentatis, seu manutentione, & discutio pendet à negotio principali, siue factum sit intricatum, habens multas ambages, & difficultates, nam tunc eligitur media via, vt discutiatur de bono iure negotij principalis, & in-
26 terim † apponatur sequestrum, vt benè docet Lancellot. plures Rotæ decisiones allegans de attenta. 3. p. c. 24. q. 19. num. 5. & 6. & 3. parte c. 29. Vide etiam infra numer. 34. 35. & 37.

Et generaliter Iudex ex iusta causa sibi be-
27 ne visa potest ex officio † apponere sequestrum, in omnibus casibus, in quibus sequestratio ad instantiam partis, fieri non posset. Bart. in l. Imperatores. §. fin. num. 3. ff. de appellation. Berous cons. 116. num. 6. lib. 3. Caualcan. decis. Fiuizana. 23. sub num. 34. vers. *Iudex tamen ex officio.* Lancellot. de attenta. 2. parte. c. 12. limitatione 12. num. 26. & 3. p. c. 29. num. 148. & 149. vbi dicit, quod Rota generaliter, ex causa sibi benè visa, solet deuenire ad appositionem sequestri.

Quarto nota ex illis verbis, *super quouis beneficio Ecclesiastico*. &c. quod ad hoc, vt apponatur sequestrum in casu nostro, debet esse introducta lis super ip-
28 so † beneficio. Vnde si esset solum introducta super possessione, forsan cessaret dictum sequestrum, quia lis super sola possessione
29 beneficij, non facit † beneficium, nec proprietatem litigiosum. gl. 1. in cap. primo de confirmatione vtil. vel inutil. vbi notat Abbas. n. 5. & omnes. Cassadorus. decis. 6. num. 2. de rescriptis. Aimon. cons. 279. num 4. & 5. decisio Pedemontana 144. num. 10. Gomezius in regula de triennali. quæst. 53. num. 8. Menoch. de arbitrarijs. casu 202. num. 17. & 18. Flaminius de resignatione. lib. 2. quæst. 3. & nu. 52. Lancellott. de attent. 1. p. c. 3. n. 142. & 2. p. c. 4. in præfatione, a num. 579. & in limitatione 2. principali eiusdem c. 4. ex num. 9. vsque ad numer. 43. in vltima impressione. Ratio est, quia nihil habet commune proprietas cũ possessione l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. possess.

Et in hoc differret ista Constitutio, à Clementina prima de sequestratione possess. & fructuum, nam in illo casu non erat necessaria lis super petitorio; sed sufficiebat lis in-
30 possessorio, † si contra possessorem dabatur sententia in possessorio, vt probat ipse text. ibi, *in petitorio, vel possessorio*. & notat Vitalinus. sub nu. 8. in fine. Sed attenta mente, & ratione dictæ Constitutionis, tentari posset, quod etiam locum habet, quando lis super sola possessione penderet, de quo erit cogitandum.

Secundo differt nostra Constitutio ab illa, quia in illa non potest ap-
31 poni sequestrum ante sententiam † in Rota promulgatam, vt docet text. ibi iuncta gloss. verbo, *promulgata*. & Cardin. ibi num. 17. in casu vero nostræ Constitut. sic statim in prin-
32 cipio † litis, dũmodo procedat citatio pro-
33 ut de iure requiritur, † ad hoc, vt sit locus sequestro, Cardinalis in dicta Clementina prima. num. 28. ad med. & num. 3. Vitalin. n. 10. de sequestratione poss. & fruct. Ias. in *l.* si fideiussor. §. si satis datum. num. 2. ff. qui satis dare cogantur. Franciscus Curtius in tracta. de sequestris, numer. 40. Anto. Gabriel. titulo de citation. conclus. 1. numer. 256. & 281. & 444.

Interdum tamen, etiam secluſa ista Constitutione, & cessante fructuum dilapidatione, solet, apponi sequestrum in causa beneficiali, nempe quando timetur, quod non possit commode fieri executio, & recuperatio
34 † fructuum; Puteus decis. 150. numer. 3. lib. 2. & 249. numer. 3. parte 3. Rota decis. 13. nu. 3. & per totam part. 2. diuers. vbi multa in proposito adducuntur, & respondet ad decisionem 164. eiusdem Putei lib. 2. quæ videtur obstare, & dixi supra num. 26. & 27.

Item in casu decisionis Caputaquen. 152. p. 3. quando possessor in prima instantia ob-
35 tinuit remissoriam † in causa beneficiali, ex eo, quod tunc habeatur sententia pro data.

Similiter vidi apponi sequestrum ante sententiam, in causa beneficiali, quando ratione illius beneficij, de quo agitur, possessor re-
36 currit † ad Iudices seculares pro defendenda sua possessione, quam Ecclesiasticus ordinarius iniuste abstulit, & de mandato eorumdem Iudicum secularium fuit reintegratus, vt fuit decisum in vna causa Calagurritana beneficij de Auscjo. coram R. P. D. meo Coccino Rotæ Auditore, sub die 10. Decembris 1601. & in alia, etiam Calagurritana beneficij Sanctorum Andreæ, & Iacobi 17 Iunij 1602. coram R. P. D. meo Litta, & aliàs sæpe.

Item quando esset possessio beneficij ca-
37 pta, lite pendente, † & sic attentata Caputaq. decis. 151. & 157. p. 3. Mohedan. decis. 1. num. 3. de sequestra. poss. & fructuum. Crescen. decis. 3. de sequestratione possess. & fructuum. Cassador. decis. 3. num. 7. vt lite pendente. Cesar. de Gras. decis. 2. nume. 1. de appellationibus.

Tertio discrepat nostra Cõstitutio à dicta Clementina prima, quia in casu dictæ Clementinæ debet lis pendere
38 apud Sedem † Apostolicam in Curia, vt dicit tex. ibi, *apud Sedem Apostolicam dumtaxat*. iuncta glossa verbo, *dumtaxat*. quæ dicit fuisse hoc prudenter, sic temperatum; nam absurdum fuisset per singulas sententias Ordina-
39 riorum, † vel delegatorum, possessores possessione priuari. Vitalinus ibidem num. 31. & reliqui. At vero nostra Constitutio contentatur,

tatur, quòd, siue in Curia, siue extra Curiam,
40 coram † Iudice ordinario, vel delegato litigari contingat, & sequestro locus sit, prout ipsa expresse declarat.

Quarto discrepat, quia in casu dictæ Clementinæ primæ, non solum
41 sequestrantur fructus, sed etiam possessio, †& ipsummet beneficium, vt ibi, *beneficium ipsum &c. apud aliquam personam idoneam sequestretur.* & ibi gl. verbo, *beneficium.* & Cardin. num. 5. Anchar. eo. num. 5. Imola num. 23. hoc bene ponderant. Per nostram autem Constitutionem, neque sequestratur beneficium, neque
42 possessio; sed fructus, † redditus, & prouentus, talis beneficij reseruati, Et qualis fuerit effectus sequestrandi tantum fructus, vel etiam possessionem, seu ipsummet beneficiũ vide per gl. verbo, *beneficium.* in dicta Clementina prima, & Cardin. num. 9. & 33. Vitalinus 69. & num. 60. etiam dicit, quod possessor victus vna sententia contra quem est factum sequestrum, non perdit commodum
43 possessionis, † quoad onus euitandæ probationis; quia sicut ante sequestrum actor tenebatur probare de iure suo, & eo non probante, veniebat absoluendus reus; ità, & post sequestrum factum sibi incumbit idem onus probandi, & vide Gomezium, in regula de annali quæstione 46. num. 4.

Quinto discrepat, quia dicta Clementina procedit, in quocumque beneficio litigioso reseruato, vel non reseruato; ista tamen Constitutio solum procedit in
44 beneficijs †reseruatis, & affectis ratione mẽsis, vel alias, vt ex lectura eius ostenditur.

Sexto discrepat, quia in dicta Clementina prima apponitur pœna ex-
45 communicationis, necnon priuationis † cuiuslibet iuris, ipso facto, contra violantem sequestrum, vt in verſ. *si quis autem.* & verſ. *nihilominus.* Piana vero, *Constitutio.* nullam istarum pœnarum inflingit, & ideo, pœna dictæ Clementinæ tanquam odiosa, non extende-
46 tur, † ad casum præsentem, Aegidius Bellamera. decis. 54. *in sententia.* in principio. Puteus decis. 45. num. 2. & 3. & decis. 33. lib. 2. Mohedan. decis. prima. num. 4. & 5. de sequestratione possess. & fructuum, vbi in terminis. dictæ Clementinæ primæ. tenent illius pœnam, non extendi de casu ad casum.

Septimo discrepat, quia Clementina dat facultatem apponendi se-
47 questrum loci ordinario, † quamuis coram illo causa non pendeat; sed pendeat in Rota, vbi prima sententia prolata fuerit, vt ibi, *per loci ordinarium.* & gl. verbo, *loci ordinarium.* & Cardinalis. num. 8. & 20. post alios, quos ipse recenset, Anchar. nu. 7. verſ. *in casu ergo.* Imol. num. 15. vbi notat casum, in quo de cau-
48 sa ad Curiã deuoluta, se intromittit † ordin.

Constitutio verò Piana vult, vt ille Iudex, qui de causa cognoscit, dumtaxat, siue sit or-
49 dinarius, † siue delegatus, sequestrari mandet, & faciat, vt patet ex illis verbis, *Iudici ordinario, seu cui causa desuper commissa fuerit, &c.* & postea subdit, *Idem Iudex sequestrari mandet, &c.* & iterum paulò inferius, *coram eisdem Iudicibus.* quasi vellit, quod ipsemet Iudex, non alius hoc facere possit, & debeat ponderando illam dictionem, *idem.* quæ excludit diuersitatem, & significat identitatem. l. 2. in princip. ff. si cert. petatur, & ibi Bartol. Soccin. post Bald. Alex. & alios. num. 3.

50 De stylo tamen, & praxi Curiæ † idem ferè est, tam in vno casu, quam in alio, quia stylus Curiæ, qui est optimus iurium interpres, habet, vt mandetur ab Auditore Rotæ, qui sententiam tulit, dicœcesano, quatenus sequestret beneficium huiusmodi, iuxta determinationem dictæ Clemẽtinæ, & sic videtur quòd
51 Ordinarius, non potest se intromittere, † nisi accedente huiusmodi mandato, vt docuit Bonifatius Vitalin. in dicta Clementina prima. n. 48. & 49. & licet dicat, quòd tunc relaxabatur tale mandatum sub bulla, per Cancellariam; hodie vero secus est, quia nulla bulla
52 conficitur, † sed Notarius actuarius Rotæ, de mandato Domini, facit instrumentum sequestri, eiusdem Iudicis sigillo munitum, & illud parti consignat.

Idemque Vitalinus. num. 51. & sequentibns defendere conatur, contra gloss. Lapuũ Ancharan. Cardinalem, & alios, quòd dictus stylus, non sit contra dictam Clementinam, nàm littera eiusdem, dum dicit, *per loci ordi-*
53 *narium.* debet intelligi † recepto prius mandato de sequestrando. Quidquid sit, hanc Vitalini opinionem seruat quotidiana praxis;
54 & experientia, quæ est rerum † magistra. c. quam sit de electione in 6. §. penultimo. Institut. de satisdationibus.

Octauo discrepat, quia ad hoc, vt deueniatur in Casu dictæ Clementi-
55 næ ad sequestrum oportet, quòd acta, & probationes fiant Iudicialiter, † vt ex illis possit proferri sententia, & relaxari sequestrum: nõ verò ex his, quę sunt extra acta. l. illicitas. §. veritas, vbi Bart. & omnes. ff. de off. præsidis. c. 1. iuncta gl. verbo, *quod Canones.* in versiculo, *Item ex eo, quod dicit hic.* de officio ordinarij. Cassadorus decis. 12. num. 8. & 9. super regulis. Couarruuias latissime. lib. primo. variar. c. 1. per totum Rolandus à Valle. cons. 70. ex numer. 17. lib. 1. Io. Gutierez, q. Canonica 29. num. 1. & per totam lib. 1. Acebedus in l. fin. tit. 17. lib. 4. recopilationis. num. 129. & sequentibus, Rota decis. 445. num. 7. & 8. parte prima diuersorum.

Cæterum in casu nostræ Constitutionis, sufficit, si constet de d. reseruatione, & intru-

sione

56 sione extraiudicialiter, † vt probat dict. Constitutio ibi, *etiam summarie, & extraiudicialiter, quantum sibi pro rei qualitate sufficere, parte legitimè citata videbitur, constiterit*. & dicam inferius ex numer. 227. cum sequ. In quo ista Constitutio est valdè singularis; nam per illam Papa, qui est supra leges l. Princeps legibus. ff. de legibus. l. ex imperfecto. ff. de legat. 3. maxime in his beneficialibus, in quibus habet plenissimam potestatem ad libitū suum. c. 2. de præben. lib. 6. Rota decis. 11. n. 1. de præbend. in nouis, & decis. 18. de præb. in antiquis, voluit in hac parte ius commune limitare, & moderare.

Ratio potest esse, quia agitur de leui præ-
57 iudicio, † ex quo intrusus non priuatur sua possessione, seu detentatione, quam de facto habet per fructuum sequestrationem. l. licet. §. rei depositę. ff. depositi. gl. 2. in c. examinata de Iudicijs, vbi Abbas numer. 14. Felin. n. 10. Tiraq. de iure Constituti. 3. parte. limit. 17. num. 6. Vitalinus. in dicta Clementina 1. ex num. 60. vsque ad 70. de sequestratione poss. & fruct. Cassadorus decis. 14. num. 12. super regulis. Mandosius in regula de annali. quęst. 43. num. 5. Rota decis. 273. num. primo, diuersorum parte 2.

Præsertim, cū nec beneficium, nec possessio sequestretur, sed solummodo fructus, & pro-
58 pterea intrusus potest continuare † alios actus possessorios, dempta fructuum perce-
59 ptione, nàm limitata sequestratio, † limitatum habet effectum. l. age cum Geminiano. C. de transactionibus. l. in agris. ff. de acquirend. rer. dominio. Et ità sentit, quando possessio non esset sequestrata. Vitalin. in dicta Clementina prima. num. 67. & num. fin. ibid. Vestrius in praxi. lib. 7. cap. 2. num. primo in fine, & numero secundo. & tenet Acebedus in l. 1. sub num. 17. vers. *quoad fructus*, titulo duodecimo. lib. 4. recopilationis.

60 Et fructuum sequestratio facilior † est, quam rei, vel possessionis, & ideò prohibita
61 sequestratione rei, non prohibetur † sequestratio fructuum. Alexan. per tex. ibi in additionibus ad Barto. in l. Imperatores. §. idem rescripserunt. litera K. ff. de appellationib.

Præterea in euentum, in quo aliquo modo fructus spectarent ad intrusum, non illi aufe-
62 runtur, sed differuntur; † nàm quod differtur non aufertur. l. quoties. C. de precibus Imperatori offeren. c. ancillam 32. qu. 2. c. nemo desperādus est de pœnitentia. distinctione 7.

Et præiudicium dilatiuum, non est in con-
63 sideratione, † cum non sit magnum damnū, in mora modici temporis. l. debitoribus. ff. de re Iudicata. Caputaq. decis. 61. nu. 3. p. 2. vbi plures allegat. Puteus decis. 245. in medio. lib. 1. & decis. 68. lib. 2. & decis. 141. sub num. 4. eodem lib. 2.

Nostra etiam Constitutio, hoc insinuare videtur, in illis verbis, *quantum sibi pro rei qualitate sufficere videbitur*, quasi dicat, quod
64 qualitas rei, & effectus sequestri, † de quo agitur, est modici præiudicij, Abbas. in c. 2. numer. 28. de sequestratione possess. & fructuum.

Vtrum, verò, sit locus sequestro, in casu dictæ Clementinæ vigore primæ sententiæ, latæ, in causa attentatorum, vide plenè per Lancell. de attentatis. 3. p. c. 29. ex num. 139. vsque ad numerum 151. vbi concludit, regulariter negatiuè. Puteus decis. 33. lib. 2.

Et quemadmodum istæ duę Constitutiones, Clementina, & Piana discrepant in octo rebus
65 memoratis, sic etiam conueniunt, † salt im in alijs octo.

Cōstitutio Piana, & Clementina in nouē rebus conueniunt.

Prima est in ratione proœmiali, à qua re-
66 gulatur † omnis dispositio. l. fin. ff. de heredibus instituendis, Curtius Iunior. cons. 185. num. 1. & 2. nam ratio proœmialis dictæ Clementinę, est ad compescendas liti-
67 gantium † malitias, vt in principio dictę Clementinę, & eadem ratio proœmialis, est, in dicta Constitutione Piana vt ibi (*ac*
68 *animarum periculis † & fraudibus eorum, &c.* cum omnibus verbis sequentibus dicti proœmij.

Secunda concordantia est, nam sicut d. Clementina procedit in quo-
69 cumque beneficio, etiam si dignitas, † vel personatus existat, ac Curam habeat animarum, vt legitur in eadem, & ibi Imola num. 16. similiter. Piana Constitutio procedit in quocumque beneficio Ecclesiastico, etiam dignitate, personatu, & curam animarum habente, vt constat ex illis verbis, *super quouis beneficio Ecclesiastico*. nam illa dictio, *quouis*. quę est idem, ac quocumque, & omnia su-
70 pradicta beneficia comprehendit † c. sciant cuncti. de electione. lib. 6. l. quicumque. C. de seruis fugitiui. Felin. in c. de quarta. num. 15. de prescriptionibus. Gomezius in regula de triennali. q. 2. vers. *tamen his*. num. 3. Crescentius decis. 1. de priuilegijs. num. 2.

Vltra quod, militat eadem ratio d. Constitutionis, imò maior, † in maiori beneficio, & dignitate, quàm in modico. l. illud. ff. ad l. aquil. c. inter corporalia vers. *vnde* in fine. Rota decis. 21. num. 3. de prębend. in nouis, & dicam infra num. 104. & sequen.

Tertio conueniunt, nam sicut dicta Cle-
71 mentina prima cessat, contra triennalem † possessorem, ante litem motā, vt ibi, *dummodo triennio pacificè antea ab eo possessum non fuerit*. Cassador. decis. 4. num. 1. & per totam de sequestratione possess. & fruct. Puteus decis. 347. num. 2. lib. 3. Caputaq. decis. 354. num. primo. & 2. parte 2. vbi dicit,

idem

idem esse, quamuis possessio triennalis, immediata non sit, & Puteus decis. 347. numer. 2. parte 3.

Sic etiam constitutio ista (vt opinor) locum non habet, † contra triennalem possessorem, in continenti de triennalitate docentem, nàm licet hoc non exprimat Constitutio eadem; tamen est trahenda, & interpretanda, † secundum alia iura priora. l. sed & posteriores. ff. de legibus. Abb. in c. inter alia. num. 15. de immunitate Ecclesiarum. Couar. lib. 2. variarum. c. 5. num. 6. ante finem.

Nec lex noua, quantumuis generalis, corrigit casus speciales † legis antiquæ. gloss. 1. in l. 3. C. de silentiarijs. lib. 12. Felin. in c. sicut Romana. num. 3. & 10. de rescriptis. Cassado. decis. 6. num. 11. super regulis. Simonet. de reseruatione. q. 49. num. 2. & quæst. 87. nu. 2. Antonius Gabriel in tit. de legibus conclusione prima. num. primo. & per totam. Mandosius in reg. 11. q. 13. num. 3. Puteus decisione 195. num. 1. & seq. lib. 1. Ioan. Gutier. de iurament. confirmatorio prima parte q. 40. numer. 2. in fine, & in authentica sacramenta puberum. num. 76. & latius dicam in gl. 5. particula 3. de Vicarijs, ac etiam dixi in 5. §. proœmiali. a num. 129. & sequentibus.

Rursus, quia obstaret † regula 35. Cancellariæ de triennali, disponens, quod nullus possessor triennalis, absque simoniaco ingressu, cuiuscunque beneficij quantumuis reseruati, super eodem beneficio molestari possit, dummodo habeat aliquem titulum coloratum, & reseruatio, non sit ratione vacationis in Curia, de quà in c. 2. de præben. in 6.

Vnde, si talis possessor posset se tueri dicta regula de triennali, & in continenti docere de sua triennali possessione, non dubito, quòd possit euitare sequestrum, aliàs autem minimè.

Quarto conueniũt, quia sicut in casu dictæ Clementinæ primæ, opponẽs de nullitate sententiæ, † non potest excusare sequestrum, vt in finalibus verbis eiusdem textus sancitur, & Cardinalis, ibid. numer. 1. & 2. Vitalinus numer. 1. cum sequentibus, Imola num. 41. & 42. Caputaquen. decision. 156. n. 2. p. 3.

Non minus dicendum videtur, in casu nostræ Constitutionis, quòd nulla oppositio nullitatis, † seu subreptionis gratiæ obtentæ, à prouiso Apostolico excludet appositionem, & executionem d. sequestri; nàm talis oppositio non admittetur, prout, neque admittitur in Iudicijs summarijs † ad retardandam executionem. Rota decis. 3. de exceptionibus. in nouis. num. primo, & per totam. Caputaquen. decis. 317. & 342. numero primo, & per totam. parte 2. diuers. Puteus decisione 245. num. 4. lib. 1. & 276. num. 2. lib. 2. Cęsar de Grass. decis. 20. nu. 5. de probation. & vide inferius num. 40.

Nec ad retardandam concessionem mandati † de manutenendo. Menoch. de retin. remedio vltimo. nu. 36. & 41. Couarru. in practic. quęstionibus. c. 17. nu. 4. vers. 7. & Lancell. de attent. 2. parte. c. 4. declaratione 4. num. 19. & 20. & latius in 3. parte. c. fin. num. 201. cum pluribus sequentibus. Rota decisio. 27. num. 11. & 12. p. prima diuers. Boccat. in tract. de censibus 2. p. num. 175.

Nec ad excludendum attentata, † vt latissimè per Lancell. de attent. 3. p. c. 24. q. 10. a num. 10. & sequentibus, per totam illam quęstionem.

Quod etiam nostra Constitutio insinuare videtur, dum solummodò vult, quòd constet de lite, reseruatione, & intrusione, vt statim sequestro locus sit.

Quinto conueniunt, quia sicut appellatio interposita in terminis dictę Clementinæ primę, non impedit † executionem, nec effectum sequestri, vt latè per Cassador. decis. 5. num. 1. & per totam de sequestratione possess. & fruct. Vestrius in praxi lib. 7. c. 2. num. 5. Lancell. de attent. 2. parte. c. 12. limitatione 12. num. 2. cum sequentibus.

Pari ratione, nulla appellatio, sequestrum nostrę Constitutionis † impedire valet, maximè, quia in hoc casu sequestrum potius imponitur à lege, quàm ab homine, & Iudex nihil aliud facit, nisi legem exequi, tanquam executor legis. † Vestrius, vbi supra n. 9. vers. *sed percipitur*. A lege autem nemo potest appellare. l. fi. §. fi. ff. quibus appellari nõ licet, nec à legis executore. † l. ab executore. ff. de appell. l. ab executore. C. quorum appellationes non recipiantur.

Sicut, nec potest appellari, à pęna † legis, vel Canonis. c. quia nos. 33. & ibi gl. fin. in fine de appellationibus. l. si qua pęna 244. ff. de verbor. signif.

Et quia tale decretum, non est sententia diffinitiua; sed interlocutoria, † à qua non datur appellatio. Cassador. d. decisione 5. numero 1. 2. & 4. de sequestratione possess. & fructuum. l. ante sententiam. C. quorum appellationes non recipiantur, & in reg. 36. Cancellarię.

Quamuis aliàs appellari possit, † à sententia de sequestro faciendo, vt per Marantam de ordine Iudiciorum, 6. p. actu 2. nume. 296. sub 15. limitatione principali. Lancell. de attent. 2. parte c. 12. limitatione 12. vbi multipliciter declarat.

Sexto conueniunt, quia, sicut in terminis dictę Clementinę, potest apponi sequestrum in 2. instantia, † quamuis in ipsa prima sententia non decernatur. Octauianus

uianus Vestrius in praxi. lib. 7. c. 2. numer. 1. ante finem, vers. *quod si is, qui sententiam obtinet, &c.* Lancellott. de attentat. 2. p. c. 12. limitatione 12. nu. 6. Petrus Duennas. in reg. 42. limitatione 15.

Similiter in casu nostræ Constitutionis, potest decerni sequestrum in 2. & qualibet instantia, quando prouisus Apostolicus hoc petierit, vt ipsa Constitutio cantat in illis verbis, *& in quauis instantia*.

Sit etiam septima concordantia, quia, sicut decisio dictę Clementinę extenditur ad causas, quę tunc pendebant per appellatio-
92 nem, † vt in illis verbis, *præmissis ne dum circa futura; sed etiam circa per appellationem pendentia obseruandis*. ad quas causas per appellationē
93 pendentes, nunquam leges † extenduntur, ni si specialiter exprimatur, vt in authentico, vt cum de appellatione cognoscitur. §. 1. collatione 8. l. fin. tit. 14. Partita 3. Vitalin. in dicta Clementina. 1. §. præmissis, c. fin. de Constitut. vbi plenissime Felin. & omnes.

Eodem modo, Constitutio Piana exten-
94 ditur ad causas † per appellationem penden tes, vt in illis verbis, *Idemque Sanctitas Sua in causis nunc, & in quauis instantia coram eisdem Iudicibus pendentibus, similiter obseruari mandauit*.

Octauo Concordant, quia, sicut in casu dictę Clementinę, non potest
95 euitari sequestrum per cautionem † de restituendis fructibus oblatam, Ioan. Andr. in additionibus ad speculatorem in Rubrica de sequestratione possession. & fructuum, versic. *& nota, quòd licet regulariter*. Milis in repertorio, verbo *sequestrum vbi est fiendum*. Card. in d. Clem. 1. num. 29. Put. decis. 311. num. primo libro primo.

96 Quamuis regula sit in contrarium, † nempe quòd data cautione, euitetur sequestrum. l. Senatus. in fin. ff. de offic. prędis. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satis dare cogantur, quia cautio subrogatur loco sequestri. Cęsar. de Graff. decis. 3. nu. 5. de fideiuss. Bernar. Diaz in regula 685. *sequestrum euitatur*. Azebed. in l. 1. num. 4. & 5. tit. 12. lib. 4. recopilationis.

Pariformiter in casu dictę Constitutionis
97 Pianę, non potest euitari † sequestrum, quamuis detur, quęlibet cautio. Ratio est, quia dicta regula generalis procedit, quando sequestratio, solum permittitur; non verò quando
98 à lege precipitur, † & fieri mandatur, vt in Casibus dd. Clem. & Pianæ Constitutionum. Ioan. Andr. & Milis. vbi supra. Vestr. in praxi lib. 7. c. 2. num. 9.

Item, quia Constitutio nostra fundatur, ne intrusus, ex fructibus molestet impetrantes
99 Apostolicos, † vt in proœmio legitur, quod etiam fundamentum habuit d. Clem. 1. vt Card. ibi. num. 16. in fin. & si cum cautione
106 data cessaret sequestrum, non occurretur
107 huic, & alijs incōuenientibus. Put. decis. 311. num. 7. lib. 1.

Quibus addo, quòd sicut in casu d. Clem.
100 tertius † pro suo interesse se opponens, non potest impedire sequestrum. Rot. decis. 4. nu. primo. & per totam. de sequestratione possess. & fructuum in nouis, & decis. 11. numer. primo de senten. & re iudicat. in antiquis, rationem reddentes, quia ex d. sequestro, non solum, non resultat prędiudicium tertij; sed
101 potius commodum: † Ita quòd, si facto sequestro à Iudice primę instantię, penderet causa in 2. instantia, & in hac instantia venerit tertius pro suo interesse, in statu, & terminis, in quibus reperitur, non potest Iudex primę instantię, qui apposuit sequestrum, etiam de
102 consensu partis, ad cuius fauorem † fuit oppositum, illud tollere, & relaxare, propter d. prędiudicium tertij, qui in secunda instantia comparuit, & litigat. Caputaq. decis. 101. per totam, & decis. 160. part. 3. diuers.

Necnon, sicut, sequestratio d. Clement.
103 dumtaxat, extenditur ad fructus, stantes de tempore † sequestri, & futuros, non autem ad iam perceptos, ex eo, quia fructus percepti, iam non dicuntur fructus beneficij; sed solum ipsius possessoris, & quia sequestrum limitatur ad tempus, de quo factum est, & sic non trahitur retro, vt docuit Vitalin. in dicta Clementina prima. num. 77. & 78.

Sic non dispari ratione, dicēdum est, quòd hęc omnia adaptentur ad terminos nostrę Clemētinę, cum in vno, & altero casu eadem
104 prorsus, & æqualis ratio † procedat. §. pari ratione, institut. quibus modis ius patrię potest. soluitur, & gloss. ibi, verbo *Pari*. l. a Titio 108. in fin. ff. de veeb. obligat. l. quędam. §. numularios, & ibi gl. verbo, *quia & hic*. ff. de edendo. Aim. cons. 118. num. 15.

105 Et vbi est eadem ratio, dicitur adesse † eadem lex, non extensiuè, sed comprehensiue. l. illud. C. de sacrosanctis Ecclesijs. l. his solis, vers. *satis etiam caute putamus*. C. de reuocan. donationibus, Bald. in l. data opera. numero 16. 17. & 18. C. qui accusare non possunt, & in d. l. his solis. num. 1. & in cons. 433. *Domina Ioanna*. num. 3. lib. 3. Paris. cons. 83. num. 25. libr. 3. late plura adducens Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, *libertis*. num. 45. & 46. C. de reuocand. donat.

Ecce igitur, qualiter nostra Constitutio est in pluribus, ad instar d. Clement. primę de sequestratione possess. & fructuum, & licet, in nonnullis excedatur à dicta Clementina, vt ostenditur supra in prima, & quarta, & quinta, & sexta discordantia. In alijs tamen nostra Piana Constitutio excedit, & superat eandem Clementinam, & ita se habent, vt excedentia, † & excessa, prout in simili de possessione, † & proprietate dicit glos. verb.

nihil

nihil in fin. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſeſſ. Et de Archidiacono, & Archipresbytero, qui ad inuicem ſe excedũt.

108 nam † Archidiaconus eſt maior, in iuriſdictione Archipresbytero, extra Eccleſiam: & in ordine minor, illo, intra Eccleſiam: quod ſe habeant, vt excedentes, & exceſſi, tradit Abbas, poſt Hoſtienſem, & alios in c. primo ante numerum primum de officio Archipresbyteri. Et de clauſula *motu proprio*, & clauſula *ex certa ſcientia*, quod ſimiliter

109 ſe habeant, vt excedentia, † & exceſsa firmat. Mandoſ. in reg. Cancellarię. 16. de concurrentibus, quęſt. 6. num. primo. in fin. ac per totam. Et de duobus Eccleſijs, habentibus ad

110 inuicem certas maioritates, † ac prȩrogatiuas prȩheminentiarum, dixit Rota, in vna Meſſanen. prætheminentiarum 14. Decemb. 1584. coram Illuſtriſs. D. Blanchetto, quod ius vtriuſque fuit redactum, ad inſtar excedentis, & exceſsi, & vide quę dixi, in §. prȩcedenti, ex num. 63. vſque ad 70.

Deſcendamus nunc, ad aliquas quęſtiones cõcernẽtes declarationem huius Conſtitutionis.

Quæſt. 1. **Quæro** primo, an illa verba noſtræ Conſtitutionis, *quantum ſibi videbitur*,

111 importent † arbitrium boni viri, an vero meram voluntatem. Nam ſi important arbitrium, Iudex tenetur ſe regulare, prout de iure; ſecus autem, ſi important voluntatem. l. 1. ff. de legatis ſecundo. l. fideicommiſſa 11. §. quamquam. ff. deleg. 3.

Breuiter dico, quod important arbitrium

112 boni viri, † non vero liberam voluntatem. tex. in l. fideicommiſſaria 46. verſic. *ſi tibi videbitur, peto, manumittas, ita enim hoc accipiendum eſt, ſi tibi, quaſi viro bono videbitur.* ff. de fideicomm. libertatibus. & in d. l. fideicommiſſa. §. quamquam, ibi *vel videbitur.* ff. de leg. 3. Bar. in l. ſi ſic in principio num. 2. ff. de leg. primo. c. 2. & ibi gloſſ. verbo. *viſum fuerit*, de corpore vitiatis. Roman. conſ. 55. ſub num. 1. ante medium, & conſ. 228. ante numerum 12. Alex. conſ. 82. *ponderatis.* in fine libr. 5. Corn. conſ. 144. *licet videtur.* ſub num. primo lib. 4. Gozadin. conſ. 91. num. 9. Deci. conſ. 493. nu. 19. Pariſ. conſ. 92. num. 22. lib. 1. Menoch. de arbitrarijs. lib. 1. q. 8. num. 1. 2. & 3.

Quod multo magis procedit, ſtantibus illis verbis, *pro rei qualitate ſufficere, parte legitime citata, videbitur*. Nam ideo citatur pars, vt iudex procedat, non ad libitum, & libe-

113 ram † voluntatem ſuam; ſed vt videat, & arbitretur, prout de iure. Pariſ. conſ. 95. nu. 22. lib. 1. Deci. d. conſ. 493. num. 18.

Quæſt. 2. 114 **Quæro** ſecundo, an iſta Conſtitutio procedat in alia reſeruatione, † prȩter quam ratione menſis. Reſpondeo ex illis verbis, *aut alias prout præfertur, reſeruatum, vel affectum*. quòd dicta Conſtitutio, non ſolum procedit in beneficijs reſeruatis ratione mẽſium, ſed etiam in reſeruatis, ex alia, quacunque reſeruatione, vel affectione. Et quæ ſint iſtę reſeruationes, Deo volẽte, dicam in gloſſ.

115 51. & 52. Interim tamen vide differentiam † reſeruationis, & affectionis, per Simonettam de reſeruatione. quæſt. 64. per totam. Mandoſium in procœmio regularum Cancellariæ. quæſt. 5. art. primo, & ſequentibus, dicentes, reſeruationem reſpicere actum verbalem, affectionem vero actum realem, & quod differunt, veluti inter tacitum, & expreſſum. Nam reſeruatio oritur ex verbis Papę, affectio autem, ex manus appoſitione eiuſdem.

Quæſt. 3. **Tertio** quæro, an iſta Conſtitutio in hac parte procedat, in beneficio liti-

116 gioſo, † ita vt ſi lite pẽdente Ordinarius prouideat de aliquo beneficio, ſequeſtrationi locus ſit, vigore huius Conſtitutionis.

Primo videtur, quod ſic, quia iſta Conſtitutio loquitur generaliter de beneficijs reſeruatis, in quibus ordinarius, non poteſt ſe intromittere, nec prouidere: bene-

117 ficia autem litigioſa, ſimiliter † prouidere prohibetur. c. 2. vt lite pendente. libr. 6. Clementina prima eod. tit. ergo.

Breuiter de ſtricto rigore, contrarium tenendum apparet, quia aliud eſt eſſe beneficium litigioſum, & aliud eſſe reſeruatum. †

118 Nam reſeruatum prohibetur conferre ordinarius. litigioſum vero non prohibetur, ſed eius poteſtas ſuſpenditur, donec futurus litis declaretur euentus, vt in d. Clemen. prima. §. *ſi ergo*, vt lite pendente. Simonetta de reſeruatione. q. 10. numer. 5. Mandoſius in regula de impetrantibus beneficia per obitum Cardinal. q. 9. num. 5. 6. & 7. vbi latè declarat, Gomezius, in ead reg. q. 8. ſub num. 4. verſiculo, *iſtis tamen non obſtantibus*. ibi, *quia certum eſt, quod beneficia litigioſa in Curia, ſunt adeo affecta ſoli Papæ, quod ſi vnus ex collitigantibus moriatur in Curia, nullus de illis prouidere poteſt, niſi Papa.* Nempe, quod ſit tale beneficium reſeruatum, ſeu affectum ratione mortis in Curia, in terminis Clementinæ primæ vt lite pendente, & non aliter. Et eod. modo eſt intelligendus idem Mandoſ. in reg. de triennali. q. 81. ſub num. 9. verſ. *qui tamen beneficia litigioſa, & ſic reſeruata, &c.* Couarr. pract. quæſt. c. 36. nu. 7. verſ. 5. ad idem ibi, *neque tamen ex hoc ſequitur*, & etiam dicam in gloſſ. 6. verbo, *Cum cura.* à nu. 142. vſque 157.

Ex quadam tamen identitate rationis, ne colliligantes multiplicentur, contraria ſententia ſuaderi poteſt.

Verum tamen eſt, quòd ſi ordinarius attentauerit, prouidendo beneficium litigioſum (etiam circumſcripta d. Conſtitutione.)

119 eſſet locus ſequeſtro, † ratione attentati. Caſſador.

sador. decis. 3. nu. 6. de restit. spoliat. in nou. Caputaq. decis. 52. lib. 1. & decis. 157. lib. 10. Mohedan. decis. 1. num. 3. de sequestratione possess. & fruct. Cæs. de Grass. decis. secunda, numer. primo de appellationibus. Et hoc sequestrum, potius fit vigore iuris communis, quam ex dispositione nostræ Constitutionis Pianæ: & ideò ista quæstio, non est magnæ considerationis, quia si sequestro locus est, parum refert, quòd fiat vigore iuris communis, vel in vim dictæ Constitutionis Pianę.

320 Sed adhuc esset non leuis effectus, † si haberet locum sequestrum vigore nostræ Constitutionis, ex quo probatio de lite esset magis priuilegiata, cùm sufficeret extraiudicialis probatio, & minor quàm aliàs, vt infra dicam, num. 28. & 29.

Quarto quæro circa illa verba sequentia constitutionis, *& nihilominus ordinaria, seu alia auctoritate nulliter collatum, & indebite detentum existere.* vtrum sufficiat constare de reseruatione ratione mensis, vel alio modo, ac etiam de intrusione, vel indebita detentatione, vt sequestro locus sit: vel potius debeat etiam constare de prouisione

321 † nulla, ordinaria, seu alia auctoritate facta, antequã deueniatur ad sequestrum. Et quòd debeat constare de vtroque sancitum videtur per clara verba nostræ Constitutionis, tũ ex verbis proœmialibus ibi, *ordinaria, seu alia auctoritate contra dictarum Constitutionum tenorem, aut alias indebite sibi conferri, & de illis etiam prouideri procurant.* quæ verba proœmialia indu-

322 cunt † causam finalem. Paul. Castr. consil. 2. num. 6. lib. 1. Roman. cons. 180. *si admittimus.* num. 6. versic. *ad quod ostendendum.* Gomez in regula de annali. quæst. 1. nu. 1. & 2. Roland. à Valle cons. 49. numer. 43. *Iacobus Philippus.* Portius, qui plura refert. cons. 125. num. 10. lib. 2. Rot. decis. 298. n. 2. p. 2. diuersorum. Molin. de primogen. lib. 1. c. 5. n. 6. plenissimè Menochius de præsumption lib. 6. præsumptione. 2. num. 1. & per totam.

Tum ex suprascriptis verbis in dispositiua positis, *& nihilominus ordinaria, seu alia auctoritate nulliter collatum, &c.* ponderando illam dictionem (*&*) quæ est coniunctiua, cum eis-

323 dem † qualitatibus. l. titie textores. 36. §. nihil. ff. de leg. 1. Cæsar de Grass. decis. 1. num. 5. de rebus Ecclesiæ, & de sua natura, semper addit, Puteus decis. 230. n. 2. lib. 2. Ac dicã in gloss. 3. Præsertim si consideramus illam di-

324 ctionem † *nihilominus.* quæ auget dispositionẽ, & eam præcisam reddit, quasi dicat (non solum probetur vnum; sed omninò probetur alterum) ad tex. l. fin. §. fructus, iuncta gl. verbo *nihilo magis.* ff. quæ in fraudem creditorum, & l. qui in potestate, in fine principij. ff. qui testamenta facere possunt.

Tum etiam, ex illis verbis sequentibus, & geminatis, *beneficiorum, sic nulliter collatorum, & indebitè detentorum.* verba autem geminata

125 † declarant plenam deliberationem. gl. verbo *reiteratio.* in cap. si quis iratus 2. quæst. 3. Felin. in cap. si cautio. num. 39. ante finem, cum pluribus sequentibus. de fide instrumento. Palatius Rubeus in rubrica c. per vestras. §. 17. num. 10. cum sequentibus. Simonet. de reseruatione. quæst. 80. num. 2. Anton. Gabriel. titulo de clausulis conclusione 2. num.

126 109. cum sequentibus, vbi infinita † de effectu geminationis adducunt post Corset. in suo tracta. de verbis geminatis.

Comprobatur, Nàm aliter prædicta verba dictæ constitutionis, semel, iterum, atque iterum repetita, non essent alicuius effectus, quòd minimè dicendum est. Nàm quantum-

127 libet minimum verbum † in lege positum, debet aliquid operare, & suum debitum effectum producere. l. si quando 109. ff. de legat. primo. cap. si Papa in fin. de priuilegijs lib. 6. Hippolytus in rubrica de fideiussoribus. num. 64. Aim. cons. 183. numero 24. & cons. 92. numero quinto. Puteus decis. 56. in fin. lib. primo. Rota decis. 121. numero 25. parte prima diuers.

Maximè in Constitutione Papali, vbi ne-

128 que vna sillaba † vacare debet gloss. verbo, *tamquam,* in c. solite. de maiorit. & obedien. Staphileus de litteris gratię. tit. de vi, & potestate clausularum. §. & primo. numero finali.

Rursus, quia cum in beneficialibus detur

129 titulorum † multiplicatio c. post electionem de concess. prębendę, Lapus allegatione 132. in fine, vbi additio, littera L. Cassador. decis. 21. numer. 5. super regulis, & decis. 3. n. 8. de causa possess. Felin. in c. in nostra. numero secundo. de rescriptis, Caputaq. decisione 339. num. 4. p. 1. Selua de benef. 3. parte. quæst. 19. per totam: Dato vno titulo, licet

130 inualido, vigore possessionis, præsumitur † alius melior. Puteus decis. 356. num. 2. lib. 1. Ac potest possessor beneficij iuuari possibilitate † alterius tituli. Crescen. decis. 21. num.

131 4. de probationibus, & fuit resolutum in vna Cęsarauguſtana Parrochialis de Mecla. 8. Nouembris 1599. coram sapientissimo R. P. D. meo Pamphilio, & dictum in vna Romana Parrochialis 21. Ianuarij 1600. coram R. P. D. Corduba tunc Rotę auditore, nunc Episcopo Pazen. meritissimo.

Quo fit, vt dicendum videatur, non sufficere, si dicatur, quòd eo ipso, quòd constat de reseruatione, & intrusione præsumatur indebitè, & iniustè occupatum beneficium; sed quòd nihilominus sit probandum, quòd occupetur, vigore collationis nullę ab ordinario, vel alio, sibi factę, &c.

Prædictis tamen non obstantibus: contraria opinio mihi amplectẽda videtur ex sequentibus.

Primo quia statim, quòd constat de reseruatione ratione mensis, seu aliàs, ac de intrusione, remanet fundata in-
132 tentio † impetrantis Apostolici, quoniam neque ordinarius, neque vllus alius præter Papam potuit prouidere. c. 2. de præbendis. lib. 6. Rota decis. 30. n. 2. de prębendis in antiquis, latè Aeneas de Falconibus de reseruatione. q. 4. effectu primo, per totam. Cassad. decis. 6. numer. 9. de præbendis Simonet. de reseruatione. quæst. 99. num. 7.

Vnde, aut intrusus se fundat in collatione ordinarij, vel alterius, quam Papæ, & clarum est, sibi non suffragari; aut non se fundat in aliqua collatione, sed in sola occupatione, de sua, non alterius auctoritate, & tunc multò minus potest euitare sequestrum, quia
133 non debet esse melioris conditionis, † quàm prouisus ab ordinario, vel alio, in mense reseruato. c. eum qui 18. ibi, *non enim decet, quòd stultus melioris, quàm peritus conditionis existat, vel quod inuasor priuilegio gaudeat potiori.* de prę ben. lib. 6. l. seruius. ff. quod vi, aut clam.

Neque fas est, quòd sint melioris condi-
134 tionis illi, qui magis † deliquerunt. l. 3. §. sed fas non est. ff. de donationibus inter virum, & vxorem. l. non fraudantur 176. §. nemo. ff. de reg. iuris. c. si vero 34. iuncta gl. verbo *reportare* de sententia excommunicationis.

Aut vult dicere, quòd habeat titulum Apostolicum anteriorem, & tunc nisi doceat
135 de illo, illum habere, † non præsumitur. c. ordinarij. §. cæterum. de officio ordin. lib. 6. latè Felin. in c. licet Heli. à numero 7. cum sequentibus. de simonia. Gomezius in regula de triennali. quæst. 26. numero 7. 8. & 9. Menochius. de præsumptionibus lib. 3. præsumptione 13. n. 99.

Quo fit, vt non sit necessaria alia verificatio ad effectum, de quo agitur, nisi de reseruatione, & occupatione, vel intrusione.

Corroboratur ex stylo Papæ, quem tota
136 die seruari videmus, & facit † ius. cap. ex litteris. de constitutionibus. c. in causis. de reiudicata. Rot. decis. 2. de appella. in nou. & decis. 16. de consuetudine in antiquis. Cassador. decis. 2. numero quarto. ante fin. de locato. Gigas de pensionibus. quæst. 58. numero secundo, & sequentibus.

Nàm, quando facit alicui gratiam de aliquo beneficio reseruato, ratione mensis, solet illi concedere breue de capienda possessione, vel nomine Cameræ, vel ad fa-
137 uorem litterarum, appellatione remota, † & sine vitio attentatorum, & cum clausula sublata, &c. & Constitum verificandum dicti breuis, nihil aliud continet, nisi quod N. decesserit de tali mense reseruato, in gratia principali narrato, in possessione dicti beneficij, & facta dicta verificatione, citata parte, statim conceditur immissio in possessionem, vt paulò inferius etiam dicemus. ex numero 208.

Si igitur in re grauiori, hoc est in immissione, in fauorem prouisi Apostolici, & exclusione intrusi, cum fructuum, & expensarum condemnatione, appellatione remota, non est necessaria alia verificatio, à fortiori, idem dicere debemus in re parui præiudicij, prout est sequestrum ex supradictis, & infra, à numero 222.

Rursus, quia aliter sequeretur, quòd ista Constitutio Piana esset ferè frustratoria, &
138 solùm seruiret de vento, † contra cap. commissa 35. §. porrò de election. in 6. ex quo dicta probatio, quòd intrusus esset prouisus ab ordinario, vel ab alio inualidè, & inutiliter, esset valdè difficilis.

Præterea dicta Constitutio est interpre-
139 tanda secundum † Ius commune. leg. 2. C. de noxalibus, vbi gloss. & omnes, cap. cum dilectus, ante finem, iuncta gl. verbo, *iure communi.* de consuetudine. Roman. cons. 328. numero decimo, versic. *si vero.* Aimon. in quæstione de indemnit. mulierum. numero vigesimoquinto. Cassadorus decis. 36. numero septimo, super regulis, Rota decis. 512. num. 5. parte prima diuers.

De Iure autem communi, sufficit constare de reseruatione, & occupatione, vt inferatur, beneficium tale, esse indebitè detentum, vt cuilibet intuenti, ex prædictis datur intelligi, igitur Prouisus Apostolicus, non est alio onere probationis grauandus.

Neque obstant verba ponderata dictæ Constitutionis, Nàm solummodò tendere
140 videntur ad effectum, † vt si forsan possessor habeat aliquam prouisionem Apostolicam, non molestetur mediante sequestro, illa autem cessante, cum oriatur contra occupatorem præsumptio indebitæ detentationis, iam verificantur verba dictę Constitutionis,
141 ex quo iuris prę sumptio dicitur † liquidissima probatio. leg. si tutor. iuncta gloss. final. ibi, *quia probationes legum liquidissimæ sunt.* C. de periculo tutorum, vbi notat Bald. numero secundo, & Salicet. ibidem in fine. l. licet Imperator, vbi Iason. numero decimotertio post omnes. ff. de legat. primo. Aimon. consil. 6. numero 44. Afflictus decis. 13. numero 24. Menochius de recuperan. remedio 15. numero 400. & de prę sumptionibus. libro primo, prę sumptione 36. numero tertio, & octauo, & prę sumptione 47. numero tertio. Puteus decis. 372. sub numero tertio. libro 3. Rota decis. 4. num. 21. p. 2. diuers.

Minus obstat, quòd dicitur de prę sũptione melioris

142 melioris † tituli, vigore possessionis, quia illud haberet locum, quando esset triennalis possessor, cum requisitis dictæ reg. de triennali, Gomezius, in eadem regula. q. 26. num. 7. cum sequentibus, & quæst. 10. nu. fin. quem allegat. Puteus dicta decis. 356. num. 2. lib. 1. Hieronymus Gabriel. cons. 181. numer. 60. & 61. lib. 2.

Vel etiam posset habere locum cessante triennalitate, quãdo impetratur beneficium à Sede Apostolica, non vti reseruatum; sed ex eo, quòd collatio facta ab ordinario in suo mense esset nulla ex aliquo defectu, vt putà, quia non fuit seruata forma requisita ad concursum beneficij curati per Conc. Tridentin. in cap. 18. sess. 24. de reform. vel ex alia simili causa, vt fuit in casu dictæ decisionis Cæsaraugustan. Tũc quia impetrans narrat, quod N. indebitè sit intrusus vigore dictæ collationis nullæ ab ordinario obtentę, nullo alio ti-
143 tulo, † aut iuris adminiculo sibi desuper suffragante, & fundetur in eo, quamuis probet nullitatem d. collationis, non tamen probat, quòd non habeat alium titulum, nec ius; nec sequitur, quòd possessor non possit iuuari possibilitate alterius tituli validi, ad effectum obtinen. sententiæ absolutoriæ dumtaxat, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. neque natales. C. de probationibus: & hoc est, quod dicunt dd. decisiones Cæsaraugustan. & Romana, quod longè diuersum est à casu nostro.

Maximè, quia reseruatio huius regulæ in-
144 ficit, & annullat possessionem † Caslador. decis. 1. nu. 1. & per totam, de restitutione spoliatorum, & decisione prima de causa possession. Puteus decis. 190. nu. 5. lib. 3. Simonet. de reseruatione. q. 40. & quæst. 48. à numer. 6. Rota decis. 510. nume. 3. p. 3. diuers. & latius dicemus. in gl. 31. super verbo, *reseruauit.*

Quæst. 5. Quinto quęro, dum dicit nostra Constitutio hęc verba, *reproducta citatione.* an idem sit de iure communi. Respondeo, quòd idem est de iure communi. Nàm ad hoc, vt valeat citatio, est necessaria eius
145 † reproductio, seu relatio in actis, vt constet Iudici de eius executione. tex. inl. hęc autem. §. non defendi, vers. *constare debet, liquereque Prætori,* vbi notat Bart. n. 2. ff. quibus ex causis in possessionem eatur, idẽ Bart. in l. si finitã. §. Iulianus n. 18. ff. de damno infect. Abb. in c. quoniam contra, num. 11. de probation. & in cap. ad nostram il 3. num. 7. de iureiurando. Felin. in cap. Ecclesię Sanctę Marię, num. 14. vers. *ad hanc partem.* de Constitutionibus. Vantius de nullitatibus. titulo de nullitate ex defectu citationis. num. 145. & 146. Vestrius in praxi Roman. Curiæ. lib. 4. cap. 3. de executione citationis. numero nono. Lancellott. de attent. 2. parte. cap. 4. in præfatione. numer. 125. vers. *quarto. quando Nuntius.* Mandosius in regula de annali. quæstione 35. ante nu. 6. versic. *quartum requisitum.*

Quo fit, vt ad effectum nostræ Constitutionis, non sit necessaria relatio, seù execu-
146 tionis reproductio, in casibus † in quibus de iure communi, non requiritur: nempè quando pars citata comparuit in actis, per quam
147 comparitionem suppletur † omnis defectus citationis, glos. verbo, *sententia.* ante finem. in l. prima. ff. de ferijs Vantius de nullitatibus. cap. finali. num. 41. & numer. 100. & nu. 116. Lancellot. vbi supra. num. 129. Cassadorus. decis. 2. numer. 3. de Iudicijs. Caputaquen. decis. 97. numero quinto, & decis. 112. parte prima. Vestrius in praxi. lib. 4. cap. 4. numero quinto, & sexto. Acchill. decis. 2. super regula de triennali, & Rota decis. 447. numer. 3. parte 1. diuers.

Vel quando citatus constituit mandatum
148 speciale † ad illam causam. Nam ex eo colligitur citatio pręsumpta. Rota decis. 11. ante numerum primum, & decis. 17. nu. 5. vers. *fuit tamen.* de dolo, & contumacia. in nouis. Caputaquen. decis. 110. parte prima. Acchil. decis. 7. numero primo de dolo. & contumac. Lancell. d. c. 4. de attentatis in prefatione, ex numero 132. & sequentibus, parte 2. vbi multis modis limitat, & cumulat alios
149 plures † casus; in quibus citationis defectus suppletur.

Hinc quãdo reus executus se opponit executioni, allegans reuocari debere, iuxta formam l. 19. titulo 21. lib. 4. recopilationis Hispaniæ, non est necessaria citatio ad subhastationem per eamdem legem requisitam. Ioan. Gutierrez q. practica 133. lib. 1. & Suarez de Paz. in sua praxi. 1. tom. 4. p. c. 2. nu. 47. Parladorus lib. 2. c. fin. 5. p. §. 9. n. 2. & 3. ac probat lex 36. in fin. tit. 4. lib. 3. recopilationis.

Immo, vt dicit Vestr. in praxi d. lib. 4. c. 4. n. 6. & 7. vtilius esse solet, quòd non reproducatur citatio de facto, sed solo verbo, donec videatur, an pars cõpareat, vel tale mandatum speciale mittat, nam ex hoc duplex vtili
150 tas † resultare posset: vna, quod plerumque citationes, non sat legitimè exequuntur, quo casu si realiter, ante rei comparationem producerentur, posset reus, vel eius procurator ad causam missus, antequam compareret, vel mandatum daret, rescire defectum citationis, & proinde à comparitione abstinere, & processus vigore talis citationis fabricatus esset nullus. Altera vtilitas est, quod comparente reo ante realem productionem, vel speciale mandatum mittente, cum hoc obtineat vim citationis, vt supra di-
151 ximus excusabitur actor ab expẽsa † registri, quę fieret in registratura Instrumenti citationis, & executionis, ac reproductionis,

quæ adminus est duorum aureorum, vt ipse Vestrius dicit, quem vide hoc amplius extendentem, & bonam practicam ponentem, & attenta ista praxi fuit resolutum pro saluanda quadam reproductione citationis, solo verbo facta, in vna Burgen. Quindenniorum, coram Orano sub 5. Martij 1598.

Et hæc praxis potest fundari ex doctrina Baldi. in c. 1. in principio ante numerum primum de fide Instrumentorum, dicentis, quòd productio, quæ fit post terminum ad confirmationem, & comprobationem actus inutilis in termino facti, retrotrahitur, † & in ter 152 mino facta censetur: quem sequitur Felin. in c. licet causam. sub num. 18. ad medium vers. *limita.* 4. de probat. vbi ponit hãc limitationẽ ad regulam, quòd probatio facta post terminum peremptorium, non teneat, inter alias quam plures limitationes, quas ibi adducit.

Sexto quæro, quatenus nostra Constitutio dicit, quòd sequestrẽtur fru-

Quæstio 16 in qua plenissime agitur de materia distributionum, & istarum dictionum fructus, redditus, & prouentus.

ctus, redditus, & prouentus, An distributio- 153 nes quotidianę sint sequestrandę, † vel non. Et in hac quæstione, aliquantulum immorabor, propter quasdam appendices valdè vtiles, materiam prę sentis quæst. concernẽtes.

Pro parte negatiua facit; quia in primis, si inspiciamus illam dictionem 154 *fructus.* dicendum est, quòd non capit † distributiones quotidianas, quia licet detur beneficiato propter beneficium, fructus tamen non sunt. c. vnico. de Clericis non residentibus. lib. 6. vbi latè Philippus Probus in additionibus ad Ioan. Monach. num. 53. Oldradus cons. 118. à num. primo, & per totum, Rota decis. 8. num. 1. de prębend. in nouis, & decis. 33. num. 1. & 2. de sententia, & re iudicat. in antiquis, Cassador. decis. 6. num. 6. de prębendis. Couar. lib. 3. variar. c. 13. num. 1. Gregor. Lupus in l. 29. gl. fin. in fine tit. 16. Partita 1. Puteus decis. 489. num. 3. lib. 2. Cęsar de Grass. decis. 5. num. 1. de prębendis, Rota decis. 230. num. 1. parte 1. diuers. Ioan. Gutierrez cons. 8. nu. 2.

155 Hinc in condemnatione fructuum † perceptorum, non veniunt regulariter distributiones quotidianæ, nec ad illas se extendit condemnatio, quia tales distributiones, non sunt de corpore beneficij, sed dantur ratione seruitij personalis laboris, & mercedis. Boerius decis. 340. *statutum vel consuetudo.* numero quarto. Caputaq. decis. 29. num. 1. parte prima. Puteus decis. 383. numero septimo libro primo. Rota decis. 1170. numero secundo. parte 3. diuers. Lancell. de attentat. 3. parte capit. final. numero 31. & sequentibus, Vbi numero 36. dicit. quòd condemnatio fructuũ intelligitur de perceptis iure ordinario, non aut iure speciali, allegans Cottã decis. 781. Puteus decis. 489. n. 5. in fi. lib. 2.

Limita tamen hoc obiter, quinque modis. 156 Primò, nisi sit protestatio † facta ipsi possessori apud acta, quòd, aut possidens resideat, & interfit horis, & sic interessendo percipiat distributiones, aut possessionem dimittat, quia tunc venirent distributiones. Anton. August. decis. 11. aliàs decis. 1170. n. quarto, & quinto, p. tertia diuers. Puteus decis. 239. numero tertio, & quarto, & num. fin. in fine lib. 2. Rota iuncta additione Anton. Mariæ Papazon. decis. 1. numero septimo de renunciatione in nou. Mohed. decis. 6. in fin. de prębendis. Lancell. vbi supra numero 32. & 36. & fuit resolutum in vna Oueten. fructuum coram Robusterio 16. Iun. 1567. & aliàs sæpe, & Rot. decisione 618. sub numero secundo, vers. *si vero* parte. 1. diuers.

Secundo limita, quando beneficium non consisteret in alijs fructibus, nisi in distributionibus, † quia tunc, vt condemnatio in ali- 157 quo verificetur deberẽtur distributiones, saltem illæ, quę residentibus dantur, Mohedan. dicta decisione 6. numer. primo, & per totam de prębend. Caputaquen. dicta decision. 29. numero quarto, & quinto. vbi facit distinctionem † de distributionibus minutis, quæ 158 dantur interessentibus singulis horis, & istæ non debentur, nisi protestentur, & de distributionibus grossis, quę dantur in fine mensis, vel anni pro residentia, prout contingit in ferè omnibus Canonicatibus, & portionibus Hispanię, quę consistunt in solis distributionibus, vt statim dicam, & tunc tales distribu- 159 tiones grossæ † debentur, quia licet, non sint verè, fructus, tamen magis sunt fructus, quàm verę distributiones quotidianę. Caputaquen. dicta decis. 29. numero quinto. Puteus decis. 375. numero sexto & sequentibus, libro secundo.

Tertio limita, quando quis esset condemnatus in fructibus perceptis, & qui percipi 160 † potuissent, quia tunc pariter venirent distributiones quotidianæ, nulla requisita prę uia protestatione. Pontanus in tractatu de spolio lib. 4. sub numero vigesimo primo post princip. versic. *ac pariter venirent.*

Talis autem condemnatio de fructibus, qui percipi potuerunt, solet fieri à Rota in- 161 tribus † casibus. PRIMO contra violentum spoliatorem, etiam sine armis, & possessorem. Cassador. decis. 6. numero tertio de prębendis. Rot. decis. 11. de restitut. spoliat. in antiquioribus Bisigneti, Put. decis. 383. num. 2. & 6. lib. 1. Rota decis. 552. parte 1. diuers.

SECVNDO quãdo agit pupillus, minor, vel Ecclesia, Crescen. decis. 8. de causa possessionis. Roman. cons. 454. *in re præsenti.* nu. 28. & in singulari 528. *tu habes.* Tiraquel. de retract. lignag. §. 25. gloss. 1. numer. 28.

TERTIO contra attentantem. Rot. decis

decis. 5. de restitu. spoliat. in nouis. plenè Lancell. de attentatis 3. parte. c. fin. ex nume. 22. vsque 89.

Quarto limita, nisi ab intruso essent percepta distributiones, quia interfuit diuinis officijs, nàm tunc licet protestatio non præcesserit, veniunt in condemnatione fructuum. Rota decis. 618. p. prima diuers.

Quinto limita, quando intrusus, dedit impedimentum executioni litterarum de capienda possessione ad fauorem prouisi Apostolici, vtpotè, quia fecerit auferri dictas litteras per Iudices laicos, vel aliàs. Nam tunc etiam tenebitur ad distributiones quotidianas, licet nulla adsit protestatio, vt fuit resolutum in vna Placentina fructuum. 5. Maij. an. 1584. coram Orano, & in Compostellana liquidationis fructuum. 28. Iunij 1591. coram Illustrissimo Blanchetto, ad quod fuit allegata dicta decisio, Putei 385. n. 5. & 6. lib. 1. Necnon fuit dictum, quod eo ipso, quòd constabat, de dicta substractione litterarum non erat necessaria alia probatio, vt præsumeretur substractas fuisse ad instantiam d. intrusi cum ex eo sentiret commodum. Quia semper præsumitur damnum illatum, aut delictum commissum ab illo, qui ex tali damno, aut delicto sentit commodũ. Barto. in l. fin. sub num. 5. vers. *Item quod illa res.* ff. de quæstionibus. Bosius in praxi. titulo de Indicijs. num. 58. Felinus. in c. 2. nu. 2. de homicidio. Menochius de recuperanda, remed. 1. n. 56. Lancellottus de attenta. parte prima. c. 1. numer. 71. & 91. Molina de Hispanor. Primogenijs. libro 2. c. 5. a num. 45.

Distributiones namque non dicuntur de corpore beneficii, 162 † sed sunt de diuerso genere, & diuersa natura, nec augent corpus prębendę, ex quo dantur ratione operę, & ministerij personalis. Oldradus d. conf. 118. num. 4. Rota decis. 8. n. 1. de prębendis in nouis, Staphileus de litteris gratię in §. *nona forma expectatiuarum.* nu. 45. & 46. Rota decis. 402. num. 4. parte prima diuersor. Cęsar de Grassis decis. 5. num. 4. de prębendis.

163 Fructus verò sunt propriè illi, qui deductis cunctis oneribus, † recipi possunt, in absentia, & portatis, non residendo, Gomezius in regula de valore. quæst. 8. num. 3. & in tracta. de expectatiuis. num. 104. Mohedan. decis. 16. num. 1. post med. Puteus decis. 464. n. 2. 3. & 6. lib. 2. Achilles decis. prima. num. 2. super reg. de valore.

Vnde, cum in percipiendis distributioni- 164 bus, magis laboretur, plenius † acquiruntur, quam fructus, & ita de illis potest Clericus 165 vti verus Dominus liberè testari, † licet non possit de fructibus. Geminianus. in c. vnico. §. qui verò, n. 3. Anchar. ibi. n. 4. Francus eod. n. 4. post alios ab eis allegatos, de cleri. nõ resid. & facit decis. Caput. 92. n. 3. p. 1. Nec mirũ, quia potius acquiruntur ratione operarũ impẽsarum, quam ratione pręb. Rota decis. 26. sub n. 1. ante medium, vers. *respondebatur.* de prębendis. in nouis. tradit etiam Rodoan. in tract. de spolio ecclesię q. 10. n. 28. Couarru. in c. cum in officijs. nu. 4. de testamentis.

Quibus confert, quod quamuis in Cancellaria Apostolica, sit soluenda dimidia annata, † hoc est dimidia pars fructuum vnius anni, beneficij à Sede Apostolica collati, cuius 166 valor excedit 24. ducatos de Camera; tamen ad hunc effectum, vt passim videmus. non taxantur distributiones cum longè à fructibus distent, nec de distributionibus annata soluitur. Et propterea nulla annata soluitur de Canonicatibus † Basilicæ S. Petri Vrbis, 167 quamuis ad ferè mille ducatos valor ascendit, nec Ecclesię Toletanę, & Hispalen. ac aliarum, quę ascendunt ad ducatos duo mille, vnà cum distributionibus. Nam ad hunc effectum solum exprimitur valor 24. eo quod si non resident nihil valent. Gomezius in reg. de valore. quæst. 8. ante fin. versiculo, *quia clarum est.* Aragon. decis. 58. de manuscr. Ioan. Gutierrez in q. Canonica. 1. num. 122. lib. 1. Flaminius. Parisius de resignation. lib. 10. quæst. 2. num. 63. licet in Canonicatibus Cathedralium Corduben. & Salmántin. † His- 168 paniæ, aliud sit, ex eo, quod illorum valor consistit, in magna parte fructuum ratione prestimoniorum annexorum, teste Rota decis. 1408. incipit *Fabius.* p. 3. lib. 3. diuers. in impressis.

Similiter quamuis prouisi de beneficijs, 169 non faciunt fructus suos † donec iuramẽtum fidei, personaliter, & non per procuratorem præstiterint, vt disponit Conc. Trident. sess. 24. c. 12. de reformatione vers. *prouisi etiam.* distributiones tamen acquirunt, & faciunt 170 suas, † quamuis, non iurauerint, vt declararunt Illustriss. DD. Cardinales, in hęc verba.

Congregatio censuit distributiones quotidianas, non compræhendi, sub verbis Concilij hic, quoniam dantur ratione ministerij personalis, & propter operas suas, & illas percipiens facit suas.

Similiter Mandos. consil. decimoquinto numero secundo, & ante numerum quintum, & per totum consuluit, quòd Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 18. de contributione facienda pro Seminario, non compræhendit 171 † distributiones quotidianas.

Pariter qui possidet beneficium, vigore gratię nullæ ab ordinario obtentę; licet in noua prouisione Papę teneatur narrare fructus, quos percepit, & de illis se componere † cum Camera Apostolica; aliàs 172 gratia erit nulla. Puteus cum alijs decisione 26. libro primo. Secus tamen est, quoad

173 distributiones quotidianas. † Cassad. decis. 6. in princip. & sub. num. 4. in fin. & ante nu. 9. & sub eod. num. 9. in fine. vers. *ex quibus.* de præbend.

Item ex distributionibus quotidianis, non
174 debetur charitatiuum † subsidium inspecto iure communi, nisi contrarium fuisset sancitum. Bartholomeus Bellezim. in tract. de charitatiuo subsidio. quæst. 76. n. 1. & 2. Lapus al legat. 136. num. 7. per totum. Mandos. cons. 15. nu. 4. Marcus Mantua. cons. 1. lib. 1. post num. 89. vers. *non obstat quarto.* vbi idem decimis dicunt.

175 Sicut etiam indultum † concessum, ad lucrandum fructus in absentia, non comprehendit distributiones. gl. verbo, *adfuerint.* in cap. vnico de clericis non residentibus in 6. & ibidem Philippus Probus. numer. 50. in fine. Cassador. decis. 1. eod. tit. Didacus Couarru. lib. 3. variar. c. 13. n. 2. ad med. vers. *sed quamuis Princeps.*

Immo si indultum esset ad percipiendas
176 etiam distributiones † quotidianas in absentia, priuilegiatus illius vigore haberet tantum illas, quæ sunt in pecunia; non autem panem, & vinum, & alia similia, quę in denarijs non consistunt, secundum Archidiaconum in c. Sacerdos. num. 3. 1. q. 2. & in c. vnico. sub num. 1. ver. *Non tamen talis percipiet victualia.* de clericis non residentibus. lib. 6. quem sequitur Greg. Lupus in l. 19. gl. *las distribuciones.* vers. *& bene nota.* tit. 16. Partita prima, vbi declarat procedere, quando quædã essent in pecunia, & quædã in pane, & vinos: ecus si
177 omnes essent in pane † & vino, & similibus, & nullæ essent pecunię arg. legis, fundus, qui locatus est 24. cum lege seq. ff. de fundo instructo. l. quibus diebus. 40. §. Dominus, vbi notat. Bartol. ff. de condition. & demonstrat. & faciunt quæ dixi supra. n. 157.

Quibus annecto, quòd litteris operam dantes, vel magistri docentes in aliqua Academia, ad maiorem vtilitatem Ecclesiarum, licet in absentia, possint recipere
178 beneficiorum fructus; non tamen † prædictas distributiones. c. licet: 32. & ibi gl. verb. *distributiones.* de præbendis. Couarr. d. li. 3. c. 13. num. 2. post principium.

Quod etiam procedit, quamuis de licen-
179 tia Papę sit absens, † studiorum causa: vt censuit Congregatio sacra Concilij, declarans. cap. 3. sess. 21. de reformatione, dicens sic.

Absentia causa studiorum, etiam obtenta a Sede Apostolica, non excusat ab amissione istius tertiæ partis detractæ, sicut nec excusat ab amissione cæterarum distributionum quotidianarum.

Idemque erat dicendum de Canonico le-
180 ctore Sacræ Scripturæ † in qualibet Ecclesia iuxta formam. c. 1. sess. 5. Conc. Triden. nisi Papa Greg. 13. de gratia speciali illas condonasset, vt dixit eadem sacra Congregatio sub his verbis.

Idem censendum est de docentibus in Ecclesijs, qui quamuis a seruitio Chori absentes essent, possunt percipere fructus suorum Canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus; sed ex gratia diebus, quibus legunt, habendi sunt, sicut præsentes in Choro, & inseruientes, non modo pro illis horis, vt si mane legnut pro horis matutinis, & missa solemni; sed etiam pro tota die, vt declarauit S. D. N. Gregorius XIII.

Fuit etiam declaratum, quòd celebrantes
181 missam priuatim, † tempore horarum, non debeant habere præfatas distributiones, vt sequitur.

Qui tempore, quo cantatur vna hora in choro, missam celebrat in eadē Ecclesia ex deuotione, vel obligatione, non dicitur interfuisse illi horæ, nec illius di
182 *stributiones accipere potest; si vero iussus fuerit à Superiore, vt celebraret, tunc reciperet, Superior tamen debet cauere a tali iussione.*

Eadem, & maiori cum ratione, qui absunt
182 tribus mensibus † à Concilio Tridentino concessis per c. 12. sess. 24. de reformatione, nequeunt pro illo tempore consequi quotidianas distributiones, vt etiam declarauit Sacra Cong. 3. Augusti 1586.

Nec prætermitto, quòd Præbendati, associantes suum Episcopum extra Ecclesiam,
183 non lucrantur distributiones. † c. de cætero. c. ad audientiam, de Clericis non residentibus. l. fin. tit. 16. Partita prima. Boerius decis. 17. num. 12. ac declarauit eadem Congreg. Sacra, sic.

Non possunt Canonici, videlicet duo, aut plures, associantes eorum Prælatum, quandoque volentem
184 *audire Missam, non in Cathedrali; sed in alia Ecclesia Ciuitatis, participes fieri distributionem quotidianarum, quæ non nisi præsentibus, & inseruientibus dantur.*

Accedit tex. in c. cum non deceat 30. de electione. lib. 6. ibi *quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis.* vbi habetur, quòd absentes a suis Ecclesijs, & ad Curiam accedentes pro vtilitate Ecclesiarum, debēt habere fructus, non tamen quotidianas distributiones. Boerius dicta decisione 17. numer. 16. vbi plura, Ioannes Gutierrez q. Canonica prima. num. 143. parte 1.

Nec in congrua portione assignanda, sunt
184 computandæ † quotidianæ distributiones. Rebuff. in tract. de congrua portione. q. 8. num. 83. & 86. Rot. decis. 5. num. 4. & per totam p. 2. diuers. Cæs. de Grassis decis. 6. num. 12. & 13. de præben. & passim seruat Rota.

Limita tamen, in congra portione assignã
185 da Vicarijs † Parrochialium, quia tunc, cõputantur quotidianæ distributiones ex speciali constit. Pij Quinti dicentis, quòd Prælati assignent Vicarijs, nec minorem quinquaginta

nec

nec maiorem centum scutorum annuorum summã, computatis omnibus, etiam incertis emolumentis, & alijs obuentionibus communiter percipi solitis, quæ Constit. est in Bullario 46. inter illas eiusdem Pij V. incipit *ad exequendum.* sub dat. Calen. Nouemb. anni 1567. & in specie consuluit. Ioan. Gutierrez; cons. 8. per totum. de qua constitutione nulla fuit facta mẽtio in dictis decisionibus Rotalibus, nec in alijs modernioribus, quas ego vidi, & annuente Deo aliquid dicemus de illa, super gl. 5. huius regulæ in §. 3. de Vicarijs.

SATIS diximus, quoad dictionem, *fructus.* deueniendo nunc ad verba, *redditus*, & *prouentus.* similiter videtur dicendum, quòd non capiant distributiones quotidianas, † prout consuluit Oldradus d. cons. 118. in principio, & per totum, dicens, quòd gratia alicui facta de beneficio, cuius redditus, & prouentus annui, 30. librarum summam, non excedunt, si beneficium sine distributionibus, non excedit, & cum illis excedit dictam summam, quòd gratia est bona, quia quotidianę distributiones, non comprehenduntur, ex quo redditus sunt, qui percipiuntur, ex corpore beneficij, vt ibi. num. 4. in fine, & quod verba *redditus*, & *prouentus.* denotant relationem substantię, secundum illud, quod soluitur per totum Capitulum, vt in numer. 6. & tandem, numer. final. concludit esse diuersa, & separata.

Facit etiam Puteus decis. 489. libr. 2. vbi fuit dubitatum, an priuilegium † percipiendi in absentia fructus, redditus, & prouentus beneficiorum, compræhendat, tertiariam, vulgo nuncupatam, quæ debetur in diœcesi Conchen. & alijs, colligenti fructus decimarum, pro labore suo, quando est in Turno colligendi: & licet nihil fuerit firmatum, tamen dimidia pars Dominorum votantium, ad quam magis inclinabat ipse Puteus, tenebat, quod non comprehenderentur. Et si in illo casu prefatę tertiarię, quę vere diuersa est à distributionibus debitis, singulis horis interessentibus fuerunt vota paria, in casu nostro maior vrget ratio, vt distributiones, non comprehendantur, nec sequestrentur.

Rursus quia, si Pius 4. voluisset comprehendere quotidianas distributiones, in dicto sequestro, expressisset, † ac propterea cum non expresserit, eas excluisse videtur. leg. item apud. §. ait Prętor. versiculo, *ea enim, quæ notabiliter fiunt.* ff. de iniurijs. c. ad audientiam. 12. in fine de decimis.

Sic videmus, quòd Pius V. in sua Constitutione 67. super apponendo sequestro supra relata, post hęc verba *redditus*, & *prouentus* addidit *distributiones*, *cæteraque emolumenta*. Nõ enim contentus fuit exprimere semel distributiones, sed etiam adiunxit, cæteraque emolumenta, † quod est verbũ generalissimũ pro omni vtilitate ex re proueniente. Boerius decis. 224. num. 6. Ioan. Gutierrez cons. 8. nu. 4. in fine. Et Cardinalis in Clem. 2. §. 1. numero 15. de ætate & qualitate, dicit, quòd emolumenta, veniunt appellatione distributionum, non tamen anniuersaria.

Accedit, quod tota die apponũtur ista verba *fructus*, *redditus*, & *prouẽtus*, in litteris Apostolicis, ad narrandum valorem fructuum, ex clusis † distributionibus, & omnia insimul, solummodo denotãt fructus, non autem distributiones.

His suffragatur, quod sumus in materia correctoria iuris communis exorbitanti, & odiosa, & ideo sunt ista verba restringẽda, † vt minus recedamus, à Iure communi. l. præcipimus. in fine C. de appellationibus. c. cum expediat de electione in 6. regula, quæ à Iure communi exorbitant. de reg. Iuris in 6. cum adductis. §. 6. proœmiali.

Nec non, quòd in proœmio d. Constitutionis, a quo tota dispositio † regulatur, vt supra nu. 122. nulla fit mentio de redditibus, nec prouentibus, sed de solis fructibus.

Cæterum, pro contraria parte, vt distributiones conprehendantur, concurrunt sequentia.

Primo quia illa verba *redditus*, & *prouentus*, debent aliquid † operari l. si quando. ff. de legat. 1. & supra dixi in isto. §. n. 127. & 128.

Secundo facit tex. in c. grandi. iuncta gl. ibi verbo, *redditus* de supplenda negligentia Prælatorum. lib. 6. vbi dicitur, quòd verbum *redditus* est nomen generale, † & quòd plus est in redditu, quam in fructu. Nam partus Ancillæ est in redditu, in fructu tamen non est. l. in pecudum 28. §. partus. ff. de vsuris. §. in pecũdum, vers. *partus.* Instit. de rerum diuisione Gl. etiam in c. generali 13. verbo, *redditus.* de electione. lib. 6. dicit quòd omnis fructus consistit † in redditu, sed non conuertitur, quia non omnis redditus consistit in fructu, & gl. verbo, *redditus.* & verbo, *fructuum.* in Clementina prima de rebus Ecclesiæ non alienandis, Dicit quoque Cardinalis in Clementina prima, notabili 9. sub num. 1. de excess. prælat. quòd verbum redditus † includit omnes prouentus.

Tertio quia hæc dictio, *prouentus.* † est nomen generale ad omnes fructus naturales, industriales, & artificiales, vt sunt pensiones. l. si vrbana. ff. de cond. indebiti. l. defuncta. §. fin. ff. de vsufruct. Bald. in c. cum M. numer. 6. de Constitutionibus. Mandosius super facult. Aud. Cam. §. & taxam. verbo, *prouentus.*

Item, quia hęc dictio, *prouentus.* quę est idẽ, quòd *prouentiones.* siue *obuentus.* includit omnia, quæ ex facto hominis proueniunt, † vt

oblatio-

oblationes, funeraria, vel quæ ex sigillo, aut ex alio emolumento beneficij, vel ex redditu magno, aut paruo, & similia. Nicolaus Boerius decis. 224. num. 5. Ioan. Gutierrez in cons. 8. num. 3. ante fin.

Vnde dixit gl. in l. 1. §. exercitorem. verbo *obuentiones*. & ibi Albericus num. 16. de exercito. actione, quòd obuentiones sunt parui, &
199 magni redditus, † & differunt a fructibus, & quòd sæpe ponitur hoc verbum *obuentiones*, in contractibus, & promissionibus, & collationibus præbendarum.

Dicit etiam bona, gloss. verbo *obuentiones*. vers. *licet possit dici*. in c. ad audientiam il 1. de Eccles. ædifican. quòd obuẽtionis appella-
200 tione, veniunt oblationes, & personales † decimæ, quę dantur diebus, quibus accedunt ad Ecclesiam: & ex mortuorijs, & similibus, & Abbas ibi num. 15. asseuerat, quòd verbum *obuentiones*, est verbum multum genera-
201 le † comprehendens omnes redditus cuiuscumque qualitatis sint.

Præterea est considerandum, quòd aliter, esset d. constitutio illusoria, & frustratoria:
202 † quoad omnes Cononicatus omnium ferè Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarũ, quia in solis distributionibus, illorum redditus consistũt, & sic valor illorum semper narratur in solis 24. ducatis, vt supra in hoc §. diximus. num. 166. cum sequen.

Item quia videmus, quòd in Instrumentis sequestrorum de fructibus beneficij, quę solent à Rota relaxari, semper apponũtur post principium, omnes istæ dictiones *fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta*, & postea in eisdem Instrumẽntis solum expri muntur, fructus, redditus, & prouentus: quasi
203 ista verba habeant † eandem vim comprehensiuam, ac si adderentur Iura, obuentiones, & emolumenta.

Item ad dictionẽ *prouentus*, quòd plus con-
204 tineat, quam fructus, pondero † regulã 4. Cancellariæ, ibi *fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum*.

Ecce qualiter articulus iste est hinc inde difficilis, quid tenendum?

Breuiter ego distinguendum arbitror, inter distributiones illas grossas, quę dantur residentibus, & alicui horæ interessentibus, & tunc non actu distribuuntur; sed ad finem mensis, semestris, vel anni diuiduntur; & alias distributiones minutas,
205 † quæ singulis horis nocturnis, & diurnis interessentibus dantur, & tunc actualiter distri bunutur, quæ sunt propriæ distributiones, vt dicit gl. verbo, *in totum*. post medium. vers. *distributiones enim*. in extrauagan. vnica in principio, ne sede vacante aliquid innouetur, inter communes; prout etiam distinctionẽ præ dictam ad alios effectus faciunt, Archidiaconus in c. vnico de clericis non residentibus in 6. num. 1. & Probus ibidem. num. 12. Caputaquen. decis. 29. p. 1. Paris. cons. 32. num. 6. 7. & 8. Nauarrus in suo cons. minus emendato 13. de clericis non residentibus. Rota decis. 330. n. 5. & 6. par. 1. diuers. Puteus decis. 375. n. 5. lib. 2.

In primo enim casu, scilicet, quoad illas grossas distributiones, crederem comprehendi in d. Constitutione, vt sequestrari possint, siue sint alij certi fructus, qui in absentia percipi possint, siue non. In secundo vero casu, puto minime comprehendi, nec sequestro locum esse, & secundum hanc distinctionem possunt ad concordiam reduci, quę supra pro vtraque parte adduxi.

Si verò essent tres species distributionum,
206 † prout sunt ex consuetudine, vel statuto, in pluribus Ecclesijs, tũc etiã putauerim, quòd omnes veniant sequestrandę, saluis memoratis distributionibus in singulis horis nocturnis, & diurnis interessẽtibus assignatis, & quę tunc actualiter distribuuntur, vt supra dixi.

Septimo & vltimo (vt huic §. finem imponam) quæro cuius vtilitatis, & effectus sit huiusmodi Piana Cõstitutio. Cuius sit effectus Constitutionis.

Et quidẽ primo videtur esse nullius prorsus, aut parui momenti, quia si beneficium est reseruatum, prout ista Constitutio requi-
207 rit, competunt alia vberiora remedia, † quorum comparatione, remedium huius Constitutionis pro nihilo reputabitur.

Nam in primis, quando beneficium est re-
208 seruatum, semper solet concedi breue † de capienda possessione nomine Camerę, vel ad fauorem litterarum, sine vitio spolij, & attentatorũ, & appellatione remota, ac cũ clausula sublata, &c. vt statim sũmariè exequatur Constito de vacatione in mense Apostolico, vel de alia reseruatione: & verificato d. Constito breuiter, & summariè absque
209 alia verificatione, † non solum conceditur prouiso Apostolico immissio in possessionem beneficij, ac declaratoria contra iutrusum; sed etiam intrusus cõdemnatur in fructibus, & expensis, appellatione remota, & sine vitio spolij, & attentatorum, &c. Caputaquen. decis. 71. par. 1. & decis. 180. par. 3. per totam. Gomezius in tracta. de breuibus. nu. 14. vers. *per breue*. & num. sequenti, vbi dicit esse mirandum; quòd talia breuia, plus operentur,
210 quam res † iudicata, latissime Lancellot. de attentatis 2. par. capite 4. in præfatione ex numer. 455. vers. *decimotertio, & vltimo limita.* vsque ad numerum 517. & c. 12. limitatione. 30. Flaminius Parisius de resignatione. lib. 10. quęst. 6. num. 20. 21 & 22. quibus in locis quamplura de istorum breuium materia reperientur.

Rursus

Rursus quamuis causa sit in Rota, vel in alio tribunali commissa, & effecta ordinaria, quotiescumq, constet esse beneficium reseruatum, vel litigiosum, ita quòd manus ordinarij fuerint ligatę, ac prouidere non potuerit obstante reseruatione, vel lite: tunc productis litteris in forma subrogationis gratio
211 sę † quoad ius, & possessionẽ defuncti, prout passim fieri solet, ac verificata reseruatione,
212 vel lite, ac sola † possessione antecessoris, & clericatu ipsius prouisi Apostolici, absq; alia verificatione, statim conceditur mandatum de immittendo in possessionem dicti beneficij, ipsi prouiso Apostolico. Mohedanus decis. 11. vt lite pendente. Put. decis. 495. nu. 1. lib. 2. Caputaq. decis. 346. n. 1. p. 2. Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 4. in prefatione. numer. 393. cum pluribus sequẽtibus, & fuit re
219 solutum in vna Burgen. de Pãcoruo. 24. Octobris, & 28. Nouemb. 1588. coram Giptio, & in alia Calagurritañ. portionũ del Burgo. 20. Decembris 1593. coram R. P. D. meo Mellino, & in Tullen. Prioratus. 28. Nouembris 1594. coram R. P. D. meo Decano, & in Corduben. prestimonij 21. Octobris 1596. coram R. P. D. meo Litta, & presertim in illa decis. Miranden. Parrochialis, quę est magistralis in materia, 17. Maij 1600. coram eminentissimo R. P. D. meo Peña, & alias passim.

213 Ratio est, quia nulli fit iniuria, † ex quo nullus prẽter Papam poterat tale beneficiũ reseruatum, seu litigiosum conferre, & ideo alia verificatio non requiritur, vt in dictis de cisionibus.

214 Ita vt hodie quamplures consultius † esse putant, hoc remedium gratiosæ subrogationis, quam breuis de capienda possessione nomine Camerę, & propterea dixit Rota in vna Burgen. de Pancoruo 28. Nouembris 1588. coram Gyptio, quòd hoc remedium subrogationis gratiosæ, est plenius, & vberius, quoniam absque ministerio Iudicis potest subrogatus adipisci possessionem.

Si igitur potest ita breuiter, & de facili impetrans, possessionem adipisci, quòd sibi vtilius, & magis est. Agere de obtinendo sequestro fructuum, vigore nostræ Constitutionis, esset in vanum ferè tempus conterere.

VERVM prædictis nõ obstãtibus, inficiari nemo potest, quòd remedium huius Constitutionis sit valde opportunum, & magni
215 † effectus ex pluribus.

Primo quia, cum agatur de graui præiudicio in priuando, vel excludendo prouisum ab ordinario, ac de ipsius ordinarij præiudicio, oportet, quòd ad hoc, vt sit
216 locus † immissioni in possessionem, siue vigore breuis de capienda possessione, siue virtute litterarum subrogationis gratiosæ, quoad ius, & possessionem prædecessoris, plenè, integrè, & concludenter † probetur, obitus in
217 possessione de mense reseruato, vel alia quælibet reseruatio. Rota decis. 16. de prębendis. in nouis. Ægid. decis. 470. *testis* in fine, & decis. 612. *actor* vers. *tamen hoc adijcit*. Simonet. de reseruat. quæst. 24. Puteus decis. 266. numer. 3. & 4. lib. 3. Rot. decis. 46. numer. 3. & 4. parte 2. diuersorum, & fuit dictum in vna Pampilonen. beneficij de Allo, 8. Martij 1577. coram Cantuccio, & in vna Corduben. dimidię portionis 11. Februarij 1602. coram R. P. D. Sacrato, & plenius in vna Gienen. Canonicatus coram Illustriss. Blanchetto 10. Maij 1587. vbi fuit declaratum, quòd illa verba breuium. *breuiter, & summarie*, non
218 excusant plenam, † & cõcludentem probationem; sed solum respiciũt modum, & breuitatem † probandi, & procedendi, vt procedi possit breuiter, & sine multis solemnitatibus.
219 Bartol. in extrauaganti ad reprimẽdum, verbo *summariè*, decisio Pedemontana prima. n. 2. Rota coram Robusterio in vna Gienen. Canonicatus 4. & 11. Maij 1587. & in vna Corduben. beneficij de Castro 21. Aprilis 1559. coram Quiroga, tunc Rotæ Auditore, & postea Archiepiscopo Toletano, & in altera Burgen. de Pancoruo coram Gyptio. 28. Aprilis 1591. & in Placentin. Canonicatus prima Martij 1599. coram Orano, in quibus omnibus decisionibus fuit concluſum, requiri plenam probationem pro probanda reseruatione, & latius declarabo in gl. 11. ad finem, ex num. 103.

Semper namque, quando apponitur clausula *constito*, seu *si constiterit*, importans conditionem, vt in casu nostro, probatio debet esse plena, & vera, l. Lucius Titius 83. ff. de condition. & demonstration. Felin. post Bald. & alios in c. si constiterit. nu. 5. de accusationibus.

Vnde, quamuis Auditor Camerę prætendat, quòd in suo tribunali sit specialis stylus,
220 quòd sufficiat semiplena † probatio ad verificandam reseruationem contentam in constitis breuium Cameralium: Signatura tamẽ, & Rota nunquam talẽ stylum admittere volunt; sed quando coram Auditore Cameræ, non est constitum plenè verificatum, Signatura solet committere in Rota causam appellationis, cum clausula arbitrio Rotæ, & in Rota statim reuocatur, vel nulla declaratur sententia Auditoris Cameræ.

221 Posset enim talis stylus † admitti in nonnullis casibus specialibus, quos notaui in gl. 11. q. fin. ex nu. 103

AT VERO in casu nostro, cũ agatur de minori præiudicio, ex quo sequestratio minus
222 tædialis † est, quæ fit apud bonum virum, quã immissio aduersarij, vt dicit Baldus in l. vnica. num. 2. in fine de prohibita sequestratione

ne pecuniæ, minor probatio sufficit, vt contra Bartol tradit Abbas in c. 2. nu. 28. de sequestratione possess. & fruct. dicens sufficere,
223 vt Iudex aliquam † præmittat causæ cognitionē. Et quòd sufficiat semiplena probatio docent Alexan. num. 8. Iason. num. 12. & 13. post Ioan. de Platea. Io. de Imola. Aretinum, & alios in l. si fideiussor. §. si satisdatum. ff. qui satis dare cogantur. Mascard. de probationibus conclus. 1304. nu. 3.

Sicut etiam sufficit semiplena probatio ad
224 effectum obtinendi † mandatum de manutenendo, quia agitur de modico præiudicio. Aym. cons. 158. num. 12. latè Menochius de retinenda, remedio vltimo. num. 34. post Couar. & alios, quos allegat. Paleott. decis. 19. & fuit resolutum in vna Vicen. iurispiscandi de mense Nouembris 1599. coram doctissimo R. P. D. meo Iusto.

225 Immo cum sit minus præiudicium † sequestrum in fructibus apponere, quàm mandatum de manutenendo aduersario concedere, vt sup. num. 57. & 58. puto, quòd in nostro casu, quamuis esset aliquantulum minor probatio, quàm semiplena †
226 sufficeret. Et tandem arbitrio Iudicis relinquitur, vt in illis verbis nostræ Constitutionis, *quantum sibi pro rei qualitate videbitur*. Menochius de arbitrarijs. li. 1. q. 8. nu. 1. & sequentibus.

Secundo quia, vt sit locus immissionis vigore breuis, vel litterarum subrogationis gratiosæ, requiritur probatio
227 iudicialis, †& quod constet ex actis; secus vero in casu nostræ Constitutionis, quia sufficit extraiudicialis, vt superius diximus. numer. 55.

Hinc est, quòd in nostro casu difficile, qui fuit citatus potest opponere de iniustitia sequestri, nec per viam appellationis, nec alio
228 modo, †ex eo, quòd non iustificetur ex probationibus in actis existentibus, si quidem vigore nostræ Constitutionis, potest iustificari
229 ex alijs probationibus extraiudicialibus † nō deductis in scriptis. Puteus decis. 113. nu. 2. lib. 3. cum ibi allegatis.

Iudex enim non semper ad vnam speciem
230 probationis applicat † mentem suam; sed ex allegationibus, & alijs, quæ in eius præsentia
231 proponuntur, formatanimi sui motum. †c. in præsentia: de renunciatione. c. pastoralis. in fine de caus. possess. Geminian. cons. 119. numer. 3. Rota decis. 29. num. 4. de rescriptis in antiquis. Acchil. decis. prima. num. 4. de confessis.

232 Et officium Iudicis nunquam quiescit. † c. cum nobis 19. de electione. gl. verbo *peremptorio*. in fine. in capite finali, de electione. libro sexto.

Sicut, nec tenetur Iudex in hac informatione extraiudiciali, comparare testes, nec pro
233 cessum † publicare, quando extraiudicialiter procedere potest. Abbas cons. 41. *videndum*. num. 1. ante finem. vers. *ex quibus verbis*. parte prima; cuius doctrina fuit canonizata, per Rotam in vna Leodicen. prætensi census coram Orano. 20. Ianuar. 1596. & aliàs sæpe. Nec non allegatur à Rota in decis. 160. sub num. 7. & 8. par. 2. diuers. vbi etiam dicitur, non sufficere extraiudicialem informationē rerum Ecclesiæ, secundum Constitutionem Paulinam, nisi in rescripto (si in euidētem) illi derogatur, & specialiter concedatur facultas extraiudicialiter se informandi.

Adde etiam, quòd illud verbum *cōstiterint*. contētum in d. constitutione Piana, potest ex illius natura referri ad extraiudicialem cognitionem. c. cum contingat. de rescriptis, & ibi Felin. n. 6. &. in c. fin. n. 18. in fine. & n. 28. sub fallencia. 6. & sub num. 33. ad medium. vers. *adde etiam in lege non dubium*. de præsumptionibus, idem Felin. post Baldum, & alios, quos allegat in c. si constiterit de accusationibus sub num. 5. Abbas in d. c. fin. sub. num. 13. ante finem. vers. *extra prædictos casus*. de præsumptionibus.

Tertio quia ad hoc, vt concedatur mādatum de immittendo, vigore gratiosæ subrogationis, requiritur probatio
234 clericatus † impetrantis Apostolici, vt paulò ante tetigimus num. 212. Nostra vero Constitutio, non requirit talem probationem.

Sicut etiam posset impetrans Apostolicus deficere in probatione possessionis præde
235 cessoris, †& propterea denegaretur sibi dicta immissio, quod secus est ad effectum sequestrationis.

Quarto, quia in casu nostræ constitutionis, posset ipse Iudex proprio officio, nemine instante, apponere
236 sequestrum, † vt ipsamet insinuat Constitutio, & sicut etiam apponitur ex officio, quando cōstat de attētatis. Caputaq. decis. 151. & 157. parte tertia. Rota decis. 10. num. 4. ad med. & per totam, vt lite pendente, in nouis, & Mohedan. dec. 1. nu. 3. de sequestratione possess. & fructuum. Cassador. decis. 3. num. 6. de restitu. spoliat. Cæsar de Grassis decis. 2. de appellation. & fuit decisum in causa Vrgeleñ. Archidiaconatus. 24. Octobris. 1582. coram Gyptio, & in Zamoreñ. portionis coram R. P. D. Corduba 5. Iulij, & dixi supra in hoc §. n. 119.

Quando autem agitur de cōcedendo mandato de immittendo, ex officio, fieri non po-
237 test; sed parte instante, † & petente. l. 4. §. hoc autem edictum. ff. de damno infecto, cum ibi notatis, cum adductis in gloss. 56. ex numero 48.

Hinc sequestrum impediri non potest,
238 quamuis opponatur † de excommunicatione maiore

maiore actoris, ex c. intelleximus de Iudicijs cum ex officio possit apponi sequestrum.

Quinimo posset forsan tentari, ad instantiam prouisi Apostolici posse apponi sequestrum, non obstãte excommunicatione, sicut
239 dicimus de attentatis, quæ reuocantur † ad petitionem excommunicati, non obstante oppositione excommunicationis. Rot. decis. 2. iuncta additione sub num. 3. vers. *tertia differẽtia*. de restit. spoliat. in nouis. Lancell. plures allegans de attentat. 2. p. c. 12. ampliat. 13. per totam, & 3. parte. cap. 24. quæst. 3. à num. 9.

240 **Quinto** quia si gratia principalis, vel breue esset subreptia, † vel subreptitium, non esset locus immissioni, ex quo non merentur executionem, vt per tex. in c. si super gratia de officio delegati in 6. fuit resolutum in vna Vrgellen. Archidiaconatus. 13. Aprilis 1593. coram R. P. D. Litta, & in Astoricen. Prioratus. 9. Decembris 1596. coram eodem, & in Vallisoletan. Scholasticæ. 5. Iulij 1599. coram R. P. D. meo Lancellotto. Lancellott. de attentat. 2. parte. cap 4. in præfatione. num. 427. & sequen. vers. *quinto necessario intellige*. & num. 478. vers. *secundo quando est subreptitium*. & vide supra in hoc §. num. 78. & 79.

In proposito autem nostro, statim quòd constet, secundum formam prædictam de dicta reseruatione, nulla exceptio retardabit appositionem dicti sequestri, vt colligitur ex 247 dicta Constitutione, Et quia ex sequestratio-
241 ne nihil acquiritur prouiso Apostolico; † sed fructus victuro in causa reseruantur. Rota decis. 2. iuncta additione num. 69. in fine de rescriptis. in nouis. facit Mohedan. decisione 2. numero 4. de sequestratione possess. & fruct.

Sexto quia immissio vigore breuis, vel gratiosę subrogationis, potest
242 impediri ex pluribus † rationibus, quæ colligi possunt ex recollectis per Lancellottum, vbi proxime, ex numero 413. vsque 454. & ex numero 477. vsque 517. & ex alijs, quę ex diuersis factorum contingentijs, quotidie occurrunt.

Prout etiam impeditur Immissio, quando
243 adest par tittulus † ab eodem fonte emanatus, vt per doctrinam Bartol. communiter receptam in l. finali numero 21. C. de edicto Diui Adriani tollendo. Tradunt Mohedan. decisione 3. ante finem, vt lite pendente. Puteus decis. 302. & decis. 316. numero primo, libro primo, & decis. 135. libro 2. Caputaquen. decis. 329. numer. 2. parte prima. Nisi volens impedire immissionem veniret cum gratia obtenta, ex diuersa 248
244 † vacatione, quia tunc minime impediretur immissio, vt plenè fuit resolutum in vna Vercellen. beneficij 16. Nouembris. ànni 1602. Coram R. P. D. meo Litta, & nouissime in Toletana Parrochialis de Ieuenes 23. Ianuarij anni 1604. coram R. P. D. meo Sacrato. & facit Caputaq. d. decis. 329. nu. 2. in fin. & n. 3. Et in alijs casibus, qui colligi possent ex eodem Caputaquen. decis. 345. & 346. parte 2.

Quod secus est in casu nostro, quia numquam impedietur sequestrum.

Clarũ etenim est, quod Pio IV. d. constitutionis legislatori, erant nota præfata remedia
245 † vigore breuium, & subrogationum gratiosarum; sed quia nihilominus prouisi Apostolici vexabantur, & immissio nimis ad longum multoties solebat, & solet dilatari. Ideo prouisis Apostolicis consuluit cum breui, & opportuno remedio nostræ Constitutionis, Interest enim nostra, plura habere remedia,
246 † ex quibus, quod magis expediat, quilibet eligere possit. l. nõ est nouum 10. ff. de action. empti. Salicet. in l. si ex cautione sub n. 29. ad medium vers. *ego puto*. C. de non nume. pecunia. gl. fin. in l. fin. C. si aduers. rem Iudicatam, & Bart. ibi nu. 3. Baldus nu. 5. Abbas in c. ex parte il 2. num. 9. de rescriptis.

Annecto prædictis, quòd per Constitutionem Gregorij 13. incipientem, *quæ in Ecclesiarum*. sub datũ Calen. Nouembris anni 1576. & est in bullario Constitutio 42. Inflingitur ordinarijs prouidentibus in mensibus Sedi
247 Apostolicę reseruatis, pœna † suspensionis à beneficiorum, & officiorũ collatione, donec veniam petentes restitutionis gratiã à Sede Apostolica meruerint obtinere; Tamen ista pœna non egredietur (vt arbitror) limites d. Constitutionis, quæ generalis non est, nisi speciális contra ordinarios Germaniæ, qui prætextu concordatarum post lapsum trium mensium, à tempore vacationis, beneficia vacantia in sex mensibus Apostolicis, prouidere non erubescunt, & ideo ad alios ordinarios, neque ad alios casus tanquam exorbitans, & pœnalis extendi non debet. l. quod vero 27. ff. de legibus. capit. odia restringi 15. cap. quæ a Iure communi 28. de regulis iuris lib. 6. & de dictis concordatis loquemur in gl. 25.

Nec non addo constitutionem 35. eiusdem Pij IV. incipientem, *volentes*, sub die 22. 22. Aprilis 1561. per quam fuit data facultas Thesaurario, & spoliorum collectori generali Sedis Apostolicæ totius Italiæ, quòd statim habita notitia vacationis quorumcumque beneficiorum, quorum dispositio, ratione mensis Apostolici, vel alterius reseruationis, est soli Pontifici Maximo reser-
248 uata, caperet † realem, & actualem possessionem illorum, amotis exinde, etiam absque vitio spolij, quibusuis (præterquam

auctoritate Apostolica) prouisis, detentoribus, & intrusis: Quam possessionem postmodum cum fructibus, & redditibus restituat, & relaxet prouiso Apostolico, qui litteras sub plumbo expeditas illi exhibuerit, & 249 præsentauerit, & grauissimæ pœnæ † collatoribus ordinarijs, qui talia beneficia contulerint inflinguntur.

LITTERA REGVLAE OCTAVAE Cancellariæ de reseruatione mensium Apostolicorum, & de alternatiua pro Episcopis residentibus.

ITEM cupiens idem D. N. Papa, [1] pauperibus Clericis, [2] & alijs, [3] benemeritis personis, prouidere, [4] omnia beneficia Ecclesiastica, [5] cum cura, & sine cura, [6] secularia, [7] & quorumuis ordinum Regularia, [8] qualitercumque qualificata, [9] & vbicunque existentia, [10] in singulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris mensibus, [11] vsque ad suæ voluntatis beneplacitum, [12] extra Romanam Curiam, [13] aliàs quam per resignationem, [14] quocumque modo vacatura, [15] ad collationem, [16] prouisionem, [17] præsentationem, [18] electionem, [19] & quamuis aliam dispositionem, [20] quorumcumque collatorum, [21] & collatricum, [22] secularium, & quorumuis ordinum Regularium, [23] (non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, [24] aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscumque alios initis, [25] & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerant, acceptatis, [26] & obseruatis, [27] quæ lædere non intendit, comprehensorum) [28] quomodolibet pertinentia, [29] dispositioni suæ generaliter, [30] reseruauit. [31] Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarũ, quæ de dictis beneficijs tunc vacantibus, etiam Motu proprio fient, de mense, in quo vacauerint, dispositiuè mentionem fieri: alioquin gratias nullas esse [32]. Ac consuetudines, etiam immemorabiles [33] optandi maiores, & pinguiores præbendas, [34] nec non priuilegia, & indulta Apostolica, circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi

iusmodi beneficijs,[35] aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus, nunquàm compræhendantur, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs Decretis,[36] quibusuis personis, & Collegijs,[37] cuiuscumq; dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus,[38] quomodolibet concessa,[39] aduersus reseruationem huiusmodi, minimè suffragari.[40] Insuper Sanctitas sua ad gratificandum, Patriarchis,[41] Archiepiscopis, & Episcopis intenta,[42] ipsis quamdiù apud Ecclesias, aut Diœceses suas verè, ac personaliter resederint dumtaxat,[43] de omnibus, & quibuscumq; beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secularibus, & Regularibus,[44] ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum, cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem,[45] nec etiam, cum consilio,[46] vel consensu,[47] seu interuentu Capitulorum, vel aliorum,[48] aut aliàs pertinentibus,[49] quæ in antea, in mensibus, Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris, extra Curiam ipsam vacare contigerit.[50] (Dummodo aliàs dispositioni Apostolicæ, reseruata,[51] vel affecta, non fuerint)[52] liberè disponendi, facultatem concessit,[53] ac etiam voluit, vt si ipsi, in collatione, aut alia dispositione beneficiorum, in alijs sex Mensibus, videlicet, Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, vt præfertur, reseruauit)[54] seu etiam aliorum dispositioni suæ, & dictæ Sedis, aliàs quomodolibet reseruatorum, vel affectorum sese intromiserint, aut quominus prouisiones, & gratiæ Sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum, quoquo modo præstiterint,[55] vsu, & beneficio prædictæ facultatis, eo ipso priuati existant,[56] ac collationes, & aliæ dispositiones de beneficijs, illius prætextu deinceps fa c indæ, nullius essent roboris, vel momenti.[57] Illi verò, qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint,[58] acceptationem huiusmodi per patentes litteras,[59] manu propria subsignatas,[60] suoq; sigillo munitas,[61] & in sua quisq; Ciuitate, vel diœcesi datas, declarare,[62] & litteras ipsas huc, ad Datarium Sanctitatis suæ, transmittere teneantur,[63] quibus ab eo receptis, & recognitis,[64] tunc demum, & non antea, vti incipiant gratia supradicta.[65] Decernens sic in prædictis omnibus per quoscumque &c. iudicari debere,[66] ac irritum.[67] &c.

Summaria diuisionis, ac declarationis litteralis.

1 *Regula nostra octaua, diuiditur in duas partes principales.*
2 *Prima pars regulæ 8. continet, reseruationem, impedimentum, ac præiudicium, &c.*
3 *Regula 8. olim erat diuisa in duas regulas separatas.*
4 *Regula reseruatoria mensium, est antiquior, regula alternatiuæ, & antea per breuia, seu litteras concedebatur alternatiua.*
5 *Prima pars principalis regulæ 8. continet septem partes, de quibus. num. 9.*
6 *Prima pars regulæ 8. est confusa, & intricata, ex eo quod est sub eadem structura, & ab vno solo verbo regitur, & n. 7 & 8.*
10 *Annullatio actus dicitur pœna.*
11 *Secunda pars principalis, regulæ 8. continet in se alias septem partes.*

Diuisio regulæ 8. ac declaratio litteræ.

1 NOSTRA Regula 8. diuiditur principaliter in duas partes, † prima est in principio, vsque ad verbum suffragari, postea in vltimis verbis regulæ, quæ primam etiam partem respiciunt. Secunda pars est à §. insuper, vsque ad finem, Prima pars tractat de reseruatione 8. mensium, secunda pars concedit Episcopis alternatiuam, in sex mensibus. Prima pars si con-
2 tinet reseruationem, † & manibus ordinariorum ligamen imponit. Secunda verò pars, dictam reseruationem, & vinculum moderatur, & partim relaxat, ac impedimentum remouet. Prima pars, est Episcopis, & ordinarijs præiudicialis. Secunda pars, est Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac Ecclesijs fauorabilis. Prima pars, est Iuris communis derogatoria. Secunda pars, est aliquantulum ad terminos Iuris communis, restitutoria.

Et quælibet istarum pars, erat olim regu-
3 la de per se distincta, † & separata, videlicet, Prima pars, erat regula reseruatoria octo mensium. Secunda pars, erat alia regula de alternatiua Episcopis concedenda. Hieronymus Gabriel cons. 197. *quamquam regula.* in princ. lib. 1.

Imò à principio, quamuis fuit facta regula de reseruatione octo mensium, non tamen erat regula de alternatiua, sed concedeba-
4 tur per litteras, aut per viam breuis, † indultum ad gaudendum illa, vt colligitur ex lectura Francisci Paulini Rotæ Auditoris, in tractatu de officio, & potestate capituli. parte prima, quæst. 10. num. 23. & aliquid Parisius cons. 42. numer primo, & sequen. libr. 4. Cassador. in decis. 2. numero 3. de restitutio. ne spoliator, & dicam in gloss. 31. vers. *secundo respondeo.* num. 15.

5 Prima pars, continet alias 7. partes, † nempè præfationem, reseruationem, extensionē, limitationem, declarationem, derogationem, & pœnam.

6 Et quia, ista prima pars aliquibus videbitur confusa, & intricata † ex eo, quod, omnes septem eius partes, sunt sub eadem structura, & constructione, & reguntur ab vnico verbo in fine posito. Nàm quamuis eleganter in fine clausulę, verbum poni soleat, tamen, quando sunt, ità longè constructiones, offuscant mentem, & animos legentis, propter verbi tam longam distantiam, teste Mandosio in procemio regulæ 16. de concurrentibus in data, loquens de illa regula, ac dicens: quòd in hoc (si fas est dice-
7 re) non modicum peccant regulæ † Cancellariæ, & quòd, vtinam non videret alias regulas difficiliores in suis verbis, & constitutionibus, & sensibus, quarum omnium,
8 vt reor, ista nostra regula, † tàm in prima parte, quam in secunda longior, obreptior, ac difficilior est. Propterea que singulas septem partes diuidendo, vt clarior appareat, ad quamlibet illarum, annectam (omissis alijs intermedijs) verba, quæ illam respiciunt.

Prima itaque pars, primæ partis principa-
9 lis, continet † rationem fundamentalem, & procemialem, qua Papa mouetur ad condendam regulam, reseruationemque faciendam, nempè, vt possit subuenire pauperibus Clericis, & alijs personis benemeritis prouidere, vt in illis verbis: *Item cupiens S. D. N. Papa pauperibus Clericis, & alijs benemeritis prouidere.*

Secunda pars, primæ partis principalis, continet generalem reseruationem, omnium beneficiorum Ecclesiasticorum; quæ quocunque modo vexauerint in octo mensibus Apostolicis, vsque ad eiusdem Papæ beneplacitum, vt in illis verbis, *omnia beneficia Ecclesiastica, in singulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris Mensibus, vsque ad suæ voluntatis beneplacitum, quocunque modo vacatura dispositioni suæ generaliter reseruauit.*

Tertia pars, continet ampliationē, & extē-
sionem d. reseruationis, nàm extenditur ad quęcumque beneficia, curata, & non curata, secularia, & regularia, & qualitercum-
que

que qualificata, vbique locorum existant, vt in illis verbis, *cum cura, & sine cura, seculatia, & quorumuis ordinum regularia, qualitercumque qualificata, & vbicumque existentia.*

Item, eadem tertia pars ampliatiua, extenditur, etiam si prædicta beneficia sint collatiua, electiua, & patronata, vel alio quouis modo spectent ad prouisionem, quorumcumque virorum, & mulierum, tam secularium, quam regularium, vt in illis verbis, *ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem, quorumcumque collatorum, & collatricum, secularium, & quorumuis ordinum regularium, quomodolibet pertinentia.*

Quarta pars continet tres expressas limitationes dictæ reseruationis; prima limitatio est, in beneficijs vacantibus per resignationem, vt in illis verbis, *aliàs quam per resignationem*, nec non de beneficijs vacantibus intra Rom. Curiam, vt in illis verbis, *extra Romanam Curiam.*

Secũda limitatio est, quoad Illustrissimos Cardinales collatores, nàm regula nostra illos excipit, & saluat, in illis verbis, *non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium.*

Tertia limitatio est, quòd in hac regula, non comprehendantur concordata facta inter Sedem Apostolicam, & alios quoscumq; super modo conferendi beneficia. Nàm illa illęsa, & salua relinqui intendit, dummodò sint acceptata, & ex parte illorum obseruentur, vt in illis verbis, *aut aliorum, sub concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscunq; alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerant, acceptatis, & obseruatis; quæ lædere non intendit, comprehensorum.*

Quinta pars huius primæ partis, continet declarationem, hoc est modum, & formam narrandi vacationẽ, in impetratione, & gratia, vt fraudibus obuietur, & locus non detur, videlicet, quòd semper, siue gratiæ sint ex motu proprio, siuè ad partis supplicationem, fiat mentio clara, plana, & dispositiua de mense, in quo beneficia, quę conceduntur vacauerint, sub nullitatis pœna, vt in vers. *volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficijs, tunc vacantibus, etiam motu proprio fient, de mense, in quo vacauerint, dispositiue mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse.*

Sexta pars derogat, & de medio tollit, in hac parte, seu restringit, quascunq; consuetudines, etiã immemorabiles, & priuilegia, in contrarium existentia, & quibuscunq; personis, & Collegijs, cuiuslibet dignitatis, & qualitatis concessa, tam optandi maiores, & pinguiores prębendas, quàm disponendi de supradictis beneficijs; ità vt prædictis consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & priuilegijs Apostolicis, non obstantibus, d. reseruatio semper sibi locum vendicet, & effectũ sortiatur, quàmuis talia priuilegia sint ampliſſima, & dicant, quòd illa non comprahẽdantur, sub huiusmodi reseruationibus, cum quibuscumque prægnantissimis, & insolitis clausulis, & efficacissimis derogationibus, &c. vt patet ex illis verbis.

Ac consuetudines, etiam immemorabiles optandi maiores, & pinguiores præbendas, nec non priuilegia, & indulta Apostolica, circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi beneficijs, aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus, numquam comprehendantur, etiam cum quibuscunque derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus, & efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis, quibusuis personis, & Collegijs, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, quomodolibet concessa, aduersus reseruationem huiusmodi minimè suffragari.

Septima, & vltima pars huius primę partis principalis, inflingit pœnam aduersus cõ trauenientes, & prouidentes, & prouisos ab alio, quàm à Papa, de prædictis beneficijs reseruatis, scilicet, quòd tales prouisiones sint prorsus irritæ, & nullę, & quòd ita per quoscunq; Iudices iudicetur, cum clausulis sublata, &c. & decreto irritanti, vt in vltimis verbis dictę regulę, *decernentes, sic in prædictis omnibus per quoscumq; &c. iudicari debere, ac irritum &c.* Nàm annullatio † actus dicitur pœna. l. Senatus. 52. ff. de contrahen. emptione. gl. verbo, *processus*, in c. decet. de immunit. eccles. lib. 6. Abb. in c. cognoscentes n. 5. de constitution. Vantius de nullitat. in princ. n. 15. Boerius decis. 1. n. 16. Cassador. decis. 14. n. 7. super regul. Cancell. Puteus decis. 356. Cardin. n. 6. lib. 2. vbi loquitur in terminis.

10

Similiter secunda pars principalis nostrę regulę, continet sex partes, † videlicet, rationem procemialem, concessionem alternatiuę, duas limitationes, alias duas declarationes, formam acceptandi alternatiuam, & duplicem pœnam.

11

Prima pars secundę partis principalis, nẽ pè, ratio procemialis, seu finalis, est, vt Patriarchę, Archiepiscopi, & Episcopi inuitentur ad residendum, in suis Ecclesijs, aut diœcesibus, ideò Papa cum illis vult se reddere gratum, vt in illis verbis, *insuper Sanctitas sua, ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, &c.*

Secunda pars habet, quòd Papa concedit Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis ius prouidẽdi alternatim, quęcũq; beneficia, cũ cura, & sine cura, regularia, & secularia, vacãtia extra Curiã, in sex mẽsibus, scilicet Februarij, April. Iun. Aug. Octob. & Decẽb. vel potius illis remouet obstaculum, & impedimentum, mediante reseruatione appositum,

vt in illis verbis: *De omnibus, & quibuscunque beneficijs, cum cura, & sine cura, secularibus, aut regularibus, quæ in antea, in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris, extra Curiam vacare contigerit, liberè disponendi facultatem concesit.*

Tertia pars, continet duas limitationes, quarum, prima est, vt dicta concessio alternatiuæ, restringatur ad solos Patriarcas, Archiepiscopos, & Episcopos, non autem ad capitula, nec ad alios collatores; Nec non restringitur ad tempus, in quo ipsi Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi residerint, verè, & realiter, ac personaliter apud suas Ecclesias, aut diœceses. Nam si absunt, etiam ex quacunque iusta causa, dicta alternatiua gaudere non valent, vt regula nostra cantat sub his verbis: *ipsis quandiù, apud Ecclesias, aut diœceses suas, verè, ac personaliter residerint dumtaxat.*

Secunda limitatio est, vt dicta Concessio, restringatur ad sola beneficia, quæ sunt liberæ collationis ipsorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, ita vt ipsi soli possint prouidere, ac disponere, absque alterius, cum eis dispositione, præsentatione, seu electione, consensu, consilio, vel præsentia, vel alia operatione, quocumque modo vocetur; nàm aliàs cessat dictum Indultum, & non intrat alternatiua, vt cauetur in illis verbis, *ad liberam dumtaxat, non autem aliorum, cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, neque etiam, cum consilio, vel consensu, seu interuentu Capitulorum, vel aliorum, aut aliàs pertinentibus.*

Quarta pars huius secundæ partis, continet duas declarationes dictæ concessionis alternatiuæ, vna est, vt non intelligatur de beneficijs, aliàs ex alio capite reseruatis, vel affectis; nàm in illis cessat alternatiua, vt ibi, *dummodo aliàs dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint.*

Alia declaratio est, quòd dicti Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, prætendere non valeant, prætextu dictæ concessionis alternatiuæ concessæ in præfatis sex mensibus; quòd possint prouidere, etiam in alijs duobus mensibus ordinarijs Martij, & Septembris, in quibus, sine alternatiua prouidere poterant; Sed intelligant, quòd omnes alij sex menses, videlicet, Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, Septembris, Nouembris, sunt Sedi Apostolicæ reseruati, & affecti, ita vt, nullatenus in illis prouidere possint, vt docetur in sequentibus verbis: *Ac etiam voluit, vt si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in alijs sex mensibus, videlicet Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, vacaturorum, quæ etiam dispositioni suæ, vt præfertur, reseruauit, &c.*

Quinta pars, huius secundæ partis principalis, dat formam, & modum acceptandi alternatiuam, nempè, quòd Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi (nàm alij non possunt) si illam acceptare voluerint, litteras acceptationis, in propria Ciuitate, vel diœcesi conficiant, ac propria manu subscribant, suoq; sigillo muniant, & litteras ipsas apertas & patentes, ad Illustrissimum Suæ Sanctitatis Datarium transmittant, quibus transmissis, & à Datario receptis, examinatis, ac recognitis, ex tunc dicta alternatiuæ gratia fruantur, & non antea, vt legitur in huiusmodi verbis.

Illi verò, qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi, per patentes litteras, manu propria subsignatas, suoq; sigillo munitas, & in sua quisque Ciuitate, vel diœcesi datas, declarare, & litteras ipsas huc, ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea, vti incipiant gratia supradicta.

Sexta, & vltima pars huius secundæ partis principalis, continet pœnam duplicem aduersus prædictos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos alternatiuam acceptantes, qui beneficia vacantia, in sex alijs mensibus reseruatis, vel aliàs Sedi Apostolicę reseruata, prouidere attentauerint, vel prouisionibus Apostolicis, quominus debitum non sortiantur effectum, aliquod impedimentum præstiterint. Prima pœna est, annullatio, cassatio, & irritatio prouisionum per ipsos factarum, seu fiendarum, vt in illis verbis: *Ac collationes, & aliæ dispositiones, de beneficijs illius prætextu, deinceps faciendæ, nullius essent roboris, vel momenti;* necnon in verbis finalibus dictæ regulę, *decernentes, sic in præmissis omnibus per quoscumq; &c. iudicari debere, ac irritum, &c.* prout etiam superius dixi in vltima parte primę partis principalis.

Secunda pœna est, quòd eo ipso prędicti Patriarchę, Archiepiscopi, & Episcopi vsu, & beneficio dictę alternatiuę priuati existant, vt in illis verbis, *seu etiam aliorum dispositioni suæ, & dictæ Sedis, aliàs quomodolibet reseruatorum, vel affectorum, se se intromiserint, aut quominus prouisiones, & gratiæ Sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum, quoquomodo præstiterint: vsu, & beneficio prædictæ facultatis, eo ipso priuati existant, ac collationes, & aliæ dispositiones de beneficijs, illius prætextu, deinceps faciendæ, nullius essent robor, s, vel momenti.*

In istius regulę diuisione nihil declaro, sed consultò omitto, quia in singulis glossis opportunius declarabitur.

Sum-

Summaria glossæ primæ.

1 *Clemens VIII. Pontifex Maximus, est huius regulæ 8. auctor.*
2 *Clemens VIII. ex omni parte laudandus.*
3 *Dictio,* Item, *aliquando denotat principium nouæ dispositionis, seu orationis.*
4 *Dictio,* Item *quandoque denotat tacitam repetitionem præcedentium.*
5 *Dictio,* Item, *denotat continuationem ad præcedentia.*
6 *Regula 8. prius erat in ordine, 69. ad finem regularum Cancellariæ.*
7 *Regulæ Cancellariæ, an cõstituant vnam legem cum diuersis §§. vel potius diuersas leges.*
8 *Regula quælibet Cancellariæ facit, legem separatam.*
9 *Regula idem est quod lex.*
10 *Decretum appositum ad finem regularum, an compræhendat omnes regulas.*
11 *Signum Notarij appositum ad finem protocolli Instrumentorum, censetur appositum cuilibet Instrumento in eo contento.*
12 *Regula nostra. tanquam lex separata habet de per se suum decretum irritans.*
13 *Leges plures de eadem materia loquẽtes, includuntur sub vnico titulo.*
14 *Dictio,* Item, *licet denotet continuationem, non propterea facit, quod non sit lex diuersa.*
15 *Continuatio non solum procedit inter diuersas leges, sed etiam inter diuersas rubricas, & libros.*
16 *Lex, quando dicatur, quando §. & quando versiculus, ac quando debet apponi littera grossa. remissiuè.*
17 *Verbum,* cupere, *est maioris efficaciæ, quàm verbum,* desiderare.
18 *Papa appellatur,* Dominus.
19 *Nomen,* Domini, *est proprium Dei.*
20 *Papa habet vices Dei in terris, & est Christi Vicarius.*
21 *Imperator appellatur,* Dominus.
22 *Papa dicitur Imperator.*
23 *Imperatores multi prohibuerunt alios appellari, Dominos, & lege Hispana sancitur, & num. 24.*
25 *Nomen,* Domini, *est nomen superioritatis, sæpè tamen honoris gratia profertur, & numero 26.*
27 *Dominæ vocantur mulieres, reuerentiæ & honoris causa.*
28 *Domini nomen, hodie vsurpatum est à vilibus personis, & nu. 29.*
30 Dominus noster, *solus Papa, aut alius Summus Princeps vocatur, & nu. 31.*
32 *Dictio,* Idem, *quid importet remissiuè.*
33 *Papa denominatur a dictione Græca, Papè, quod est interiectio admirantis.*
34 *Papa denominatur à Papòs, ideſt maior.*
35 *Papa est maior in administratione, & auctoritate omnibus Sanctis.*
36 *Pictura Pauli in manu dextera, & Petri in sinistra, quid denotet, & nu. 37.*
38 *Paulum Apostolum virginitatem conseruasse fertur.*
39 *Dextera manus, licet inducat præsumptionem, non tamen concludit maioritatem.*
40 *Papa maior est Imperatore, & omnibus Principibus mundi, &c. Et se habet ad illos sicut Sol ad stellas.*
41 *Papa est admirabilis potentiæ, & se habet in Ecclesijs, sicut Sol in Planetis.*
42 *Papæ præstant obedientiam, & deosculantur in pede, omnes creaturæ, & Principes.*
43 *Papa, & Imperatore contrarium in simul mandantibus; potius est obediendum Papæ.*
44 *Papa quare mutat nomen, quando eligitur, & num. 45.*
46 *Papa quanto maior est, tanto se humiliorem facit, & seruum seruorum vocat.*
47 *Papa gloriam mundi contemnit.*
48 *Papæ post creationem stupe conburuntur, & dicitur. Sic transit gloria mundi Pater Sanctæ.*
49 *Papa denominatur à dictione Græca Papòs, ideſt Pater patruum. seu Pater pauperum.*
50 *Dictio,* Papa, *est corruptè scripta, vt nonnulli asseuerant.*
51 *Litteræ S. P. Q. R. cum † in principio quid significent.*
52 *Papa, multiplicatis nominibus vocatur, remissiue.*

Item cupiens idem Dominus noster Papa.

Glossa Prima.

CVPIT pauperibus Clericis, & alijs benemeritis personis prouidere, Sanctissimus Dominus noster Papa, huius re
1 gulæ Conditor, † qui est CLEMENS VIII. ex omni
2 parte laudandus, †nobilitate, sapientia profundissima, in ministranda Iustitia integritate maxima, religione, humanitate, modestia, & in proximum, & pauperes charitate, nec non summa in omnibus rebus, in quibus manum imposuit, fœlicitate; cuius Pontificatus annus vndecimus est iste.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Et in primis, circa illam dictionem, *Item*, sciri debet, quod denotat aliquando principium †nouæ disposition is, seu orationis. Bartol. in l. 1. num. 1. ff. de vectigalibus, & Alexander consil. 117. sub num. 2. lib. 1. Rota decis. 230. numero 3. par. 2. diuers. Et sic accipitur in casu nostro, quia ista dictio, *Item*, est apposita, in principio nouæ regulæ, & nouæ dispositionis.

Aliquando denotat tacitam † repetitionem præcedentium, quando ista dictio, *Item*, est apposita in clausula, quæ de per se est imperfecta, veluti, si quis dixerit, lego Titio cētum, Item Seio. 50. Nam subintelligitur illud verbum, *lego*, cum alias, oratio remaneret imperfecta, sine verbo: & ratione illius dictionis, *Item*, intelligitur repetitum verbum, in oratione præcedenti contentum, vt plenè docet Barto. in l. in repetendis, sub numero 1. post medium. ff. de legatis 3. & in l. à sententia, in principio. per tex. ibi. ff. de appellationibus. Iaſ. in §. Æquè. numero 45. Institut. de actio. Socin. consil. 26. numero 26. volum. 1. Paris. consil. 16. nu. 24. volum. 2. Et in hoc significatu minimè accipitur in nostro casu, cū regula nostra de per se sit congrua, & perfecta dispositio, & non egeat subintelligentia præcedentium.

Interdū quoque, & frequentius, ista dictio, *Item*, denotat continuationem †ad præcedentia. cap. pastoralis. §. Item cum totum, vbi Abbas num. 2. Felin. num. 13. & cæteri, de off. delegati, plenè Bartol. & Doctores, in dicta l. 1. num. 1. ff. de vectigalibus: Et in hoc significatu, intrat in regula nostra, quæ est continuata, non solum ad regulas præcedentes, sed etiam ad reseruationes: Nam omnes regulæ antecedentes, loquuntur de reseruation. Et merito in nouis regulis, fuit apposita regula nostra, in octauo loco, continuata cum cæteris regulis de reseruationibus loquentibus, & sublata de loco, in quo erat de tempore Pij V. & Gregor. XIII. Nam tunc erat sita prope finem † omnium regularum Cancellariæ, & in ordine 69.

Et ista dictio, *Item*, facit pro, dicto Cassadori in decisione 1. numero finali ad fin. de restitut. spoliatorum, scribentis, quòd omnes istæ regulæ reseruatoriæ habeantur pro vna lege, † & quælibet reputetur vnus §. quē etiam refert, & sequitur, respectu omnium regularum præcedentium Mandos. in proem. regularum Cancellariæ, in prin. & in q. 1. Rebuff. in Concordata Franciæ tit. de fir. & irreuoc. concordat. stabilit. vers. *vltimo notanda.*

Mihi vero, cōtrarium videtur. Quia quælibet regula est de per se prorsus distincta, & separata, & diuersum numerum, diuersamq; reseruationem continet. & sic distinctam, † & separatā legem constituit. Nam regula, & lex, idem sunt, † vt patet in titulo. ff. de regulis Iuris, quia sub illo titulo cōtinentur 211. leges: Et titulus, seu rubrica, dictas leges, regulas appellat.

Nec aliquid facit, motiuum Cassadori, scilicet, quod decretum irritans appositum in fine regulę 7. hoc modo comprehenderet † regulas præcedentes, tanquam diuersos §§. eiusdem legis: Quia quāuis sint leges distinctæ comprehendit dictum decretum irritās, dictas reg. præcedētes. Sicut, & signum † appositū per notarium in fine libri Instrumentorū, censetur appositum in quolibet Instrumento eiusdē libri, vt est communiter notariorum mos. Bartol. in l. si quis ex argētarijs. §. si initium. n. 33. in fin. vbi communiter omnes. ff. de edendo. facit etiam l. fin. C. plus valere, quod agatur. Mandosius in 2. q. procem. regular. n. 2. & 3. & q. 3. per totam. Iaſ. in l. si ita stipulatus 126. §. Crisogonus n. 10. ff. de verbor. obligat.

Rursus, in regula nostra, est minor difficultas, quia tanquàm lex principalis, & separata habet de per se, † suum decretum irritans, ac clausula sublata, &c. De quo Deo adiuuante, dicemus in glossa penult. & fin. Quæ clausulæ capiunt, etiam Regulas præcedentes ex supradictis.

Minus facit dicere, quòd omnes septem regulæ præcedentes, loquantur de reseruationibus. Quia non propterea sequitur, quòd nō sint leges diuersæ, †nā sub omnibus titulis Iuris Ciuilis, & Canonici, adsunt plures leges, & textus de eadem materia tituli loquentes, & nihilominus sunt diuersæ leges, & diuersi textus, vt ad oculum patet.

Non obstat dicta dictio *Item*, continuationem denotans: Quia non ideò facit, quòd leges desinant esse diuersæ, †vt in l. Item apud. ff. de iniur. l. itē si vnus. ff. de pactis, cum alijs infinitis. Vltra quòd, non solum habet locum continuatio † inter diuersas leges; sed etiam inter diuersos titulos, & diuersos libros. gl. in rubrica. Institut. de rerum diuis. cum alijs fere omnibus rubricis titulorum, & librorum Iuris Ciuilis, & Canon. vbi omnes scribunt.

Quando autē dicatur lex, †& quando §. & quādo versic. Ac quando debeat apponi litte ra grossa: declarat Bart. in l. & si pepercerit. §. filius n. 9. ff. de liberis, & posthumis, & Iaſ. ibi. n. 8. gl. in c. 1. verbo, *sic*, ante finē, de postulatione prælator. lib. 6. Iaſ. in §. sed iste. nu. 1. Institut. de actionibus.

Et dum regula nostra loquitur, per illud participium, *cupiens*, nota, quòd Pontif. Max. non ita ordinarie desiderat pauperibus clericis, & alijs personis benemeritis prouidere; Sed etiam enixe, & maximo cum affectu hoc intendit, & propterea regula nostra vtitur illa dictione. *cupiens*. & non dicit *volens*, aut *desiderans*,

17 *derans*, aut *intendens*, sed per † verbum *cupiens*, loquitur, vt ostendat maximam cupiditatem circa has res iustas, & sanctas, Pontificem summum habere. Nam verbum *cupere*, longe superat verbum *desiderare*, vt omnes humanitatis scriptores aduertunt, & faciunt textus in cap. virum, & in c. bonorum 47. distinct.

DVM dicit regula nostra *Idem Dominus noster*, collige, quòd Papa appellatur *Dominus*.

18 Nam hoc nomen *Dominus*, est proprium

19 Dei, † vt in Psalmo 109. & passim legimus in Sacra scriptura. Et cum Papa habeat vices

20 † Dei, & sit Christi Vicarius. cap. inter corporalia. vers. *non enim*. & ibi gl. verbo *Vicarium*; de translatione Episcopi. cap. mulierem 33. q. 5. merito conuenit illi per excellentiã hoc nomen *Dominus*. Ac propterea Papa appellatur Dominus Dominãtium, & dicitur omnia, & super omnia, in spiritualibus. Iaf. post Bal. & alios in l. rescripta. sub num. 4. C. de prẽcib. Imperat. offerendis. Cassan. in cathalog. gloriæ mundi, quarta parte, consideratio. 7. post princ. Cumulat plura Mandos. super faculta. A. C. in proœmio. in verbo *Domini*.

21 Item Imperator appellatur *Dominus*, † l. proxime, ibi, *rogo te Domine Imperator audias me patienter*. ff. de his, quæ in testamento delentur, ac Bartol. Iustinianum Imperatorem Dominum appellat in rubrica Codicis. nu. 7.

22 Et Papa dicitur Imperator, † quia obtinet Imperium Romanum. c. Dominis. & ibi gl. 1. distinct. 10. Bald. in l. rescripta. nu. 7. & 8. C. de precibus Imperat. offerend. vbi plura de excellentia Papæ.

Hinc quia hoc nomen *Domini* est proprium Principis, & Superioris; multi Imperatores

23 hoc nomine vocari alijs † prohibuerunt, & illis solis reseruarunt, ne superioritatem indicarent; vt scribit Suetonius Tranquillus, in vita Octauij Augusti. c. 50. Et hoc idem Tyberium, & Alexandrũ Imperatores fecisse legimus, & quidam tradunt super illo versu Virgilij: *Et Dominum Aeneã in regna recepit*. Quòd itidem nuper sanxisse, quoad nominationem in scriptis, Potentissimum Philippum secun-

24 dum Hispaniarum † Regem nostrum. per suã pragmaticam, de anno 1585. de Vrbanitatibus intitulatam, omnibus notum est.

25 Et quod hoc nomen *Domini*, sit † nomen superioritatis, patet etiam in authentica habita ad fi. C. ne filius pro patre, & in c. grauem de excessibus Prælatorũ, & scripsit Corneus, in cons. 129. incipit, *Visis verbis*. num. 2. volumine 3. Mandos. vbi supra. Tiraquell. in legibus Connubial. l. 1. glossa prima, parte 1. nu. 14. & 15.

26 Sæpe tamen profertur † gratia honoris, l. cum quis decedẽs 27. §. Seiam, ibi *Sempronium Dominum meum*: vbi gl. verbo *Dominum*: & Bartol. n. 3. ff. de legat. 3. Paul. Castrens. cons. 313. *postremo*. sub num. 3. post princ. vol. 1. Et propterea honoris, & reuerentię causa, mulieres

27 Dominę † vocantur, vt plene per Tiraquell. in legibus connubialibus. l. 5. nu. 11. cum seqq. Cassaneum in Cathalogo gloriæ mundi par. 2. consideratione 31. Vbi etiam dicunt; ideò in Hispania, & in Italia, & in maxima parte Franciæ vulgariter *Damas* vocari, prout notissimum est, ac referunt plures, qui proprias vxores Dominas appellarunt.

Hodie autem viles, & nebulones, hoc no-

28 men *Domini* vsurparunt, † Nec est, qui non sibi de honore, plurimum detrahi arbitretur, si hoc nomine non salutetur, vt scripsit Ludouicus Gomezius in c. 1. num. 41. post medium de cõstitutionibus lib. 6. Licet in Italia adhuc

29 viget mos, † quòd, quilibet artifex vulgo *misser*, & eius vxor, aut filia, aut alia mulier inferior *Madonna*, vocantur: Ad distinctionem maiorum, qui *Signori* dicuntur.

Tamen nomen generale *Domini nostri* iuncta dictione *nostri*, nemini datur, nisi Pontifi-

30 ci Maximo, † vel altero summo Principi, veluti memorato Hispaniarum Regi, qui per antedictam pragmaticam sanciuit, quòd in Instrumentis, & alijs scripturis, vbi de Rege

31 fieri mentio † contingit: addantur hæc verba *Dominus noster*. vt adamussim seruari videmus

32 De illa dictione relatiua *idem* † vide tex. in l. 2. in principio, iuncta glo. verbo. *sed idem* vbi Alexan. num. final. in fine. Socin. num. 3. & cæteri. ff. si cert. pet. & Rota decis. 115. nu. 13. par. 1. diuers.

DENIQVE circa dictionẽ *Papa*, notandũ erit, quòd deriuatur à dictione Greca *Papè*;

33 quòd est interiectio † admirantis, & verè admirabilis, quia vices Dei in terris gerit gl. in proœmio Clementinarum, verbo *Papa*, vbi allegat dictum Poetæ Anglici, *Papa Stupor mundi*, &c. Archidiaconus in cap. quia Sacerdotes. nu. 2. 10. quæst. 1. Nauarrus cons. 2. nu. 5. qui filij sint legitimi, & de spol. Clerico. §. 1. num. 1.

Vel dicitur Papa à papòs, idest maior',

34 quia Papa est maior † omnibus, c. solite. de maioritate, & obedien. Ita, vt Papa in administratione, & authoritate, sit maior omnibus

35 Sanctis, † excepto Petro c. 1. 20. distinctione. Baldus in l. rescripta sub num. 7. C. de precibus imperat. offeren. Abbas in c. qualiter. il 2. num. 2. in fin. de accusationibus. Henricus Botheus in tracta. de Synodo Episcopi. parte 1. numer. 27. Cassaneus in cathalogo gloriæ mundi quarta parte consideratione septima, in fine.

Et licet aliqui contenderent, non esse Petrum maiorem Paulo, ex eo, quia Paulus secundum consuetudinem Ecclesiæ dipingatur à dextris Christi, & Petrus à sinistris, vt etiã in Bullis Papalibus obseruatur: Tamen hoc

non

non est verum, quia Petrus est maior Paulo,
36 nõ obstãte, † dicta pictura. Nam illa designatio picturæ, non est facta ad ostendendam maiorẽ potestatem clauium; sed mysterium
37 temporum † ante, & post passionem Christi: quia siniſtra, est pars mortis, quam Christus habebat tempore, quo Petrus venit ad Christum ante passionem: dextera autem denotat Immortalitatem Christi, quã habuit post Resurrectionem, tempore, quo Paulus venit ad Christum, vt tradit Cardinalis Alexãdrinus in c. quamuis 21. distinctione. Decius in c. translato. in 2. lectura. nu. 20. de constitution. Ioãnes Selua de beneficio. parte prima, quæst. 5. numero 77. Alij etiam scribentes dicunt rationem esse, quiâ Paulus virginita-
38 tem † conseruabat, qua Petrus vti coniugatus carebat.

Pro quo etiam ego addo, quòd locus manus dexteræ, licet inducat quãdam præsumptionem maioritatis, non tamen † concludit,
39 neque est incompatibile, quòd maior, & dignior sit in manu siniſtra, & inferior in manu dextera. Rota decis. 4. sub nu. 1. de electione, in nouis, vbi fuit resolutum, quòd quãuis Præpositus illius collegiatæ, de qua agebatur sederet, & incederet supra Decanum, & in manu dextera: tamen quia Decanus habebat alias maioritates: Decanus erat dignitas principalis, & maior in dicta Collegiata. Quoniam nõ erat incompatibile, quòd Præpositus haberet manum dexteram licet inferior, & Decanus siniſtram licet principalior; de quo etiam dicam, Deo adiuuante, in gl. 51. sub 15. casu reseruationis, de dignitatibus principalibus in collegiatis.

40 Vnde a fortiori Papa maior † est Imperatore, & omnibus Regibus, & Principibus mũdi, & se habet erga illos. Sicut Sol erga Lunam, ac Stellas, c. solite de maioritate, & obedientia. Vbi gloss. Verbo *inter Solem, & Lunam* hoc bene declarat. Dixit etiam Bald. in cap. bonæ, il secundo numero decimo, de po-
41 stul. Prælator. quod Papa est admirabilis † potentiæ, & se habet in Ecclesijs sicut Sol in Planetis.

Hinc omnes Principis, & creaturæ præstant humilem reuerentiam, & obedientiam Põtifici Max. illiusque deuotissimè deosculantur
42 pedes † gl. verbo *osculandi* in l. 1. C. de domesticis, & protectoribus. lib. 12. lex 4 tit. 5. Partita 1. cum alijs adductis in gloss. 55 nu. fin.

Ideo si Papa, & Imperator, aut Rex simul mandant duo contraria, erit potius obedien-
43 dum † Papæ, vti maiori, & superiori, gl. 2. per tex. ibi, in c. cũ parati 19. Vbi Abb. nume. 8. & 9. cũ seqq. Decius nu. 8. & 9. de appellat.

Propter quã summã maiestatem, & Excellentiam Papa, statim, quòd est electus mutat
44 primũ nomen, † quia ex subdito efficitur omnis creaturæ superior, & Dominus. Nam iustum est, quòd, quando præest omnibus, non vocetur amplius nomine antiquo, quo appellabatur dũ suberat. Sed nouũ nomen habeat,
45 sicut de nouo omniũ Dominus, † & Dei Vicarius est effectus. gl. verb. *Bonif.* in proem. libri 6. Vbi oẽs. Vital. in procemio Clemen. verbo, *Ioannes*. n. 21. Gugliel. Benedict. in c. Rainuntius, in principio, ex n. 44. de testam.

Sed quanto Papa maior, & excelsior est, tãto humilior omnibus creaturis ostẽditur, &
46 propterea se seruũ † seruorũ appellat c. relatũ 37. in fine de sent. excom. & in procem. decretalium, vbi glos. verbo, *seruus*. & omnes ibid.

Ex quo prouenit, quòd vt Papa gloriã mũdi
47 † conteñat, dũ consecratur, ante illũ, stupẽ
48 in sũmitate arundinis eleuatæ cõburuntur, † & clamãdo dicitur, *Sic transit gloria mũdi Pater Sanctæ*. Vt late per Nauarr. in repetit. c. inter, verba 11. q. 3. concl. 5. n. 77. Lud. Gomez. omnino videndus, in c. 1. nu. 45. & 46. de constitutionibus, qui huius mysterij alia plura notanda post alios in 6. quos allegat, cumulat.

Vlterius, & cõmunius hęc dictio, *Papa*, habet ethimologiam à voce Greca Papòs. idest
49 Pater patruum, † vt adnotauit glo. in d. procœmio Clemen. in ver. *Papa*. in fi. vbi Io. Andr. & cęteri: seu Pater pauperũ, vt tradit Io. Hugo in tract. de offic. quatuor prẹlator. par. 1. §. commiss n. 1. tradit ẽt d. lex 4. tit. 5. Partita 1. quę lex, & alię similes leges Partitarum Papam Apostolicum appellant.

Vnde sunt, qui putant, nomen istud *Papa*.
50 corruptum, † esse sicut pleraque alia (aduentu Gothorum) nomina corrupta fuere, nã cũ primo breuitatis causa scriberetur hoc modo p̃p̃. vel isto *pa. pa.* quòd est idem, quòd Pater patruũ, vel Pater patriæ, seu Pater pauperũ vulgus indoctum, illas dictiones abbreuiatas ad istam appellationẽ nominis Papæ, qua hodie vtimur retulit: Et illius abbreuiationis antiquæ, argumentũ præstat stylus scriptorum Bullarum, qui eodem modo, sicut olim hodie per abbreuiationem p̃p̃. scribunt.

Sic etiam videmus factum in illis litteris, quas nũc Romani pro insignijs vtuntur, Cru-
51 ce in princip. appositа, videlicet † S. P. Q. R. † Nã cũ illæ litteræ olim, ita abbreuiatæ à Sibilla Lamĩnis, seu Libica, insculptæ æræ is dimitterẽtur, in vaticinium, seu prophetiam D. N. Iesu Christi, sub illo significatu, videlicet (Iesu salua populũ, quem redemisti) nonnulli hoc vaticinium ignorantes, ad illum sensum retorserunt, scilicet, Senatus Populusq; Romanus: Cui quidem interpretationi vulgari, series illarum litterarum, non ita quadrat, sicut primo significatui, si Crucem in principio positam, & illa, Q. consideremus, prout scripsit Ludouicus Gomezius in cap. 1. de constitutionibus in 6. num. 47. Vbi

plura,

plura, & post gloss. ibidem verbo *Romanus.* & alios Doctores ex numer. 1. vsque ad num.
52 46. infinita cumulat, super diuersis,† & multiplicatis nominibus Papę, & plenius Mandosius in glossa ad facultates Auditoris Camerę. in princ. in gloss. verbo *Episcopus*, per totam. & in §. ac tantum in verbo *Romani Pontificis.*

Summaria glossæ secundæ.

1 *Proœmialis ratio nostræ regulæ est, vt pauperibus Clericis reseruata beneficia conferantur.*
1 *Pauperum cura, spectat ad Papam, tanquam Patrem Pauperum.*
2 *Pauperibus Clericis sunt beneficia conferenda, vnde se valeant sustentare.*
3 *Pauper clericus est miles celestis militiæ.*
4 *Militare propriis stipendijs nemo debet, nec qui eligitur ad onus, est a mercede repellendus.*
5 *Ecclesiæ stipendijs sustentari debent, qui diuinis obsequijs adscribuntur.*
6 *Pauper Clericus est persona ad beneficia benemerita.*
7 *Pauperi conferre beneficium, potius est Iustitia, quàm gratia.*
8 *Beneficiales gratiæ sunt ambitiosæ.*
9 *Gratia in forma pauperum, non dicitur ambitiosa.*
10 *Ambire non licet Ecclesiastica beneficia: sed honestè conceduntur petentibus; fallit in Clerico paupere. num.* 11.
12 *Pauperes expectantes, præferuntur diligentibus in processu.*
12 *Pauper Clericus præfertur diuiti, in assequendo beneficium.*
13 *Pauperem esse se fingens in impetratione beneficij, cum non sit, non portat, nisi ventum.*
14 *Beneficia Ecclesiastica dicuntur panis pauperum.*
15 *Pauperum mater dicitur Ecclesia.*
16 *Pauperes dicuntur habere dominium bonorum Ecclesiasticorum.*
17 *Pauperum vita, & sanguis dicuntur redditus beneficiorum.*
18 *Pauperum patrimonium, dicuntur decimæ.*
19 *Pauperes dicuntur thesaurus Christi.*
20 *Paupertas est legitima causa, vt fiat vnio beneficij.*
21 *Pauperes possunt cogi diuites, vt sibi tribuant eleemosinam.*
22 *Pauper habet actionem ad petendum panem, quem auarus detinet.*
23 *Ciuitas sine pauperibus non est perfecta.*
24 *Pauper Clericus præsumitur excedere diuitem, in bonis moribus, ac magis idoneus, quàm diues.*
25 *Condemnatus ratione spolij, audiendus non est in petitorio, nisi prius purget spolium, & expensas, vsque ad obolum, nisi sit pauper.*
26 *Minor, vel mulier solo iuramento probat paupertatem, ad effectum, vt audiatur in negocio principali: secus, aliæ personæ. & n.* 27.
28 *Clericus aduocare non potest in Curia seculari, nisi sit pauper, & nu.* 29.
30 *Clericus si pro pauperibus potest postulare, à fortiori pro se ipso, vt se sustentet si sit pauper.*
31 *Charitas benè ordinata incipit a se ipso.*
31 *Charitas ordinata plus amat se in vngue pedis, quam alium in vertice capitis.*
32 *Agris nostris sitientibus, alienos irrigare non debemus.*
33 *Postulare potest Monachus de licentia sui Prælati, pro sustentando paupere Monasterio.*
34 *Abbas Lapus suos Monachos alebat ex suæ aduocationis lucro.*
35 *Paupertatis priuilegia plura remissiuè: sed a talibus priuilegijs plures dicunt, libera nos Domine. & nu.* 36.
37 *Pauperibus non sunt danda beneficia maiora, nec Canonicatus Cathedralium, & numero.* 38 & 40.
39 *Canonicatum habere in Cathedrali magnus honor, & præheminentia est.*
40 *Pauper, vilis persona præsumitur.*
41 *Diues melius, quàm pauper potest conseruare decorem dignitatis*
42 *Pauperibus dare cibos delitiosos, veniale peccatum est.*
43 *Pauper, quis dicatur remissiuè.*
44 *Paupertas quomodo probetur remissiue.*
45 *Pauperi litiganti contra diuitem, diues non teneatur expensas ad litem ministrare, nisi in certis casibus.*
46 *Pauper, & egenus an differant.*
47 *Pauperibus alicuius Parrochiæ legatum relictum post mortem hæredis, an hæres possit illud soluere in vita sua, in præiudicium futurorum pauperum. & n.* 48.
49 *Pauperibus distributio facienda, intelligitur principaliter ordinata, pro salute animæ, & num.* 50.
51 *Persona vniuersalis est incerta.*
52 *Fideicommissaria bona restituere rogatus post mortem, poterit viuens cum voluerit illa restituere.*
53 *Pauperibus, quibus testator in specie reliquit, non est amplius per testamentarios elargiendum*

dum, & ibidem dicitur, an vnus tantum pauper eligi possit.

54 *Exequutor nominatus ad distribuendum inter pauperes, potest distribuere inter suos filios, & consanguineos pauperes, & numero 55.*

56 *Exequutor deputatus ad bona distribuenda inter pauperes, potest etiam distribuere in se ipsum.*

57 *Eligere, nec præsentare se ipsum, nemo potest.*

58 *Procurator constitutus ad præsentandum, non potest se ipsum præsentare.*

59 *Pauperes inter quos diuidi debent bona per testatorem relicta, quando ipse non declarauerit. Et fit remissio ad Doctores de hac materia tractantes.*

60 *Clericis, non laicis sunt beneficia Ecclesiastica conferenda. & n. 63.*

61 *Laicus est incapax spiritualium.*

62 *Beneficium continet in se spiritualitatem, & temporalitatem.*

64 *Laico incedenti in habitu Clericali, pro tali Clerico reputato, collatio facta de beneficio est nulla. & n. 65.*

66 *Collatio beneficij facta laico, non sustinetur, quamuis statim Clericus efficiatur.*

67 *Laico etiam religioso, collatio beneficij fieri non potest.*

68 *Clerico coniugato licet competat priuilegium Canonis, tamẽ beneficium conferri non potest, nec Episcopus potest in hoc dispensare. & nu. 69.*

70 *Laicus ex dispensatione Papæ potest habere beneficium, & in alijs casibus, de quibus. num. 71. & 72.*

73 *Collatione beneficij, & ordinatione, eodem die cõcurrentibus, præsumitur anterior ordinatio, quamuis sit facta hora secunda noctis.*

74 *Horæ appositio, operatur anterioritatis præsumptionem, etiam in Curia. & num. 75.*

Pauperibus Clericis.

Glossa Secunda.

Plura notanda adducuntur ad fauorẽ pauperum.

VNA ratio proœmialis, & fundamentalis nostræ regulæ: qua quilibet Papa mouetur ad faciendum illam, est ista, vt 1 pauperibus Clericis† de beneficijs reseruatis prouidere possit, prout ipsamet regula docet, & tradit Achilles de Grassis decis. vnica super hac regula n. 2. Nam ad Papam, tamquam Patrẽ pauperum, spectat cura pauperum: cap. nihil, de præscription. Ioan. Hugo, in tract. de officio quatuor prælator. p. 1. §. commisse. nu. 1.

Pauperibus namque Clericis prouidendũ est de beneficijs, vnde se valeant sustentare, 2 ex quo se deputarunt seruitijs † diuinis, & non habent aliud beneficium. c. Episcopus. 4. de præbendis. c. si pauper. 30. eod. tit. lib. 6. vbi Geminian. num. 2. & cæteri: Staphilæus de litteris gratiæ. §. nona forma pauperum. num. 2.

Quia cum Clericus pauper, sit miles cæle- 3 stis † militiæ. tex. in c. degradatio. vers. *actualis*, de pœnis, lib. 6. gl. verb. *facere potest*. in l. milites 6. ff. de re iudicata, & ibi Bart. nu. 3. Alexan. num. 5. Iaf. num 11. Ripa num. 5. certè 4 non debet proprijs stipendijs † militare, nec qui eligitur ad onus, debet a mercede repelli. c. cum secundum Apostolum de præbendis. c. ex his 12. q. 1.

Sed dignum est, vt Ecclesiæ stipendiis sustententur, in qua, & per quam diuinis obse- 5 quijs adscribũtur. c. Ecclesiasticis. 12. quæst. 2. d. cap. cum secundum Apostolum. de prębendis.

Et clericos pauperes esse personas be- 6 nemeritas ad beneficia, † insinuat regula nostra in verbis sequentibus, dum dicit, *& alijs benemeritis, &c.* ponderando illam dictionem, *alijs*. quæ est repetitiua similium. cap. sedes. de rescriptis, & dicemus in glossa sequenti.

Vnde conferre beneficium pauperi Cleri- 7 co, potius dicitur Iustitia, † quam gratia, cum illi sit debitum, & propterea rescripta in forma pauperum, dicuntur rescripta iustitiæ. gl. verbo *pauper*. in d. cap. si pauper. de præben. lib. 6. per tex. in Clemen. litteras. eo. tit. gl. verbo *gratiæ*. in extrauagan. 1. §. nos amouere. de concessione præbendæ. Ioan. 22. Rota decis. 55. num. 4. de concess. præben. in antiquis. Staphilæus de litteris gratiæ, vbi supra sub num. 5. Cassador. decis. 8. num. 9. de concess. præbendę, licet Rebuff. in praxi beneficial. tit. de rescripto in forma communi, & in forma pauperum. nu. 6. contrarium defendedere conetur.

Hinc confestim sequitur, quòd licet om- 8 nes gratię beneficiales sint † ambitioſę. cap. quamuis 4. post principium. c. si motu proprio. 23. de pręben. lib. 6. Rota decis. 8. ante medium. de concessione prębendę. in nouis. & decisione 60. num. 7. de rescriptis in antiquis. Cassador. decis. 8. nu. 4. de concess. prębendæ.

Litteræ tamen, in forma pauperum, non 9 dicuntur ambitioſę. Rota decis. 10. nu. 11. de concess. præbendæ in antiquis.

Sic etiam, quamuis ambire non liceat Ec- clesiastica beneficia, nec sit honestum illa pe- 10 tere, licet honeste † concedantur. l. si quem-

quam

quam 30. vers. *tantum ab ambitu.* C. de Episcopis, & Clericis. c. sancimus. 1. q. 7.

11 Hoc vero cessat in Clerico paupere, † quærente beneficium, ex quo se valeat sustentare nè in opprobrium totius Cleri mendicare cogatur. cap. diaconi. il 5. vers. *mendicat infelix.* 93. distinct. Concil. Triden. sess. 21. cap. 2. in principio.

Item pauperes expectantes, præferuntur
12 † diligentioribus in processu. Staphil. de lit. gratiæ. tit. de vi, & effectu clausularũ. §. deinde sequitur, num. 2. nec non veniunt præferendi officialibus Curiæ, ac familiaribus descriptis Papę, idem Staphileus de lit. gratiæ. cap. de prærogatiuis expectantium. numer. 18. & 22. & 24.

Similiter Clericus pauper est præferendus diuiti, in assequendo beneficium. Anto. de Butrio post Hostiensem ibi in c. tuam. sub. num. 7. ante fin. vers. *per prædicta dicit Hostiensis.* de ætate, & qualitate. Rochus de Curte. de Iure patronatus, verbo *honorificum.* quæst. 15. num. 42. vers. *secundo crederem,* latè Lambertinus, de iurepatronatus. lib. 2. parte. 3. quæst. 5. principali, articulo 3. num. 1. & 3. & 7. ac per totum. Surd. in tract. de alimen. tit. 1. quæst. 93. num. 17.

Et per regulam 16. Cancellarię de concurrentibus in data, disponitur, quòd pauper non beneficiatus concurrens in data cum beneficiato præferatur eidem.

Dicit etiam Baldus in cap. cum adeo, nu. 1. de rescriptis, quod qui in impetrando bene
13 ficium fingit † esse pauperem, cum non sit, non reportat nisi ventum.

Beneficia etiam Ecclesiastica dicuntur pa
14 nis † pauperum. Gomezius in tracta. de expectatiuis. n. 75. ad finem.

15 Ac Ecclesia dicitur esse mater † pauperum cap. super prudentia. ante finem. 14. quæst. 2. Gregorius Lopez in rubrica tituli. 18. Partita prima.

Pauperes item dicuntur habere domi-
16 nium bonorum † Ecclesiasticorum. cap. quod autẽ, ibi, *non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem.* 23. quæst. 7. super quo tex. Nauarrus facit suum tractatum de redditibus Ecclesię. gl. 1. in c. expedit. 12. quæst. prima. gloss. 1. in cap. fin. 16. quæst. 1. & bona Ecclesiarum, & Clericorum sunt bona pauperum cap. aurum indigne. 12. quæst. secunda. Abbas in c. cum super. nu. 12. & 20. de caus. possess.

Rursus fructus beneficiorum dicuntur vi-
17 ta, † & sanguis pauperum, Philippus Probus. in additionibus. ad Ioan. Monac. in c. nemo. nu. 45. de electione. lib. 6. post Dominicum, quem ipse allegat.

Et decimę, in quibus, vt plurimum reddi-
18 tus beneficiorum consistunt, dicuntur † patrimonia pauperum. cap. quia iuxta Sanctorum. in principio. 16. quæst. 1. Philippus Probus, vbi supra sub n. 46.

19 Pauperes etiam dicuntur thesaurus † Christi, vt asserit Diuus Laurentius. Tiraquel. in tracta. de pia causa. in præfatione. vers. *Item relicta pauperibus.*

Paupertatis etiam causa est legitima, vt
20 vnio † beneficiorum fiat. cap. vnio. ante finem, ibi, *quæ vero minus aliis cõiungatur Ecclesijs.* 13. quæst. 3. cap. postquam. 16. q. 1. Cacialup. in tract. de vnionibus. art. 5. causa. 3. Felin. conf. 2. n. 33. ad fin. vers. *vel aliter respondeo.* Mandos. in reg. 22. de vnionibus. q. 5. nu. 3. ad fin. Concil. Tridentin. sess. 21. de reformatione. cap. 5. & sess. 24. cap. 13.

Præterea pauperes possunt cogere diui-
21 tes, † implorato Iudicis officio pro tribuenda sibi eleemosina. gl. in cap. sicut 11. qui per insaniam, verbo *esurientium.* 47. distinct. quam glossam commendat Abbas in c. si quis propter. n. fin. de furtis. Felin. in c. si qui testium. sub nu. 10. ad fin. de testibus. Auendanus de exequendis mandatis principum. 2. p. c. 10. n. 10. vbi plura in proposito adducit Menochius de arbitra. cas. 182. nu. 43.

Habent etiam actionem ad petendum pa-
22 nem, † quem auarus detinet. Speculat. tit. de instrumentorum editione. §. nunc vero aliqua. de vltima voluntate. num. 66.

23 Item ciuitas sine pauperibus † non est perfecta. l. 2. de nundinis. Surdus in tracta. aliment tit. 1. q. 77. num. 5.

Quibus adfine est, quòd Clericus pauper præsumitur excedere diuitem, in bonis mori
24 bus. Rebuf. in praxi. tit. de rescriptis, in forma communi, & in forma pauperum. nu. 12. vbi allegat. c. si forte. de electione. lib. 6. Rolan. à Valle conf. 47. nu. 82. libro primo. vbi dicit, quòd pauper præsumitur magis idoneus, quam diues.

Pariter licet condemnatus ratione spolij, audiri non deberet in negocio principali, do
25 nec iliud prius purgauerit, † & omnes expensas, etiã vsque ad obolũ refecerit. Bald. in c. conquerente. num. 1. de restit spoliat. Abbas in c. accedens il. 2. num. 5. Barbat. num. 27. vt lite non contestata. Achilles decis. 2. nu. 7. ad fin. de locato. Caputaq. decis. 270. n. 5. par. 2. & decis. 171. & 184. p. 3. Put. decis. 298. lib. 2.

Quando tamen est pauper, audiendus est, quamuis nec expensas, nec fructus restituat; sed obtinere potest commissionem, vt constito de paupertate, & reseruatis expẽsis, & fructibus, vsque ad finem litis, ad vlteriora procedatur, & de negotio principali tractetur. Staphilæus de litteris Iustitiæ. §. penult. in fine. Vestrius in praxi Romanæ Curiæ. lib. 7. cap. 1. sub nu. 8. latè Lancell. de attentat. ter-

tia p.cap.finali.n.93.& n.154.cum sequentibus in noua impressione. Marchesanus de cõmissionibus 2.p.cap.2.de commissione super nullitatibus.nu.64.fol.153.

26 Ita vt si talis pauper esset minor,† vel mulier sufficeret solum Iuramentum pro probatione paupertatis; vt fuit resolutum in vna Leodicen. attentarorum. 20. Decembris. 1556.teste Lancellotto.d.c.fin.n. 94.

Licet quoad alias personas,solum iuramò

27 tum † pro paupertate probanda ad hunc effectum,non sufficeret. Staphilæus de litteris Iustitiæ. §. si quis piam. numero decimo. in fine: fol. mihi 513. Marchesanus vbi supra. num. 66.

A quibus non multum distat, quòd quamuis clerico in sacris ordinibus constituto, sit regulariter prohibitum aduocare coram se-

28 cularibus † Iudicibus, nisi in certis casibus, vt in in capitulo 1. & per totum.titulum de postulando.

Cæterum si sit pauper, & nõ habeat beneficium, nec patrimonium, vnde se valeat fu-

29 stentare, tunc licitum erit illi † inspecto iure communi,absque aliqua dispẽsatione Aduocati munus etiam in Curia seculari seclusa accusatione in causis criminalibus,exercere,Hostiensis in d.c.1. de postulando.num.8. Anton.de Butrio post Henricum,& alios.nu. 15. Abbas. numer. 4.vers.*si vero non habet*,& omnes cõmuniter recentiores. Rodoanus in tracta.de spolio Ecclesiæ.q.2.n. 23.

Et vltra iura,& rationes per ipsos Doctores allegatas,ista sola sufficeret,nempè, quia si hoc potest facere pro pauperibus, & miserabilibus personis, vt illorũ necessitati subueniat.cap.1.cap.3.eod. tit.de postulando,à

30 fortiori sibi erit licitum, † & honestum, vt propriæ egestati, & necessitati consulat,nam

31 charitas bene ordinata † incipit a se ipso.l. præses. C. de seruitutibus, & aqua.cap.3.& ib glossa verbo *videamur*. de supplenda negligen.Prælator.Puteus. decis. 88.num. 2. libro primo.

Dicit quoque Bald.in cons. 312. *visis actis*. sub num.3.ante medium.lib.4. quòd ordinata charitas,plus amat se in vngue pedis, quã alium in vertice capitis. Aim.cons.6. nu.25. & cons.8.num.17.& agris nostris sitientibus

32 †alienos irrigare non debemus.Bellam.q.87. c.non satis.86. distinctione,& vide infra. nu. 54.cum sequentibus.

Immo etiam Monachus posset de licentia

33 sui Prælati, † pro vtilitate, & sustentatione Monasterij pauperis,aduocati officium exercere.c.Monachi in fine.19.q.1. Nauarrus in c. non dicatis.num. 99.12.q.1. Ignatius de Salcedo.in additione ad praxim criminalem Bernardi Diaz.c.63.gl.1. limitat.2. vbi post Abbatem,& alios, dicit, quod Abbas Lapus

34 † Monachos suos, ex suæ aduocationis lucro alebat. Rodoanus de spolio Ecclesiæ.q. 2.nu. 27.vbi à n.18.cum sequentibus plura dicit.

35 Alia etiam plura commoda,& priuilegia† paupertatis, vide per Archidiaconum. in c. pauper.n.1.11.q.3. vbi cumulat.22. priuilegia,& Felin.in.c.si qui testium.8.de testibus. nu.10. post. Bald.ibidem. Gigantem in tracta.de pensionibus.q.80.per totam.Gregor. Lupum.in l.4. gl.1.tit. 19. Partita 4. Rebuf. de priuilegijs scholarium, priuilegio 90. per totum,vbi etiam Doctores dicunt,præcipue Felinus vbi sup.nu.11.procedere, quamuis, si ex culpa propria procedat paupertas. Couarru.lib.2. variar.c. 16.n.fin.

Cynus tamen, & alij Doctores in l. si quis ad declinandũ. §.fi. C.de Episcopis,&Cleri-

36 cis,dicunt,quòd à tali priuilegio † paupertatis, *libera nos Domine*. Aretin.in.§.1.num.3.ad finem. Institut. quibus ex causis manumittere non liceat.Rebuf. in d.priuil.90. sub n.18.

Quamuis autem, vt superius diximus, sint pauperibus Clericis beneficia Ecclesiastica conferenda, temperandum tamen est, quia illis non est regulariter prouidendum de maioribus beneficijs, nec

37 Canonicatibus in Ecclesijs† Cathedralibus. Staphilæus de litteris gratiæ.§. nona forma expectatiuarum. num.40.& 41.Gomezius de expectatiuis.num.76.Rebuff.in praxi. tit. de rescriptis in forma communi, & in forma

38 pauperum.nu. 181. Nisi sit litteratus, ex his, quæ dicam in gl.4.ex nu.20.

Ridiculum enim vulgo videretur, videre rudem, & pannosum Clericum,Canonicum

38 Ecclesiæ Cathedralis,† iuxta illud, quod dicit gl.verbo,*cõmittantur*.in c. statutũ in princ. de rescriptis.li.6.Staphil.vbi sup.n.42.de expectatiuis. Gomezius de expectatiuis.n.102. ad med.vers.*ridiculũ*.vbi dicit,quòd ista ratio potest morderi,ex quo habituCanonicatu ex eius redditibus facile posset vestes cõparare.

Habere etenim Canonicatum,vel præbendam in Ecclesia Cathedrali est magnus ho-

39 nor,†& præheminentia.c.quamuis.§.quamquam.de præbendis. libro 6.Rota decis. 26. num.6.de præbendis.in nouis,& decis.2. de filijs præsbyterorum in nou.nam canonicus, dicitur pars corporis Ecclesiæ, & Episcopi. c. requisistis de testamentis. ca.nouit.de his, quæ fiunt à Prælato. Staphilæus. de expectatiuis.§.inter formas igitur. num. 3. & 4. Gomezius.d.n. 102.

Ideoque pauper, cum præsumatur vilis

40 persona,† non est de præbendis Ecclesiæ Cathedralis prouidendus. Staphilæus, Gomezius, & Rebuffus,vbi supra. Et quòd pauper præsumatur vilis persona,quia paupertas dicitur vilitas,est tex.in l.2.vers.*quid enim*, ibi, *& paupertatis detegi vilitatem*, quando, & quibus

bus quarta pars. lib. 10. gloss. verbo, *nilium*, in authentico, de mandatis principum. §. sit tibi, collat. 3. & probat etiam l. 2. post princip. tit. 9. part. 2.

Et quia diues, cum maiori idoneitate poterit melius conseruare decorem † Canonicatus, seu dignitatis, & illum defendere, quã pauper, & sic est præferendus. Felinus in c. cũ adeò. n. 6. de rescriptis, vbi plura adducit, & vide Lambertin. de Iurepatron. li. 2. parte 3. q. 5. nu. 1. & per totum, vbi bene distinguit. 41

Quibus consonat tex. in cap. vnum oratorium, prope fin. vers. *si pauperibus.* 25. distin. vbi disponitur, non esse dandos pauperibus † delitiosos, & delicatos, nec sumptuosos cibos, & peccatum veniale incurrere, qui tales cibos pauperibus præparauerit: cum quo tex. concordat lex. 34. post med. tit. 5. Part. 1. Abbas num. 9. ad medium. Felin. nu. 32. vers. *adde etiam. tex.* in c. cum omnes de constitut. Tiraquel. de nobilitate c. 20. num. 146. Lara in repetitione legis, si quis à liberis. §. sed si filius. n. 48. ff. de liberis agnoscen. 42

Quis autem dicatur † Pauper, vide latè per Couar. in practicis quæstionibus c. 6. nu. 3. in fin. vers. *pauper autem dicitur*, & lib. 2. variar. c. 6. nu. 8. Ioan. Lupum de Palatios Rubeos, in rubrica de donationibus inter vir. & vxor. §. 11. à n. 8. Gigantem de pensionibus. q. 89. n. 10. Tiraquel. in l. si vnquam. verbo *omnia vel partem.* nu. 31. Mascardum de probationibus conclus. 1159. à num. 8. Cæsar de Grassis decis. 1. de successionibus ab intestato, vbi post plura signa, quę ponunt ad proban. paupertatem, totum arbitrio Iudicis relinqui asseuerant. Menoch. de arbitr. iud. cas. 65. nu. 7. & per totum. 43

Et quomodo paupertas probetur, ad diuersos effectus, & per quem sit probanda, & an præsumatur, vide plenissime per Mascardum in d. cõcl. 1159. per totam. Puteũ decis. 16. lib. 3. Couar. & Menoc. vbi supra, eũdẽ Menochiũ de præsumption. lib. 6. præsumptione 25. per totam, & vide supra n. 26. & 27. 44

Vtrum actori pauperi litiganti, teneatur † reus diues expensas ad litem ministrare, dic quòd regulariter non, nisi in certis casibus, secundum veriorem opinionem, de qua per Couar. in pract. quæst. c. 6. num. 5. Menochium de arbitrar. casu 169. ex n. 12. Simon. de Pretis. lib. 5. interpretat. 2. in princ. n. 28. Surdum de alimen. tit. 1. q. 120. 45

Casus autem speciales, in quibus sunt ministrandi pauperi sumptus ad litigandũ, etiã contra ministrantem, sunt, veluti, si filius petat alimenta à Patre, vel vxor à marito, vel Monachus à suo superiore, & in alijs pluribus, de quibus videas per Pala. Rubeum in rubrica de donation. inter virum, & vxorem. §. 39. à num. 5. Afflic. decis. 10. Didac. Perez in l. 8. tit. 1. lib. 1. ordinamenti col. 76. Laram. in d. l. si quis à liberis. §. sed si filius. à n. 49. vsque 69. Io. Gutierrez quæst. Canonica 24. n. 7. Aluarum Valascum consultat. 1. Surd. in tracta. de alim. tit. 1. q. 119. cum multis sequen.

Quę differentia sit inter pauperem, † egenum, & inopem, vide Alexandrum. cons. 91. *repetitus.* n. 2. 3. & 4. lib. 7. 46

DENIQVE dubitatur, an legatum relictũ pauperibus talis Parrochię, vel Castri, post mortem filij, vel alterius, possit de eius consensu, solui præsentibus † pauperibus, in præiudicium futurorum pauperum, vel si mandetur restitui post quatuor menses pauperibus, possit statim fieri restitutio. Bart. sanè in l. cum pater 77. §. à filia. n. 1. per tex. ibi ff. de legatis 2. dicit, quòd non, quia esset in præiudicium futurorum pauperum, quòd dicit esse notandum, & perpetuo menti tenendum, & Bartol. sequuntur ibidem. Imola, & Castrensis n. 2. Idem tenet Bartol. in l. post mortem. n. 2. C. de fideicommissis, & ibi Imol. n. 3. Castren. n. 2. Salicet. eo. n. 2. & infinitis vicibus se ita practicasse dicit Angelus in eadem l. post mortem. n. 2. Ias. n. 6. qui plures casus in facti contingentia afferunt, & communem opinionem esse dicunt. Roman. consil. 452. *circa primum* n. 1. & 2. ac per totum, Alexand. post alios, quos refert in l. stipulatio ista. §. si quis dolum n. 6. ff. de verb. oblig. Decius cons. 146. *in testamento*, n. 2. 47

Cęterum contrarium † tenent Bald. & Fulgosius. num. 2. in dicta l. post mortem. C. de fideicommissis, Ancharan. cons. 122. *circa primum.* nu. 4. Abbas in cons. 11. *factum sic proponitur.* n. 1. lib. 2. Decius sibi contrarius in l. cum tempus 17. n. 2. & 3. ff. de reg. Iuris, qui mouentur. 48

Tum, quia huiusmodi restitutio inter pauperes, est principaliter facta pro salute † animæ defuncti, cui expedit quòd celerius prouideatur. 49

Tũ, quia, si testator cogitasset de volũtate grauati, bene permisisset, quòd statim fieret restitutio, & sic talis præsumpta mens testatoris habetur pro expressa. l. licet Imperator 14. ff. de leg. 1.

Tum, quia huiusmodi legatum, nõ videtur incertum, nec conditionale, cum Deo censeatur relictum, iuxta illud, quod vni ex minimis feciſtis, mihi feciſtis.

Tum, quia illa dilatio fuit adiecta ad fauorem hęredis, seu † grauati, qui fauori suo renunciare poterat, l. si quis in conscribendo. C. de pactis, cum similibus. 50

Tum etiam, quia licet persona singularis, vel particularis sit certa, tamen vniuersalis est incerta, † & necessaria, idest Collegium pauperum, argumento tex. in 51

authentica omnes peregrini. C. communia. de successionibus, & comprobatur auctoritate Domini dicentis, *pauperes autem semper habebitis vobiscum*.

Tum, deniq; quia testator, non videtur habuisse magis affectionem ad vnos pauperes, quàm ad alios, nec ad futuros, quàm ad præsentes; sed ad genus personarum, paupertatem, & pietatem, & sic eius voluntas verificatur in præsentibus pauperibus.

Et pro hac opinione videntur textus expressi in l. vxorem. §. Sceuola. ff. de legat. 3. & in d. l. post tempus. C. de fideicommissis, vbi habetur, quòd rogatus restituere bona fideicommissi, † poterit viuens, cum voluerit, illa restituere, & hanc sententiam contra Bartol. cum Bald. & alijs supra relatis tenent, quamplures recentiores, Couarru. in c. tua. num. 5. de testam. Menes. de Padilla in l. vnum ex familia. in princ. num. 12. ff. de leg. 2. Anton. Gomezius in l. 17. Tauri. nu. 7. Menchaca de succes. creatione p. 1. §. 7. nu. 19. Spinus de testamentis. gl. 28. num. 71. Aluarus Velascus, in consultationibus Lusitanis. consultat. 102. num. 27. vbi post Padillam, vbi supra num. 13. dixit, modernam praxim hanc postremam opinionem admisisse. firmat etiam latè Mantic. de coniecturis libro 8. tit. 5. num. 20.

Adde etiam, quòd si testator reliquit aliquibus certis pauperibus, † quos nominauit, certas quantitates, & postmodum mandauit reliqua bona sua distribui inter pauperes, per suos testamentarios eligendos, quòd prædictis pauperibus certis, & nominatis à testatore, nihil amplius possunt testamentarij distribuere, nisi illud dumtaxat, quòd Testator specialiter illis reliquit. lex. 3. titulo 10. partita 6. vbi Gregor. Lopez post alios benè declarat. Et an per testamentarium possit eligi vnus pauper tantum, & quando. Vide Menoch. de præsumption. libro 4. præsumptione 125. ex numero 20.

Item, quòd executor nominatus ad distribuenda bona inter pauperes, poterit distribuere in suos filios, † & consanguineos pauperes, fraude cessante, Abbas in cap. 1. numero 5. de cohabitation. clericorum, & mulierum. Iason. in l. si is qui, la prima num. 7. in fine. vers. *Item per istum tex.* ff. de vulgari, & pupillari substitutione. Gregor. Lopez in l. 3. in glos. verbo, *tubiere por bien*. tit. 10. part. 6. Diuus Thomas. 2. 2. q. 32. art. 9. & ibi Caietanus. Mantica de coniecturis. lib. 8. art. 5. ex num. 16.

Sic etiam, si est commissa electio pauperũ Priori fratruum Prædicat. potest eligere fratres† suos. Bart. in l. cum quidã. n. 3. ff. de legat. 2. & ibi latè additio sub littera G.

Immò deputatus ad certa bona distribuenda inter pauperes, potest etiam distribuere in seipsum, † vti talem pauperem, si egeat, Abbas in c. cum in Iure. sub nu. 4. vers. *& hæc faciunt optime.* de electione. Nauarrus in manuali. c. 25. n. 122. late Padilla in l. præses. n. 12. C. de seruitut. & aqua. Flamin. Paris. de resignat. lib. 9. q. 17. n. 120. Benedict. Capra in tract. de execut. vltim. volunt. membro 6. ex num. 169. cum sequentibus.

Nam, quamuis in his, quæ sunt ambitiosa, † veluti in beneficialibus, nemo possit se ipsum eligere. c. per tuas de Iurepatron. c. fin. de Institut. cum alijs, & sic procurator ad resignandum in fauorem personæ per procuratorem eligendæ, non potest se ipsum † eligere. Caputaquen. decis. 397. n. 1. & 2. p. 2. Paleot. decis. 249. Bursatus cons. 395. n. 24. Flamin. Paris. vbi su. n. 102. & 103. cum seqq. Secus tamen est in rebus non ambitiosis.

Rursus, si testator non declarauerit inter quos pauperes sit diuidenda eleemosina, diuidi debet inter pauperes illius loci, in quo testator habitabat, & domicilium habebat, †vbi fomentum, consolationem, & seruitia à multis recepit, non verò inter alios ab illo loco extraneos. l. si quis ad declinandam. l. nulli. C. de Episcopis, & Clericis. gl. verbo *pauperes*, in c. si pater. de testamen. in 6. lex. 20. & ibi Gregor. Lopez in verbo *de aquel lugar*, tit. 3. part. 6. Padilla in d. l. si præses. nu. 24. C. de seruit. & aqua. Couar. in c. cũ tibi. n. 14. de testamentis, vbi recedit ab opinione nõnullorum, quos allegat, tenentium, quòd hoc non procederet, quando pauperes sint nominati ab Executore testamẽtario. Hippolytus de Marsilijs. in l. fin. n. 168. ff. de iurisd. omn. Iudic. Mantica de coniect. lib. 8. tit. 5. n. 2. cũ seqq. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 125. vbi ad longum tradunt, de elect. pauperum facienda. Et an potius sint eligẽdę faminę, quàm masculi, & an priusmoniales, quam seculares, & alia quã plura, ad quos lectorẽ reijcio, necnõ ad Benincasiũ in suo peculiari tract. de paupertate. præsertim q. 8. per totã.

Dum dicit regula nostra, *Clericis*, notat, quòd beneficia Ecclesiastica sunt Clericis† conferenda, non autem laicis, cap. cum adeo de rescriptis. c. ex litteris de transactionib. c. 2. de Institutionibus, & vbiq; tradunt communiter doctores. Rebuf. in praxi. titulo de Clericis, & à quibus, & quomodo creentur. num. 4. Mandosius in reg. 24. de malè promotis. num. 3. Lambertin. de Iurepatron. lib. 2. par. 1. quæst. 7. art. 7. num. 2. cum sequentibus, Menochius de arbitrarijs. cas. 201. num. 33. Capra in tracta. regularum, regula 97. numero 39. Alfonsus Hojeda de incompatibilitate, parte prima, cap. finali. num. 71. cum sequentibus, Paris.

de

de resignatione lib.4.q. 2. num.1. & per totam. Nauar.cons.1. de præbendis.

61 Ratio est, quia laicus est incapax † spiritualiũ.c.si quis deinceps 16.q.7.c. causã quę de præscription.c.quamuis.de decimis,Et beneficiũ est res spiritualis.c.dilecto.de præbendis,& Abbas, ibi num. 16. & in c.maioribus eo.tit.num. 1.& 2.Rot.decis. 8. num. 1. & 2. de procuratoribus in antiq.Cardinalis,cons. 131.*Sanctissimus.* ad finem, Hojeda vbi supra sub dicto numer.71.

Nam omnia beneficia continent in se duo,
62 nempè spiritualitatem, † quod est principale;& temporalitatem, quod est accessoriũ. c. sanctorum.§. quis, 70. distinctione. c. eos qui 81.distinctione.Oldrad.cons.166.num.2. Selua de beneficio,parte prima. q.1. num. 5. vers. *quoad tertium*. Mandos. in regula Cancellariæ 22.q.4.num.2.

63 Ità vt,neque vna sola hora † potest laicus habere beneficium ecclesiasticum. Beroius. in c.super litteris nume.72.de rescriptis. Parisius, vbi supra num. 13.

Amplia primò,quamuis ille,cui confer
tur beneficium incederet in ha
64 bitu,† & tonsura, & reputaretur Clericus, quia si adhuc constat de veritate,non teneret collatio beneficij. Staphilæũs de litteris gratiæ,tit.de expectatiuis,9.forma expectatiuarum. num. 24. vers.*similiter purus laicus.* & nu. sequenti.Selua de beneficio 3. p.q.5. num.1. Gomezius de expectatiuis nu. 88. & fuit resolutum in Rota 13. Decembris 1547. teste Peregrino decisione 50. in manuscriptis. lib. 1. Flamin. Parisius latè d. quæst. 2. num. 19. cum sequentibus;& licet ibi numer.20.& 21. dicat, quòd hoc, nullum habet contradictorem, scilicet,quòd in hoc casu, non applicetur,nec locum habeat dispositio legis.Barbarius Philippus.ff.de officio Prætoris.

65 Non tamen contradictoribus caret,† quia adest glossa, & Rotæ decisio contrarium tenentes,gloss. est in c.2.gl. finali de institutionibus,decisio Rotæ est 12.*nota quod Clericus.*de probationibus.in antiquis,vbi num. 2. clarè dicitur, quòd collatio facta non clerico incedenti in habitu, & tonsura, sit valida, & teneat.

Tamen Staphilæus, & Gomezius vbi supra,& Mandosius in dicta regula 24. q.4. nu. 12. reprobant,tàm dictam glossam, quàm Rotæ decisionem, & ità est tenendum,quando constat,reuera laicum fuisse tempore collationis; In dubio tamen Clericus præsumetur,si in possessione beneficij reperitur. Rot. dicta decis. duodecima, numero primo.de probat.in antiquis,latè per Mascard.de probation.conclus.34.numero primo,& 2.& per totam.

Secundo amplia,vt nec talis collatio sustineatur,licet statim post illã, quis Clericus
66 efficiatur. † Nam cum collatio fuerit à principio ipso Iure nulla, non conualescit. Ancharan.in c. si eo tempore. num.2.vers. *Item not.* post gloss. ibi,verbo, *effectum*, de rescriptis. lib.6.Peregrin.d.decis.50.lib.1.Staphilæus, & Gomezius, vbi supra, & vide infra num. 73.

Ampliatur tertio, etiam si sit regula-
67 ris, vel religiosus. † Nam ante tonsuram, non potest obtinere beneficium. Anton.de Butrio in d.c.2.sub num.12. vers. *de regularibus autem.*de Institut.Rebuf,in tracta.de pacifi. possessor.n.224.Lambertin. de Iurepat.li.2.p.1.q.7.ar. 3.n.1.& per totũ.

Quarto ampliatur, vt etiã procedat in
68 Clerico coniugato,† quia quãuis potiatur priuilegio Canonis,*si quis suaden te* 17.q.4.& priuilegio fori, si concurrãt in illo qualitates Conc.Triden. sess. 23.c.6.vers. *in clericis vero coniugatis*,c.1.de clericis coniugatis.lib.6.vbi omnes:in reliquis tamen,habetur pro mero laico,& priuilegio Clericali non gaudet,vt in d.c.1. de Clericis coniugatis.vers.*in cæteris.*lib.6.& sic beneficium Ecclesiast. nequit obtinere, Capra d. reg. 97. n.23.Selua de benef.p.1. q.7.n. 17.& 3.p.q. 5.num. 19.

69 Ita vt,neq; Episcopus dispensare valeat,† vt Clericus coniugatus possit obtinere beneficium simplex, vt post Imol.Bellameram.& Panormitanum resoluunt. Capra vbi sup. n. 43.& Hojeda de incompatibilitate 1.p. cap. finali nu. 77. vbi reprobant opinionem Speculatoris, Hostiensis, & Anton. de Butrio contrarium tenẽtium, per tex.in c.Ioannes. de Clericis coniugatis, & eorum fundamentis respondent.

Limita nunc primo prædictam conclu-
sionem,quando Papa dispensa-
70 uerit, † quia ex Papæ dispensatione, laicus potest obtinere beneficium. Felin. in c. causã quę n.6.de præscription.Capra vbi sup.n. 34.Caputaq.decis.138.p.2.& decis. 24.p.3. & tradunt Doctores in d.c.Ioannes,de Clericis coniugatis.

Secundo nisi fuisset concessum benefi-
cium laico,non in titulum, †
71 sed in sustentationem concurrentibus,Ecclesię vtilitate,& seruitijs Ecclesię factis,& ita procedit,quod habetur in c. si quis 32. dist.& in c.quia tua,12.q.1.& resoluit Capra vbi su. ex n.35.Hojeda n.76.in fi,Paris.n.45.vbi su.

Tertio limita,quãdo verè benef. Eccle-
siast.non sunt,vt in Capellanijs,
72 † præbendis,& alijs, quæ possunt laicis cõcedi,iuxta ea, quæ per distinctiones, late dicemus in gl. 5. per totam, vbi de singulis agemus.& in §.1.de præbẽ à n.26.& in §.2.à n.6

Quarto limita, seu declara,quòd colla-

tio Papæ facta eadē die, & qui in partibus ho
73 ra secūda noctis † factus fuerat Clericus, in dubio præsumitur collationem subsequutam fuisse Clericatum, pro sustinenda collatione, vt fuit resolutum in Rota teste Crescentio decision. 169. aliàs 4. de præsumption. Tùm, vt actus collationis sustineatur. l. quoties. ff. de rebus dubijs. c. Abbate. §. hic autem sensus de verbor. signif. Tum ratione ap
74 positionis horæ. † Cassadorus decis. 20. de præbend. cum alijs deductis in §. 3. proœmiali ex num. 100.

75 Et in d. decis. Crescentij reprobatur † opinio Soc. dicentis, quòd in Curia, non habeat locum effectus horæ, & vide etiam Menochium de adipiscen. rem. 4. n. 792. Guilie. Benedictum in c. Raynuntius, in verbo *testamentum*. 2. nu. 27. de testam. vbi etiam loquuntur de effectu horę appositę in testamentis.

Reliqua concernentia istam materiam, vide per Lambertinum de Iurepatronatus. lib. 2. p. 1. quæst. 7. principali. art. 3. & 7. per totos. Capram, & Hojedam, vbi supra; Flaminium Parisium de resignat. lib. 4. q. 2. per totam, vbi in hac materia 109. numeros expendit.

Summaria Glossæ Tertiæ.

1 *Dictio*, &, *regulariter est coniunctiua, cum eisdem qualitatibus.*

2 *Legatum Titio factum de fundo, sub conditione, si nauis ex Asia venerit, & de domo, censetur relicta domus, sub eadem conditione.*

3 *Dictio*, necnon, *resoluitur in* &.

4 *Concil. Triden. sess. 23. c. 18. vers.* necnon, *non declaratur.*

5 *Dictio*, &, *aliquando ponitur ampliatiue.*

6 *Legatum*, mille, *relictum Doctoribus Iuris, & Medicis, debetur etiam Medico, quamuis Medicus Doctor Iuris non sit.*

7 *Legatum de equo, & armis, intellegitur de armis equi, & equitantis.*

8 *Clausula*, omni meliori modo, *cum dictione*, &, *capit, etiam alios modos meliores expressis, aliàs non.*

9 *Dictio*, &, *ponitur declaratiuè, ad verba præcedentia, & num. 10.*

11 *Dictio*, &, *ponitur inter diuersa.*

12 *Concesso monasterio, cum pertinentijs suis, & Ecclesia, Ecclesia non venit tanquam accessoria; sed tanquam diuersa.*

13 *Dictio*, &, *si ponitur inter duo, idem sonantia tunc remota copula illa, duo resoluuntur in vnum.*

14 *Dictio*, &, *ponitur pro* vel, *ratione subiectæ materiæ, & è conuerso. & n. 15.*

16 *Dictio*, &, *diuidit pro dimidia.*

17 *Ius patronatus, si relinquatur Rectori, & Incolis pro medietate erit Rectoris, & pro alia medietate Incolarum.*

18 *Fratre, & eius filijs vocatis, non censeantur simul, & eodem tempore vocati; sed ordine successiuo, & n. 19. nisi sit materia maioricatus, vel emphiteusis n. 20.*

21 *Dictionis*, &, *de materia plura remissiuè.*

22 *Dictio* alius, a, d. *denotat similia, & paria.*

23 *Indultum, quod Abbas certi Monasterij, non teneatur recipere aliquem expectantem, in suo monasterio, seu in aliqua alia Ecclesia sui ordinis, non intelligitur de Ecclesia seculari.*

24 *Verba*, & quamuis aliam dispositionem, *regulæ 8. intelliguntur, de similibus expressis.*

25 *Statutum dicens, quod committens tale maleficium condemnetur in centum, vel alia pœna arbitraria, intelligitur de equali, vel parum excedenti, & num. 26.*

27 *L. 3. tit. 10.* de las Iniurias. *lib. 8. recopilationis Hispaniæ declaratur.*

28 *Augendi pœnam, vltra assignatam, facultate concessa, augmentum vti accessorium, non debet esse pœna assignata, maius.*

29 *Gratiam obtinens ad beneficium præbendale, vel aliud, non potest capere Curatum, nec personatum, nec dignitatem, & n. 30.*

31 *Clausula vacationis per obitum Antonij, vel alio quouis modo, non capit vacationem ex persona alterius.*

32 *Facultate concessa Nuntio, ad dispensandum ad præstimonia, vel alia beneficia, non comprehendit dignitates, nec alia beneficia maiora.*

33 *Supplicans Principi, quod dignetur ei dare aliū Iudicem in tali causa, implicat, quòd erat iam datus Iudex diuersus, in eadem causa.*

34 *Dictio*, alius, *operatur, quod fideicommissum tantum debeatur solis fratribus, in casu, de quo hic.*

35 *Fideicommisso in, si sit vocatus filius masculus, & alij descedentes ex illo, intelligitur de descendentibus masculis tantum.*

36 *Clausula derogatoria reuocationum, & aliarum constitutionum Apostolicarum, quid comprehendat.*

37 *Clausula*, quidam alij, *non comprehendit pauperes, &, an fœminas, & n. 38.*

39 *Clausula*, omnesque alios, *non comprehendit Collegium, nec vniuersitatem, nec Principes, nec personas Illustres. & n. 40.*

40 *Clausula*, rebusque alijs, *non capit res grauiores, & maiores expressis.*

41 *Causa expressa in sententia, si corruit. Similiter præsumuntur corruere aliæ clausulæ implicitæ comprehensæ sub generali clausula, & ex alijs causis, &c.*

41 *Causas exprimere in sententia, an sit opportunum, aut necessarium. ibidem.*

42 *Dictio* alius, *an mutet naturam ratione dictionis vniuersalis adiunctæ, & infertur ad plura.n.* 43.44. *&* 45. *&* 46. *& declaratur nu.* 47. *& pro limitatione ponitur. num,* 48.

49 *Dictio* alius, *ratione materiæ subiectæ denotat dissimilia.*

50 *Dictio* alius, *ratione euitandi absurdi implicat diuersa, & dissimilia.*

51 *Simile, non est idem.*

Et alijs.

Glossa Tertia.

Natura dictionis, &, copiose, declaratur, ac desuper ad plura vtilia infertur

IN HAC glossa breuiter videre oportet, de natura istarum duarum dictionum *&*, ac *alijs.*

Incipiendo à dictione, *&* dicēdum est regulariter esse coniunctiuam, † & copulatiuam, cum eisdem qualitatibus. l. Seię 20. §. Gayo. ff. de fundo instru. vbi Bart. nu. 1. & sequentibus benè distinguit, l. Titie textores §. nihil. ff. de legat. 1. Ias. latè in l. 1. nu. 2. per totum ff. de Iustitia, & Iure. Negusantius cons. 72. n. 14. Caputaquen. decis. 173. num. 7. parte 2. Franciscus Pauinus de officio, & potestate Capituli sede vacante, præludio. 3. n. 2.

1

Ideò, si testator legauit Titio fundum, sub conditione, si nauis ex Asia venerit, & Domum: etiam legatum domus, † censetur relictum, sub eadem conditione, vt tradit Bartolus in d. §. Gayo. n. 2. Aretin. cons. 1. n. 12. Ruinus cons. 115. n. 6. lib. 3. Gozadinus cons. 82. num. 9. Bero. cons. 120. n. 65. lib. 2. Ias. in d. l. 1. n. 2. de Iust. & Iure, vbi declarant, si sit in eadem oratione conceptum; secus autem si in diuersa.

2

Sic etiam dixit Rota corā Cęsare de Grassis. decis. 1. n. 5. de rebus Eccles. non alienandis, quòd Concil. Triden. sess. 23. c. 18. vers. *nec non beneficia*, quòd attenta illa dictione, *necnon*, quæ resoluitur † in copulatiuam, *&*, quòd eadem solemnitas requiritur in vnione beneficiorum seminario facienda, quæ requiritur in detractione † fructuum, ex alijs beneficijs, Et secundum hunc modum, accipitur dicta dictio, *&*, in casu nostro: nàm reseruatio, de qua in nostra regula, pariformiter fit ad prouidendum alijs personis benemeritis, sicut ad prouidendū clericis pauperibus.

3

4

Aliquando hęc dictio, *&*, ponitur ampliatiuè, † quia auget, & ampliat, ad præcedentia. l. ea tamen adiectio 46. & Bart. ibi notat ff. delegat. 3. Bald. in rubrica. C. de emptione, & venditione. nu. 9. q. 9. Puteus decis. 230. n. 2. lib. 3. Vnde si relinquatur legatum, mille ducatorum Doctoribus Iuris, & Medicis, † dictum legatum debetur, tam Medicis, quàm Iuris Doctoribus, neque requiritur, quòd sit idem Medicus, & Doctor Iuris, vt determinauit Baldus in l. 1. sub n. 5. ad mediū. vers. *& ideo si legatum factum.* ff. de Iustitia, & Iure, vbi plura, Euerardus in loco à natura copulę. n. 1. vbi etiam subdit cum alijs, quòd si testator legauit equum suum, † & arma intelligitur legasse arma equi, & equitantis.

5

6

7

Similiter, quādo clausulę, *omni meliori modo* apponitur supra dicta dictio *&*, veniunt etiā alij modi, vltra † expressos: secus vero, si non apponitur, l. 1. §. si quis ità. vbi Bart. n. 5. Ias. nu. 3. in fine. ff. de verbor. oblig. Achilles decis. 4. de procuratoribus. in fine, & decis. 13. in fine. de verbo. significatione. Caputaq. decis. 124. parte 1. & decis. 260. nu. 4. parte 3. Crescentius decis. 10. num. fin. de dolo, & contumatia. Cæsar de Grassis decis. 1. num. 4. de electione. De qua clausula vide plura cumulata per decisionem Perusinam. 117. num. 2. & pluribus sequentibus.

8

Aliquādo hæc copula, *&*, stat declaratiuè, †ad effectum declarandi verba præcedentia, vt latè per Socinum Iuniorem cons. 181. nu. 35. lib. 2. Rota decisione 327. num. 3. parte 2. diuersor. vbi dicit, quod hęc dictio apposita inter verba, *lis, quæstio, & differentia*, stat declaratiuè, † vt verbum *lis* intelligatur de lite, seu contentione extraiudiciali.

9

10

Aliquando etiam, & vt plurimum est de natura huius dictionis, *&*, vt ponatur inter diuersa, † tex. & ibi not. Bartol. in l. si is qui ducenta 14. in principio. ff. de reb. dubijs gl. in rubrica. ff. de Iuris, & fact. ignoran. & Bar. ibi in vers. *nota glossam*, & Bald. ibidem in vers. *in eadem.* gl. in cap. quærelam. 15. verbo *non potuit*, ad medium, de Simonia, vbi dicitur, quòd si conceditur monasterium cum pertinentijs suis, † & Ecclesiam, quòd tunc ratione dictionis, *&*, Ecclesia, non venit, tanquam accessoria, & de pertinentijs, sed venit tanquam diuersa, & separata, & docet ibi Abbas sub nu. 6. & reliqui omnes, tradit latè Pauinus de. off. & potestate Capituli sede vacante, preludio 3. num. 1. cum sequentibus.

11

Si vero copula, *&*, ponitur inter duo idem sonantia, tunc, quia hoc est contra eiusdem copulę naturam, remota copula, illa duo in vnū plerumq; resoluuntur. † l. 1. & ibi notat Bartol. num. 2. ff. de pactis. Idem Bartol. in rubrica. C. de agricolis, & censitis. Euerardus in d. loco à natura copulæ nu. 11. vbi num. 3. cum quinque numeris sequentibus ponit differentiam, inter dictionem, *&*, & dictionem, *cum*, cum pluribus vtilibus illationibus.

12

13

Quibus adde, quòd aliquādo propter subiectā materiam, dictio, *&*, exponitur

14 ponitur pro disiunctiua † *vel*, c. 2. de rescriptis, vbi latissimè. Felinus post alios à n. 21. vsque ad 38. l. generaliter. C. de Institutionibus, & substit. Ias. in l. Gallus. §. quidam rectè. n. 23. & 24. ff. de liberis, & posthum. Sicut è cõuerso dictio, *vel*, siue, *aut*, resoluitur in *&*,
15 † maximè, quando ponitur inter personas. tex. in l. cum quidam §. melius itaq; C. de verbor. significat. vbi omnes tradunt, & præcipue Ias. n. 1. & 2. vbi ponit regulam cum octo limitationibus. Felin. in cap. inter cæteras. n. 16. per totum de rescriptis.

Aliquando etiam ista copulatiua, *&*, diui-
16 dit pro dimidia, † veluti si quis instituat Titium, & filios Gaij, filij Gaij habebunt dimidiam. tex. in l. reos. 11. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. l. cum pater. §. hæreditatem ff. de legat. 2. §. si plures. Institut. de hæredibus instituendis, Decius cons. 253. *proponitur*, n. 3. Puteus decis. 289. num. 2. lib. 2.

Hinc si relinquatur Iuspatronatus Rec-
17 tori Ecclesiæ, & Incolis, pro medietate † erit Iuspatronatus Rectoris, & pro alia medietate Incolarum. Crescentius decis. 4. de Iurepatronatus. Ias. in l. fin. n. 4. cum seqq. C. de impuber. vbi plura cumulat. Felin. in c. pastoralis. n. 8. & 9. de rescriptis. Rota decis. 408. n. 1. & decis. 770. n. 1. p. 1. diuers.

Et quid, si plures vocentur per istam copu
lam, verbi gratia, si testator instituat fratrem, & eius filios, an isti filij censeantur vocati simul, & semel, & eodem tempore
18 † cum Patre concurrere debeant, tradunt Doctores per tex. ibi in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis, & posthumis, vbi Bartol. nu. 4. tenet, quòd non, sed ordine successiuo,
19 † post obitum patris, sed contra Bartol. est communis opinio, vt Imola ibid. nu. 20. Ias. n. 22. Socinus n. 3. Galliaula n. 20. Fortunius nu. 47. Menacha de successione. creatione. §. 20. n. 120. Iulius Clarus lib. 3. sententiarum. §. testamentum. q. 80. per totam, vbi ponit quinque conclusiones. Osasc. decis. 81. per totam. Cæsar de Grass. decision. 2. ex num. 3. & decision. 4. de testam. Hieronymus Gabriel cons. 101. num. 1. cum sequentibus. lib. 1. Couarru. in c. Rainuntius. §. 2. per totum. de testam.

In materia tamen maioricatuum, vel em-
20 phiteusis, † opinio Bart. est verior, & tenenda, vt per Molinam de Hispanorum primogenijs. lib. 1. c. 6. n. 5. post alios ab eo citatos. Puteus, qui loquitur in materia emphyteusis. d. decis. 289. n. 1. lib. 2.

21 Alia plura concernentia materiam † hanc & de alijs multis modis, qualiter accipiatur prædicta copulatiua, &c. vltra doctores in supradictis locis, vnde Euerardum in d. loco à natura copulæ, per totum, & plenissime Menochium de præsumptionibus, præsumptione 180. *Conditio, & qualitas adiecta vni legato, an, & quando in altero repetita præsumatur*, ex num. 24. vsque 46. vbi ponit 11. casus per distinctiones. vide etiam Franciscum Pauinum in tracta. de off. & potestate Capituli Sede vacante, præludio 3. de virtute, & importantia copulæ, *&*, per totum plenissime, vbi etiam tradit de distinctionibus, *nec, non, ac, atque, item, vna, quàm, etiam*, & de alijs similibus.

Quantum ad dictionem, *alius, alia, aliud*, dicendum est, denotare simi Dictio, alius, a, m. quid importet, plenè discutitur.
22 lia, & paria, † ac eiusdem naturæ, non verò dissimilia, nec maiora, nec alterius naturæ, tex. iuncta gloss. verbo *alia pœna*, in l. si fugitiui. C. de seruis fugitiuis, & ibi notat Bald. num. 6. Paulus, Angelus, & Salicetus num. 3. Ias. num. 3. Decius num. 33. authentica ex testamento, & ibi gloss. verbo *aliorum datorum*, & Salicet. sub num. 1. C. de collationibus, l. fin. C. de his, qui non à domino manumissi sunt, vbi Bald. num. 1. cap. sedes, & ibi gloss. fin. de rescript. & Abbas ibi n. fin. Felin. n. 6. Roman. cons. 42. sub nu. 5. vers. *vel etiam*, & cons. 92. sub n. 2. Abbas in c. officij nu. 2. de pœnit. & remiss. & in c. mulieres. n. 2. de sent. excommunic. Gigans de pensionibus quæst. 28. num. 2. Cassador. decis. 4. numero. 3. de priuilegijs. Matienzus, & alij plures per ipsum relati in l. 3. gloss. 2. num. 2. tit. 8. lib. 5. recopil. Puteus decis. 23. num. 2. lib. 2. Mandosius in regula Cancellariæ 12. q. 6. num. 2.

Vnde, si alicui Priori conceditur Indul-
tum, quòd nullum in suo monasterio, seu in aliqua alia Ecclesiarum sui ordinis teneatur recipere, † auctoritate litterarum Apo-
23 stolicarum, nisi de illo ordine fecerit mentionem, tale priuilegium est intelligendum, de Ecclesijs regularibus, ratione illius dictionis *alia*, quæ est repetitiua similium; non vero de Ecclesijs secularibus. Rota decis. 54. num. 2. & per totam. de rescriptis. in antiquis, & decis. 12. eodem titulo. in antiquioribus.

Hinc, infertur declaratio ad verba nostræ
regulæ ibi, *& quamuis aliam dispositionem*, vt
24 intelligantur de similibus expressis; † non autem de Iurepatronatus laicali, vel alia dissimili. Puteus decisione 226. in vna Germana num. 8. lib. 3. Cassador. decis. 4. nu. 3. de priuilegijs.

Item, si statutum dicit, vt committens
tale maleficium condemnetur in centum, vel alia pœna arbitrio Iudicis, non potest
25 imponi alia pœna, † quæ non sit æqualis primę, vel parum excedens, ita scriptum reliquit Bald. in l. & si post tres. in 1. lectura num. 9. ante finem, vers. *sed quid, si statutum dicit*. ff. si quis cautionibus. Felin. in d. c. sedes

sedes nu. 16. vers. *dicit pulchre Bald.* de rescriptis. Menochius cum alijs de arbitrarijs. lib. 2. casu 80. nu. 121. & 122.

Sicut è conuerso, si statutum dicit, quòd puniatur dilinquens in pœna amputationis pedis, vel alia. Illud intelligitur de simili
26 & non de pecuniaria † pœna, quæ non conuenit in genere pœnę, nec intelligitur de amputat. capitis, quę longe remota est à mutilatione mẽbri, vt tradit idẽ Bal. in l. conuenticulã sub n. 3. vers. *Item est argumentum à natura alternatiuorum.* C. de Episcopis, & Clericis. Socinus in lege prima. numero quarto. ff. de rebus dubijs, & in l. si fugitiui num. 40. & 41. C. de seruis fugitiuis. Menochius de arbitrarijs lib. 1. quæst. 95. num. 4. & 5.

Hinc infertur ad legem Hispanam 3. titulo decimo. libro 8. recopilationis, imponentem pœnam 200. marapetinorum, vel aliam arbitrio Iudicis, dicenti aliquam leuem iniuriam verbalem de contentis in eadem lege, quod tunc Iudex non possit imponere pœnam exilij, vel aliam di-
27 uersi generis; sed solam pecuniariam, † in maiori, vel minori quantitate eius arbitrio, prout qualitas casus requirit, vt adnotauit Salazarin suo tractatu de vsu, & consuetudine. cap. 5. numero quarto, vbi etiam subdit, quòd arbitrium Iudicis, ratione verborum dictæ legis *maior pœna*, non debet extendi, vltra limites pœnæ ducentorum
28 † marapetinorum assignatorum in eadem lege, ita vt arbitrium Iudicis accessorium, non sit in maiori summa, quàm pœna principalis, & sic tota pœna iuncto arbitrio extendi non valet, vltra 400. marapetinos, nàm dictio *plus*, in maiori summa, non in maiori verificatur. l. hæc adiectio. ff. de verborum significatione. latè Menochius plura in proposito adducens de arbitrarijs, lib. 2. casu 145. numero primo, & per totum illum casum. Verum quidem est, quòd cum hodie valor pecuniæ nimis post datam dictę legis decreuerit, ac diminutus fuerit, ideò solent Iudices aliquando maiorem, & meritò pœnam inflingere.

Item si quis obtineat gratiam, vt sibi prouideatur de beneficio præbendali, vel alio, non poterit prouideri de beneficio curato.
29 † Nam illa dictio *alio*, facit positionem eiusdem qualitatis, & debet intelligi de simili, non de Curato, in quo requiritur maior ętas, & maior idoneitas. Selua de beneficio. par. 1. q. 3. num. 8. post Doctores, quos allegat in c. final. de præbendis.

Eademque ratione, non veniret personatus,
30 † neque dignitas. Staphilæus de litteris gratiæ in §. de vi, & effectu clausularum, qui incipit *subsequenter*. num. 48. alias incipit *sexto similis motus proprius*. nu. 10.

Vnde clausula vacationis per obitum Antonij, vel alio, quouis modo non capit vaca-
31 tionem ex persona alterius, † quia verbum alius est relatiuum præcedentium, cum eadem qualitate. Staphilæus vbi sup. in §. sunt, & aliæ. n. 15. alias. §. quo vero ad alias. nu. 3. Rota decis. 1. num. 1. & per totam de rescriptis. in nouis.

32 Rursus facultas concessa Nuntio, † ad dispensandum ad pręstimonia, & alia beneficia, non comprehendit dignitates, neque alia beneficia maiora præstimonijs, sed similia. Gomezius in reg de triennali. q. 2. nu. 2. vers. *Item quia dictio alia.*

Accedit, quod dicit Alexander consil. 34. *quamuis prima facie.* num. 2. lib. 1. quòd si quis supplicat Principi, quòd dignetur ei dare
33 alium Iudicem † in tali causa, quòd ponderando illud verbum *alium*, impleat, quòd qui tunc, vel ante erat cognitor, erat etiam Iudex in eadem causa, nam dictio *alium* est implicatiua similium.

Pariter idem Alexander cons. 204. *considerantis*; num. 4. lib. 2. asseuerat, quòd si substitutio facta a testatore dicat ita, tamen, quòd vno ipsorum fratruum decedente, sine liberis, pars decedentis ad alium, vel ad alios superuenientem, vel superuenientes debeat peruenire; illa dictio *alium*, vel *alios* importat, quòd pars decedentis debeat pertinere ad
34 solum fratrem, † vel fratres superstites, non autem ad filios fratruum præmortuorum, quia de sua propria natura est relatiua, seu præsentatiua eiusdem qualitatis, qualis erat ille, de quo facta est mentio.

Huius farinę est, quòd tradit Parisius cons. 72. num. 33. lib. 4. quod si testator vocet ad fi-
35 deicõmissum filium masculũ, † & alios descẽdentes ab illo ratione dictionis *alios*, censean tur vocati decedentes masculi, dumtaxat, non autem fœminæ, ex quo dictio *alios*, est repetitiua similium. Idem Parisius cons. 109. num. 15. lib. 3.

Nec distat, quod idem Parisius cons. 141. num. 5. eod. lib. 4. scripsit, dum dicit, quòd subiecta derogatoria ad prædictas reuocationes, & alias constitutiones apostolicas, necessario derogare voluit cuicumque constitu-
36 tioni † apostolicæ, propter relatiuũ, & *alias*.

Huc pertinet, quòd Clausula, *quidam alij*.
37 non compræhendit pauperes, † qui propter paupertatem se defendere non possunt. Bald. in d. c. sedes. num. 5. de rescript. Felin. in c. significantibus ante numerum 6. in 4. priuilegio paupertatis de officio delegat.

38 Sicut nec ista clausula capit fœminas † Gomezius in c. 2. numer. 60. cum sequen. de rescrip. in 6. licet Mandos. in commissione super causa beneficiali, verbo, *omnesque alios*, vers. *quarto quæro*, contrarium teneat.

Et

Et idem Mandosius ibidem dicit post plures, quod clausula *omnesque alios.* non comprehendit vniuersitatem, nec Capitulum,
39 † vel Collegium. Gomezius in d. cap. 2. de re scriptis, numero 68. de quo latius dicam in gloss. 37.

Neque etiam comprehẽduntur Principes,
40 nec personę Illustres, †& qualificatę Mandos. vbi proxime. vers. *secundo quæro.* post alios, quos adducit.

Similiter in clausula *rebusque alijs*, non comprehenduntur res maiores, nec grauiores expressis. gl. in c. præsentium. verbo *rebus alijs.* de testibus. lib. 6. & ibi communiter omnes.

Accedat, quòd si in sentẽtia, vel appellatione exprimitur certa causa, & annectitur clau
41 sula generalis, *& ex multis alijs † causis, &c.* quòd si expressa causa est irrationabilis, & friuola, similiter præsumitur, quòd aliæ clausulæ non explicitæ comprehensæ sub clausula generali, sint quoque irrationabiles, & friuolæ. Abbas in cap. constitutis. 46. num. 13. & Franc. sub n. 8. de appellat. Acpropterea meritòdixit Imol. in l. si is ad quem. n. 2. ff. de acquiren. hęreditate, quod fatuus est Iudex, qui causam inferat in sentẽtia; quia viam aperit impugnandi suam sententiam. Tiraquellus de pœnis temperan. in præfatione. nu. 53. de quo vide tex. in cap. sicut nobis. 16. & ibi gloss. fin. & Doctores de senten. & re iudicata, & Tiraquel. vbi supra. nu. 54. & sequentibus. Marantam in praxi. 6. parte. titul. de sententia ex num. 50.

Ampliatur etiam si prædictæ dictioni addatur dictio vniuersalis,
42 *quæcunque*, †seu *quæuis*, quia nihilominus non denotat maiora, sed paria, vel similia præcedentibus. Oldrad. cons. 8. num. 1. & per totũ. Anton. de Butrio. in c. cum dilecti num. 5. de donationibus. Ias. in l. si vnus in principio. n. 10. ff. de pactis, vbi ponũt casum de testato
43 re mandante † solui certis creditoribus alicuius ciuitatis, & quibusdã alijs habere debentibus, nam illa verba, *& quibusdam alijs.* intelliguntur de creditoribus, qui sunt eiusdem ciuitatis, & non extraneis.

Quibus adfine est, quòd scriptum reliquit Romanus in l. damni. §. si is, qui vicinus, ff. de damn. infecto n. 2. Ias. in d. l. si vnus. sub eodẽ n. 10. quòd si constituo de testatorẽ, ad talem litem, quam habeo cũ Titio, & ad quascumque alias intelligitur de li-
44 tibus, quas habeo cum eodem Titio, † vt sit repetitiua similium.

Cæterum contrariam sententiã, quòd quando adiungitur dictio *quauis quæcumque*, vel alia vniuersalis: extendatur † verbum *alius, alia aliud*, ad maiora, &
45 dissimilia, tenet gloss. in clem. 1. verbo. *quauis alia*, de sententia, & re iudicata, vbi cum tex. dicat de causa beneficiali, vel quauis alia, gl. declarat includi omnes causas spirituales, quasi spirituales, criminales, ciuiles, & mixtas, & notat ibidem Ioan. de Imola. Abbas in cons. finali, *inuocato diuino suffragio.* nu. 5. lib. 1. Gomezius in d. reg. de annali. quæst. 2. nu. 5. & 6. vbi dicit sic fuisse decisum, ac iudicatum. Ac asserit, quòd data facultate dispẽsandi ad beneficia, & præstimonia, & alia quæ-
46 cumque beneficia, † quòd talis facultas extenditur ad dignitates, & personatus. Couarru. in practicis quæstionibus. capit. 25. numero 3.

Prædicta tamen contrarietas, potest cõcordari, †quòd opinio glos-
47 sæ in d. clem. 1. de sententia, & re iudicata, procedat regulariter: opinio vero prima cõtraria, locum habeat, quando materia subiecta aliud insinuet; nam ratione materię subiectæ potest importare plus, vel minus; quam distinctionem facit additionator ad Felin. in d. c. sedes. num. 16. sub littera A.

Ex quibus colliges duas limitationes ad supradictam regulam, quòd ista dictio *alius*, sit repetitiua similium.

Prima limitatio est, quando adiungitur
48 alia dictio vniuersalis, † vt in casu supradicto, & tradit Decius. in d. c. sedes. in fine. vers. *secundo limitatur*, & superius allegati, c. officij ante finem, vbi Abb. 2. not. de electione. Mandos. in reg. 12. q. 6. num. 13. & multo magis, quando adduntur verba *similia, vel dissimilia.* vt sæpe fieri solet.

Secunda limitatio est, nisi materia subie-
49 cta † de qua agitur aliud suadeat. Abbas in d. c. sedes. numero finali. in fine. Decius ibi in fine vers. *& ista conclusio limitatur primo.* Bertachinus in tractatu de Gabellis. p. 2. sub num. 1. & 8. Caccialupus in tracta. de pensionibus. q. 12. num. 7. Caputaq. decis. 296. num. 3. 4. & 5. p. 2. Parisius cons. 5. n. 43. & 44. lib. 3. & dixi in gl. 48. in fine.

Tertia sit limitatio, ratione absurdi vitandi. † Nam quando sequeretur absurdum, dic-
50 tio *alius* implicat diuersa, & dissimilia, vt in illa auctoritate Euangelij, Christus crucifixus est, & alij duo latrones, quia dictio *alij*, nisi impropriaretur inferret, quòd Christus esset latro, quòd esset hæreticum. Abbas in c. accedens. num. 6. de præbend. gl. & Doctores in authentica ex testamento. C. de collationibus. Gigans de pensionibus. quæst. 28. nu. 4. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. 2. p. c. 7. num. 6. ad finem. Euerardus in loco a subiecta materia. n. 25.

Quarta limitatio est, seu potius declaratio,
51 quòd licet ista dictio *alius, alia, aliud.* de sui natura includat similia, tamen includit diuersa ab expressis, quia nullum simile † est

idem

idem. l. quòd nerua. ff. depositi, & ita declarat Socinus. cons. 300. *in causa interpellationis.* sub num. 2. post medium. vers. *tertio principaliter probatur.* lib. 2.

Summaria glossæ Quartæ.

1 *Reseruatio nostræ regulæ 8. eò tendit, quo personis benemeritis, de beneficijs reseruatis prouideatur.*
2 *Beneficia non indignis, sed benemeritis sunt conferenda.*
3 *Extrauag. ad regimen reseruatio, ideo fuit facta, vt personis benemeritis prouideantur beneficia.*
4 *Ecclesia indiget viris litteratis.*
5 *Litterati in Ecclesia dicuntur stellæ, & fulgent veluti splendor firmamenti.*
6 *Fidei fauorem concernit haberi in Ecclesia scientificos viros.*
7 *Litteratis viris remotis, principes nihil aliud possident nisi saccum, & præram.*
8 *Virtutum præmia benemeritis dare conuenit.*
9 *Virtus non creditur esse, cum sequestratur a præmio.*
10 *Spem proœmiorum iura ciuilia illorum professoribus pollicentur.*
11 *Leges non permittunt illorum professores in egestate viuere, neque in anxiatete mori licet Hipolytus contrarium dixerit. & n. 12.*
13 *Vilissimi officiales communiter ex suo artificio diuites efficiuntur, secus verò Doctores, & iurium professores, & n. 14.*
15 *Hippolytus de Marsilijs fuit pauper in bonis fortunæ.*
16 *Studiosi, vt plurimum ex suo studio fructus consequuntur.*
17 *Labor non debet esse sine remuneratione, & præmio.*
17 *Labor est res laudabilis, & Pater gloriæ.*
18 *Professores disciplinarum inuitat ad libentius docendum, Imperator multis propositis præmijs.*
19 *Litterati licet inopes quotidie extolluntur ad altiora.*
20 *Litteratis conuenit illud* Suscitans à terra inopem, vt collocet eum cum Principibus.
21 *Premijs, & honoribus donati, libentius studijs, & laboribus operam dant.*
21 *Principi seruiens in iuuentute, in senectute egere non debet.*
22 *Doctores legum sunt in omni loco, & in omni tempore felices.*
23 *Laborantes pro principe, seu patria remunerari debent.*
24 *Litterati, & studiosi in vinea Domini laborare dicuntur; nec non in seruitio Ecclesiæ Principis, & Patriæ. & nu. 25.*
26 *Litteratis cum viris est ad beneficiorum pluralitatem dispensandum.*
27 *Litteratæ personæ nobilibus comparantur.*
28 *Litterati, & graduati concurrentes in pari data præferuntur.*
29 *Scientia est cunctarum virtutum mater.*
30 *Principes iure naturali adstringuntur ad remunerandum viris litteratis.*
31 *Theologi, & Canonistæ ædificant in cælo.*
32 *Benefacientibus benefacere, quilibet iure naturæ tenetur.*
33 *Scientia est res sanctissima, & ineſtimabilis, & quæ nullo precio nummario comparari potest.*
34 *Scientia vendi non potest.*
35 *Studere multum diu, noctuque insudare oportet ad scientiam acquirendam.*
36 *Litteratus potest ordinari sine beneficio, neque patrimonio intuitu suæ scientiæ.*
37 *Ignari, & illiterati Clerici maximo odio habentur.*
38 *Ignorantia est mater omnium errorum, maxime in Sacerdotibus.*
39 *Illitteratus cæco comparatur, & nullus in Ecclesia dicitur. & num. 40.*
41 *Illitteratus est irregularis.*
42 *Illitteraturæ defectus est intolerabilis.*
43 *Illitteratus est indespensabilis.*
44 *Scientiam qui repellit, repellendus erit.*
45 *Illitteratus dispensatus, an sit in conscientia securus. & nu. 46.*
47 *Illitterato facta collatio beneficij est ipso iure nulla, si nunquam litteras didicit, aliàs secus num. 48.*
49 *Collatio nulla facta illitterato, quando ex tollerantia reuiuiscat.*
50 *Collatio beneficij simplicis facta illitterato, non est ipso iure nulla.*
51 *Illitterato conferens beneficium tenetur Ecclesiæ damnum resarcire, sicut & magistratus minus idoneo, tutelam decernens. & n. 52.*
53 *Illitteratis contra beneficia conferentes duodecim inflinguntur pœnæ remissiuè.*
54 *Hostiensis dictum ridiculum recitatur de eo, qui eligit asinum suum.*
55 *Illitterati, non nisi nomine tantum homines dicuntur.*
56 *Illitterati distant à litteratis, vt equi indomiti à domitis, & tamquam viui a mortuis, & num. 57.*
58 *Sapientia tantum præcedit stultitiam, quantum differt*

differt nox a tenebris.

59 Illitteratus promotus decapitari meretur.

60 Litteratura, seu scientia, qualis esse debeat ad singula beneficia.

61 Papatus dicitur beneficium.

62 Papa debet habere maiorem scientiam reliquisomnibus. Etquid de Cardinalibus ibidem.

63 Archiepiscopi, & Episcopi, quantam scientiam habere debeant. & nu. 67.

64 Episcopi pollere debent scientia vtriusque Iuris.

65 Episcopus vnus electus, fuit à Beato Gregorio repulsus propter ignorantiam rerum ciuilium.

66 Episcopi non tenentur habere Vicarios.

68 Dignitates Pontificalibus inferiores iurisdictionem habentes, debent habere peritiam Iuris Canonici.

69 Dignitates carentes iurisdictione, & Canonici mediocrem, scientiam habere debent.

70 Canonici dicuntur de corpore Episcopi.

71 Scientia maior requiritur ad beneficium curatum, quam ad Canonicatum.

72 Cura animarum dicitur, ars artium.

73 Beneficia ad simplicia, quæ scientia requiratur. & num. 74.

75 Scientiam talem, quilibet habere debet, quæ muneri, & oneri beneficij incumbat.

76 Turpe est alicui artem, in qua versatur ignorare.

77 Verecundum est quærere ex manibus aliorum, quòd apud se inueniri debet.

78 Scientia qualis, & quanta requiratur in beneficio, arbitrio Iudicis relinquitur.

79 Cantor qualem scientiam habere debet.

80 Scientia minus tolleratur, quando adest spes adiscendi.

81 Scientia tripliciter consideratur, eminens, mediocris, & sufficiẽs, & de qualibet. n. 82. & 83.

84 Idoneus præsumitur ad simplex beneficium, sacris ordinibus ordinatus, nec aduersatur Concil. Triden. sess. 14. cap. 3. n. 85. limita quinque modis à nu. 89. vsque 102.

86 Examinari non debet notoriè litteratus, nec graduatus. & n. 87.

88 Curiæ stylus, circa examẽ ad beneficia qualis sit.

89 Examen pro forma assignatum, omitti non potest, quamuis examinandus sit notorie idoneus.

90 Examen per cõcursum ad parrochialem, cum requiratur pro forma, subire tenetur quilibet Doctor, & litteratus, etiam si sit Vicarius Episcopi. & n. 91 & 92

93 Examen subire tenetur ad integrum simplex beneficium, iam cæptus beneficiari, quando examen pro forma requiritur, & quid seruetur in diœcesi Calagurritana. n. 94.

95 Felinus fuit examinatus in ingressu auditoratus Rotæ.

96 Ordinatus in sacris, ex noua causa potest ad simplex beneficium examinari.

97 Nouo indigent auxilio, quæ de nouo emergunt, & plures casus circa hoc, vide remissiue, & num. 98.

99 Promotus ad sacerdotium indigne, debet de nouo examinari, etiam quamuis successiuè sit admissus ad duas parrochiales. & nu. 100.

101 Examinari debet sacerdos, quando agitur de administratione Sacramentorum.

102 Examinari debet ordinatus in sacris, ad beneficium simplex qualificatum, veluti ad dignitatem sine cura, & Canonicatum.

103 Nauarri cons. 2. de præbendis, qualiter sit intelligendum.

104 Scientia qualis, & quanta requiratur ad ordines.

105 Litteratura non præsumitur, nisi probetur.

106 Litteratura, an possit probari per testes.

107 Examini, & actibus Oppositorum ad Canonicatus magistrales, qui præsens non fuit, eligere, nec votare non valet.

108 Benemeritus, vt quis dicatur, non sufficit, quòd sit in litteratura idoneus.

109 Idoneus vt aliquis sit, habere debet 47. requisita.

110 Concil. Triden. sess. 14. cap. 18. non contentatur cum sola litteratura, vt aliquis idoneus dicatur; sed ætate, moribus, prudentia, &c.

111 Idoneor quamuis vnus sit in scientia, non ideo debet præcedere alios, quorum mores sunt cogniti, & approbati, & nu. 112.

113 Dignior simpliciter, non dicitur doctior, nec sanctior ad curam, & n. 114.

115 Electio Episcopi de approbato in æquali scientia, fuit confirmata in Rota, quamuis non esset sacerdos, nec doctor, nec pauper, sicut aduersarius. & num. 116.

117 Electus ab Episcopo, ex approbatis ad Parrochialem, præsumitur maiores qualitates habere.

118 Notitia antiqua de qualitatibus alicuius multum operatur, etiam quoad litteraturam. & num. 119.

120 Idoneor potest quis apparere in vno examine, quam verè sit, ex fortuna puncti assignati.

121 Examinari quis, ter, debet, vt verè idoneus dignoscatur, nam ex vno actu certitudo esse non potest, & num. 122.

123 Irundo vna, non facit ver.

124 Appellantes ab iniusta electione Episcopi, non facile docere possunt de grauamine.

125 Concil. Tridentin. multum defert iudicio ordinarij.

126 Iudex se informat ex varijs animi sui motibus.

127 Constitutio prouincialis, disponens, quòd collatio Canonicatus facta alteri, quam idoniori, sit nulla, est contra ius commune.

128 Idoniori est prouidendum, quando actus est in fieri, alias prouidens mortaliter peccat.

129 Electio facta de digno, omisso digniori tenet, etiam

etiam stante iuramento, & num. 130. ne Respublica pernitiosis litibus inuoluatur, & numero 131.

132 Interpretatio fieri debet ad fauorem electi ab Episcopo quando sumus ex post facto.

133 Interpretatio est facienda pro actus validitate, & præsumitur præcessisse necessarium, & numero 134.

135 Interpretationem recipit à iure communi omnis noua Constitutio.

136 Electionis ab Episcopo factæ, de Iniustitia, si constet in secunda instantia reuocari debet.

137 Forma non seruata actus corruit.

138 Constitutio Pij V. de prouisionibus Parrochialium, in medium adducitur.

139 Constitio Pij V. locum non habet, nisi constito de dolo, aut irrationabili iudicio ordinarij.

140 Electio ordinarij, si irrationabilis detegatur, reuocari debet.

141 Electio facta ab Episcopo de persona sui familiaris, aut consanguinei est suspecta.

142 Constitutio Pij V. non debet esse illusoria.

143 Refertur nouissimus casus, in quo Rota reuocauit electionem ordinarij.

144 Appellans à rationabili iudicio Episcopi, an possit in secunda instantia prouocare ad concursum, si prius non docuerit de fumo læsionis.

145 Arbitrium iudicantis multum valet in isto casu.

146 Episcopus malè eligens, licet eius electio sustineatur in foro exteriori, tamen apud Deum nullam excusationem habebit.

147 Benemerita personæ ad effectum, de quo agitur considerantur ex residentia in Curia.

148 Venientes ad Curiam de longinquis partibus, multis periculis se exponunt, ac grandes expensas faciunt.

149 Residentes in Curia, vt plurimum vigilant studijs.

150 Residentes in Curia insudant inseruiendo Papæ, & Cardinalibus.

151 Curiales graues iniurias patiuntur.

152 Romana Curia est priuilegiata, & sic residentes in ea priuilegijs gaudere debent.

153 Priuilegijs datis loco hostili, gaudent, non militantes in eo existentes.

154 Antecedere cæteros debet, quem stipendia meliora, & labor prolixior fecerit anteire.

154 Laboribus Curiæ, qui magis participauit, citius debet prouisionis consolationem recipere.

155 Reseruatio ideo inducta fuit, vt residentibus in Curia prouideatur.

156 Beneficia reseruata intendit Papa conferre suis ministris, in vinea Domini laborantibus.

157 Residens in Curia concurrens, in data præfertur.

158 Antiquioribus in residentia Curiæ, citius conferuntur beneficia, quàm recentioribus.

159 Priuilegia plura residentibus in Curia concedunturque remissiuè.

160 Idoneus vt quis sit, debet habere omnes qualitates in fundatione beneficij requisitas.

161 Idoneus non dicitur, qui non est ex sanguine puro, stante statuto contrario, & plura de hac materia remissiue. & n. 162.

163 Idoneus non est, qui non est oriundus, vel filius patrimonialis, vbi solis oriundis, & filijs patrimonialibus sunt beneficia conferenda.

164 Idoneus, vt quis dicatur, debet esse persona grata, & bene accepta.

165 Collator curare debet, quantum possit, ponere Rectorem ad beneplacitum Populi.

166 Princeps secularis potest non admittere in Prælatum personam sibi suspectam, de qua confidere non potest.

167 Episcopus si exosus Populo sit, ita vt graue immineat scandalum, potest ad renunciandum Episcopatui induci.

168 Idoneus ad beneficium, an quis præsumatur.

169 Idoneus non præsumitur actor ad beneficium, nisi probauerit.

170 Praxis Curiæ circa hoc recitatur.

171 Actor beneficium petens, debet docere se idoneum, præsertim si de excludendo alterum à possessione beneficij agatur.

172 Idoneus quis præsumitur, quando est reus, & possessor.

173 Cardinalis dictum, quòd Episcopi prouident Ecclesiis, & Papa personis, in medium adducitur.

174 Absurdum est dicere, quòd Papa, non prouideat Ecclesijs.

175 Beneficio de persona, non verò personæ de beneficio prouidendum est.

176 Ordinarius ordinariorum, dicitur Papa.

177 Ecclesiarum vtilitatibus prouidere, est proprium Papæ munus.

178 Ecclesia sæpè ponitur pro beneficio.

179 Ordinarij sunt magis deliberati, quoad beneficia suarum diœcesuum, quàm Papa, quoad beneficia totius orbis.

180 Pluribus intentus, minor est ad singula sensus.

181 Papa quando confert beneficia se informat de commodis Ecclesiarum.

182 Aptior ad gubernationem Ecclesiæ, dicitur Idoneor.

183 Subreptio non intrat in prouisionibus ordinarij.

184 Ordinarius semper prouidet motu proprio, non ad partis petitionem.

185 Papa semper prouidere solet ad supplicationem.

186 Absurdi euitandi causa, verba sunt improprianda.

187 Reseruationi causam dedit abusus ordinariorũ.

188 Ordinarij ex sententia Baldi faciunt maiores abusus prætextu Iurisdictionis, quàm exempti prætextu exemptionis.

Messis

189 *Messis Papæ est multa, operarij verò pauci, & ideo multi vocantur in partem solicitudinis, & num. 190.*

191 *Remunerare tenetur Papa seruientibus Sedi Apostolicæ, & antecessoribus suis. & numero 192.*

193 *Remunerationibus Ecclesiasticis gaudere debent, Ecclesiasticis desudantes vtilitatibus.*

194 *Prouidendum est filijs illorum, quorum industria, & opera Sedes Apostolica adiuta fuit.*

195 *Apostolica sedes in conferendis beneficijs, se liberalem debet ostendere.*

196 *Donandi immensitas, iusta mensura est, in Papa.*

197 *Reseruatio semper præsumitur ex iuxta causa facta.*

198 Persona, *dictio, multiplices habet significatus.*

199 *Dictio*, persona, *accipitur in casu nostro pro viro, non pro muliere.*

200 *Mulier est incapax beneficiorum.*

200 *Dictio* prouidere, *quid comprehendat.*

Personis benemeritis prouidere.

Glossa Quarta.



REGVLA nostra ponit istam secũdam rationem proœmialem, in qua fundatur reseruatio mensium, scilicet, vt Papa per-
1 sonis benemeritis, † & idoneis prouidere valeat, nã istis de iure communi sunt beneficia conferenda. cap. graue. 29. de præbendis, vbi textus ille dicit, *graue nimis est, & absurdum, quòd quidã Ecclesiarum Prælati, cum possint viros bene-*
2 *meritos † ad Ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indignos, quibus, neque morum honestitas, neque litterarum scientia suffragatur, &c.* cap. ex parte in fine de constitutionibus, c. nihil est. c. causam quę. de electione. c. ad decorem de institutionibus. c. cũ adeo de rescriptis cap. is cui 19. de præbendis. libro 6. l. 14. tit. 16. Paartita 1. l. 31. titulo 3. lib. 1. recopilationis Hispaniæ. tex. etiam in extrauag. execrabilis. §. vnde. de præbend. Io. 22. ibi, *plurimorum sibi vendicent stipendia, quæ multis litteratis viris, vitæ puritate, ac testimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant. &c.*

Eandem etiam rationem ad faciendam reseruationem posuit Benedictus. 12. in extra-
3 uaganti ad regimen, † in ordine 13. de præbendis, & dignitatibus, in principio; quę constitutio, quotidie renouatur per omnes Pontifices Maximos in prima regula Cancellariæ: sicut etiam assignat Simoneta de reseruatione q. 3. nu. 6. eamdem quoque assignauit Gregor. 14. in sua constitutione, quam fecit de reuocatione, & moderatione Indultorum S. R. E. Cardinalium, super collatione beneficiorum. in principio.

Ecclesia namque indiget viris litteratis,
4 † cap. cum ex eo 34. & ibi Ioan. Monac. nu. 1. de electione in. 6. & in cap. finali. num. 10. de verborũ significatione, & vtrobiq; Philippus Probus in additionibus ad eumdem Monach. Felinus in cap. si quando. num. 7. de rescriptis. Didacus Perez in l. 2. tit. 12. lib. 3. ordinamenti. col. 1177. Nauarrus in d. cap. si quando, exceptione 16. nu. 5. Albertus Troti. lib. 2. de vero, & perfecto Clerico. cap. 32.

Quamplura notan in fauorem litterato cumulãt

4 Nam litterati in Ecclesia dicuntur † stellæ, & fulgent veluti splendor firmamenti. capite finali de magistris. Rolandus à Valle in consil. 47. *visis Iuribus.* numer. 77. cum sequentibus. libro 1. Mandosius in regula 16. quæst. 15. num. 3. Et haberi in Ecclesia viros
6 scientificos concernit in fauorem † fidei, & exaltationem vniuersalis Ecclesiæ. Geminianus consil 37. sub numero sexto. vers. *sed ista conclusio.*

Et remotis viris litteratis, Principes ni-
7 hil aliud possident, † nisi saccum, & peram, vt scripsit Philippus Probus in c. statutum. num. 18. de rescriptis. lib. 6.

Ac propterea illis sunt conferenda bene-
8 ficia, quia virtutum præmia † dare benemeritis conuenit. l. vt virtutum 4. in principio. C. de statuis, & imaginibus. l. lege Cornelia 25. in fine, ibi. *præmij nomine se daturum Prætor pollicetur.* ff. ad Senatus Consultum Silanianum. Gregor. Lopez in l. 51. glossa finali tit. 18. Partita. 3. vbi cum Ioanne de Platea. in l. 1. C. de consulibus. lib. 12. allegat illud
9 vulgare dictum, *non creditur esse virtus, † cum sequestratur à præmio.*

Sic Iura ciuilia illorum professoribus spẽ
10 præmiorum pollicentur. † §. summa itaque ope, ibi, *& spes vos pulcherrima foueat.* in proœmio Institutionum, & in proœmio digestorum in. §. nos vero, ibi, *ditissimi legum oratores officiantur.* Rebuffus de priuilegijs scholarium. priuilegio 43. Flaminius Parisius. de resignatione. lib. 5. quæst. 3. num. 222. Dixit etiam Bald. in proœmio. fforum. 1. constitutione. §. Itaque. num. 9. quòd Doctores legum sunt omni tempore, & loco fœlices.

Vnde dicit egregius tex. in authentico de hæredibus, & falcidia. §. finali in fine collatione prima, quòd leges non permittunt

† illa-

11 † illarum professores, in paupertate viuere, neque in anxietate mori. Quamuis Hipolytus de Marsilijs in rubrica. ff. de fideiussoribus.n. finali,ad medium, dicat, quòd tempo-
12 ribus istis,textus ille mentitur, † vt occulta fide dignoscitur,Nã Cerdones,Barbitõsores, Araminatores, & similes viliſſimi,& abiecti, cõmuniter ex eorũ labore, & artificio vitam
13 ducunt,& diuites† efficiuntur, Doctores autem, & Iurium professores fame pereunt,
14 †& ad nullum pretium iam reducti sunt:fuit enim iste doctiſſimus vir,vt alij Doctores atteſtantur, preſertim Auileſius. in capite 10. *syndicatus*.in gloſſa verbo *fiable*.in fine,pau
15 per in bonis † fortunę. Idcirco nimirum si prouocatus hoc diceret, Tamen vt plurimũ ſtudioſi,&benemeriti,vnus plus,alius mi
16 nus,ex labore ſuo fructus† cõſequũtur.Nam
17 labor non debet eſſe ſine remuneratione,†& fructu. capite finali, & ibi gloſſa verbo *laborem*. 7.quæſt. prima. Gregorius Lopez in l. 14. gloſſa prima,titulo 6. parte tertia.Didacus Perez in lege ſecunda. titulo 5. lib. 2.ordinamenti. col.437. & habetur Matthęi.cap. 19. ibi *quid ergo erit nobis*. Et qui magnum laborem ſuſtinet, magnis præmijs affici debet, Petrus de Vbald.de Canon.Epiſc.verſ. *quoad ſecundam quæſtionem*. numero 27. Rodoan. de ſpolio Eccleſiæ. quæſt. 7. §.occurrit.numero quarto. Horatius Lucius de priuilegijs ſcholar.in præfatione nu. 11.

Nam labor eſt res laudabilis,vt tradit Gaſpar Baheza.in tract. de inope debitore.c.2. num.44.

Hinc labor eſt gloriæ pater, vt tradit Cicero de natura Deorum.lib.2.Flaminius Pariſius de reſignatione beneficiorum. lib. 5.q. 3. num. 218.

Vnde Imperator multis propoſitis præmijs inuitat bonarum diſciplinarum profeſſores,
18 † vt libentius docerent l. medicos. C.de profeſſoribus,& medicis. lib. 11.

Quotidie namque contingit, quòd viri inopes,
19 † quia ſunt litterati,extolluntur ad Prælatorum,& conſultorũ Principum,munera,& ad alias ſublimes dignitates, ita vt rectè illis conueniat, illud ſpſalmi 110. *Suſcitans a terra*
20 *inopem, vt collocet† eum cum principibus*. Rebuffus de priuilegijs ſcholarium, priuilegio 43.

Hinc oritur preſumptio, quòd premijs,
21 & honoribus donati, libentius † ſtudijs, & laboribus operam dent, vt plenè per Menochium, de preſumptionibus lib. 6. præſumptione finali per totam,licet nihil ſupradictorum alleget.

Facit etiam bonus tex. in l.Lutius 11. ibi, *partim veteranis in præmia aſſignatas*. ff. de euictionibus, quem tex. Alciatus de preſumptionibus,regula tertia,præſumptione 19.nu-

mero fin. in fine, allegat ad hoc, quòd, qui in iuuentute ſeruierit Principi, in ſenectute egere non debet, ſed potius gratificari. Acebedus in l. 1. nu. 2. ante fin. tit. 10. lib. 5. nouę recopilationis.

Vnde Baldus dicit per tex. ibi in procem. fforum in prima conſtitutione. §.itaque, nu.
22 9. quòd Doctores legum ſunt in omni † loco,& tempore fœlices.

Sicut etiam ſunt remunerandi, tamquam benemeriti, qui pro Principe, ſeu Patria laborarunt, & fidelem operam preſtiterunt,
23 † vt inquit Imperator in lege prima, verſic. *quod ſi morbo, vel ætatis ſenio*. C. de præpoſitis agentium in rebus. libro 12. & in lege prima, C. de priuilegijs eorum, qui in ſacroPalatio militarunt,eodem lib.12. l. cum nauarchorum ad finem.C. de nauicularijs. lib. 11. Arias Pinellus in l. 1. tertia parte ſub num. 62. verſ. *infertur*. 14.C.de bonis maternis.

24 Vnde cum ſtudioſi in vinea † Domini laborauerint,cap. ſuper ſpecula,in fine,de magiſtris, ac in ſeruitio Eccleſię, Principis,
25 ac Patrię† inſudauerint,& totus mundus per illos illuſtretur, vt in authentica habita. C. ne filius pro patre. Baldus ibi numero duodecimo in 3. notabili,Mandoſius in regula decimaſexta. quæſt. 15. numero tertio. Meritò ſunt tamquam benemeriti remunerandi, & de Eccelſiaſticis beneficijs prouidendi.

Hinc cum viris litteratis debet diſpenſari, ad beneficiorum pluralitatem. † cap. de
26 multa,ibi,*circa litteratas perſonas, quæ maioribus beneficijs ſunt honorandæ, cum ratio poſtulauerit*. de prębendis, & ibi gloſſa verbo *litteratas*. Abbas num. 5. & reliqui. Rebuffus in praxi benef. tit. de diſpẽſationibus ad plura beneficia,ex num.43. cum ſequentibus. Gambara de officio legati. lib.5.*an legatus poſſit plura beneficia vni conferre*. a num. 137. & ſequentibus. Hojeda de incompatibilitate 2. p. c. fin. num. 52. tradit in propoſito plura Rebuffus de priuileg.ſcholar. priuilegio 39.per totum.

Litteratæ etiam perſonæ comparantur no
27 bilibus, † & ſublimibus. Abbas per tex. ibi in d.c.de multa. num. 5. Hojeda vbi ſupra d. n. 52. in fine. Rolandus conſ. 47. num. 78. lib. 1.

Sic inter plures concurrentes in data,præ
28 feruntur litterati,†& graduati,vt diſponitur in regula 16. Cancellarię.

Et ſciẽtia eſt cunctarum virtutum mater.
29 c.præſentium. 1.q. 5. Menoch. de præſumpt. lib.6.preſumptione 91.num. 20.

Sic princeps Iure naturali adſtringitur,
30 ad remunerandum † viris litteratis, & benemeritis, vt notat Bolognet. per tex. ibi

in. d. authẽtica habita, ibi, *hoc nostræ pietatis beneficium*, & Rebuffus ibidẽ. C. ne filius pro patre, quod d. allegaui S. D. N. Clementi Papæ VIII. dum informarem in quadam causa, ad fauorem inclitæ vniuersitatis Compluten. super conceſſione cuiusdam priuilegij, in qua obtinui. Nam cum ipsi alijs benefaciant, & omnibus prosint. cap. 2. de priuilegijs. libro 6. & Theologi, & Canonistę iu cælo edificent,

31 †vt tradunt Hostiensis in procemio suæ summæ. §. finali sub num. 19. & Archidiac. in c. nonne. 36. distinct. nu. 2. benefacienti bene-

32 facere, † iure naturæ quicumque tenetur. l. sed & si lege §. consuluit. ff. de petitione hæreditatis. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condiction. indebiti.

33 Scientia enim res sanctissima est, † & quæ nullo prætio nummario comparari valet. Sapientiæ capite septimo. Prouerbiorum cap. octauo. l. 1. §. est quidem res sanctissima. ff. varijs, & extraordinarijs cognitionibus. gl. verbo, *litteratas*. in cap. de multa. ad finem. de prębend.

34 Neque potest donari, nec vendi. † gl. verbo *æstimandi*. in dicto §. est quidem res sanctissima. verbo, *æstimanda*. ff. de var. & extraord. cogn.

Sed ad illam acquirendam opus est mul-

35 tum studere, † diu, noctuque insudare, & passim facere mensam de libris. gloss. verbo *parum obseruasse*. in l. vnicuique. C. de proximis sacrorum scriniorum. lib. 12. Silua nuptialis. lib. 5. numer. 51. cum tribus sequentibus, vbi plura cumulat in proposito.

Ex quibus semel consului, quòd vnus Doctor in sacra Theologia, vel Iure Canonico, vel aliàs persona graduata, & litterata, quamuis non haberet patrimonium, nec beneficium, potest legitimè or-

36 dinari, † non obstante Concil. Triden. sessione 21. cap. 2. de reform. quia cum dicta litteratura, satisfit menti d. Coucilij, ex quo verisimiliter ei congrua sustentatio, non deficiet ad supradicta: & postea reperij idem tenuisse, post alios, quos allegat Emanuel Rodriguez in sua summa, secunda parte. capite 15. de ordine. numero 15. vbi etiam attestatur, sic respondisse graues Doctores vniuersitatum Salmantinæ, & Compluten. hac de re consultos.

Cõtra ignaros, & illitteratos multa adducuntur.

Et per contrarium ignari, & illitterati clerici, maximo odio habentur,

37 † Nam ignorantia est mater omnium

38 errorum, † maxime in sacerdotibus. c. ignorantia 38. distinct. c. nisi cum pridem. §. pro defectu quoq; scientiæ. de renunciatione, plenè per Lambertin. de Iure patronatus. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 24. num. 4 per totum.

39 Et illitteratus cęco † comparatur. c. post translationem, vers. *item si quis propter litteraturæ defectum*. eod. titulo. de renunciatione.

40 Itẽ illitteratus est nullus † in Ecclesia Dei, teste Baldo in c. congregato per tex. ibi. nu. 4. de electione.

41 Item illitteratus est irregularis, † & ordinari non potest, cap. præcipimus. 34. distinctione. cap. illitteratos 36. distinctione. cap. 1. 55. distinctione. Simon Maiolus de irregularitate. libro primo. capit. 32. per totum. Nauarrus in capit. si quando, exceptione 11. numero primo, de rescriptis. Aluarus Pelagius de planctu Ecclesiæ libro primo. art. 48. Bernardus Diaz in praxi criminali. capite 21. num. 1. & ibi eius additionator Salcedus, sub littera B.

42 Et est defectus intolerabilis. † cap. si in laicis. 38. distinctione. gloss. verbo *scientiæ*. in cap. si forte. 11. in principio de electione. in 6. Magis est quoq. odiosus illitteratus, quàm homicida. Bernardus Diaz in dicto cap. 21. sub num. 6. Nauarrus in cap. si quando. de rescriptis. exceptione 12. sub nu. 1. Flaminius Parisius de resignatione, libro quarto. quęst. 11. num. 20.

Pariter illitteratus est indespensabilis omnino, † cum sit de iure diuino requisita litte-

43 ratura. Turrecremata in cap. si in laicis. 38. distinctione. Bernardus Diaz in dicto cap. 21. sub numero secundo. Maiolus de irregularitate dicto capite 32. num. 13. Rebuffus in tractatu. de pacif. possessoribus numer. 264. vbi dicit, super hoc nunquam vidisse dispensationem. Flaminius Parisius de resignatione, libro quinto. quæst. 3. nu. 100. Rota decis. 12. numero quarto. de probation. in antiq. Nam Osea, capite quarto dicit, *tu scientiam repulisti, & ego te repellam, † ne sacerdotio fungaris mihi*.

44 Et Paulus in Epistola prima ad Thimoteum capite quarto prącepit, Episcopum esse debere peritum in scientia, cum alijs pluribus authoritatibus sacrę Scripturæ cumulatis per tex. in cap. qui Ecclesiasticis. 36. distinct.

Proinde Felinus dicit post plura, quę hinc inde adducit, quòd si PP. dispẽsaret cũ penitus illitterato, forte sua dispensatio, †

45 non teneret, ne dum in promoto ad Episcopatum, sed etiam ad beneficium curatum.

Cęterum, quando fieret cum iusta causa,

46 benè teneret, † & sine dubio Papa potest dispensare. Felinus vbi supra. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum par. 1. cap. 24. num. 30. quia, vt inquit tex. in d. c. nisi cum pridem, vers. *tu enim*. de renunciatione, *imperfectũ scientiæ potest supplere perfecto charitatis*.

Rursus collatio beneficij facta illitterato,

47 est ipso Iure nulla, † Abbas post Innoc. in cap. cum in nostris. numero 22. de conces. prębendę. Bernardus Diaz in d. cap. 21. numer. 6. Felinus in cap. per tuas, sub numero 1. in fine

fine de simonia. Nauarrus in dicto capit, si quando. exceptione 11. de rescriptis. Ioan. Corras. in tracta. de Sacerdotibus. parte tertia. cap. 5. nu. 3. Flamin. Parisius de resignatione. lib. 4. quæst. 11. num. 19.

Quod tamen tribus modis declara. Primo, vt solum procedat, in eo, qui nunquam litteras didicit, ita vt prorsus illas ignoret, † vt ex supradictis auctoribus colligitur, quia ille dicitur prorsus illitteratus, qui nõ habet aliqua principia. Prępositus in cap. 1. num. 2. distinct. 32. Rota decis. 16. num. 3. par. 2. diuersor. Diaz in praxi. cap. 21. num. finali.

Secundo quòd licet collatio facta prorsus illitterato, sit a principio nulla, si tamen postea addiscat litteras, & is, qui contulit, non peniteat, pristina collatio, tacita quadam collatione superueniente † reuiuiscit, Ignatius de Salcedo in additione ad Bernardum Diaz d. c. 21. in gloss. sub littera *H.* ad finẽ per multa, quæ ibi adducit.

Tertio quòd procedat in beneficijs curatis, seu Canonicatibus, vbi requiritur industria, & consilium; secus autem in beneficio simplici, † vt declarat. Rota decis. 12. num. 4. in fine de probationibus in antiquis. Staphilæus de litteris gratiæ in 9. forma expectatiuæ. nu. 23. & Rota nouissime decis. 16. nu. 4. 2. par. diuers.

Quo fit, vt conferens beneficium illitterato, teneatur resarcire Ecclesiæ †damnum, illi, ex prædicta mala collatione, resultans, ad similitudinem magistratus, qui minus idoneo tutelam pupilli † commisit, vt in lege prima, & per totum titulum. ff. de magistratibus conueniendis. l. 1. & 2. C. de periculo nominatorum lib. 11. c. Valentinianus 63. distinctione, ibi *super vos est talis electio*, vt in specie docent Ancharan. in Clemen. 1. sub numero quinto. vers. *ego crederem.* de ætate, & qualitate, & Cardinalis ibidem. quæst. 10. num. 10. Philippus Probus in cap. cum ex eo. num. 2. de electione. lib. 6. Felinus in dicto capite si quando, sub num. 7. vers. *Item dicit Petrus Ancharan.* Ioannes Lopez. Palatius Rubeus in c. per vestras. §. 26. num. 11. de donationibus inter vir. & vxor. Rebuffus in concordata, in rubrica de collationibus. §. præfati ordinarij. in glossa verbo *idoneis.* vers. *Imo conferentes indignis.* & in praxi titulo, pœnæ contra collatores indignis conferentes. numero 8. & 9. cum sequentibus. vbi per totum illum titulum ponit duodecim pœnas, † contra conferentes illitteraratis, & indignis, ac non benemeritis, beneficia.

Prædictis consonat, quòd refert Hostiensis in dicto cap. graue. numero 3. de præben. & post eum Ioannes Andreas, & alij, de Canonicis Argentinis, qui cum non possent concordari de creandis Canonicis, conuenerunt, quòd quilibet Canonicus crearet suum, † & cum vnusquisque crearet nepotem, vel consanguineum indignum, quidam Romanus, Canonicus eiusdem Ecclesiæ, nominauit asinum suum, &c.

Proinde dici solet, Illitteratos homines, nõ nisi nomine † tantum homines esse, & tales, non venire appellatione hominum; sed Iumentorum, quorum similitudinem gerunt, vt recenset Gomezius in regula de annali, q. 47. in fine.

Hinc Aristippus interrogatus, dixisse fertur, inter doctos, & indoctos perinde distare, vt inter domitos equos, & indomitos, † aut quantum inter viuentes, & mortuos.

Sic etiã interrogatus Aristotiles, quo differrent Docti ab indoctis? quo viui a mortuis, † respondit. Philippus Probus in capite finali. de verborum significatione, libro 6. num. 14.

Et Ecclesiastes cap. secundo dicitur, quòd tanto præcedit sapientia stultitiam, quãtum differt lux † à tenebris, & quòd sapientis oculi in capite eius, ac stultus in tenebris ambulat.

Subintrat celebre dictum glossæ. in l. qui cum vno. in verbo temporalium. ff. de re mili tari, quòd indignè promotus † meretur decapitari. Felinus in d. cap. si quando sub numero 7. de rescriptis. Rebuffus in praxi, titulo pœnæ contra collatores indignis conferen tes. numero 16.

Quæ autem & quanta scientia requiratur ad beneficia; †& incipiendo à Papatu, qui etiam dicitur beneficium † capite primo de maledicis, ibi, *in dispositione officij, & beneficij nostri.* Rebussus in praxi, titulo seculare beneficium quotuplex sit, numero 3. quam scientiam debeat habere Papa? dic, quòd debet habere maiorem scientiam † reliquis omnibus, cum sit præpositus curæ totius Christianitatis. Abbas in cap. cum in cunctis, sub numero 4. de electione, latè per Seluam de beneficio 3. parte. quæst. 5. num. 2. & sequentibus, vbi num. 9. dicit, quòd Cardinales debent esse viri periti in Theologia, aut iure Canonico, & excelsę eruditionis, & plenè docet in vtroq; casu Menoc. de arbitrarijs. casu. 425. ex num. 18. & ex num. 21.

Archiepiscopi, & Episcopi † cũ sint Iudices animarum debent habere scientiam noui, & veteris testamenti. capite, qui Episcopus 23. distinctione. capite 1. & 2. distinctione 62. Nec non debent pollere scientia † vtriusque Iuris, cum ius dicere, ac iudicare debeant, vt in authentico, vt clerici

apud proprios Episcopos. §. 1. collatione 6. glossa in authentico de Sanctissimis Episcopis. in §. si quis contra, verbo *Iudicem.* in fine collatione 9. Maurius Mantuanus in tractatu de concilio. numero 100. volumine 2. tractat. Gregorius Lupus in l. 7. glossa 2. titulo decimo. Partita 4. probat etiam tex. in cap. 1. & 2. 39. distinctione, vbi dicitur,
65 quòd quidam in Episcopum electus, † fuit à Beato Gregorio repulsus propter ignorantiam rerum ciuilium, & secularium. Menoc. vbi supra ex num. 24. vsque 40.

Præsertim cum non teneantur habere Vi-
66 carium, † seu officialem, secundum veriorem opinionem, quam tenet Rota, vt per Felinum in cap. quoniam, numero quinto de officio ordinarij. Puteus decis. 43. num. 2. & decisione sequẽti, libro 1. Mohedanus decis. 4. de officio Vicarij. numero 1. Rota decisione 222. num. 5. parte 2. diuersorum. Hojeda de incompatibilitate 2. parte. cap. 10. num. 9. additionator ad Simonet. de reseruatione. quæst. 85. num. 11. vbi plures hinc inde allegat.

Hodie autem, circa scientiam Episcopo-
67 rum per Concilium Tridentinum † cap. 2. sessione. 22. disponitur, quòd Episcopus tali scientia pollere debeat, vt muneris sibi iniuncti necessitati possit satisfacere, ideoque antea in vniuersitate studiorum magister, siue Doctor, aut licentiatus in sacra Theologia, aut Iure Canonico meritò sit promotus, aut publico alicuius Academiæ testimonio, ad alios docendum ostendatur idoneus. Flaminius Parisius de resignatione. libro 8. quæst. 5. numero quinto, & per totam, vbi latè. Menochius dicto casu. 425. num. 35.

68 Dignitates inferiores † Pontificalibus Iurisdictionem habentes, debent etiam habere scientiam Iuris Canonici. Nam secundum illud debent iudicare, & visitare. capite primo de consanguinitate, & affinit. Selua vbi supra numero decimo. Innocentius in capite cum in cunctis, sub numero primo, de electione, & Abbas ibidem sub numero quarto; Et propterea a Concilio Tridentino, sessione 24. capite. 12. de reformatione; disponitur, quòd Archidiaconi sint Doctores, seu licentiati in sacra Theologia, vel Iure Canonico, idemque magis præcisè disponitur, quoad scholastriam, in capite decimo octauo, ad finem. versic. *de cætero vero officia.* sessione 23. Menochius de arbitrarijs. centuria 5. casu 425. ex numero 41.

Aliæ vero dignitates, non habentes Iuris-
69 dictionem, & Canonici, † cum teneantur dare industriam, & consilium in Capitulo, debent habere mediocrem scientiam. Rota decisione 12. de probationibus. numero quarto. in antiquis. Menochius vbi supra. à num. 45.

Præsertim cum sint de corpore Episcopi,
70 † nam Episcopus est caput, & Canonici membra. c. nouit de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli.

71 Ad beneficium autem curatum, † maior requiritur scientia, quam ad Canonicatus, vel alia beneficia simplicia, ex quo cura animarum
72 dicitur, ars † artium cap. penultimo de ætate, & qualitate; nam cum Parrochianos cõfiteri teneantur, & scire distingue re, inter lepram, & lepram, peccatum, & peccatum, & Euãgelium declarare, maior in eis, quàm in alijs requiritur scientia, Staphilæus de litteris gratiæ. §. sexta forma, num. 2. Nauarrus in manuali. cap. 2. num. 2. & in capite 1. §. caueant. num. 19. cum sequentibus. de pœnit. & remissionibus. Flaminius Parisius de resignatione libro decimo quæst. 2. numero 27. Concil. Trident. sessione 5. cap. 2.

73 Ad beneficia vero reliqua simplicia † sufficit, vt sciant, & possint recitare horas Canonicas, ad quæ tenentur. Nauarrus de horis Canonicis. cap. 7. num. 3. Parisius de resignatione. lib. 4. quæst. 11. nu. 3. nec non construere, & intelligere. Cardinalis in clemen. prima. num. 1. de concess. præbendæ. Rebuff. in praxi, tit. de forma Vicariatus Archiepis. num. 87. Gomezius de expectatiuis, numero 79. Mascardus conclusione 878. numero 17. Quoad hæc enim beneficia simplicia dixit Innocentius. in capite primo. de summa Trinitate, & fide Catholica. numero 4. quòd sufficit clericis pauperibus,
74 †quòd tãtum sciant, sicut simplex laicus, vel aliquantulum plus circa Sacramenta, circa quę quotidie versantur: sequitur Baldus ibi in rubrica, numero quinto. Gomezius de expectatiuis, numero 82. Gregorius Lopez in lege 5. verbo *digno titulo.* titulo 15. Partita prima. ad medium. Hostiensis numero 10. Ioannes Andreas numer. 9. Butrius num. 7. in c. cum in cunctis. de electione. Selua de beneficio 3. parte quęst. 5. num. 12.

In summa, quilibet debet habere talem
75 scientiam, qua possit explorare † ea, quæ incumbunt muneri, ac oneri beneficij, quod habet, & secundum dignitatem, statum, & officium, ad quod assumitur, vt in cap. 1. & per totam 23. distinctione. Innocentius in d. cap. cum in cunctis. nu. 1. in principio. de electione. Hostien. nu. 8. & 9. Ioannes Andreas nu. 9. Butrius nu. 11. Abbas. d. num. 4. vers. *quia vt dixi.* Decius num. 16. ibidem. Felinus in c. per tuas, num. 2. de simonia. Nauarrus in cap. si quando, exceptione 14. numer. 1. & per totam, de rescriptis. Menoc. d. casu. 425.

ex

ex numero 47. cum sequentibus.

76 Nam turpe est alicui ignorare † artem, in qua versatur. lege secunda. §. Seruius. ff. de origine Iuris, Speculat. tit. de aduocato. §. 1. numero 33. l. si vero 13. §. si Iudex. ff de adulterijs. l. professio tua. C. de muneribus patrimoniorum, libro decimo, c. cum sis de conuersione Coniugatorum. Sarmientus libro 3. selectarum. c. 12. Nauarrus in cap. 1. §. Sacerdos. numer. 1. de pœniten. distinctione 6. Et verecundum est aliorum † ex

77 manibus quærere, quod apud se inueniri debet. Innocentius in d. cap. cum in cunctis, sub numero primo post principium. de electione, & Ioannes Andreas. num. 9. plura in proposito tradit Gomezius in regula. de subrogandis. quæst. 7. num. 9, vers. *nam, vt dicit tex.* & num. 10.

Quapropter totum hoc relinquitur arbi-

78 trio † Iudicis. Innocentius in d. cap. cum in cunctis, numero primo. Hostiensis num. 15. ad finem. Ioannes Andreas num. 12. Antonius de Butrio num. 11. Abbas d. num. 4. Bonifatius Vitalinus in Clementina prima numer. 46. de ætate, & qualitate. Nauarrus in d. cap. si quando, exceptione 11. num. 6. apud quos plura in proposito lector re-

79 perire poterit, & qualiter cantor † scire debet cantum, & dicunt, quòd si adsit spes

80 adiscendi in futurum, † minor scientia sufficit, & Rota decis. 16. numer. 1. parte 2. diuersorum, Ac omnes assignant differen-

81 tiam, scilicet inter scientiam † eminentem, mediocrem, & sufficientem; eminens scientia est illa, per quam quis scit difficillimas quæstiones explicare, & diffinire ex tempore sine reuolutione librorum, quòd nullatenus, aut vix, in hac nostra professione contingere poterit; Mediocris, qui cum deli-

82 beratione, † & reuolutione librorum veritatem scit inuenire; Sufficientem scientiam

83 habet, qui sibi per se † sufficit ad ea, quæ sibi imminent expedienda. Innocentius dicto numero primo. Hostiensis vbi supra. num. 15. Ioannes Andreas num. 12. Butrius num. 9. 10. & 11. Abbas d. num. 4. Decius. num. 13. 14. 15. & 16.

Sciendum item est, quòd eo ipso, quòd aliquis sit admissus, & ordinatus sacris ordinibus, præsumitur

Approbat' ad ordines, & notoriè quando sit examinandus, vel nõ d beneficia multiliciter dearatur.

84 habilis, † & idoneus ad beneficia simplicia. Ita vt nouo examine opus non sit. cap. accepimus. 13. de ætate, & qualitate, ibi, *quos à te, vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, eò præsertim, quoad obtinendum beneficium debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti*, & notat ibi Hostiensis numero 12. Ioannes Andreas numero decimotertio. Antonius de Butrio numero 8. & 12. Abbas numero tertio, & sexto. Idem Abbas in cap. finali. numero quinto. de præsumptionibus, & Felinus ibi, numer. 1. in fine. Lambertinus. de Iurepatronatus, lib. 2. parte prima. quæst. 10. artic. 2. numer. 5. Rebuffus in praxi, titulo de rescripto in forma communi pauperum. numero vndecimo. Boerius decis. 149. numero 16. Caputaquensis decis. 367. parte secunda, per totam. Rota decis. 16. numero primo, parte secunda diuersorum.

Neque Concilium Tridentinum, sess. 14. cap. 3. de reformatione aliquid in cõtrarium

85 disposuit, † vt censuit sacra Congregatio, super illius Canonis declaratione, dum dixit, *Episcopus non potest examinare promotos à suo antecessore, nisi post promotionem aliqua noua causa superuenerit, vt in capit. accepimus de ætate, & qualitate*; & iterum Congregatio censuit, non comprehendi examinatos, & promotos ad sacros ordines à prædecessoribus Episcopis, nisi noua causa post promotionem superueniat.

Sicut etiam examinari non debet, qui est

86 notoriè † litteratus, & habilis. cap. qui Episcopus. iuncta gloss. 2. 23. distinctione. cap. nullus. 24. distinctione, & ibi glossa vnica. Felinus post alios in cap. finali. numer. 28. plura cumulans de prẽsumptionibus. Decius per tex. ibi in cap. constitutis. 46. num. 3. notab. 4. de appellationibus. Lambertinus de Iurepatron. lib. 2. par. 1. quæst. finali. art. 3. num. 1. Gregorius Lupus in l. 15. tit. 16. Partita prima. in gl. 1. latè per Mandosium in regula 24. de malè promotis. quæstione tertia, numero quarto, cum pluribus sequentibus.

87 Et in graduatis, quòd excusentur † ab examine, ex quo iam sunt examinati, & approbati ab vniuersitatibus, ne fiat iniuria ipsis vniuersitatibus, tradit Rebuffus in praxi, titulo de rescripto in forma pauperũ pro graduatis. numero tertio, & quarto, & de priuilegijs scholarium priuilegio 86. per totum.

88 Præterea in Curia seruari videmus, † quòd semel examinatus, & approbatus ad vnum beneficium simplex, non amplius examinatur ad aliud simile, idem est, si semel sit approbatus ad Canonicatum, vel dignitatem in Collegiata, non amplius examinatur ad similem Canonicatum, vel dignitatem in alia Collegiata; similiter semel approbatus ad Curatum, vel Canonicatum, vel dignitatem in Cathedrali, non vltra examinatur ad simile, vel similem.

Limita tamen primo, quod supra diximus, vt semel approbatus amplius examinari non debeat, quando examen

89 est pro forma † assignatum, quia tunc nullatenus omitti potest, aliàs actus corruerit,

quamuis promotus sit persona nota, pro val de litterata, benemerita, & famosa. Lamberti nus de iure patronatus. lib. 2. parte prima. quæst. 11. artic. 3. num. 1. post principium, & num. 2. Decius consil. 90. num. 6. & consil. 262. num. 4. & consil. 439. num. 5. Staphileus de litteris gratiæ, in vltima expectactiua. numero 5. Parisius consil. 12. numer. 47. Fuscus de visitatione. lib. 2. cap. 5. num. 10. Mandosius in dicta regula 24. quæst. 3. num. 8. cum pluribus sequentibus. Rebuffus de priuilegijs scholarium, priuilegio 86. versic, *ego verò contrarium seruari*, vbi dicit, quòd in vniuersitatibus, in quibus requiritur pro forma examen ad obtinen. gradum, quòd omitti non potest, quamuis examinandus sit notoriè doctus.

Quo fit, vt in terminis Concilij Tridentini sessione 24. de reformatione. cap. 18. de prouisione parrochialium, cum ibi requira-
90 tur pro forma examen † per concursum necessario fieri, vt sæpe censuit Sacra Concilij Congregatio, dicens *Doctor, siue licentiatus in*
91 *Theologia*, † *siue in iure Canonico, & in publica vniuersitate graduatus, non excusatur ab examine, quando petit prouideri de aliqua Ecclesia parrochiali.*

Pariter non excusatur ipsemet Vicarius
92 † Episcopi, nec Archidiaconus, vel Pœnitentiarius, nec aliqua persona eminens, quantumcumq; idonea, & in dignitate Ecclesiastica constituta, vt etiam declarauit eadem Sacra Interpretum Congregatio, prout latè adducit Flaminius Parisius de resignatione. libro octauo. quæst. 9. numero 83. vsque 92. & à nu. 93. & sequentibus benè declarat,

Sic etiam fuit resolutum sæpe in Rota, & signanter in vna Calagurritana beneficij de Ornillos 12. Octobris 1587. coram R. P. D. meo Pamphilio Auditore doctissimo, quòd
93 cœptus beneficiari † de beneficio simplici patrimoniali, debet examinari pro obtinenda reintegratione eiusdem beneficij, ex quo examen requiritur pro forma, præsertim stante constitutione, & proprio motu Sixti V. sub data 24. Septembris ann. 1586. super modo conferendi beneficia illius diœcesis Calagur
94 ritan. licet hodie per nouam † Constitutionem Sanctissimi D. N. Clementis VIII. emanatam sub die 28. Aprilis 1596. pro reintegratione, non requirit, ita exactum, & rigurosum examen per concursum, sed sufficit simplex examen, & approbatio ordinarij.

95 Hinc est, quòd licet, quando Felinus † fuit nominatus ad auditoratum Sacræ Rotæ ægrè ferret, quòd deberet examinari, ex quo erat fama super ætera notus, & qui iura Canonica tanto tempore legerat; tamen cum primum sciuit examen requiri pro forma, illi libenter se subiecit, vt per Mandos. in d. regula 24. q. 3. num. 12 Flaminium vbi proximè, num. 90.

Secundo est limitandum, quòd supra diximus, ordinatum in sacris esse habilem absque nouo examine ad beneficia simplicia, quando aliqua causa de nouo
96 † superuenit, vt puta, quia per longum interuallum fecit intermissionem, seu diuersionem à studijs, & de hoc constaret, vel aliud simile accideret, quia tunc etiam si pro forma non requireretur examen, deberet examinari ratione nouæ causæ, vt insinuant declarationes Illustrissimorum Cardinalium nuper relatæ: Nam ea, quæ de nouo emer-
97 gent † nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrogator. actionibus. cap. cæterum, & ibi glossa penultima de Iuramento calumniæ. Caputaquensis decis. 123. nu. 6. par. 3. latè Romanus in l. si vero. §. de viro
98 num. 83. vbi cumulat 22. casus † deuiantes a communibus regulis, ratione nouitatis superuenientis. ff. soluto matrimo.

99 **Tertio** limita, quando constaret, † quòd talis promotus ad ordines sacros, fuit indignè promotus. Oldrad. cons. 118. circa primum. numer. 1. vbi consuluit, quòd si Episcopus ordinauit aliquem ad sacerdotium, & admisit eum successiue ad duas parrochiales curatas, potest eum repel-
100 lere, quoad tertiam † parrochialem, si per diligentiorem inuestigationem reperierit eum esse indignum: etiam si d. Parrochialis tertia non sit maioris curę, sed æqualis & minoris, & Oldradum sequuntur. Ioan Andreas, Ancharanus, Antonius de Butrio, & alij citati per Felinum in. c. ex litteris. nu. 7. de constitutionibus, vbi, & in num. 6. nonnulla vtilia, & opportuna congerit.

Quarto limita, quando ageretur de administratione Sacramentorum,
101 vel cura animarum exercenda, nam tunc Presbyter curam animarum exercens, vel Sacramenta ministrans, seu exercere, vel ministrare intendens, potest examinari ab Episcopo successore, licet ab antecessore fuerit approbatus, & si minus idoneus repertus fuerit excludi debet si licet Rector non sit, & perpetuum titulum non habeat; & si titulum habuerit, potest suspendi, & coadiutor benemeritus, illius expensis apponi, vt disponit sacrum Tridentinum Concilium cap. 6. sess. 21. de reformatione, & cap. 3. sess. 14. de reformatione, quòd ita intelligendum censeo.

Quinto limita, quando beneficium simplex esset qualificatum, † veluti dignitas, sine cura, vel Canonicatu in
102 Cathedrali, vel Collegiata, in quibus requiritur

ritur industria,& consiliũ,vt supra dixi,nã in hoc casu temperatur dispositio, tex. in d. c. accepimus, Lambertinus de Iurepatronatus.lib.2.p.1.q.10.art. 2. vers. *tertio adduco*. Menoch. de præsumpt.lib. 6.præsumptione. 91.num. 21.

Vnde quatenus Nauarrus in cons. 2. de
103 præbendis, † & in alijs locis ibi relatis dicit, quòd idoneus reputatus ad sacros ordines, non ideo reputatur idoneus ad beneficium simplex, sed tenetur se iterum examini subijcere : est intelligendus, quando versaremur in aliqua ex supradictis limitationibus. nàm aliter minus tutum detegeretur.

Ad singulos ordines quæ littera cura requiritur.

Quoad ordines singulos suscipiendos.
104 † per dictum Concilium Tridentinum adscribitur, quæ, & qualis litteratura requiratur: nam tonsura non nisi chrismate confirmatis, & fidei rudimenta, & legere,ac scribere, scientibus,confertur, vt dispositum est in c.4.sess.23.de reform.

Minores vero ordines, non conferuntur, nisi latinam linguam intelligentibus, & post redditum testimonium de litteris, ac moribus per parrochum, aut scholæ magistrum, vt in c.5.& c.11.eadem sess. 23.

Maiores autem sacri,non dantur, nisi his, qui probe versati sunt in minoribus, ac de his benè instructi sint, quę exercendo ordini, quem suscipiunt conueniunt, vt in c. 13. eiusdem sessionis.

Presbyteratus ei soli conceditur, qui docere possit Populum,ea quę ad salutem scire necesse est, vt in cap.14. ipsius sessionis 23. & vide Menochium de Arbitrarijs.lib.2.centuria. 5.casu 425. ex numero 48. vsque ad finem.

Prædictis adde,quod litteratura,non præ-
105 sumitur,†nisi probetur,Mascardus de probationibus conclusione 989. num. 1. & per totam.Flaminius Parisius de resignat.lib.10.q. 3.n.64. Menochius de præsumptionibus lib. 6.præsumptione 91.num.18.Ratio est, quia litterarum scientia magno labore acquiritur, & tamquam accidens extrinsecum,non præsumitur,gl. in c. si forte 11. verbo *scientiæ*. de electione lib. 6. Menoch.d.nu. 18. & 19.vbi proximè.

Potest tamen probari litteratura, non solum per examẽ, & litteras Graduatorum;
106 sed etiam per testes † in illa scientia peritos. Rota decis. 8. num. 1. & per totam.de probationibus in nouis. Milius in repertorio verbo *probari non potest litteratura*. Frãchus in d.c. si forte in fine de electione. lib.6.Mascardus de probationibus concluf. 877. nu. 1. 9. & 11.

Aduerto tamen,quòd Rota in vna Cartagi
nen. præbendæ.28.Decembris. an.1600. resoluit,quod ille capitularis, vel elector, qui nõ interfuit lectionibus, & actibus oppositorum ad Canonicatum magistralem, votare
107 non poterat, † quia non poterat benè iudicare de litteratura, & sufficientia oppositorum,si præsens non fuit,& propterea fuit declaratum, votum Decani esse nullũ ex d.defectu,non interuentionis: quæ decisio fuit facta vna tantum parte informante,& difficultate non caret, ex pluribus, quæ in contrarium adduci possent, & ex dictis in numero præcedenti.

Sed neque ad hoc,vt quis benemeritus, & idoneus dicatur, vt illi beneficia
108 cõferantur, sufficit sola scientia;† sed etiam debet esse idoneus vita, moribus, & ętate; nã verba *personis idoneis*.intelligũtur inspecto re communi, de idoneitate in scientia,vita, moribus, & ætate. capit.cum in cunctis 6.in principio, ibi, *ætatis maturitas, grauitas morum, & litterarum scientia inquirenda*.c.innotuit 20. ibi,*inducere videbantur litterarum scientia,morum honestas,vitæ virtus,& fama personæ*, de electione.cap.si forte eo.tit. in 6. c. fin. de præsumptionibus. Paris.cons.40.*quamuis Ioannes*.nu. 12. 13. & 14. lib. 4. Rebuff. in praxi. titulo forma Vicariatus. num. 87. Selua de benef. p. 3.q.6. a nu.1. & per totam.

Benemeritus, & idoneus quando quis dicatur ad diuersos effectus,& quãdo magis idoneus maxime in materia concursus ad parrochiales.

Quinimo ad hoc,vt dicatur,quis vere idoneus ad beneficia cumulat.47. requisita
109 † Cæsar Lãbertinus de iure patronatus. lib. 2.parte 1 quæst. 10.art.1.num.1. & per totũ, & sub num. 3. vers. *vnum tamen*, dicit, quòd turbatur videndo tot, & tãta requisita, quia potest dici, & præsertim hodie, quis est hic, in quo illa concurrant? seu maior? immo minor pars,& laudabimus eũ? certe nullus: succurrat igitur Christus; vide etiam Rebuff.de pacificis possessor.a n.174.vsque 260.vbi plenissime de singulis defectibus,qui inhabilitatem ad beneficia inducunt, & Maiolum in suo tractatu de irregularitate per totum,plura adducit Roland. in suo cons. 47. lib. 1. ex n.57.vsque ad finem.

110 Et propterea Concilium Tridentinum. † sessione 24. de reformatione. c. 18.dum agit de prouisione parrochialium in §. peracto, dicit hæc verba,*peracto deinde examine, denuntientur quotcũq; ab his idonei iudicati fuerint,ætate, moribus,doctrinã,prudentiã,& alijs rebus,ad vacãtẽ Ecclesiam gubernandam opportunis, & ex his Episcopus eum eligat,quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi,non alteri collatio fiat, &c.*& sic non solum consideratur idoneitas, respectu scientiæ; sed etiam respectu ætatis, morum, prudentię, & alijs rebus opportunis ad talem Ecclesiam Parrochialem gubernandam.

Vnde quamuis quis sit idoneor in sciẽtia,
111 non ideo † præcedere debet alios, quorum mores sint magis cogniti, & approbati, nam dictum Concilium, non se fundat tantum in

scien-

scientia; sed etiam in reliquis omnibus su-
112 pradictis, † & ita fuit declaratum per Illu-
strissimos Cardinales Concil. Trid. interpre
tes, vt sequitur.

Præferendus est minus doctus, modo idoneus, quando eius mores sunt noti, & approbati, doctiori, cuius vita ignoratur.

Comprobatur ex traditis per nostrum Couarru. in reg. peccatum. 2. p. §. 6. num. 4. vers. *dignior vero*, dum dicit, quòd non dici-
113 tur dignior simpliciter, † qui doctior, vel sanctior est; sed is, qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est, aptior eius ministerio apparet: ac propterea diligentior ad Curam præferendus est, viro sanctiori, qui non ita diligens est: eaque ratione, non ita aptus est sanctior administrationi eius muneris, cui est præficiendus, idque obseruandum erit circa doctrinam, & eruditionem. Nam fre-
114 quentissime, qui doctior † est, non ita conuenit muneri publico, sicut is, qui doctus est, & doctrinam habet sufficientem ad munus, quod ei confertur, Lambertin. d. art. 1. q. 10. p. 1. lib. 2. sub n. 2. vers. 30. *requiritur*, & vers. 31. *requiritur*. Soto de Iustitia, & Iure. lib. 3. q. 6. art. 2. concluf. 9. ad medium. Emanuel Rodriguez in sua summa p. 1. q. 106. n. 2. dixit etiam Rota in terminis d. Concilij Tridentini, in vna Beneuentana Parrochialis 13. Iunij. an. 1590. coram Orano, & in alia Rauennaten. Parrochialis 2. Decemb. 1592. coram Illustrissimo nunc meritissimo Cardinali Arigonio, tunc Rotæ auditore. Et in alia nullius Concursus. 4. Decemb. an. 1600. coram R. P. D. meo Ludouisio.

Vbi fuit resolutum, quòd ex duobus approbatis per examinatores pro æque idoneis in scientia, electio vnius facta per ordi-
115 narium erat bona, legitima, & canonizanda, quamuis non esset Sacerdos, † nec Doctor, nec pauper, sicut erat alter approbatus ab examinatoribus, qui fuit reiectus ab Episcopo. Ratio fuit, quia licet dictæ qualitates Doctoratus, Sacerdotij, & paupertatis sint consideratione dignæ, Abbas in c. 1. n. 1. & 3. de maiorita. & obedien. Decius conf. 542. n. 12. & 13. Lambertin. latè de Iurepatronatus lib. 2. p. 3. q. 5. art. 3. cum sequen. & art. 12. Nihilominus ista sola, non faciunt aliquem
116 digniorem † pro gubernanda parrochia, cum vltra doctrinam, in qua fuerunt ambo approbati, vti æquè idonei, erant quoque considerandi, mores, prudentia, & alia opportuna ad gubernandam Ecclesiam, vt tàm de Iure communi, quàm ex d. Conc. Trid. disponitur: ita vt aliquo modo ille, qui est doctior, & sanctior, non sit iudicandus dignior; sed quis iuxta munus, & rem, cui præficiendus est, aptior eius ministerio appareat. Vnde cum ordinarius alterum ex æque idoneis in
117 scientia elegerit, præsumitur † cognouisse in illo maiores qualitates, circa mores, prudentiam, & alia necessaria. Quia pro Iudicio Episcopi est præsumendum. c. in præsentia. de renunciatione. c. pastoralis in fin. de cauf. possess. c. sicut. de sententia & re Iudicata.

Præsertim, quando vita, mores, conditiones, & qualitates electi, erant ordinario
118 prius notæ, & de illis plenam † notitiam habere poterat, quia in Ciuitate, vel diœc. residentiam electus fecerat, vel ex illis oriundus erat, ex his, quæ plenè tradit Lambertin. de Iurepatronatus lib. 2. p. 1. q. 7. art. 24. n. 1. & per totum, Caputaq. decis. 406. p. 2. Puteus decis. 395. post principium. lib. 3. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 201. nu. 154. & fuit consideratum in dictis decisionibus.

Immo non solum interest habere notitiam pristinam de vita, & moribus, & alijs quali-
119 tatibus; sed etiã de scientia, † & litteratura, quia potest quis in vno examine apparere
120 magis doctus, ex fortuna puncti assignati, † vel quæstionis propositæ, cum re vera sit minus, & è conuerso, vt per tex. ibi in l. vnica. C. de athletis lib. 10. dicit ibi Bart. nu. 2. & Angelus, & Platea, tenentes, quòd propterea deberet quis ter examinari, † vt ido-
121 neus dignoscatur, & victoriam mereatur, tradit plura Tiraquel. de pœnis temperand. causa 51. nu. 159. vbi etiam dicit, quòd non sufficit, quòd quis semel in vno actu sit vir probatus, sed vt sæpissime in pluribus diuersisque actibus † perspectus, exploratusq; sit.
122 facit tex. in proœmio Institut. §. cumque hoc Deo propitio, ibi *iam ex multis rerum argumentis accepimus*. & ibi not. gl. & Io. Faber.
123 Neque vna hirundo facit † ver. Bald. in l. Iura constitui. n. 1. ff. de legibus.

Quapropter appellantes ab iniusta electione, vel Iudicio Episcopi, non facilè pos-
124 sunt † docere de d. grauamine, etiam factam electionem euertere, ex quo Concil.
125 Tridentinum multum deferat † iudicio ordinarij, qui ex varijs animi sui motibus pensatis, & consideratis omnibus supradictis, se
126 informare † potuit, vt in d. c. in præsentia. in principio. de renuntiatione. Rot. decis. 29. n. 4. de rescriptis. in antiquis. Achil. decis. 1. n. 4. de confessis.

Hæc mihi scribenti in mentem venit, pulchra resolutio Rotalis, quæ bene facit in proposito, scilicet in vna Toletana Canonicatus 18. Maij 1584. coram Hippolyto Aldobrandino, tunc Rotę auditore, & nunc diuina prouidentia Santiss. D. N. Papa Clemente Octauo, quę postea fuit confirmata in vna causa Calaguritana Iuris prouidendi 29. Martij 1591. coram R. P. D. meo Serafino Rotę Decano, & in Vallisoletana prę-

minentia-

minentiarum. 24. Nouembris 1603. coram R.P.D. meo Pamphilio, nunc meritissimo Rotę Decano, & alias sæpe; vbi fuit resolutum,
127 † quòd quædam constitutio facta in Concilio prouinciali Toletano, in qua disponebatur, quòd præbenda lectionis Sacrę Scripturę, daretur per concursum magis idoneo, alias prouisio facta esset ipso Iure nulla, erat contra Ius commune, & non teneret, nisi Apostolica auctoritate esset cõfirmata: quia quamuis ante factam electionem, vel prouisionem, Iura clament magis idoneum
128 † esse pręferendum. c. licet ergo. c. illud. 8. q. 1. cap. metropolitana 65. distinctione, in fine. cap. quoniam de Iure patronatus: & eligens dignum prætermisso digniori mortaliter peccet, Decius in cap. constitutis. 2. n. 5. de appellat. Couar. in reg. peccatum. 2. p. §. 7. n. 8. vers. *igitur humana natura*, cum infinitis ibi allegatis. Rodriguez in summa p. 1. cap. 106. num. 4. & 5. vbi dupliciter limitatur. Tamen electio facta de digno, omisso digniori tenet.
129 † c. cum nobis olim. de electione. c. nisi cum pridem. §. pro defectu. de renunciat. c. constitutis. 2. de appellationibus, vbi Butrius nu. 15. Cardin. sub num. 3. Prępos. num. 2. Abbas 7. Decius num. 5. Couarru. in d. reg. peccatum. 2. p. §. 7. num. 2. in fin. vers. *his demum*. & num. 3. etiam si staret iuramentum †
130 de eligendo digniorem, Cardin. & Præpositus vbi supra. Couarru. d. §. 7. sub num. 4. ante fin. vers. 2. *probatur*. Ac propterea dicta Constitutio prouincialis annullans electionem factam de digno, omisso digniori, dicitur contra Ius commune, talem electionem approbans ob salutem publicam, ne litibus
131 pernicioſis omnia inuoluantur, † & Respublica Christiana vexetur, & perturbetur, prout fieret, si electio facta de digno, omisso digniori, non teneret. Et ideo non tenet dicta Constitutio sine Papæ confirmatione. c. super his, vbi Abbas num. 1. Felin. n. 2. de maiorit. & obedien. cum alijs.

Sic in proposito nostro, quamuis Concil. dicat, quando est in fieri, quòd Episcopus eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, facta tamen iam electione per Epi-
132 scopum est interpretatio facienda, † ad fauorem Episcopi, quòd omnia considerauit, & magis idoneum arbitrio suo eligerit; Tum
133 vt electio sustineatur, † & actus valeat, l. quoties. ff. de rebus dubijs. l. quoties. ff. de verbor. obligat. Rota decis. 15. num. 1. de concess. præbend. in nouis. Gomezius in regula de impetran. benef. q. fin. per totam, Mandos. in reg. 27. q. 20. num. 8. Et vt actus valeat,
134 præsumitur precedere † omne illud, quod est necesse. Rota decis. 1. de pręsumptionib. in antiquioribus. Felin. in c. pastoralis in principio. nu. 5. post medium, de rescriptis, Cassador. decis. 21. num. 1. de præbend. Caputaq. decis. 271. num. 7. p. 3. Achil. decis. 1. de pactis.

Tum etiam, vt minus recedamus à Iure communi,
135 † à quo omnis constitutio recipit interpretationem. l. 2. C. de noxalibus. c. cum dilectus, & ibi gloss. verbo *Iure communi*. de consuetud. Roman. cons. 328. num. 10. vers. *si vero*. Aimon in q. de indemnit. mulierum. n. 25. Cassador. decis. 36. n. 7. super regulis. Rota decis. 512. n. 5. & decis. 724. nu. 15. p. 1. diuersorum.

Cæterum, si hodie constaret de grauamine, & quòd Episcopus non elegit digniorem ex approbatis, collatio parrochialis non teneret:
136 † sed esset subreptitia, & nulla, quia Concilium Trident. in d. cap. 18. quoad prouisionem parrochialium, dat formam, quod ex omnibus approbatis, vti idoneis per examinatores, Episcopus eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi soli, & non alteri collatio fiat, vt postea subijcit, *quod aliàs prouisiones omnes, seu Institutiones præter supradictam formam, factæ, subreptitiæ censeantur*. Quando enim aliquid assignatur pro forma, si illa ad vnguem non seruatur, actus corruit, &
137 est † ipso Iure nullus. c. cum dilecta, de rescriptis, vbi latissime Felinus à num. 6. vsque ad 14. ponit regulam cum 12. ampliationibus, & 8. limitationibus, c. si cui de non sacerdotali. de prębend. in 6. Tiraq. de retrac. consanguinit. §. 36. gl. 2. à num. 26. & seqq. Mandos. in reg. 27. q. 20. à n. 16. & 17. Parisius de resignat. lib. 8. q. 9. n. 86.

Præsertim stante Constitutione Pij V. su-
138 per collatione parrochialium, † sub data 15. Kal. Aprilis. an. 1566. vbi declarantur omnes prouisiones factæ, & faciendę contra d. formam, nullę, irritę, & nullius roboris, & momenti, & quòd prouisis nullum Ius, nullumque titulum coloratum possidendi prębeant: & quòd Parrochiales huiusmodi censeantur vacare, vt prius ante collationes: & quòd, si Episcopi minus habilem post habitis magis idoneis elegerint, possint ij, qui reiecti fuerunt, à mala electione huiusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinarium, vti Sedis Apostolicę delegatum, vel ad ipsam Sedem appellare, & electum ad nouum examẽ coram ipso appellationis Iudice, & eius examinatoribus pronocare: & constito de prioris eligentis irrationabili Iudicio, eoque reuocato, parrochialis Ecclesia magis idoneo conferatur. Interim tamen d. appellatio effectum suspensiuum non habeat, &c. vt latius in tenore d. Constitutionis, quæ est in bullario 32. inter Constitutiones eiusdem Papę.

Quamuis

Quamuis autem d. Constitutio Pij V. sit in viridi obseruantia, & Rota seruet illam, aduertendum tamen est, quòd non aduersatur supradictis, dum diximus num. 124. quòd probatio grauaminis sit difficilis ex rationibus ibi adductis.

Nam d. Constitutio locum non habet, nisi
139 quando appellans docet † de dolo, & irrationabili Iudicio Episcopi, vt apparet in illius narratiua proœmiali, ibi, *personis minus idoneis, carnalitatis, aut alium humanæ passionis affectum, non rationis sequentes, &c.* à quibus verbis proœmialibus, tota dispositio regulatur, l. fin. ff. de hæredibus instituendis, Gomezius in reg. de annali. q. 1. per totam.

Nec non apparet ex dispositiua eiusdem constitutionis, ibi, *constito de prioris eligentis, irrationabili iudicio*, vt fuit dictum in dictis decisionibus Beneuentan. & Rauennaten. & in alia Pampilonen. parrochialis, coram R. P. D. meo Litta.

Docto autem de iniustitia electionis, tunc illa cassatur, & magis idoneo Parrochialis adiudicatur. Et ad docendum hoc, multum
140 consideratur, † an electus sit familiaris, vel consanguineus talis Episcopi eligentis, ex quo electio eius redditur suspecta: & sic fuit resolutum in vna Ciuitatis Castellæ Parrochialis, vt refertur in d. decis. Rauennaten. Parrochialis, quòd constabat de grauamine, & doloso iudicio ordinarij, eo ipso, quòd reiectus erat doctior repertus ab examinatoribus diœcesanis, electus autem erat familiaris ipsius Episcopi, & Forensis.

Similiter in vna Aretina Parrochialis fuit idem resolutum, ex eo, quod reiectus erat similiter doctior, & vnus ex compatronis.

Item in alia causa Dertusien. Parrochialis 18. Decembris 1581. coram Gyptio fuit idem decisum, ex eo, quòd electus erat fa-
141 miliaris, † & Secretarius Episcopi, & minus doctus, quàm excluſus, & eo magis, quia Episcopus noluit, quòd apponerentur inscriptis relationes factę ab examinatoribus de eo, qui erat magis idoneus, prout fieri solitum erat; sed solum sibi referri, an illi, qui concurrebant essent idonei, quod fecisse præsumendum erat, vt facilius relinqueretur locus gratificationi, idcirco electio reddebatur suspecta; Vbi etiam fuit consideratum, quòd si Episcopus posset pro eius voluntate, & arbitrio ad libitum suum eligere, facillimè d. Constitutio Pij V. redderetur il-
142 lusoria, † & nunquam esset locus prouocationi prædictæ, & quòd illud verbum, iudicauerit, appositum in Concil. Trident. non denotat meram voluntatem, sed arbitrium boni viri. Abbas in cap. cum autem. num. 6. de Iurepatron. c. 2. de corpore vitiatis. Menoch. de arbitrarijs lib. 1. q. 8. n. 1. & per totam.

Idem etiam fuit nouissime resolutum in vna Tuden. Parrochialis 28. Aprilis huius anni 1603. pro maiori parte Dominorum, coram R. P. D. meo Sacrato non minus sapientissimo, quam nobilissimo, & erga omnes humanissimo. Vbi fuit decisum electionem factam ab ordinario Tuden. ad fauorem cuiusdam Francisci sui familiaris, esse irratio
143 nabilem, † & reuocandam, & Parrochialem adiudicandam cuidam Doctori Scobar appellanti, vti magis idoneo, ac plures, & maiores qualitates habenti, quas qualitates memorat ibi d. decisio, & respondet ad d. decisionem Rauennaten. & reliquas superius citatas, dicens, quòd quamuis relinquatur iudicio Episcopi, an quis sit magis idoneus, quod hoc procedit, dumtaxat, quatenus Episcopus recte iudicauerit. Abbas in cap. cum autem. num. 6. de Iurepatron. Alexand. cons. 33. num. 2. lib. 1. secus quando constat de iniqua, & irrationabili electione.

Vnde, quamuis semel Rota dixerit, quòd ad hoc vt appellans à mala electione Episcopi, iuxta formam constitut. Pij V. possit in secunda instantia prouocare ad nouum examen, debeat prius docere de fumo læsionis, & grauaminis alias audiri non debet.

144 Tamen nouissimè † Sacra Congregatio Concilij Tridentini, in vna causa Pistorien. contrarium sensit, quia aliter esset ligare manus appellanti, vt non possit docere de grauamine, præsertim cum sæpe, & vt plurimum acta examinis primæ instantiæ tali modo componantur, & fabricentur, vt ex illo, de læsione apparere minime valeat. Necnon esset frustratoriam ferè reddere dictam Constitut. Pij V. ac illius litteram, & mentem, violare, quę ideo disponit, vt in secunda instantia possit appellans, ad nouum examen prouocare, vt ex illo liqueat, de irrationabili, vel rationabili Iudicio ordinarij.

In summa, ad iudicandum, an sit magis idoneus electus, vel non, multum valet Iudicis superioris arbitrium, pensatis, & con-
145 sideratis † omnibus. Bald. in l. si pro debilitate num. fin. vers. *quæro igitur, quæ personæ dicantur discretæ*. de off. delegati. Hippol. de Marsilijs in l. quæstionis modum, numero 40. ff. de quæstionibus. Tiraquel. in tract. de nobilitate quæst. 10. num. 12. Iacobus Menochius lib. 2. de arbitrarijs. cent. 1. casu 67. nu. 3. & casu 69. n. 4.

Vnum autem certum erit, quòd quidquid sit in foro exteriori, in interiori saltem Episcopus, minus bene eligens, exactam rationem Deo reddet, apud quem † nulla excusa-
146 tio valebit, cum arcanorum cognitor, &

Iudex

Iudex sit. cap. erubescant. in fin. 32. distinct. c. nouit, vbi bene Nauarrus, notabili 1. de Iudicijs.

Alia etiam plura, in materia examinis, ad Parrochialem, iuxta formam d. Concilij, & Constitutionis Pij V. vide in gl. 6. ex nu. 111. vsque ad num. 162.

Rursus, vt quis dicatur persona benemerita, ad effectum nostræ regulæ, vt illi debeant beneficia conferri, non solum considerantur supradicta; sed etiam attenditur, an per longum tempus, in hac
147 Romana † Curia fuerit commoratus. Nam potius Curialibus, quàm alijs debere conferri beneficia, multiplex ratio postulat.

Tum, quia veniendo ad Curiam de remotissimis partibus, multis periculis, † maris, & terræ se exponunt, & exules fiunt, ac propter Curiç immodicas impensas, de diuitibus pauperes, & maximo ære alieno oppressi, communiter efficiuntur, vt inquit tex. in authen. habita. vers. *quis enim*. C. ne filius pro patre, ac dixi in §. 7. proœmiali. num. 8.

149 Tum, quia ad extremum † insudant inferiendo Papæ, seu Cardinalibus, & alijs Prælatis, Mandosius in reg. 16. q. 29. n. 1. ad finem, & ex eorum adsistentia, Curia decoratur, & ditescit.

Tum, quia existentes in Curia, vt plurimum vigilant studijs, † & sanctitati, vel saltim id facere debent, Mandos. vbi sup. Nam ideo Romana Curia habet studium generale, omnibus priuilegijs aliorum studiorum generalium decoratum. c. 2. de priuilegijs. li. 6. l. vnica. C. de studijs liberalibus Vrbis Romç, lib. 11. Idemque est, esse in scholis, aut in Romana Curia. c. fin. de rescriptis. lib. 6. ibi, *siue in scholis essent, aut in Romana Curia moram traherent*.

Tum etiam, quia præsentes in Curia gra-
151 ues iniurias patiuntur, à vilissimis † hominibus, quod grauiter ferendum est, vt de ipsis Curialibus dicit Alphonsus Soto Hispanus, Glossator antiquus, in reg. 15. vers. *venio nunc ad quartam*, applicando ad Curiales textum in d. auth. habita.

Tum denique, quia sicut ipsa Curia Romana est priuilegiata, sic debent esse priui-
152 legiati residentes in Curia, † & loco priuilegiato. tex. in l. fin. ff. de militari testamento, vbi probatur, quòd personæ non militantes existentes in loco hostili, gaudent priuilegijs
153 datis ipsi loco, † perinde, ac si in effectu militassent, gloss. fin. in l. scriniarijs. C. eo. tit. Parisius cons. 32. num. 25. vol. 2. Mandos. in d. regula 16. quæst. 28. num. 7. & quæst. 29. num. 2.

Quapropter nimis iustum est, ac rationi consentaneum, quòd in conferendis beneficijs reseruatis, maxima habeatur consideratio de residentibus in Curia, vt prius prouideatur, qui prius ad Curiam accesserit, & longiorem adsistentiam fecerit, vt is cæteros antecedat, quem stipendia meliora, † & 154
labor prolixior fecerit anteire, tex. in l. 2. in fine. C. de off. magistri officiorum: cum similibus: vt qui magis participauit de laboribus Curiæ, citius consoletur, & gustet de præmio, & dulcedine beneficiorum; nam, vt inquit Diuus Ambrosius, qui consortes fuerunt passionis, & contumeliæ, sint etiam participes lętitiæ, & consolationis; & faciunt tradita per Roman. in cons. 25. incipit, *viso facto*. num. 1. & per totum. Felin. in c. cum olim. num. 1. de senten. & re iudicat. Menoch. de arbitrarijs. casu 223. ex nu. 7. cum sequentibus.

Et quòd ideo fuerit introducta reseruatio, vt prouideatur residentibus † in Curia, 155
dixit gl. in extrauaganti execrabilis. §. quæ omnia, in verbo, *reseruamus*, de præbendis Ioan. 22. dum dicit: *Si quæris à me, quæ potuit esse causa rationabilis, quòd Papa ad se talia beneficia reuocauerit conferenda, possum respondere, quòd cum ad eius sedem confluant vndecunque Clerici indigentes, quibus paterna prouisione subuenire tenetur, iustum fuit, & æquum, adinuenire modum, per quem Papa possit de multis beneficijs prouidere*, vt latius ibidem, & paulo inferius reassumam.

Sic dixit Rebuf. in praxi, in 3. p. signaturæ, verbo, *alia clausula*, num. 15. quòd Papa semper intendit prouidere beneficia reseruata, ratione vacationis in Curia suis ministris, 156
† laborantibus in Vinea Domini.

Similiter videmus, quòd per regulam Cancellariæ 16. de concurrentibus in data 157
statuitur, quòd præsentes in Curia, † absentibus præferantur.

Videmus etiam, quòd semper ferè, Papç, & eorum Datarij, valdè considerant hanc qualitatem antiquç residentiæ in Curia, in 158
conferendis beneficijs, potius illis, † quam recentioribus Curialibus, & multò magis, quam absentibus, moti rationibus supradictis.

Et de alijs pluribus priuilegijs, residenti- 159
bus † in Curia Romana concessis, vide l. 1. & 2. C. de Curialibus Vrbis Romæ. lib. 11. & Constitutionem Eugenianam, quç est extrauagans 3. de priuilegijs inter communes, & Bullam 11. Sixti IV. & Bullam 2. Alexandri VI. & Bullam 7. Leonis II. & Bullam 3. Iulij III. Marchesanum de commissionibus. 2. p. in commissione appellationum. c. 6. à n. 52. vsque ad finem. & videas etiam, quç dicam in glossa 6. ex nu. 274. cum sequentibus.

Ecce igitur, qualiter ad effectum obti-

nendi

nendi beneficia idonea, & benemerita persona iudicatur, non solum ex scientia, prudentia, ætate, & moribus; sed etiam ex residentia, & antiquitate in Curia, & aljs pluribus, de quibus per Lambertin. & alios, vbi supra.

Idoneus quis dicatur vel nō.

Quibus adde Rocchum de Curte de Iurepatronatus, verbo, *bonorificū.* num. 21. Ioannem Gutierrez. cons. 2. nu. 16. & 17. & 22. Caputaquen. decis. 145. num. 11. & decis. 411. n. 5. p. 2. Mohedan. decis. 7. per totam. de conces. præbendę, dicentes in summa, quòd ille dicitur benemeritus, & idoneus, qui habet omnes qualitates requisitas, ad beneficium, de quo agitur, tàm de Iure, quàm ex fundatione, † statuto, seu consuetudine, & incompatibile beneficium non habeat. Hinc, si concedatur rescriptum ad fauorem N. vt prouideatur de aliquo beneficio, si sit idoneus, & ille habeat aliud sufficiens beneficium, non dicetur idoneus. cap. is cui. 19. de præben. lib. 6. Archidiaconus in cap. clericus. num. 3. 21. quæst. 1. Felinus in cap. fin. sub num. 33. ante medium. vers. *adde etiam Archidiaconum*. de presumptionibus. Dicit etiam Tiraquel. post Bald. in l. precibus. col. 6. C. de impuber. in tracta. de pœnis temperandis causa 51. n. 42. ad fin. quòd ille est idoneus, quem virtus probat.

160

Addo etiam, quòd ille non erit benemeritus, nec idoneus, qui non sit de sanguine puro, † quia ducat originem ex stirpe Iudęorum, vel Maurorum, aut à Sancto Inquisitionis officio punitorum (quamuis aliàs neophitus non sit, nec à Iure communi prohibitus) quoad beneficia Ecclesiastica, consistentia in Ecclesijs, vbi ex particulari statuto, à Sede Apostolica confirmato, huiusmodi personę excluduntur, sicut in pluribus Hispaniæ Ecclesijs obseruatur, vt per Simancam, de Catholicis Institutionibus, tit. 47. num. 82. Otaloram. de nobilitate. 2. p. 3. partis. cap. 7. num. 23. vsque ad num. 30. Pelaez de maioricatibus 1. p. q. 66. num. 10. Acebedus post tex. ibi in l. 22. num. 2. tit. 7. lib. 1. recopilation. latissime Salcedo in additione ad praxim Bernardi Diaz. c. 23. ex n. 11. vsque ad finem, & plenissimè plusquam per columnas 90. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. p. 1. c. 23. à n. 1. & per totos numeros 151. & à n. 140. vsq; ad finem multa notanda, circa testium examen, & fidem illis in hac materia adhibendam, adiungit. Vide etiam de istorum statutorum materia, † constitutionem Gregorij XIII. sub idibus Nouembris an. 1580. incipientem, *in Ecclesijs præsertim insignibus*, Caputaq. decis. 202. & 208. & 209. p. 3. Puteum decis. 267. lib. 1. & dec. 400. & 526. li. 2. Rotam. decis. 38. & 41. & 259. & 238. & 999. lib. 3. p. 3. diuerso. & decis. 120. & 130. li. 2. p. 3. diuersorum, & præsertim decisionem factam in vna Toletana portionis coram R. P. D. Seraphino 7. Maij 1568. & coram Illustrisimo D. Mantica in alia Toletana Portionis 2. Maij 1594. & nouissime in vna Legionen. Canonicatus 28. Maij 1602. coram R. P. D. meo Coccino.

161

162

Sicut etiam idoneus non erit, qui non sit natus, vel oriundus † ex Ciuitate, vel oppido, aut diœc. seu prouincia, quando ex priuilegio, statuto, vel consuetudine, beneficium debet, oriundis, seu filijs naturalibus, vel patrimonialibus conferri; non vero extraneis, & alienigenis, vt per Guillerm. Benedict. in c. Rainuntius. in verbo, *& vxorem nomine Adelasiam*. num. 482. de testam. Couarru. in quęstione practica 36. num. 4. vers. *similiter*. Rebuf. de pacif. possess. num. 216. & in praxi tit. de rescriptis mixtis gl. 1. latissimè Salcedum in praxi. Bernard. Diaz c. 54. per totum, Acebedum in l. 24. titulo 3. lib. 1. recopilat. num. 5. & seq. & probant lex 21. cum quattuor sequentibus. titul. 3. lib. 1. recopilation. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 12. de quibus etiam loquuntur decisiones, Caputaquen. decis. 66. p. 1. & decis. 89. p. 2. Puteus decis. 162. & 235. lib. 2. & decis. 163. lib. 3. Acchilles decis. 5. de priuilegijs. Crescen. decis. 12. de conces. prębend. latissimè Mandosius in reg. 19. de infirmis resignantibus. q. 15. per totam, Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. p. 1. cap. 24. nu. 86. cum quinque sequentibus. de quo dicemus etiam in gloss. 9. §. 1.

163

Postremo adiungo, quòd circa idoneitatem est etiam considerandum, quòd prouidendus sit persona grata † Ecclesię, cui præficitur, & parrochianis eius, c. quod Dei timorem, vbi notat Abbas num. 1. Anton. de Butrio n. 5. de statu Monachorum. Philippus Probus in c. cum in illis. num. 34. de pręben. lib. 6.

Rector debet esse gratus Populo.

164

Ac propterea collator curare debet, quantum possit, ponere Rectorem ad beneplacitum † Populi. cap. nullus. 61. distinct. Ioann. Selua de benef. 2. p. q. fin. n. 35. & 36.

165

Hinc potest Princeps secularis, non admittere in Prælatum † personam sibi suspectam, de qua non possit confidere, ne fortè reuelet aduersarijs secreta sui Regni. Innocen. in cap. super his. num. 8. in fine de accusationibus. Abbas in cap. 1. num. 9. & in cap. cum terra. sub num. 2. & in cap. quod sicut. num. 7. de electione. Hostien. in summa, titulo de electione. §. quis possit eligere. sub n. 5. vers. *sed & electione iam facta*. Ioann. Andreas in cap. nobis 25. sub num. 12. de Iurepatron. Io. Selua, vbi supra. num. 65. Palatius Rubeus in rubrica de donationibus inter

166

ter virum,& vxorem,in præfatione.§.decretalis. numero.29.& 30. vbi in proposito alia plura subiungit.

167 Ideo si Episcopus est exosus Populo, † ita vt graue immineat scandalum, potest induci ad renunciandum Episcopatui. Innocen. in cap. nisi cum pridem, sub num. 4. ad medium. vers. *& ideo quod diximus*, de renunciatione. Franciscus Marcus. q. Delphinatus. 944.num.1. volum.1.

168 Idoneus quis præsumatur ad obtinenda beneficia

An autem quis præsumatur idoneus † ad obtinenda beneficia. vide cap. fin.de præsumptionibus,vbi post omnes latè Felinus à num. 1, vers. *in textu*. ibi, *præsumatur idoneus*, cum numeris sequentibus.Lambertin. de Iurepatron. lib. 2.p.1.q. 10.art.2. à num. 1.& per totum. Alciat.de præsumptionibus. regul. 3. præsumptione 3. Mascardum de probation. conclus. 878. *Idoneus quis in dubio præsumatur*, per totam illam quæstionem. Flaminium Parisium.de resignat. lib. 10. q.3. à num. 54. vsque in finem.Menochium de præsumptionibus. lib. 6.præsumptione 91.per totam, vbi multipliciter distinguunt,& declarant, vt apud ipsos videri potest.

Ad effectum tamen nostrum,scilicet, obtinendi beneficia Ecclesiastica, semper est talis idoneitas probanda, siue sit extrinseca,si-
169 ue intrinseca,† nam ex quo aliquis petit sibi conferri beneficium, teneatur se esse idoneum ostendere, ita vt, non sufficiat in hoc casu præsumptio naturæ, vt per Gomezium post alios in tracta.de expectatiuis. nu. 79. vers. *nec sufficit in hoc casu præsumptio naturæ*. & num.80.

170 Ideoque in Curia vulgatissima praxis † est,vt prouisus per obitum, vel alio quouis modo, postquam supplicatio est signata, in forma gratiosa, antequam mittatur ad registrum,& sit locus litterarũ expeditioni,examinantur summariè testes super idoneitate, scilicet,vita,& moribus, natalibus, & ętate: & deinde subsequuta approbatione, quoad scientiam relaxatur supplicatio, & registratur, & fit expeditio litterarum. Si vero prouisio fit,in forma dignum, hoc est, quod Papa non confert beneficium, sed committit ordinario facultatem conferendi, expeditis litteris,in forma dignum,& præsentatis corã Iudice Commissario,illarum exequutore, similiter corã illo recipitur informatio,de vita, & moribus, & alijs supradictis, & testes desuper examinantur,& sic narratiua litterarũ,verificatur,ac deniq; benef.illi confertur.

Præsertim, si agatur de præiudicio tertij,
171 veluti de excludendo † aliquo intruso in beneficio, vt tradit Abbas.in cap. cum in Iure. sub num. 2. vers. *Item cum agitur*. de off. delegati.Felin. in d. cap.fin.de præsumptionibus. num.12. vers. *Fallit primo*. Mascard. de probationibus.d. conclus.878.nu.5.

Quando autem,quis possidet beneficium,
172 & vti reus †conuenitur,ac molestatur, non solum, non tenetur probare idoneitatem suam intrinsecam,nec extrinsecam; sed neque narratiuam suæ gratiæ Apostolicæ verificare tenetur: nam commodum possessionis hunc effectum producit, vt per tex.in §.commodum. Institut. de interdictis, tradunt Mohedan.decis.7.de præsumptionibus, & decis. 20.& 24.de præbendis. Puteus decis.24.numer. 14. & decis.330.lib.1.& decis. 198.ante num.1.& decis.443.nu. 1. & 2.lib. 2.Acchilles decis.2.& decis.17. de probationibus. vide in proposito plenissimè per Mascardum. de probationibus. conclus. 1200. per totam,& adde, quę dixi de commodo possessionis. in §. 3.proœmiali.ex num. 50. cum sequentibus.

An PP. prouideat locis personis, vel etiam Ecclesijs.

Omissis itaque his, quæ idoneitatem concernunt, de quibus satis diximus,dum regula nostra dicit, *personis benemeritis prouidere*, & non agit de prouisione Ecclesiarum, opportunum se offert adduce-
173 re in medium dictum Cardinalis † in Clem. 2.sub numero 13.q.17.de officio ordin. asserentis,quòd Episcopi, & ordinarij intelligun tur prouidere Ecclesijs motu proprio, cum ad hoc teneantur, sed Papa,& Legati prouident personis, & non Ecclesijs, &c.

Cum quo dicto, videtur consonare regula nostra, quatenus in illa nulla fit mentio de prouisione Ecclesiarum, sed de prouisione personarum.

Et Cardinalem,vbi supra allegat,& sequi tur.Felin.in c.ad aures.n.15. ad finem, vers. *vnde dicit Cardinalis*.de rescriptis.

Et allegauit etiã Rota in vna Oriolen.beneficiorũ.21.Maij 1593.corã R.P.D.Seraphino. Insinuant quoq; decisiones Putei 395.in vna Abulen.post princ.in vers.*quia prouisio ordinarij*. Caputaq. decis. 406.p.2. Menoch.de arbitrarijs.casu 201.n.154.& 155.

Cæterum dicere, quòd Papa conferendo beneficia personis benemeritis,non prouideat,etiam Ecclesijs, ab-
174 surdũ videtur,†quia in necessariam consequentiam resultat prouisio, & vtilitas Ecclesiarum, cum Ecclesiæ indigeant personis benemeritis.c.cum ex eo 34.ibi, *quæ ad sui regimen viris litteratis præmaxime noscitur indigere*, de electione in 6. cum alijs allegatis in principio huius glossę.

175 Beneficio namque de persona, † non autem personę de beneficio prouidendum est, vt tradit Bonifacius de Curtilis,in tracta.de nobilitate.p. 3.n. 46.

Præsertim,cum Papa sit etiam ordinarius,
176† immò ordinarius ordinariorum.cap. cun-

cta per mundum. 9. q. 3. Hostiensis in c. dilecti filij. n. 5. de foro competen. & dixi supra in proœmio. §. 2. n. 44. & sequen.

Item, quia proprium munus est Papæ, Ecclesiarum vtilitatibus prouidere, † & pro il
177 larum tranquillitate voluntarios labores ap petere. c. frequens. in principio. de restitut. spoliat. in 6. & in proœmio lib. 6. post princ.

Rursus, quia Ecclesia, sæpe ponitur pro
178 beneficio, † & è contra, c. 2. de concess. præben. c. cum non ignores. de præben. Rebuf. in praxi. tit. quare sint instituta beneficia. n. 9. Cæsar de Grass. decis. 13. n. 11. de præben. Rota decis. 508. sub n. 9. parte 1. diuersorum.

Quomodo ergo dictum Cardinalis intelligi debet, ne eum arguamus de errore, vel inurbanitate, aut in ciuilitate, maximè, cũ nemo ex supradictis, eũ allegãtibus, illũ increpet, sed potius sequatur.

Posset enim colligi responsio, ex eodem Cardinali. d. n. 13. paulo anterius, quatenus dicit, quòd ordinarij sunt magis certi, & deliberati in modicis, & certis beneficijs, quæ ad dispositionem suam spectant, quam
179 Papa in beneficijs totius orbis. † arg. c. fin. 16. distinctione, & c. quosdam. de præsumptio
180 nibus, Et cum pluribus intentus † minor sit ad singula sensus. cap. diuersis, & ibi gloss. verbo, *diuisus*, de Clericis coniugatis, non mirum est si Papa, non ita bene intelligat, quæ expediant ad commodum cuiuslibet Ecclesiæ, quam nunquam vidit, sicut ordinarius, qui semper assistit, & saltim quolibet anno illas visitare tenetur. c. mandamus de officio Archidiaconi. Clemen. fin. post principium de statu Monachorum.

Prædicta tamen responsio mihi non placet, ex eo, quia licet sit verum, quòd Papa, non possit ita bene scire cunctas qualitates omnium Ecclesiarum totius Orbis, sicut Episcopus suæ diœcesis: Nihilominus semper informari de omnibus
181 procurat, † & non minus Ecclesiarum cõmodis occurrere intendit, quam quilibet ordinarius: & propterea, cum ille dicatur ido-
182 neus ad beneficiũ, qui aptior † pro Ecclesiæ gubernatione fuerit, & vt illius necessitatibus subuenire valeat, vt per Rocchũ de Curte. de Iurepatronatus, verbo, *honorificum*. q. 19. n. 49. Lambertin. li. 2. p. 3. q. 5. ar. 3. n. 2. & per totũ, & diximus supra ex n. 137. & 160. Negari non potest, quòd Papa prouideat Ecsijs, prouidendo personis benemeritis.

Vnde censeo doctrinam Cardinalis fore intelligendam, ad effectum, vt non possit opponi de subreptio-
183 ne † facta ab ordinario; nam cum ordinarius semper prouideat proprio motu, & non ad
184 partis petitionem, † vt ipse Cardinalis ibidem asseuerat. Puteus. decis. 395. in princip. p. 3. Menochius. d. casu 201. n. 255. Ideo non potest dari de subreptione prouisionis ordinariæ, quasi factæ, ipsa sola Ecclesia, non vero alicuius persona, petente: secus verò est, quando Papa prouidet, nam Papa semper
185 prouidet ad instantiam personarum † impetrantium, propterea q; ad effectum, vt subreptio debeat impetrantibus personis nocere, dicitur potius facta prouisio personis, quam Ecclesijs.

Qui intellectus comprobatur, tum ex materia subiecta, de qua loquitur Cardinalis ibidem, nam tractat, An præsumatur subreptio in ordinario, sicut in Papa, prout etiam in eodem proposito loquuntur Felinus, & Rotales decisiones supracitatæ: & verba sunt intelligenda secundum materiam subiectam, etiam si improprientur. l. quæro. ff. locati. l. stipulatus. ff. de vsuris. Rota. decis. 10. num. 6. de testament. in antiq. & decis. 70. n. 9. p. 1. diuersor. & sunt intelligenda, eo respectu, quo proferuntur. Aimon. cons. 9. numero 25. Rota decis. 316. numero 16. parte. 2. diuersorum, & ratione respectus, consideratur effectus. Bald. in l. ad probationem. n. 8. ff. locati.

Tum etiam, vt euitetur absurdum, quod alias sequeretur ex supradictis: & ratione
186 absurdi vitandi, verba sunt impropriãda. Felin. in c. auditis. in princ. de præscript. Euerardus in loco ab absurdo. n. 4. Crescen. decis. 6. num. 4. de senten. & re Iudicata.

Quinimò expresse disponitur, in exordio extrauagantis, ex debito pastoralis officij, 4. de electione, inter communes, quòd ideo fit reseruatio illius constitutionis, vt vtilius Ecclesijs prouideatur, nulla de personis mentione facta.

Tandem, vt huic glossæ finem imponam, intelligi oportet, quòd reseruationes, non solum introducuntur, ex causis supra relatis, scilicet, ad prouidendum Clericis pauperibus, & personis benemeritis in Curia residentibus, & vtilius Ecclesijs consulendum; sed etiam ex alijs.

187 Nempe propter magnos abusus † nonnullorum ordinariorum, qui, aut suis consanguineis, amicis, aut familiaribus dumtaxat prouidebant; vltra quod, si alijs eos prouidere contingebat, aut fauoribus, aut impressionibus laicorum illicitis, aut simonijs, plerumque id faciebant. & in electionibus corrupta, vt plurimum suffragia, aut per potentiam laicorum, quasi coacta præstabantur, aut inter eligentes, & ipsis adhærentes infinitæ oriebantur contentiones, & rixæ. vt tradit Simonet. de reseruationibus. cap. 3. n. 10. & vide, quæ dicam (Deo dante) in gl. 56.

Vnde dicit Bald. in suo tractatu de exemptioni-

ptionibus, inter tractatus diuersorum Doctorum inserto. num. 24. quòd ordinarij † faciunt maiores abusus prætextu suę Iurisdictionis quam habent, quàm exempti prętextu suę exemptionis.

Item fuerunt introductę reseruationes, quoniam solicitudo onerosa officij pastoralis. c. inter solicitudines. de purgatione Canonica, multis indigeat in officio † ministris, quoniam messis multa est; sed operarij pauci. c. in nouo. in fine. 21. distinct. † Et propterea multi vocentur in partem solicitudinis istius. c. ad honorem. de auctoritate, & vsu pallij, quos Papa remunerare tenetur, † cum secundum Apostolum, qui Altari seruiat, de altari viuere debet. cap. cum secundum. de prębend. Immo Pontifices, illos adhuc remunerare tenentur, qui antecessoribus eorum seruitia † laudabiliter præstiterunt: Nam Ecclesiasticis desudantes vtilitatibus, Ecclesiasticis remunerationibus dignum † est gaudere. c. Ecclesiasticis. 17. q. 2. Insuper cum prouidendum sit nobilibus, & magnis personis, vel eorum filijs, & consanguineis, quorum industria, † & opera, Ecclesia sæpe adiuta est, & in dies adiuuatur, ac deceat, quòd Sedes Apostolica se liberalem in conferendis † beneficijs ostendat. c. Sedes Apostolica. de rescriptis: vt pro tempore ad seruiendum, & auxilium ei prestandum cuncti facilius inducantur: iustum fuit, & æquum, inuenire modum, per quem Papa posset de ingratitudine non redargui, maximè cum in eo donandi immensitas, † iusta mensura sit. §. finimus in authentico. de non alienandis. collatione 2.

Has rationes (vltra supradictam de pauperibus Clericis ad Curiam confluentibus) assignat glossa Zenzelin. in extrauaganti execrabilis. Ioan. 22. §. quæ omnia, verbo, *reseruamus*, & refert Simonet. de reseruatione. d. c. 3. n. 1. cum quinque sequentibus, vbi n. 11. & 12. concludit, reseruationes semper præsumi ex iusta causa factas: † quia quamuis sufficeret pro ratione voluntas, in hac materia reseruationis; Nihilominus non est credendum, quod sine causa vellit Papa aliorum Iurisdictiones turbare, &. auferre. c. non nos. 40. distinct. c. quamuis de rescriptis. lib. 6. tradit etiam Mandos. de signatura gratiæ. tit. de reseruis. ante finem. vers. *reseruæ huiusmodi*, & Rota decis. 457. num. 11. p. 1. diuersorum.

Et priusquam ab hac glossa, de personis benemeritis loquẽte, discedam, addo, quòd hęc dictio, *persona*, multipliciter † sumitur, nam aliquando sumitur pro vniuersitate, vt plenè per Iason. in l. si quis maior. n. 8. & sequen. C. de transaction. & in l. de quæstione. nu. 5. ad fin. vers. *septimo extende*. C. de pactis. Auiles in c. 1. prætorum. in gl. *de ninguna persona*. n. 3. cum sequentibus. Gomezius in reg. de Idiomate. q. 2. num. 2. Tiberius Decian. responso. 10. num. 45. lib. 1. Roman. cons. 195. num. 3. & consil. 400. num. 3. & per totum, vbi latè additio Mandosij, & dicam in gl. 37. Aliquando pro Capite, vel Prælato, vt Bald. in l. 2. in fine. C. de impuber. & alijs. Aliquando pro Ecclesia. cap. dudum. post principium. ibi, *in personam Ecclesiæ*, de conuersione coniugatorum, Et interdum significat nomen, interdum faciem confictam, vt histriones, interdum pro qualitate, qua homo differt ab homine, animo, & corpore, & denique aliquando pro ipso homine, vt plures Historiographos allegans tradit. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. 1. p. cap. 9. numero. 1. plura dicit Mandos. super facult. A. C. §. nos qui, gl. verbo, *personis*.

Et quando hæc dictio, *persona*, accipitur, pro homine, denotat, non solum masculum, † sed etiam fœminam. cap. mulieres, vel aliæ personę. de senten. excommunic. cap. cum personæ de priuilegijs. li. 6. Decius post Bal. & alios in l. 2. n. 129. ff. de regul. Iuris. Auilesius. vbi supra. d. n. 3. Gomezius in reg. de idiomate. q. 2. n. 2.

In proposito nostro, *persona*, capitur pro homine masculo, & Clerico. Rebuf. in concordata. Rubrica de collationibus. §. statuimus. 2. gl. verbo, *personis*, Mandos. de signatura gratiæ. §. prouisiones. colum. 12. vers. *indubitati Iuris est*.

Non autem pro fœmina, seu muliere, quæ prorsus beneficiorum incapax est. † cap. sacratas. 23. distinctione. cap. diaconissam. 27. q. 1. cap. noua de pœniten. & remissionibus, plenè per Lambertinum de Iurepatronatus. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 6. num. 1. & per totum. Gomezius in d. quæst. 2. regulæ, de idiomate. num. 3. & 4. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. p. 1. c. 24. nu. 73. Rebuf. de pacificis possessoribus. n. 260. vide infra in gl. 22.

Tandem circa illam dictionem, *prouidere*, in themate glossæ nostræ contentam, vide quæ plenè dicam in gl. 17. verbo, *prouisionem*.

Summaria Gloſſæ Quintæ.

1 *Beneficia Eccleſiaſtica reſeruantur per regulã.*
2 *Beneficium Eccleſiaſticum, quid ſit, plures diffinitiones aſſignantur. & n. 3. 4. & 5.*
6 *Beneficium Eccleſiaſticum habet ſex requiſita ſubſtantialia, & n. 16.*
7 *Beneficium Eccleſiaſticum debet auctoritate Epiſcopi fundari.*
8 *Beneficium debet habere aliquid ſpiritualitatis annexum.*
8 *Beneficium datur propter officium.*
9 *Beneficium Eccleſiaſticum eſt conferendum Clerico, non laico.*
10 *Beneficium Eccleſiaſticum conferri non poteſt, niſi à perſona Eccleſiaſtica.*
11 *Beneficium debet eſſe perpetuum.*
12 *Matrimonium carnale eſt perpetuum.*
13 *Matrimonium contrahitur inter Beneficiatum, & Eccleſiam.*
14 *Collator non poteſt ſibi conferre beneficium.*
15 *Beneficium eſt conferendum purè, & ſine extrinſeca conditione.*
17 *Beneficium, quo nomine nuncupetur, curandum non eſt, ſi aliàs habet eſſentialia requiſita.*
18 *Natura rei potius attendi debet, quàm ſimplex nominatio.*
19 *Reſeruatio quid ſit.*
20 *Cappellaniæ fundatæ ſine Epiſcopi auctoritate, non dicuntur beneficia Eccleſiaſtica, etiam ſi Epiſcopus ſit fundator, non vti Epiſcopus, ſed vti priuatus, & num. 21.*
22 *Cappellaniæ huiuſmodi, non incidunt in reſeruationem regulæ noſtræ, & n. 23.*
24 *Verba legis, vbi non conueniunt, nec eius diſpoſitio locum habet.*
25 *Simonia non committitur ex pactis initis, circa Cappellanias ſine Epiſc. auctoritate fundatas.*
26 *Cappellaniæ huiuſmodi poſſunt à laico, vel fœmina obtineri, quando fundator aliud non diſpoſuit.*
27 *Cappellaniæ iſtæ non requirunt ætatem 14. annorum, ſicut Eccleſiaſticum beneficium.*
28 *Cappellanias ſine Epiſcopi auctoritate fundatas, poteſt laicus patronus conferre, & prouidere, & n. 29 ponitur declaratio Sacræ Congregationis Concil Trident.*
30 *Cappellania huiuſmodi, non obligat ad recitandum horas Canonicas.*
31 *Cappellaniæ ad titulum ordinari nemo poteſt, quando non eſt Eccleſiaſticum beneficium.*
32 *Cappellaniæ S. Iacobi Hiſpanorum de Vrbe, beneficia Eccleſiaſtica non ſunt.*
33 *Succeſſio non datur in beneficijs Eccleſiaſticis, & quomodo intelligatur.*
34 *Cappellaniæ huiuſmodi, regulantur in Hiſpania, ſecundum naturam maioratuum, & in illis datur ſucceſſio.*
35 *Cappellanijs in huiuſmodi, Epiſcopus non habet ius inſtituendi, nec deſtituendi, nec viſitandi, nec aliud ius diœceſanum.*
36 *Sepulchrum auctoritate Epiſcopi fundatum, nec vendi, nec pignorari poteſt, ſecus ſi ſine illa. & num. 37.*
38 *Religioſus locus, licet de Iure ciuili efficiatur ex illatione cadaueris, ſecus vero de Iure Canonico, & num. 39.*
40 *Fundator beneficij cum conſenſu ordinarij, nihil poteſt alterare, nec mutare poſt factã fundationẽ, ſecus autẽ ſi d. auctoritas deficiat. & n. 41.*
42 *Cappellaniã fundans, an poſſit adiicere conditionẽ, ne ordinarius ſe intromittat, aliàs reuocetur fundatio, & reſoluitur, quod nõ quãdo eſt beneficiũ Eccleſiaſt. & n. 43. aliàs ſecus n. 44.*
45 *Moderator, & arbiter, quilibet eſt in rebus propriis.*
45 *Rationem reddere, an teneantur Epiſcopo adminiſtratores piorum locorum ibidem.*
46 *Menchachæ doctrina, diſtinctione declaratur, & ſuſtinetur.*
47 *Fundator poteſt in fundatione beneficij, de Epiſc. conſenſu apponere legem, quòd in prouiſione, nec priuatione, Epiſ. ſe intromittere nõ valeat.*
48 *Epiſcopus in Iure quærendo, non nocet dignitate Epiſcopali, ex ſuo conſenſu.*
49 *Fundator poteſt appellare à denegatione conſenſus Epiſcopi, in legibus per fundatorem, in beneficij fundatione apponendis.*
50 *Cappellania in dubio præſumitur auctoritate Epiſcopi fundata, niſi quaſi poſſeſſio ſit in contrarium. & n. 51.*
52 *Iuspatronatus, an ſit fundatum ex bonis laicalibus, vel potius Eccleſiaſticis, colligitur ex quaſi poſſeſſione.*
53 *Antecedens vult, qui & conſequens.*
54 *Poſſeſſionis traditio, facta ab habente poteſtatem conferendi, habet vim collationis.*
55 *Conſenſus patroni ſubſequutus, habet vim præſentationis.*
56 *Conſenſus vbi requiritur, ſufficit regulariter, ſi poſtea ſequatur.*
57 *Qualitas extrinſeca non præſumitur.*
58 *Cappellania, an poſsit fieri collatiua, ad inſtantiam vnius patroni alio contradicente, & quid in hoc Rota iudicauit.*
59 *Fundatoris voluntati conſonat, quòd Cappellania ſit collatiua, quandiu de contrario expreſſe non conſtat, maximè ſi bona diſſipantur, & num 60.*
61 *Cappellaniæ, Cappellæ, altaria, oratoria, anniuerſaria, & ſimilia pari paſſu ambulant.*
62 *Cappella dicitur, quælibet Eccleſia, etiam parrochialis de per ſe conſiſtens, dummodo collegiata non ſit.*
63 *Cappellania ſolet dici illa, quæ non eſt per ſe, ſed intra aliam Eccleſiam fundata.*
64 *Adminiſtratio perpetua locorum piorum, non dicitur beneficium, nec cadit ſub regula noſtra; quamuis ſit Eccleſiaſtica. & n. 66.*

Admi-

65 *Administratio non venit sub regula de exprimendo valore.*

67 *Administratio Ecclesiastica, & pensio, à pari procedunt.*

68 *Cappellania, altare, oratorium, vel administratio, si sunt erecta præuia auctoritate ordinaria, dicuntur beneficia Ecclesiastica, & in illis intrat reseruatio regulæ nostræ, nisi sint de Iurepatronatus laicali, vel mixto. & n. 69.*

70 *Cappellam, vel altare intra Ecclesiam ædificans, an ad dotationem teneatur.*

70 *Cappella vnde dicatur.*

71 *Cappellanus infirmus, an teneatur per alios facere celebrari missas, quas ipse ratione infirmitatis non valet.*

72 *Cappellanus, an debeat esse sacerdos, quando fundator disposuit, quòd Cappellanus prouidẽdus, debeat certas missas celebrare. & n. 73. citantur partem affirmatiuam tenentes.*

74 *Cappellania, non dicitur sacerdotalis, quamuis Cappellanus teneatur celebrare certas missas.*

75 *Cappellaniæ fundator mandans, quòd Cappellanus celebret certas missas, nõ excludit, quòd per substitutum celebrare nõ possit. & n. 76. & 77*

78 *Verba fundationis continentia, quòd Cappellanus celebret missas, potius denotant obligationem, & onus, quam factum ipsum, ab ipsomet Cappellano gerendum.*

79 *Onus celebrationis per ipsummet Cappellanum, quando impositum non est expressè, per substitutum exerceri potest.*

80 *Residentiam non requirunt simplicia beneficia, ex vniuersali totius orbis consuetudine.*

81 *Testator semper censetur se velle conformare, cum iuris communis dispositione.*

82 *Cappellania, nec simplex beneficium de Iure communi, non præsumitur sacerdotale.*

83 *Sacra Cong. Conc. Triden. declarauit, non esse necessarium præsentare Præsbyterum ad talem Cappellaniam, & n. 84. tenor declarationis, & n. 85. adducitur quædã resolutio Rotal.*

86 *Præsbyteri nomen, lato modo conuenit alijs Clericis, non Sacerdotibus.*

87 *Obseruantia est optima interpres voluntatis fundatoris.*

88 *Cappellania, non dicitur Sacerdotalis, quamuis fundator dixerit, quòd Cappellanus debeat celebrare diuina officia, diu, noctuque.*

89 *Cappellania, non requirit residentiam personalem, sed potest deseruiri per substitutum.*

90 *Cappellania, non requirit ordinem sacrum regulariter, & n. 91. agitur de declar. Sacræ Cong.*

92 *Aetas 14. annorum sufficit, ad obtinen. Canonicatum in Collegiata.*

93 *Aetas 14. annor. sufficit, ad obtinen. dimidiam portionem in Cathedrali.*

94 *Aetas 14. annor. immò septem sufficiebat, ante Concilium, ad Canonicatus, & dimidias portiones in Cathedrali.*

95 *Concil. Triden. disposuit, quòd nullus ante 14. annos obtineret beneficium, &c.*

96 *Concil. Triden. nihil innouauit, quoad Canonicatus in Collegiata, nec dimidias portiones in Cathedrali.*

97 *Portionum appellatione, non veniunt dimidiæ portiones, maximè in materia correctoria.*

98 *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, vt possit obtinere Canonicatum in Collegiata.*

99 *Episcopus potest cum illegitimo dispensare, vt possit obtinere dimidiam portionem in Cathed.*

100 *Cappellania, in nonnullis casibus requirit residentiam personalem, & Sacerdotium, veluti ex fundatione expressa. & n. 101.*

102 *Fundator potest in fundatione facere Cappellaniam Sacerdotalem.*

103 *Fundator beneficij potest apponere in fundatione quascunq; iustas conditiones voluerit.*

103 *Fundator potest inducere vacationem, ipso Iure, vbi de Iure communi non sit.*

103 *Consuetudo, an valeat, quòd possit per substitutum deseruiri, quando testator elegit industriam personæ.*

104 *Cappellania, quando est Sacerdotalis ex fundatione, adhuc sufficit esse in ea ætate, vt saltim intra annum possit promoueri, nisi in fundatione requiratur, quòd sit de illo tempore actualiter Præsbyter. & n. 105. & ibi dicitur de Dominis Rotæ auditoribus.*

106 *Cappellania requirens Sacerdotalem ordinem actualiter, potest obtineri a Sede Apostolicæ per habentem ætatem, vt infra annum promoueatur, ratione clausulæ,* nõ obstãtibus. &c.

107 *Cappellania non Sacerdotalis, potest ex consuetudine esse Sacerdotalis, & è conuerso.*

108 *Cappellaniæ consistentes in Cathedralibus, quarum redditus principaliter in distributionibus consistunt, personalem residentiam requirunt.*

109 *Filius legitimus ex patre spurio, an dicatur de genere, vel familia, ad obtinen. Cappellaniam debitam, illis, qui sunt de genere, vel familia. & n. 120. & 121. vbi adducũtur Rotæ decis.*

110 *Spurius non dicitur de familia, nec eius filius legitimus. n. 111. & 112. & 114. & 125.*

113 *Radice exinfecta, fructus non producuntur.*

115 *Filius legitimus ex patre spurio, est Idoneus ad quæcunq; beneficia, & honores. Ac potest heres instituí ab auo, & alijs quibuscũq; & n. 116*

117 *Filius masculus ex fœmina, quando admittatur ad Maioratum, licet fœminæ sint exclusæ.*

118 *Filius legitimus ex patre spurio, succedit in Iurepatronatus.*

119 *Filius legitimus ex matre spuria, legitimata à Principe, an succedat in Cappellania debita vni de familia, vel sanguine.*

122 *Filium quemlibet non esse legitimum, non est de Iure naturali, de quo omnes sunt æquales.*

123 *Voluntas testatoris attendi debet super eo, an spurius, vel legitimus natus ex eo, admittatur ad anniuersarium, vel dotem, aut sumptus studiorum. & num. 124.*

126 *Naturalis affectio bene cadit in consanguineis spurijs, necnon impedimentum matrimonij.*
127 *Naturali ex affectione, potius præsumitur vocatio à fundatore, quam ob aliam causam.*

Omnia Beneficia Ecclesiastica.

Glossa Quinta.

1 REGVLA nostra reseruat omnia beneficia Ecclesiastica, † vacantia in octo mensibus in ea contentis. Quid autem sit beneficium † Ecclesiasticũ? 2 (quia pro istius materiæ intelligentia sciri oportet.) Selua in tractatu de beneficio, in principio, refert plures diffinitiones, quarum vulgaris est assignata per textum in cap. 1. in quibus causis feudum amittatur, in vsibus fœudorum, nempè, 3 quòd beneficium nihil aliud est, † quam beneuola actio, gaudium tribuens capienti: & tandem illa, quæ ipsi magis placet, & cum qua remanet, est ista, beneficium Ecclesiasticum est beneuola actio proueniens ex prouentibus Ecclesiasticis, & Deo dedicatis, per habentem potestatem, & auctoritatem, & gaudium tribuens capienti. Nec non Rebuf. in praxi, circa principium, titulo quid sit, & quot modis dicatur beneficium. num. 2. dicit, quòd beneficium est, gra- 4 tia concessa † præter ius, & tandem se remittit ad Ioan. Seluam, vbi supra.

Nouissime Gregorius Tholosanus, in suo breui tractatu de beneficijs. cap. 6. num. 5. & in lib. 17. Syntag. cap. 2. alio modo diffinit, scilicet, quòd beneficium sit, † portio Iurium Ecclesiasticorum 5 distincta, & spirituali muneri coniuncta, certis ædibus sacris in hoc assignata, vt perpetuo per Prælatum, ad vitam vtendo Clerico legitimè assignetur.

Beneficiũ Ecclesiasticum continere sex requisita sub stantialia.

Ad hoc vt sit aliquod beneficium Ecclesiasticum, debent insimul 6 sex † requisita concurrere, quæ tradit Abbas cons. 47. *Illud de Iure*, num. 1. p. 2. Decius in rubrica de rescriptis. num. 3. vers. *& ibi concludit*. Gigans de pensionibus. q. 86. num. 7. & 8. & alij infra citandi.

7 Quorum primum est, quòd sit fundatum Episcopi auctoritate † interueniente, gloss. verbo, *si beneficiorum*, in fine in Clem. 2. de decimis, & ibi communiter omnes, Abbas in cap. significatum. nu. 5. in fine. de præbend. Felinus in cap. ex parte. il 2. num. 2. de rescriptis, Decius cons. 210. *viso puncto*. nu. 4. Guido Papa decision. 187. num. 1. Ripa in cap. decernimus. n. 69. vers. *in isto puncto*. de iudicijs. Bertrand. cons. 379. nu. 1. lib. 6. Rebuf. in praxi. titulo quare instituta sint beneficia. nu. 10. Gomezius in regula de annali. q. 20. Spinus de testamentis. gl. 4. principali. num. 36. Lambertin. de Iurepatron. lib. 1. q. 9. art. 3. num. 1. & per totum. Rot. decis. 509. num. 1. p. 1. diuersor. Cęsar de Grassis decis. 13. nu. 9. de præbend. Ratio est, quia nullus priuatus sine Episcopi auctoritate, potest locum sacrum, vel rem spiritualem constituere. c. ad hæc de religiosis domibus. Guido Papa d. decis. 187. num. 1.

Secundum requisitum est, quòd habeat 8 quid spiritualitatis † annexum, nam propter diuinum officium datur beneficium. cap. fin. de rescriptis. in 6. Abbas. d. cons. 47. nu. 1. vers. *Tertium consideratur*, Ancharan. in regula. beneficium num. 4. de reg. Iuris in 6. Barbatia in c. in nostra. n. 74. de rescriptis, Rebuf. in tract. de pacif. possess. num. 287. vers. *tertio cognoscitur*, Lambertin. de Iurepatron. lib. 1. quæst. 9. art. 3. sub num. 3. vers. *tertio requiritur*.

Tertium requisitum est, quòd sit conferendum Clerico, † non laico. cap. cum adeo 9 de rescriptis. c. ex litteris de transaction. c. 2. de institutionibus, Ancharan. Abbas, & reliqui, vbi supra, Selua de beneficio, in principio. num. 2. & dixi plenè supra in gl. 2. ex n. 60. vsque ad finem.

Quartum requisitum est, quòd conferri 10 non possit, nisi ab Ecclesiastica † persona, Episcopo, vel Prelato, non vero à laico. c. si quis deinceps. c. si quis nullus. 16. q. 7. & ibi glos. in summa, Anchar. in d. reg. beneficium, sub num. 3. Abbas num. 1. in d. cons. 47. num. 1. Lambertin. d art. 3. num. 10. post principium, Rebuf. de pacif. possess. d. n. 287. in principio.

Quintum requisitum est, quòd sit perpe- 11 tuum, † hoc est, quòd non conferatur ad certum tempus, sed perpetuo, & ad vitam eius, cui confertur, hoc enim proprium beneficiorum est. cap. sanctorum. 70. distinct. c. penult. de Clerico ægrotante. cap. si gratiose. de rescript. lib. 6. Milius in repertorio. verb. *beneficium*. num. 24. Gigans d. quæst. 86. vers. *quintum requisitum*, Rebuf. cum alijs, vbi supra. vers. *quinto dignoscitur*, Acchil. decis. 1. n. 4. de officio Vicarij.

12 Nam, sicut matrimonium carnale † est perpetuum (est enim, viri, & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitę consuetudinem

conti-

continens. §. 1. Institut. de patria potestate) sic, & hoc matrimonium, quod contrahitur,
13 †inter beneficiatum, & Ecclesiam. cap. inter. de translatione Episcopi. Rebuffus in praxi. titulo requisita ad bonam collationem. n. 13.

Sextum requisitum est, qnòd conferens, nõ
14 possit sibi illud conferre, † nec retinere. c. finali, de institutionibus. cap. relatum de præbend. & ibi notatur.

Nec non, quòd pure, & sine aliqua extrin-
15 seca † conditione debeat illud alteri conferre. cap. si quis dator, & sequenti cap. si quis obiecerit. 1. quæst. 3. cap. ex parte 1. de officio delegati. cap. 2. de electione. lib. 6. Ancharan. in dicta regula beneficium. num. 3. Abbas d. cons. 47. nu. 1. vers. *quartum consideratur*. Gigans d. q. 86. nu. 9. Rebuf. vbi supra. Selua de beneficio in principio. num. 5.

16 Prædicta namque requisita sunt substantialia, † in beneficio Ecclesiastico, vt post Calderinum, & alios tradit Felinus in c. in nostra. num 9. in principio, de rescriptis. Lambertinus de Iurepatronatus, d. quæst. 9. art. 3 num. 10. Rebuffus vbi supra d. n. 287. Rota decis. 508. n. 3. & 4. p. 1. diuers. & latissime fuit dictum, in vna Vlisbonen. administrationis Cappellæ 16. Ianuarij 1591. coram doctissimo. R. P. D. meo Pegna, & in alia Hispalen. heremitorij 4. Decembris 1596. coram Sapientissimo R. P. D. meo Pamphilio.

Neque est curandum, quo nomine bene-
17 ficium nuncupetur, † vtrum beneficium, præstimonium, Cappellania, officium, portio, siue pensio, vel alio nomine vocetur; quia numquam dicitur beneficium Ecclesiasticũ, si prædictæ qualitates non concurrant, ex quo non est vis in nomine, sed potius attendi
18 debet natura rei, † quam simplex nominatio, vt argumento l. si vno ff. locati, & cap. ea quę. de simon. tradit Abbas. cons. 47. num. 2. Selua de beneficio in principio. nu. 6. Felin. in d. cap. in nostra. num. 9. vers. *ac quartum*. de rescriptis, & fuit dictum in dictis decisionibus Vlisbonen. & Hispalen.

19 Reseruationis autem diffinitio † est, alicuius beneficij Ecclesiastici vacaturi, per habentem potestatem ad se facta auocatio, vt docet Aeneas de Falconibus in tract. de reseruationibus. q. 1. principali. numero 1. & per totam, vbi singula diffinitionis verba bene declarat, & latius in regula 31. verbo *reseruauit*. dicemus.

20 Ex quibus infertur, quòd Cappellanię, quæ sępe fundari † solent, maximè in Hispania, absq: aliqua Episcopi, vel alterius superioris auctoritate, vt in illis succedant clerici de parentela, vel alij, quos apposuerint Patroni laici desuper nominati, vel aliter vocati sint, quòd quamuis talis Cappellania debeat esse perpetua, vsque ad obitum Cappellani, & habeat cætera requisita, præter auctoritatem, & institutionẽ, seu prouisionem ordinarij, nihilominus, non erit beneficium Ecclesiasticum, ex quo primum, & quartum requisitum deficiunt, vt benè tradit Guidopapa. q. 187. num. 1. cum sequentibus, post glossam, à contrario sensu inductã. in d. Clem. 2. verbo. *beneficiorum*. de decimis, Decius cons. 135. num. 1. & 210. nu. 4. Felin. num. 2. Decius eodem numero 2. in fine. in c. ex parte il 2. de rescriptis. Spinus de testamentis glossa 4. principali. numero 42. Auendanus in suo dictionario, verbo, *beneficio*, & de exeq. mandat. 2. parte. capit. 14. numero 3. vers. *item alij*. Salazar de vsu, & consuetudine. cap. 12. num. 46. Emanuel Rodriguez in sua summa. cap. 42. parte 2. Salcedus in additione ad praxim Bernardi, cap. 18. num. 9. Nauarrus cons. 5. de prębendis, incipit *quidam*. & cons. 7. eodem titulo incipit *de Cappellania*. Aluarus Velascus consultatione Lusitana 6. num. 12. Gregorius Tholosan. in institutionibus rei benificiariæ. cap. 12. num. 10. Parisius cons. 34. *circa resolutionem*. n. 9. cum sequentibus. lib. 4.

21 Quòd etiã procedit, quãuis fundator † esset Episcopus, & in forma communi, tamquã laicus, de bonis proprijs talẽ Cappellaniam fundaret, non vero Episcopali authoritate. Nauarrus cons. 7. num. 1. & 2, incipit, *de Cappellania*, de prębendis.

Et consequenter, cum huiusmodi Cappellaniæ, non sint beneficia Ecclesiastica, de quibus loquitur regula nostra, licet aliàs essent fundatæ, de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis,
22 tamen nullatenus comprehenduntur, † sub illius reseruatione, quia, nec ab Episcopo, neque à Papa possunt conferri. Curtius Iunior cons. 20. *præsupponitur*. num. 1. & 2. parte. 1. Rebuf. de pacif. possess. dicto numero 287 ad finem, vers. *Et ideo Cappellania fundata per laicos*.

Et quia, in huiusmodi Cappellanijs, non
23 conueniunt † verba diffinitionis reseruationis, quę vt nuper dixi, solum adaptatur ad beneficium Ecclesiasticum.

24 Vbi enim verba legis non cõueniunt, † neque eius dispositio locũ habet. l. 4. §. toties. ff. de damn. infecto. cap. indemnitatibus. §. penult de election. lib. 6. Caputaq. decis. 28. nu. 3. par. 3.

Sicut etiam, pactum factũ ratione talis Cap-
25 pellanię, † sine Papæ auctoritate, non erit simoniacum, ex quo non est quid spirituale, cum beneficium Ecclesiasticum non sit, nec quid spirituale auctoritate Episcopi erectũ. Rota decis. 365. num. 2. par. 2. diuersor. Caputaquen. decis. 356. par. 2. & ita sæpe consului

sului, & præsertim in vna Calaguritan.Cappellaniæ de Grabalos, in qua fuerunt pronunciatę tres sententiæ conformes, ad fauorem cuiusdam Michaelis Ximenez, pro quo ego scripsi, qui accusabatur de simonia,ratione cuiusdam pacti, & concordiæ,propria, & non superioris auctoritate præcedente, in simili Cappellania initę, ac effectuatæ:& fuit absolutus ab omni crimine, & labe simoniæ, per dictas tres sententias conformes, secundum meum consilium prolatas, & vide infra in §.1.de prębend.num. 28.& 29.

Itē talis Cappellania posset obtineri a laico, vel fœmina, † nisi voluntas fundatoris 26 contrarium declararet.Aluarus Velascus,dicta consultatione 60.nu. 13.Rota decis. 264. num. 1. & decis.sequenti. par. 2. diuersor.& decis.182.numer. 2.par.1.diuersorum,& faciunt, quæ dicam in §. 1. huius glossæ, de præben. à num.25.

Sic etiam, non requiritur ætas 14. annor. 27 requisita ad obtinen. † beneficium Ecclesiasticum, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij,& refert Rota.decis. 482.in fin.par. 1.diuers.

Pariter quoque potest laicus patronus il- 28 lam conferre, † si testatoris voluntas, ita voluerit. Guido Papa. d,quæst.187. numero 2.vel quilibet alius hęres ipsius fundatoris, sine aliquo Episcopi consensu. Gregor.Tholosan.d.cap. 11. num.10.ad finem,vers.*si vero tales Cappellaniæ.*

Extat etiam super hoc huiusmodi Concil. 29 Triden.declaratio,† *fuit etiam dubitatum, quid Iuris de illis, qui nullum certum habent beneficium; sed solum iure legati relictum fuit à quibusdam, vt certæ in hebdomada missæ celebrentur,& eorum hæredes faciant electionem Sacerdotum, qui huiusmodi legato satisfiant? responsum fuit à Congregatione prædicta, satis esse, si prædicti hæredes eligerent Sacerdotem aliquem, ex approbatis ab ordinario.*

Quo fit, vt ratione talis Cappellanię,non 30 teneatur quis ad recitationem†Canonici officij Instructorium conscientię. 2. par. c. 93. Spinus de testamentis. dicta glossa 4. principali.n.42. vers.*quo fit*, post Nauarrum, quem allegat.

Prout,neque ad titulum illius, tamquam ad titulum beneficij,potest quis ad sacros or- 31 dines promoueri, † Salcedus in praxi Bernardi Diaz.cap. 18.num.9. Spinus vbi supra. vers. *neque ad titulum.*

Hinc etiam Cappellaniæ Sancti Iacobi, 32 † Hispanorum de Vrbe, vbi recipiuntur per administratores illius Ecclesiæ Cappellani, absque aliquo titulo,non possunt dici beneficia Ecclesiastica, nec cadunt sub reseruatione.

Sequitur etiam, quòd licet in beneficijs, 33 non admittatur successio. † cap. 1. de præbendis.Concil. Triden. sess. 25. de reformatione.cap.7. Ita vt,neque filius legitimus admitti possit ad beneficium per patrem possessum cap. ad extirpandas,de filijs præsbyterorum. Abbas in d. cap. 1. num. 5. Rebuffus in praxi tit. de dispensatione super defectu natalium. num.19.Acchil.decis. 1. num.1. & per totam de filijs præsbyterorum.Puteus decis. 225. in vna Calciaten. Canonicatus. lib. 3.dicentes procedere in beneficijs immediatè possessis,secus si per 30.annos mediate alius possederit, vel quando beneficij natura est mutata,veluti si tale beneficium, tūc erat portio,& nunc sit Canonicatus,vt Acchilles, & Puteus vbi supra declarant, & vide infra §.5.huius glossę.n.22.

In Capellanijs tamen,de quibus agitur in- 34 distinctè hoc locum non habet, † cum beneficia Ecclesiastica non sint. Vnde in Cappellaniarum quarumcumq.successione,quando vocātur Clerici cōsanguinei, seu de familia, in causis Hispanię,dubia orta diffiniri debēt per leges, & iura,de maioricatibus loquentia. Antonius Gomezius in l.4. Tauri num. 65.in fine. Padilla,in rubrica. C.de fideicommissis num. 8. Molina de primogenijs. lib.1. cap. 7. num.10.Ioannes Gutierrez. qq. practic. cap.8.nu.9. lib. 2. Velazquez de Auendaño in l. 40.Tauri. gl. 2. num. 66. Mieres. de Maioratu in principio.num.7. Spinus in speculo testamentorum. gl.de maioricatu. n. 57. Rota decis. 100. sub num. 6. vers. *secundo non obstat*,par. 2. diuersor. vide in §. 4. huius glossę. num,6.cum sequentibus.

Prout neque Episcopus habet, in talibus Cappellanijs ius instituendi, seu destituendi, 35 nec visitandi,† nec aliud ius diœcesanum, vt plenè consuluit Parisius. consil. 34. numero 9. & 11. cum sequentibus,& nu.27.28.31.33. 40.& 41.lib.4.vbi plura cumulat.

Facit in simili, quòd quamuis sepulchrum auctoritate Episcopi fundatum,vendi,seu pignorari non possit, † neque etiam ius sepel- 36 liendi.tex. in cap. postquam. 13.q.2. lex.1.titulo 13. Partita prima, vbi notat Gregorius Lopez in verbo *vendere*: tamen, si sepulchrū, seu monumentum est factū, non interueniente Episcopi auctoritate† potest vendi,& alie- 37 nari, quamuis in illo sit aliquis sepultus, vt tradit Felinus in c. quanto. num. 4.de Iudicijs.Greg.Lopez vbi supra, & Molina,statim citandus. Parisius.d.cons. 34.num.14.& 15.lib.4.

Neque obstat dicere, quòd eo ipso, quòd inferatur mortuus in sepulchrum, efficieba- 38 tur locus † Religiosus.l.2. cum similibus. C. de religios. & quòd locus religiosus, non potest vendi,nec alienari. l. si in emptione. 34. §. omnium. ff. de contrahe. emptio. lege 1. §.eam, & ibi glossa. verbo, *non potest*. ff. quæ

res

res pign. oblig. non possunt.

Quia hoc procedit de iure ciuili, hodie au
39 tem de iure Canonico, † quod est obseruandum, secus est, cum nullus locus, nisi præuia Episcopi licentia religiosus efficiatur. c. ad hęc de religios. domibus. Decius. in d. c. quanto. num. 5. de Iudicijs, tradit latè Molin. de Hispanorum Primogen. lib. 1. cap. 24. num. 38. 39. & 40. Parisius in d. consil. 34. nu. 15. libro 4.

Huc pertinet, quòd fundator beneficij cũ consensu ordinarij, licet non possit postea ali
40 quid mutare, nec alterare, †sine ipsius ordinarij consensu. Milius in repertorio, vers. *patronus in fundatione*. Rocchus de Curte. de iurepatronat, verbo, *pro eo, quod de diœcesani*. num. 31. & sequenti. quæst. 13. Lambertin. lib. 1. p. 1. quæst. 9. principali, in principio. nu. 49. & 50. Caputaq. decis. 290. num. 4. & per totam, p. 2.

In cappellanijs autẽ, de quibus agitur, se-
41 cus erit, † cum beneficia Ecclesiastica non sint, nec Episcopus se intromittere possit. Rebuffus de pacif. possess. num. 287. in fine, cum alijs, supra allegatis. Parisius in allegato consil. 34. num. 12. lib. 4. vbi plura adducit.

Quibus accedit, quòd quamuis fundãs Cappellaniam, nequeat in ilius
42 fundatione adijcere grauamen, † quòd Episcopus, nec alius superior, non se intromittant, in prouisione, vel dispositione, alias ex nunc, pro ex tunc cassat, reuocat, & annullat dictam fundationem, & tamquam pro non facta, & constituta haberi vult, & omnes illius fructus, & redditus conuerti in aliud opus pium, &c. Nam talis conditio est contra naturam substantialem beneficij, & nemo
43 potest † facere, quin iura desuper constituta, in sua fundatione locum non habeant, vt in terminis tradunt Rota decis. 10. nu. 1. & per totam, de testamentis in antiquis. Felinus in cap. cum venerabilis. num. 32. de exceptionibus. Lambertin. de Iurepatronatus. lib. 1. p. 1. q. 9. principali in principio. n. 40. vers. *amplia*. Couarru. in quarto. 2. p. c. 3. §. 1. nu. 20. & in cap. tua nobis. num. 8. de testamentis, Gutierrez in l. nemo potest a num. 449. cum duobus sequentibus, post alios multos. ff. de legat. 1.

44 Cæterum in Cappellanijs, † de quibus agitur, quæ sine Episcopi, vel alterius superioris auctoritatem habentis, licentia fundatur, nec beneficij nomen habere merentur, contrarium dicẽdum erit, cum in hoc casu nulla lege, nec ratione talis conditio prohibeatur, & prorsus cessat ratio superius assignata: ac propterea testatoris voluntas erit in hoc seruanda, sicut in alia qualibet dispositione, cum in bonis proprijs,
45 † quilibet sit moderator, & arbiter, vt vulgata concernunt iura: sicque vidi plures, & plures fundationes similium Cappellaniarum, talia grauamina, & similes clausulas continentes, & esse validas, in hoc casu sæpe consultus respondi; ac in terminis ita distinguit, & declarat Spinus, de testamentis glossa 4. principali. num. 39. iuncto num. 42. vers. *ex quo deducitur posse testatorem*, quòd etiam expresse approbari videtur à Concil. Triden. sess. 22. cap. 9. de reformatione, ibi, *nisi secus forte institutione, vel ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expresse cautum esset*, vbi disponitur, quòd administratores rerum Ecclesię; & piorum locorum teneantur ordinario rationem adducere, nisi contrarium esset in fundatione dispositum, prout etiam Sacra Conc. Triden. Congreg. declarauit.

Vnde quatenus Menchaca de succes. creatione. §. 7. nu. 15. & 17. tenet esse validam,
46 & seruandam † dictam conditionem, in limine Cappellaniæ appositam, & ideo reprobetur à Io. Gutierrez, vbi supra num. 451. Tamen, vt eiusdem Menchacæ opinio saluetur, est intelligenda, in secundo casu, quando in fundatione nulla interuenerit auctoritas Episcopi, & Cappellania non est re vera beneficium Ecclesiasticum.

Vel, quando licet Episcopi auctoritas interueniat, ipsemet Episcopus in ipsa funda-
47 tione † consensit præfatis grauamini, & conditioni, nam tunc teneret, & valeret talis dispositio, ac esset seruanda: quia quamuis Episcopus post conditum testamentum, seu dispositionem, non posset consentire in præiudicium iuris quæsiti dignitati Episcopalis,
48 potuit tamen in iure quærendo, † valide consentire, vt docuit Rocchus de Curté de Iurepatronatus. verbo, *pro eo quod de diœcesani* quæst. 12. num. 26. ad medium, allegans Abbatem in cap. cum dilectus, in 5. notabili, de consuetudine Felinus in d. cap. cum venerabilis. num. 33. in fine, de exceptionibus. Lambertin. in loco statim citando. Io. Gutierrez vbi supra. d. num. 451. Et hoc etiam insinuare videtur Concilium Tridentinum. d. cap. 9. Nam cum Ecclesię, nec loca pia fundari nequeant, sine consensu ordinarij, vt supra dixi, presupponendo validam fundationem disponit, quòd clausula, & conditio expresse apposita, quòd ordinarius non se intromittat, est seruanda.

Immo firmat Lambertin. de iurepatron. lib. 1. par. 1. quæst. 1. principali. art. 1. num. 83. & 86. & par. 2. quæst. 1. art. 20. sub num. 5. ante finem, vers. *adduco vigesimo tertio*, quòd si Episcopus nolit consentire fundationi Cappellaniæ, in qua dicatur, quòd ipse Episcopus nequeat se intromittere in institutione, seu prouisione; sed quòd vadat de sacerdote

in

in sacerdotem, absque institutione, seu con-
49 firmatione Episcopi, quòd poterit adiri supe
rior, vt vel consentiat, vel Episcopum consen
tire compellat, & ita in facto se consuluisse
scribit.

Declara tamen omnia supradicta, circa istam materiam huiusmodi Cappellaniarum, quòd in dubio præsumen-
50 dum † erit interuenisse diœcesani consensum, in tali fundatione, vt potius beneficium Ecclesiasticum censeatur. Rebuff. in praxi. tit. quid sit, & quot modis dicatur beneficium. num. 8. ad finem. Acebedus in l. 11. titulo 6. lib. 5. recopilationis. Cæsar de Grassis decis. 13. num. 9. de prębendis. Rot. decis. 508. n. 7. parte 1. diuers.

Hoc tamen intelligendum arbitror, quando ordinarius esset in quasi possessione confe
51 rẽdi, † vel ad alterius prębentationẽ instituendi, Nam tunc ratione quasi possessionis præsumetur beneficium Ecclesiasticum, cum debita solemnitate creatum, sicut dicimus de iurepatronatus: Quod ad cognoscendum, si sit fundatum ex bonis Ecclesiasticis, vel secularibus, & si sit Ecclesiasticum, vel seculare, est inspiciẽdum, an laicus sit in quasi pos-
52 sione præsentandi, † & tunc prębumatur laicale; si vero Ecclesia, vel persona Ecclesiastica, tanquam Ecclesiastica, sit in quasi possesione prębentandi, tunc iudicabitur Ecclesiasticum. Puteus decis. 282. lib. 2. & decis. 90. lib. 3. Crescentius. decis. 9. de iurepatronatus. Moheda. decis. 9. eod. tit. Achilles decisione 1. de Iurepatronatus. Mascardus, de probation. conclus. 860. numer. 12. & vide plura, quæ in simili adduxi in glossa 45. §. secundo.

Vel saltem, quando constaret de aliqua collatione, vel institutione facta ab ordinario de tali Cappellania debitum effectum sortita, quia tali casu per necessarium ante-
53 cedens † censebitur approbare fundationem, & præuiam auctoritatem interponere, ad similitudinem traditionis possessionis de beneficio factæ, ab habente potestatem conferen-
54 di, nam sola immissio in possessionem † continet in se per antecedens necessarium, canonicam collationem. Rota decis. 16. num. 1. & per totam de concess. prębend. in nouis. Selua de beneficio. 3. p. q. 10. per totam. Couarru. lib. 3. variarum. cap. 16. sub num. 10. Puteus decis. 120. & 125. lib. 3. Achil. decis. 4. de prębendis. Rebuff. de pacific. possessoribus, nu. 12. vsque ad nu. 18. Rota decis. 987. lib. 3. p. 3. diuerso. & dicam in glo. 14. nu. 45. 46. & 47.

Et consensus patroni subsequutus habet
55 vim † prębentationis. Crescentius decis. 2. de iurepatronatus. Rota decis. 43 †. n. 4. parte 1. diuersorum. Nam regulariter, quotiescunque
56 riquiritur consensus, sufficit si postea † superueniat. c. cura. c. suggestum. de iurepatronatus. l. cum vir prędium. ff. de vsu fructu. Bar. & Ias. latè in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hęredita. Rot. decis. 3. in fine. de confess. in nouis. Puteus. decis. 268. nu. 2. lib. 3. & plenè, annuente Deo, dicam in glos. 47. super verbo *consensu*.

Secus tamen erit, quando, neque constat de quasi possessione ordinarii, nec de aliquo actu collationis, vel institutionis effectũ habentis, nec minus de tali consensu de tempo-
57 re fundationis. Nam tunc, † cum sit qualitas extrinseca non pręsumitur. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satis dare cogantur. Ias. cons. 1. numero. 121. lib. 1. latè Mascardus. de probation. conclus. 1254. ex num. 1.

Quibus addo decisionem Rotę 1122. lib. 3. parte 3. diuerso. incipit *Ferdinandus*. vbi stante fundatione Cappella-
58 nię † facta per testatorẽ de suis bonis, in qua disposuit, quòd celebrarentur omni hebdomada quatuor missę, & relictis tribus patronis, simpliciter ordinauit, quòd Cappellani apponerentur per patronos, & quòd vnus ex patronis pręsentauit coram ordinario Cappellanum, & ordinarius erexit ad titulum beneficii dictam Cappellaniam, & de illa fecit institutionem pręsentato: alter vero patronus fundatoris nepos contradixit, & impugnauit dictam prębentationem, erectionem, & institutionem, & ab omnibus appellauit, dicens, quòd erectio, & prouisio erant nullę, quia fuerat cotrauentum voluntati testatoris, quam ordinarius alterare non poterat, nec mutare, & fuit dubitatum, an erectio dictę Cappellanię esset rectè facta, & resolutũ pro maiori parte pluribus (cõtradicentibus) ad validitatem erectionis, ex eo quòd non erat talis erectio contra voluntatem testa-
59 toris, † quia non prohibuit talem erectionẽ, nec prouisionem, sed potius ad fauorem illius voluntatis, vt bona magis conseruarentur, & Cappellania perpetuaretur, prębertim, quia constabat, quòd bona dictæ Cappellanię dissipabantur per vniuersita-
60 tem † loci de Congosto, vnam ex patronis nominatam.

Denique idem, quod supra diximus de Cappellaniis, procedit, & locum habet in Cappellis, Altaribus, Oratorijs, & Anniuer-
61 sarijs, & alijs similibus, † quia non sunt beneficia Ecclesiastica, nec cadunt sub reseruatione nostrę regulę, ex quo non sunt Episcopi auctoritate fundata, nec habent alia signa denotantia beneficium Ecclesiasticum. Rebuffus in tracta. de nominationibus. quęst. 16. numer. 53. Federicus cons. 151. numero 3. Abbas in cap. finali. num. 4. vers. *sed quæro*

qua-

qualiter cognoscitur oratorium. de censibus. Decius cons. 148. num. 1. Gregor. Tholosan. in institutionibus rei benefic. cap. 11. num. 10. latè Mandos. in regula de annali. quæst. 17. n. 1. & per totum, præcipue num. finali, vbi plenè agit de singulis supradictis, & in quo differant.

Addo, quòd dicitur Cappella, quælibet Ec
62 clesia, † etiam Parrochialis de per se consistens, dummodo non fuerit collegiata. Abbas per illum tex. in c. nobis. de iurepatronatus sub num. 3. notabili secundo, & in cap. exposuisti. num. 6. de præbend. Doctores in rubrica de cappellis Monachorum, & sic ille titulus interpretatur, hoc est, de Ecclesijs Monachorum, etiam parrochialibus. Rebuff. super concordata, in forma mandati Apostolici,
63 super verbo, *Cappella.* vbi etiam dicit, quòd Cappella solet dici illa, †quę nō est per se, sed est intra Ecclesiam fundata, & constructa.

Pari quoque ratione, idem dicendum ve-
64 nit, in administratione † perpetua data per testatorē de aliquib' operibus pijs, vel alijs rebus concernentibus cultum diuinum, veluti in faciendo celebrari missas, & similia: quia nec ista talia comprehendūtur sub hac regula, sicut non comprehenduntur, sub regula de annali, vti non beneficia Ecclesiastica, vt tradit Gomezius in eadem regula de annali. quęst. 20. per totam, & vide, quæ dicam in §. 4. huius glossę. de hospitalibus ex n. 6. & n. 8. & in §. 1. de præbend. n. 26. cum sequentibus.

Sicut nec conueniunt sub regula de exprimendo valore, † vt fuit resolulum 16. Nouembris. 1571. in vna Visen. administrationis Cappellanię, coram Cotta, & in eadem causa, & coram eodem Iudice. 29. Nouembris. 1574. quæ sunt in impressis diuerso. decisio 182. parte prima, & decisio 264. ac 265. par. 2. diuerso. vbi etiam habetur, quòd laici, & fœminę sunt capaces harum administrationum, & quòd in illis non committitur simonia.

Quòd etiā procedit, quamuis talis admini
66 tio sit Ecclesiastica, † ex eo, quòd in fundatione caueatur, quòd non possit obtineri, nisi à persona Ecclesiastica, quia adhuc non dicetur Ecclesiasticum beneficium. Cæsar de Grassis decis. 3. num. 1. 4. 5. & 10. de præbendis, vbi num. 6. dicit, quòd talis administratio vacat per contractum matrimonij, post Abbatem ibi allegatum in cap. sanè num. 2. de clericis coniugatis, & decis. 1. num. 4. de exceptio. dicens, quòd, licet huiusmodi administratio sit laicalis, tamen si datur in titulum, non cadit in coniugatum, & vacat per contractum matrimonij, sicut in simili dici-
67 tur de pensione, † quæ regulariter cadit in laicum, si tamen sit data in titulum, vacat per contractum matrimonij.

Si vero dictæ Cappellaniæ, altaria, oratoria, vel administrationes essent erectę auctoritate Episcopi, & in titulos creatę, tunc enim
68 caderent sub reseruatione † nostræ regulæ, quia essent Ecclesiastica beneficia. gloss. in d. clem. finali, verbo *beneficiorum.* de decimis. Selua de beneficio. 1. p. quæst. 3. num. 29. Rebuffus in praxi titulo, seculare benef. quotuplex. num. 13. & 15. & de pacif. possessor. nu. 87. Gregor. Tholosanus d. cap. 11. num. 10. Salcedus in additione ad praxim. Bernardi. d. cap. 18. num. 9. Mandosius, & Spinus in locis supra citatis, Gomezius in regula de infirmis resignan. quęst. 23. Et hoc locum habet etiā si collator sit ex fundatione nominatus, in qua disponatur, quòd minime reseruatio locum habeat, vt supra. n. 42. & 43.

Quod intellige, nisi essent de iurepatrona-
69 tus † laicali, vel mixto, vt plenè dicam in glossa 18.

Et Cappellam ædificans, vel altare, intra
70 Ecclesiam, dotare eam non † tenetur, sed sufficit Ecclesiam esse dotatam, vt tradit Lambertin. de Iurepatronatus, lib. 1. parte 1. q. 3. art. 1. nu. 5. Rebuff. de pacif. posser. nu. 88. cum alijs, quos allegat, vbi nu. 86. dicit, quòd Cappella dicitur, quasi capiens laicos, vel populum, seu capiens laudem, vel à cappa Beati Martini, quæ alios capit, & cooperit.

An autem Cappellanus infirmus teneatur per alios celebrari facere, tempore infirmi-
71 tatis, †quando illius Cappellania habet onus celebrandi certas missas, vide latè Petrū Nauarrum in suo tracta. de restitutione. lib. 2. num. 210. etiam Marcum Anton. Genuensem in sua praxi Archiepiscopali. cap. 54. per totum, vbi concludunt, quòd regulariter sic, nisi paruitas temporis omissi, aut egestas aliud suadeat.

Illud etenim, antequam ab hac Cappel laniarum materia discedam, omittere nolui, videlicet, testator fundauit ex proprijs bonis, præuia licentia ordinarij, quamdam Cappellaniam, ac disposuit, quòd quotiescumq; vacaret, prouideretur Cappellanus, qui celebret, vel dicat, tot missas in qualibet hebdomada, dubitatur, an ipse Cap-
72 pellanus debeat esse Sacerdos, † vel saltem in tali ætate, quòd possit infra annum præsbyteratus ordinem recipere.

Sanè quamplures sunt, qui tenent talē de-
73 bere esse Sacerdotem, †qui per se ipsum possit dictas missas celebrare, nam qui Sacerdos non est, satisfacere non valet testatoris voluntati, & sic censetur exclusus, cum deficiat illa qualitas, & verba non conueniant, Quā sententiā adeo tenent, vt firment, quòd præsentādus debeat esse actualiter Sacerdos tēpore presentationis, nēpe Barbatia cons.

33.incipit, *scripsit p salmista.* num. 6. & 7. lib. 2. Rocchus de Curte. de iurepatron. verbo. *honorificum.*n.21. Decius cons.129. num. 5.Lambertin.de iure patronat. lib. 2. parte 1. quæst.7.principali.art. 27.n.1. & sequentibus. Ripa in l. ex facto.num. 31. ff. de vulgari,& ex Hispanis eam sequuntur Didacus Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinamenti. col. 246. vers. *notabile est etiam dubium*. Ioannes Gutierrez. cons. 1. numer.11. & per totum, vbi satis ad lõgum defendere conatur, & ite rum cons.2.per totum. Spinus in speculo testamentorum.gl.4.principali. num. 68.cum seqq.vbi ipse dicit,quòd sufficit,quòd possit saltem infra annum in sacerdotem ordinari, quamuis actualiter sacerdos non sit, & quòd ista opinio est tenenda, & non quòd debeat esse sacerdos tempore præsentationis, licet aliquando fuerit contraria opinio seruata, præfatam etiam opinionem, quòd talis Cappellania sit sacerdotalis,tenuit etiam Ro ta in vna Romana Cappellanię. 19. Martij. 1586.coram R.P.D. Pamphilio.

Cæterum contraria opinio, quòd talis Cappellania non sit Sacerdotalis,neq;requiratur, quòd præsentandus debeat esse tempore præsentationis Sa-
74 cerdos, † neque in ea ętate, vt infra annum possit ad Sacerdotium promoueri, verior est tenenda.

Ratio est,quia per prædicta verba, quòd prouideatur Cappellanus,qui celebret,vel di cat tot missas in qualibet hebdomada, vel
75 mense,non excludit fundator,†quòd eas non possit missas dicere,vel celebrare per alium substitutum,vt docuit Lapus allegat. 35. nu. 2. & allegatione. 117.*factum.* num.2. vbi dicit, quòd satisfit testatoris voluntati, si per
76 alium diuina † celebrentur:nec iure expressum reperitur, quòd hoc casu per se deser
77 uire debeat,& qui facit per alium,per se†ipsum facere videtur, regula,qui facit. de reg. iuris lib. 6. & Lapum sequitur Cardinalis in cap. de multa,prope finem. vers. *quæro si habens.* de præbend. & Felinus in cap.cum omnes,ante numer. 33. vers.*& hoc procedit etiam si ex ordinatione testatoris*,& Decius ibi,in secun da lectura,ante finem,vers.*sed quando non esset necessaria.* de constitutionibus. Ioan. Baptista Ferret.cons.112.*D.Caro.*in principio;li.1.Istã etiam sententiam amplexa est Rota,in dicta causa Romana Cappellaniæ. 23. Ianuarij 1589. coram eodem R.P.D.meo Pamphilio, recedendo a decisione facta in ipsa causa 19. Martij. 1586. fuit etiam resolutum in Rota, in vna Lucana Cappellaniæ 12. Decembris 1593. coram Gyptio, & in pluribus alijs,ac nouissime in Tiraſonen.Cappellę.9.Iunij.an. 1603. coram R.P.D. meo Sacrato.

Vbi etiam fuit adducta alia ratio,scilicet, quòd prædicta verba,*qui celebret tot missas* non
78 respiciunt factũ ipsũ † celebrationis ab ipsomet Cappellano,nec obligationẽ sacerdotij; potius sunt posita ad denotãdũ obligationẽ, & onus,quod ipse fundator Cappellæ imponebat, & sufficit, quòd onus expresse non sit,
79 ita impositum† Cappellano,quòd per alium expleri non possit,& ideo cum dicta Cappellania,quamuis auctoritate Episcopi sit fundata,sit beneficium simplex, in quo,ex generali totius orbis consuetudine, non requirit
80 residentiã,† vt post Cardinalem tradit Imola in c. fin.num. 9. Abbas num. 3. de Clericis non residentibus. Mandosius in regula prima Cancellariæ. quęst. 13. num. 7. & sequenti,in 2. editione. Menochius de arbitrarijs.casu 201. num. 75.

Ac dixit Sacra Congregatio Concilij per hæc verba. *Episcopus non potest cogere obtinentem beneficia simplicia,personale aliquod seruitium impendere, cum ex antiquissima totius Ecclesiæ consuetudine non teneatur.*Resultat sufficere, quòd seruiat, & missas dicat per substitutum.

Præsertim cum fundator, semper censeatur velle se conformare cum dispositione iu-
81 riu communis, † seu vniuersalis consuetudinis.l.2.ibi,*ad ius retulit.* C.de hered. instituen. l. cum quidam,§.quemadmodum.C.de verbor. signif. Bald. in l. precibus. num.44. C. de impuberum. Aimon.cons. 25. numer.15. Roias de successionibus. cap. 32. a numero vndecimo cum sequentibus. Gutierrez consil. 18. numero 7. Mohedan. decis. 18. de cauſ.possess. Cæs. de Grassis. decis. 1. num. 3. & decis. 2.num. 7. de iurepatronat. Puteus decis. 197. .num. 8. lib. 2. Rota decis. 11. numero primo, & decis. 550.parte 1. diuerso. Spinus in terminis ferè loquens, vbi supra num.66.

82 De iure autem communi, † & ex dispositione Concilij Tridentini, clarum est, quòd ad obtinendum quodcumque beneficium simplex, non requiritur ordo præsbyteratus,nec ætas maior 14.annorum, vt inferius dicam.

Rursus in dicta decisione Lucana additur alia ratio, quòd quidquid forsan aliàs dicendum esset, hodie non videtur hesitandum, stante declaratione Congregationis Sacri Concilij Tridentini,in vna causa Pistorien.
83 † facta,nempe,quòd non sit necessarium præsentare præsbyterum, cuius declarationis super interpretatione Concilij Tridentini
84 sessione 24. de reformatione.c. 12.verba † sunt hæc.

Item Episcopus non potest compellere obtinentẽ Cappellaniam,vt ipsemet celebret,licet in eius fundatione disponatur,quòd Cappellani celebrent: nam istis oneribus missarum recte per substitutum satisfit & alibi.

Vnde

Vnde ista opinio est sinè difficultate amplectenda, cum tam Sacra Concilij Tridentini Congregatio, quam Rota multoties illam canonizauerit.

Quibus accedit decisio factà in quadã causa Pampilonen. sacrificij 11. Februarii 1591. coram Illustrissimo Mantica, vbi stante simili fundatione, auctoritate apostolica confirmata, per quam disponebatur, quòd presentarentur, & instituerentur
85 Presbyteri † ad certam Cappellaniam, & quòd sepe fuerant præsentati presbyteri, & aliquando alii Clerici, non presbyteri, fuit resolutum illam Cappellaniam, seu beneficium non esse sacerdotale ità vt præsentari debeat sacerdos: quia licet presbyteri proprie dicantur, qui habent ordinem sacerdo-
86 talem, tamen hoc nomen potest etiam aliis † Clericis conuenire, vt colligitur ex c. vestra. iuncto principio cum fine, de cohabitatione Clericorum, & ideò ex obseruantia subsequuta admittendi aliquando non presbyteros, fuit tentum, vt supra, quia obseruantia
87 † est optima cuiuslibet dispositionis Interpres l. si de interpretatione. l. minimè. ff. de legibus, Roman. cons. 271. numer. 4. Aimon Craueta cons. 101. num. 7.

Ampliatur etiam, quamuis fundator in sua fũdatione dixerit, quòd Cappellanus debeat celebrare diuina officia
88 die, noctuque, † sicut cæteri Cappellani faciunt, vt similiter declarauit sacra Concili Congregatio, sub his verbis. *Si fundatio Cappellæ esset sub verbis testatoris, quòd Cappellanus debeat celebrare diuina officia die noctuque, sicut cæteri Cappellani faciunt. An Cappellanus hic debeat esse Præsbyter? Congregatio censuit, ex his verbis positis in fundatione huius Cappellæ, non inferri necessario, vt Cappellanus debeat esse Præsbyter.*

Ex quibus infertur, quòd prædictæ Cappellanię, quàmuis sint fundatę de licentia ordinarii, & sint beneficia Ecclesiastica, non solum non requirunt residentiam personalem, & possunt per sub-
89 stitutum † deseruiri, sicut reliqua beneficia simplicia, vt ex supradictis satis patet.

Sed etiam non requiritur ad tales Cappel
90 lanias aliquis ordo sacerdotalis, † seu diaconatus, vel subdiaconatus, nec ętas ad illos requisita; sed sufficit prima tonsura, cùm attingẽtia ętatis quattuordecim annorum, prout hodie sufficit ad beneficia simplicia, vt disponitur in Concil. Tridentino c. 6. sess. 23. de reformatione, vbi sacra Congregatio decla-
91 rauit, † quòd si in fundatione sit statutum, quòd minor ista ætate possit beneficium obtinere, quòd deberet seruari, quia non est per dictum decretum fundationi derogatum.

Quæ ętas quattuordecim annorum sufficit ad obtinendum Canonicatum † in Ecclesia Collegiata, vt etiam censuit Congregatio supradicta, declarando c. 12. sessionis. 24. dicens huiusmodi.

Concilium nihil innouauit, super ætate promouendorum ad Canonicatus Collegiatarum Ecclesiarum, & iterum *in hoc capitulo: quo ad ætatem illius, qui promouendus est ad Canonicatum Edclesiæ collegiatæ nihil disponitur.*

Sicut neque hodie requiritur maior ætas
93 14. annorum ad obtinendum dimidiam † portionem in Ecclesia Cathedrali, nẽc tales dimidię portiones Ecclesiarum Cathedralium habent annexum ordinem sacrum, vt pariter prędicta Sacra congregatio censuit dicens.

Licet portiones habere debent annexum ordinem sacrum: dimidiæ tamen portiones huic ordini non sunt subiectæ. Item.

Quoad dimidias portiones, nõ requiritur ætas requisita ad ordinem sacrum.

Ratio prędictorum est, quòd ante Concil. Tridentinum sola ętas 14. an-
94 norum, imò septem dumtaxat, † sufficiebat, inspecto iure communi ad canonicatus collegiatę, vel dimidias portiones Ecclesiæ cathedralis c. ex eo ibi, *in pupillari ætate existens.* de electione lib. 6. Abbas in c. præterea num. 5. & 6. de ętate, & qualitate, Rot. decis. prima de ætate, & qualitate, in antiquis, Mandos. in regula 18. de ętate pro canonicatibus quæst. prima num. 3. Neque etiam requirebatur alius ordo, nisi sola tonsura, Abbas vbi supra d. numero 5. in fine. Mandosius d. q. 18. à numero quarto. Boerius decis. 171. in principio.

95 Sed Concilium Tridentinum † postea in c. 6 sessione vigesimatertia disponit, quòd nullus ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere, & sufficit, quòd attingat istum annum 14. vt etiam censuit sacra Congregatio Concilij. Et postea in capit. 12. sessione vigesimaquarta de reformatione, versiculo, *neminem*, dicit, *neminem deinceps ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipiant, nisi qui ordine sacro sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac Sancta synodo statutum initiari valeat. In omnibus verò Ecclesijs Cathedralibus, omnes Canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem præsbyterij, Diaconatus, vel subdiaconatus &c.*

Cum ergò Concilium Tridentinum, non
96 disponat † aliquid de canonicatibus Ecclesiarum Collegiatarum, nec minus de dimidiis portionibus Ecclesiarum cathedralium; sed solum de canonicatibus, & portionibus Cathedralium: & portionum appellatione, dimidiæ portiones † non comprehendantur, maximè in materia correctoria Iuris communis, & stri-

cta. cap. cui de non sacerdotali. 27. vers. *similiter*. de præbend. lib. 6. meritò, nec Canonicatus collegiatæ, nec dimidia portio in Cathedrali, non habent ordinem sacrum annexum, nec requirunt maiorem ætatē 14. ann.

Ac propterea potest Episcopus dispensare cum illegitimo, † vt possit obtinere Canonicatum in collegiata. Rota iuncta additione Papazon. in decis. 1. numer. 15. de filijs Præsbyterorum, in nouis, post Staphilæum ibidem allegatum. 98 105

Nec non ad obtinendam dimidiam portionem in Cathedrali, cum dimidia portio † sit ex inferioribus beneficijs Ecclesiæ Cathedralis, vt fuit resolutum in vna Ciuitaten. dimidiæ portionis 28. Martij 1536. coram Aragone, quę est decisio 34. inter decisiones Aragon. Gomezius in tracta. de expectatiuis, nu. 98. Flamin. Parisius de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 117. 99

Si igitur ad Canonicatum collegiatę, & ad dimidiam portionem in Cathedrali sufficit ætas 14. annorum, à fortiori sufficere debet in dictis Cappellanijs.

Attamen supradicta, quę diximus de Cappellanijs, quòd non sint beneficia Sacerdotalia, nec requirant personalem residentiam, nec maiorem ætatem 14. annor. limitanda arbitror † nonnullis modis. 100 106

Primo nisi expresse contrarium esset dispositum in fundatione, quòd nō possent missæ celebrari, nec diuina officia exerceri per substitutum, vel quòd sit sacerdotalis, vel simile. † Nam tunc cum cessat dubitandi, & interprætandi ratio, talis dispositio seruanda erit. Nam fundator potest in fundationes facere † Cappellaniam Sacerdotalem, cap. significatum, de præbend. Rota decis. 1. de præben. in nouis. Lambertin. de iurepat. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 29. n. 2. Et apponere quascumq; conditiones, † quas voluerit. c. præterea. il 2. de iurepat. c. quanto, de censibus: & expresse disponitur in Concil. Trid. sess. 25. de reform. c. 5. Rot. decis. 2. de testamē tis, in antiquis. Rocchus de Curte, de iurepat. verbo, *pro eo quod*. n. 25. & seq. Lamb. vbi sup. cum alijs adductis in gl. 15. in princ. vacatione 49. n. 130. Ac etiam potest inducere vacationem ipso iure. Caputa. decis. 290. nu. 1. & 2. p. 2. Nec non disponere, quòd vsq; ad certū tēpus obtineat Cappellaniā non sacerdos, & illo lapso, quòd Cappellanus debeat esse sacerdos. Rot. decis. 4. de testam. in antiquis. 101 102 103 104

Ista tamen limitatio intelligēda erit, quòd si fundator faciat Cappellaniam Sacerdotalem, vel dicat, quòd Sacerdotes præsententur, & non alij: adhuc sufficiat esse in ea ætate, vt saltim intra annum † ad Præsbyteratus ordinem promoueri valeant, cap. 2. de institutionibus. lib. 6. c. licet Canon. 14. cap. cum ex eo 33. de electione in 6. c. ei, cui 29. de præben. lib. 6. Spinus in terminis d. gl. 4. principali. num. 68. Rebuf. in praxi tit. de non promotis intra annum. nu. 17. & facit Rota decis. 347. num. 3. lib. 3. par. 3. diuersor. quæ loquitur de Dominis Auditoribus Rotæ, qui debent esse Sacerdotes.

Si vero expresserit, quòd talis Cappellanus præsentandus, sit actualiter † Sacerdos, tunc quidem eius voluntas seruanda erit, & non sufficiat, quòd possit infra annum, aut statim promoueri, si tunc Sacerdos non est cum effectu, ex supradictis, & conducunt tradita per Mohedan. decis. 7. de prēben. Puteum decis. 337. nu. 2. & 3. lib. 1. Selua de beneficio. 3. par. quæst. 52. num. 1. & per totam, vbi latè habetur, quòd non dicitur idoneus ille, qui actualiter non habet omnes qualitates a fundatore requisitas, & in hoc casu admittenda erit opinio supradictorum Doctorum, dicentium, requiri actualiter Sacerdotium de tempore prēsentationis. 105

Quamuis si prouisio sit facta auctoritate Apostolica, adhuc dici potest, quòd sufficit esse in tali ætate, vt valeat promoueri, quamuis actualiter † non sit Sacerdos, propter ordinariam clausulam *non obstantibus, &c.* in gratijs omnibus contentam, vt eleganter tradit Rota decis. 1. num. 1. & per totam de prēben. in nouis. Caputaq. decis. 127. nu. 2. & 3. p. 1. quòd est denotandum. 106

Secundo erit limitanda prædicta resolutio, vt locum habeat, nisi cō trarium consuetudine, legitimè introducta, seruatum fuerit, † nam talis consuetudo similiter erit seruanda, siue sit in residendo (quāuis in fundatione non caueatur) siue in non residendo, licet in fundatione contrarium disponatur. glossa finalis per tex. ibi in dicto cap. cum omnes, de constitutionibus, vbi Abbas, & omnes. Felinus ibidem ante num. 33. latè Selua de benef. 4. par. quæst. 2. num. 1. per totam. Riminald. Senior cons. 229. num. 7. & 8. lib. 2. Afflict. decis. 289. num. 11. Nauarr. cons. 6. de clericis non residentibus. n. primo, & per totum, & fuit declaratum per Sacram Tridentini Concilii Congregationem. 107

Tertio limita in cappellaniis existentibus in Ecclesiis Cathedralibus, quarum † redditus principaliter in distributionibus quotidianis consistunt, & non nisi solis interessentibus distribuuntur, nam tunc tales cappellanię requirunt prēcisam residentiam personalem, & nō possunt per substitutos deseruiri, & si habent onera Missarum dicentur Sacerdotales, vt declarauit etiam Sacra Conci. Trident. Congreg. quam declarationem ego originaliter vidi. 108

Denique

Denique circa hanc materiam Cappellaniarum.

Quæro, quid si fundator vocauit ad Cappellaniam clericum, ex sua familia, aut sanguine. An clericus, filius legitimus, natus ex patre, aut matre, auio, vel auia illegitimis, dicatur de familia fundatoris, † vel sanguine, vt censeatur vocatus ad talem Cappellaniã? 109

Videtur, quòd non. Quia eodem modo, sicut pater, aut filius illegitimus, seu spurius, non dicitur de familia, † nec veniret admittẽdus. l. si spurius. ff. vnde cognati. Bar. in l. pronunciatio. §. familiæ. n. 1. ff. de verbo. sig. Rocchus de Curte in tract. de iurepat. verbo *ipse, vel is, a quo*. nu. 13. Lambert. in eod. tract. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 27. n. 1. & per totum. Tiraq. de nobilitate cap. 5. n. 25. Ludouicus Molina. de Hispan. primogenijs. lib. 1. c. 4. n. 45. cum sequentibus. Spinus plura in proposito adducens, in speculo testamentorum. gl. 16. principali, de filio spurio. num. 25. cum multis sequentibus. 110

Sic etiam, pari ratione filius legitimus natus ex patre, vel auo spurio, non potest dici de familia, vel agnatione † fundatoris, quia nulla consequentia potest esse legitima, ex illegitimo nascendi principio. l. fin. C. de naturalibus liberis. Alexan. cons. 174. incipit *super eo, de quo quæritur*. sub n. 2. & 6. lib. 5. Decius cons. 365. incipit. *viso consilio*. num. 2. 111

Quia non potest plus iuris esse in causato, † quàm in influenti potentia causæ. Bald. in l. 1. nu. 2. & 3. ff. de senatoribus. Pau. Castren. in l. gallus. §. nũc, de lege Velleia. n. 16. Alex. num. 3. Ias. num. 16. cum sequentibus. ff. de lib. & posthum. Molina, de Hispan. primogenijs. lib. 3. cap. 7. num. 1. Anto. Gab. tit. de fideicom. conclus. 6. ex nu. 1. 112

Et infecta radice fructus non producuntur. † Alex. d. cons. 174. sub. nu. 2. lib. 5. c. vulnerato. 1, q. 1. Anchar. cons. 339. num. 6. idem Anchar, in c. si beneficia. nu. fin. 8. notabili. de præben. lib. 6. ac conferunt alia plura, quæ scripsi in gl. 31. nu. 30. vsque ad. num. 50. 113

Ac bene faciunt ea, quæ copiosè diserit Menochius cons. 172. lib. 2. & in tract. de præsump. lib. 4. præsump. 79. nu. 29. & Gama. decis. 278. n. 15. & 20. vbi etiam tenet, quòd spurius legitimatus, non potest succedere in bonis Cappellæ, † quæ defferuntur proximioribus de familia, ex dispositione testatoris. 114

Contraria autem sententia fundatur ex pluribus.

Primo quia cum dictus nepos sit legitimus, consequenter est habilis, & idoneus ad quæcumque beneficia, dignitates, † & honores, quamuis descendat à patre spurio, vel legitimo, vt palam est, c. nunquam cum similibus. 58. distinct. 115

Rursus, quia nepos legitimus, natus ex patre spurio, potest legitime hæres † instituti, tam ab auo, quam ab alio quocumque. gl. verbo *aperimus*. in l. fin. C. de natural. liber. Alex. n. 8. Ias. 24. in l. gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posthum. Couar. in 4. libro decretalium. 2. p. c. 8. §. 5. nu. 13. Ant. Gom. in l. 9. Tau. sub nu. 17. Paleotus in tract. de nothis, & spurijs. cap. 53. num. 1. & per totum. 116

Sic etiam videmus, quòd quamuis fœminæ sint exclusæ à maioratu, & primogenitura, seu fideicommisso, & vocentur masculi, dumtaxat. Quòd admittitur masculus † descendens ex fœmina, vbi non agitur principaliter de conseruanda agnatione: sed præcipue fundatur in masculinitate. Decius cons. 303. num. 8. Rubeus cons. 22. num. 12. Molina cum alijs in dicto tractatu de Hispanorum primogen. lib. 3. cap. 5. nu. 48. Curtius Iun. cons. 24. num. 4. vers. *Sexto aduertendum*. Ruin. cons. 49. num. 2. vers. *Sed tamen*. & numer. 3. lib. 1. Ant. Gab. in tit. de fideicomm. conclusione 6. numer. 7. & 8. cum sequentibus. Rota decis. 15. numero primo, & secundo, parte secunda diuers. Mantica de coniecturis vltim. vol. libro 8. titul. 18. numero 53. & 54. & lib. 5. tit. 14. num. 6. & 7. 117

Vnde magis in nostris terminis, est firma conclusio, quòd non excluditur, sed potius admittitur ad iuspatronatus, filius legitimus, †natus ex patre spurio, vt consuluerunt Anchar. cons. 355. incipit *visis punctis*, num. 1. in fine. Antonius de Butrio consil. 29. incipit etiam *visis punctis*. Et resoluit. Rocchus de Curte de iurepatron. verbo *competens alicui*. quæst. 2. num. 8. Lambertinus de iurepat. secunda parte, libro primo, quæst. 2. art. 32. n. 1. & per totum. Io. Gutierrez cons. 3. nu. 3. 118

Hinc concluſit Nauarrus in cons. 4. n. 2, & per totum, de iurepat. quòd nepos legitimus ex matre spuria, aliàs tamen legitimata per rescriptum Principis, admittitur ad Cappellaniam, † fundatam ab auo clerico, ad quam fuit vocatus clericus magis proximus, & cõsanguineus d. fundatoris, quia naturaliter, inspecto iure naturę, filij bastardi, & spurij, dicuntur procedere ex sanguine, & parentela defuncti, cum in eis naturalis affectus cadat, vt not. Bart. in l. pronunciatio. §. familię, sub nu. 1. ibi, *quia ab eiusdem sanguine proficiscuntur, & sic natura magis, quam ius inspicitur*. ff. de verbor. significatione. 119

Istam etiam sententiam, tenuit Rota † in vna causa Ispalen. illegitimitatis. 22. Februarij 1574. coram Rubeis. 120

Nouissime etiam fuit decisum, in vna causa Tirasonen. elemosinerię 14. Nouembris. anni. 1603. coram R. P. D. meo Lancellotto, quòd illegitimitas patris, non obstabat filio legitimo, vt præsentari non posset ad Cano-

nicatum, seu elemoseneriam iurispatronatus, ad quem, seu quam testator vocauerat clericum descendentem, a quodam Ioanne, & dictus clericus erat filius legitimus patris spurij, qui descendebat a dicto Ioanne: & in eadem decisione redditur ratio, videlicet, quia licet legitimi ex patre illegitimo sint incapaces eorum, quæ proueniunt ex persona patris, seu contemplatione illius: tamen sunt capaces omnium ex persona propria prouenientium. Bart. cons. 118. num. 1. & 2. ac per totum lib. 1. Paleotus in d. tract. de nothis, & spurijs. cap. 53. Cephal. cons. 103. num. 7. cum sequentibus. lib. 1. qui late prosequitur.

121 Respondet etiam ista vltima decisio, † ad fundamenta eorum, qui tenent, quòd filius legitimus natus ex patre spurio, nõ dicatur de familia, iuxta cons. Fulgosij 159. n. 1. cũ similibus adductis per Gam. d. decis. 278. quòd procederet, quãdo testator, seu fundator loquitur per verba ciuilia, veluti, si vocaret Cappellanũ ex sua familia, vel cognatione; ita vt constaret excluisse nominationẽ naturalem: secus tamen esset, quando loqueretur per verba naturalia, veluti, si vocaret descẽdentes, aut consanguineos, iuxta distinctionem Bart. in l. tutelas. n. 4. ff. de capit. diminut. & in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verbor. significatione. Nam filium non esse legi-
122 timum, † non est de iure naturali, de quo omnes filij legitimi, & spurij sũt æquales; sed est de iure positiuo, vt in authentico quibus modis naturales efficiãtur legitimi, §. liceat. collat. 6. & in authen. quibus mod. natural. effici. sui. §. illud tamen, vers. *si quis ergo*. collat. 7. Immo Bart. vbi supra, non loquitur in legitimo proueniente ex patre spurio; sed in ipso filio spurio, & sic in fortiori casu.

123 Itaque in summa attendenda est in hoc mens, † & voluntas testatoris, & communis vsus loquendi, & an materia, de qua agitur sit proportionabilis, vt in ea includatur, vel excludatur talis spurius, aut filius legitimus ex illo descẽdens: veluti testator reliquit legatum, aut perpetuum anniuersarium pro alẽdis pauperibus scholaribus in studio, aut clericis, aut maritandis virginibus de genere, aut agnatione
124 sua, quo casu minime † sunt excludendi, nec spurius, neque multo minus filius legitimus ex eo, vt late per Tiraq. in præfatione, tractatus de pia causa, col. 7. vers. *& facit pro prima parte*. Mantica de coniecturis vltim. volunt. libro 8. tit. 5. num. 16. cum sequentibus.

Item considerandum erit, quid fuerit obseruatum. l. si de interpretatione. ff. de legibus. cap. dilectus, de consuet. & fuit dictum in d. decis. Tirasonen.

Nec non, An cæteris paribus cuncurrat alius de familia, & genere testatoris, qui sit legitimus, ac filius patris legitimi: nam tunc illum præferendum fore, indubitatum erit.

In dubio autem, quando non bene constat, quòd fundator Cappellaniæ voluerit excludere, etiam descendentes legitimos, ex patri-
125 bus spurijs, erit ad fauorem illorum † interpretandum, tum quia de iure communi sunt habiles, & idonei ad quæcumque beneficia, dignitates, & honores, vt superius dixi, & quælibet dispositio recipit interpretationem à iure communi. l. 2. C. de noxal. act. c. cum dilectus. de consuetud. tùm, quia in huiusmodi filijs, & patribus eorum spurijs bene
126 cadit affectio naturalis. † Abbas in cap. nonnullis. §. sunt, & alij. n. fin. in fin. de rescript. cũ alijs adductis per Nauarr. in d. cons. 4. nu. 2. de iurepatron. Et sic videmus, quod quoad matrimonium impediendum, & derimendum est par consanguinitas, & affinitas, cum illegitimis, sicut cum legitimis. c. per tuas de probat. c. discretionem, de eo qui cognouit consang. vxor. Tum denique, quia in dubio semper est præsumendum potius fieri voca-
127 tionem ex naturali † affectione, quàm ob aliã causam. Bald. in authentica ex testamento. num. 5. C. de collat. Decius consil. 120. numero 4. Tiraq. de pia causa, in præfatione. colum. 4. versic. *quod tamen intelligendum*, in fine.

Summaria §. 1. Glossæ 5.

1 *Præbenda, an cadat sub reseruatione nostræ regulæ.*
2 *Præbenda multipliciter sumitur.*
3 *Præbenda aliquando sumitur pro ipso titulo beneficij.*
4 *Præbenda etiam sumitur pro patrimonio, & redditu beneficij, & ponderatur decisio Rotæ, sex modos, & differentias istarum præbendarum assignans.*
5 *Præbenda, duo continet consideranda, videlicet, ius ipsum præbendæ, & fructus ex ea prouenientes.*
6 *Præbenda interdum capitur pro certa portione distincta, nihil spiritualitatis continente, &c.*
7 *Præbenda quando est beneficium, includitur sub regula nostra.*

Nec

Expe-

8 *Expectatiua ad beneficia, capit præbendas, nec non indultum de percipiendis fructibus primi anni, & num. 9.*

10 *Præbenda non potest renunciari, sine auctoritate superioris.*

11 *Præbendæ fieri debet mentio, in impetratione beneficij, nec non de qualitate dictæ præbendæ, & num. 12.*

13 *Præbenda quando capitur pro beneficio, non potest permutari, nisi cum alia re spirituali.*

14 *Præbendarum Cathedralis Ecclesiæ collatio, ad quem spectat.*

15 *Præbenda quando est accessoria, & dos, beneficij includitur in regula nostra.*

16 *Canonico debetur præbenda.*

17 *Canonicatus trahit ad se præbendam.*

18 *Obligatio est mater actionis, & illam parit.*

19 *Canonia est mater præbendæ, & se habet sicut mater ad filiam.*

20 *Præbenda dicitur à præbeo præbes, vel a pretio. n. 21. vel a prædio n. 22.*

23 *Præbenda quando capitur pro dote beneficij, dicitur res spiritualis, vti accessoria.*

24 *Præbendæ accessoriæ ad beneficium, mentionem facere necesse non est, in impetratione.*

25 *Præbenda quando capitur pro certa portione distincta nihil spiritualitatis habente, non includitur in regula nostra, quia nullam habet spiritualitatem, & num. 26.*

27 *Præbendæ temporales, non inducunt incompatibilitatem.*

28 *Præbenda temporalis potest vendi sine labe simoniæ.*

29 *Præbenda temporalis potest propria auctoritate permutari.*

§. 1. gloss. 5. de præbendis.

1 QVAERO nunc. An prębendæ sint † reseruatæ per nostram regulam? Respondeo, quòd pro huius quæstionis resolutione sciendum est,
2 quòd præbenda † multipliciter sumitur, vt docent Archidiaconus in cap. si quis obiecerit. num. 3. & 4. 1. quæst. 3. & in cap. alienationis. nu. 6. 12. quæst. 2. Cardinalis in clem. finali. quæst. 12. num. 11. de præbendis, & Vitalinus ibidem. numer. 37. cum sequentibus. Felinus in cap. postulasti. numer. 4. de rescriptis. gl. verbo *receperint.* & ibi Abbas. num. 22. Felin. num. 13. in cap. cum M. de constitutionibus. Romanus. cons. 328. num. 8. Alphonsus Hojeda. de incompatibilitate beneficiorum. p. 1. c. 12. num. 2. & 3. vbi ponit quinque modos præbendarum.

In summa, aliquando præbenda sumitur
3 pro ipso titulo, † beneficij, vt in rubricis, de præbendis, & de concessione prębendę. Aegidius Bellamera decis. 647. *expectans.* Selua de beneficio prima parte. quęst. 3. nu. 9. & 17. Felinus in c. postulasti. num. 4. de rescriptis. Rebuffus super concordata in rubrica de collationibus. §. 1. verbo *Canonicatum, & præbendam,* in fine. Rota decis. 62. de rescriptis, in antiq.

Aliquando, & secundo sumitur pro patri-
4 monio, & redditibus † ipsius beneficij, & tunc dicitur accessio titulo Canonię, & quędam annexio rei spirituali, titulum, & Canoniam sequens. cap. maioribus. cap. relatum. cap. dilecto, de prębend. glossa in d. cap. cum M. verbo, *receperint.* Cassadorus. decis. 17. num. 4. de prębend. Gigans de pensionibus. quęst. 33. n. 2. & cæteri supra relati. Rota decis. 6. de consuetudine. in nouis, vbi numero primo satis vtiliter assignat sex modos, & status istarum prębendarum annexarum, secundum consuetudines diuersarum Ecclesiarum. Puteus decis. 201. numero 2. & 3. lib. 2. Nam in prębenda duo consi-
5 derantur, † videlicet, ius ipsum prębendę, & fructus ex illa prouenientes. Archidiaconus in cap. si quis, nu. 31. 1. quęst. 3. Felinus in cap. cum M. numero 18. de constitut. Rota decis. 597. numero 3. parte 1. diuerso. vbi ponit exemplum de proprietate, & vsufructu.

Aliquando, & tertio accipitur pro certa
6 portione de per se distincta, † nihil spiritualis habente, veluti pro quodam prędio, & cōmoditate temporali, pro soluendis salarijs aduocati, procuratoris, musicorum, & similium, glossa in d. cap. cum M. de constitutionibus, verbo *receperint.* & communis ibidem. Archidiaconus, Cardinalis, Vitalinus, Romanus, Gigans, & Rebuffus vbi supra. Abbas in cap. tua nos. num. 3. de simonia, & in c. dilecto n. 6. de prębend. Antonius de Prętis in suo clipeo pastorali. cap. 3. in principio. num. 11. Gregorius Tholosan. vbi supra cap. 11. num. 15.

In primo itaque casu, cum prębenda sit verè, & realiter beneficiū
7 Ecclesiasticum, non est dubium, † prębendam comprehendi in nostra regula reseruatoria, cum reseruet omnia beneficia Ecclesiastica.

Et propterea dicimus, quòd in tali casu, gratia expectatiua ad beneficia Ecclesiasti-
8 ca, capit istas prębendas, † Rota decis. 62. de rescriptis, in antiquis, & decis. 8. in principio, de concessione prębendę, in nouis. Felin

in d.c.postulasti.nu. 4. de rescript. vbi ponit reg cum 4.limitationibus.

Item indultum de percipiendis fructibus beneficiorum vacantium in primo, & secundo anno, capit tales præbendas vacantes,
9 † tanquam vera beneficia.tex.in c.tua.31.de verbor. signific. ibi, *Nos igitur auctoritate præsentium declaramus, quòd in hoc casu præbendæ, ac alia beneficia generali beneficiorum nomine continentur.* Facit etiam tex.in c.olim. 16. eodem titulo.de verbor.signific.& in c. pro illorum. 22. de præbend.

Item non potest præbenda renunciari sine
10 auctoritate † superioris. Rota decis. 6.nu. 2. de consuetudine. in nouis.

Similiter in impetratione beneficij, debet
11 fieri mentio de tali præbenda, † tamquam de vero titulo,& beneficio.Rot.decis. 33.nu. 1.& 2.de rescriptis in nouis,& decis. 72. eod. tit.in antiquis,& decis. 2.de rescriptis.in antiquioribus.Staphilæus de litteris gratiæ,titulo de qualitate, & statu beneficiorum. §. circa istam incompatibilitatem,numero primo,& secundo.

Nec non est facienda mentio de qualitate
12 talis præbendæ, † in illius impetratione.Rota decis. 62. per totam de rescriptis in antiquis.

Prout etiam, non potest permutari, nisi
13 cum † alia re spirituali. cap. ad quæstiones. de rerum permutatione,Cardinalis in clem. fin.nu. 11. vers. *duodecimo quæro.* de præbend. Gigans.de pensionibus.q.33.n.2.

Sic dicimus, quòd collatio præbendarum Ecclesiæ Cathedralis spectat insimul ad Epi-
14 scopum, & Capitulum, † Cassadorus decis. 22. de præbend.cum allegandis in gl.45. in principio, ex num. 36.

In secundo quoque casu, quando prębenda est accessoria,&annexa titulo beneficij, similiter comprehendi
15 tur in regula nostra† reseruatoria, non tanquam titulus,& beneficium de per se; sed tãquam prędium accessorium ad tale beneficiũ cõprehẽsum sub regula nostra.Nã eo ipso, quòd quis recipitur in Canonicũ debetur illi præbẽda,tamquã prędiũ,& redditus Ca-
16 nonicatus.† c.cum M.§.verum ex aduerso,& ibi gl.verbo *receperint.* & doctores de cõstit. c.relatum. c.dilectus.il 1.de præbend.c.cum super quæstione de concessione prębend. Puteus decis.441.num.3.lib.1.

Et Canonicatus trahit ad se prębendam,
17 † cum non possit esse sine prębenda, saltem diu. cap. si quis obiecerit.1. quæst. 3. & in d. cap. relatum. Rota decis.33.sub n. 1.de rescriptis,in nouis, & decis. 19. in fine. de prębend. in nouis.

18 Ac sicut obligatio est mater actionis.† l. licet 42. §. ea obligatio. ff. de procuratoribus, & parit actionem, vt in principio Institut. de verb. obligat. glossa verbo *parit.* in d. §. ea obligatio; Ita Canonia est mater prę-
19 bendę,† & eam parit, ac se habet sicut mater ad filiam, Hostiensis in summa titulo de præbendis.nu. 1.Rota decis. 11.nu.10.& 11.de conces.præb.in antiquioribus.Besignet.Rota decis.26.num.5. ante finem de prębendis, in nouis,& decis. 33.nu.1.de rescriptis in nouis.Cardin. in. clem.fin. nu.10. de præbend. Acchil. decis. 16. nu.5. de prębendis.

Ideoque dicitur præbenda à præbeo prę-
20 bes, † quia prębet redditus ad congruam sustentationem. Archidiaconus in c. alienationis.num.6.in principio 12.quæst. 2.Bonifacius Vitalinus. in clem. finali. nu. 38. vers. *vnde merito dicitur,* de prębendis. Rota decis. 26.num. 1.vers.*præterea præbenda.*de prębendis in nouis.

Vel dicitur prębẽda à pretio, quod quis pro
21 labore † recipit, Rota decis. 33. sub num. 1. de rescriptis in nouis. versic. *dicitur a pretio,* Cardinalis in dicta clem. finali. numer. 11. quæst. 11. Ioan. Selua.de beneficio par. 1. q. 30. num. 17.

Vel forsan dici posset,quòd dicatur à prę-
22 dio,† quasi præbenda sit quodã prędium ipsius beneficij pro eius dote sibi assignatũ, sicut dicimus de beneficio vnito alteri accesso riè, quòd sit quodam prędium illius. Rebuffus de pacific. possess. num. 293. Caputaq. decis.329.num,2.p. 3. cum alijs adducendis. in §.7. huius glossę.

In isto inquam secundo casu, prębenda
23 vnita,& accessoria†dicitur res spiritualis,& sequitur naturam principalis, & sicut beneficium principale cadit sub reseruatione, sic prębenda accessoria, vt in regula accessoriũ, cum alijs vulgaribus de reg. iuris.in 6.c.dilecto,vbi Innoc.&Abbas,ac reliqui de prębend. quamuis Decius in c.ex litteris.num.2.vers. *sed tamen considerandum est.* de probationibus dubitet de hoc.

Vnde in isto casu, in impetratione beneficij, non est opus facere mentionem, de prę-
24 benda † illi annexa. Rota d. decis. 33. nu.2. vers.*hoc verũ.*Staphilęus de litteris gratię,titulo de qualitate, & statu beneficij. §. circa istam.num. 2. Felin.in cap. nostra. Correllario 33.n.30. de rescriptis, cum pluribus per eum allegatis.

In tertio autem casu, quando prębenda accipitur pro certa portione de per se distincta, nihil spiritualis habente, cum beneficium Ecclesiasticum non
25 sit,minime † comprehenditur sub regula nostra,nec intrat in illa, reseruatio, nam etiam laicis, & mulieribus possunt tales prębendæ concedi, ex quo aliquam spiritualitatem
26 non habent.† gl. verbo *receperunt.* vers. *vnde*

&

& laicus. in d. c. cum M. de constitutionibus, & omnes ibidem ante Decium. num. 31. Roman. d. cons. 328. num. 8. Cardinal. in d. Clem. finali. de præbend. sub num. 11. Abbas in cap. tua nos. num. 3. de simonia. Decius in cap. ex litteris. n. 2. de probationibus, Caputaq. decis. 356. num. 2. p. 2. & decis. Rotæ. 67. de rescriptis in antiquis.

Vnde istæ præbendæ temporales, quamuis sint plures, & habeantur insimul cum aliqua dignitate, non inducunt incompati-
27 bilitatem, † Romanus. d. cons. 328. num. 8. vers. *& huius etiam Iuris*, sequitur Caputaq. d. decis. 356. n. 3. p. 2. dicens, quòd ideo vna monialis potest retinere duas, & tres præbendas sine dispensatione.

Hinc tales præbendę possunt vendi sine
28 aliqua labe simonię. † Caputaqu. decis. 237. num. 1. & per totam. p. 3. & d. decis. 356. nu. 6. parte 2. Rota. decis. 265. num. 2. parte 2. diuersorum.

Quo fit, vt etiam possit permutari, & renunciari propria auctoritate huiusmodi
29 præbenda, † tamquam res temporalis, Cardinalis in d. Clem. fin. sub nu. 11. de præbend. Rota iuncta additione Papaz. decis. 6. nu. 6. & 7. de consuetudine in antiquis.

Summaria §. 2. Glossæ Quintæ.

1 *Præstimonium, an sit beneficium Ecclesiasticum, vt comprębendatur sub regula nostra.*
2 *Præstimonium, non venit appellatione beneficij.*
3 *Præstimonia ab initio instituta fuere, pro studentibus, & pro subsidio contra infideles, absq; vllo obsequio spirituali.*
4 *Præstimonia mille, possunt obtineri sine dispensatione.*
5 *Præstimonij, non est facienda mentio in impetratione.*
6 *Præstimonium dicitur, quasi præstans munium.*
7 *Præstimonia dicuntur Ecclesiastica beneficia. & num. 8. & 9.*
10 *Præstimonium consistens in sola temporalitate, & obsequium spirituale non habens, non dicitur beneficium, aliàs secus, & n. 11.*
12 *Præstimonium, vt sit Ecclesiasticum beneficium, non sufficit dari in titulum, si non habet aliquod onus spirituale.*
13 *Præstimonium, vt præsumatur beneficium, vel non, considerari debet obseruantia, & vltimus status. & num. 14.*
15 *Præstimonia Hispaniæ, communiter sunt solita dari in titulum perpetui beneficij.*

§. 2. gloss. 5. qui loquitur de præstimonijs.

QVAERITVR nunc de
1 præstimonijs. An sint beneficia Ecclesiastica, † ita vt cadant sub regula nostra reseruatoria.

Et quòd præstimonia,
2 non sint beneficia † Ecclesiastica, docet Ioannes Andr. in cap. vnico. num. 3. vers. *& nota quòd dicit beneficia, quasi alterum esset beneficium.* de rerum permutatione. lib. 6. Geminianus cons. 89. *super dubijs præmissis.* num. 3. 4. Abb. cons. 47. *illud de Iure.* num. 4. Felinus in cap. postulasti, post num. 8. in 4. declaratione. de rescrip. Staphilæus de lit. gratię. in 5. forma expectatiuarum. nu. 2. & 3. Gomezius in tracta. de expectatiuis. num. 39. Andreas Gabarus in c. vnico. de rerum permutat. lib. 6. num. 66. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. 2. p. c. 7. nu. 11. Greg. Tholosan. in institution. rei benefic. cap. 11. num. 9.

Dicentes, quòd præstimonia ab initio in-
3 stituta fuere, † pro studentibus, & pro subsidio contra infideles, & quòd nullum habent seruitium spirituale annexum in Ecclesia, nec aliquod onus, & propterea possunt
4 mille † præstimonia obtineri, absque aliqua dispensatione: neque opus esse de illis in beneficiorum impetratione mentionem aliquam facere: † & quòd ideo dicitur prę-
5 6 stimonium; quasi præstans munium: † & sic non comprehenduntur, sub nomine beneficiorum, tum propter nominis, tum propter naturæ diuersitatem, & latissimè tradit Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. 2. p. c. 8. n. 2. 3. & 4.

In contrarium tamen, quòd sint beneficia Ecclesiastica, facit tex. in c. fin. post principium. de concess. prębendę. lib. 6. vbi prę-
7 stimonia inter beneficia connumerantur, † & facta mentione prestimoniorum, Canonicatuum, & parrochialium, &c. subijcitur clausula, *& alijs quibuscunque beneficijs*, cum illa

dictio

dictio, *alijs*, implicet, & designet similitudinem, & idem in qualitate. gl. finalis. in l. si. *fugitiui*. C. de seruis fugitiuis, cum allegatis supra in glo. 3. ex num. 22.

Idem etiam apertius probatur, ex Concilio Tridentino. cap. 9. sessione. 14. de reformatione. ibi, *beneficia vnius diœcesis, etiam si parrochialis Ecclesiæ, Vicariæ, seu præstimonia,* 8 † *aut præstimoniales portiones fuerint, alterius diœcesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco, etiam pio, non vniantur*, & sic prestimonia nominantur beneficia.

Necnon ex capite 18. sess. 23. post medium ibi, *necnon beneficia aliquot simplicia, cuiuscumq; qualitatis, aut dignitatis fuerint, vel etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones nuncupatas, &c.*

9 Et quòd sint Ecclesiastica beneficia, † scriptum reliquit Oldradus. cons. 81. *quod processus.* sub num. 2. vers. *nam præstimonia sunt beneficia*, & in cons. 140. *in Ecclesia Calagurritana.* num. 3. Nicolaus Milius in repertorio, verbo, *beneficij appellatione continentur præstimonia*, Franciscus Pauinus de officio, & potestate Capituli, sede vacante. in prima quæst. 2. partis. sub num. 5. vers. *& idem dicendum est de præstimonijs, & præstimonialibus portionibus, quia sunt beneficia Ecclesiastica.* Cassador. decis. 3. n. 32. & 33. de prębendis. Rebuf. de pacif. possessor. n. 90. & in praxi. tit. beneficium secula re quotuplex sit. n. 16. Staphilæus de litteris gratię. tit. de qualitate, & statu beneficiorum. §. 1. num. 4. & 5. Put. decis. 146. nu. 1. lib. 2. & decis. 158. in princ. & decis. 17. & 317. & 371. lib. 3.

10 Vnde pro concordia distinguendum † erit, aut loquimur de prestimonijs, in sola temporalitate consistentibus, & quæ non dantur in titulum perpetuum, neq; habent annexum aliquod obsequium spirituale, & tunc procedit prima opinio, quòd non sint beneficia Ecclesiastica, nec in illis intrat reseruatio.

Aut loquimur de prestimonijs, quæ in titulum perpetuum dantur, & habent annexum aliquod obsequium spirituale, & tunc 11 procedit † secunda opinio, quòd sint beneficia Ecclesiastica, & vti talia cadant sub reseruatione regulę nostrę.

Quæ distinctio sumitur ex mente, & verbis Oldradi, vbi supra, Ioan. Andreæ. in c. postulasti. num. 7. de rescriptis, Geminian. d. cons. 89. n. fin. vers. *puto considerandum.* Cassador. d. decis. 3. n. 32. & 33. de prębendis. tradunt Mandos. in reg. de annali. q. 12. n. 3. vers. *posset distingui.* Ignatius de Salcedo in additione ad praxim Bernardi Diaz. cap. 18. num. 10. Menochius de arbitrarijs. lib. 2. casu 201. num. 55. cum quatuor sequentibus. Alphonsus Hojeda, vbi supra. 2. p. cap. 8. num. 11. 12. & 13. & quasi per totum. Flamin. Parisius de resignatione. lib. 1. q. 2. num. 123. cum tribus sequentibus. & lib. 2. quæstione 1. numero 136. & 137.

Non tamen sufficit, quòd prestimonium detur in titulum perpetuum beneficij Ecclesiastici, nisi habeat annexum aliquod onus 12 spirituale, † taliter, quòd intitulatus arctetur ad aliquod seruitium Ecclesiasticum per se, vel per alium, quod per laicum fieri non possit. Cassador. d. decis. 3. num. fin. de prębendis. Sufficeret tamen obligatio dicendi Ecclesiasticum officium, propter quod datur beneficium. cap. fin. de rescript. in 6. & ita seruatur.

Quando autem sumus in dubio. An detur in titulum, & an habeat onus spirituale, vel non, vt dicatur, vel non dicatur beneficium, & intret, vel non intret reseruatio: tunc re- 13 currendum erit ad obseruantiam, † & vltimum statum prestimonij, Alphonsus Hojeda vbi supra. num. 13. quia consuetudo est optima legum interpres. l. si de interpretatione. ff. de legibus. l. quędam. in fine. ff. de rebus dubijs. Aimon cons. 101. nu. 3. Cęsar de Grass. decis. 10. num. 7. de prębendis. & decis. 2. n. 3. de electione.

Et vltimus status, est in materia beneficiali † considerandus. Felin. in cap. eam te. 14 num. fin. ad medium. de rescriptis, Ferrettus cons. 12. n. 6. & cons. 382. n. 11. p. 1. Rota decis. 2. de prębend. in nouis, & decis. 49. ante num. 1. de rescriptis. in antiquis. Puteus decis. 189. & 192. lib. primo, cum alijs adducendis in gl. 45. §. 2. n. 4. cum sequentibus.

In Hispania autem, communiter præsti- 15 monia † consueta sunt dari in titulum perpetuum beneficij, habentque onus spirituale annexum, vt inquit Mandos. vbi supra, ante numerum finalem. Dominicus Soto de Iustitia, & Iure. lib. 10. quæst. 5. artic. 3. concluf. 2. Ignatius de Salcedo. d. cap. 18. nu. 10. ad finem. Hojeda. d. cap. 8. num. 13. & sic sequitur, quòd regulariter in prestimonijs Hispaniæ intrat nostræ regulę reseruatio.



Sum-

Summaria §. 3. Glossæ Quintæ.

1 *Vicariæ, an cadant sub regula nostra 8.*
2 *Vicarius dicitur omnis, qui alterius vices gerit.*
3 *Vicarius, seruus sæpe in Iure ciuili dicitur.*
4 *Vicarios habent magistratus.*
5 *Vicarius Christi dicitur Papa.*
6 *Vicarij Papæ qui sint.*
7 *Vicarios habent omnes Prælati, qui etiam officiales appellantur. & n. 8.*
9 *Vicarij Pedanei, seu foranei, qui sint, remissiue.*
10 *Vicarij in beneficijs, alij sunt perpetui, & alij temporales.*
11 *Vicarius perpetuus ponitur, quando parrochialis vnitur accessoriæ.*
12 *Vicarius temporalis dicitur, quando fit ad certum tempus, vel voluntatem constituentis.*
13 *Vicaria perpetua non datur, quando parrochialis habet Rectorem.*
14 *Vicarius temporalis creari potest in parrochiali vnita Ecclesiæ Collegiatæ, licet hodie secus.*
15 *Vicarius temporalis constituitur, quando simplex beneficium vnitur, nec non, quando Vicaria perpetua vnitur, & n. 16.*
17 *Consuetudo attenditur, & vltimus status ad considerandum, si Vicaria sit perpetua, aut temporalis. & num. 18.*
19 *Vicaria perpetua, quæ datur in titulum beneficij, est reseruata per regulam nostram.*
20 *Vicarius perpetuus habet verum titulum beneficij.*
21 *Vicaria perpetua includitur, sub Iuribus loquentibus de beneficijs curatis, quoad vacationem per assecutionem, & ætatem.*
22 *Vicarius perpetuus remoueri non potest.*
23 *Vicarius perpetuus, lato modo dicitur Rector curæ animarum.*
24 *Vicarius perpetuus habet actualem curam animarum, quæ fuit ablata Rectori, & in Vicarium perpetuum translata.*
25 *Vicarius generalis Episcopi, sicut non potest conferre beneficia, sic nec Vicariam, nec erigere illam.*
26 *Vicarius perpetuus habet de Iure communi fundatam intentionem, in perceptione decimarum, pro sua congrua sustentatione assignatarum, & in reliquis Rector, & n. 27.*
28 *Vicarius perpetuus fundat intentionem de Iure communi, quoad decimas omnes, quando nullus adest Rector, nec de vnione apparet.*
29 *Vicarius perpetuus, sic debet honorari, sicut is, cuius vices gerit.*
30 *Regula de Idiomate, & de annali, procedunt in Vicaria perpetua. & nu. 31.*
32 *Vicarius perpetuus dicitur verus beneficiatus, siue vocetur Curatus, siue Rector, siue alio quouis modo.*
33 *Vicaria perpetua est duplex, & de qualibet. & num. 34.*
35 *Vicaria temporalis, non datur in titulum.*
36 *Vicarius temporalis apponitur propter absentiam proprietarij.*
37 *Vicarius temporalis, ideo dicitur, quia ad tempus, non in perpetuum constituitur.*
38 *Vicarium temporalem potest ponere Rector Ecclesiæ patronatæ, sine consensu patroni.*
39 *Vicarius temporalis potest ad nutum amoueri.*
40 *Vicarius temporalis, non gaudet prærogatiuis illius, cuius vices gerit, nisi ex priuilegio, prout habent Vicarij temporales parrochialium vnitarum Inclito Collegio Compluten. & num. 41.*
42 *Vicariæ temporalis ad titulum, nemo ordinari potest.*
43 *Regula de annali, locum non habet in Vicaria temporali.*
44 *Vicaria temporalis, non subijcitur nominationibus Regni Franciæ.*
45 *Vicaria temporalis, in nihilo regulatur, tamquam beneficium.*
46 *Vicaria temporalis, non includitur in reseruatione regulæ nostræ.*
47 *Vicarium temporalem potest apponere Episcopus in beneficio reseruato.*
48 *Constitutio 46. Pij V. loquens de Vicarijs, in medium adducitur, & tenor est nu. 49.*
50 *Ordinarius non habet liberam collationem in Vicarijs perpetuis, de quibus loquitur d. Constitutio.*
51 *Deputatio Vicariorum, iuxta formam dictæ Constitutionis fit, sine mensium distinctione.*
52 *Vicarij semper tenentur nouam prouisionem apostolicam obtinere.*
53 *Concursus parrochialium, non procedit in Vicarijs, de quibus loquitur dicta Constitutio Pij V.*
54 *Vicarius perpetuus, per quem debeat deputari ad Parrochialem monasterio vnitam.*
55 *Vicariæ, de quibus loquitur Constitutio Pij V. an includantur sub reseruatione regulæ nostræ.*
56 *Regula nostra 8. reseruat generaliter omnia beneficia Ecclesiastica, cum amplissimis derogationibus, & num. 57.*
58 *Vltima lex derogat priori, licet de illa mentionem non faciat.*
59 *Vicariæ, de quibus in Constitutione Pij V. non includuntur in reseruatione regulæ nostræ, ex sententia Rotæ, nec in alijs reseruationibus, & numer. 60.*
60 *Institutio Vicarij, de Iure communi competit Episco-*

Episcopo, & præsentatio a Monasterio, cui est vnita parrochialis.

61 *Noua prouisio, nec solutio annatæ fieri non solet, nisi quando beneficium est reseruatum.*

62 *Constitutionis Pij V. de vicarijs loquentis, quæ ratio fuerit.*

63 *Grauatus in vno, in alio censetur releuatus.*

64 *Onere duplici, nemo grauari debet.*

65 *Generalis nulla lex, comprehendit casus speciales alterius legis.*

66 *Generi per speciem derogatur, siue genus præcedat speciem, siue sequatur, & n. 71.*

67 *Procurator primo constitutus, reuocatur per cõstitutionem secundi, nisi primus sit specialis, & secundus generalis, & nu. 68.*

69 *Generalis reseruatio, non comprehendit casus speciales, & num. 70.*

72 *Derogata, minus censetur constitutio generalis per viam legis facta.*

73 *Regulæ Cancellariæ censentur renouatæ per nouos Papas, cum eisdem qualitatibus antiquarum, & nihil amplius continent, & numero 74.*

75 *Constitutio Pij V. de Vicarijs, procedit etiam in Vicarijs, quæ ante dictam constitutionem dabantur in titulum.*

76 *Rationi legis magis est inhærendum, quam verborum cortici.*

77 *Constitutio Pij V. de Vicarijs, procedit in casibus, in quibus non soluitur annata, quia fructus non excedunt. 24.*

78 *Annata rarò soluitur de Vicarijs, & quare.*

79 *Constitutio Pij V. de Vicarijs, non est derogata per constitutionem Gregorij XIII.*

§. 3. gloss. 5. qui loquitur de Vicarijs.

MODO videre oportet de Vicarijs. An cõprehendãtur † sub regula nostra? Et quia hęc quæstio pẽdet ex eo, an tales Vicarię sint beneficia Ecclesiastica, & quãdo: Presuppono, quòd Vicarius lato sumpto vocabulo dicitur oĩs,

2 qui alterius vices gerit, † vel in loco eius est subrogatus. l. Vicarius. ff. de legationibus. l. 1. C. de seruis Reipublic. manumitten. Ita vt

3 sępe in iure reperitur seruus † Vicarius, hoc est ille, qui gerit vices serui maioris in familia. l. si in re. §. finali, ibi, *eiusque Vicarius*, & postea, ibi, *dedere Vicarium*. ff. de noxalibus. l. si noxali. §. denique. & in l. si seruus meus ordinarius Vicarios habeat. ff. de peculio.

Vnde in Codice habemus titulum de Of-

4 ficio Vicarij, † vbi agitur de Vicarijs Magistratuum, & militum.

In iure autem Canonico, Vicarius multipliciter sumitur. Nam incipiendo a capite,

5 Papa dicitur Christi † Vicarius, prout etiam fuit Petrus. cap. quanto, post principium. cap. inter corporalia, de translatione Episcopi. cap. vbi periculum. §. cæterum, ibi, *cum agitur de creatione Vicarij Iesu Christi*. de electione. in 6. c. vt nostrum. vt Ecclesiastica beneficia sine dimin. confer.

Deinde habemus Vicarium ipsius Papæ,

6 † de quo loquitur tex. in cap. sua nobis, de officio Vicarij, Et lato saltem modo, omnes Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi dicuntur Vicarij Papę. Selua de benef. 2. par. quęst. 1. num. 9.

Item sunt Vicarij Patriarcharum, Archie-

7 piscoporum, & Episcoporum, † aliorumque Prælatorum, de quibus loquuntur. cap. 1. 2. & 3. de officio Vicarij, in 6. c. 2. de consuetudine eod. lib. & omnes decisiones Rotę collocatæ sub rubrica de officio Vicarij, in nouis, & quasi omnes sub eodem titulo, in antiquis. & in antiquioribus, qui etiam officiales ap-

8 pellantur. † c. fin. ibi, *Officialis, aut Vicarius generalis Episcopi*. de officio Vicarij, in 6. de quibus latè per Rebuf. in praxi, titulo de forma Vicariatus per numeros 242.

Item sunt alij Vicarij inferiores, pedanei,

9 seu foranei † nominati, de quibus in clem. 2. & ibi gl. verbo *foraneo*. de rescriptis. Mohed. decis. 5. de appellationibus.

Rursus in beneficijs sunt alij Vicarij per-

10 petui, † & alij temporales. Perpetui Vicarij sunt, quando beneficium vnitur accessoriè. Nam tunc apponitur Vicarius perpe-

11 tuus. † c. extirpãdæ. §. qui vero de præbend. cap. 1. de Cappellis Monachorum. Clem. vnica. de officio Vicarij; de quibus Vicarijs perpetuis loquuntur tex. in cap. 1. 2. 3. & 4. & c. finali, de officio Vicarij. Rota decis. 2. & 5. de officio Vicarij, in antiquis, & decis. 758. num. 2. & 3. par. 1. diuers. Cardinalis in d. clem. vnica, quæst. 3. num. 4. & sequen. cum alijs. Rebuf. in praxi, titulo de Vicaria perpetua, per totum, & dicitur Vicarius perpetuus, hoc est ad vitam ipsius. Vitalin. in clem. 1. n. 11. de off. Vicarij.

Vicarius temporalis dicitur, quando so-

12 lummodo † ad tempus, vel ad voluntatem Constituentis fit, veluti, quando quis habet duas Ecclesias parrochiales æque principaliter vnitas, tũc enim vnus curatus est vtriusque, & non tenetur constituere Vicarium perpetuum in altera, sed ad tempus, videlicet, quando ipse non vult illi inseruire, pro-

bat

bat tex. in cap. temporis. 16. q. 1. & in cap. 1. ne sede vacante. Rebuf. in praxi. tit. de Vicario perpetuo. n. 3. Nam quando Ecclesia Cu-
13 rata habet Rectorem, † non datur Vicaria perpetua. Caputaq. decis. 339. num. 1. p. 3. diuersorum.

Item quando beneficium est vnitum mensę Episcopi, vel Capituli, tunc enim potest
14 constitui † Vicarius temporalis, vt inquit gloss. in verbo, *ad mensam*. in Clem. 1. de excess. prelato. gl. & Doctores in Clem. 1. de rescriptis. Rebuf. in praxi. titulo. de Vicaria perpetua. num. 6. quod tamen hodie limitatur per constitutionem Pij V. vt infra dicemus.

Item quando vnitur beneficium simplex, quia tunc, non solet constitui Vicarius per-
15 petuus, sed temporalis, † glos. verbo, *parrochialium*, & ibi Doctores in d. Clem. vnica. de officio Vicarij, Geminianus cons. 86. *in causa Traiectен.* n. 5. Rebuf. vbi supra. n. 5. Rota decis. 758. n. 2. p. 1. diuersor.

Necnon, quando Vicariæ perpetuę vniun-
16 tur. Nam tunc efficitur † temporalis, & ad nutum possidentis instituitur Rector. Rota decis. 2. sub nu. 2. de excessibus Prelatorum. Gambara. de officio legati in vniendo. num. 102. Alphons. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. parte 1. cap. 15. numer. 8. per totum.

Super quibus multum operabatur consue-
17 tudo † apponendi Vicarium perpetuum, seu potius temporalem, ex latissimè traditis per Antonium Gabrielem. lib. 6. tit. de consuetudine. conclus. 1. & 2. Et quòd sit at-
18 tendendus vltimus status, † ad inspiciendum si sit Vicaria perpetua, vel temporalis, fuit resolutum in vna Pampilonen. decimarum 1. Aprilis 1591. vbi allegatur Decius in l. pacta nouissima. num. 9. C. de pactis, & cons. 126. num. 2. Ferrettus cons. 12. n. 16. lib. 1.

Quibus sic presuppositis, & omissis alijs Vicarijs profanis; Aut loquimur in Vicaria perpetua, quæ datur in titu-
19 lum, & tenendū est † regulariter (saluis casibus, de quibus in Constitutione Pij V. vt infra videbimus) cadere sub reseruatione nostræ regulę; Ex quo verè sunt beneficia Ecclesiastica. cap. G. perpetuus. de fide Instrument. cap. postulasti. de rescriptis. cap. ad hęc, de offic. Vicarij. Clem. vnica. eodem tit. Anton. de Butrio. cons. 3. *suppositа*. post numerum 2. Roman. cons. 356. *circa primum*. num. 5. Rebuf. in praxi. tit. de Vicarijs perpetuis. nu. 14. Gomezius in reg. de Idiomate. q. 11. num. 2.

Nam tales Vicarij perpetui habent ve-
20 rum titulum, † cap. ad hęc, & Abbas ibidem. de officio Vicarij. tex. & ibi gloss. in d. Clem. 1. de officio Vicarij, Ioan. Nicola. in tract. de pluralitate beneficiorum. cap. 1. numero. 37. Gambarus. de officio, & potestate legati de latere. lib. 6. tit. de dispensatione. num. 10. & ita est tenendum, quicquid in contrarium dicat gl. verbo, *tenere*, in d. c. ad hęc.

Hinc omnia iura loquentia de beneficijs
21 curatis, † circa vacationē per assecutionem, & per non promotionem, & de eorum ætate, locum habent in huiusmodi Vicarijs perpetuis. Clem. vnica. de officio Vicarij, vbi prę-ter alios, latissimè Bonifacius Vitalinus, Flamin. Parisius. de resignat. lib. 3. q. 1. nu. 115. cum sequentibus.

Nec Vicarius perpetuus potest remoue-
22 ri, etiam, si Rector † principalis moriatur, vt in dicto cap. ad hæc. de officio Vicarij, Rebuf. vbi supra. num. 15. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. 1. p. cap. 15. num. 12.

Dicitur namque iste Vicarius, perpetuus
23 Rector † curę animarum, licet proprie non sit Rector Ecclesię. Vitalinus in dicta Clem. 1. de officio Vicar. num. 24. cap. ex parte, & Abbas ibi not. 3. de officio Vicarij. Et cura actualis aufertur Rectori, & transfertur in
24 Vicarium † perpetuum. Nauarrus cons. 21. num. 7. de Clericis non residentibus, iuxta impressionem Romanam, vbi num. 8. dicit, quòd in habitu residet cura penes Rectorem. Caputaq. decis. 339. num. 2. & 3. p. 3. & aliquid dicam in gloss. 6. in illatione 14. ex num. 97.

Sic etiam, sicut Vicarius generalis Epi-
25 scopi, non potest conferre beneficia † sine speciali facultate. cap. fin. de off. Vicarij lib. 6. Ita nec potest conferre Vicariam perpetuam, nec illam erigere. Puteus decis. 239. *secunda Martij*. num. 1. & per totam. lib. 2.

Item talis Vicarius perpetuus habet de iure communi fundatam intentionem, in iure percipiendi decimas, & iura parro-
26 chialia pro sua congrua sustentatione † assignata. Rot. decis. 5. de officio Vicarij, in antiquis. Crescen. decis. 2. numer. 1. de decimis. Caputaq. decis. 339. num. 2. p. 3. In reliquis autem decimis, habet fundatam intentionem
27 Rector, † vel is, cui est beneficium vnitum, Cardinalis in Clem. finali. ad fin. de decimis, Mohedan. decis. 5. de decimis. Caputaquen. decis. 353. n. 3. p. 2. & d. decis. 339. num. 3. & 4. libro. 3.

Si vero nullus adesset Rector, nec appa-ret de vnione, tunc Vicarius perpetuus fundatam habet de iure communi intentionem,
28 † quoad omnes decimas. Rebuf. in tract. de congrua. num. 110. vers. *tertius est*. Vitalinus in Clem. 1. num. 71. de Iurepatronatus, & fuit resolutum in vna Pampilonen. decimarum 14. Ianuarij 1591. coram Comitulo, &

in ea-

in eadem causa.13.Decembris 1592. coram R.P.D.meo Pamphilio,& vide,quæ dicam in gl.6.illatione 7.ex n.75.

Huc spectat, quòd Vicarius perpetuus sic
29 debet honorari † in loco, & alijs, sicut is, cuius vices gerit.cap.prȩcipimus.93.distinction. & per tex. in dicta Clem. vnica, tenet ibidem Cardinalis. sub nu. 2. vers. *sexto oppono*. de officio Vicarij. Felinus in cap. cum olim.il 2. de off. delegati. Hojeda vbi supra. num. 13.

Item regula de Idiomate habet locum in
30 Vicario perpetuo, † vt latè per Gomez.in reg.de Idiomate.q.11.per totam.

31 Nec non regula de annali,† vt Mandosius in reg.33.de annali. q.13.per totam.

Quod etiam procedit, & locum habet, sive vocetur Vicarius, sive Curatus, sive Re-
32 ctor,sive alio † quouis nomine. Rebuf. in d. tract.de congrua.num.112.& in tract.nominationum. num. 48. vers. 29. *non comprȩhenduntur*. q.15.

Non tamen est prætermittendum, quòd ista Vicaria perpetua du-
33 plex † est, vt tradit Rebuf. in praxi. tit. de dispensatione ratione ætatis, verbo, *vel earum perpetuæ Vicariæ*. Vna est, quæ continet curam animarum actu, vt in casibus supradictis: Altera est,illa quę consistit in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata: Nam cura resi-
34 det penes Capitulum, & exercitium † penes Vicarium, & tamen si datur in titulum perpetuum,pariter cadit sub regula nostra,cum Ecclesiasticum beneficium sit.Hojeda de incompatibilit.p.1.c.15.num.17. & vide, quæ inferius dicentur.

In alijs autem Vicarijs, non perpetuis,
35 sed temporalibus, secus tenendum † erit, quia talis Vicaria, non datur in titulum, nec in perpetuum; sed ad certum tempus, & sic non est beneficium Ecclesiasticum.cap. peruenit. il 2. 28. de appellationibus, vbi habetur, quod propter absentiã titularis,& contumaciã in non residendo,sit assignandus Vi-
36 carius, † donec vel veniat ad residendum, vel alius prouideatur. cap.cum ex eo. vers. *porrò septenio*. de electione.lib.6.vbi mandatur apponi Vicarium durante tempore concesso Curato ad studendum. cap.2.de ętate, & qualitate, vbi habetur, quòd Ecclesia dispensatiuè concessa minori ætate,est per Vicarium temporalem constituendum regenda,donec titularis perueniat ad ætatem, extrauagans execrabilis. §. quantum autem, ibi, *non per Vicarios perpetuos; sed per Rectores, aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum temporales Vicarios exercenda*.de prȩben.Io. 22.vbi gl.verbo, *temporales*,dicit,ideo tẽporales dici Vicarios,quia ad tẽpus,non in perpetuũ du-
37 ratura † est eorũ Vicaria, puta cessante causa,vel lapso tẽpore,ob quã,vel vsq; ad quod talis Vicaria concessa est, Concil. Trident. sess.24. de reformat. c. 18. post principium. ibi, *debeat Episcopus statim habita notitia vacationis Ecclesiæ,si opus fuerit,idoneum in ea Vicarium, eum congrua (eius arbitrio) fructuum perceptionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur.*

Vnde Rector Ecclesiæ patronatæ, potest apponere Vicarium temporalem in illa, sine
38 consensu † Patroni.cap. ad hæc.de officio Vicarij, Lambertin. de Iurepatron. lib. 3.q.5. artic. 10. num.1. & per totum. Vitalinus in dicta Clem. vnica. numero. 56. de officio Vicarij.

Hinc talis Vicarius temporalis potest ad
39 nutum † amoueri per eum, qui illum constituit. Vitalinus.d. nu.56.in fine. Abbas in c. edoceri.num.10.de rescriptis.

Vnde isti Vicarij temporales, non debent
40 gaudere prȩrogatiuis, † & emolumentis, quibus gaudent Rectores,vel Vicarij perpetui. Bart. in l. filius. in principio. ff. de legationibus. Cardinalis in Clem. 1. sub num.2. in 6. oppositione. de officio Vicarij. Felin. in dicto cap. cum olim. il 2. num. 1. de officio delegati. Purpuratus in l. 1. ff. de officio eius cui est mandata iurisdictio. n.632.& aliquid dicam super hac gl.§.8.de coadiutorijs prope finem.

Nisi aliud priuilegio concedatur, prout vidi concedi à Sede Apostolica, Vicarijs temporalibus apponendis per inclitum Collegium Compluten.in beneficijs eidem Collegio vnitis, vt admitterentur ad Congre-
41 gationes,& omnes prȩheminentias,† ac prȩrogatiuas,quas faciunt,& quibus potiuntur, ibi,Rectores, & perpetui beneficiati diœcesis Toletanę, & præfatum priuilegium ab impugnationibus obreptionis, & subreptionis contra illud,ex aduerso oppositis, defendi, debitumq; fuit sortitum effectum.

Neque ad titulum Vicariæ temporalis po-
42 test quis ordinari † sacris ordinibus. Salcedus in additione ad praxim Bernardi. cap. 18. numero. 8. versic. *& ea ratione vicaria temporalis*. Flamin. Parisius de resignat.lib.2. q.6.num.2. Maiolus de irregularit. lib. 4.c. 15. n. 4.

Similiter regula de annali, non intrat in
43 istis † Vicarijs temporalibus. Mandos. in reg.de annali. q.13.n.1.& 2.

44 Sicut nec subijciuntur nominationibus,† Rebuf.in tracta. de nomination.quæstione. 15.nu.48.

Denique in nihilo istę Vicariæ temporales regulantur, † vti beneficia Ecclesiastica, neque comprȩhenduntur in reseruationibus, ex supradictis, & tradit Hojeda vbi supra.num.16.gloss.optima.in c.si pauper. 30.
45 verbo,

verbo, *esset causa mandati.* de prębend. lib. 6. Tholosan.d.c.11. n.16. & 17. & loquens de
46 reseruatione,† ratione expectatiuæ, docet Staphilęus de lit.gratiæ. 9. forma expectatiuarum. numer. 29.in fine.verl. *ex quo infero.* Gomezius de expectatiuis. numero. 94. versic. *ex quo infero, quòd nec Vicariam temporalem.*

Vnde Episcopus potest apponere vnum Vicarium temporalem in beneficio reseruato, vt inseruiat illi, † dum Papa non prouidet,argumento.c.regenda.11.q.1. Abb.in c. cum nobis.vltim.notab.de electione.Rebuf. in praxi.tit.requisita ad bonam collat.n.20. & probatur in d. Conc.Trident. sess. 24.de reform.c.18.
47

Tandem in hac materia Vicariarum perpetuarum, pro declaratione, & modificatione regulæ nostrę meminisse omnino oportet, constitutionis † Pij V. 48 quę incipit, *ad exequendum.* Calen.Nouemb. an. 1567.& est in Bullario 46. loquentis de Vicarijs perpetuis Ecclesiarum parrochialium, Cathedralibus, & alijs Ecclesijs, Monasterijs, Beneficiis, Collegijs, & alijs pijs locis, pro illarum, seu illorum congrua sustentationę, seu dotis augmento vnitis. Et postquam tractat de erigendis Vicarijs, & congrua portione assignanda, ipsis Vicarijs perpetuis ex fructibus,& redditibus prę fatarum parrochialium, subiũgit hæc verba.

Declaratur haec constitutio 46 Pij V.

49 Et quoniam *iniquum esset † eos, qui cõmodis priuantur, eadem onera,quæ prius sustinebant debere sufficere, volumus, & statuimus,quòd Ecclesiæ, Monasteria, Collegia, Beneficia,& Pia loca huiusmodi,in quorum Parrochialibus Ecclesijs vnitis, contingit Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipsis Vicarijs perpetuis assignatorum, ad solutionem quindeniorum,quam nobis, & Cameræ soluunt, vlterius non teneantur, sed eis detractio fiat, ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum parrochialium percipiuntur. Ita tamen quod Vicarij perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à Sede Apost.nouam prouisionem suæ deputationis, & soluere annatam pro portione fructuum,reddituum, & prouentuum certorum sibi assignata,& expedire litteras Apost.Nec alias ad possessionẽ dictarũ Vicariarum perpetuarum,& seruitium earundem parrochialium admitti possint,nisi soluta annata,& expeditis litteris Apostolicis nouæ prouisionis, vt præfertur,alioquin integrum quindenium solui debere. Nec Vicarij prædicti antea tuta conscientia fructus percipere possint.*

Volumus insuper, & ita mandamus, quòd dicti Vicarij perpetui ad liberam ordinariorum electionem,seu ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu eorum Vicariorum,præuio examine approbationę deputentur.

Et si dictæ Parrochiales vnitæ erunt Monasterijs regularium mendicantium, possint à superioribus dictorum Monasteriorum, nominari ex ipsis mẽdicantibus,quos si ordinarij præuio examine per se, aut eorum Vicarios faciendo,idoneos ad Curam animarum exercendam inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in Vicarios ad nutum tamen superiorum suorum amobiles deputare.

Idemq; seruetur in regularibus Monachis, tantũ dũmodo in ea parrochiali,in qua vnus ex eis Monachus fuerit, seruata forma prædicta, Vicarius deputatus,habitent cum eo, saltem quatuor alij ex dictis Monachis. hactenus d. Constit. quę venit pro declarat.& supplem.Concil. Tridentini. sess.7.cap.7.

De Vicarijs amobilibus apponendis à regularibus mendicantibus, seu Monachis,nulla insurgit dubitatio, quoad regulam nostram, quia sicut diximus tales Vicarię, ad nutum amobiles, non sunt beneficia Ecclesiastica, in quibus cadere possit reseruatio.

Quantum autem ad Vicarios perpetuos apponendos, secundum prędictę constitutionis tenorem, ista constitutio est valde singularis.

Tum,quia Episcopi, & ordinarij, non ha-
50 bent liberam † collationem, in his Vicarijs, sed dumtaxat illis conceditur confirmatio, seu deputatio ad nominationem Ecclesiarum, seu locorum, quibus dictæ parrochiales sunt vnitę, prout ex dicta bulla dicit Sacra Conc. Tridentini Congregatio. & vide infra num. 60.

Tum, quia talis deputatio ab ordinarijs facienda,precedente antedicta nominatione, concedi videtur indefinitè, & absq; aliqua
51 temporis, vel mensium distinctione, † in omnibus mensibus Anni.

Tum etiam, quia versa vice, tales Vicarij, in quibuscumque mensibus, etiam ordinarijs prouideantur, tenentur, non obstante
52 d. prouisione, nouam prouisionem † à Sede Apostolica obtinere, & litteras desuper expedire, & annatam, si fructus sine distributionibus 24. ducatos de Camera excedunt, soluere, antequam ad possessionem admittatur, nec tuta conscientia fructus suos facere possint.

Tum denique, quia in hoc casu limitari videtur dispositio Concilij Tridentini. sessione 24.cap.18. de reformatione,super forma prouidendi parrochiales Ecclesias, vt
53 non sit seruanda forma † d.Concilij, sed forma d. Constitut. quatenus sit Concilio contraria, quia est posterior per quatuor annos à publicat.d.Conc.arg.l.generali.13. Iuncta authentica ingressi sequenti.C.de sacrosanc. Ecclesijs. l. pacta nouissima. C. de pactis, vbi late Ias. num.3. cap.1.de constitut.in 6.

vbi probatur,quòd per leges sequentes corriguntur,& limitantur præcedentes,& vide, quę dicam in gl.6.ex num. 161.

Hinc emanauit huiusmodi Sacra Concil. Tridentini declaratio.

54 *Petentibus Iesuitis. An † Parrochia Toletana, in Monasterium erecta, & vnita eorum Collegio, gubernari possit à deputato ab ipsis,modo sit approbatus ab ordinario? censuerunt posse.* Et iterum dixit eadem Congregatio sic, *neque Vicarios perpetuos, neque temporales posse ab ordinarijs poni in Monasterijs, quibus cura imminet animarum, vel à principio, vel ratione annexionis; sed tantum à superioribus eorum; præuio tamen examine ipsorum ordinariorum, iuxta præscriptum huius decreti. sess. 25. de regular. cap. 11. Domini censuerunt.*

Vnde oritur dubitandi occasio. An
55 regula nostra reseruatoria† mensium locum habeat in prędictis Vicarijs, stante d. Constitutione 46. Pij V.

Et profecto sine difficultate affirmatiua pars tenenda videbatur.

Primo, ex generalitate verborum nostræ regulæ reseruantis omnia beneficia Eccle-
56 siastica, † cum cura, & sine cura, secularia, & quorumuis ordinum regularia, qualitercumque qualificata, & vbique existentia, in octo mensibus Apostolicis vacatura, ad prouisionem, collationem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem, quorumcumque collatorum, secularium,& regularium,&c. Et ideo cum istę Vicariæ perpetuę sint beneficia Ecclesiastica,cum cura,vt paulò antea diximus, cõprehendi debent in reseruatione nostrę regulæ.

Secundo,quia regula nostra continet præ-
57 gnantissimas clausulas † derogatorias, vt patet ex versiculo, *ac consuetudines, &c.* latissimè Felinus in cap. nonnulli. num. 2. cum seq.prędsertim sub nu.5. vers. *fallit autem prædicta regula.*de rescriptis. Puteus loquens in terminis regulæ nostræ. decis. 164. *fuit dubitatum.* lib. 2.per totam.

Tertio, & quod fortius est, quia regula nostra est posterior dicta constitutione Pij V.cum sit facta, seu suscitata per omnes, & singulos Papas, qui postea successerunt, & semper imposterum de nouo fiet per futuros Pontifices Maximos, & sic tamquam noua lex contraria Constitutioni Pij V. antiquiori derogat illi, quia semper secunda,
58 vel vltima lex contraria † derogat primæ.l. non est nouum.26.& ibi gl.l. sed & posteriores.28.ff.de legibus.l.pacta nouissima.C. de pactis.cap.1.de constitution.lib.6.ibi *constitutionem condendo posteriorem, quamuis de ipsa mentionem non faciat, reuocare noscatur.* vbi plenissime post alios Gomezius. numer. 51. cum sequentibus, Et in oppositis, vel contrarijs,posito vno, tollitur aliud,Paulus Castren. in d.l.non est nouum.n.3.ff. de legib.

Sed nihilominus contrarium fuit resolu-
tum,per Rotam in vna causa Tiraso nen. Vicariæ 13. Octobris ann.1595 coram R. P. D. meo Litta, vbi fuit firmatum, nostram regulam 8. reseruatoriam mensium,
59 non obstare, nec derogare † præd. Constit. Pij V.& consequenter fore limitandam in ca su d.Constitut.ex rationibus sequentibus.

Primo,quia d.Constitutio Pij V.habet locum etiam, quando dictę Vicariæ vacant in
60 mense reseruato,seu cadunt sub alia † reseruatione, quod patet ex eo, quia alias dicta Constitutio non solum esset superflua, ex tex.in c.de Monachis, de prębendis, & dignitatibus, cum notatis. in cap. 1. de Cappellis Monachorum,vbi probatur,quòd Episcopo competit institutio Vicarij, & Monasterio,cui est vnita parrochialis præsẽtatio.

Sed etiam esset valde exorbitans, grauando prouisos ab ordinarijs in eorum mensibus, ad accipiendum nouam prouisionem, & expediendum litteras,& soluendum anna-
61 tam, quod non solet fieri, nisi † quando beneficium est reseruatum, vel alias illius collatio spectat ad Sedem Apostolicam, quo casu, ne Cancellaria fraudetur suis regalibus, opus est noua prouisione, quæ reualidet prędsentationem alias defectiuam.Puteus decis.443.li.1.Mohedan.decis.4. de concess. prębendæ. Rebuf.in praxi.tit.de forma nouę prouisionis, per totum. Acchiles decis.7.de prębendis.

Rursus, quòd d.Constitutio procedat in Vicarijs alias reseruatis (inquit Rota) quod
62 indicat ratio posita † in §. *& quoniam iniquum esset*, dum pro rata assignata Vicarijs, aufertur Rectoribus onus soluendi quindenia, & transfertur in Vicarios perpetuos, eos grauando ad solutionem annatæ,& sic sicut solutio quindenij, prius fiebat à Rectoribus, pro beneficijs reseruatis: Ita eodem modo, pariter Vicarij tenentur in reseruatis ad expeditionem nouæ prouisionis, & solutionem annatę.cum regulariter translatio fiat cum suo onere. l.Caio.ff.de aliment. & cibarijs legat.l.Imperator. ff.de pũblic.& vectigalibus. Gigans de pensionibus.q.43. per totã.Ista tamen ratio nõ bene quadrat d.constitut. quę potius releuat Vicarios ab onere antiquo,quam de nouo grauet ad quindenia.

Prętera sicut Papa grauauit Vicarios ad obtinendam nouam prouisionem, & soluendum annatam,& expediẽdum litteras,etiam in mensibus ordinarijs;Ita etiam,versa vice,
63 est satis verisimile,† quòd voluerit concedere hunc fauorem,vt semper ad nominationẽ illius Ecclesię, vel Collegij, cui fuerat vnita parro-

Parrochialis, ordinarius institueret, seu confirmaret, vt in vno grauatus, sit in alio per modum recompensę releuatus. l. eum qui 30. & ibi gl. verbo *probandi*. & Ias. nu. 4. & 5. ff. de iur. iuran. & faciunt tradita in §. 7. proœmiali vers. *ecce igitur*. ex num. 106.

64 Et nemo duplici onere † grauari debet l. 4. §. sed si nauis. ff. ad legem Rod. de iactu. Cassador. decis. 3. num. 2. de pensionibus, Caputaquen. decis. 86. n. 3. p. 3.

Non obstat dicere, quòd regula nostra sit modernior, cum sit facta, & renouata per singulos Papas, & quòd sit generalissima, &c.

Quoniam nulla lex quamtumuis generalis, comprehendit casum specialem, † nec
65 priuilegiatum per aliam legem decisum; imò lex noua determinatur, & intelligitur per l. antiquam. l. sed & posteriores. ff. de legibus, & expresè tenet. gl. prima relata ad suum casum in l. 3. C. de silentiarijs, & decurion. lib. 12. & gl. rectè inspecta in l. hac consultissima, in principio. glos. 3. C. qui testam. facere possunt. Ias. num. 16. Orosius num. 33. in l. 1. ff. de constitut. princip. latè Felin. in c. 1. num. 10. & sequentibus, de rescriptis, Menchaca de succes. creatione. §. 3. num. 3. & n. 16. Anton. Gomezius in l. 9. Tauri. num. 10. Cassado. decis. 6. num. 11. super regulis Cancellariæ, Ioan. Gutierrez in repetitione Authen. sacramenta puberum C. si aduersus venditionem, numero 76. & de iuramento confirmat. 1. parte c. 4. num. 2. & in quæstione practica. 96. lib. 2. Antonius Gabriel in titulo de legib, lib. 6. conclus. 1. per totam, Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gl. vnica, num. 4. Couarr. lib. 2. variar. c. 5. num. 6. Puteus decis. 213. n. 4. lib. 3. Rota decis. 75. numer. 6. parte prima diuers. & decis. 75. num. 14. & decis. 139. num. primo, & 2. parte 2. diuersor. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumptione 38. num. 17. cum pluribus sequen. & dixi in §. 5. proœmiali, ex num. 129. cum sequentibus.

Semper enim generi per speciem deroga-
66 tur, siue genus præcedat speciem, † siue species præcedat genus, vt latè per Decium loquentem in materia derogationis priuilegiorum, per nouas leges generales sequentes, in l. in toto iure 80. numero 8. cum sequentibus. ff. de reg. iur. Felin. in capit. primo nume. 10. de rescriptis.

Vnde licet primus procurator constitutus censeatur reuocatus per constitutionem
67 † secundi. l. si quis 31. §. final. ff. de procur. l. 24. titulo 5. Partita 3. hoc tamen locum non habet, quando prima nominatio procu-
68 ratoris † fuit specialis, & secunda generalis. Puteus decisione 167. incipit, *in vna Conchen.* libro tertio.

Et in terminis reseruationis, quòd reseruatio generalis, non comprehendat casus speciales, resoluit Simonet. in tractatu. de reseruatione. quęstione 49. per totam, vbi dicit, quòd si Papa concessit alicui spe-
69 ciale † indultum conferendi beneficia, etiam reseruata, non censetur sublatum per regulas posteriores reseruantes beneficia, vbi allegat Geminianum, qui benè loquitur cons. 30. incipit. *Bonifacius Nonus*. numer. 3. & 4. & postea subdit ibidem Simonet. quòd ideo videtur, quòd priuilegia concessa varijs ordinibus, vt possint procedere ad electiones, non obstantibus reseruationibus, non impediuntur per regulas posteriores, omnia monasteria reseruantes. de quo ego nihil firmo.

Prout etiam idem Simonet. concludit in quęstione 87. quòd per generales reseruationes regularum, non intelliguntur reuo-
70 catæ reseruationes, † quæ sunt factę ab inferioribus à Papa, vigore suorum priuilegiorum, vbi allegat glossam in dicta l. 3. C. de silentiarijs. libro. 12. post Oldrad. cons. 226. & iterum in quęst. 99. nu. 27. quibus adde, quę habes in gl. 9. §. 2.

Procedit etiam in matetia reseruationum, vulgaris regula, quòd generi per spe-
71 ciem derogatur. † Lapus alleg. 83. n. 3. Geminian. d. cons. 30. nu. 3. & 4. Æneas de Falconibus. in tract. de reseruationib. q. 4. principali effectu. 6. sub n. 9.

Insuper tanto magis constitutio Pij V. de qua agimus, non censetur derogata, cum per
72 viam legis sit facta, & sic est derogatio † difficilior. Gomezius in proemio regul. Cancellarię. quęst. 5. in fine. Felin in cap. nonnulli. n. 4. vers. *est vnum quod si fieret*. in 1. fallen. & ita respondit Rota in d. causa Tirasonen.

Præsertim, quia regula nostra octaua similiter erat facta per Pium Quintum, ante dictam constitutionem, & per eandem constitutionem fuit in hac parte limitata. Re-
73 gulę autem posteriores, † nihil amplius continent, quam illa regula Pij V. continebat, nisi quatenus reuiuiscunt per nouos Papas, cum per obitum antiquorum expirauerint, & sic censentur renouatę, ac subro-
74 gatę cum eisdem qualitatibus, † & moderationibus, argumento eorum, quę tradunt Cassador. decis. 8. num. 1. & 6. de rescriptis. Mohedan. decis. 5. eod. titulo. Puteus decis. 71. lib. 1. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. numero. 27. vbi dicunt, quòd clausulę, & qualitates contentę in commissione primę instantiæ, & in actu confirmato, censentur repetitę in commissione secundę instantię, & in actu confirmato, & sic de similibus.

Rursus dicta Decisio Tirasonensis dicit,
75 supradicta locum † habere, non solum in Vicarijs, quę ante dictam constitut. non

dabantur in titulum; sed post dictam Constitutionem sic; verum etiam in Vicarijs, quæ ante d. Constitutionem conferebantur in titulum perpetuum, cum eadem militet ratio. maxime stantibus verbis dispositiuis, licet verba narratiuæ contrarium suaderent, quia magis est inhærendum rationi legis, † quàm verborum cortici. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusation. tutor. c. propterea. cap. intelligentia, de verborum significatione. 76

Dixit etiam Rota in eadem causa Tirasonen. quod d. Constitutio Pij V. locum habeat etiam in Vicarijs, de quibus non soluitur annata, † ex eo, quod fructus, absque distributionibus, non excedant valorem annuum 24. ducatorum de Camera, quia dispositio est generalis, & non restringitur ab illa qualitate solutionis annatę, dependente à sola expressione valoris, & propterea est intelligenda d. constitutio in casu, in quo sit annata soluenda: vt remaneat generalis, & vtrumque casum, siue soluatur annata, siue non soluatur capiat. Bart. in l. quęsitum. §. si quis fundum. num. 1. ff. de fundo. instruct. Cassador. decis. 25. ante numerum 3. super regulis. Io. Gutierrez. in cons. 13. tex. in l. fin. §. si quis, vbi notat Bart. ff. de Iur. & fact. ignorantia. 77

Præsertim, quia raro de prædictis Vicarijs soluitur annata, † ratio est, nam d. Constitutio dicit, quod assignentur pro congrua Vicarijs, non minor. 50. nec maior. 100. ducatorum summa, computatis omnibus, etiam incertis emolumentis, & alijs obuentionibus, communiter percipi solitis, & sic comprehenduntur distributiones, de quibus annata non soluitur, vt in terminis huius constitution. consuluit. Io. Gutierr. cons. 8. per totum, & dixi in §. 7. procœmiali, vers. *neque in congrua portione*. num. 185. 78

Nec dicta constitutio 46. Pij Quinti est reuocata per Constitutionem 15. Gregorij 13. † sub data Kalen. Martij. an. 1. sub titulo, reductio literarum fęlic. recordat. Pij Papę Quinti pro mendicantibus; Quia vltra quod prędicta Constitutio 15. Gregorij XIII. dumtaxat procedit, quoad Vicarios Parrochialium vnitarum monasterijs. Postea idem Gregorius XIII. ore reualidauit eamdem Constitutionem Pij V. dummodo cum fratre, seu Religioso Vicario ad nutum amobili per Monasterium pro subeũda animarum cura assignando, vnus dumtaxat alius Religiosus extra claustrum maneat, & non plures, prout sacra Concilij Tridentini Congregatio declarauit, pro interprętatione, cap. 7. sess. 7. de reform. & sic memorata constitutio est hodie seruanda. 79

Summaria §. 4. Glossæ Quintæ.

1 *Hospitalia, an sint reseruata per regulam nostram.*
2 *Regula nostra, vti generalis, & fauorabilis, an capiat hospitalia.*
3 *Regula 26. Cancellariæ, de beneficijs vacantibus per promotionem, capit hospitalia.*
4 *Hospitalia, an includantur sub Iuribus loquentibus, de beneficijs, & n. 7.*
5 *Publicatio fieri debet in hospitalibus.*
6 *Hospitale approbatum vendi non potest, absq; simonia.*
7 *Hospitalia non veniunt appellatione beneficij.*
8 *Hospitalium administratores, sunt ad instar tutorum, & Curatorum.*
9 *Hospitalis constructio, & destructio regulariter spectat ad personas Confraternitatis ipsius Hospitalis.*
10 *Reseruatio extrauagan. ad regimen, non comprehendit Hospitalia.*
11 *Hospitalia, elemosineriæ, leproseriæ, xenodochia, & operariæ, pari passu ambulant.*
12 *Hospitalia, non includuntur sub reseruatione, etiam si Episcopi auctoritate sint fundata, & quocunque nomine vocentur.*
13 *Hospitalia regulariter conceduntur ad nutum amobilia.*
14 *Hospitale, quando est beneficium, & datur in titulum perpetuum, cadit sub reseruatione regulæ nostræ.*
15 *Hospitalia conferuntur in titulum perpetuum ex dispositione fundatoris, vel quando sunt electiua.*
16 *Hospitalia vnita alijs beneficijs, cadunt sub reseruatione, tamquam accessoria.*
17 *Hospitalis fauorem, non respicit reseruatio.*
18 *Generalitas reseruationis regulæ nostræ, restringitur ad sola beneficia perpetua.*
19 *Constitutio de publicandis, non solum procedit in beneficijs; sed etiam in officijs.*
20 *Hospitalis fauorem concernit, quod certum sit, An fructus bene distribuantur, & à quo ratio sit exigenda.*
21 *Hospitale, quamuis non sit beneficium, tamen est res Ecclesiastica, & religiosa, quando auctoritate Episcopi fuit fundatum. & n. 22.*
23 *Laicus est capax Hospitalis, Episcopi auctoritate fundati.*
24 *Hospitale in dubio potius præsumitur laicale quam Ecclesiasticum.*

§.4. gloss.5. qui loquitur de Hospitalibus.

NVNC videre oportet, An
1 hospitalia† comprehendantur sub regula nostra ? & pro parte affirmatiua facit.

In primis, quòd nostra regula est fauorabilis, vt diximus in §.6. procœmiali, & quando materia est fauorabilis, beneficiorum appellatione Hospitalia
2 † comprehenduntur. gloss. in Clementin. dispendiosam de Iudicijs, in verbo, *beneficijs*, in principio, vbi, quia præmissum erat de beneficijs, seu officijs, concludit comprehendi etiam Hospitalia, & Ancharan. ibi num.2.notab.4. Cardinalis quæst. 3. in fine Ioan. Selua de benef. parte prima quæst.3. Lambertin. de Iurepatronat. lib.1.p. prima quæst. 11. articulo 11. num.4 Flamin. Parisius de resign. lib. 11. quæst.3. num. 49.

3 Secundo, quia regula Cancellariæ 26. † de beneficijs vacaturis per promotionem, capit etiam huiusmodi Hospitalia, & elemosinarias. Felin. in c. de quarta de præscriptio. col. 5. ante numerum 16. vers. *& si aliqua dispositio Iuris, vel regularum*, & numer. 16. vbi in fine dicit, ità iudicatum fuisse in causa propria, Mandosius in d. regula Cancellariæ 26. q.6. numero 2.

Tertio, quia dicit Collectaneus, in c. fin. q. 21. in fine, de sortilegijs, quòd temporibus
4 suis, Rota traxit Iura loquentia † de beneficijs ad Hospitalia, Mandos. d.q.6. sub n.1.

Quarto, quia verba generalissima nostræ regulæ, loquentis de omnibus beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, tàm sæcularibus, quàm regularibus, & qualitercumque, & vbique existentibus, videntur satis apta comprehendere prædicta Hospitalia.

Quinto, quia sub die 15. Nouembr. 1587. & iterum 3. Iulij 1588. fuit resolutum in Rota coram Bubalo, in vna causa Regien. hospitalis, quòd Constitutio Gregor. 13. de publi-
5 candis † resignationibus beneficiorum, habet locum in hospitalibus, & prius fuerat idē resolutum in vna Aquilana Prioratus 14. Aprilis 1581. coram Cantuccio, & tradit Fla. Parisius de resign. lib. 11. q. 3. à n. 38. & n. 43.

Sexto facit, quia quàmuis hospitale, non sit beneficium perpetuum, tamen cum sit fundatum auctoritate Episcopi, & soleat solis Clericis cōcedi, non est titulus totaliter prophanus, sed potius Ecclesiasticus, & sine labe
6 simoniæ † vendi non potest, vt tradit Federicus de Senis in tracta. de rerum permutatione, num. 22. Bellamera in eodem tract. p. 3. q. 3. Fla. Par. de resign. lib. 2. q. 15. n. 7. & iterum lib. 11. q. 3. num. 52.

Prædictis tamen non obstantibus, contrarium tenendum est, quia regulariter hospitalia non veniunt appella-
7 tione beneficij † Clementina quia contingit. §. vt autem, de religiosis domibus, *vt autem*, inquit, *promissa promptius obseruentur, nullus ex locis ipsis, secularibus Clericis in beneficium conferatur, etiam si de consuetudine, quam reprobamus penitus, hoc fuerit obseruatum, nisi in illorum fundatione, secus constitutum fuerit, seu per electionem sit de Rectore loci huiusmodi prouidendum, sed eorum gubernatio viris prouidis, idoneis, & bonis temonijs committatur, qui sciant, velint, & valeant, loca ipsa, bona eorum, ac iura vtiliter regere, & eorum prouentus, & redditus in personarum vsum miserabilium fideliter dispensare, &c.*

Probat etiam tex. in Clem. per litteras, de prębendis, cuius verba sunt, *per litteras à Sede Apostolica, vel legatis ipsius, super prouisione quorumlibet Clericorum directas, de Xenodochijs, leprosarijs, elemosinarijs, seu hospitalibus, etiam si Ecclesias, vel cappellas, decimas, aut alia spiritualia iura noscantur habere, nulli posse decernimus, prouideri, nisi hoc in Apostolicis litteris, caueatur expresse.*

Ecce qualiter in istis duabus Constitutionibus disponitur, in vna, quòd hospitalia non sunt beneficia ecclesiastica, neque vti talia conferenda, sed veluti quædam administrationes, seu gubernationes ipsorum hospita-
8 lium, ad instar † tutorum, & curatorum, vt tex. ibidem declarat; & in altera quòd in litteris reseruatorijs, & mandatis de prouiden do, non veniant huiusmodi hospitalia.

9 Item quia constructio, & destructio † talis administrationis, regulariter fieri solet per personas Confraternitatis ipsius hospitalis, Lapus allegatione 42. Cardinalis. cons. 11. Abbas in disputatione 3. num. 13. ad finem, Parisius de resignatione d. lib. 11. q. 3. numer. 42. & 43.

Et in indiuiduo, quòd reseruationes, de-
10 quibus in extrauaganti † ad regimen, non capiant hospitalia, consuluit Federicus de Senis cons. 280. *casus talis est*. felicis recordationis, Lapus de Castell. in tract. de hospitalibus, n. 63. vers. *offert se modo alia quæstio, an reseruatio*, vbi loquitur de reseruatione. Ioann. 22. Aeneas de Falconibus in tracta. de reseruat. q. 3. principali ante finem. n. 33. vers. *tàm hospitalia, in quibus*. Simonet. de reseruatione. q. 7. n. 1. & per totā. Selua de benef. p. 3. q. 57. nu. 1. & per totā, Dec. cons. 165. *viso tenore*. n. 2. vers. *sed supradictis*. Gomezius, in reg. de triennal. q. 7. in fi. Rebuf. in tract. de nomination. q. 15. n. 12. Rota decis. 725. n. 7. p. 1. diuer. Mandos. in

reg. prima Cancellarię quęst. 9. nume. 2. Puteus decis. 261. *die* 10. lib. 1. Mohedan. decis. 18. de causa possess.

11 Quod ampliatur primo, † vt procedat in elemosinarijs, leprosarijs, Xenodochijs, & operarijs, cum omnia ista dicantur, etiam hospitalia, licet diuersis nominibus, secundum diuersos Regionum mores, so leant nuncupari, vt disponitur in dicta Clementina, per litteras, & ibi gl. verbo *Xenodochiis*, & verbo, *elemosinariis*, & tradit Simonet. d. quęst. 7. Mandos dicta q. 9.

Secundo ampliatur, quàmuis prædicta hospitalia, seu quomodocunque nuncupentur,
12 sint auctoritate Episcopi fundata, †& habeãt Ecclesiam, & campanile, ibique perpetuo missæ celebrentur. Mohedan. dicta decisione 18. de caus. possess. additionator ad Simonet. dicta quæst. 7. num. 5. & probat tex. in d. Clementina per litteras, de præbendis, ibi, *etiam si Ecclesias, vel cappellas, &c.* Rota decis. 725. num. 2. parte prima diuers.

Tertio ampliatur, quàmuis talia hospita-
13 lia conferantur in titulum beneficij, † Nam cum regulariter sint ad nutum amobilia, non veniunt nomine beneficij ad hunc effectum reseruationis, Rota decis. 3. *nota quòd vbi Religiosus.* de regularibus, in antiquis, Rota decis. 50. *quidam in Ciuitate*, de concess. prębend. in antiquis, Staphilæus de litteris gratię. §. nona forma expectatiuarum. numero 28. Gomezius, de expectatiuis, numero 92. ad finem, & numero 93. & dicam in §. sexto huius glossæ per totum.

Modò limita dupliciter, primò quando, non solum prædicta Hospitalia dantur in titulum; sed etiam conferuntur in
14 perpetuum, † ideſt ad vitam titulati, quia tũc, cum re vera sint Ecclesiastica beneficia, non est ratio, cur non veniant in reseruatione, Selua de beneficio, secunda parte, quæstione 11. num. 13. ad finem, Pauin. de officio, & potest. cap sede vacan. secunda parte quæstione prima, Rebuff. in praxi, titulo de deuolut. numero 73. & in tracta. nominationum. quęstione 15. numero 13. vers. *primo fallit*. Gomez. in regula de triennali, quæstione 7. per totam, Hojeda de incompatibilitate in præfatione. numero quarto, in fine. Simonet. de reseruatione. numero sexto, iuncta additione, Mohedan. dicta decisione 18. de caus. possess. ibi, *quia non dicitur beneficium*, si igitur est beneficium, ergò venit in reseruatione, Mandos. in reg. de annali, quęst. 10. numero 2. Rota decis. 739. numero 9. parte prima diuers.

Tunc autem conferuntur in titulum perpetuum, quando in fundatione ita cautum
15 est, vel quando per electionem † prouidẽtur, vt disponitur in d. Clementina, quia contingit. §. vt autem, ibi, *nisi in illorum fundatione secus constitutum fuerit, seu per electionem sit de Rectore locis huiusmodi prouidendum.* Rebuf. de pacif. possess. n. 81. cum ibi allegatis.

Secundo limita, quando talia Hospita-
16 lia essent accessorie vnita † alicui beneficio Ecclesiastico, quia tunc proculdubio caderẽt sub reseruatione nostræ regulæ, cum sequatur naturam principalis. Rebuff. post alios in tracta. nominationum, quæstione 15. num. 14. & dicam. in §. 7. huius glossę, de benef. vnitis.

Non obstant modo, quę in contrarium adduxi; Quia ad primum, quod in fauorabilibus, Hospitalia appellatione beneficiorum compræhendantur, intelligendum est, quando sumus in his, quæ tendunt ad fauorem hospitalis, tamen ista reseruatio
17 non respicit fauorem, † sed præiudicium hospitalis, cum institutio, & destitutio spectet ad homines ipsius fraternitatis, vt supra dixi, & in terminis ita respondet Mandosius in regula prima Cancellarię, q. 9. ante num. †.

Non obstat 2. & 3. fundamentum, quia in illis casibus, aut beneficia conferebantur in titulum perpetuum, vel diuersa militat ratio.

Minus obstat quartum de generalitate verborum nostrę regulę, quia illa generalitas intelligitur, dummodo vere sint benefi-
18 cia † Ecclesiastica, quę Apostolica, vel ordinaria collatione, institutione, confirmatione, electione, vel alia dispositione prouidentur. Gomezius in d. reg. de triennali. q. 7. n. 3. in fine. secus autem, si beneficia Ecclesiastica non sunt: nec solita conferri auctoritate Apostolica, vel ordinaria, aliquo de præmissis modis.

Ad quintum respondeo, quòd constitutio de publicandis, non solum loquitur de bene-
19 ficijs Ecclesiasticis, sed etiam de officijs, † & ideo nimirum, si ista officia administrationũ hospitalium veniant. Vital. in Clem. dispendiosam. n. 30. & 31. & Cardinalis ibi n. 11. de iudicijs & in d. Clem quia contingit. n. 39. & cons. 119. n. 1.

Præsertim, vt ordinarius certus sit, An dispensentur fructus pauperibus, & à quo
20 petere debeat rationem † hospitalis, & administrationis, vt in d. §. vt autem. & §. illi etiam disponitur, & in Conc. Tridentin. c. 9. sess. 22. de reform. & quem debeat visitare iuxta c. 8. eadem sess. 22. Et vt coloni sciant, quis sit administrator ad hoc, vt possint ei soluere pensiones. Roman. cons. 443. n. 2. Corneus cons. 137. in fine. lib. 3. Felinus in c. cum dilecta. n. 13. vers. *limita septimo*. de rescriptis, & denique, vt euitentur fraudes, vt in Constitutione Gregoriana cauetur.

Ad sextum respondeo, quòd potius ex illo apparet,

apparet, non intrare reseruationem, eo ipso, quòd non est beneficium Ecclesiasticum, Tamen cũ sit res Ecclesiastica, & religiosa,
21 † ex quo auctoritate Episcopi sit fundatum Hospitale. c. ad hęc, de religios. domibus, nimirum si sine labe simoniæ vendi non possit, vt ibi dicitur, & videː, quę dixi in principio huius glossæ. nu. 38. & seq.

Nec dicatur, quòd supra scriptum reliquimus, non committi crimẽ simoniæ, in pactione ratione bonorum Cappellaniæ, vel præbendæ suę administrationis, in principio huius glossæ. num. 25. & 64. & §. 1. de præbend. ex num. 26. quia illud procedit, quando fundatur sine Episcopi auctoritate, & non est res
22 pia nec Ecclesiastica: † quòd secus est in casu nostro, in quo auctoritate Episcopi sunt Hospitalia cõstituta. Gomez. de expectatiuis. sub n. 93. vers. *& ista sunt notanda.* Nàm si daretur, quòd deficeret auctoritas Episcopi in fundatione, similiter esset res prophana, & cessaret simonia, ex supradictis.

Et quamuis sit Hospitale fundatum Episcopi auctoritate, est capax illius, laicus, latissime Rota decis. 725. n. 6. parte 1. diuers.

Rursus id, quod diximus de Hospitalibus, Xenodochijs, Infirmerarijs, & Elemosinarijs,
23 pari ratione procedit in præceptorijs † Sancti Ioannis Hierosolymitani, & Sanctæ Marię Theutonicorum de Vrbe, & Sancti Antonij, siue alterius ordinis, prout sunt in Hispania: quia non cadunt sub prædictis reseruationibus, nisi secundum distinctionem supra assignatam. Gomezius, de expectatiuis, dicto num. 93. vers. *& ex istis potest inferri.* Gregorius Tholosanus in institutionibus rei beneficiariæ. cap. 11. num. 6. & 7. Flamin. Parisius de resignat. lib. 2. q. 14. num. 9.

Nec omitto, quòd in dubio Hospitale po-
24 tius præsumitur laicale, † quàm Ecclesiasticum, vt per glos. in Clem. per litteras, verbo *Ecclesias.* vers. *quid in dubio.* tradit ibi Imola, num. 16. vers. *si vero non apparet.* Ancharan. nu. 10. vers. *quid in dubio.* Abbas. nu. 5. in fi. de præbẽdis Barbatia cõs. 67. n. 11. lib. 3. Pauin. de officio, & potestate Capituli. 2. par. q. 1. num. 6. Rebuf. de nomination. q. 15. nu. 15. Mohedan. decis. 18. de caus. possess. Rota latissimè decis. 725. nu. 6. & seq. par. 1. diuers. & decis. 106. num. 3. 5. & 6. & decis. 122. nu. 3. & decis. 154. num. 1. & 2. ac per totam. p. 2. diuers.

Summaria §. 5. Glossæ 5.

1 *Pensio, an sit beneficium Ecclesiasticum, vt cadat sub regula nostra. & n. 36.*
2 *Pensio beneficium Ecclesiasticum non est, etiam si detur in titulum. & nu. 3.*
4 *Pensionis ad titulum, quis ordinari non potest.*
5 *Constitutio Pij V. de confidentijs, non procedit in pensione.*
6 *Pensionem habens, non gaudet priuilegio fori, sicut si haberet beneficium Ecclesiasticum.*
7 *Clericus tonsuratus, vel in minoribus gaudet priuilegio canonis, quamuis non seruet requisita necessaria ad priuilegium fori.*
8 *Clerico de iure communi duo competunt priuilegia, vnum fori, alterum Canonis, & correctio quoad vnum, non obstat quoad aliud, licet aliqui contrarium tenuerunt, & numero 9. & 11.*
10 *Pensionarius non tenetur ad aliquam residentiam, nec seruitium.*
12 *Pesionarius non tenetur dicere officium Canonicum, licet hodie teneatur ad officium paruum B. Mariæ, & num. 13.*
14 *Pensio non inducit incompatibilitatem.*
15 *Obtentum beneficium, narrari debet in gratia alterius beneficij.*
16 *Pensionem narrare necesse non est, & numero 17. & 18.*
19 *Pœna extrauag. cum detestabile, de simonia, non extenditur ad pensiones.*
20 *Pensionis in causa, non est locus sequestro, vigore primæ sententiæ, iuxta clementinam ad compescendas.*
21 *Valoris non est detrahenda pensio imposita.*
22 *Filius non potest patri succedere in beneficio, secus in pensione, si adest clausula transferendi.*
23 *Concil. Triden. sessione. 25. de refor. cap. 15. declaratur.*
24 *Illegitimus licet nequeat sine dispensatione obtinere beneficium, pensionem vero sic, si aliàs est clericus, & ad clericatum dispensatus.*
25 *Pensio est ius temporale, separatum a beneficio.*
26 *Pensionem obtinere potest inhabilitatus ad beneficium.*
27 *Pensionem potest reseruare ordinarius in multis casibus, & ad Rebuffum, & Mandosium, contrarium dicentes respondetur, & numer. 28. 29. & 34.*
30 *Papa nunquam confirmat prouisionem, nec impositionem pensionis ab ordinario inutiliter factam, ne in futurum occasionem dare videatur ad malè prouidendum, & n. 32.*
31 *Collatio ordinarij, aut reseruatio pensionis, si legitime*

gitimè est facta, non indiget confirmatione,

33 *Noua prouisio est ferè quædam confirmatiò, saltim in effectu.*

35 *Voluntas, & intentio Papæ cessat per obitum illius.*

37 *Pensio extinguitur morte pensionarij, nec potest transferri, nisi de speciali facultate Papæ, & num. 38.*

39 *Pensionarius non laborat, nec seminat, nec metit, ac fructus sine labore manducat,*

40 *Pensionis translatio, est seruitutis prolongatio, seu perpetuatio.*

41 *Pensio non dicitur propriè vacare, sed extingui.*

42 *Pensio potest aliquando esse verum beneficium Ecclesiasticum, & tunc cadet sub reseruatione regulæ nostræ.*

43 *Pensionis de materia tractantes, plures citantur.*

44 *Pensionem soluere tenetur Capitulum tempore mortis, vel absentiæ beneficiati quando fructus iure accrescendi percipit.*

45 *Pensio non datur pensionario propter seruitium beneficiati, sed ex gratia Papæ.*

46 *Pensionis ad exactionem competit actio realis, & personalis.*

47 *Mors, vel absentia beneficiati, non debet esse damnosa pensionario.*

48 *Accrescendi ius, quod Canonicis competit, non debet transgredi illud, quod si præsens esset beneficiatus reciperet, & n. 49.*

49 *Absens non potest plus perdere, quàm haberet si præsens esset.*

50 *Pensio non absorbit omnes distributiones.*

51 *Seruitij, quod ratione acquiritur beneficiato præsenti, hoc, & non vltra accrescit interessentibus, si absens sit.*

52 *Camera Apostolica soluit pensionem ex fructibus ad illam spectantibus.*

53 *Commodum, qui sentit, sentire debet onus.*

§. 5. gloss. 5. qui loquitur de pensione.

SVCCESSIVE quæritur de pensione; An sit beneficium Ecclesiasticum, † ita vt cadat sub regula nostra?

1

Breuiter dicendum est, non esse beneficium † Ecclesiasticum, vt probat tex. in cap. quamuis. il 1. de præbend. lib. 6, vbi probatur, quòd quando mandatur alicui prouideri de beneficijs, non potest prouideri de pensione, vigore dicti mandati. Ratio est, quia pensio non est beneficium Ecclesiasticum, & ita notat Geminian. ibi num. 2. quòd appellatione beneficiorum, non comprehenditur pensio. Ancharan. ibidem. 3. not. & communiter omnes. Rebuff. in tracta. de pacif. possess. nu. 92. & sequen.

2

Idem etiam probat tex. in cap. ad audientiam. il 2. de rescriptis, ibi. *annuas pensiones, seu beneficia*. Ex quo tex. clarè patet, quòd pensio, & beneficium ponuntur, vt diuersa, & ita notat ibi Abb. not. 1. Felin. num. 2. & latè resoluunt Ioann. Selua. de benef. 1. par. q. 3. num. 3. Caccialup. in tracta. de pensionibus. q. 30. Gigans de pẽsionibus. quæst. 28. per totam, vbi respondet ad Barbatiam contrarium tenentem, in d. cap. ad audientiam, & satisfacit tribus fundamentis per eum adductis. Alphon. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. 2. p. cap. 7. num. 4. cum sequentibus. Gomezius, de expectatiuis. num. 92. Staphilæus de lit. gratiæ. titulo de expectatiuis. forma 9. num. 27. Acebedus in l. 1. tit. 4. num. 5. lib. 5. recopilationis. Rebuff. in tract de nominationibus. numer. 39. Gregor. Tholosan. d. c. 11. num. 5.

Quòd etiam procedit, siue pensio detur in
3 titulum, vt communiter fieri solet, quãdo reseruatur super fructibus alicuius beneficij in fauorem alicuius clerici ad vitam illius, siue detur in stipendium, puta pro patrocinio præstando, pro negociis sollicitandis, pro pulsandis campanis, vel aliis seruitiis, vt Gigans. d. q. 28. Gomezius in regula de infirmis resignan. q. 12. n. 2. Mandosius ibidem q. 11. nu. 11. & in regula de annali, q. 9. vers. *ego vero.* vbi propterea tenent, quòd regulæ, de infirmis resignantibus, & de annali, non habent locum in pensione, quæ datur in titulum. Nauarr. cons. 11. num. 1. de præbendis.

Vnde ad titulum pensionis, quis ordinari
4 non potest, † nisi necessitas, aut commoditas Ecclesiæ aliud suadeat, prout Episcopus iudicauerit, vt disponitur in Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 2. vers. *patrimonium vero, vel pensionem.* vbi aperte docetur, pensionem non esse beneficium Ecclesiasticum.

Sic Constitutiones Pii IV. & Pii V. loquen-
5 tes de confidentiis beneficiorum, non habent locum, † contra transferentes pensiones per confidentiam. Nauarr. cons. 2. num. 6. vers. *an autem.* de constitution. & cons. 16. de simonia, & cons. 46. num. 1. vers. *tertio.* de præbendis. Flamin. Paris. de resignat. lib. 6. quæst. 4. num. 52. cum sequentibus, & in tracta. de confidentiis, quæst. 23. per totam, vbi plura cumulat, & fuit resolutum in vna Bugien. prætensę confidentię, 5. Iunii 1591. coram R.P.D.

R. P. D. meo Pegna doctissimo Rotę Auditore.

Hinc pensionem habens, non gaudet priui-
6 legio fori. † sicut habens beneficium Ecclesiasticum, in terminis Concil. Trid. sess. 23. cap. 6. requirentis beneficium Ecclesiasticum, vt quis fori priuilegio gaudeat, quamuis nec habitum, nec tōsuram deferat, vt Sacra Concilij Congreg. censuit 19. Iunij 1586. sub his verbis.

Cui reseruata fuit pensio, vt clerico, si non incedit in habitu, & tonsura, non gaudet priuilegio fori.

Et tradit Flaminius Parisius de resignat. libro primo. quæst. 11. num. 70. & lib. 2. q. 15. num. 15. Acebedus in d.l. 1. tit. 4. lib. 1. recopilationis, sub nu. 5. vers. *sed an pensio.*

Ad effectum tamen Canonis, hoc est, vt si quis illum percusserit, incidat in excommunicationem Canonis, *si quis suadente.* benè sufficeret dicta pensio, immo quamuis illam non habeat clericus percussus, neque habitum, nec tonsuram defe-
7 rat, erit locus pœnæ † d. Canonis, sicut de iure communi dispositum erat, quia quoad hoc conc. Trid. nihil innouauit, nec iuri communi derogauit, vt declarauit d. Congregatio Sacra Illustrissimorum Cardinalium Conc. Tridٍent. interpretum, dum dixit.

Clerici, qui in hoc decreto Concilij priuilegio fori priuantur, priuilegio tamen Canonis, non intelliguntur priuati.

8 Nam cum de iure communi † clerico ista duo competerent priuilegia, vt latè Dueñas reg. 99. ampliat. 2. Albertus Trotius de vero, & perfecto clerico. lib. 1. dubio 2. per sublationem vnius, non aufertur aliud, nec
9 correctio iuris communis † est extendenda. cap. cum expediat, de electione in 6. Et quòd expresse non inuenitur correctum, intactum sub iuris communis regulis relictum intelligitur. l. præcipimus, in fine. C. de appellationibus, firmat etiam Nauarrus plura adducens cons. 24. de priuilegijs, quicquid in contrarium teneat (non tamen visa Concilij de-
10 claratione) † Florianus de Solis, in tracta. de censibus. lib. 2. cap. finali. numero 14. vers. *quo circa procliuior fum.* & senserit etiam Emanuel Rodriguez in sua summa. lib. 1. cap. 80. nu. 17. dum dicit, quòd clericus primæ tonsuræ gaudet priuilegio Canonis, dummodo requisita Conc. Trid. in illo concurrant, & vide, quæ dixi in gl. 53. q. 2.

Similiter pensionarius, etiam, intitulatus ratione dictæ pensionis, nō tenetur ad aliquā
11 residentiam, † vel seruitium per se, nec per alium in aliqua Ecclesia. Archidiac. in d. c. quamuis. il 1. num. 2. vers. *prouideri.* de præbend. lib. 6. Franchus not. 2. Ancharan. nu. 2. vers. *tertio collige.* Geminian. nu. finali. Gomezius in d. reg. de annali. q. 21. nu. 2. Capitius decis. 200. num. 3.

Sicut etiam, quamuis beneficiatus tene-
12 tur dicere officium Canonicum, † vt omnes tradunt in cap. 1. de celebratione missarum, quia beneficium datur propter officium, nā officium, sequitur beneficium, sicut venator leporem. c. fin. de rescriptis. lib. 6. Pensionarius tamē, non tenetur illud recitare. Hieronym. Paulus in praxi Cancellariæ. fol. mihi 51. Gomezius in regula de infirmis resignantibus. quæst. 16. num. 13. Soto de iustitia, & iure. lib. 10. q. 5. art. 3. Gigans de pensionibus. q. 3. num. 2.

13 Hodie tamen † Pensionarij tenentur dicere qualibet die officium paruum B. Mariæ, ex constitutione Pij V. sub 12. Kalendis Octobris anni 1571. quæ est in bullario 134. inter suas constitutiones.

Item pensiones, etiam plures, non inducūt
14 † incompatibilitatem aliquam, cum beneficijs. Imola in clem. gratiæ. num. 10. de rescriptis. Gigans de pensionibus. quæst. 42. Dueñas in reg. 71. limitat. 5. Benedictus Capra reg. 90. num. 90. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. 2. p. c. 7. nu. 1. & per totum.

Huc spectat, quòd in gratia beneficiali, licet de beneficijs obtentis debeat
15 fieri mentio. † cap. ad audientiam. il 2. c. in nostra. c. postulasti. de rescriptis, latè Menochius de arbitrarijs, casu 201. ex num. 41. & sequentibus.

De pensione tamen, non est necesse facere
16 mentionem, † cum beneficium Ecclesiasticum non sit, quamuis concedatur in titulum, quia non est titulus perpetuus spiritualis, ex quo pensionario moriente expirabit, vt tenuit Rota decis. 11. num. 1. de præbend. in antiquioribus. Besignet. & Rota decis. 39. de rescriptis, in antiquis. Geminian. in cap. non potest, in principio. sub numero 5. de præbend. lib. 6.

Contrarium tamen videlicet, quòd de pen
17 sione † debeat fieri mentio, tenent Socinus cons. 260. *in causa.* num. 2. lib. 2. Augustinus Boerius in cap. super litteris. num. 72. vers. *decimoquarto de pensione,* de rescriptis. Menochius de arbitrarijs lib. 2. cent. 3. casu 201. n. 51. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate. 2. p. c. 7. num. 10. Ludouicus Gomezius in regula de infirmis. q. 16. num. 2.

Inter has tamen contrarias opiniones, Gigans de pensionibus, quasi per modum conciliationis, distinctiones quasdam facit in q. 67. vbi ponit 6. distinctiones, quas per te ipsum videre poteris.

Cæterum quicquid omnes supradicti te-
18 neant, verius est, † quòd de pensione non est necesse facere mentionem, quia cum ex supradictis

lictis appareat non esse Ecclesiasticum beneficium, & iura solummodo disponant, ad narrentur obtenta beneficia, non igitur est narrare pensionem, cum beneficium non sit, & ita seruat Rota, vt ab eisdem Dominis Auditoribus audiui, quòd sufficit ad omnem prorsus resecandam difficultatem. Intellige tamen, dummodo pẽsio non sit assignata in titulum beneficij, vt inferius dicam. num. 42. & ita potest intelligi, & in cap. ad audientiam. il 2. de rescriptis.

Hinc pœna extrauagan. cum detestabile
19 de simonia, † contra committentes simoniã in beneficijs, non extenditur ad pensiones. Nauarr. cons. 16. num. 2. de simonia, & cons. 46. num. 1. de præbendis. Gigans de pensionibus, vbi multa adducit. q. 99. a num. 6. & 10. & per totam.

Sic etiam clem. 1. de sequestratione poss. & fructuũ, disponẽs, quòd sequestretur possessio & fructus beneficij litigiosi: statim, quòd pronuncietur prima sententia diffinitiua in possessorio, vel petitorio ad fauorem actoris, & contra reũ possessorem, non habet locũ in pẽ
20 sione, † quia non est Ecclesiasticum beneficium. Gigans de pensionibus. q. 46. per totã.

Itidem in narratiua valoris, non est detra
21 henda pensio imposita † super beneficio, cum pensio sit onus temporale, & non perpetuum. Puteus decis. 202. lib. 3. Rot. decis. 184. nu. 3. lib. 2. p. 3. diuersor.

Huc pertinet, quòd licet in beneficijs Ecclesiasticis, non admittatur succession patris
22 † in filium. cap. 1. cum alijs, de præbend. tamen pater clericus habens potestatem trãsferendi pensionem, quam possidet, potest illam transferre in filium suum clericum, etiã illegitimum. Gigans de pensionibus. quæst. 86. numer. 5. vers. *prædictis tamen non obstantibus.* Flamin. Paris. de resignat. lib. 6. q. 4. n. 21.

Neque in hoc casu intrat prohibitio Concil. Trident. sess. 25. de reformatione. capit.
23 15. † quia solum loquitur, quando pensio est reseruata super beneficio, quod habuit pater, quo casu hodie fieri non potest, licet antea sic, vt idem Flaminius, vbi supra. num. 22. & latius in eodem lib. 6. quæst. 2. a num. 108. vsq; 112. & vide, quæ dixi in principio huius glossæ. num. 33.

Item quamuis illegitimè natus, non pos
24 sit sine dispensatione † obtinere beneficium. c. 1. de filijs præsbyterorum. lib. 6. pensionem verò reseruatam super fructibus alicuius beneficij, si aliàs clericus sit, in prima saltem tonsura constitutus, & super clericatu dispensatus, rectè obtinere potest, Gomezius in regula de annali. quæst. 21. versic. *si vero non dantur in titulum.* vbi allegat plures Rotæ resolutiones. Rota etiam decis. 425. num. 1. parte 1. diuersorum, & ita seruat Rota, & fuit etiam resolutũ in vna Oueten. pensionis. an. 1572. coram Robusterio, & in alia Cęsaraugustana pẽsionis 19. Februarij 1590. coram Gyptio, & in alia Burgen. pẽsionis 19. Februarii 1596. coram Illustrissimo Domino Blanchetto, quamuis Gigans de pensionibus. quæst. 19. & Nauarrus consil. 63. nume. quinto. de simonia, cum alijs contrarium tenuerint.

Ratio est, quia pensio est quodam ius tem-
25 porale † separatum, formale, & per se distinctum ab ipso beneficio. Gigans de pensionibus d. quæst. 28. Crescentius decis. 14. de re iudicata. Cæsar de Grass. decis. 3. n. 8. de præbendis. Rota d. decis. 425. n. 2. parte 1. diuers.

Accedit, quòd priuatus, & inhabilitatus ad obtinen. beneficia, non est priuatus ad
26 obtinendas pensiones. † Nauarr. cons. 12. nu. 15. de rescript.

Quæ omnia procedunt, non solum, quando pensio est reseruata à Papa, sed etiam, immo à fortiori, quando reseruatur ab ordinario super fructibus alicuius beneficij, ab eo collati tempore collationis. Nam licet regulariter, & sine causa nequeat Episcopus pensionem reseruare, & imponere. ex
27 iusta tamen causa, † vt potè pro bono pacis, vel studio alicuius scholaris pauperis, vel in vtilitatem Ecclesiæ, vel ex alia rationabili, & honesta causa, potest illam reseruare, & imponere, vt latè per Abbatem in cap. conquerente. num. 5. de clericis non resident. Felin. in cap. ad audientiam. il 2. num. 2. vers. *Secunda conclusio.* de rescript. Deciũ in c. ex p. n. 15. de offic. delegat. & cons. 142. nu. 3. Caccialup. de pensionibus. quæst. 4. num. 4. Nauarr. cons. 15. num. 3. de rebus Ecclesiæ, & cons. 4. num. 2. de simonia. Rebuffus in tracta. de pacif. possessor. num. 103. 104. & 105. Gigantem de pensionibus, quæst. 6. num. 2. cum sequentibus. Gomezium in regula de annali. quæst. 2. post num. 5. Mandos. in reg. 33. quæst. 14. nu. 11. Rebuffum de priuilegijs scholarium. priuileg. 42. Gambarũ in tracta. de legato. lib. 6. à num. 392. cum sequentibus, & fuit resolutũ in vna Militen. Canonicatus 6. Mar. 1596. corã R. P. D. meo Millino & in Albiganen. Canonicatus. 9. Iunii 1579. corã Lancellot. quæ est in impress. 519. sub n. 3. parte prima diuers. vbi fuit resolutum ex causa litis posse ordinarium imponere pensionem. & alias sæpe tenuit Rota. Rodoan. in tracta. de simonia. 2. p. cap. 14. n. 26. & 27. & c. 31. n. 17.

Neq; non ex causa permutationis ratione æqualitatis fructuum vtriusque beneficii permutati, vt dico in gloss. 14. vers. *immo quando.* ex num. 38.

Hinc nihil refert, quòd Rebuff. in praxi. tit. de reseruationibus, tam generalibus, quam speciali.

28 special. num. 20. dicat, quòd hodie † Episcopi non constituunt pensiones, quia ex non vsu est amissa eorum potestas, quia ignari suę potestatis eam perdiderunt. Nam ius commune semper est in viridi obseruantia. l. Arriani. C. de hæreticis.

Vnde quatenus ipse Rebuff. super concordata, in rubrica de collationibus propè medium. vers. *quarto sine aliqua diminutione.* fol. mihi 265. dicit, quòd Episcopus non potest
29 reseruare pensionem suo nepoti, † iuueni, super illo beneficio, quod non potest illi conferri, intelligendus est, quando Nepos non esset pauper, & scholaris, vel quando aliqua iusta causa (fraude cessante) non adesset, secus tamen si adsit, ex supradictis.

Similiter sunt intelligendi idem Rebuf. in praxi benef. titulo. de reseruation. ante num. 37. vers. *& confirmatio pensionis.* & Mandosius eum citans in tracta. de signat. gratiæ, titulo de confirmationibus ad medium. vers. *pensionis ab ordinario impositæ.* dicentes, quòd numquam per Papam datur confirmatio pensionis impositæ ab ordinario, sed ipse Papa de nouo eam reseruat. Quando ordinarius non potuit illam reseruare, & iusta aliqua non interueniebat causa.

30 Semper namque inueteratus † stylus Curiæ est, quòd Papa nunquam concedit confirmationem prouisionis ab ordinario, nec reseruationis pensionis per eum factæ. Nam si collatio, aut pensionis reseruatio ordinarij
31 tenet, non † indiget Apostolica cofirmatione. l. vnica. C. de Thesauris. lib. 10. si non tenet, non vult Papa eam approbando, & con-
32 firmando, quodammodo † occasionem dare, vt in posterum, perperam faciant ordinarij, iniquas prouisiones, & pensionum reseruationes: & propterea solummodo concedit nouas prouisiones beneficiorum, vel nouas pensionum reseruationes, scholaribus pauperibus pro expensis studiorum. Rebuff. in praxi, titulo de noua prouisione. num. 14. & se-
33 quentibus: licet negari non possit, † quòd noua prouisio sit quædam ferè confirmatio, saltem in effectu, vt dicit Puteus decis. 308. nu. 2. lib. 1.

Neque ad non tenendum, quòd hodie possint ordinarij, ex dictis rationabilibus causis, pensiones reseruare, me in contrarium mouet, quòd inuenio scriptum reliquisse prædi-
34 ctum Mandosium † in eodem tract. de signatura gratiæ. tit. de pensionibus. vers. *hodie tamen*, dum dicit hæc verba.

Hodie tamen ex decreto Pauli IV. non potest pensio, super beneficio, de quo alicui per obitum vacante prouidetur, imponi, absque ipsius Papæ expressa licentia, & sic excluduntur illicitæ pactiones, & prouisiones simoniacæ, contra tex. in c. nisi, ibi, non quidem ex pactione partium, de præbendis.

Quoniam vltra quòd de tali decreto hodie, non apparet, neque reperio aliquam ipsius Pauli IV. constitutionem, tale dicentem. Et ipsius Papæ voluntas iam cessauit per il-
35 lius † obitum, arg. cap. si gratiose, de rescriptis. lib. 6. & dixi late in §. 5. proœmiali ex n. 9. & 14.

Pariter intelligi debet dictus Mandosius de reseruationibus pẽsionum illicitis, & quæ de iure non permittuntur, sed reprobantur, vt excludantur illicitæ pactiones, & promissiones simoniacæ, vt ipse dicit, non autem de licitis, & permissis, vbi nulla adest simonia. Et idem tex. quem ipse allegat in d. c. nisi, facit pro ista parte, quatenus dicit, quòd pro bono pacis permittatur ex auctoritate, & iussione iudicum, pensionis reseruatio.

Cum igitur pensio beneficium Ecclesiasticum non sit, vt ex supradictis, apertissimè apparet. Sequitur regulam no-
36 stram † reseruatoriam, non intrare, nec applicari in pensionibus. Gomezius in tract. de expectatiuis num. 91. in fine, & num. 92. in principio.

Et eo magis, quia præsuppositio, quòd pensio esset beneficium Ecclesiasticum, adhuc non posset cadere sub nostra reseruatione, quia cum pensio ex eius natura extinguatur
37 † morte pensionarij. Gigans de pensionibus, quęst. 1. num. 5. ad instar vsusfructus. §. finitur, institut. de vsufructu: Et non solum morte naturali, sed etiam ciuili, per ingressum Religionis, sequuta professione. Idem Gigans q. 57. per totã. Et per contractũ Matrimonij. Gigans q. 54. Et per militiam, vt ibi q. 55. Et per promotionẽ ad Episcopatũ, vt in q. 56.

Nec potest renunciari, resignari, vel transferri in fauorem alterius, nisi ex speciali
38 Papæ † priuilegio. Ratio est, quia pensio est odiosa, ex quo pensionarius non laborat in
39 Ecclesia, † neque seminat: & tamen metit, & fructus sine labore manducat: & si concedere tur pensionis translatio, esset perpetuam
40 seruitutem † beneficio imponere. Gomezius in regula de infirmis resignan. quæst. 16. sub num. 2. Caputaq. decis. 303. num. 9. 10. & 11. & decis. 313. & 319. parte secunda, & decis. 99. & decis. 100. & decis. 120. par. 3.

Propterea in pensione, non datur vacatio, ita vt de eadem fieri debeat prouisio, sed datur extinctio, vt per Gigantem. quæst. 12. nu. 1. & cessante vacatione, in qua regula nostra
41 se fundat, cessat quoque reseruatio. † l. adigere. §. quamuis, de iurepatronatus. c. cũ cessante 60. de appellationibus, & latius dicam in gl. 9. §. 3. de benef. Ecclesiæ non numeratę.

Declara tamen supradicta, vt non procedant, quando beneficium esset reuera Ecclesiasticum, & vti tale vacaret

ret, veluti quando pensio conceditur ad particulare commodum alicuius, super fructibus alicuius Ecclesiæ, vt deinceps sit beneficium Ecclesiasticum,† (pensio) nuncupatum, 42
vt notat Abb. per tex. ibi in cap. conquerente, sub num. 1. notab. 1. de clericis non residentibus, dicens notandum esse ex illo tex. quòd super redditibus vnius Ecclesiæ, potest constitui certum beneficium, assignando certam pensionẽ ex redditibus Ecclesiæ, pro tẽporalitate beneficij nouiter creati, talis enim pensio esset Ecclesiasticum beneficium. Gigans de pensionibus. quæst. 20. vers. *quarto limita.* & quæst. 67. num. 1. & quæst. 99. nu. 22. in fine, & num. 23. Rota decis. 39. vers. *aliàs si esset perpetua pensio.* de rescriptis, in antiquis, ac proinde caderet sub reseruatione nostræ regulæ.

Alia, quæ spectant ad materiam pensionis, 43
† vide vltra Caccialupum, Paulum de Romanis, & Gigantem in suis tractatibus pensionis, latissime per Gambarum in tracta. de legato. lib. 6. per totum. Flamin. Paris. de resignatione lib. 6. q. 1. cum tribus sequentibus, vbi per totam quæstionem 4. tractatur benè de materia translationis pensionis, & eumdem Flamin. in tracta. de confiden. q. 23. & quæst. 42. 43. & 44. Rebuff. in tract. de pacif. possess. à num. 92. vsque ad numer. 138. & per infinitas decisiones Rotales dispersas, tã impressas, quam manuscriptas, quæ de hac materia factæ fuerunt, & passim fiunt.

Quæstio notanda.

Illud etiam non omittere libuit, quòd quando pensio est imposita auctoritate Apostolica super fructibus, & distributionibus alicuius Canonicatus, seu alterius beneficij: & propter absentiam, vel obitum Canonici, seu beneficiati, Capitulum iure accrescendi, recipiat omnes fructus, vel distributiones, quòd tali casu prædictum Capitulum, sine difficultate tenebitur † ad solu- 44
endum pensionem pensionario, nec aliquo modo se valebit excusare, quamuis dicat, quòd numquam soluerit, prout vnanimiter fuit resolutum in Rota, in vna Romana pensionis 4. Iunij 1593. coram R.P.D. meo Litta Rotæ Auditore acutissimo, & prius fuerat idẽ tentum per R.P.D. meum Pamphilium Rotæ Decanum sapientissimum, & meritissimum in vna causa Burgen. pensionis 29. Octobris ann. 1591. & facit benè decisio Crescen. 3. de solut. vbi sub num. 1. dicit non valere contrariam consuetudinem de facto, cum potius sit quædam vis, quamuis Ioannes Gutierrez. q. Canonica prima. p. 1. plura hinc inde adduxerit, & dubius, magis in contrariam opinionem se inclinauerit, dicens hunc articulum esse dignum, vt lis super eo orta, concordia inita, sopiatur, & etiam Nauarrus cons. 1. de solutionibus per totum, contrarium tenuerit, licet postea cons. 3. eodem titulo. num. 2. in fine, propter responsa visa duorum præcellentium Doctorum, quorum auctoritas, multum apud ipsum valebat, ab opinione, quam prius tenuerat recesserit, & sententiæ Rotali adhæserit.

Cuius rei ratio est, quia d. pensio fuit imposita à Papa super fructibus, & distributionibus, & non debetur pensionario propter seruitium Canonici possessoris, sed ex gratia
45 Papæ, † & ad illam percipiendam actio rea-
46 lis sibi competit.† Gigans. de pensionibus. q. 39. & q. 43. Crescentius decis. 3. num. 1. de solutionibus, ac etiam personalis, contra quemcumque successorem, qui succedendo se obligare censetur. Caputaq. decis. 13. n. 1. & seq. p. 1. Vnde persona Canonici, illiusque seruitium in hoc casu nullius considerationis esse
47 debet, nec mors, † vel absentia illius potest esse damnosa pensionario, ad tex. in l. rem hæreditariam, in fine. ff. de euictionibus. l. 3. ff. de transactio. reg. non debet, de reg. iur. in 6.

Neque obstat dicere, quòd tempore vaca-
48 tionis, vel absentiæ † omnes fructus, seu distributiones accrescunt interessentibus. ca. 1. de clericis non residen. lib. 6. Quia cum non sit dubitandum, quòd Papa potuerit pensionem reseruare super dictis distributionibus, cum in beneficialibus plenissimam habeat potestatem. cap. 2. de prębend. lib. 6. & dixi in §. 1. procœmiali. Clarum est, quòd non potuit ac-
49 crescere plus Capitularibus, † quàm absens, vel mortuus Canonicus, si interesset, ac viueret, lucrari posset, nec potest absens plus perdere, quàm habuit. l. nemo plus, cum aliis vulgaribus. ff. de reg. iuris.

Nec ex tali interpretatione resultat aliqua diminutio cultus diuini, cum talis pensio
50 non absorbeat † omnes distributiones d. Canonicatus, vt Canonicus inseruiens nihil acquirere possit. Gigans de pensionibus. quæst. 4. n. 2. Quo fit, vt quòd ratione seruitij eidẽ acquireretur, propter non seruitium, vel mor-
51 tem, † acquiratur inseruientibus, & non vltra, ad notat. per Bart. in l. certi conditio, sub n. 3. ff. si cert. pet. & per Socin. Seniorem cons. 93. circa finem. lib. 3.

Prout etiam videmus, quòd quando fructus expectant ad Cameram Apostolicam, te-
52 netur ipsa Camera soluere † pensionem pro rata. Gigans de pensione. q. 65. per totam Bursat. cons. 361. n. 24. lib. 4. Flamin. Parisius de resignatione. lib. 1. q. 8. nu. 23. & quia quicumque succedit in commodo, † pariter, & in
53 onere succedere debet. l. secundum naturam. 10. ff. de reg. iur. regula qui sentit 55. de reg. iur. in 6.

Sum-

Summaria §. 6. Glossæ 5.

1 *Manualia beneficia, an includantur sub regula nostra, & num. 9. & 58.*
2 *Manuale beneficium est illud, quod non confertur in perpetuum, nisi ad nutum conferentis.*
3 *Manualia beneficia præcario comparantur.*
4 *Manuale beneficium, quod amoueri non possit, pactum non valet.*
5 *Pactum non tenet, vt præcarium non reuocetur.*
6 *Manualia præsumuntur omnia beneficia regularia; secus secularia. & num. 7.*
8 *Regularia beneficia interdum sunt perpetua, & secularia sunt manualia, & n. 59.*
10 *Reseruatio nostræ regulæ intelligitur de beneficio perpetuo.*
11 *Naturam beneficiorum mutare, Papa non intendit. & num. 28.*
12 *Reseruatio regulæ nostræ esset frustratoria, quoad beneficium manuale, eo ipso, quod statim possit beneficiatus amoueri.*
13 *Manuale beneficium, non cadit sub riguroſa reseruatione in corpore Iuris inclusa.*
14 *Manuale beneficium vacat per obitum.*
15 *Manualia beneficia, non includuntur sub regula de annali, nec de triennali. & numero 16.*
17 *Manualis beneficij vnio, non tenet, de manualitate mentione non facta, nec impetratio. & num. 18.*
19 *Supplicationes fere omnes incipiunt, dicentes, cum perpetuum beneficium, &c.*
20 *Manuale beneficium, non venit appellatione dependentis.*
21 *Manuale beneficium, non venit proprie, appellatione beneficij.*
22 *Manuale beneficium, licet sit commendatum à Papa, non propterea remanet affectum.*
23 *Manualis beneficij reseruatio tenet, si Papa expresse reseruat tale beneficium.*
24 *Manualia, & obedientialia sunt Papæ omnia Mundi beneficia.*
25 *Confirmatione Papæ stante, decollatione beneficij manualis, prouisus remoueri non potest, intellige, vt nu. 27.*
26 *Manuale beneficium potest resignari.*
29 *Natura manualis beneficij, vt non alteretur, emanauit regula 38. Cancellariæ.*
30 *Manualia beneficia possunt esse perpetua, respectu collatoris, quia amouere nolit.*
31 *Manualia regularia, & secularia differunt, quia respectu regularium possunt dici perpetua, &c.*
32 *Manualis beneficij resignati, publicatio fieri debet. & numero 33.*
34 *Manuale beneficium ex sua natura, an ex consuetudine possit effici perpetuum, & numero 35.*
36 *Consuetudo, vel præscriptio, quando possit facere beneficium perpetuum de manuali.*
37 *Facultatiuis in actibus, non incipit possessio, nisi à tempore prohibitionis, & plura exempla adducuntur.*
37 *Prohibitio quando sit necessaria, vt in actibus facultatiuis, & negatiuis acquiratur possessio.*
38 *Perpetuum beneficium potest ex consuetudine esse manuale.*
39 *Manuale beneficium, non censetur reuocatum morte conferentis, & declaratur ibidem.*
40 *Manuale beneficium, an possit Abbas auferre Monacho, sine causa, ex sola malitia, & recitantur negatiue tenentes.*
41 *Notarius creatus à Domino Castri, ad nutum, & voluntatem Domini, remoueri non potest, sine iusta causa, ex sola malitia ipsius Domini.*
42 *Casus plures referuntur in facto contingentes, in quibus volens sine causa priuare, auditus non fuit.*
43 *Ridiculum est, & puerile hodie concedere, & cras reuocare.*
44 *Prouerbium Italicum cantat*, chi dà, & subito toglie il ſerpe gli viene al cuore.
44 *Variatio in Iure reprobatur.*
45 *Malitijs indulgendum non est.*
46 *Manuale beneficium, etiam sine causa auferri potest, interesse tamen habentes possunt contradicere. & nu. 47.*
48 *Manuale beneficium, ratione vindictæ auferri non potest, sicut, & perpetuum. & nu. 49.*
50 *Manuali de beneficio spoliato, an competat remedium reintegrandæ, & numero 51. declaratur.*
52 *Manuale beneficium, non est in casu, de quo hic. & num. 53.*
54 *Manualia beneficia sunt præceptoriæ S. Io. Hierosolymitani.*
55 *Deuolutio locum habet in beneficijs manualibus.*
56 *Manualibus in beneficijs, quando procedat reg. 12. reuocatoria vnionum.*
57 *Beneficia in pluribus casibus prouidentur ad tempus, & non in perpetuum.*
60 *Manuale, non potest esse curatum beneficium.*
61 *Mutatio Rectorum graue dispendium causat Ecclesiæ Parrochiali.*
62 *Manualitatis ad statum, potest ex iusta causa reduci beneficium perpetuum, ab ordinario.*
63 *Beneficium de mensa quale sit, & an cadat sub reseruatione regulæ nostræ. & nu. 64.*

§. 6. glo. 5. qui loquitur de benef. manual. & de mensa.

SVPEREST nunc videre de beneficijs manualibus; † An cadant sub nostrę regulæ reseruatione? & postea videbimus de beneficijs de Mensa. ex num. 63.

1

Et primo dico, quòd beneficium manuale
2 est illud, † quòd non confertur alicui in perpetuum, sed ad nutum conferentis, vel alterius, ita vt pro libito illius amoueri possit, quandocumq; & quomodocumq; voluerit. cap. cum ad monasterium. §. tales, de statu Monachorum. c. 1. §. finali, ibi, *& si libere possint ad eadem monasteria reuocari*; de priuilegijs. lib. 6. & notatur in c. 1. de Cappellis Monach. lib. 6. Staphilæus de lit. gratię, tit. de expectati. in 9. forma expectatiuarum. n. 29. Cassadorus decis. 4. per totam, & decis. 12. ante numerum 10. de præbendis. Rebuf. in praxi tit. de dispensationibus, cum irregularibus fact. num. 4. & de pacific. possessorib. ex n. 272. vsque 283.

Quæ manualia beneficia, præcario com-
3 parantur, † Mandosius in regula 33. de annali. quæst. 11. num. 5. Rebuf. de pacific. possessorib. num. 274. & 276. talique modo possunt ad libitum amoueri, quòd non valet
4 pactum † factum ab Abbate de contrario, & eo non obstante, quamuis interuenisset iuramentum, posset amouere, vt post Archidiac. & Io. Andream. in cap. presenti. de officio legati, in 6. tradit Gambarus de officio legati, in reseruando beneficia. num. 12. Rebuf. de pacif. possessor. n. 274. verſ. *Imò si Abbas*. Sicut non valet pactum, vt præcarium
5 non reuocetur, † quia est contra naturam substantialem contractus. l. cum precario. 12. ff. de præcarijs.

Et omnia beneficia regularia, præsumun-
6 tur de sua natura † manualia, vt in dicto cap. cum ad monasterium. §. tales, de statu Monachorum. Cassadorus dicta decis. 4. numero 3. Mandosius in reg. 3. reseruatoria. q. 11. num. 13. Milius in repertorio, verbo, *beneficia regularia*. num. 30.

Secus tamen est in beneficijs secularibus;
7 Nam perpetua, † & non manualia presumuntur, quia natura secularium est, quòd sint perpetua. cap. præcepta. 55. distinct. c. 1. & ibi glossa, verbo, *perpetui*, de Cappell. Monachorum. li. 6. c. veniens, cum ibi notat. de filijs Præsbyterorum. Cassador. d. decis. 4. nu. 2. de prębend. Mandosius in d. reg. 3. quęst. 11. Flamin. Parisius, de resignat. lib. 11. q. 3. num. 92. & 93.

Interdum tamen regularia sunt perpetua,
8 & secularia manualia, † quia, vel fundatione, vel statuto ab Apostolica Sede confirmato, ita sancitum sit. Rebuf. in tracta. de pacif. possessor. num. 280. & in tracta. de nominationibus. q. 9. num. 25. verſ. *in contrarium me trahit*. Gambarus, de off. legati, in reseruando beneficia. num. 19. & 20.

Vnde deueniendo ad propositum nostrum. An ista beneficia manualia, siue secularia, siue regularia comprehendantur sub reseruatione, per regulam nostram imposita? breuiter, & resolutiue dicendum
9 est, † quòd non, prout expressè tenuerunt, non includi sub reseruationibus. gl. in clem. vnica, verbo, *reuocari*, ad finem. verſ. *& ob hanc causam*. de supplend. neglig. Prælat. Calderin. conſ. 26. *an in reseruationibus*. de prębendis, rationem assignans. Nempe quòd Papa reseruando sibi collationem beneficiorum, videtur intelligere proprie de collatione,
10 quę fit perpetuo de beneficio: † & postea subdit, quòd, aut Papa voluit talium beneficiorum, non perpetuorum collationẽ esse perpetuam, & tunc mutauit naturam beneficiorum manualium, quòd Papa facere non inten
11 dit, † cum non exprimat, argum. cap. 1. 10. distinctione, & cap. quærimoniam, de Iure patronatus: Aut non intendebat illam naturam mutare, & minus intrat reseruatio, ex
12 quo esset frustratoria, † eo ipso, quòd statim posset beneficiatus amoueri, Calderinum sequitur Felinus in cap. per tuas. sub num. 4. ad finem. verſ. *& adde Calderinum*, de maioritate, & obedientia, Aeneas de Falconibus in tracta. de reseruationibus in 3. q. principali. nu. 25. verſ. *beneficia manualia*. Staphilæus de lit. gratiæ. tit. de expectatiuis, in 9. forma expectatiuarum. num. 29. verſ. *similiter propter illa verba*. Cassadorus d. decis. 4. in principio, & decis. 12. ante num. 12. de prębend. Gomezius in tracta. de expectatiuis. num. 94. verſ. *similiter propter illa verba*, vbi plures columnas, de verbo ad verbum transumit, ex Staphilæo, vbi supra. Simonet. in tract. de reseruationibus. quæstione 3. numero 1. licet num. 2. dubitare videatur. Acchil. decis. 9. num. 1. & per totam de præbendis. Rebuf. in tract. nominationum, quęstione 9. numero 25. Parisius, de resignatione. lib. 11. quęstione 3. numero 82. & 85. Rota decisione 739. numero 8. parte 1. diuersorum, & fuit decisum. sub 10. Decembris, ann. 1603. coram R.P.D. meo Litta.

Ita

Ita vt, non cadat sub rigurosa reseruatione, in corpore Iuris † inclusa. cap. 2. de præbend. lib. 6. vt fuit resolutum in vna Calag. præceptoriæ. de Villel. coram Puteo. de anno. 1546. teste Acchile. decisione 9. de prębendis.

13

Quod procedit, quamuis tale beneficium manuale vacet per obitum, † quia, quamuis sit manuale, nihilominus per obitum vacare dicitur, glossa. verbo, *reuocari.* vers. *& scias*, in Clemen. vnica. de supplen. negligen. Prælat. & Cardinal. ibi in §. præmissa, quęstione 5. numero 8. Imola. num. 44. post medium. vers. *redeo ad glossam*, Abb. num. 17. Vitalin. num. 9. Milius in repertorio, verbo, *beneficium manuale*, sub n. 9. Rot. decis. 739. n. 4. p. 1. diuers. vbi etiam dicunt, quòd similiter dicitur vacare per amotionem, & per resignationem, & R. P. D. Anastasius Germonius in tract. de indultis. §. regularia. nu. 16. Flamin. Paris. de resignat. lib. 2. q. 11. n. 4.

14

Hinc beneficia manualia, non includuntur sub regula de annali, † vt fuit resolutũ in vna Albigan. Cappell. 25. Ianuar. 1549. corã Hieron. Nouato. Mandos. in reg. 33. de annali. q. 11. n. 5. & per totam. Mohedan. decis. 10. de caus. possess.

15

Nec etiam comprehenduntur in regul. de triennali, † Gomezius super eadẽ reg. q. 5. & q. 7. Rebuf. de pacif. possess. n. 272. Mohedan. decis. 169. alias 10. de causa possessionis. Paris. de resignat. lib. 11. q. 3. num. 85. Rot. decis. 739. num. 7. p. 1. diuersorum.

16

Similiter, non tenet vnio de beneficio manuali, non facta † mentione manualitatis. Cassador. decis. 4. num. 1. & per totam. de præbend. Rebuf. de pacif. possess. nu. 282. vers. *non valeret tamen vnio.* Simonet. decis. 31. in manuscript. & additio ad Simonet. de reseruat. q. 8. n. 4.

17

Sicut nec alia quelibet impetratio † valet de tali beneficio manuali, manualitatis mentione non facta, Cassador. d. decis. 4. sub num. 1. & num. 2. Flamin. Parisius de resignat. lib. 2. q. 11. num. 7.

18

Hinc videmus, quòd in omnibus supplicationibus, † in principio illarum fit mentio, quòd beneficium, de quo supplicatur, est perpetuũ, ad distinctionem manualis, de quo Papa prouidere non intendit, & omnes ferè supplicationes incipiunt dicentes, *cum perpetuum beneficium.*

19

Rursus beneficium manuale, non venit appellatione dependentis † in rescripto, vt per Cassad. decis. 12. nu. 6. & 10. de præben. tenuit Rota teste Acchile de Grassis. decis. 8. de præbend.

20

Nec venit proprie appellatione beneficij, † cum deficiat vnum ex substantialibus requisitis assignatis in principio huius glossę, quòd debeat esse perpetuum, & tradit Nauarr. cons. 5. num. 1. & cons. 7. de præbend. Gregor. Tholosan. in institutionibus rei beneficiariæ. c. 11. n. 12.

21

Item quamuis beneficium manuale, vltima vice fuerit commendatum à Papa, non propterea remanet reseruatum, † quin adueniente vacatione possit ordinarius, vel Abbas de illo prouidere, quia cessante commenda, cessat affectio, & reseruatio in hoc casu, Franchus. in cap. nemo. 15. sub numero. 5. versic. *quod si commenda*, post Geminianum, ibi, de electione. lib. 6. Acchil. decis. 9. num. 5. & 6. de prębend. Licet secus sit, in alijs beneficijs non manualibus, vt dicemus in §. 8. huius glossę 5. de commendis, ac vide, quæ dicam in gl. 62.

22

Si vero Papa expresse reseruasset, † vel affectasset aliquod beneficium manuale, tunc proculdubio intraret reseruatio pro illa vice, & nullus inferior se intromittere possit, vt fuit resolutum, teste Acchile de Grass. decisione 9. numero 9. de præbend. nam de viribus reseruationis, quando constat de voluntate, non est dubitandum. Mandosius in regula 3. quæst. 10. numer. 3. ad medium. versic. *non quod Papa non possit.*

23

Quãdo ex titulo Apostolico beneficium manuale sit perpetuũ.

Quoniam omnia beneficia Mundi sunt Papę obedientialia, † etiam manualia. Bald. in l. rescripta. numero. 7. ante finem. versic. *item omnia beneficia.* C. de precibus Imperator. offerendis. Philippus Probus in cap. generali, num. 13. & num. 41. de electione. lib. 6. Gomezius in procemio regularum Cancellariæ. q. 2. n. 7. & in reg. de non tollendo. q. 1. n. 7. vers. *illud tamen.* Simonet. de reseruat. q. 2. & 13. Rebuf. de pacif. possessor. nu. 279. vers. *quod intellige.*

24

Sicut etiam, si Papa confirmaret prouisionem factam alicui de beneficio manuali, aut ipse prouideret, † tunc durante vita prouisi, non posset per aliquem inferiorem amoueri, vt tenent Gambarus in cap. licet. sub num. 84. vers. *aduerte*, de rerum permutatione. lib. 6. Bellamera in tracta. de permutation. beneficiorum. parte 3. quæstione 6. Io. Andreas, Geminianus, & alij in cap. præsenti, de officio ordin. lib. 6. Rebuf. cum alijs. de pacif. possessor. dicto numero 279. & 281. Acchiles d. decis. 9. n. 8. de præbend.

25

Necnon beneficia manualia possunt in fauorem † resignari, vt post Federic. Bellam. & alios tradit Flamin. Parisius, de resignat. lib. 2. q. 11. num. 1. & sequentibus.

26

Ac etiam permutari. Rebuf. in praxi. tit. de permutatione. numer. 49. vbi numero 50. dicit, quòd non propterea alteratur natura manualitatis.

Hoc tamen intellige, quando Papa confirmat, vel prouidet ex certa scien-
27 tia † in titulum perpetuum de beneficio, quod alias est manuale. Abbas. in cap. nisi essent, in fin. de prębend. Rebuf. in d. num. 279. vers. *quod intellige.* Federicus de Senis. de rerum permutat. q. 17. Acchilles d. decis. 9. num. 9. de prębend. Gambarus. de officio legati. lib. 4. c. 1. num. 18.

Nàm Papa in dubio, numquam censetur
28 velle alterare † naturam beneficij, vt supra dixi, & tradit Felinus in cap. per tuas. numero 4. de maiorit. & obedien. & in terminis huius beneficij manualis in cap. in nostra. numero 45. de rescriptis. Acchil. decis. 9. numero. 7. de præbend. Rota decis. 739. num. 8. p. 1. diuersor. Franciscus Marc. decis. 1072. num. 1. & per totam. p. 1. Gambarus. de off. legati, vbi supra num. 17. & tetigi supra. num. 11.

Vnde, ne, per prouisionem Papę prętenderetur, alterari naturam manualitatis,
29 emanauit regula 38. Cancellarię, † dicens huiusmodi.

Item voluit, & ordinauit, quòd si aliqui Religiosi petunt aliquod beneficium ad nutum amobile, cum clausula, quòd exinde, pro solo nutu Abbatis, vel superioris amoueri non possint, litteræ, quoad ipsam clausulam, nullatenus expediantur, nisi idem D. N. ponat in Signatura, quòd non possit amoueri, vel ad partem, clausulam ipsam concedat. & bene declarat Alphonsus Soto Hispanus, eiusdem regulæ glossator, quæ alias est regula 37.

Scias tamen, quòd manualia beneficia
30 possunt esse perpetua, † habito respectu ad Prelatum, qui forsan non amouebit, argumẽto legis sufficit 56. ff. de condict. indebiti, prout in specie tradit Rebuf. de nomination. q. 9. sub nu. 27. Vital. in d. Clem. 1. §. in quibus. num. 3. de supplen. negligen. Prelator. latè Selua de benef. 3. p. q. 21. num. 3. circa medium. vers. *& illa possunt dici*, Gambarus. de off. & potestate legati de latere. lib. 4. c. 1. nu. 3. in fine, cum sequen. Parisius. de resignatione. lib. 11. q. 3. n. 91. Rota. decis. 739. num. 5. p. 1. diuersor.

Imò amplius dicit Gambarus, vbi supra
31 num. 15. & 16. quòd distinguendum † est, inter manualia regularium, & manualia secularium Clericorum, quia manualia Regularium sunt in se perpetua, nam illa facultas amouendi religiosum descendit magis à vi possessionis, quam à natura beneficij: & sic, si beneficia regularia sunt manualia, non est ratione naturę ipsorum beneficiorum; sed potius ratione dictæ possessionis, ne Religiosi habeant aliquid proprium, & perpetuum, & Gambarum allegat, etiam Rota, dicta decision. 739. num. 6. p. 1. diuersorum.

In casibus autem, vbi habet locum resignatio in fauorem, in beneficijs manualibus, secundum ea, quę superius diximus,
32 tunc erit vtiquè necessaria publicatio, †& habebit locum Constitutio Gregoriana de publicandis, vt fuit resolutum in vna Aquilana Prioratus, coram Cantuccio 28. Iunij 1583. quę est d. decis. 739. p. 1. diuerso. & tenuit prius Rebuf. in reg. de publicand. gl. 1. Anastas. Germonius in tract. de indultis. §. regularia. num. 35. & late resoluit Flamin. Parisius. de resignationibus. lib. 11. q. 3. nu. 86. & sequentibus.

Vbi num. 95. assignat rationem differentiæ, quare non intret reseruatio in his beneficijs manualibus, & obligatio publicandi sic, scilicet, quia publicatio non alterat
33 † naturam beneficij, quam reseruatio alteraret, efficiendo illud perpetuum, & quia publicatio non tendit in alicuius prędicium, sicut reseruatio, & denique, quia dicta Constitutio Gregoriana, facit expresse mentionem de benèficijs manualibus, vt ibi, *quorumuis ordinum, etiam militiarum regularibus, electiuis, & manualibus.*

Sed quæro An beneficium de sua natura manuale, possit ex consuetu-
34 dine effici perpetuum? † Milius in repertorio, verbo, *religiosus non potest consentire* vers. *& ex his puto*, & verbo, *beneficia manualia, an possint*, sub numero 9. Gambarus. in tracta. de officio legati. lib. 4. cap. primo. numero 19. dicunt, quòd sic, pro quo videtur optimus. tex. in cap. cum de beneficio. 5. de prębend. lib. 6. ibi, *vel præscriptio legitima sit completa, etiam si ante, vel post, religiosi, quandoque ministrarunt in eodem.*

An beneficiũ manuale possit ex consuetudine effici perpetuũ.

35 Contrarium tamen, † tenent Abbas in cap. ad nostram. numero 11. & Decius ibi numer. 6. vers. vltimo, de confirmatione vtil. Rebuf. in tracta. de pacif. possessor. numero. 277. Ea ratione, quia cum sit in mera facultate Abbatis, vel alterius, potestatem habentis reuocare, vel non, si non vsus est tali facultate, non inducitur consuetudo, nec præscriptio, quia in actibus merę facultatis, induci non potest. l. qui Iure familiaritatis. ff. de acquirend. possess. l. viam publicam. ff. de via publica, & sequitur Mandosius in regula 33. de annali. quæstione vndecima. ante numerum 5.

36 Potest concordari ista contrarietas, † quòd aut sumus in consuetudine, vel præscriptione, introducta à tempore prohibitionis remouendi ad nutum, vel à tempore, quo sciente, & patiente illo, qui ius amouendi prætendit, fuit aliquis prouisus in titulum perpetuum, & talis prouisio habuit effectũ: & tunc sit vera prima opinio, quòd beneficium

cium manuale possit ex consuetudine, vel præscriptione effici perpetuum.

Aut sumus in casu, in quo ille, qui Ius remouendi habere prætendit, numquam fuit prohibitus, nec ab alio fuit facta prouisio, de tali beneficio in perpetuum, debito effectu subsequuto, sed quòd semper fuerit facta prouisio ad nutum, & voluntatem illius: tunc quidem quamuis ipse numquam amouerit, nec vti voluerit sua voluntate, numquam (etiam per mille annos) perditur illa libertas, consuetudine, nec præscriptione, cum neque detur status quasi possessionis.

Ista conciliatio desumitur ex his, quę Do-
37 ctores tradunt in simili materia † aliorum actuum meræ facultatis, & voluntatis, veluti in Iure altius tollendi in proprio solo, & prædio meo, & in voluntate adeundi ad furnos, vel molendina, ad quos, vel ad quæ, quisque voluerit, & in Iure piscandi in publico flumine, & in priuilegio alicui dato, aliquid faciendi, quandocunque voluerit, & similibus, vt per Baldum in l. de quibus. num. 21. ff. de legibus. Ripam responso 3. sub titulo de consuetudine. Riminal. cons. 10. num. 28. & sequent. Guido Papa decis. 298. num. 1. Afflict. decis. 388. nu. 2. cum sequen. Menoch. de arbitrar. casu 44. per totum, & casu 160. per totum. Balbum de præscriptionibus. 4. p. 5. partis principalis. q. 4. à nu. 4. & 5. per totam. Ias. in l. quominus. ff. de fluminib. num. 27. cum sequentibus. Ripam ibidem. nu. 132. & in cap. cum Ecclesia Sutrina. nu. 50. de caus. possess. Anton. Gomezium. lib. 2. variar. cap. 15. nu. 27. Caputaq. decis. 306. num. fin. & per totam. p. 1. Rodericum Suarez. in l. quoniam in prioribus. ampliat. 10. à num. 20. Couarru. in reg. possessor. 2. p. §. 4. num. 6. vers. *huic sane obiectioni*. Antonium de Padilla. in l. 1. num. 14. C. de seruitut. & aqua. Rotã decis. 70. per totam. p. 2. diuers. & fuit resolutum in causa Saguntina dimidiæ annatæ. 16. Iunij. 1595. coram R. P. D. meo Litta. Anton. Gabriel. titul. de præscription. conclus. 10. per totam, & conclus. 11. & 12. Rot. decis. 33. num. 1. p. 1. diuersor. vbi ex num. 2. cum sequentib. multipliciter declarat, & alios plures modos acquirendi quasi possessionem, vltra prohibitionem assignat, veluti quando soliti essent dare licentiam piscandi, vel ędificandi, vel ad alia molendina, seu furna adeundi, vel Ius piscandi arrendarent, & in alijs actibus, qui fieri non solent, citra ius, & nomen possessoris.

Sicut etiam per contrarium, beneficium
38 perpetuum potest, † ex consuetudine effici temporale. Milius in repertorio, verbo, *Religiosus non potest consentire*. in fine. capit. cum de beneficio, & ibi Doctores de præbend. in 6.

Adde, quod licet beneficium manuale possit reuocari ad libitum conferentis, tamen per mortem ipsius conferentis, non
39 censetur † tacite reuocatum. Abbas in cap. finali. not. 3. n. 6. de præcarijs, vbi rationem assignat, quia præsumitur, quis perseuerare in ea voluntate tempore mortis. cap. maiores. de baptismo. Decius in cap. ad nostram. in fine. de confirmat. vtil. vel inutil. Rebuf. in tracta. de pacif. possess. num. 276. Secus tamen esset, si beneficium esset concessum ad beneplacitum concedentis, quia tunc cessaret beneplacitum, & concessio, morte concedentis. cap. si gratiose. de rescript. libro 6. Abbas in d. cap. fin. sub num. 6. vers. *secus vbi quis concessisset*. de precarijs, de quo vide, quę dicam in gloss. 12. à num. 53. & 64. & dixi in §. 5. procœmiali à numero 9.

Manuale beneficiũ quãdo possit auferri sine causa, & quid in officijs vsque ad n. 49.

Rursus dicunt Abbas in cap. ad nostram. num. 12. Decius numero septimo. de confirm. vtil. vel inutil. & Milius in repertorio, verbo, *beneficium manuale*. sub num. 26. Rebuf. in dicto tracta. de pacif. possess. numer. 275. versic. *secundo intellige*, quòd quamuis beneficia manualia, de sua natura sint amobilia, tamen quòd si Abbas sine causa monachum remoueret à Priora-
40 tu manuali, posset idem monachus implorare officium superioris, † vt sine causa, ex sola malitia non remoueatur, vbi idem Rebuf. semel ita seruari vidisse refert, & allegat Innocentium in cap. insinuante. sub num. 2. vers. *& si concurreret casus*, qui Clerici, vel vouentes, dicentem hæc verba, *quòd si occurreret casus, in quo Abbas, vel superior vellent ex malitia remouere Monachum à loco, quem ei deputauit, posset supplicari superiori, & superior eum audire deberet, ad similitudinem serui, vt in l. 1. C. de precibus imperat. offeren. & §. sed & maior, institut. de his qui sunt sui, vel alieni Iuris.*

Conducit quod, plura erudite allegans consuluit Burgos de Paz, in quodam consilio suo, de cuius numero nunc memor non sum, quia ad præsens non habeo præ manibus, quòd si aliquis Dominus tempora-
41 lis deputauit in suo territorio † Notarium ad libitum suum, non poterat eum sine causa remouere ex sola malitia, & ita fuisse sæpè iudicatum ipse refert, & ego alias in praxi seruatum fuisse audiui in Cãcellarijs, & alijs supremis Tribunalibus Hispaniæ, in pluribus causis similibus. ac faciunt tradita per Molinam. de primogen. lib. 1. capit. 25. num. 17. & late post plures concludit Io. Gutierr. lib. 3. pract. quęst. q. 11. ex num. 2.

Sicut etiam vidi, quòd quidam Ordin. Hi

42 spanię, † qui habebat curam animarum in quodam oppido suæ diœcesis, delegauit vices suas cuidam Præsbytero idoneo, durante tempore voluntatis suæ, vt ibi exerceret curam animarum, & cum paulo post vellet eum remouere, sine causa, ipse appellauit ad Metropolitanum, qui reuocauit decretum remotionis ab ordin. prolatum, cum inde sequutis, & manutenuit d. Præsbyterum in d. exercitio curæ animarum; Verum quidem est, quòd Parrochiani, pro interesse Ecclesię venerunt ad causam, vt non remoueretur, quod multum prodesse potuit, vt statim subijciam. num. 47. & quòd quoad curam animarum est specialis fauor. vt infra numero 60.

Ridiculum namque est, & puerile, hodie
43 concedere, & cras reuocare, † & pœnitere. Rota. decis. 33. numer. 18. de præbend. in antiquis.

44 Commune etiam prouerbium † Italicum cantat, *Chi dà, & subito toglie, il serpe li viene al cuore.* vt refert Ioann. Andreas. in cap. præsenti. numero 3. de officio legati. in 6. Nam omnis variatio in Iure reprobatur. l. serui electione. ff. de legat. 1. cap. licet de procurat. in 6. regula, quod semel placuit de reg. Iur. in 6. Acchil. decis. 13. & 14. de pensionibus. Gregor. Lopez. in l. 5. titulo. 19. Partita 6.

45 Neque malitijs est indulgendum. † l. in fundo. ff. de rei vindicatione. capit. sedes. de rescriptis.

Cæterum quidquid sit, in alijs materijs, in casu tamen beneficij manualis, de quo agitur, de cuius natura est, quòd possit ad libitum, quandocumq; & quomodocumq; amoueri. Clem. 1. §. præmissa, & ibi Cardinalis num. 4. Ancharan. & Imola, & omnes. de supplend. neglig. Prælator. difficile † mihi videtur, quòd in praxi
46 seruari possit, vt sine causa remoueri non valeat: & propterea dicit Ioannes Andreas in c. cum singula. 32. n. 1. sub gl. *ad idem*, de præb. li. 6. quòd apud Italos communiter hoc non recipitur, & ibi etiam tradunt omnes, præsertim Geminianus. numero 10. Decius in dicto cap. ad nostram. numero 7. versic. *sed in Italia*. de confirmatione vtili. Milius in repertorio, verbo, *beneficium manuale si*. Abbas sub num. 26. Licet Franchus sub num. 5. in dicto cap. cum singula, indistincte, non admittat opinionem Ioann. Andreæ, sed distinctione quadam vtatur: & tandem concludit, quòd licet talis promotus, non audiatur pro interesse suæ personæ. Tamen
47 pro interesse loci, † à quo moueretur, vt quia ex tali reuocatione lederetur prædictus locus, semper sit audiendus. Dicit etiam Rota in decisione 1. sub numero 1. de restitut. spoliat. in antiquis. versic. *nec seruamus*, quòd non seruat opinionem D. Innocentij in dicto cap. insinuante, qui Clerici, vel vouentes, idem etiam dicit Rota, decis. 6. de restitutione spoliat. in nouis. Et fuit resolutum in vna Burgensi. amotionis magistri Cappellæ 11. Decembris 1581. coram Illustrissimo Blanchetto. Rota decis. 778. num. 1. & per totam. p. 1. diuersorum, vbi alij plures allegantur. Cum igitur remouens vtatur iure suo, remotus conqueri non potest, ex quo illi iniuriam non facit. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniurijs. cap. cum Ecclesia Vulterana, & ibi glo. verbo, *iniuria*, de electione. Besignet. decis. 2. de rerum permutatione.

Quod tamen declara, & limita, quan-
48 do superior priuaret † animo se vindicandi, vel alias malo, & de hoc posset aliquatenus apparere, veluti, quia spoliaret Monachum, pendente accusatione, vel inquisitione, contra eum cepta, vel similiter. Rota dicta decis. 1. de restitut. spoliat. in antiq. sub num. 1. Nauar. in cap. non dicatis. 12. q. 1. num. 66. vers. *addo octauo*. Rota d. decis. 778. num. 2. ibi, *dummodo absit malitia*. p. 1. diuersor.

Sicut nec si beneficium esset perpetuum,
49 † Rota dicta decision. 6. de restitut. spoliat. in principio. Nauarrus vbi supra sub dicto num. 66.

Manualibus in beneficijs, an competit actio spolij.

An autem competat remedium possessorium reintegrandi tali be-
50 neficiato de beneficio manuali, distingue, † aut contra superiorem remouentem, & tunc non competit actio spolij, cum præcario possidere videatur, aut contra tertium extraneum, & tunc competit d. actio. Rota decis. 1. de restitut. spoliat. in antiq. per totam, & decis. 6. eodem titulo, in nouis. Felin. in cap. per tuas. sub num. 3. de maiorit. & obedien. Rebuf. de pacif. possess. num. 273. vers. *vnde Doctores*.

Quod enim similiter limita, nisi superior
51 spoliaret dolose, & animo † se vindicandi, quia tunc etiam competeret remedium spolij, vt paulo prius dixi num. 48.

QVANDO Episcopus cũ consensu Capituli vniuit Ecclesiã Parrochialem monasterio, vt regeretur per secularem clericum presentatum à Monasterio, & institutum ab Episcopo, illud non erit beneficium manua-
52 le, sed Vicaria † perpetua. Rota decis. 24. de prębẽdis, in nouis, Ægidius Bellam. decis. 702. *suppositio*, per totam, & vide, quæ dixi supra in §. 3. huius glossæ.

Idemq; est, quamuis in prędicto casu insti-
53 tutio non spectet ad Episcopum, † sed ad Archidiaconum. Rota decis. 21. n. 1. & 2. de prębend. in antiquioribus Besignet.

Omnes

Omnes autem preceptoriæ S. Io. Hierosolymitani sunt beneficia ad nutum † amobilia, vt Rota resoluit, teste Puteo decis. 592. coram Domino Mariscotto, per totam. lib. 1. & dixi in §. 5. huius glossæ. n. 54.

54

Et in beneficijs manualibus habet locum deuolutio, † ita quòd Episcopi possunt prouidere iure deuolutionis beneficia manualia regularia. tex. in clem. vnica, de supplen. neglig. Prælat.

55

Nec non regula 12. reuocatoria vnionum habet locum in vnionibus † factis pro præbendis, & Canonicatibus, ad nutum amobilibus. Mohed. decis. 2. de constitutionibus.

56

Et plures casus, quibus beneficia ad tempus prouidentur, etiam per ordinarium, † vide septem coniunctos per Rebuffum in praxi, titulo requisita ad bonam collationem, ex n. 14. vsque ad nu. 21.

57

Verum contra supradictam resolutionem, quòd in beneficijs manualibus non intret reseruatio, insurgit difficultas † ex his, quæ supra diximus, iuncto tenore nostræ regulæ.

58

Nam dictum remanet. n. 6. quòd generaliter beneficia regularia, de sua natura præsumuntur manualia, si igitur beneficia regularia sunt manualia, & regula nostra reseruat, etiam quæcumque beneficia quorumuis ordinum regularia, & qualitercumque qualificata, vt in eius principio legitur, ergo sequitur, quòd reseruat similiter manualia.

Tamen nihilominus tenendum esse sine difficultate, memoratam resolutionem arbitror. Neque obstat prædicta difficultas, quoniam plura beneficia regularia sunt, quæ sunt perpetua, & non temporalia, vel ex sua natura, vt sunt multæ Abbatiæ, & prælaturæ regulares, præsertim electiuæ. tex. in c. Monachi. §. Priores de statu Monachor. cap. nullam potestatem. 18. q. 2. lex. 73. tit. 7. Partita prima. Selua de benef. 3. p. q. 68. num. 2. Cassador. decis. 4. de præbend. nu. 3. & seq. & decis. 12. num. 9. eodem tit. Parisius cons. 44. num. 3. lib. 4.

Vel ex priuilegio, statuto, vel consuetudine, similiter possunt esse perpetua, secundum ea, quæ supra diximus. n. 8. Ideo in his verificari potest regula nostra; secus verò † in manualibus, quæ vera beneficia Ecclesiastica non sunt, vt benè tradit in terminis regulę 3. Cancellarię Mandosius ibidem. q. 9. nu. 12. in fine, & n. 13. & dicam infra in gl. 8. Flamin. Paris. in tract. de resignat. beneficiorum. lib. 11. q. 3. num. 92. & 93.

59

Non omitto, quòd in Rectoribus parrochialium Ecclesiarum, difficile admittetur ista manualitas, seu ad nutum remotio, sed debet Parrochialis conferri in perpetuum, † non obstante, quacumque contraria consuetudine, vt Sacra Concilij Trident. Congreg. censuit super declaratione. c. 18. sess. 24. de reform. dicens huiusmodi.

60

Rectores parrochialium non debent esse manuales.

Semel Rector deputatus, non poterit ad nutum amoueri, à patronis, etiam quòd allegarent esse in possessione ita faciendi, etiam si iuspatronatus esset alicuius Communitatis; sed perpetuo illius Ecclesiæ remanebit. hoc idem fuit declaratum in præsentatione alterius communitatis, quæ allegabat antiquam consuetudinem, amouendi Rectorem ad libitum.

Ex tali namque mutatione Rectorum, Ecclesia maximum † recipit detrimentum. Rota decis. 24. num. 1. ante finem. vers. *modo Ecclesiæ expedit.* de præbendis, in nouis, & dicam in gl. 6. super. quæst. 1. num. 206. ac propterea Rota, in vna Toletana iuris nominandi 29. Nouembris. 1582. coram Illustrissimo Blanchetto, dubitauit, An laicus fundator parrochialis, possit in fundatione facere, quòd Rector sit amobilis ad nutum patroni, & in partem negatiuam se inclinauit.

61

Rursus adde, quòd simplex beneficium per †petuũ de iure patronatus, potest ab Episcopo de consensu Patroni, ex iusta causa effici manuale, & ad nutum ipsius Patroni, vt consuluit Nauarrus cons. 9. n. 1. & per totum, sub titul. de officio ordinarij, in impressione Romana.

62

Beneficiũ perpetuũ, an possit effici manuale ex consẽsu patroni.

Restat nunc, vt aliquid dicamus de beneficijs de mensa. Videlicet, quid sint, & an cadant sub reseruatione regulæ nostræ? In quo breuiter conclude, quòd beneficium de mensa † dicitur illud, quod est perpetuo incorporatum mensę Episcopali, aut Capitulari, seu Abbatiali, ita quòd numquam vacat, nec in tali beneficio datur negligentia in prouisione. gl. verbo *de mensa.* in clem. 1. de supplen. negligen. Prælator. & ibi Imola. n. 42. & Cardinal. n. 5. sub § præmissa. Vitalin. n. 4. gl. verbo *ad mensam.* in clem. 1. §. quidam, de excess. prælator. vbi Abb. nu. 17. Imola. nu. 16. Vitalin. nu. 101. & cæteri.

63

Beneficiũ de mẽsa, quid sit & an cadat sub reseruatione.

Cum igitur beneficium de mensa non sit verè beneficium, nec detur in eo vacatio, resultat, quòd minime comprehẽdatur † sub regula nostra, loquẽte de beneficijs vacaturis. Vt fuit decisum in vna Taruisina Parrochialis. 10. Decembris anni 1603. coram R. P. D. meo Litta, & dicemus in §. sequenti de beneficijs vnitis n. 21. & in gl. 9. §. 3. de beneficijs. Ecclesię non numeratę.

64

Summaria §. 7. Glossæ 5.

1 *Vnita beneficia, an includantur in reseruatione regulæ nostræ, & n. 25. & 38.*
2 *Vnitum beneficium, mediante vnione, disinit esse beneficium.*
3 *Vnitum beneficium conuertitur in naturam eius, cui fit vnio.*
4 *Vnio est extinctiua tituli beneficij.*
5 *Vnitum beneficium dicitur prædium illius rei, cui fit vnio, & n. 39.*
6 *Vnitum beneficium efficitur seruus alterius beneficij, cui vnitur. Et capta possessione rei, cui facta fuit vnio, insimul erit capta possessio beneficij vniti.*
7 *Vnitum beneficium, nunquam vacat.*
8 *Vnitum beneficium curatum, alteri simplici, transit in naturam simplicis.*
9 *Regula de triennali, non habet locum in beneficio vnito, quando ex parte fundantis se in vnione opponitur de illa, & n. 10.*
11 *Vnita beneficia permutari non possunt.*
12 *Pœna c. licet. Canon. de electione, in 6. non procedit in beneficio vnito.*
13 *Parrochialis vnita dignitati, non debet per concursum prouideri.*
14 *Vnita beneficia resignari non possunt.*
15 *Vnitum beneficium se habet erga rem, cui vnitur, sicut filius erga matrem.*
16 *Vniti beneficij, non est necesse facere mentionem in impetratione.*
17 *Vnionis beneficij causa, non dicitur beneficialis causa.*
18 *Episcopus non potest dispẽsare, cum illegitimo, nisi ad simplex beneficium, tamen si parrochialis est vnita beneficio simplici, dispensare potest ad parrochialem, & n. 19.*
19 *Parrochialis Ecclesia vnita beneficio; non curato, potest conferri non graduato in Regno Franciæ.*
19 *Vnitum beneficium, non causat incompatibilitatem.*
20 *Vnionis natura est, vt auferatur collatio.*
21 *Beneficia, quæ dicuntur de mensa, non veniunt sub generali reseruatione, quia non vacant.*
22 *Vnitum beneficium impetrari non potest, etiam si vnio sit facta ad vitam alterius, & nu. 23.*
24 *Beneficium vnius diœcesis, vnitum beneficio alterius diœcesis confertur per solum Episcopum illius, cui vnio facta fuit.*
26 *Vnio perpetua, tribus modis potissimè fit.*
27 *Vnio aliquando fit accessorie, pro augumento dotis alterius beneficij.*
28 *Vnio interdum fit ad inuicem, & æque principaliter.*
29 *Vnio etiam fit, quoad solum caput, & gubernatorem.*
30 *Episcopatus Viterbien. & Tusculan. sunt vniti, quoad caput, & quis denominetur prius, ibidem.*
31 *Denominatio fit a digniori, & n. 33.*
32 *Calagurritan. & Calciaten. diœcesis, de qua auctor est ortus, habet duas Ecclesias Cathedrales, & semper fit denominatio à Calagurritana, vti digniori.*
33 *Vnitum beneficium accessorie, non cadit sub reseruatione regulæ nostræ.*
34 *Castrum vnitum accessorie, alicui Ciuitati, regulatur per Regulas Ciuitatis, ac perdit proprias regulas, ac priuilegia, quæ habebat ante vnionem, & num. 35.*
36 *Patre fam. transeunte in patriam potestatem, per arrogationem, transeunt omnia iura suæ personæ, &c.*
37 *Vnionis accessorie factæ, plures effectus remissiue.*
38 *Expectatiuæ non capiunt beneficia accessorie vnita.*
40 *Reseruatio non capit beneficium vnitum, quamuis vnio nondum habuerit effectum, & numero 41.*
42 *Gratia de vniendo, est maior, gratia de prouidendo.*
43 *Vniones effectum non sortitæ, reuocantur per regulam 12. Cancellariæ, & nu. 45.*
44 *Vnio diminuit cultum diuinum.*
46 *Vniones effectum non sortitæ, non reuocantur per regulam 12. in pluribus casibus, in eadem regula contentis, num. 47. nec non quãdo fiunt ex causa dotis necessaria alicuius loci Pij, & num. 48.*
49 *Vniones factæ in augmentum cultus diuini, non reuocantur per regulam Cancellariæ, nec factæ ex causa onerosa in vim contractus, & num. 50.*
51 *Regula 12. reuocatoria vnionum, non procedit quando vnus ordo supprimeretur in totum, & eius beneficia alteri applicarentur, vel quando vnio habuit effectũ ante dictæ regulæ promulgationem, & n. 52.*
53 *Regula 12. reuocatoria vnionum cessat, quando vnio fuit facta ab eodem Papa post datam illius.*
54 *Vicaria Ecclesiæ vnitæ, quando cadat sub reseruatione nostræ regulæ.*
55 *Vnio æque principaliter, & ad inuicem facta, non excludit reseruationem.*
56 *Vnire est vnum ex duobus, vel pluribus facere, & num. 56.*
57 *Vnitum si sit æque principaliter beneficium vnius diœcesis, beneficio alterius diœcesis, debet ab vtroque Episcopo collatio fieri.*
58 *Minor existens in vna Prouincia, si alienat bona, quæ habet in alia, cuius Iudicis decretum requiritur.*
59 *Diœcesibus, si in diuersis testator reliquit bona,*

inter

inter pauperes distribuenda, per quos Episcopos distributio fieri debet, & nu. 60. agitur de publicatione bonorum.

61 *Vnio beneficiorum diuersæ diœcesis, quamuis posset fieri de iure communi, hodie verò post Cdnc. Trid. non, & n. 62.*

63 *Vniri hodie non possunt Ecclesiæ parrochiales, nec dignitates, nec Canonicatus Cathedralium, nec Monasteria, & n. 64.*

65 *Vniri potest hodie vnum beneficium curatum, cum alio curato, ratione paupertatis: nec non beneficium simplex Cathedralibus, vel collegiatis, aut Parrochialibus Ecclesiis, & num. 66.*

67 *Vniri hodie possunt beneficia simplicia pro seminarijs, declara n. 75.*

68 *Vnio facta seminario, nõ tenet, ante erectionem factam seminarij.*

69 *Collegium dici non potest ante erectionem.*

70 *Qualitas sine subiecto esse non potest.*

71 *Priuilegium non potest concedi Collegio, quam diu collegiales deficiunt, & declaratur, numer. 97.*

72 *Donatio facta futuro Collegio non tenet.*

73 *Muri non faciunt seminarium, sed scholares, &c. & n. 74.*

76 *Vnio beneficiorum, quando possit fieri futuro seminario, vigore Concil. Triden.*

77 *Concil. Triden. cap. 18. sess. 23. verba ponderantur.*

78 *Dictio* nec non, *repetit omnes qualitates præcedentes.*

79 *Fabrica prius est construenda, & suppellectilia præparanda, quam scholares recipiantur.*

80 *Consequens, qui vult, & antecedens.*

81 *Vnio si non tenet pro futuro seminario, nec tenet fructuum detractio.*

82 *Futuro Collegio, vel Hospitali, & Ecclesiæ construendæ potest legari, & priuilegium concedi, vt habeat vires post erectionem, & numero 83.*

84 *Futuro ædificio seruitus imponi potest.*

85 *Legatum relictum ad alicuius Ecclesiæ cõstructionem, non est caducum, quamuis locus consignatus non sit.*

86 *Monasterio ædificando, competit restitutio in integrum.*

87 *Mulieri maritandæ, competit beneficium legis Iuliæ de fundo dotali.*

88 *Dos sine matrimonio esse non potest.*

89 *Emptio, & stipulatio ad fauorem personæ nominandæ tenet.*

90 *Futuris pauperibus competit remedium adipiscendæ, ac Episcopo illorum nomine.*

91 *Societas super officio emendo constitui potest.*

92 *Destinatio seminarij construendi, sufficit, vt habeatur pro constructo.*

93 *Destinationis de materia, plura remissiue.*

94 *Seminarium de proximo erigendo, habetur pro erecto.*

95 *Spes firma de præterito prouenies, est perinde, ac si effectus esset consequutus.*

96 *Seminarium cæptum, assimulatur partui concepto, qui in fauorabilibus habetur pro iam nato.*

98 *Donatio requirit personam, quæ acceptet illam.*

99 *Donatio ad eius essentiam, quinque requisita continere debet remissiuè.*

100 *Vniones, & gratiæ Apostolicæ, potius æquiparantur vltimis voluntatibus, quam contractibus.*

101 *Donatio facta ad piam causam, valet sine acceptatione.*

102 *Promissum causæ piæ, promittitur Deo, qui est vbique, & acceptat.*

103 *Vnio facta pro futuro seminario est ad piam causam.*

104 *Apices iuris, de iure Canonico, non attenduntur.*

105 *Absenti facta collatio à principio tenet, & reuocari non potest.*

106 *c. Abbate. §. nec pro eo, de re iudic. in 6. nouus intellectus assignatur.*

107 *Allegatio partis in textu narrata, non facit ius.*

108 *Durum esset dicere, quòd non teneret donatio facta pro alendis futuris pauperibus, vel maritandis futuris Virginibus.*

109 *Vniones pro seminarijs fiunt ab Episcopis auctoritate Apostolica.*

110 *Apostolica auctoritas supplet, quodcumque iuris obstaculum, & n. 111.*

112 *Vnita beneficia, quoad capita, & gubernationem, sunt reseruata.*

113 *Beneficia vnita, quoad caput remanent in pristino statu, ita vt, si altera Ecclesia indigeat, Rector ex suo supplere non tenetur, & numero 114.*

115 *Parrochiani in subsidium tenentur pro Ecclesiæ necessitatibus contribuere.*

116 *Vnitarum Ecclesiarum ad inuicem, bona illarum non communicantur, nec beneficiati vnius Ecclesiæ, tenentur alteri deseruire, & num. 117.*

118 *Diœcesibus duabus inuicem vnitis, iura cuiuslibet integra manent.*

119 *Vnitis ad inuicem, & æque principaliter duabus prouincijs, quælibet illarum conseruat suas leges, iura, & priuilegia, veluti in comitatu Tolosæ vnito Regno Franciæ, vt numero 120. & ciuitate Pisana vnita Florentiæ, & num. 121.*

122 *Regna potentissimi Regis Hispaniæ, quamuis sunt sub eodem Principe, & capite, conseruant sua iura, & priuilegia pristina, & specialiter agitur de Dominio Cantabriæ vnito Regno Castellæ, & nu. 123.*

124 *Princeps per talem vnionem ad inuicem factam, non intendit præiudicare alicui Prouinciæ.*

125 *Beneficijs vnitis, ad effectum, vt redditus sint communes, non alteratur eorum natura, & intrat reseruatio. & n. 126.*

127 *Vnio, an intelligatur facta accessorie, vel æque principaliter? in primis inspiciendus est tenor, n. 128. deinde quòd sit dignius, n. 129.*

130 *Dignius beneficium, minus digno vniri non potest.*

131 *Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis, vti dignior, non vnitur Ecclesiæ parrochiali.*

132 *Denominatio operatur, vt intelligatur, an vnio sit accessorie, vel æque principaliter facta.*

133 *Denominationis causa fuit sustentata, quædam gratia, in qua non fiebat mentio, nisi de vna Ecclesia, cum esset cum alia vnita.*

134 *Vnio in dubio præsumitur facta, æque principaliter, cessantibus supradictis.*

135 *Obseruantia, dubia remouet.*

136 *Vniri non possunt reseruata beneficia per ordinarium, sed vnio facta sustinetur, & effectus suspenditur.*

137 *Prouisus de beneficio vnito, potest illud in fauorē alterius resignare, quia resignatarius potest decedere prius resignante, & nu. 138.*

139 *Gratia de beneficio vnito, non facta mentione de vnione, non tenet.*

140 *Vnio facta ad vitam, non extinguit reseruationem, quæ non extinguitur, nisi collatione, & num. 141.*

142 *Vnio ad vitam, non est prouisio, nec reseruationis extinctio, sed facit eam dormire.*

143 *Somnium interficit hominem, dum quiescit.*

144 *Commenda non extinguit reseruationem.*

145 *Vnio ad vitam solum, habet vim dispensationis, & est quædam species reseruationis.*

146 *Vnio ad vitam est prohibita per Concil. Trid.*

147 *Reseruatio cessat, quando beneficium est per destructionem extinctum.*

148 *Beneficium erectum post nunciationem noui operis, demoliri debet.*

149 *Ciuitas si necat Episcopum, aufertur ab ea dignitas Episcopalis.*

150 *Beneficium extinguitur, quando Papa permitteret alicui monasterio, Ecclesiam aliquam in proprium vsum conuertere.*

151 *Ecclesia destruitur propter defectum Religionis, & abusum.*

152 *Beneficium per Infideles occupatum, non censetur esse.*

153 *Destructo ordine vniuersali, destruuntur etiam beneficia illius, & n. 154.*

155 *Vnio, annexio, incorporatio, suppressio, extinctio, applicatio, & dismembratio, in quo differant.*

§. 7. gl. 5. vbi agitur de beneficijs vnitis.

VIDEAMVS nunc, an beneficia vnita includantur † in reseruatione nostræ regulę?

1

Vnita beneficia, an cadant sub reseruatione reg. 8.

Pro parte negatiua facit, quòd beneficium vnitum, desinit mediāte vnio-

2 ne esse beneficium, † & amplius beneficium dici non potest. Rota decis. 11. num. 1. de rebus Ecclesiæ, in antiquis. Oldrad. cons. 257. *factum tale est.* num. 15. vers. *per vnionem tamen prædictam desinit esse talis.* & num. 18. vers. *nec dubitandum est.* Federicus de Senis in tracta. de rerum permuta. q. 33. Gemin. in cap. cum persone. §. fin. vers. *si vero vna subijcitur alteri.* de priuileg. lib. 6. Ancharan. in cap. accessorium. num. 2. not. 3. vers. *item facit.* de reg. iuris in 6. Cassad. decis. 13. num. 1. super regulis. Gomezius in reg. de infirmis. quæst. 15. num. 1. Socin. in cap. sicut vnire. nu. 729. de excess. prælat. Practicabilia Rotæ Romanæ. §. de vnione, num. 13. ad finem decisionum 2. partis diuersorum.

Vnitū beneficium desinit esse beneficiū & quāplures effectꝰ de hoc vſq; ad n. 24. & postea distinguitur multiplicit-ter.

Ratio est, quia beneficium vnitum conuer

3 titur in naturam † eius rei, cui fit vnio, & accrescit, arg. l. si ex toto, in principio. ff. de legat. 1. & in l. inter socerum. §. cum inter, de pactis dotalibus. & in l. etiam. C. de iure dotium, vbi etiam probatur, quòd eadem priuilegia competunt augmento, quę competunt rei, cui accrescit, vt in §. si grex. Inst. de legat. Alex. cons. 20. *viso processu.* post numerum 4. vers. *secundo probatur.* lib. 1. Bart. in l. si conuenerit. §. si nuda. num. 2. ff. de pignoratitia actione. Decius cons. 36. *visis.* num. 9.

Hinc vnio de beneficio est extinctiua titu

4 li, † tollens omnia vincula, sicut mors omnia soluens, vt in authentico, de nuptijs. §. deinceps collat. 3. Cassador. decis. 2. sub nu. 1. post principium, de vnionibus. Gambarus de officio, & potestate legati. lib. 6. cap. 1. num. 130. Petrus Gregor. Tholosanus, in nouis Institution. rei beneficiariæ. cap. 20. numer. 1.

Hinc vnitum beneficium, post vnionem

5 dumtaxat dicitur † prædium illius rei, cui fit vnio. Gambarus in tract. de officio, & potestate legati. lib. 5. de potestate legati in vniendo. num. 139. Caputaquensis decis. 349. num. 2.

Nec

6 Nec non efficitur seruus † illius beneficij, cui vnitur Gambarus, vbi supra. nu. 31.

Hinc capta possessione rei, seu beneficij dominantis, cui est facta vnio, censetur insimul capta possessio beneficij accessoriè vniti, præsertim, quando possessio apprehensa fuit in Ecclesia, seu capite. Anchar. in reg. beneficium, ante nu. 12. vers. *& ideo ego dico*, & in regula sine possessione. num. 10. in fine. de regulis iuris. in 6. Lambertin. de iurepatronatus, lib. 2. par. 3. quæst. 11. principali. art. 9. num. 3. Ferretus cons. 14. num. 4. & 5. lib. 1. & cõs. 236. n. 10. lib. 2. Natta cons. 562. n. 13. lib. 3. Couarru. lib. 3. variar. cap. 16. num. 13. Rota decis. 19. num. 7. & 8. cum sequentibus, parte secunda diuersorum, vbi late.

Hinc vnitũ beneficium, numquam dicitur
7 vacare. † Gomezius post Io. Andream, Federicum, & alios in regula de triennali, q. 8. sub num. 2. vers. *quòd autem talia beneficia non dicantur vacare.* Paris. cons. 31. num. 10. volum. 4. Caccialup. in tracta. de vnionib. q. 11. art. 8. num. 7. Mandosius in reg. de infirmis. quæst. 10. num. 2.

Hinc censuit Sacra Concil. Trid. Congregatio, quòd beneficia curata, alijs beneficijs annexa, transeunt in simplicium naturam,
8 † si accessoriè sint vnita, & illorum cura per Vicarios ab ordinario positos exerceatur.

Hinc regula de triennali, non habet locum
9 in beneficio vnito, † quia si est extinctum, & non potest vacare, neque in rerum natura, possideri non potest, cum non entis nullæ sint qualitates. l. eius. ff. si cert. petat. Gomezius in dicta regula de triennali, quæst. 8. numero finali, in fine. Mandosius ibidem, quæst. 14. per totam. Caputaq. d. decis. 339. par. 3. per totam.

Quod intellige, quando opponitur de
10 triennalitate, ex parte eius, † qui fundatur in vnione, secus verò, si apponatur ex parte possessionis titularis, contra actorem prætendentem beneficium esse vnitum, quia vltra quòd, tunc vnio negari potest, cum possessor sit titularis, & verè, & propriè possederit beneficium, tanquam titulare, & non vnitum. Nulla ratio est, quare regula de triennali locum non habet, sicut, & regula de annali, quæ etiam procedit in beneficio vnito. Cassador. decis. 13. num. 2. super regulis. Gomezius in regula de annali. q. 25. Mandos. ibidem, quæst. 14.

Hinc beneficia vnita, non possunt permu-
11 tari, † Federicus de Senis consil. 195. incipit *permutatio.* & in tract. de rerum permutatione. quæst. 33. Rota decis. 1. de rerum permutatione. in antiquioribus Besigneti, & decis. 3. eo in titulo, in antiquis. Bellam. tract. de permutatione beneficiorum, tertia parte. quæst. 7. num. 10. Practicabilia Rotæ. §. de vnione. num. 14.

Accedat optimus tex. in cap. statutum. 22. de electione in 6. vbi disponitur, quòd pœna cap. licet Canon. eod. titulo, contra non promouentes se infra annum, non habet lo-
12 cum in obtinente Parrochialem vnitam † Ecclesiæ collegiatæ.

Nec Parrochialis vnita dignitati, subest
13 dispositioni † Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. de prouisione parrochialium per concursum, vt censuit Sacra eiusdem Concil Cong. Quod etiam locum habet respectu ætatis, vt dixi in gl. 9. in prin. nu. 4.

14 Sicuti, nec possunt resignari. † Felin. in c. in nostra. numer. 23. de rescriptis. Petrus Gregorius in Sintag. iur. lib. 17. cap. 17. nu. 18. & in Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 5. & cap. 18. sess. 23. latè Flamin. Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 9. num. 1. & per totam, vbi benè declarat.

Hinc beneficium vnitum se habet erga
15 rem, cui vnitur, sicut filia † erga matrem, quia sortitur naturam, & priuilegia matris. cap. cum dilectus, de his, quę vi, met. Gregor. Lopez in l. 4. verbo, *So poderio del otro*, titulo 12. Partita prima.

Hinc de beneficio vnito, non est necesse fa-
16 cere mentionem † in impetratione alterius beneficij, quamuis de obtentis fieri debeat. Felinus in cap. in nostra. num. 30. corollario 3. per totum, de rescriptis. Rota decis. 13. de præbend. in antiquioribus. Cassador. decis. 12. de præbendis. Selua de beneficio 3. par. q. 11. nu. 16. Menochius de arbitr. lib. 2. centuria 3. casu 201. num. 67.

Hinc causa vnionis, non dicitur causa be-
17 neficialis. † Cassador. decis. 3. de Iudicijs nu. 1. & per totam, & fuit resolutum in vna causa Calagurritana beneficii de Iocano. 7. Nouembris 1599. coram R. P. D. Seraphino meritissimo Rotæ Decano, & numquam satis laudato.

Simile est, quò licet Episcopus non possit dispensare cum illegitimo, nisi ad beneficiũ simplex. cap. 1. de fil. præsbyt. in 6. tamen,
18 quando parrochialis Ecclesia est vnita † beneficio simplici, extenditur ad Parrochialem vnitam dispensatio. Geminian. in d. cap. 1. num. 12. Rebuf. in tracta. de nominationibus quæst. 16. num. 27. vbi num. 26. similiter dicit, quòd Ecclesia Parrochialis vnita potest
19 conferri non graduato, † quamuis concordata disponant, quòd Parrochiales conferantur graduatis.

Hinc natura vnionis est, vt auferatur col-
20 latio, & conferendi † potestas. Gambarus de officio, & potestate legati, lib. sexto. cap. 1. num. 46.

Hinc beneficium vnitum, non causat incompa-

21 compatibilitatem, † licet aliàs, si vnitum non esset, causaret, gl. in summa 21. quæst. 1. cap. cum singula 32. ibi, *nisi forte vnus ex eis ab alio dependeat*, de præbend. lib. 6. gl. penultima, in fine in cap. super eo, de præbend. lib. 6. Lapus alleg. 35. in finalibus verbis, & ibi Mandos. in additione sub littera G. Abbas in cap. extirpande. §. qui vero. num. 27. de præbendis. Benedictus Capra in tract. regularũ, reg. 90. n. 40. Alphõsus Hojeda in tract. de incõpatibilit. benef. 2. p, c. 3. n. 10. & fuit in Rota resolutum in vna Burgen. seruitij 13. Iunij 1594. corã. R.P.D. meo Litta Rotæ Auditore acutissimo, & in Virdunen. Decanatus. 9. Martij 1580. coram Illustriss. D. Lancellotto.

Accedit etiam, quòd beneficia, quę dicuntur de mensa, non veniunt in generali reseruatione, quia talia non dicuntur vacare. gl. verbo, *de mensa*. in Clem. vnica. §. præmissa, de supplend. neglig. Prælator. tex. in clem. 1. vers. *quidam etiam*, de excess. prælat. Aeneas de Falconibus, in tracta. de reseruation. q. 3. princip. n. 1. 2. & 3. & dixi in §. 6. præcedenti huius glossæ 5. num. 63. & 64.

Hinc etiam, est nulla impetratio facta de
22 beneficio † vnito, quia cum sit vnitum, impetrari non potest. Felin. in cap. in nostra. n. 23. vers. *corollarium*. 27. de rescriptis. Io. Selua de benef. 3. p. q. 15. n. 76. Rota decis. 46. de rescriptis. in antiquis. Rebuf. in praxi, tit. de vnionibus. n. 14. Puteus decis. 247. a n. 7. lib. 1. vbi pro maiori parte fuit idem obtentum, in
23 vnione † facta ad vitam alicuius.

Hinc si beneficium vnius diœcesis esset vnitum alteri beneficio diuersę diœcesis, tũc
24 solus Episcopus beneficij, † cui est facta vnio poterit conferre, non vero Episcopus beneficij vniti, ex quo perdidit nomen beneficij. cap. 2. de religios. domibus, & post Ancharan. Cassadorum, & alios, fuit decisum in Rota, teste Puteo decis. 452. num. 3. & per totam. lib. 2. iuncta additione Papaz. decis. 6. num. 2. de renunciatione, in nouis. Rota decis. 15. num. 1. parte tertia, lib. 2. diuers.

Cum igitur beneficium vnitum perdat titulum, & nõ sit amplius beneficium, sed quoddam prædium, nec possit vacare, & multo minus conferri, necessario sequitur, quòd non comprehẽdatur sub regula nostra,
25 † loquente de beneficijs Ecclesiast. vacantibus in mensibus Apostolicis: vbi enim verba legis non conueniunt, eius dispositio locũ non habet. l. 4. §. toties, & ibi notat Bart. & omnes. ff. de damno infecto. Et quęlibet lex debet esse contenta suis terminis, l. in agris. ff. de acquiren. rerum dominio. Cassador. decis. 1. num. 2. de constit.

Cæterum pro clariori intelligentia, & resolutione huius quæstionis, operepretium est animaduerte, quòd vnio
26 perpetua, tribus modis † potissime fit, omissis nunc, his, quæ tradit Abb. post Hostiensem in cap. 1. num. 6. ne sede vacante aliquid innouetur, vbi prosequitur quinque modos vnionis.

Vnio tribus modis fieri solet, & qualiter.

Primo modo fit vnio, per viã subiectionis, ita quòd vna Ecclesia, vel beneficiũ alteri subijciatur pro augmẽto illus dotis, & patrimo
27 nij: † & tũc illa Ecclesia, seu beneficium, cui fit vnio, remanet superior, & principalior, superiusuè, seu principalius: vnitum verò beneficium erit inferior, subiectum, accessorium, adhærens, & dependens ab illa, seu illo, cui vnitur, annectitur, seu incorporatur, de quo est tex. in cap. quia monasteriũ de religios. domibus, & ibi notant omnes, c. recolentes, de stat. monac. in fine.

Secũdo modo fit vnio, æque principaliter,
28 † videlicet, quando duo beneficia ad inuicẽ vniuntur, & coniunguntur, vt ex duobus beneficijs fiat vnum dumtaxat beneficium, & mutuo communicent priuilegia, & bona sua, de quo est tex. in cap. decimas in fine. 16. q. 1. ibi, *sicut enim Papa duos Episcopatus in vnum potest reducere*.

Tertio modo fit vnio duarum diocę-
29 suum, vel Ecclesiarum, quoad caput, † & gubernatorem, vt vtraque remaneat cum suis proprijs bonis, & iuribus distinctis, & separatis, & non communicatis, vt prius: sed habeat vnum dumtaxat Episcopum, & Rectorem, & quælibet retinet sua priuilegia, iura, & statuta, gl. & scribentes in c. & temporis, cap. præcipimus 16. quæst. 1. vt accidit in Episcopatu Viterbi, & Tusculano,
30 quia licet sint duæ diœceses, vnus tamen solus Episcopus est. Et cum Episcopus rescribit, super concernentibus iurisdictionem, & administrationem Episcopatus Viterbien. se nominat Episcopum Viterbien. & Tusculanen. si vero super concernentibus Episcopatum Tusculanen. se inscribit Episcopum Tusculanen. & Viterbien. semper anteponendo nomen illius diœcesis, in qua cõsistit res, de qua agitur, vt memorat Mandos. in reg. 12. de vnionibus. quæst. 1. nu. 4. & in d. cons. 27. nu. 3. Vel sumitur denominatio prima
31 à digniori † argumento. l. quæritur. ff. de stat. hominum, & cap. litteris. ff. de iure patronatus. Rebuffus in praxi tit. de vnionibus. n. 16. Prout contingit in diœcesi Calagurritana, & Calciaten. † de qua sum ego, ex oppido
32 de ARNEDO ortus, quia licet sit vna diœcesis, tamen sunt duæ Ciuitates, & duæ Ecclesiæ Cathedrales, in omnibus secundum statum præsentem distinctæ, & diuisæ, nisi quoad Episcopum, & Decanum, quia vnus est Episcopus Calagurritan. & Calciaten. & vnus Decanus, & primum nomen sumitur ab Ecclesia Calagurritana tamquam antiquiori,

quiori, ditiori, & digniori, & postea nominatur Calciaten.

Prefatos tres modos vniendi, assignauit glossa in dicto capit. & temporis qualitas, verbo, *vnire.* 16. quęstione 1. glos. in cap. 1. verbo, *vniendo*, ne sede vacante aliquid innouetur, & de nostro iure Hispano est expressa lex 4. tit. 12. Partita 1. & ibi Gregor. Lopez doctissimus glossator. Rebuf. in praxi. tit. de vnionibus. num. 15. vsque ad num. 18. Petrus de Vbaldis in tracta. de vnionibus. c. 1. ex num. 6. & per totum. Ancharan. cons. 114. num. 2. Marian. Socinus in cap. sicut vnire. num. 6. de excess. Prælat. Caccialup. de vnionibus. art. 2. nu. 2. Staphileus de lit. gratię, titulo de modis prouisis. nu. 18. Milius in repertorio, verbo, *vnio Ecclesiarum fit tribus modis*. Ferret. cons. 243. num. 13. lib. 1. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. 2. p. cap. 3. numero. 2. Petrus Gregor. Tholosan. in nou. institut. rei benef. cap. 10. num. 2. Puteus decis. 444. num. 2. lib. 1. Mandosius cum pluribus. cons. 27. nu. 2. cum sequentibus.

Quibus sic præsuppositis, aut loquimur de beneficio vnito, primo modo, nempe accessorie, & per viam subiectionis, & accessionis: & in isto casu procedunt, ea omnia, quę superius adduximus, quòd non fit amplius beneficium, & perdat nomen, & numquam vacet cum reliquis, &
33 minime erit locus reseruationi, † de qua in regula nostra, cum beneficium vnitum transfundatur in propriam naturam, eius rei, cui vnitur, & incorporatur, vt docuit Gaspar de Perusio in tractatu de reseruationibus. cap. 2. incipit: *quæ autem beneficia reseruantur*, numero 3. Æneas de Falconibus, de reseruationibus. quęstione 3. principali. numero quarto. Qui quamuis ibi, & in quæst. 4. principali teneat, quòd beneficia reseruata, non possint supprimi in præiudicium reseruationis, & propterea impugnet dictum Gasparum: tamen ratione caret, cum casus sit valde diuersus vnus ab alio, ex quo ante reseruationem potuit esse facta vnio, & suppressio, & sic reseruatio subsequens, non capiet beneficium vnitum, & suppressum, prout ipse Aeneas de Falconibus in eadem quęstione 3. numero 27. insinuare videtur.

Sicut etiam videmus, quòd si vniatur aliquod Castrũ alicui Ciuitati, vel si Villa, vniatur Castro, accessorie, ex eo tempore, Castrum, & Villa accessorie vnita regulantur
34 secundũ regulas † eius Ciuitatis, aut Castri cui vniuntur, & eisdem legibus, & priuilegiis sunt gubernanda, & amittunt proprias re-
35 gulas, & priuilegia, † vt docuit Bart. inl. si conuenerit. §. si nuda. sub n. 2. vers. *breuiter.* & num. 3. ff. de pignorat. actione, & alii plures citati per eius additionatorem. arg. tex. in l. peculium, in principio. ff. de leg. 2. & l. grege. ff. de leg. primo. Felinus in cap. translato. num. 6. 7. & 8. vbi plura cumulat. de constitutionibus. & Gregor. Lopez in l. 7. glos. *de termino poblado*, versic. *sed dubium est.* in principio, & in l. 27. gl. fin. in princip. tit. 7. partita 1.

Et in Patrefamilias transeunte in potestatem alterius, per arrogationem, † nam transeunt omnia iura, quę tanquam accessoria suę personę adherebant, iuxta l. si adoptauero 16. ff. de precario.

Alios etiam nouem effectus huius vnionis
37 accessorie factæ, † cumulat Rebuf. in praxi. titulo de vnionibus, à numero 49. vsque ad 58. quos non recenseo, quia ad illum me refero.

Reseruatio non intrat in beneficio vnito.

In hoc inquam casu nullatenus intrat reseruatio nostræ regulę, cum non detur beneficium, nec vacatio, nec collatio beneficij vniti. Staphileus de lit. gratię. tit. de formis mandatorum, de prouiden. §. secunda forma. numero secundo. vers. *dico excludendo prius vnum casum*. Gomezius de expectat. nu. 117. aĩas de mandat. de prouiden-
38 do. n. 9. vbi tenent, quod † reseruationes expectatiuarum, non capiunt beneficia vnita. Rebuf. in praxi. tit. de vnionibus, sub n. 31. vltra Gasparum de Perus. & Æneam de Falcon. in locis proximè relatis.

Verum tamen est, quòd si est vnitum alteri beneficio, in quo cadat reseruatio, tunc quidem veniet in reseruatione, non tamquam beneficium de per se, quod non est,
39 sed vti prędium, † & patrimonium alterius beneficij, sub nostra reseruatione inclusi, vt in regula accessorium cum alijs, de reg. Iur. lib. 6.

Secus tamen esset, quando vnio, facta non esset alteri beneficio, sed alicui pio loco, veluti fabricę, hospitali, monasterio, vel similibus, quia tunc, nec principaliter, nec accessorie veniret.

Imò non solum reseruatio nostrę regulę, non caperet beneficia vnita, quando vnio iam sortita fuit suum effectum, per vacationem post vnionem factam; sed neque etiam comprehenderet beneficium vniendum, vigore gratię de vniendo, cum primum vacauerit, per cessum, vel decessum titularis, Nec iam vnitum, quamuis vnio non-
40 dum † habuerit effectum, quia semper possessor superuiuat, vt etiam tradit Rota decisione tertia, de rerum permutatione, in antiquis. Felinus in cap. in nostra, 27. corollario, sub numero 23. de rescriptis. Staphilæus vbi supra, numero 3. 4. & 5. cum sequentibus, & Gomezius dicto num. 117. &

118. Marianus Soccinus in cap. sicut vnire. numero 137. de excess. Prælator. & Petrus Greg. Tholosan. in nouis institution. rei beneficiariæ. cap. 20. sub numero quinto, loquentes de expectatiuis, & mandatis de prouidendo, & dicentes, quòd mandatum
41 de prouidendo, † etiam cum clausula, *anteferri*, non impediret mandatum de vniendo, prius obtentum, quia gratia de vniendo
42 est maior, † & perpetua, gratia de prouidendo minori, & temporali. Et quia per gratiam de vniendo prouidetur Ecclesiæ, & loco pio, & per mandatum de prouidendo prouidetur personæ, & ex alijs fundamentis ibi relatis, quæ casui nostro applicari possunt.

Reg 12 de reuocatione vnionũ adducitur, & multipliciter limitatur.

Considerari tamen necesse est, quòd hoc, quod dicimus, nostram regulam non capere, nec beneficia vnita, nondum effectum sortita, nec beneficia vnienda, vigore mandati Apostolici de
43 vniendo, difficile admitti poterit, † stante regula 12. Cancellariæ de reuocatione vnionum, vbi reuocat omnes vniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, extinctiones, applicationes, & dismembrationes, etiam perpetuas, factas quibuscumque Ecclesijs, monasterijs, dignitatibus, vniuersitatibus, & alijs Pijs locis, quę suum non sunt sortitę effectum, ac quascumq; concessiones, & mandata super vnionibus, annexionibus, & incorporationibus faciendis. Quæ regula ideo fuit inuenta, quia per vnio-
44 nes diminuitur cultus † diuinus, & facultas conferendi. Crescen. decisione 1. in fine, de parrochijs, & procedit in vnionibus factis, non solum auctoritate Apostolica, sed etiam alia quacumque. Puteus decisione 215. libro 2.

Vnde cum eodem instanti promulgentur, nostra regula 8. & regula 12. si per regulam 12. reuocantur, cassantur, & annul-
45 lantur † mandata de vnionibus faciendis, ac vniones iam factæ, nondum effectum suum sortitę, clarum est, quòd tunc stante dicta reuocatione intrauit reseruatio nostræ regulę, quando vnio non fuit sortita effectum.

Nisi in casibus, in quibus d. regula reuo-
46 catoria 12. locum † non habeat, prout est in vnionibus factis auctoritate Concil. Trid. vt ipsa regula saluat.

Item saluantur, & excipiuntur vniones, quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel conseruatione collegiorum, & aliorum piorum, & religiosorum locorum, ad fidei Catholicæ defensionem,
47 † & propagationem, bonarumque artium cultum, vt in ipsa regula similiter legitur.

Item quando fit ex causa dotis, & neces-
48 saria † alicuius loci, vel rei piæ. Acchilles decisione vnica de vnionibus. Rota decisione 1143. parte tertia diuersorum. Mandosius in dicta regula 12. quęstione 3. numero 3. Crescen. decisione 1. de parrochiis. nu. 3. & decisione 3. sub eodem tit. Caputaquen. decis. 42. parte 3. Puteus decisione 331. & decisione 337. libro 1. & fuit dictum in vna Cęsaraugustana dismembrationis fructuum 13. Maij 1596. coram R. P. D. meo obseruantissimo Alexandro Iusto, Rotæ auditore meritissimo.

Item, quando fieret vnio ad augmentum
49 cultus † diuini. Caputaquen. decis. 42. p. 3. Mohedan. decis. 7. de priuilegiis per totas.

Item, quando fierent dictæ vniones in
50 vim † contractus, vel ex causa onerosa. Mohedanus decis. 6. num. 1. & 2. de priuilegiis. Puteus decis. 52. numero 2. lib. 1. vbi declarant, quando dicatur fieri vnio per viam contractus.

Item non habet locum d. regula 12. quando vnus ordo supprimeretur in totum, &
51 eius beneficia † alteri applicarentur, vt fuit resolutum in vna Tirasonen. Prioratus 17. Februarii 1595. ad finem, coram Illustrissimo Domino Cardinali Blanchetto tunc Rotæ Auditore.

Sicut etiam cessaret impedimentum dictę regulæ 12. si gratia dę vniendo, vel vnio
52 facta haberent effectum, † ante d. regulæ promulgationem, seu renouationem per nouum Papam factam.

Et etiam, si non haberet effectum, quando casus, de quo agitur contingeret ante dictam reuocationem, vt potè quia gratia de vniendo, seu vnio fuit concessa ab eo-
53 dem † Papa, à quo emanauit prouisio, seu mandatum de prouidendo, post regulę nostrę promulgationem.

In his enim casibus, & aliis similibus, vbi reg. 12. Cancellarię locum non haberet, tunc vtique regula nostra non caperet beneficia accessorie vnita, quę effectum suum nondum fuerunt sortita, nec impediret, quòd gratia, siue mandatum de facienda vnione alicuius beneficii, cum primum per cessum, vel discessum possessoris vacaret, executioni non demandetur, aliàs autem sic.

Si vero in isto primo casu, forsan apponeretur, in Ecclesia accessorie, & per viam infe-
54 rioritatis vnita, aliquis Vicarius † perpetuus, & titulatus, tunc talis Vicaria caderet sub reseruatione nostrę regulę; secundum ea, quę diximus in hac glossa §. 3.

In secundo autem casu, quando beneficium est vnitum alteri be-
55 neficio æque principaliter, † & iura vtriusq; beneficii salua permanent, licet ad inuicem commu-

Beneficium æque principaliter vnitũ, cadit sub regula nostra.

communicentur: tunc enim, cum beneficium vnitum non perdat nomen, nec titulum, nec effectum beneficij, sed in omnibus status antiquus conseruatur, nisi quòd ex duobus titulis, & beneficijs dumtaxat remanet vnum beneficium, communicatis eorum bonis, vtpote si duæ parrochiales proximè vicinę, distincte, per bellum vniantur, vt vna fiat ex duabus, vel duæ dignitates, vt vna dumtaxat remaneat, ita dicit glossa in dicto capit. & temporis, verbo, *vnire*, versic. *vel hoc modo*. 12. quæstione prima, & glossa secunda. vers. *vel sic possunt vniri*. Rebuf. vbi supra numero 11. Puteus decisione 442. numero 3. libro primo: Quia
56 vnire nihil aliud † est, quam vnum facere. c. translato, de constitution. Gambarus dicto lib. 6. numero 131. nulla est ratio, quare hoc beneficium, quòd remanet, ex duobus beneficijs vnitis compositum, non comprehendatur sub reseruatione nostra. Idemque esset si non solum duo, sed plura beneficia vnirentur in vnum, prout æque principaliter vniri possunt. capit. si postquam 16. quæstione 1. Marianus Socinus in cap. sicut vnire. num. 81. de excess. prælat.

Hac enim in vnione, si beneficia vnita sunt diuersæ diœcesis, & æque principaliter vniuntur, tunc non posset conferri à solo
57 Episcopo vnius diœcesis, † inuito Episcopo alterius, sed vtriusque collatio, vel consensus requireretur. Rota decision. 6. iuncta additione Papazon. numer. 2. de renunciatione, in nouis, ibi, *secus forte, si essent inuicem vnita, vel æque principaliter*. Caccialup. in tracta. de vnionibus. artic. 8. quæst. 15. num. 10. Marian. Socinus in cap. sicut vnire. numero 133. de excess. Prelator. Rota decis. 15. num. 2. vers. *fuit dictum*, quòd poterat saluari in vnione non tranfusiua. parte 3. lib. 2. diuersorum.

Sicut etiam dicimus, in alienatione bonorum minoris, & Ecclesiæ, existentium
58 in diuersa diœcesi, & Prouincia, † quòd secundum veriorem, & securiorem opinionem, requiratur decretum, non solum ordinarij, vbi res, de qua agitur, consistat; sed etiam ordinarij domicilij, vt per tex. in l. Iurisperitos 30. §. cum oriundus, iuncta glossa verbo, *præsidis*. ff. de excusation. tuto. & l. pupillo. ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his, tenent Collectaneus in capit. nulli. col. secunda. de rebus Ecclesiæ non alienandis, & alij relati per Sebastianum de Monte in tractatu de emptione, & venditione, quæst. 5. ex num. 99. Rodoanus de rebus Ecclesiæ non alienandis. cap. 27. de auctoritate Prælati in alienatione interponenda. numero 40. 41. & 42. Vbi citantur plures tenentes sufficere decretum Iudicis loci, vbi res sita est, per tex. in l. si prædium. 16. C. de prædijs minorum, de quorum numero est Felinus in cap. dilectus 2. sub numero nono, versic. *septimo facit*, de rescriptis. Rota licet obiter, decisione septima. sub numero primo, de iudicijs in nouis. Et alij tenentes sufficere decretum Iudicis domicilij, per tex. in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum. late de more Tiraquel. de retract. lignagier. §. 36. glossa tertia, numero 22. cum sequentibus, & per totam, vbi plura in proposito cumulat. & vide, quę dicam in gl. 10.

Sic etiam, quando in diuersis diœcesibus reliquuntur per testatorem bona, inter
59 pauperes diuidenda, † tunc distributio ad tot Episcopos bonorum pertinere dignoscitur, quot sunt illi, in quorum diœcesibus bona manent, vt per tex. in dicto §. cum oriundus consuluit Romanus consilio 250. *horum bonorum*, numero secundo, vbi additionator idem dicit, quoad bona pu-
60 blicata † in diuersis prouincijs existentia, & vide ea, quæ dixi in glossa secunda ex numero 59.

Quamuis autem de iure communi poterant vniri beneficia † diuersæ diœcesis, vt tra-
61 dunt Doctores in Clem. final. de rebus Ecclesiæ. Marian. Soci. in cap. sicut vnire. nu. 80. de excess. Prælator. Caccialup. de vnionibus. art. 4. num. 16.

62 Hodie tamen ex decreto † Concilij Tridentini. sess. 14. cap. 9. ne diœceses, nec Ecclesiasticus ordo confundantur, & vna Ecclesia duarum diœcesuum fiat, prohibentur vniones beneficiorum vnius diœcesis, cum beneficijs, monasterijs, collegijs pijs alterius diœcesis, vbi etiam prohibentur omnino vniri Ecclesiæ
63 Parrochiales, † Monasterijs quibuscumque, aut Abbatijs, seu dignitatibus, siue præbendis Ecclesię Cathedralis, vel Collegiatæ, siue alijs beneficijs simplicibus, hospitalibus, aut militijs, & quę vnitæ erant reuideri manda-
64 tur. Necnon prohibentur vniri dignitates, † & Canonicatus, & prębendæ Cathedralium, ac monasteria, vt in d. sess. 24. c. 13. post princ. & sess. 6. c. 6. & sess. 25. cap. 9. in fine.

Permittit tamen idem Concil. Trid. vniri
65 beneficia curata, † cum alijs curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris casibus à iure permissis, vt sess. 21. c. 5.

Necnon vniri beneficia simplicia residentiam, non requirentia, Cathedralibus, vel
66 Collegiatis, † vel curatis Ecclesiijs ex dictis causis, vt in d. cap. 5. sess. 21. & d. c. 13. sess. 24. & c. 15. eadem sess. 24.

67 Ac etiam seminarijs scholarium, † vt in sess. 23. c. 18. post medium. versic. *nec non beneficia aliquot simplicia*.

Futuro Collegio an possit fieri vnio, & an donari, legari, ac alia cõcedi afferuntur plura satis notãda & Conciliantur vsque ad n. 111.

Et incidenter aduerto, quòd debent prius esse erecta ista seminaria, & in illis scholares actualiter adesse, vt tales vniones subsistant, nam si fierent ante erectionem, & existentiam scholarium, 68 non tenerent, † vt semel censuit Sacra Congregatio Concilij, in vna causa Gienen. & resoluit Rota in eadem causa Gienen. præstimonij 17. Aprilis 1594. coram Illustriss. D. Blancheto, & in Corduben. præstimonij. 6. Nouemb. 1596. & in alia Corduben. præstimoniorum 7. Februarij. 1601. coram R.P.D. meo Litta: ea nempe ratione, quia Concil. Triden. dicit, quòd vniones fiant d. seminario, & Collegio, vt in illis verbis, *huic Collegio applicabunt, & incorporabunt*, sed sic est, 69 quòd ante d. erectionem non adest † Collegium, cui fiat vnio, nec est in rerum natura. l. quidam referunt. §. primo, ibi, *quia hæres ad quem sermonem conferat in rebus humanis non est*. ff. de iure codicillorum, ergo vnio fieri non potest, & si facta sit, non 70 tenet, quia qualitas sine subiecto † adesse non potest. l. 2. ff. de vsufruct. l. decem. ff. de verbor. obligat. l. prima. ff. de vsufruct. legat. vbi Bartolus numero finali, Et non entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui in Prouincia. ff. si cert. petat. dicta l. quidam referunt, post principium, versic. *nullius enim momenti*, ff. de iure codicillorum. cap. bone. il primo. vers. *contra vero*, & ibi glossa, verbo, *per rerum naturam*. de electione.

71 Nec potest concedi priuilegium † Collegio, quando scholares non adsunt, bonus tex. in c. ad audientiam. il 2. ibi, *licet enim nobis instantius supplicares, vt Ecclesiæ prædictæ confirmationis priuilegium faceremus, tibi non possumus de Iure deferre, cum nulli Canonici adhuc ibidem existant, quibus priuilegium concedatur*, de Ecclesijs ædificandis.

72 Nec tenet donatio facta futuro † Collegio. cap. Abbate sane. §. nec pro eo, ibi, *præsertim, quia monasterio, quod nondum erat, aliqua donatio fieri non valebat*, de sententia, & re iudicata lib. 6.

73 Nec muri faciunt seminarium, † sed scholares. Mohedanus decisione prima. sub numero 5. de foro competen. & notant Doctores in dicto cap. ad audientiam. il 2. de Ecclesijs ædificandis.

Ad quod possem adducere alia plura, quę 74 congerit † glossa fin. in d. c. ad audientiam, & Mandos. in reg. 3. Cancellariæ. q. 7. per totam. glos. etiam verbo, *accusare*, in cap. ad dissoluendum, de desponsat. impuberum.

75 Prædicta sententia mihi placet, † quando colligeretur aliquis fumus, vel suspicio fraudis in vnione Seminario facienda, prout contigit in d. causa Gienen. vbi post factam vnionem, si beneficia vnita vacabant in mense ordinario, ordinarius illa conferebat suis nepotibus, & familiaribus, dicens vnionem esse nullam ex d. defectu: si verò vacabant in mense reseruato, dicebat esse validam, & à Sede Apostolica prouideri non posse prætendebat.

Vel quando redditus beneficiorũ vnitorũ seminario nondũ erecto, forsan non conuerterentur in seminarij vtilitatem, & prosecutionem ad vlteriorum effectuationem, sed in alios extraneos vsus conuerterentur.

Ac etiam, quando omissa detractione fructuum mensę Episcopalis, & capitularis, & cunctorum beneficiorum diœcesis, prout d. Concil. pro forma requirit, vel alias forma non seruata, mitterentur manus ad vnionem faciendam, & de facto fieret. Tunc quidem libenter admitterem nullitatẽ vnionis.

Cæterum deficientibus supradictis, quando prędicta d. detractione, & contributione fructuum, & ab illa reali ter incipiendo, † vt Concilium disponit, sum 76 pto argumento ab ordine litterę. l. quoties 34. ff. de vsufruct. c. si quis Iusto 46. §. verum, de electione in 6. deueniretur ad vnionem beneficiorum futuro seminario, seruata forma in reliquis omnibus: tali casu existimauerim, profecto, validam esse talem vnionem, quamuis, nec domus sit empta, nec fabrica constructa, nec minus scholares actualiter admissi, dummodo semper cõtinuetur in perficienda fabrica, & in erigendo, cum effectu seminarium, & Collegium: prout etiam ita sentire non pauci ex Illustrissimis Dominis Cardinalibus Sacræ Congreg. Conc. Triden. & Reuerendiss. DD. Rotę Auditoribus, dum eos hac in re super validitate cuiusdam vnionis in voce informarem, mihi insinuarunt, Et hoc ostenditur.

77 In primis ex mente, & littera eiusdem † Concil. Tridentini in eodem c. 18. sess. 23. ante medium, dum dicit: *Et quia ad Collegij fabricam instituendam, & ad mercedem præceptoribus, & ministris soluendam, & ad alendam iuuentutem, & ad alios sumptus certi redditus sunt necessarij, & c. idem Episcopi, cum consilio duorum de Capitulo, & c. ex fructibus mensæ Episcopalis, & Capituli, & quarumcumque dignitatum, personatuum, officiorum, præbendarum, & c. partem aliquam, vel portionem detrahent, & eam portionem, sic detractam, necnon beneficia aliquot simplicia, cuiuscumq; qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem (sine cultus diuini, & illa obtinentium præiudicio) huic Collegio applicabunt, & incorporabunt.*

Si igitur ad Collegij fabricam construendam, & ad præparanda alia necessaria, quæ pręcise debent præcedere receptionem Collegialium, est detrahenda certa par

par fructuum, ex beneficijs totius diœcesis, necnon dicta simplicia beneficia vnienda: non obscurè, sed aperte potius idem Concilium insinuat, quòd sit valida vnio, ante effectuatam erectionem seminarij, & iuuenum admissionem, ponderando illam dictionem, *necnon*, quæ resoluitur in copu-
78 latiuam, *&*, ac repetit omnes † qualitates præcedentes. Bartolus in l. Seio. §. Cato. ff. de fide Instrumentorum. dixi supra in glossa 3. numero 2. & 3. & in terminis dicti Concilij est expressa decisio prima Cæsaris de Graff. numero 4. & 5. de rebus Ecclesiæ non alienandis, vbi etiam dicitur, quòd est vnica oratio, in quo tam prædicti fructus beneficiorum, quam ipsa beneficia vnienda reguntur ab eodem verbo, *applicabunt*, & *inco porabunt*. late Mandosius super facultat. Auditor. Cameræ, in §. & taxam. in gl. verbo, *necnon*.

Clarum etenim est, quòd prius debet
79 institui fabrica, † & reliqua suppellectilia præparari, quam deueniatur ad scholarium receptionem, cum sine Domo, & alijs necessarijs existere non possint: neque omisso principio potest fieri transitus ad finem. l. finali. C. vnde vi. l. finali. ff. de constitut. pecunia. capit. finali de Præsbytero non baptizato. Rota decisione 10. numero tertio, cum sequentibus, de præbend. in anti-
80 quis. Et qui vult consequens, † & antecedens. l. ad rem mobilem. l. ad legatum 62. ff. de procuratoribus. l. illud. ff. de acquiren. hereditate. Aimon consil. 144. numero 2. Cesar de Graff. decisione 2. numero 7. de cauf. possession.

Si enim vnio non teneret, neque etiam
81 teneret fructuum detractio, † cum par sit ratio ex supradictis, & sequeretur d. dispensatio Concilij frustratoria, ac nullum vnquam haberet effectum. c. commissa. 35. cum alijs de electione, lib. 6.

Rursus, quia futuro Collegio, & Hospitali, vel Ecclesiæ construendæ, potest le-
82 gari, † ac hæreditas relinqui. l. seruos 17. ff. de aliment. legat. l. seruos 35. ff. de liberali causa. Abbas in cap. nos quidem. numero 2. de testam. Angel. in cons. 135. incipit Paucius sub num. 1.

83 Item potest illi priuilegium concedi, † vt incipiat habere vires, quando erectum, vel erecta fuerit. gl. final. in d. c. ad audientiam. il 2. & Abbas ibid. n. 4. & 5. de Ecclesijs ædificandis, ac reliqui omnes.

84 Ac etiam futuro ædificio seruitus † imponi potest. l. si seruitus 22. §. futuro. ff. de seruit. vrban. prædior.

Hinc non efficitur caducum legatum relictum ad alicuius Ecclesiæ constructionem,
85 etiam si locus ædificio non fuerit † designatus. cap. 3. de testamentis, & ibi glossa verbo, *in loco*, & post omnes resoluit Couarru. ibidem num. 12.

Hinc Monasterio ædificando competit re-
86 stitutio † in integrum aduersus negligentiam prosequendę appellationis. Rota decisione vnica. numero 1. & 2. ac per totam, de testamentis in antiquioribus Besigneti. Ioannes Selua de beneficio. 3. parte. quæst. 6. numero 7.

87 Sic lex Iulia de fundo dotali † habet locum, in prædio fœminæ nubendę, & maritandę. l. 4. ff. de fundo dotali, quamuis dos
88 sine matrimonio † esse non possit. l. 3. ff. de Iure dotium.

Similiter tenet stipulatio, & emptio ad
89 fauorem nominandi, † & si non fuerit nominatus debetur stipulanti, seu ementi. l. secundum. C. de contrahen. & committen. stipulation. Decius consil. 543. numero 3. & 4. Antonius Gabriel. plenè in titulo de verborum obligat. conclusione secunda. per totam.

Item remedium adipiscendæ competit Episcopo executori testamenti, in quo futuri
90 pauperes † substituuntur heredes. Bartolus numero 12. Baldus 36. Alberic. 12. Alexan. 10. Iaf. numero 11. Decius numero 29. Corneus numero 18. in l. finali. C. de edicto Diui Adriani tollen. Tiraquel. in tractatu de morte. parte septima, declaratione 5. numero sexto. Menochius de adipiscen. rem. 4. numero 256. cum sequentibus, ac conducunt ea, quæ de futuris pauperibus scripsi in glossa 3. ex num. 47.

Rursus constitui potest societas super of-
91 ficio † emendo, & erit valida. l. si fratres. §. si quis societatem. l. actione. §. item si societatem. l. cum societas. ff. pro socio. Puteus decis. 67. *dubitaui ego*, per totam lib. 3. Castracanus de societatibus officiorum Romanę Curiæ. c. 5. num. 30.

92 Insuper, quia sufficit sola destinatio † construendi seminarij, vt habeatur pro constructo. l. 3. §. quid ergo. ff. de contrario iudicio tutelę, vbi probatur, quòd pecunia deposita ad emptionem prædiorum, censetur res immobilis, de quo vide Roman. singulari 103. Cremen. singul. 59. Rebuf. de priuilegijs scholarium. priuilegio 55. num. 5. Boherium decisione 209. Rodoanum de rebus Ecclesiæ non alienan. quęstione 16. per totam.

93 Et in hac materia destinationis, † vide alia plura cumulata per Felinum, in capit. cum adeo, numero secundo, & tertio de rescriptis. Iasonem in l. diuortio. §. interdum. ff. solut. matrimonio. Hippolyt. de Marsil. in rubrica de fideiussoribus. ex num. 207. cum sequentibus.

Accedit, quòd seminarium de proximo erigendum, habetur iam pro effectualiter
94 erecto, † sicut de proximo accingendus habetur pro accincto. l. penultima. de militar. testamento, & congerit desuper infinita Hispanus noster Ioan. Lopez de Palatios Rubeos. in rubrica. capit. per vestras. de donationibus inter virum, & vxorem. §. 38. per totum.

95 Ac firma spes † de preterito proueniens, perinde est, ac si effectus esset consequutus. Rota decisione 21. numero 4. de præbendis in nouis. tex. in l. huic scripturæ. §. primo. & l. ita. vulneratus, in principio. ff. ad legem Aquiliam.

Huc pertinet, quòd seminarium cœptum,
96 assimilatur partui † concepto, qui in fauorabilibus habetur pro iam nato. Rota Besigneti decisione prima. numero 3. & 4. de testamentis. l. qui in vtero. ff. de statu hominum. l. prægnantis. ff. de pœnis.

Possem etiam adducere alia sexcenta, quæ consulto omitto, ne prolixior videar.

Ad contraria potest non difficile responderi: nã ad id quod dicitur de verbis Concilij, potius retorquetur ex eadem littera superius ponderata.

Dum dicitur, quòd priuilegium futuro Collegio concedi non potest, nec seruitus. Respondetur, cum glossa finali. & Abbate numero 4. & reliquis in dicto capit. ad audientiam, quòd licet à principio priuilegium, aut seruitus non habeant vires, ex
97 tunc, at verò postquam fuerit erectum, † & priuilegium, & seruitus, valebunt effectualiter. Item quia sufficit dicta destinatio, & spes certa ex superius relatis, vt dicatur adesse subiectum, & non corruat qualitas in casu, de quo agitur.

Non obstat dicere, quòd non valet donatio facta pro Ecclesia construenda, vt in dicto cap. Abbate sanè, & ratio est, quia do-
98 natio † requirit personam, quę acceptet, vt dicit Bartol. in dicta. l. seruos. 17. ff. de adim. legat. ad fin. Abbas, vbi supra, & est tex. in l. absenti, de donationibus, sed cum seminarium nondum sit in humanis, nec ipsum, nec alius pro eo acceptare potest.

Quia multipliciter respondetur. Primo negando versari nos in casu donationis: neque vnio habet aliquid commune, cum donatione, neque in ista vnione concur-
99 runt quinque † requisita ad essentiam donationis, quę ponit Angel. de Aretio. in rubrica instit. de donation. sub num. 1. additio ad Iulium Clarum in §. donatio. quęst. 1. sub litterą A.

Imò istæ vniones, & gratiæ Apostolicæ potius æquiparantur vltimis voluntatibus,
100 quam contractibus. † cap. auctoritate. de concess. præbend. Romanus cons. 348. num. 5. latè Mandosius in regula 35. quæstione 31. à num. 7. Gomezius in regula de non tollendo iure quęsito. q. 4. nu. 11. Gigans de pensionibus. q. 27. n. 5.

Secundo respondeo, quòd imò valet donatio ad fauorem absentis, & non acceptantis, quando est facta in piam causam,
101 † vt in casu nostro. Ratio est, quia quòd
102 promittitur piæ causę, promittitur † Deo, qui vbique est præsens, & acceptans, gloss. verbo, *per te*, in cap. quoties cordis. 1. quæst. 7. Abbas in proœmio decretalium. 2. parte, incipienti, *Greg. diuiditur*. numero 26. Felinus ibidem. numero 25. vers. *ex isto remedio*, & post Iacob. Rainer. Cinum, Albericum, Bald. Castren. Corneum, & alios resoluit Tiraq. in tracta. de pia causa, priuilegio. 114. & 115. per totum.

Et quòd vnio facta pro futuro seminario,
103 sit facta ad piam, & fauorabilem † causam est decisio Cæsaris de Grass. 1. nu. 3. de rebus Ecclesiæ.

Præsertim de Iure Canonico, vbi tales subtilitates, & Iuris apices non attenduntur. cap. dilecti, & ibi gloss. verbo, *subtiliter*,
104 & omnes, de Iudicijs. tex. in d. c. Abbate sanè, prope fin. vers. *& licet aliquibus causis*, & in vers. *præsertim*. de sent. & re iud. lib. 6.

Et de iure Canonico est bonus tex. in c. si tibi absenti. de præbend. libro sexto, vbi probatur, quòd collatio, seu donatio, (quia idem est conferre, & donare. cap. fin. de off. Vicarij in 6.) potest absenti efficaciter fieri, & nullatenus reuocari † potest, nisi
105 absens illam repudiauerit.

De Iure etiam nostro Hispano, idem etiam cauetur per l. 2. titulo 16. lib. 5. recopilationis.

Et ad tex. in d. cap. Abbate sane. §. nec pro eo. vers. *præsertim*, de sententia, & re iudic. lib. 6. potest † responderi (licet nemo,
106 quem ego viderim, talem solutionem afferat) quòd illa non est decisio, & responsio Papæ, sed allegatio partis, vt patet ex eiusdem tex. lectura, nam allegatio vnius partis, incipit post principium, à versic. *allegabatur autem pro parte vestra*, & durat vsq; ad versiculum, *pro parte altera dicebatur*, & in prima allegatione continetur dictus versiculus, *præsertim*, &c.

Allegatio autem partis, in textibus narrata non facit Ius. † cap. dilectus. 34. de
107 præbend. glossa magna. versiculo, *vel dic tertio*, in l. 1. C. quando non petentium partes. Roman. cons. 191. *venerabilis*. num. 4. Ias. in l. 1. numero 38. ff. de officio eius, cui est mandat. & in l. 1. in prima lectura, num. 26. C. de Sacrosanct. Eccles. latè Felinus in cap. 1.

cap. 1. num. 18. de constitut. Palatius Rubeus in rubrica capituli per vestras. §. 17. num. 22. de donat. inter.

Esset enim certe nimis durum, & rigurosum † dicere, quòd non teneret donatio, quã ego facerem, pro alendis futuris pauperibus, vel maritandis futuris virginibus. 108

Rursus in casu nostro, cum à principio instituantur œconomi, seu administratores fabricæ, & futuri seminarij: quare isti acceptare non possint, certe nullam rationem inuenio.

Denique, quia istæ vniones fiunt ab Episcopis auctoritate Apostolica, † & Concil. Trid. vt dicit Cæsar de Grassis. d. decis. 1. de rebus Ecclesiæ. num. 21. & clarissimè patet: at vero cum Concil. Trid. intendat, quòd fiãt vniones ad fabricam construendam, & præsupponat fieri posse, priusquã scholares admittantur, vt iam dixi, quando esset de iure aliquod obstaculum censeretur auctoritate 109 110 † Apostolica sublatum, nam quando narrata serie facti † Papa aliquid concedit, vel disponit contra ius, censetur disponere, remoto omni iuris obstaculo, vt talis dispositio teneat. Rota decis. 33. num. 16. de præbend. in antiquis. latè Felinus in cap. inquisitionis. num. 8. vers. *secundo nota.* de accusationibus, & in cap. nonnulli. sub num. 12. vers. *ratio differentiæ.* de rescriptis. Crescen. decis. 9. num. 6. cum ibi allegat. de priuilegiis, & fuit dictum in vna Calagurritana beneficii de Cenizeros 30. Octobris 1587. coram R. P. D. meo Pamphilio. 111

Ecce igitur, qualiter dicendum videtur, quòd cessante fraude, & seruata in reliquis forma Concil. Trident. sit valida vnio beneficiorum, facta in casu, de quo agitur, pro futuro seminario, ante scholarium actualem admissionem.

Vnio quoad caput, quoad fr. & q. effect. ex illa resul. tent.

Redeundo igitur, vnde digressus sum, & deueniendo ad tertium modum vnionis supra relatum, videlicet, quando iura, & bona Ecclesiarum vnitarum, non communicantur, sed dumtaxat fit vnio, quoad Rectorem, & Gubernatorem ambarũ: tunc similiter dicendum est, quòd in secũdo casu precedenti, vt in tali Rectoria, seu beneficio vacante, quomodocumque nuncupato, habeat locum † reseruatio nostræ regulę, 112 Et in hac tertia specie vnionis procedit, quòd fuit resolutum in vna Causa Placentina administrationis Sacramentorum, vltima Aprilis 1587. corã Cantuccio, quę decisio est 73. par. 2. diuer. quòd, quando duæ parrochiales ad inuicem vniuntur, ita remanet quælibet illarũ in suo pristino † statu, quòd si alteri ex 113 eisdem Parrochialibus, sit apponendus Vicarius, & redditus, ac fructus illius Ecclesię, vbi apponitur, non sufficiant, pro congrua sustentatione illius, quòd tunc Rector non te- 114 netur † supplere ex reddibus, quos percipit ex altera Ecclesia, cum quelibet Ecclesia suos redditus, fructus, & emolumenta conseruet, sed esse supplendum per Parrochianos, vsque ad congruam sustentationem Vicarij, qui illis spiritualia ministrare debet, 115 cum dicti Parrochiani in subsidium † teneãtur, nec sit magnum, si ab ipsis recipiat temporalia, quibus spiritualia per eundem Vicarium seminantur, cap. si Episcopus. 6. de officio ordinarij lib. 6. Concil. Trident. sess. 21. c. 7. l. 10. tit. 10. Partita prima. Ioan. Gutierrez q. pract. 17. num. 14. lib. 1.

Vnde quando duę Ecclesię, similiter vniũtur, & vnus, & idem administrator bonorum est vtriusque Ecclesię, non ideo bona vnius Ecclesię transeunt † in Dominium alterius 116 Ecclesię, vt docet Petrus de Vbaldis in tractatu de vnionibus, cap. 2. numero 12. cum sequentibus. Ferret. cons. 242. num. 13. Rota dicta decis. 73. num. 3. p. 2. diuersor.

Simile est, quòd quando duę Ecclesię sunt ad inuicem vnitę, beneficiati vnius Ecclesię, 117 non tenentur supplere defectum † seruitij in altera Ecclesia. Rota decis. 578. num. 2. par. 3. diuers.

Item de duobus diœcesibus † inuicem vnitis, eque principaliter, quòd iura cuiuslibet 118 integra remaneant, latè consuluit Mandos. cons. 27. per totum.

Hinc Bartol. in d. l. si conuenerit. §. si nuda. num. 3. ff. de pignoratia actione, dicit, 119 quòd si duo Castra, vel Prouincię † vniantur, non accessoriè, sed ad inuicem, quòd quelibet illarum conseruauit iura, & priuilegia sua, & proprijs legibus antiquis gubernabi- 120 tur, & adducit exemplum, de Comitatu † Tholosę, qui fuit datus Regi Francię, ita quòd est Rex, & Comes, quia debet Regi dictus Comitatus, secundum leges, & consuetudines suas, & allegat ad hoc Bart. glossam in d. cap. 1. ne sede vacante, & l. si quando Diuciano 36. C. de appellationib. idem Bart. in l. 1. C. de metropoli Beryto. num. 11. & 12. lib. 11. Roman. cons. 275. incipit *quoad primum.* num. 5. Iason. in l. si eadem. num. 2. & 3. ff. de officio assessor. Felin. in cap. in nostra, num. 30. ad finem, vers. *de terris autem.* de rescriptis. Bartholom. Socin. loquens de Ciuitate Pisana, antequam vniretur Ciuitati † Flo- 121 rentiæ cons. 79. *si essemus.* num. 24. lib. 4. Alex. cons. 114. num. 19. lib. 4. Aym. de antiq. tempor. 4. par. num. 27. vers. *sed aduerte.* Petrus de Perusio in tracta. de vnionibus. par. 1. cap. 1. post principium. Quod etiam passim obseruari videmus, in Regnis † potentissimi 122 super omnes mundi principes, nostri Regis Philippi, quia quamuis habeant vnum Regem, & Principem, tamen iura cuiusque Regni,

gni, salua permanent, & secundum suas leges, statuta, & consuetudines antiquas, nunc gubernantur, vt prius. Et de dominio Cantabriæ, vnito † Regno Castellæ, loquitur Acebedus in rubrica tituli 2. num. 215. lib. 6. recopilationis. 123

Vnde secundum prędictam distinctionem, an vnio sit facta accessorie, vel æque principaliter, sunt concordanda multa iura, & Doctores, quę adducit noster Gregorius Lopez in d. l. 7. gl. 2. vbi non pauca in proposito vtilia, & satis, solito more, notanda cumulat, & ipse tenet, quòd non sit de intentione Principis, faciētis talem vnionem, † priuare aliquam ex ipsius Ciuitatibus, vel Castris, iurisdictione, vel statutis, aut iuribus eius, idemque dixerat prius ipsemet Gregorius Lopez in l. 27. verbo, *viuiessen en aquella pobreza*. tit 7. Parti. 1. Felin. in c. transiato. num. 6. per totum. de constitution. 124

Quando autem beneficia non vniūtur, sed Ecclesiæ, vbi sunt plura beneficia, veluti ad effectum, vt decimæ † cōmunes fiant, vel ad alios similes effectus, prout quotidie contingit, & dicit Rota decis. 642. num. 1. & per totam. p. 3. diuers. tunc cum beneficiorum tituli, non alterentur, licet forsan valor singulorum beneficiorum, vel augeatur, vel minuatur, clarum est, nihil obstare talem vnionem, † ad effectum reseruationis nostræ. 125 126

Quādo censetur facta vnio accessorie, vel principaliter

An autem vnio facta censeatur, & præsumatur facta accessoriè, vel ad inuicem, & æque † principaliter, vide gl. verbo *Ecclesias*. in clem. 2. de præbend. Et Doctores ibidem, Felinum in d. cap. translato, n. 6. in fine, de constitution. vers. *& in dubio*. & numer. 7. Rebuffum in praxi. tit. de vnionibus. num. 19. & sequentibus, Alphonsum Hojedam de incompatibilitate beneficiorum. 2. p. cap. 3. num. 5. dicentes, quòd in primis est inspiciendus tenor vnionis. † cap. porro, cap. recepimus sequenti. de priuilegijs. Felin. in cap. in nostra sub num. 30. vers. *cognoscimus autem, quòd sit principale, ex verbis vnionis*. de rescriptis. 127 128

Et si ex lectura vnionis dignosci nequeat, est attendendum, quid sit magis dignum, † & minus dignum, nam semper præsumitur, minus dignum esse vnitum accessoriè, & non æque principaliter magis digno, vt magis dignum trahat ad se minus dignum, cap. quod in dubijs, de consecratione Ecclesiæ, vel altaris. §. si tamen alienam purpuram, institut. de rerum diuisione. l. qui religiosis. ff. de rei vendicatione. 129

Quod adeo procedit, quòd non possit vniri dignius, † minus digno. l. iustissime 44. in principio, & in vers. *rediculum namque esse tunice fundum accedere*. ff. de ædilitio edicto, & ita de stylo Curiæ seruari attestatur Gomezius de expectatiuis. num. 36. Rebuffus vbi supra nu. 17. vbi propterea dicit, quòd ideo Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis, † non potest vniri Ecclesiæ parrochiali, sed è contra fit, quia dictus Canonicatus dicitur dignior. cap. extirpande. §. qui vero, de præbendis, cum alijs per Rebuffum, & vide quæ dicam in §. 9. huius glossæ à n. 111. 130 131

Si vero non appareat, quod sit magis dignum, tunc recurrendum erit ad denominationem. † Felinus in d. cap. translato. num. 6. in fine Puteus decis. 442. num. 4. lib. 1. vbi ratione denominationis † fuit sustentata, quædam gratia, in qua non fiebat mentio, nisi de vna Ecclesia, cum esset cum alia vnita, & superius tetigi ex num. 30. Semper enim a digniori, & potentiori fit denominatio. Bald. cons. 305. num. 2. lib. 3. Puteus decis. 274. à n. 6. lib. 1. Rolandus à Valle cons. 13. a n. 26. volum 1. Rota decis. 183. num. 1. p. 2. diuers. & tetigi supra, num. 31. 132 133

Cessantibus supradictis, in dubio præsumendum est, factam esse vnionem æque principaliter, † & non accessoriè. Abb. in d. cap. extirpandæ. §. qui vero, in prima lectura. nu. 4. de præbend. Rebuf. vbi supra num. 20. Hojeda d. n. 5. ante finem. 134

Denique obseruantia dubium remouebit, † arg. l. si de interpretatione. ff. de legibus. l. sed & Iulianus. §. perinde. ff. ad Macedonianum. Paris. cons. 35. num. 20. lib. 1. Mandos. in reg. 29. q. 2. num. 3. & 4. 135

Vnita beneficia, an possint conferri.

Præterea est aduertendum, quòd reseruata beneficia, per regulā nostram, vniri non possunt ab ordinario, nec ab alio inferiore † à Papa, etiam in casibus alias permissis ante vacationem, nec post vacationem, cum inferiores habeant manus ligatas, nec facere possint, quo minus reseruatio effectum non habeat. cap. cum inferior de maioritate, & obedientia. clem. ne Romani. de electione. cap. vt nostrū, de appellationibus. Cæs. de Grassis decis. 1. num. 11. de rebus Ecclesiæ. Si vero fuerit facta vnio de tali beneficio reseruato, non erit nulla, sed valebit à principio, effectus tamen eius suspendetur, donec prouisus à Papa de beneficio in mense reseruato cedat, vel decedat, in mense ordinario. Rota decis. 4. per totam, & decis. 5. & 6. de rebus Ecclesiæ non alienan. Calderin. cōs. 13. sub eod. tit. Felinus in cap. in nostra, sub 27. corollario, ante nu. 24. de rescriptis. Caccialupus in tractatu de vnionibus, art. 4. q. 6. & art. 9. num. 5. Aeneas de Falconibus in tractatu de reseruationibus. quęst. 4. principali, effectu 23. num. 1. & per totum, qui licet. nu. 2. certo modo distinguat, in nostro tamen casu, talis distinctio, non applicatur, idem Aeneas in effectu 24. & effectu 42. Marianus Socinus 136

cinus in cap, sicut vnire, numer. 63. & 64. de excess. Prælator. qui citat d. cons. Calderini, dicẽs, quòd si rectè meminit, ita resoluit Calderin. sub tit. 3. de consuetudine, dicens, quòd ad præsens non potuit videre. Mandosius in regula 12. quæst. 5. num. 3. qui citat præfatum consilium Calderini, in ordine secundum, cũ nõ sit nisi 13. vt superius allegaui. Gambarus de officio, & potestate legati. libro 5. nu. 67. & 68. Rebuffus in praxi titulo de vnionibus. num. 31.

Et talis prouisus poterit illud resignare,
137 vel permutare, in fauorem † alterius, facta mentione de dicta vnione, nam non obstante illa, Papa sæpe solet admittere talem resignationem, & conferre beneficium illi, ad cuius fauorem resignatur, & cum quo permutatio celebratur, & erit valida collatio, quamuis regulæ de non tollendo iure quæsito, non derogetur. Ratio est, quia potest esse, quòd resi-
138 gnatarius † præmoriatur resignanti, & sic suspendendo effectum vnionis, non dicitur facere prejudicium considerabile. Puteus decis. 357. incipien. *fuit etiam in eadem causa.* lib. 1. Mandos. in praxi de signatura gratiæ, tit. renunciatione. colum. 4. in fine. Flamin. Parisius de resignatione, lib. 2. quæst. 9. num. 8. cum quattuor sequentibus, vbi alij plures adducuntur rationes.

Si vero non fieret mentio de vnione facta, licet effectum numquam habuerit, non teneret
139 † talis gratia. Oldrad. cons. 257. num. 20. & 26. & 27. ac nu. 29. Rota Besigneti prima, de rerum permutatione, & decis. 3. eodem titulo, in antiquis. Puteus d. decis. 357. num. 4. lib. 1.

Reser. uatio, an impediat, vel potius sustendat vnionẽ

Insuper aduerte, quòd quando beneficium est reseruatum, ratione 146
mensis, si post vacationem in mense Apostolico, vnitur alteri beneficio, non in perpetuũ, sed ad vitam alicuius, quòd tunc talis vnio,
140 non faciet cessare reseruationem, † sed finita illa temporali vnione, durat semper vinculũ reseruationis, & semper vacabit, vt prius, & prouisio spectabit ad Papam, & non ad ordinarium, quamuis vnio cessauerit in mense ordinario, per obitum illius, ad cuius vitam fuit vnitum, & fuit resolutum in Rota, teste Cassadoro decis. 2. de vnionibus, inter decisiones super regulis Cancellarię. Gambarus de officio legati. lib. 5. à. num. 135. & 245. Caputaquen. decis. 345. per totam. Simonet. iuncta additione. quæst. 43. num. 3. & vide infra, num. 144. & 145.

Ratio est, quia effectus reseruationis non
141 tollitur, † nisi per solam Papę prouisionem, Rota decis. 13. & 14. de prębend. in antiquis, Cassad. decis. 9. num. 3. eodem titulo, & decis. 4. de causa possessionis, Simonet. de reseruatione. quęst. 55. cum quattuor sequentibus. Puteus decis. 146. numero quarto, libro secundo.

Sed ista vnio ad vitam, non est prouisio,
142 † nec expiratio reseruationis, sed dumtaxat facit dormire reseruationem ad tempus, ad
143 instar somni, † qui interficit hominem dum quiescit, vt dicit Baldus in cap. cum accessissent, sub num. 15. de constitutionibus. Cassador. in d. decis. 2. n. 2. & 6. vbi etiam dicit, quòd vnio ad vitam non facit prelatum invnito, idem Cassador. decis. 5. nu. 13. de priuilegijs. Vnio ad vitã qualis sit.

Sicut etiam dicimus, de commenda, quę
144 non perimit † reseruationem, sed cessante commenda, beneficium vacat, vt prius. Cassador. d. decis. 5. num. 9. & 10. de priuilegijs, & d. decis. 2. num. 13. Puteus decis. 13. lib. 3. Mohedan. decis. 9. per totam, de prębendis, Simonet. de reseruatione, q. 59. per totam, vt latius dicemus in §. 8. sequenti, de commendis, huius glossę.

Et talis vnio ad vitã, solum habet vim dis-
145 pensationis, super incompatibilitate, † vt qui non potest habere duo beneficia incompatibilia, mediante dicta vnione ad vitam, illa retinere valeat. Puteus decis. 246. nu. 3. & 9. lib. 1.

Immo vnio ad vitam est quędam species reseruationis, vt dicit Petrus Gregorius Tholosanus, in nouis Institut. rei beneficiariæ. c. 20. sub num. 3. ad medium, & ratio potest esse, quia per manus appositionem Papę, in faciendo vnionem ad vitam, remanet beneficium reseruatum. cap. vt nostrum, de appel lat. cum similibus adducen. in glos. 52.

Hodie tamen istæ vniones ad vitam fieri prohibentur, per Concilium Tridentinum,
146 † ne sub illarum prętextu, plura incompatibilia insimul retineri possint, vt in sess. 7. cap. 4. sancitur, licet Papę potestas ligata non remaneat, cum sit supra d. Concilium. c. significasti ante finem, de elect. & dixi in §. 1. proœmiali, ante finem.

Vnione dissoluta intrat reseruatio.

Prędictis addo, quòd sicut in primo modo vnionis, quando est accessoriè facta, non intrat reseruatio in beneficio vnito, vt dictum remanet, eadem, & maiori ratione, non intrabit, quando beneficium esset extinctum
147 per destructionem, † nam ex pluribus causis potest de iure dari destructio beneficij.

Veluti in casu. cap. primi, & secundi de noui operis nunciatione, vbi quando est Ecclesia, seu beneficium constructum, & erectum
148 † post noui operis nunciationem, siue iure, siue iniuria, mandatur destrui, & demoliri.

Item quando Ciues necant suum Episcopum, † nam in pœnam tanti delicti, aufertur
149 ab illa ciuitate dignitas Episc. & destruitur Ecclesia cathedralis, vt in c. fin. 25. quęst. 2.

Nec

Nec non, quando summus Pontifex, permitteret alicui monasterio, Ecclesiam aliquam, †in proprium vsum conuertere. c. pastoralis, de priuileg.

150

Et quando, propter defectum Religionis, & abusum † destruitur templum, & Ecclesia, vt in cap. placuit, de consecratione distinct. 1.

151

Nec censetur esse beneficium, quod ab infidelibus † occupatur, & vbi nullus fit cultus diuinus. c. pastoralis. 7. q. 1.

152

Et quando destruitur vniuersus ordo regulæ, †veluti, quando Templariorum ordo fuit per vniuersum orbem sublatus. cap. cum & plantare, de priuilegijs.

153

Rursus, quando nouę Religiones inuentæ, & reprobatæ reijciuntur, nam eorum bona, † & Collegia disoluuntur, cap. finali de religiosis domibus. c. 1. eodem titulo, in 6. l. 3. C. de collegijs illicitis.

154

Quid autem differant, vnio, annexio, incorporatio, † suppressio, extinctio, applicatio, dismembratio? quibus omnibus verbis, vtitur regula Cancellarię. 12. vide Mandosium ibidem quæst. 1. per totam, & Alphonsum Hojedam de incompatibilitate beneficiorū. 2. par. cap. 3. num. 3. vbi dicunt nomen vnionis lato modo sumptum, esse nomen generale, comprehendens omnes species, quas signi ficant reliqua nomina, supra relata: & cuilibet eorum suam significationem assignant, quod non repeto, quia apud ipsos videri potest.

Vnio, annexio incorporatio suppressio, extinctio, applicatio, & dismembratio, an differant,

155

Nec amplius insisto in hac materia vnionis, cum nō sit instituti nostri di cere. nisi ea, quæ pro recta intelligētia, & apparatu nostræ regulæ opportuna videātur, sed videri possunt reliqua vnionis materiam concernentia, per Io. Baptistam Caccialupum, & Petrum de Perusio, † ac Petrum de Vbaldis in suis peculiaribus. tractat. de vnionibus. Marian. Socinum in repetitione. cap. sicut vnire, de excess. prælator. Gambarum de officio, & potestate legati de latere. lib. 5. cap. 1. & 2. Rebuffum in praxi. tit. de vnionibus. Hojedam de incompatibilitate benef. secunda parte. cap. 3. per totum. Petrum Gregorium Tholosanum, in nouis institutionibus rei beneficiariæ. cap. 20. & 21. per totum, cum aliis.

156

Summaria §. 8. Glossæ 5.

1 *Commendæ saltim perpetuæ, an comprehendantur sub reseruatione regulæ nostræ, & numero 34.*
2 *Commenda perpetua est titulus Canonicus.*
3 *Commenda perpetua beneficij, parum, aut nihil distat ab alijs prouisionibus beneficiorum.*
4 *Commendæ litterarum tenor, qualis.*
5 *Commendatarius perpetuus, facit fructus suos.*
6 *Commenda perpetua, est dispensatio paliata.*
7 *Commenda compræhenditur, sub pœna. c. licet Canon. de elect. in 6.*
8 *Commenda, & commissio idem est.*
9 *Commendatarius debet habere ætatem, & alias qualitates, ad tale beneficium requisitas.*
10 *Commendatarius potest esse Iudex Apostolicus, sicut quilibet alius titularis.*
11 *Commendatarius perpetuus compræhenditur, sub dispositione. cap. quoniam Abbas de officio delegati.*
12 *Commendatarius perpetuus potest præsentare, eligere, & conferre, & habet liberam potestatem, in beneficialibus. n. 13. & locare fructus ad plures annos, n. 14.*
13 *Regula de infirmis intrat, in perpetuis commendis, nec non constitutio, de publicandis, & num. 16.*
17 *Commenda perpetua debet narrari in impetratione alterius beneficij.*
18 *Illegitimus sine dispensatione, commendam perpetuam habere non potest.*
19 *Commendatarius potest transigere, & vendere fructus beneficij commendati.*
20 *Commenda perpetua inducit incompatibilitatem.*
21 *Extrauagans, iniunctæ, de electione, non habet locum in commendis.*
22 *Regulæ de idiomate, & triennali, & de verisimili procedunt, in commendis perpetuis, & num. 23.*
24 *Commendatarius potest permutare commendam, cum alio beneficio, & in fauorem resignare. & num. 25.*
26 *Commendatarius perpetuus tenetur verificare narratiuam.*
27 *Commendatarius perpetuus dicitur Prælatus.*
28 *Commendatarius potest remittere denunciationes, ad matrimonium requisitas.*
29 *Commendæ nostri temporis, sunt irreuocabiles.*
30 *Commendas capiunt omnia iura de titularibus loquentia, & n. 31. & 32.*
33 *Commenda perpetua, an faciat expirare reseruationem.*
34 *Regula nostra locum non habet in commendis,*

dis, & numero 45. & 47.

35 Commenda temporalis, est ad vtilitatem Ecclesiæ.

36 Commendatarius debet apponi, quando vacat Canonicatus Doctoralis, aut magistralis, & alias, &c.

37 Commendis in temporalibus, nullus datur titulus, nec ius, & quandocumque reuocari possunt.

38 Commendare nihil aliud est, quam deponere.

39 Commendatarius temporalis, non facit fructus suos, & de illis rationem reddere tenetur, & num. 40.

41 Commendæ temporalis, mentio fieri non debet, in impetratione.

42 Commendatarius temporalis non agit spolio.

43 Commenda temporalis cessat, per subuenientem titulum.

44 Commendatarius temporalis, est tamquam Vicarius amobilis.

46 Commenda ad sex menses, omnium beneficiorum mundi fuit concessa à Paulo III. Cardinali de Medices.

48 Commenda perpetua, non dicitur propriè beneficium, ad effectum reseruationis.

49 Commenda perpetua cessante, vacat beneficium, vt prius, & non de nouo, cum multis exemplis, & decisionibus, & n. 50. 51. 52. & 53.

54 Mandosius dum dicit Rotam tenuisse, quòd per cessationem commendæ vacet beneficium, taxatur, & nu. 55.

56 Transitoriè, & perfunctoriè dicta, parum considerantur.

57 Opinio Doctoris non deliberata, & apensata, sed sic in cursu posita, non est multum curanda.

58 Testes non dicuntur didiciti, quando perfunctorie, non ex professo leguntur.

59 Transitoriè loquendo iurisconsulti aberrarunt.

59 Doctori loquenti in apostillis, vel additionibus, minus creditur, quam in lectura, vel consilijs.

60 Opinio bene fundata, & antiquitus in Rota obseruata, non est verisimile, quòd vnico transitorio verbo destruatur.

61 Manus appositio in commenda, inducit affectionem, & reseruationem.

62 Cõmendæ de materia tractãtes, citãtur, & n. 64.

63 Regula. 42. Cancellariæ de commendis, quid disponat.

65 Concil. Triden. sess. 24. cap. 17. de reseruatione, non procedit in commenda.

66 Commenda, an præsumatur ad tempus, vel potius perpetua, vbi dicitur, quòd perpetua præsumitur.

§. 8. gl. 5. vbi agitur de commendis.

OFFERT se nunc inspicere, an regula nostra locum habeat † in commẽda, saltim perpetua? & videtur quòd sic. 1

Quoniam commenda perpetua beneficij est titulus † Canonicus. cap. dudum il 2. de electione. cap, si plures 21. quæst. 1. Io. Monach. num. 3. Archidiacon. & alij in c. nemo deinceps 15. de electione in 6. Federicus de Senis. in tracta. de permutatione beneficiorum, quæst. 15. per totam. Milius in repertorio, verbo *beneficia commendata.* num. 11. & verbo *commenda, an sit canonicus titulus.* Guidopapa, quæst. 159. vers. *quinta conclusio.* Rebuff. de pacificis possessor. num. 35. cum. sequentibus. Lambertin. de iurepatronatus. lib. 2. p. 1. quæst. 6. art. 14. per totum. Gomezius in regula de infirmis. quæst. 13. & in regula de impetrantibus benef. vacan. per obitum familia. Cardinal. quęst. 6. & in regula de trienali quæst. 5. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. parte prima. cap. 14. num. 6. & 2. p. cap. 4. num. 11. Mandosius in regula de verisimili quæst. 3. num. 2. & in regula 32. quęst. 7. num. 12. Puteus decis. 158. num. 4. lib. 1. Rota decis. 765. nu. 5. p. 3. diuersor. 2

Nam commendæ perpetuæ de beneficijs, parum, aut nihil distant, ab alijs prouisionibus † beneficiorum: & sic in bulla illius dicitur, vt commodius † onera sustentare valeas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere cupientes, tale beneficium, auctoritate Apostolica concedimus, & commendamus, ac prouidemus, per te, quamdiu vixeris, obtinendum, & possidendum; ita quòd durante commenda huiusmodi, de fructibus, & redditibus ipsius disponere, & ordinare valeas, &c. quam formam assignat Rebuf. in praxi tit. de commenda. nu. 28. & de pacificis possessor. num. 43. 3 4

Vnde talis commendatarius perpetuus facit omnes fructus † suos, sicut alij titulares perpetui. Cassadorus decis. 33. n. 5. super regulis. Rebuff. de pacificis possessor. num. 43. Mandos. in d. reg. 30. q. 3. num. 4. Puteus decis. 25. num. 3. & 4. lib. 1. 5

Et dicitur talis commenda perpetua, dispensatio

6 spensatio † paliata, ad obtinẽdum aliquod beneficium, aliàs obtineri prohibitum, sicut etiam vnio temporalis. Gemin. cons. 38. nu. 11. Cassad. decis. 33. n. 5. super regulis, & decis. 2. de vnionibus. n. 9. Mandos. in reg. 33. q. 30. num. 3.

Hinc pœna cap. licet canon. de electione. lib. 6. contra non promouentes se infra annum, habet locum in his commendatarijs per
7 petuis † clem. in agro. §. cæterum, de statu Monachor. ibi, *infra annum computandum à tempore collationis, & commissionis.* Et antea dixerat, conferri nequeat, nec committi, & per com-
8 missionem † intelligitur, de commenda. Rebuff. de pacif. possess. num. 42. vers. *& sicut tenetur infra annum.* Mandos. in d. reg. 32. quæs. 7. num. 10. & 11.

Requirit quoque talis commenda, ætatem,
9 & alias qualitates legitimas, † sicut verum beneficium, cap. nemo deinceps, de electione. lib. 6. Caputaquensis decis. 127. num. 3. parte prima.

Sic potest esse Iudex Apostolicus commen
10 datarius † perpetuus. iuxta tex. in c. statutũ, de rescrip. lib. 6. vt latè tradit ibi Gomezius. num. 77. in 9. ampliat. Cassaneus in consuetudinibus Burgund. in rubr. de successione, des bastardes. §. 3. num. 88.

Ita, vt dispositio tex. in cap. quoniam Abbas 14. de officio delegat. cum quo concordat lex. 47. ad finem. tit. 18. Partita tertia, dicentis, quòd delegatio facta dignitati, non expresso nomine proprio, transit ad successorem, habet etiam locum, in commendatario
11 perpetuo, † vt Decius ibidem, num. 4. vers. *& ista tertia.* Mandosius in dicta regula. 32. q. 7. num. 8. & 9.

Item talis commendatarius perpetuus, po
12 test præsentare, † eligere, & conferre, sicut quilibet alius prouisus: vt plenè per Rebuffum in praxi, tit. de commenda. n. 60. & 61.

13 Habet etiam liberam potestatem † in spiritualibus, & temporalibus. Abbas in c. cum nobis olim, vlt. notab. de electione. Rebuf. de pacif. possessor. nu. 41.

14 Ac propterea potest locare fructus, † ad plures annos, sicut alij titulares, & in eis habet locum. cap. vestra, de locato. Calderin. in cons. 8. *an commendatarius*, per totum, sub titulo de locato. Roman. cons. 350. *in casu proposito.* à num. 8. Rebuffus in praxi tit. de commenda, num. 62.

Hinc reg. de infirmis resig. intrat, in cõmen
15 dis † perpetuis. Cassador. d. decis. 32. per totam, super regulis. Gomezius in dicta regula de infirmis. quæst. 13. per totam, & expresse probatur ex eadem regula, quæ est 18. de viginti, in illis verbis, *vel illius commendæ cesserit.* Rota decis. 80. numero secundo, lib. 3. diuersorum.

Sicut etiam regula de publicandis resigna
16 tionibus, locum † habebat in perpetua commenda, vt manu fusa per Gomezium, super eadem regula. q. 3. per totam.

Hinc in impetratione alterius beneficij,
17 debet fieri mentio de tali commenda, † alias gratia erit nulla, glossa verbo *commendare.* vers. *sed numquid habens talem commendam.* in cap. nemo, & ibi Ioannes Menochius. num. 4. & omnes, de electione. libro sexto. Capicius decis. 3. numero 6. Puteus decis. 272. lib. 2. num. 3.

Pariter illegitimus, non dispensatus, ta-
18 lem commendam habere non potest. † Rebuffus in praxi, titulo de commendis, numero 63.

Sicut, & commendatarius potest transige-
re super fructibus sui beneficij commendati,
19 † ac eos vendere. Geminianus cons. 17. *pro declaratione*, in fine. Capicius decis. 3. sub numero 9. Rebuffus de pacif. possess. sub numero 40.

Item talis commenda inducit incompati-
20 bilitatem, † inductam à cap. de multa, de præbendis, & extrauag. execrabilis, eodem titulo, vt post longam disputationem, hinc inde, resoluit Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, parte prima, cap. 14. à num. 16. vsque ad num. 30. & hodie expresse disponitur per Concil. Trid. sess. 7. cap. 2. & cap. 4.

Licet antea secus dicebatur. Cassador. de-
cis. 32. num. 7. super regul. Sarnen. in regula de triennali num. 6. Caputaquen. decis. 147. num. 2. parte prima, & disponebat. l. 4. vers. *la quinta razon.* tit. 16. Partita prima. Puteus decis. 333. lib. 1. & 275. lib. 3. vbi propterea fuit resolutum, extrauag. iniunctè, † de electione, non habere locum in his
21 commendis, & vide infra. nu. 65.

Rursus regula de Idiomate, locum habet
22 in commendis, † vt latè per Sarn. super reg. de Idiomate. quæst. 5. Mandos. in reg. 32. q. 7. num. 14.

Nec non regula de triennali procedit, in commendis. Gomezius latissimè in reg. de triennali. quæst. 5. nu. 10. & sequentibus. Rota decis. 765. *in causa Vrgelen.* per totam. p. 3. diuersorum.

23 Nec non regula de verisimili notitia, † Cassador. decis. 30. super regulis. Gomezius ibidem. quæst. 4.

Similiter commendatarius potest permu-
24 tare † commendam, cum alio beneficio, in titulum dato. cap. fin. & ibi plenè Imola, de rerum permutatione. Rebuffus de pacificis possess. nu. 38. Federicus de Senis in tracta. de permutatione. q. 15. Petrus de Perusio in eodem tracta. num. 9. Bellam. in eod. tract. p. 3. quæst. 4.

Ac

Ac etiam potest resignare commendam,
25 † etiam in fauorem. Rota decis. 80. lib. 3. diuersorum. Parisius de resignat. lib. 2. q. 17. n. 1. & per totam.

Item Commendatarius perpetuus, tenetur
26 verificare † narratiuam, sicut quilibet alius beneficiatus. Puteus desione 254. lib. 3. per totam, per quam decisionem fuit recessum, à decisione 247. eiusdem Putei, eodem lib. 3. prius facta, vbi contrarium Rota tenuerat.

Commendatarius Abbas alicuius Monas-
27 terij, similiter dicitur † Prælatus. Rota decis. 346. n. 2. p. 3. diuersorum.

Sic talis Commendatarius, potest remit-
28 tere denunciationes † requisitas ad matrimonium, quę fieri deberent in suo territorio, iuxta Concil. Trid. sess. 24. c. 1. de reformat. matrimonij, vt consuluit Nauarr. cons. 2. de clandest. desponsatione.

Hinc deniq; omnes commendę nostri tem
29 poris sunt † irreuocabiles, vt tradit Sarnen. in regula de publicandis. quæst. quarta. Rota decisione 791. numero 11. parte secunda diuersorum.

Ac omnia Iura de titularibus loquentia,
in Commendatarijs perpetuis sibi vendi-
30 cant locum. † Clement. finali, & ibi Imola quæstione prima. numero sexto, de procurator. Mandosius in regula 32. quæst. 7. num. 12. & latissimè Gomezius, in regula de triennali. quæst. 5. à num. 11. vsque ad num. 20. vbi infinitos casus enumerat, vbi Commendatarius regulatur, vti verus titularis, & numero 21. dicit, quòd tempus, & papi-
31 rus deficerent, † si singulos iuris casus de Prælatis, & dignitatibus loquentes, qui habent locum in commendis enumerare vellet, & tandem in dicto num. 20. & 21. dicit, quòd Commenda perpetua facit expirare
32 † reseruationem, & quòd si Commendatarius decedat in curia, beneficium vacaret in curia. sed de veritate vide inferius à numero 49.

Si igitur commenda perpetua datur in titulum, & habet omnes supradictas qualita-
33 tes, † tanquam vere beneficium titulare, sequitur, quòd vacante commenda, in aliquo ex mensibus, per nostram regulam reseruatis, quòd intrabit, & locum habebit eius dispositio.

34 Prædictis tamen non obstantibus, contrarium, † videlicet, regulam nostram, nusquam locum habere in commenda, neque ad hunc effectum dici beneficium Ecclesiasticum verum est, & tenēdum.

Ratio est, quia siue commenda sit de illis commendis, quæ fiunt ad vtilitatem Eccle-
35 się, † quæ sunt temporales, & ad nutum amobiles, donec Ecclesiæ prouisum sit de Rectore, vt in casu d. cap. deinceps. 15. de elect. in 6. vbi disponitur, quòd talis commenda non possit concedi, nisi per vnum semestre, & ex euidenti necessitate, vel vtilitate ipsius Ecclesiæ suadente, licet finito illo semestri, si adhuc durabat eadem necessitas, vel vtilitas, poterat per aliud semestre commendari. vt gl. ibi, verbo, *durare declarat*, & communiter omnes. Rebuf. in praxi. tit. de commenda numero 65. vbi benè declarat. Nec non in bulla Leonis Decimi concessa Regnis Castellæ, de mense Aprilis 1520. cauetur, quòd vacante aliquo Canonicatu doctorali, vel magistrali, detur in commendam vni Ca-
36 nonico idoneo † eiusdem Capituli, donec titularis prouideatur.

Et in his commendis nullus adest titu-
37 lus, † nec datur ius in re, nec ad rem, & quandocumque possunt reuocari. Rota decisione prima de præbendis in antiquioribus Besigneti. Gomezius in regula de non tollendo iure quæsito, quæstione quarta. numero 22. Mandosius in regula 32. quæst. 7. num. 2. Nauarr. cons. 9. n. 1. de prębendis.

Nam commendare nihil aliud est, quàm
38 † deponere. l. commendare 186. de verbor. significatione. lex Lucius. ff. depositi, cap. primo de depósito. Puteus decisione 25. numero secundo, libro primo. Simonet. de reseruatione. quęstione 69. numero secundo.

Et talis Commendatarius temporalis,
39 non facit fructus † suos, sicut neque depositarius, glos. verbo, *commendare*, in d. cap. nemo. vers. *sed numquid facit iste fructus suos*, de electione, in 6. nisi quatenus ad congruam sustentationem sibi, & suis ministris opus sit, reliquum, quod supereſt, in vtilitatem Ecclesię conuertendo, vt glos. ibidem. Romanus d. cons. 350. num. 8. Rebuf. in praxi, titulo de commendis. num. 25. Puteus decis. 25. num. 3. lib. primo.

Quapropter tenetur, de illis fructibus ra-
40 tionem † reddere. cap. placuit 10. quæstione 3. Rebuf. vbi proxime, dicto numero 25. Hojeda de incompatibilitate. p. 2. capit. 14. numero 4.

Nec de ista temporali commenda, facta
ad vtilitatem Ecclesiæ, debet fieri mentio
41 † in impetratione beneficiali. Puteus decis. 272. num. 1. lib. 2.

Nec potest talis Commendatarius tempo-
42 ralis, † agere de spolio. Puteus decis. 206. incipit, *Episcopus Ticretanus*. lib. 3.

Ac cessat talis commenda, per superue-
43 nientem † nouum titularem. Roman. dicto consil. 350. num. 3. Caputaquen. decis. 146. num. 1. parte 1.

Demum talis Commendatarius est, tam-
44 quam temporalis Vicarius, † qui non est

titularis, nec beneficiatus, nec in illo procedit regula nostra, vt dixi in §. primo huius glossæ.

Et quòd commendatum beneficium, non
45 veniat † in reseruatione, scriptũ reliquit Gaspar de Perusio, in tracta. de reseruatione. cap. 2. *quæ autem beneficia*. num. 10. Æneas de Falconibus, in eodem tracta. quæst. 3. principali. num. 11.

Aliquando etiam ista commenda tempo-
46 ralis † fit à Papa, nam Paulus Tertius 20. Iulij 1535. commendauit Hippolyto de Medices omnia beneficia Orbis, quouis modo tunc vacantia ad sex menses, à die habitę possessionis, cum facultate de fructibus disponendi, de qua gratia consuluit Mandosius, consilio quarto. dicens rem esse nouam, & numquam auditam, incipit, *rem nouam*.

Siue commenda sit perpetua, ad fauorem personæ, & vitam commendatarij, cum iure percipiendi fructus, in quo casu procedunt omnia, quæ superius dixi, ad probandum, talem commendam per-
47 petuam, esse vere beneficium: & nec tunc † erit locus regulæ nostræ.

Reseruatio non solum nõ capit cõmẽdas tẽporales sed neque perpetuas.

Tum quia, quamuis commenda sit perpetua ad vitam, tamen ad effectum reseruationis, beneficium proprie
48 non dicitur, † sed (quidquid alias in puncto iuris forsan dici posset, vt per Gomezium in regula de triennali. quæstione quinta, numero 20. & 21. & 25.) cessante commenda per obitum commendatarij, tunc non dicitur beneficium vacare per obitum illius:
49 sed vacat semper, † vt prius, ita vt non sit attendendus mensis, in quo commendatarius obierit, & sic semper Curia, Cancellaria, & Camera Apostolica seruauit, vt attestatur Cassadorus decisione quinta, numero 2. 9. 10. & 12. de priuilegijs, & decisione secunda. numero 4. de vnionibus. Simonet. de reseruatione. quæst. 59. num. 6. & per totam. Milius in repertorio, verbo, *beneficium vacans reseruatum, si alteri commendetur*. numero 27. Gambarus, de potestate legati libro quarto, à numero 34. & 84. Puteus decisione 25. *in vna Bellic. prio atus*. numero sexto. versic. *sed his non obstantibus*, & per totam. libro primo. & decisione 158. *in vna Florentin.* per totam. eodem libro primo. Gomezius in regula de triennali. qnæstione quinta. Rebuff. in praxi, tit. de commenda. num. 51. & 59. & in tit. de reseruationibus. num. 31. Mohedan. decis. 4. & decis. 9. de prębend. per totas. Caputaquen. decis. 144. p. 1. vbi referuntur plures Rotæ resolutiones, quæ ita tenuerunt. Nauarrus in manuali. cap. 25. numero 126. in fine, & in cons. primo. num. 39. de constitutionibus, & latius consuluit. cons. 28. de prębend. vbi dicit, titulum commendę perpetuæ esse improprium, & propterea cessante commenda, vacare, vt prius, & ita expresse disponi in litteris commendæ, prout nos etiam vidimus.

Vnde cum quidam familiaris, vnius Cardinalis, esset perpetuo commendatus, de quodam beneficio, & postea decesserit, ac alius impetrauerit illud beneficium, siue vacauerit per obitum illius, vel ex persona alterius, & opponeretur de nullitate gratiæ, propter defectum consensus dicti Cardinalis, iuxta regulam Cancellariæ 31. de impetrandis beneficijs per obitum fami-
50 liaris Cardin. fuit resolutum † non obstare dictam regulam, ex quo d. beneficium, non vacauerat per obitum d. familiaris Commendatarij, sed vt prius, Cassador. d. decis. 5. de priuilegijs.

Idemque fuit resolutum, quando non fuerat facta mentio de familiaritate Papæ,
51 cuiusdam perpetui commendatarij, † in casu dictæ decisionis Caputaq. 144. p. 1.

Hinc cum quidam Prioratus vacauerit in Curia, in manibus Papę, per resignationem cuiusdã Stephani, & esset de illo cõmendatus Guillielmus, quo defuncto, & commenda cessante, per obitum Guillielmi extra Curiam defuncti, quidam Commissarius Papę, habens facultatem conferendi omnia beneficia extra Curiam vacantia, contulit illud Petro per obitum Guillielmi, & dubitabatur, an collatio teneret, & quia totum pendebat ex hoc, an per obitum commendatarij vacaret beneficium, vel non; fuit
52 resolutum collationem esse nullam, quia dictus Prioratus vacauerat apud Sedem, per resignationem in manibus Papæ, vt prius, & non per obitum commendatarij extra Curiam defuncti, vt in casu decisionis Putei 25. lib. 1.

Sicut etiam fuit resolutum, similiter in casu decisionis quartæ Mohedani de prębend. & in decisione nona eodem titulo fuit resolutum, expectantem non posse acceptare beneficium, † tamquam vacans per obi-
53 tum commendatarij, quia non vacauit per obitum illius, sed in Curia, vt prius.

Et quamuis Horatius Mandosius, in additionibus ad dictum consilium Romani 350. sub littera M. dixerit, quòd Iura pro ista parte allegata procedunt in commenda temporali, non in perpetua, quæ vim collationis habet, & ex consequenti expirat, non solum reseruatio, seu affectio, quę ex appositione manus Papæ resultat, prout in terminis tenuit Rota, in quadam causa Florentina. teste Puteo decisione 30. *Commenda perpetua*, sub titulo de commendis.

Tamen

Tamen in hoc arbitror, errare ipsum
54 † Mandosium, quia illa decisio Putei, quam ipse allegat, est decisio 158. incipit, *in vna Florentin.* libro primo, & aliam non inuenio, quamuis omnes Putei decisiones dili-
55 genter reportatas habeo: dicta vero † decisio 158. quamuis respondendo, dicat incidenter, quòd stat bene, quòd talis commenda extinguat reseruationem, & quòd afficiat etiam in futurum beneficium, ita vt nullus pręter Papam de eo se intromittere possit, & quòd non sequitur, habet commenda in multis casibus vim collationis, ergo simpliciter, & indistincte, & in omnibus casibus, & tandem allegat Cassadorum, dicta decisione quinta, de priuilegiis, licet littera sit minus correcta.

Non tamen potest Mandosius, in illa aliquod fundamentum facere, cum dicta decisio non firmet pedes, super eo, an commenda extinguat reseruationem, nec desuper erat dubium, sed an esset beneficium reseruatum, & est, ac si diceret, si extinguat, vel non extinguat reseruationem transeat: sed dato quòd extingueret, non sequitur, quòd beneficium non sit reseruatum, & tandem concludit contrarium, allegando Cassadorum, vbi supra. Et dictum decisionis, vel Doctoris, est intelligendum, iuxta Iura, quę allegat. Bartolus in l. non solum. §. liberationis. numero septimo. ff. de liberatione legata.

Et quia de his, quę perfunctorie, & in
56 transitu † dicuntur, parua est consideratio habenda. Alciatus, libro quarto. Parergon. cap. 17. Menochius, de recuperand. rem. 1. numero 191. Roland. cons. 44. numer. 35. & finali volu. 4.

Ea quę in trãsitu, & perfunctorie dicuntur parum cõsideran tur.

Sicut de opinione Doctoris, non deliberata, & pensata, sed sic in cursu posita, non
57 esse curandum † affirmat Silua nuptialis. libro quinto. numero 24. consonat Puteus decisione 406. in vna Cartaginen. numero 1. in fine. lib. primo.

Facit bene, quod dicit Anton. Gabriel. tit. de testib. conclus. 21. nu. 116. 140. & 141. vbi
58 tenet, non dici didicitos † testes, quando perfunctorie, & non ex professo leguntur. Et tradit latius ipse Gabriel in eod. tit. conclus. 4. num. 85.

Neque est nouum, ipsos iure consultos, in quibus obiter versantur, aliud agendo,
59 non semel † à vero errasse, & hoc modo excusatur Modestinus in l. nonnumquam. ff. de condit. & demonstrat. Alciat. d. c. 17. Ioann. Garsia. de expens. & melioration. c. 8. numero 50.

Pręsertim, cum Mandosius loquatur in additione ad dictum consil. 50. Romani, & non in lectura, vel consilio, aut decisione: & ideo minus est illi credendum, quia additiones illę non tendunt ad determinandum, sed solum ad rememorandum. Carolus Ruinus. consil. 83. incipit, *quoniam.* nu. 6. volum. 1. Anton. Gabriel. tit. de testibus, conclus. 4. num. 92.

Quod eo maxime procedit in hoc casu, vbi dicta opinio ex inueterato stylo Curię, tamdiu fuit recepta, vt ipsemet Puteus dixerat, in dicta decisione vigesima sexta. libro primo. & non est dicendum, quòd illo vnico verbo, in transitu dicto, & non firmato, voluerit Rota, nec ipse Puteus collector,
60 pręfatam sententiam, ita radicatam † destruere. l. si quando. C. de inof. testamento. Cassadorus decisione secunda. numero 12. & 13. de vnionibus. Et sic tenendum est, beneficium non vacare per cessationem commendæ perpetuæ, sed cessante commenda vacare, vt prius.

Tum etiam, & secundo, & principaliter, nostra regula octaua non procedit in commenda, quamuis sit perpetua, quia dispositio nostrę regulę locum non habet, nisi in subsidium, quando nulla alia adest reseruatio, vt in illis verbis, *dummodo alias dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint*; sed quamuis beneficium commendatum, ante commendam, non esset reseruatum, per solam manus ap-
61 positionem in commenda, † remanet affectum, & reseruatum, & de illo alius à Papa disponere non potest, quando cesset commenda. Cassadorus decisione secunda, de reseruationibus, numero primo, & secundo. & dicta decisione quinta. numero 7. de priuilegiis, & decisione secunda. numer. 11. de vnionibus. Simonet. de reseruat. q. 59. in vltimis verbis. Roman. cons. 350. numer. 11. & sequenti. vers. *cæterum & posito.* Milius in repertorio, verbo, *beneficium vacans reseruatum*. Pauinus de officio, & potestate Capituli sede vacante. 2. p. quęst. 3. post numerum 11. vers. *sed aduerte.* Aeneas de Falconibns in tractatu de reseruationibus. q. 3. principali. vers. *aduerte diligenter*. Bertrandus. consil. 235. numero quinto. vers. *quia ex quo Papa*. libro tertio. Rebuf. in praxi. tit. de commenda. num. 59. licet in Francia non seruari, quia ibi reseruationes non admittuntur asserat. Gomezius in reg. de infirmis. q. 13. post num. 4. Puteus d. decis. 158. per totam lib. 1. Crescentius decisione 2. de parrochijs. & decisione. 6. numero. 4. & per totam, de prębendis. Caputaquen. decisione 145. p. 1. Mohedanus decisione nona. de præbendis. Mandosius in regula 32. quęst. 7. numero 17. Petrus Gregor. Tholosan. in nouis instit. rei benefic. cap. 24. numer. 8. ac dicam in glossa 52.

Quapropter regula nostra, in nullo casu verificari potest in commenda, siue sit temporalis, siue perpetua.

62 Reliqua, quę tangunt † istam materiam commendę, vide per Petrum Andream Gambarum, de officio, & potestate legati. lib.4. tit. de potestate legati, in commendando beneficia, per nummos 291. Rebuf. in praxi. tit. de commenda. Hojedam, de incompatibilitate beneficiorum. 1. p.c.14. per totum.

63 Et regulam Cancellariæ 42. † de commendis, dicentem, quòd nulli seculari de regulari, nec Religioso de seculari beneficiis, commendetur, nisi in signatura, per clausulam ad partem, super petitione commendę huiusmodi, de commenda ipsa, mentio fiat,

64 & Concil.† Trid. sess.6.c.2.& c.4. ac annotationes quasdam manuscriptas, quę incedunt inter declarationes, etiam manuscriptas Concilii, super d. c. 2. vbi bene explanantur casus, in quibus Commendatarius tenetur promoueri ad sacros ordines, necne, & in quibus tenetur residere, & à residentia excusetur, & vtrum Commendatarii visitari possint iuxta formam Concil. Trident.

Nec omitto, quòd Concil. Trident. sess.

65 24. de reformat. cap.17. locum † non habet, in obtinente Parrochialem in titulum, & monasterium, cui imminet animarum cura in commendam, vt Sacra Concilii Congreg. declarauit, dum dixit.

Non comprehenduntur in hoc decreto, qui cum parrochiali obtinent Monasterium commendatum, cum cura. & iterum.

Habens Parrochialem, & Monasterium in commendam, ad vitam, cui cura imminet animarum, alteram dimittere non tenetur.

Licet aliud sit ad effectum. cap. de multa, cum similibus, vt supra num.20.

Meminisse etiam oportet, quòd quando aliquod beneficium commendatur, nec bene constat, an sit ad tempus, vel in perpetuum, quòd in dubio est interpretatio fa-

66 cienda, de commenda † perpetua, vt fuit resolutum in Rota, in vna Salmantina de Palatios Rubeos, coram Marcello 28. Iunij 1538. Ratio fuit, quia actus, qui certo temporis spatio, non concluditur, perpetuus reputatur. l. Iurisperitos in principio, & ibi Bart. ff. de excusation. tut. glos. in clemen. 2. verbo, *electionem*, de rescriptis. Gomezius in regula de publicandis resignationibus. q. 4. numero 10. & 11.

Summaria §.9. Glossæ 5.

1 *Coadiutoria, an sit beneficium Ecclesiasticum.*
2 *Coadiutor Prælati, est Prælatus.*
3 *Coadiutor habet plenam, & liberam administrationem, etiam in spiritualibus. & num.4.*
5 *Coadiutor Episcopi, potest dare benedictionem, & potest admittere beneficiorum resignationes.*
6 *Coadiutor debet habere eamdem ætatem, & idoneitatem, sicut principalis.*
7 *Coadiutoriæ narratiua, est verificanda.*
8 *Coadiutoriæ ad titulum, quis ordinari potest.*
9 *Coadiutoria, cum futura successione, habet vim resignationis.*
10 *Coadiutoria comprehenditur sub regula de consensu.*
11 *Coadiutoria, cum futura successione, concedi non potest, in præiudicium concordatorum.*
12 *Indultum Cardinalium, non admittit coadiutorias, cum futura successione.*
13 *Coadiutor absens lucratur fructus, in tribus mensibus, pro recreatione datis, dummodo proprietarius, nec ipse, non habeant, nisi solos tres menses. & num.14.*
15 *Coadiutor ægrotans, aut carceratus, vel impeditus est computandus, & lucratur quotidianas distributiones.*
16 *Coadiutoria cum futura successione, excludit regulam 31. de impetrantibus benef. per obit.*
17 *Coadiutor Rectoris, tenetur personaliter residere, & vide n.122.*
18 *Coadiutoria cum futura successione concedi non potest, sine consensu patroni in beneficijs Iurispatron.*
19 *Coadiutoria temporalis, sine futura successione datur in fauorem Ecclesiæ, propter infirmitatem. & num.20. aut senectutem. num.21. Aut lepram, num. 22. Dementiam, aut furorem. num.23. linguæ impedimentum. nu.24. negligentiam. num.25.*
26 *Coadiutor temporalis datur, propter Populi numerositatem, aut dilapidationem. n.27. captiuitatem. num.28. inhabilitatem, seu illitteraturam. num.29.*
30 *Coadiutore dato ob illitteraturam; coadiutus etiam residere tenetur, ne sit melioris conditionis ignarus, quam litteratus.*
31 *Coadiutor temporalis datur, in alijs similibus casibus.*
32 *Prælatus ex causis supradictis priuari non debet.*
33 *Coadiutori sunt necessaria ministranda expensis coadiuti.*
34 *Episcopis, solus Papa coadiutorem ponit.*
35 *Coadiutor Episcopi, non potest dismembrare Ecclesiam vnitam, nec in ea erigere Iuspatron.*

Coadiu-

36 Coadiutorem dare possunt alijs, quàm Episcopis, Legati, Nuntij, & Episcopi.
37 Coadiutoriæ temporalis tractatum facit Ioannes Andreas.
38 Coadiutoria in temporali, non intrat reseruatio regulæ nostræ.
39 Coadiutoria temporalis non vacat.
40 Coadiutoria temporalis est ferè Vicaria.
41 Coadiutores perpetui, cum futura successione, sunt quasi hæredes, & plerumq; pueri, qui pedagogo carent, & sæpe nullum seruitium præstant. & num. 42.
43 Coadiutoriæ, cum futura successione sunt prohibitæ per Concil. Trident.
44 Coadiutoria in fauorem filij, de beneficio Patris, numquam conceditur. & nu. 45.
46 Coadiutoria cum futura successione, non est inuenta de Iure communi.
47 Coadiutoria cum futura successione est paliata pronisio.
48 Coadiutoriæ cum futura successione, hodie concedantur à Sede Apostolica, cum recomendatione Episcopi, vel Capituli, & n. 49. & 50. & aliquando etiam quoad Rectorias. & n. 51.
52 Coadiutoria cum futura successione, hodie num quam datur, nisi de consensu coadiuti.
53 Coadiutoria cum futura successione continet duplicem gratiam, vnam coadiutoriæ, & alteram futuræ successionis, quæ respicit fauorem coadiutoris. & num. 54.
55 Coadiutus si decedat, priusquam coadiutoria habeat effectum, sustinetur gratia concernens fauorem coadiutoris, & ita declaratur in litteris. num. 56. vbi formula ponitur.
57 Dispensatio ad validandum matrimonium, & legitimandam prolem, si non potest habere effectum ratione obitus alterius Parentis, sortietur tamen effectum, quoad legitimationem prolis.
58 Subrogatio gratiosa continet alia duo, & si vnum cessat, gratia valet quoad aliud.
59 Gratia eadem partim potest esse valida, & partim inutilis.
60 Pensio reseruata in collatione beneficij vacantis, remanet valida, quamuis collatio sit nulla.
61 Instrumento in vnico posßunt esse plures gratiæ, & plures contractus. & num. 62.
63 Instrumentum confectum à notario in fauorem sui, & alterius, licet non teneat, quoad se, sustinetur tamen, quoad tertium.
64 Reseruatio regulæ nostræ, non intrat in coadiutoria cum futura successione, cum nõ sit beneficiũ, nec inducat incompatibilitatem. & n. 65. nec datur vacatio per obitũ coadiutoris. n. 66.
67 Coadiuti per cessum, vel decessum datur vera vacatio beneficij. Ita quòd non detur continuatio, neque etiam per fictionem. & nu. 68.
69 Coadiutoria cum futura successione, improprie dicitur habere vim resignationis.
70 Consensus præstatio, quomodo dicatur habere vim resignationis, & num. 71.
72 Coadiutoria cum futura successione, publicari non debet.
73 Coadiutoria cum futura successione, non trahit originem de præterito, sicut regressus.
74 Coadiutoria cum futura successione dat votum captandæ mortis.
75 Coadiutoriæ gratia, est odiosa respectu tertij, non quoad Papam & num. 76.
77 Coadiutor, qui soluit compositionem, non debet remanere deceptus in sua successione.
78 Coadiutoris præheminentiæ, & iura, semper censentur præseruata.
79 Coadiutor cum futura successione habet ius valde considerabile, & habet locum regula de non tollendo. num. 80.
81 Succeßio futura, licet non habeat effectum, ante assequutam possessionem, tamen propter spem sustinetur.
82 Coadiutoria cum futura successione principaliter datur, propter fauorem Ecclesiæ, necnon coadiuti, & num. 83.
84 Coadiutoria, quando conceditur propter ingraueſcentem ætatem, quid sit verificandum, & quid si aliæ infirmitates concurrant. & n. 85.
85 Infirmitates minuunt ætatem.
86 Coadiutoria concessa propter senectutem, vel corporis debilitatem, qualiter sit verificanda, & num. 88.
87 Arbitrium Iudicis multum valet, super verificatione narratiuæ coadiutoriæ.
89 Infirmitas narrata, qualiter sit verificanda.
90 Coadiutor si habeat ætatem, vt possit promoueri sufficit, licet promotus non sit.
91 Coadiutoriam cum futura successione solus Papa concedit.
92 Sententia prolata contra primum coadiutorem, non nocet secundo.
93 Coadiutoria cum futura successione ad beneficium amentis, potest impetrari à Papa.
94 Coadiutoris potestas pendet ex tenore facultatis litterarum.
95 Coadiutori aliquando nulli fructus, nec distributiones reseruantur, aliquando centum ducati, & n. 96.
97 Coadiutor cum futura successione, quas prærogatiuas debet habere.
98 Coadiutor Canonicus, an debeat sedere in propria sede coadiuti, vel potius in vltima sede Canonicorum.
99 Subrogatus capit naturam eius, in cuius locum subrogatur.
100 Coadiutoriæ tenor qualis sit.
101 Canonicatum resignans, reseruato sibi regressu, cum loco in choro, & capitulo, mortuo resignatario sedere debet in antiquo loco.
102 Coadiutoris præheminentia intelligitur tantum respectu inferiorum.
103 Præcedere debet, qui propriæ auctoritatis lumine coruscat.

104 *Ius proprium, quod quis habet potentius est, quam quod alieno iure possidet.*
105 *Præcedentiam sedendi in Synodo, non debet habere procurator Abbatis, sicut ipse Abbas, si præsens esset.*
106 *Coadiutor fulget radijs coadiuti, non proprijs.*
107 *Coadiutor Canonici cum futura successione, dicitur Canonicus fictus.*
108 *Verum, ficto, semper præfertur.*
109 *Veri Canonici sunt fictis anteponendi.*
110 *Coadiutor, quando succedit in Canonicatu, in vltimo loco Canonicorum sedere debet.*
111 *Descendere ad inferiorem locum verecundum est.*
112 *Maioribus honoribus functi, ad minores vocari non debent, & an valeat consuetudo contraria.*
113 *Ascendere, & non descendere licet in beneficialibus.*
114 *Coadiutores cum futura successione, ex vniuersali consuetudine, sedent in vltimo loco.*
115 *Coadiutoriæ verba, qualiter intelligantur in hoc casu.*
116 *Præcedentia sedendi in altiori loco, non competit ratione canonicatus, sed ratione antiquitatis.*
117 *Cons. Nauarri 2. num. 5. de Clerico ægrotan. tutum non est.*
118 *Coadiutoriæ clausula, dicens, quòd Coadiutor potiatur regulis de annali, & triennali, qualiter intelligatur.*
119 *Coadiutus eodem modo lucratur in absentia, ac si coadiutorem non haberet, licet coadiutor non resideat. & n. 120.*
121 *Priuilegium suum nemini debet esse damnosum.*
122 *Coadiutor, an teneatur residere, & inseruire. & num. 22.*
123 *Coadiutor inseruiens nihil lucratur, si coadiutus est excommunicatus.*
124 *Dei inimicus, viuere non debet de patrimonio Christi.*
125 *Coadiutus non lucratur per coadiutoris personam, quod per se non potest.*
126 *Vicarius, Episcopi excommunicati, procedere non potest.*
127 *Fons plusquam riuulus attendi debet, & radice mortificata, non potest produci ramus fructiferus.*
128 *Excommunicatus, quando per se non admittitur, nec per procuratorem est admittendus.*
128 *Excommunicatus 62. pœnis punitur, remissiue.*
129 *Coadiutoris confessio coadiuto non præiudicat.*
130 *Coadiutus Canonicus habens coadiutorem, cum futura successione, an possit optare.*
131 *Coadiutor cum futura successione potest cedere coadiutoriæ, etiam inuito coadiuto.*

§. 9. glo. 5. vbi agitur de coadiutorijs cum futura successione.

PRO affirmatiua parte adduci potest in primis, quòd coadiutor est Prelatus, † & vti talis habet curam animarum. cap. de Rectoribus, & ibi glossa, verbo, *curam animarum.* & Innocen. & Doctores de Clerico ægrotante. glossa in cap. tua nos, verbo, *administrationis*, ad medium, ibi, *quia erit prælatus in totum*, eodem titulo, lex 18. ibi, *e sera Prelado de ella.* titulo 16. Partita prima. Archidiaconus, in cap. quamuis. numer. 6. 7. quæstione prima. 1 2

coadiutoris munus quod sit? & plura singularia in materia.

Item, quia, vti talis Prælatus habet plenam, & liberam administrationem. † cap. 2. incipit, *scripsit.* 7. quæstione prima, & ibi glossa, verbo, *cu am omnem*, capit. quamuis eadem causa & quæstione. cap. cum nobis, olim, in fine, de electione. cap. grande, de supplen. negligen. lib. 6. cap. conquerente. cap. dilectus. de officio ordinarij. cap. accedentibus, de priuilegijs, Ioann. Andreas in cap. finali. n. 8. & 9. de Clerico ægrotante. Ancharan. in c. vnico. num. 5. vers. *octauo nota*, eodem tit. lib. 6. 3

Quod procedit, non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus, † & propterea potest talis coadiutor beneficia Ecclesiastica conferre. Cardinal. Alexan. in cap. scripsit. numer. 3. & tradit post Calderinum, & Geminianum. in d. cap. vnico. §. finali. num. 4. Ancaran. num. 8. Oldradum cons. 44. num. 3. vers. *propterea*. Selua de beneficio. 2. p. q. 4. nu. 3. cum sequentibus. Nauarr. cons. 3. de Clerico ægrotante. nu. 3. & 4. vbi etiam dicit, quòd coadiutor Episcopi, in spiritualibus † potest dare benedictionem, & sedere in Cathedra, sicut ipse Episcopus. 4 5

Necnon beneficiorum resignationes admittere. Oldrad. cons. 44. numero secundo. vers. *ad hoc colliguntur*, latè Flamin. Parisius de resignatione. lib. 7. q. 20. num. 1. & 19. & finali.

Hinc in coadiutore requiritur eadem ætas, & idoneitas, † ac sufficientia, quæ requiritur in alio quolibet titulari. Vnde si datur 6

tur coadiutor Rectori parrochialis, requiritur ætas 25. annorum. cap. nemo deinceps, de electione, lib. 6. & si datur Episcopo, debet compleuisse 30. annum. Ioan. Andreas in d.c. finali, sub n. 5. ante finē, & Ab. ibi sub n. 1. vers. *tertio quæritur*. plenè per Seluam de beneficio d. 2. p. q. 4. num. 9. Caputaq. decis. 127. p. 1. Rot. decis. 347. nu. 3. & per totam p. 3. diuers.

Sic in gratia coadiutoriæ est verificanda
7 narratiua, † sicut in quolibet beneficio, aliàs censebitur subreptitia. Puteus decis. 62. incipit *in vna Hispal.* lib. 2. per totam. Caputaq. decis. 128. & 129. & 130. & 311. cum sequentibus 1. p. Rota decis. 652. per totam. par. 3. diuersor.

Item stante Concilio Tridentino. cap. 2. sess. 21. disponente, quòd nullus ordinetur, nisi ad titulum beneficij, potest quis ordina-
8 ri ad titulum coadiutoriæ, † vt tenet Nauarrus in tracta. de oratione. cap. 20. num. 18. Ignatius de Salcedo in additione ad praxim Bernardi Diaz cap. 18. nu. 7.

Huc pertinet, quòd coadiutoria cum futu-
9 ra successione, habet vim resignationis, † Puteus decis. 108. *in vna Toletana*. lib. 1. num. 2. Mohedan. decis. 10. post principium. vers. *quia coadiutoria stante consensu*. de priuilegijs; ratio est, quia conceditur de consensu coadiuti, & consensus habet vim resignationis. gl. verbo *assensus*. in cap. beneficium, de regu laribus. lib. 6. & sic in coadiutoria locum ha-
10 bet † regula de consensu 44. Puteus decis. 108. n. 1. lib. 2.

Simile est, quòd in casibus, in quibus secun dum concordata Germanię, Papa non potest beneficia conferre, videlicet in sex mensibus alternatis anni, incipiendo à mense Februarij, eodem modo, non potest coadiuto-
11 rias cum futura successione † concedere, vt habemus auream decisionem Rotalem Cassadori, vnicam, sub titulo de pactis, per totā, quę decisio fuit postea canonizata, & ab omnibus impugnationib. contra illam oppositis defensata, per Rotam in vna Germana concordatarum 11. Martij 1549. Teste Puteo de cis. pulchra 226. numero 1. & 2. & per totam. lib. 3. idem Puteus decis. 108. numero 1. lib. 2. Rota decis. 10. num. 2. lib. 3. parte 3. diuersor.

Prout etiam tolluntur coadiutoriæ cum futura successione, per indulta Cardina-
12 lium, † nam in casibus, in quibus Cardinalibus conceditur conferendi beneficia facultas, non debet Papa in illorū præiudicium concedere coadiutorias cum futura successione, ad instar concordatorum, nec tenet prouisio Papæ, sine expressa derogatione dicti indulti Cardinalium, vt fuit resolutum de mense Februarij. anni 1544. in vna Toletana Archipræsbyteratus, coram Io. Paulo, teste Mohedano decis. 10. de priuilegijs per totam. Puteo d. decis. 108. per totam, lib. 2. Et licet hoc fuerit in dubium reuocatum in alia Toletana coram Fabio Peregrino 28. Octobris 1546. nam ex septem votantibus, tres tenuerunt pro memorata opinione, vt indulta Cardinalium comprehendant coadiutorias cum futura successione, & reliqui quatuor contrariam fuerint amplexi opinionem, vt per Puteum decis. 478. *in vna Toletana*. lib. 2. per fundamenta, ibidem contenta, & Rota decis. 6. lib. 3. parte 3. diuersorum: Tamen causa iterum proposita. 5. Nouembris eiusdem anni, omnes Domini vnanimiter tenuerunt primam opinionem ad fauorem indulti Cardinalium, teste eodem Puteo decis. 479. eodem lib. 2. Rota decis. 46. lib. 1. par. 3. & decis. 10. per totam. par. 3. lib. 3. diuersorum. Flamin. Pariscis. de resignat. lib. 6. q. 5. num. 69. & 70. Mandosius de signatura gratiæ, titulo coadiutoriæ. col. 3. vers. *clausulam*.

Rursus coadiutor absens lucrabitur fru-
13 ctus, † in tribus mensibus absentiæ, qui pro quiete, & recreatione dantur à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 12. §. præterea, vt consuluit Nauarrus cons. 2. num. 6, vers. *octauo ex his*, de clerico ægrotante, & fuit resolutum in Rota, in vna Salmantina coadiutoriæ 25. Iunij 1593. coram doctissimo R. P. D. meo Pegna, vbi hoc fuit declaratum, dummodo proprietarius, & coadiutor cum futura successione habere non possint, plus, dictis tribus mēsi-
14 bus, absq; alterius residentia, † quia proprietarius non debet habere tres menses, & coadiutor alios tres diuersos.

Sicut etiam ægrotante, carcerato, vel ali-
15 quo alio legitimo impedimento, detento † ipso coadiutore, haberi debet pro præsente, & perinde est computādus in Ecclesia, & debet lucrari distributiones, & emolumenta, sicut computaretur, & lucraretur verus proprietarius, vt pariter fuit resolutum in eadem causa Salmantina coadiutorię, & docuit Nauarrus consil. 2. numero sexto, versic. *octauo quod ex his infertur*. de clerico ægrotante.

Item coadiutoria cū futura successione impedit, quòd regula 31. Cancellariæ, de impetrantibus beneficia per obitum famil. Car-
16 dinal. in qua disponitur, quòd impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, teneatur exprimere nomē, & titulum ipsius Cardinalis, & si ille in Curia fuerit eius ad id accedat consensus, aliàs desuper gratia sit nulla: impedit (inquam) dicta coadiutoria, quòd dicta regula locum non habeat; Nā si talis familiaris esset coadiutus, ac haberet coadiutorem cum futura successione,

sione, nec requiritur dicta expressio, nec consensus Cardinalis, vt firmat Gomezius super eadem regula q. 25. & Mandosius q. 30. ex n. 7. & sequentibus.

Simile est, quòd Sacra Tridentini Concilij Congregatio declarauit, dum dixit, super explicatione cap. 1. sess. 23. *An Cappellani coadiutores Rectorum Parrochialium instituti auctoritate Apostolica, teneantur ad personalem residentiam*, † *vt Rectores ipsi? Congregatio censuit teneri.* 17

Rursus sicut beneficium iurispatronatus conferri non potest sine consensu patroni, sic pariter non potest coadiutoria † dari sine dicto consensu, vt resoluit Lambertinus de iure patronatus. libro 2. p. 1. quæst. 6. principali, art. 2. numero primo, & per totum. Mandosius de signatura gratiæ, titulo coadiutoriæ. col. 2. vers. *coadiutor in beneficio iurispatronatus.* 18

Quãdo sit loc⁹ coadiutorie tẽpora li.

Sed his non obstantibus, proculdubio contrarium est tenendum.

Quia siue simus in coadiutoria, quæ datur simpliciter sine futura successione, propter fauorem, & vtilitatem † Ecclesię, ob ægritudinem, & infirmitatem animi, vel corporis, de qua loquitur totus titulus de clerico ęgrotante, vel debilitato in decretalibus, & in lib. 6. & quasi omnes ferè textus 7. q. 1. Mandos. in praxi signaturæ gratiæ, titulo coadiutoriæ, in principio. 19

Vbi propter infirmitatem incurabilem mandatur, Episcopum † de coadiutore prouideri. cap. 1. 7. quęst. 1. cap. 1. c. ex parte eodem titulo de clerico ægrotante, vt quia maiore parte temporis infirmetur, iuxta notata in cap. nisi cum pridem. §. alia vero causa, de renunciatione. Caputaquensis decis. 91. parte secunda. 20

Et propter senectutem. † c. vnico, de clerico ægrotan. lib. 6. vbi Geminian. num. 5. cap. nihil. §. ecce. 7. quæst. 1. Rebuff. in praxi tit. de reprobat. benef. viuen. impetratione. num. 50. Ioan. Firmian. in tracta. de Episcopo. lib. 1. q. 3. vbi etiam refert, Venetijs nouum Ducem fuisse creatum, existente adhuc Francisco Fuscaro Duce iam senio confecto, & inutili. Mandosius in regula 11. quæst. 5. numero 2. 21

Leproso † etiam datur coadiutor. cap. de rectoribus. cap. tua nobis, de clerico ægrotante. cap. qualiter, & cap. seq. cap. nihil, & cap. sequenti 7. q. 1. 22

Dementi quoque, vel furioso † datur coadiutor, vt in d. cap. vnico. §. si vero, & ibi communiter Doctores de clerico ægrotan. libro 6. Bertachin. in tractat. de Episcopo. 2. p. lib. 4. num. 24. Nauarrus cons. 3. n. 2. de clerico ægrotan. 23

Et cui linguæ officium † amiserit, vt in paralitico. cap. fin. eodem titulo de clerico ægrotante. cap. vnico. §. si vero, eodem titulo libro sexto. 24

Item propter negligentiam, & remissionem † illius, qui pręest, datur coadiutor in Regno. cap. 2. de supplend. negligen. Prælatorum. lib. 6. 25

Item propter Populi numerositatem † auctam, prouidendum est Rectori de coadiutore. Cæsar de Grassis decis. vnica de parrochijs. 26

Similiter, quando est suspectus de lapidatione † bonorum Ecclesię. Speculator in titulo de inquisitione. §. nunc videndum, num. 4. & 5. Abbas in cap. venerabili, not. 4. de officio delegati, & in cap. licet heli. num. 8. de simo. Mandos. in reg. 11. de reuocatione reserua. quæst. 5. num. 6. 27

Item Præsuli ab hostibus capto † coadiutor datur in spiritualibus, & temporalibus, cap. si Episcopus, de supplenda neglig. prælatorum, in 6. clem. 1. de foro competen. Rebuffus in tractatu de nominationibus. quæst. 8. num. 27. & in praxi, vbi supra, num. 60. 28

Item si sit inhabilis, vel illitteratus, † vt nõ possit muneri sibi iuncto incumbere. cap. quoniam, vers. *sed si propter*, vbi Hostien. nu. 1. Abbas num. 2. de officio ordin. Cardinalis Zabarella cons. 70. num. 1. & hodie expresse renouatur à Concil. Tridẽtino. cap. 6. sessione 21. Mandosius in praxi signaturæ gratiæ. tit. coadiutotię, vers. *coadiutorijs*. Tamen coadiutus, † tunc abesse non poterit, ne sit melioris conditionis stultus, quàm litteratus. cap. eum qui, de præbend. vt censuit Sacra Concilij Triden. Congregatio, dum dixit: *propter deputationem coadiutoris, Parrochus, cui datus est coadiutor, non poterit abesse à residentia.* 29

In his, & alijs similibus casibus datur coadiutor † contemplatione Ecclesiæ, & ipsius Prælati, & beneficiati, vt coadiutor exerceat officium illius, qui non potest: ne pro defectu Pastoris, gregem dominicum inuadat lupus rapax, aut in facultatibus suis, Ecclesia quasi viduata, graue patiatur detrimentum. cap. ne pro defectu de electione. 31

Et quia non esset iustum, vt Episcopus ex causis supra relatis priuaretur, prout priuari non potest, † quia afflictis, non est danda afflictio. cap. cum percussio 7. quæst. 1. cap. 1. cap. ex parte, de clerico ægrotan. cap. vnico eodem titulo. lib. 6. Nauarrus cons. 1. de clerico ęgrotante, Cardinalis Alexan. in c. pastoralis. num. 2. 7. quæst. 1. 32

Et tali coadiutori sunt ministrãdę † expensæ necessarię, pro eius sufficienti victu ex fructibus beneficij ipsius coadiuti. cap. de Rectoribus in fine. cap. tua nos, de clerico ægrotante. cap. vnico, ante finem, ibi, *de prouentibus* 33

bus Prælatorum, ad quorum assumentur auxilium, sumptus recipiant moderatos, eodem titulo in 6. l. 18. in fine tit. 16. Partita prima, Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 6. ibi, *partemque fructuum eisdem, pro sufficienti victu assignare, &c.* Gambarus de officio legati, li. 5. tit. de coadiutoribus. n. 11.

34 Præfatum coadiutorem solus Papa, † Episcopis, & alijs superioribus collocabit dumtaxat, vt in d. cap. vnico. §. si autem, de clerico ægrotante. lib. 6. Archidiaconus in cap. scripsit. numer. 1. & Alexan. ibi numero. 2. 7. q. 1. Abbas in cap. finali num. 5. Imola num. 11. Butrius num. 14. de clerico ægrotante, Cardinalis Iacob, de conc. libro quarto, art. 3. num. 16. Gambarus de officio, & potestate legati, dicto libro 5. tit. de coadiutoribus. num. 5.

Non tamen potest talis coadiutor Episco-
35 pi dismembrare † Ecclesiam vnitam, nec in ea erigere iuspatronatus, Acchilles decis. 1. per totam, de rebus Ecclesię non elienandis. Mandosius in regula 11. quæst. 5. numero 7. & 8.

Alijs autem inferioribus possunt coadiu-
36 tores † dari à Legatis, Nuntijs, & Episcopis, quia, qui potest instituere, & destituere, à fortiori poterit coadiutores dare. Ioan. Andreas in d. cap. fin. num. 7. per tex. ibi, & in cap. 3. de clerico ęgrotante, & Anton. de Butrio, ibidem, num. 10. Imola, numero 11. Abbas num. 5. Gambarus de officio legati, vbi supra num. 3.

Reliqua concernentia materiam huius
37 coadiutoriæ, † vide per Ioann. Andream in cap. fin. de clericis non residentibus, vbi facit vtile compendium diuisum in vndecim quæstiones, videlicet, Primo quid sit coadiutor. Secundo vnde dicatur. Tertio quis detur. Quarto, cui, & in quibus casibus. Quinto per quem. Sexto, quod sit eius officium. Septimo, quæ potestas. Octauo, an expiret illo mortuo, cui datus est. Nono, an detur inuito. Decimo, cuius expensis alatur. Vndecimo, an plures vni, vel vnus pluribus dari possint: & omnes istas quæstiones idem Ioann. Andreas, satis vtiliter soluit, & Antonius de Butrio, ac Imola ibidem easdem quæstiones per ordinem reassumunt, & concludunt.

In hac igitur coadiutoria, quæ datur ad tempus, & non cum futura successione clarum
38 est, non intrare regulam nostram, † cum talis coadiutoria non sit beneficium, nec illam obtinens dicitur beneficiatus, sed beneficiati coadiutor, & ideo dicitur coadiutor, à coadiuuando, sicut tutor à tuendo, & curator à curando. l. 1. ff. de tutelis. Ioannes Andreas in d. cap. fin. num. 4. Anton. de Butrio eodem nu. 4. Abbas sub nu. 1. post principium. Imola numero secundo.

Et ideo talis coadiutoria non vacat, nec
39 potest vacare † in aliquo ex mensibus nostræ regulæ, sed cessat, expirat, & extinguitur, cessante vita, vel impedimento coadiuti, c. grandi, in fine, de supplen. neglig. Prælat. sicut, & ius vsufructuarij expirat corpore perempto. l. 2. ff. de vsufructu. Ioan. Andr. in d. c. fin. n. 10. Imola num. 15. Abbas sub num. 4. Antonius de Butrio numero. 15. & cæteri scribentes. Cardinalis cons. 70. nu. 2. Bartol. in l. solet. num. 4. ff. de tutelis. Rebuff. in praxi tit. de reprobata beneficij vinentis impetratione, num. 60.

Istæ etenim coadiutoriæ sunt ferè Vicariæ
40 † temporales, & sicut nec illę sunt beneficia Ecclesiastica, vt dixi in §. 3. de Vicarijs, huius gl. 5. sic nec ista coadiutoria.

Siue autem simus, in coadiutoria perpetua cum futura successione, vt post cessum, vel decessum proprietarij, seu coadiuti conferatur beneficium Coadiutori, vt ipse succedat in illo.

De qua coadiutoria dicit Petrus Andreas Gambarus, vbi supra in titulo, de coadiutoribus, numero. 13. cum sequentibus, quòd tales coadiutores (proh pudor) non sunt coa-
41 diutores, † sed hæredes, plerumque pueri, qui nedum coadiutore, sed pedagogo egerent, & quòd sub isto colore subintrat fœda successio in Ecclesia Dei. Dicit etiam Mandos. in regula 32. quæst. 30. num. 1. in fine, quòd vt plurimum tales coadiutores nullum penitus ser-
42 uitium præstant, † sed principaliter intendunt, coadiutus, & coadiutor, quòd obitu coadiuti adueniente, coadiutor succedat.

coadiutoria cum futura successione, solet cõtinere inconuenientia

Et propterea postea per Concilium Tridentinum sess. 25. de reformatione. cap. 7. tales coadiutores cum futura successione dari
43 prohibentur, † verba etenim dicti Concilij sunt hæc. *In coadiutorijs quoque cum futura successione, idem posthac obseruetur, vt nemini in quibuscumque beneficijs Ecclesiasticis permittatur, quòd si quando Ecclesiæ cathedralis, vel monasterij vrgens necessitas, aut euidens vtilitas postulet, Prælato dari coadiutorem, is non alias cum futura successione detur. quam hæc causa prius diligenter à Sanctissimo Romano Pontifice sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ à iure, & decretis huius sanctæ synodi, in Episcopis, & Prælatis requiruntur, alias concessiones super his factæ subreptitiæ esse censeantur.*

Hispanica etiam lege 26. titulo 3. lib. 1. re-
44 copilationis cauetur, † quòd Episcopi, & Prælati nullatenus dent locum, quòd exequantur litterę coadiutoriæ, ad fauorem filij in beneficio Patris, sed supplicent de illis, &c.

Hodie tamen post Concilium Tridentinum. sess. 25. de reformatione. cap.

cap. 25. nunquam similes coadiutoriæ, in be-
45 neficijs, seu Ecclesiis, in quibus † Patres sunt beneficiati, ad filiorum fauorem concedūtur.

De istis coadiutorijs cum futura successione asserit Cassadorus decis. 2. num. 2. de restitutione spoliator. quòd talis modus coadiutorie cum futura successione non inueni-
46 tur de iure communi, † sed est adinuentus ex solo stylo, tradit etiam Mandosius in regula 11. quæst. 5. num. 4. & 5. vbi nititur allegare, ad probandum contrarium nonnullos tex. qui potius retorquentur, idem Mandosius in regula 32. de impetran. beneficia vacan. per obitum famil. Cardinal. quæst. 30. num. 3. vbi tales coadiutorias, prouisio-
47 nes paliatas † appellat, & in praxi signaturæ gratiæ titulo coadiutoriæ, vers. *altera.*

Vtcumque tamen sit, Papa id concedere potest, & nemo conqueri potest, vt dicit Mandosius, vbi supra de signatura gratię, versic. *si tamen Papa.* Et hodie etiam post Concilium Tridentinū passim conceduntur à Sede Apostolica tales coadiutorię perpetuæ cum futu-
48 ra successione, † dummodo ad id porrigantur
49 litteræ commendatitiæ † Episcoporum, etiā per modum Epistolæ missę, attestantes similem concessionem coadiutorię, Ecclesiæ vtilem fore: & si petatur coadiutoria ad aliquā prębendam in Ecclesia Cathedrali, vel collegiata, tunc quidem seruari videmus, quòd sufficient litterę missiuę, seu Epistola solius
50 Capituli, vel maioris † partis illius, quamuis Episcopus non scribat: & statim, si persona prętendens coadiutoriam est aliàs idonea ad tale beneficium, ad illius, & proprietarij instantiam conceduntur similes gratiæ. Quo
51 ad Rectorias † autem, seu beneficia curata rarò conceduntur, sed aliquando transeunt.

coadiutoria cū futura successione continet duplicem gratiā separatam, & vna deficiēte intrat altera, desup adducuntur pulchra similia, semper annotanda. Vsq. ad n. 63.

Hodie tamen, nunquam dantur, nisi de con
52 sensu coadiuti, † licet olim aliquando concederentur, vt asserit Mandosius de signatura gratię tit. coadiutorię, vers. *coadiutoriæ aliquæ.* & vide inferius. n. 93.

ET TALIS coadiutoria perpetua cū futura successione continet in se duplicē gratia,
53 æque principalem, distinctam, † & separatam. Altera gratia est coadiutorię, quę expirat per obitum coadiuti, ad eius fauorem data, Et altera gratia continet futuram successionem, cum primum vacet beneficium, per cessum, vel decessum coadiuti, Puteus decis. 98. *in vna Toletana.* libro 2. & decis. 226. sub num. 16. ad finem. lib. 3. Peregrinus decis. 281. incipit *in causa Hispalen.* lib. 2. in manuscriptis, & fuit resolutum in vna Bononien. officii portæ Palatij, de mense Martii 1595.

Et ista secunda gratia respicit dumtaxat
54 † fauorem coadiutoris, vt in d. decis. 98. Putei in fine lib. 2.

Vnde si coadiutus, seu proprietarius de-
55 cederet, † antequam gratia coadiutoriæ sortiretur effectum, vel ipse de dicta gratia notitiam haberet, quamuis ista gratia coadiutoriæ sit extincta per obitum illius; alteratamen gratia futuræ successionis, ad fauorem coadiutoris æque principaliter, & non dependens a prima, concessa, firma, & salua prorsus permanet, ac effectum habere debet. Puteus decisione 98 libro secundo per totam: quamuis Mandosius dubitauerit in tractatu de signatura gratię, titulo coadiutorię. colum. 4. vers. *coadiutoria habebat.* Et propterea hodie in litteris exprimitur, quòd sit locus futurę successioni, *etiam si beneficium actualiter vacet de tempore datæ*, nec
56 non † adijcitur clausula ista, *ex nunc, prout ex tunc, & è contra, & si ipse tempore vacationis huiusmodi, dictum coadiutoris officium exercere non inceperit, aut per illum steterit, quominus illud exercuerit. & præfatas litteras dicto N. coadiuto, aut venerabili fratri nostro Episcopo, & dilectis filijs Capitulo, ac illi, vel illis, ad quem, seu quos forsan pertinet, non intimauerit, auctoritate nostra conferas, & assignes, &c.* Et coadiutorię formulam ponit Mandosius in regula 11. quęst. 6. num. 3. sed modernæ coadiutorię cum futura successione abundant alijs vberrimis clausulis, quibus illius temporis coadiutorię carebant.

Simile est in dispensationis gratia, ad validandum matrimonium, nulliter inter coniunctos intra quartum consanguinitatis, vel affinitatis gradum contractum, & ad prolem
57 legitimandam † concessa. Quia ista gratia continet duo æque principaliter, mandatum videlicet de dispensando, vt illi, qui nulliter, & de facto contraxerunt, manerent in matrimonio contracto, & potestatem legitimādi prolem: vnde licet gratia, quoad matrimonium non possit habere effectum, propter superuenientem mortem alicuius ex parentibus, valebit tamen, & debet executioni mandari gratia, quoad legitimationem prolis, etiam in pręiudicium venientium ab intestato, vt per cōsilium Ancharani 409. *viso diligenter*, fuit resolutū in Rota, in vna Tarraconensi illegitimitatis 22. Octobris 1546. teste Puteo decis. 483. incipit *Matthæas Gabella.* & postea in vna Siracusana illegitimitatis. 19. Octobris 1579. coram S. D. N. Clemente VIII. tunc Hippolyto Aldobrandino Rotę Auditore, quę decisio est 207. *Domini tenuerunt dispensationem*, parte prima diuersorum per totam.

58 Pariter gratia subrogationis gratioseꝫ cōtinet duo diuersa, videlicet subrogationem, quoad litem, & subrogationem, quoad

posſ-

possessionem defuncti, quo fit, vt nulla existéte lite, licet cesset subrogatio, quoad litem ipsam, quia impossibile est aliquem subrogari ad id, quod non est: non impedit aliam partem gratię, videlicet subrogationem, quoad possessionem, Ægidius Bellamera decis. 115. *falsa expressio.* in principio, & fuit resolutum in vna Oueten. Canonicatus 22. Iulij. coram Io. Baptista Rubeo, & in alia Legionen. Prioratus 27. Iunij. 1584. coram S. D. N. Papa Clemente VIII. & tradit Lancellottus de attentatis 2. parte, cap. 4. in prefatione. num. 410. 411. & 412. in vltima inpressione.

59 Non enim est inconueniens, † quòd eadem gratia, pro vna parte sit valida, & pro altera inualida, & sic, licet cesset, quoad partem inualidam, sustineatur, quoad validam. cap. si eo tempore. 9. de rescript. lib. 6. Felinus in cap. sedes. n. 2. de rescriptis.

Sic etiam defectus intentionis in vna parte gratię, non vitiat gratiam in alia parte distincta, & separata, in qua cessat defectus intentionis. d. c. si eo tempore, de rescriptis. libro sexto. Abbas in d. cap. sedes, num. 4. & ibi Felin. d. num. 2. eodem titulo, & fuit decisum in vna Oscen. indulti. 10. Decembris 1599. coram R. P. D. meo Millino.

Quo fit, vt si vacante aliquo beneficio per obitum, Papa conferat illud Petro, cum reser
60 uatione pesionis annuę † centum ducatorum, ad fauorem Ioannis, si collatio facta Petro sit nulla, ex aliquo vitio obreptionis, seu incapacitatis illius, & propterea impetret Antonius dictū beneficium per obitum, vti vacans, vt prius; Quamuis in gratia suę impetrationis, non fuerit reseruata aliqua pensio, nihilominus tenebitur soluere dictam pensionem, prius ad fauorem dicti Ioannis reseruatam, quia prima concessio continebat duas gratias vnam collationis, aliam reseruationis pensionis, & quamuis altera gratia collationis deficiat, non tamen deficit gratia reseruationis pensionis, ex supradictis, præsertim cum quilibet diuersas litteras suę gratię distincte expediat, vt solitum est.

Et vnico instrumento possunt esse plures gratiæ diuersę, & separatæ. siue coniunctim,
61 siue ex interuallo concessæ. † Cassadorus decis. 4. num. 3. de reseruationibus, & decis. 3. num. 31. de præbendis. Puteus decis. 214. *in causa Romani.* num. 3. lib. 3. Sicut in eadem charta possunt esse plures stipulationes, &
62 contractus. † l. scire debemus 29. ff. de verbor. oblig. l. Patris, & filij. ff. de vulgari. l. cum cuidam. ff. de ædilitio edicto. Puteus decis. 214. num. 2. 4. & 5. lib. 3. Abbas in cap. quærelam. num. 7. de simonia. Tiraquellus de retract. lignag. §. 23. glossa. 1 num. 20. & ferè per totam. Ruin. cons. 65. nu. 1. lib. 4. vbi late.

Et si Notatius conficit instrumentum, ad fauorem sui, & alterius æque principaliter, licet non teneat, quoad se, valebit tamen,
63 quoad alium † extraneum. Bartol. in l. filius famil. §. sequens quæstio. num. 2. ff. ad leg. Cornel. de falsis; Vtile namque per inutile, non vitiatur in separabilibus, vt in regula iuris in 6. Plenissime Iaf. in l. 1. §. sed & si. ff. de verbor. oblig. a num. 7. vsque ad num. 21. Rota decis. 486. num. 16. & decis. 650. num. 5. parte prima diuersorum, adde etiam Flamin. Paris. de resignatione. lib. 9. quęst. 11. à num. 1.

His addi possunt alia plura, quæ in simili scripsi, in glossa 15. §. 2. sub quæst. 10. ex numero 47. & quæ plenissime tradit Tiraquellus de retract. conuention. §. 2. gl. 1. ex num. 21. & 61. & 68.

In hac igitur coadiutoria perpetua cū futura succesione, verificari nō
64 potest † regula nostra, vt eius dispositio locū habeat, cum coadiutoria ista de per se, non sit Ecclesiasticum beneficium, vt tradit Petrus Gregorius Tholosanus in nouis institutionibus rei beneficiarię. cap. 11. num. 2. & sic non potest inducere incompatibilitatem,
65 † vt audiui fuisse resolutum in Rota, & vide infra sub num. 122. ac tradit Gonzalus Mendez Lusitanus, libro 4. diuersor. iuris argum. cap. 1. num. 8. & per totum. Subdens rationem, quia talis coadiutor, non tenetur præsi se residere, nec ad hoc potest compelli, cum beneficium non habeat, sed solum tenetur ad causatiuam residentiam. Ideſt, si non resederit, quòd non lucrabitur fructus, ac illos, propter illius non residentiā amissos, coadiuto satisfacere teneatur. Sicut neque per obitū, vel cessionem coadiutoris vacat beneficiū.
66 † sed solummodo per cessum, vel decessum coadiuti. Puteus decis. 226. num. 3. lib. 3. vbi numero 11. & 12. dicitur, quòd in coadiutoria, dari non potest continuatio primæui iu-
67 ris, & tituli, nec fictio † non vacationis.

Propterea in litteris coadiutoriæ dicitur,
68 † quòd cum primum tale beneficium per cessum, vel decessum, seu quamuis aliam dimissionem, vel amissionem præfati coadiuti,
vel alio quouis modo vacare contingerit, & sic eodem coadiutoriæ officio cessante, confe ratur, & assignetur eidem N. & in corporalem possessionem illius, & annexorum iurium & pertinentiarum, auctoritate Apostolica inducatur, & defendatur. Et sic per obitum coadiutoris non vacat beneficium, sed cessat & finitur coadiutoria.

Vnde licet superius dixerimus, quòd ista coadiutoria haberet vim resignationis. Puteus decis. 108. num. 2. lib. 2. hoc tamen est
69 minus propriè, † videlicet, ad effectum, vt requiratur consensus coadiuti consentientis

coadiutoria cū futura succesione cum non sit beneficium nec inducit incompatibilitatē, nec alios similes effectº parit.

coadiu-

coadiutorię. Puteus d. num. 2. Non tamen potest propriè dici resignatio. Rota decis. 10. *eodem die.* num. 3. lib. 3. parte 3. diuersorum. Puteus decis. 108. num. 3. lib. 2. & decisione 226. numero nono libro tertio.

Neque obstat, quòd præstatio consensus
70 habet vim † renunciationis, iuxta glossam in cap. beneficium, verbo *assensu.* de regularibus. lib. 6. Quia procedit, quando consen-
71 sus est, quòd prouideatur † alteri de suo beneficio; statim, simpliciter, perfectè, & irreuocabiliter; hic autem, qui consentit futuræ successioni, consentit post mortem ipsius, non autem eo viuente, & sic talis consensus, non potest inducere resignationem. Mohed. decis. 10. ad medium vers. *neque obstat quòd per consensum possessoris.* de priuilegijs.

Ex quo infertur ad Constitutionem Gregorianam, mandantem publicari resignationes, & iurium cessiones; quòd in istis coadiu-
72 torijs cum futura successione, locum † habere non possit, cum non sint tales resignationes, nec iurium cessiones.

Neque ista coadiutoria trahit originem
73 de præterito, † sicut regressus. Puteus d. decis. 225. num. 10. 11. 12. & 16. lib. 3. & sic non dicitur propriè gratia præuentiua, cum habeat fomentum iuris, stante consensu coadiuti. Puteus decis. 478. *in vna Toletan.* num. 5. lib. 2. Flaminius Parisius de resignatione. lib. 6. quæst. 5. nu. 72. quamuis dicat Mandosius in regula 32. q. 30. num. 7. post medium, quòd æquiparentur regressus, & coadiutoria cum futura successione.

Et huiusmodi coadiutoriæ gratia, licet sit
74 † odiosa, & exorbitans, cum detur votum
75 † captandæ mortis. c. 1. de concessione præbendæ. cap. ne captandæ, cum alijs, eodem titulo, in 6. Mohedan. decis. 10. num. 1. de priuilegijs; Tamen hoc intelligitur respectu
76 tertij, † secus vero, quoad Papam concedentem, quamuis detur futurus successor in beneficio, quia ne talis coadiutor, qui soluit compositionem remaneat deceptus in sua successione, plena interpretatio, & non stri-
77 cta † fieri debet. Puteus in supradicta decis. 478. num. 6. lib. 2. Nam compositio, quæ soluitur Papæ, ratione dictę coadiutoriæ habet quodammodo vim quasi contractus. Cassadorus dedis. 1. nu. fin. vers. *ratione autem compositionis* de pactis, & de gratia mediãte cõpositione obtenta, nemo fraudari debet. Puteus decis. 322. *Clemens.* 7. num. 3. lib. 1. late per Antonium Gabrielem in lib. 3. titulo de non tollendo iure quæsito. concluf. 5. per totam, & concluf. 7. num. 2. & 11. & dicam in glossa 25. num. 36.

PROPTEREA in alijs quibuscũq. gratijs, postea concessis, semper censentur præserua ta huic coadiutori omnia iura, & præhemi-
78 nentiæ, † quæ habet, & habere poterit, quando succedat in beneficio, per obitum coadiuti, vt me obtinente fuit benè consideratum, & dictum in vna Vallisoletan. Decanatus 11. Decẽbris anni 1600. coram R. P. D. meo Mellino. vbi etiam fuit resolutum, quòd per gratiam coadiutorię cum futura successione ac-
79 quiritur ius, quoad successionem valde † considerabile, & proculdubio regula de non tol-
80 lendo iure quæsito, locum † habet in illo. Mãdosius super eadem regula. quæst. 2. per totã. Caputaquen. decis. 128. num. 4. lib. 1. & decis. 37. lib. 2. Franchus decis. 125. a num. 9. lib. 1. Cęsar de Grassis decis. 1. num. 9. 10. & 11. de verbor. significatione, & in terminis coadiutoriæ est decisio Caputaquensis. 31. parte 3.

Hinc similiter dicit Rota decis. 285. num. 2. & 3. lib. 2. parte tertia diuersorum, quòd licet gratia ista non habeat effectum, ante assecutam possessionem, tamẽ propter spem,
81 † sustineri, & obseruari debet, pro quo etiam facit, quod superius diximus, nu. 16. quòd talis coadiutoria excludat regulam de impetrantibus.

Et talis coadiutoria cum futura successione principaliter datur propter necessitatem
82 † Ecclesiæ. Puteus in ępedicta decis. 226. n. 13. lib. 30.

83 Nec non in gratiam, & fauorem † coadiuti Puteus decis 98. vers. *fuit tamen resolutum.* libro secundo, & fuit dictum in Salmantina coadiutorię 15. Iunij 2593. coram R. P. D. meo Pegna.

Et quando conceditur propter ingraue-
84 scentem † ętatem coadiuti, verificanda est, in ętate sexaginta annorũ, vt post Io. Andreã, Archidiaconum, Dominicum, & alios. cap. 1. de clerico ęgrotante, lib. 6. fuit resolutum in causa Tullen. Prioratus de Castinero 11. Ianuarij ann. 1552. coram Chisanen. teste Caputaquens. decisione 129. & decisione 311. parte prima. Mandosius de signatura gratię. titulo coadiutoria. columna 2. vers. *licet sufficiant.*

Si vero fuerit narrata ętas ingraueścens, cum alijs infirmitatibus coniuncta, tunc suf-
85 ficit verificari ętas † quinquaginta, & quinque annorum, nam infirmitates, labores, & alij excessus minuunt ętatem. Caputaquensis decis. 130. par. 1. & decis. 315. eadem p. 1. & decis. 91. par. 2. Tiraquel. in l. connubiali 15. nu. 6. 7. & 8.

Quando autem conceditur coadiutoria,
86 propter senectutem † narratam, tunc est probanda ętas 70. annorum. Ioannes Andreas in d. cap. vnico, verbo *senio*, sub num. 1. in fine. Archidiaconus, num. 6. & reliqui scribentes. Caputaquensis decis. 129. & 131. & decis. 312. par. prima. l. 3. ff. de iure immunitat.

Ius quęsitum vigore coadiutoriæ cũ futura successione sem per cẽsetur præsumatur.

nitat. §. item maior. Instit. de excusat. tutor.

Verum in his omnibus, multum valet Iu-
87 dicis † arbitrium, vt cognoscatur, quis vere dicatur senex ad hunc effectum, & ad alios, consideratis omnibus circunstantijs. Barbatia cons. 25. col. pen. volum. secundo. Felinus in cap. quoniam frequenter. numer. 6. vt lite non contestata. Geminianus, & Francus in cap. vnico. §. verum. numero 2. de Clerico ęgrotante, vbi loquuntur in terminis coadiutoriæ. Menochius de arbitrarijs centuria prima. casu 59. numero tertio. Mascardus de probationibus. conclus. 1301. *senectuti*. num. 8.

88 Et si propter corporis debilitatem † narratam, conceditur coadiutoria, debet talis debilitas verificari, quæ per se aggrauat corpus, sine spe futuræ prosperitatis. Felinus in cap. quoniam frequenter. numero 6. ad finem, vt lite non contestat. Caputaquen. decisione 240. numero primo, & per totam, parte prima. Sicut dicimus de infirmitate
89 † narrata, quę debet esse talis, quæ præstet impedimentum perpetuum, licet cum aliquo quietis interuallo. Imola post alios in cap. finali. numero nono. de Clerico ægrotan. Caputaquen. d. decisione 24. numero secundo, vbi etiam adducit exemplum, de quo in l. 1. §. sciendum. ff. de ædilitio edicto, vbi habetur, quòd leuis febricula, aut vetus quartana, vel modicum vulnusculum, non est in consideratione.

Sufficit autem, quòd coadiutor tempore gratiæ sit in ętate legitima, vt promoueri
90 valeat ad ordinem † requisitum pro tali beneficio, ad quod conceditur coadiutoria, quamuis tunc ordinatus non sit. Rota decisione 347. numero 3. parte tertia diuersorum, & argumento cap. licet Canon. & c. commissa, de electione, in 6. tradit Caputaq. decis. 127. n. 1. vbi nu. 2. dicit id procedere, quamuis statuto Ecclesiæ caueatur, quòd actu sit sacerdos tempore promotionis, propter clausulas, non obstantiarum. Rota decis. 1. per totam, de prębendis.

91 Solus etenim Papa, † & non alius, quamuis sit Legatus, seu Nuncius potest concedere hanc coadiutoriam cum futura successione. Gambarus in tractatu de legato. libro 5. tit. de coadiutoribus. numero 13. vbi allegat. cap. petisti, cum cap. sequenti 7. quæstione prima. Rodoan. in tractatu de simonia. 2. p. cap. 19. numero 5. Parisius de resignat. lib. 6. q. 5. n. 15. & lib. 7. q. 20. nu. 14. Lambertin. de Iurepatronat. lib. 2. p. 1. q. 6. art. 20. num. 3. & 4. & 5.

92 Et sententię prolatę † contra primum coadiutorem cum futura successione alicuius beneficiati, illo renunciante, vel defuncto, non nocent secundo coadiutori, non citato, saltim per proclama, & ideo de nouo debet audiri, vt tenuit Rota decis. 239. & 241. p. 3. libro 3. diuersorum.

Præfatis accedat in hac materia, quòd consuluit Nauarrus, cons. 1. de Clerico ægrotante, quòd quamuis impetrari non possit dignitas, & Canonicatus vnius, qui in amętiam incidit: Coadiutoria cum futura successione quãdo concedatur sine licentia coadiuti.
93 posset tamen impetrari † à Papa coadiutoria perpetua cum futura successione prædictæ dignitatis, & Canonicatus ab aliquo, de cuius persona verisimiliter credetur, quòd non captaret mortem illius: & tali casu credo, quòd Papa concederet præfatam coadiutoriam, prędecedente commendatione Episcopi, vel capituli, vt superius dixi, cum redundet in vtilitatem Ecclesiæ, quamuis coadiuti non accedat consensus, ex quo propter amentiam consentire non queat. Imò, & sine dicta licentia fuit nouissime post hęc scripta, concessa quædam coadiutoria cum futura successione propter amentiam vnius Canonici Conchen.

Addo etiam, quòd ad considerandam facultatem, & potestatem coadiutoris, an-
94 te omnia est inspiciendus tenor † litterarum coadiutoris, vt coadiutor illum sequatur, sicut venator sequitur leporem. Ioannes Andreas in cap. finali. numero octauo. Imola numero 12. & reliqui omnes de Clericis non residentibus. Bellecin. in tractatu de charitatiu. subsid. quęstione octaua. Pauin. de visitatione parte prima. quæstione secunda. num. 32.

Quo fit, vt sępe in litteris coadiutoriæ, quando coadiutor habet aliunde, vnde se valeat decenter sustentare, disponitur,
95 quòd nihil prorsus percipere † debeat de fructibus, nec distributionibus, prout fuit in casu, in quo Nauarrus consuluit cons. 2. numero tertio. de Clerico ægrotante, & sępe alias meo tempore vidi. Et interdum
96 mandatur dari centum ducatos, † & aliquando plus, vel minus, prout partes se conuenerunt, ante porrectam supplicationem, habita semper consideratione, ne coadiutor egeat, nam qui altari seruit, de altari viuere debet. Paulus ad Corin. capit. nono. cap. cum secundum de prębendis cum alijs.

SEMPER autem in modernis coadiutorijs dici solet, quòd coadiutor habere de-
97 beat omnes, & singulas prerogatiuas, † prębeminentias, & honores in choro, altari, & capitulo, ac processionibus, necnon in actis Capitularibus, tam intra, quam extra Ecclesiam, quas & quos prędictus N. ratione talis dignitatis, vel Canonicatus, & præbendæ habet, & si præsens esset haberet.

Quẽ locum, & prædétiam habere debeat coadiutor, cũ futura succeſſione.

Hinc fuit dubitatum in d. cauſa Salmantina coadiutoriæ; an coadiutor cum futura ſucceſſione, in abſentia coadiuti Canonici, ſedere, & incedere † debeat, in eodem loco antiquo, in quo ſedere poſſet, ac incedere, coadiutus, ſi præſens fuiſſet, præcedendo alios omnes Canonicos moderniores, an verò debeat illi aſſignari ſedes, & locus in vltimo gradu omnium Canonicorum.

Et videbatur, quòd ſedere deberet in eodem loco, & ſtallo antiquo, in quo ſedere poterat ſuus coadiutus, quem ipſe repręſentat.

Primo, quia ſubrogatus ſapit naturam, † illius, in cuius locum ſubrogatur, cum omnibus ſuis qualitatibus primordialibus, & accidentalibus. l. ſi eum. §. iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus. l. filiæ ſuæ. §. Titia. ff. de conditionib. & demonſtration. l. in duobus. §. primo. ff. de Iureiurando. §. fuerat. Inſtituta de actionibus. Socinus in regula 383. per totam. Gomezius in dicto §. fuerat. à numero vndecimo, cum multis ſequentibus. Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. gloſſa prima, à numero 10. vſque 28. latiſſime Anton. Gabriel tit. de regul. Iuris concluſ. ſecunda per totam. Molina de Hiſpanorum primogen. cap. quarto per totum: & ſic talis coadiutor debet ſubrogari, quoad præheminentiam dicti loci, & qualitatis.

Secundo, quia verba ſupradicta, litterarum coadiutoriæ, rem manifeſtam † faciunt, ex quo expreſſe dicitur: quòd coadiutor habere debeat omnes, & ſingulas prẽheminentias, & honores in choro, altari, & capitulo, ac proceſſionibus, & actis capitularibus, quos, & quas prædictus coadiutus, ſi præſens fuiſſet, habere deberet; & ſic ſtante lege expreſſa coadiutoriæ, nulla poteſt eſſe iuris dubitatio. l. ancillæ. C. de furtis. l. illam. C. de collationibus, nec à proprietate verborum eſt vllatenus recedendum. l. non aliter. cum ſimilibus, de legatis tertio.

Tertio, accedit Rota, iuncta additione Papazon. deciſ. 1. nu. 17. de renunciatione, in nouis, vbi habetur, quòd ſi quis reſignauit Canonicatum, reſeruato ſibi regreſſu, cum loco in choro, & capitulo, quòd mortuo reſignatario debet ſedere in priori, † & antiquiori loco.

Quarto, quia in terminis, ita conſuluit Venerabilis Nauarrus conſ. 7. ſub n. 5. ibi, *poteſt quidem coadiutor intereſſe in choro, & capitulo, & ſedere in locis Archidiacono deſignatis, eo abſente, &c.* de Clerico ęgrotante.

PRÆDICTIS tamen non obſtantibus, contrarium eſt tenendum, videlicet, quòd talis coadiutor ſedere debeat in vltimo loco poſt Canonicos, prout, & Rota in d. cauſa Salmantina reſoluit.

Ratio eſt, quia licet coadiutor repræſentet perſonam illius, cui datur coadiutor, & ſubrogatus ſapiat naturam ſubrogati, vt dictum eſt, id intelligitur reſpectu aliorum inferiorum, † quibus præferri quidem debet, non autem reſpectu aliorum Canonicorum parium ipſi coadiuto, quos præcedere non poteſt, cum illi propria dignitate, & prærogatiua fulgeant, coadiutor autem aliena; nec dubium eſt, eos, qui proprie auctoritatis lumine coruſcant prędferri † debere illis, qui aliena luce fulgent, aut vices aliorum gerunt. Purpurat. in l. prima. ff. de officio eius, cui eſt mandata iuriſdictio. num. 632. verſ. *& quoad cæteros*, Decius in cap. ſane. il 2. num. 2. verſ. *& habito reſpectu*, & verſ. *& reſoluendo omnia ſupradicta*. de officio delegati. Iacob. de Nigris in repetitione dictæ. l. primę. numero decimo. ff. de officio eius. Alciat. reſponſo 199. numero 336. Menochius conſil. 51. numero decimo quarto. libro primo.

Et potentius eſt Ius, quod quis habet iure proprio, † quam alieno. Iaſ. in l. more. numero quarto. ff. de iuriſdict. omn. Iudicum, vbi plura adducit. Rota deciſione 326. nu. 3. parte 2. diuerſ. vbi fuit propterea reſolutum, Archipresbyteros rurales forę præferendos Vicarijs Parrochialium, etiam ſi ipſi Vicarij in aliquibus habeant ſtallum in choro cathedralis.

Et ſic Nauarrus conſ. 8. de maioritate, & obedien. conſuluit, quòd in ſinodo, non debet habere procurator † Abbatis eumdem locum inter alios Abbates, quem habere deberet Abbas, ſi præſens fuiſſet, quia alterius Viceſgerens, non debet tantum honorari, quantum ille, vbi allegat illud, quod adducit Dec. vbi ſup. de Rege Francię, qui prępoſuit Ducem Sabaudię, legato Venetiarum.

Vnde cum coadiutor fulgeat radijs † alterius, non proprijs, vltimo loco poſt omnes ſedere debet.

Item quia coadiutor, viuente coadiuto, fuit datus in gratiam ipſius coadiuti, vt ſuperius dixi, & ideo coadiutor vocatur Canonicus fictus: † & conſequenter veris Canonicis præferri non debet, cum ſemper verum, fictum præferre debeat. † cap. fraternitatis. de frigid. & maleficiat. cap. cum venerabilis, de religioſ. domib. & ſic Geminian. conſ. 138. n. 1. in fine, & n. 2. & ſeq. prudenter conſuluit, veros Canonicos anteponendos † eſſe, fictis Canonicis. Rebuff. in praxi beneficiali. tit. de reſcriptis, etiam perinde valere. num. 3.

Rurſus addo, quia quando futuræ ſucceſſioni locus ſit, & ceſſante coadiutoria, ipſe proui-

prouideatur in verum Canonicum, vt in litteris continetur, clarum est, quòd vti modernior Canonicus sedere debet in vltimo
110 Canonicorum loco, † cum omnes antiquiores Canonici illum præcedere debeant, ex regula qui prior, de reg. iuris, in 6. cap. eum cui, de præbendis, in 6. cap. statuimus de maioritat. & obedien. glossa, verbo, *antiquiores*. de consuetudine, libro sexto. Felinus in rubrica de maioritate, & obedien. numero secundo. Caputaquen. decis. 357. p. 2. Nauarrus cons. 10. num. 1. & 8. de maiorit. & obedien. Franchis decis. 138. n. 2. & decis. 144. p. 1. & dixi in §. 3. proœmiali ex numero 125. cum sequentibus.

Sed si tempore coadiutoriæ sederet in altiori, & præheminentiori loco, duplex absurdum sequeretur; primum, quòd quando est Canonicus fictus honoretur amplius, quã quando sit Canonicus verus, ex supradictis, & alterum, quòd postquam sedit, & incessit, in altiori loco, non sine maxima verecundia
111 compellatur descendere † ad inferiorem, & vltimum locum, nam maioribus honoribus
112 functos, ad minores † deuocari non oportere rationis est. l. maioribus honoribus. C. quemadmodum ciuilia munera indicantur. libro decimo. ita vt secundum aliquorum sententiam, non valeat consuetudo contra-
113 ria: nam ascendere, † non descendere licitum est, maxime in beneficialibus, vt expresse tenet Rota decisione tertia de consuetudine, in nouis. Franciscus Marchis quæst. 1266. per totam, p. prima, de quo quomodo intelligatur, Deo dante, dicemus in glossa 34. de optionibus, & conferunt, quę scripsi in glossa quinta. §. septimo. ex numero 130.

Accedit etiam obseruantia vniuersalis,
114 † in omnibus Ecclesijs, vbi admittuntur similes coadiutores, maximè in Hispania, nam semper ponuntur in inferiori loco post omnes Canonicos, & ante portionarios, quæ obseruantia est optima indultorum Apostolicorum interpres. l. si de interpretatione 37. in fine. ff. de legibus. l. item si alias. l. sed Iulianus. 7. §. perinde. ff. ad Macedonianum. Put. decis. 15. n. 3. p. 3. Gutierrez cons. 2. numero 10. Rota decisione 571. nu. 3. & decisione 503. nu. 2. p. 1. diuers. & faciunt tradita in glo. 9. §. 1. ex num. 39. cum sequen. & §. 2. à num. 64.

115 Non obstant verba † supradicta, in litteris coadiutorię contenta, quia restringuntur à verbis sequentibus, scilicet, *ratione Canonicatus*, ex quibus apparebat in gratia fieri distinctionem, inter illas præheminentias, quæ competunt ratione Canonicatus. & illas, quę acquiruntur ratione antiquitatis. Vnde cum sedes in altiori loco non
122 competat, ratione Canonicatus, sed ratione antiquitatis † à tempore receptionis, vt alias dixi in §. 3. proœmiali huius regulæ ex num. 25. & ratione antiquitatis competere non possit coadiutori sedes illa altior, merito ei erat deneganda, præsertim, cum tales coadiutoriæ sint odiosę, & exorbitantes. Mohedan. d. decis. 10. num. 1. de priuileg. cum supra relatis.

Ex quibus resultat prædictum consil. Nauarri 2. sub num. 5. de Clerico ægrotante tu-
117 tum † non esse.

Et quatenus in ipsis litteris coadiutoriæ dici solet, quòd talis coadiutor iuuari possit beneficio regu-
118 larum de annali, & † triennali, est intelligendum, postquam lapsum fuerit tempus vnius anni, iuxta regulam de annali, & vnius triennij, iuxta regulam de triennali, post admissionem ad coadiutoriam, & eiusdem coadiutorię possessionem, perinde, ac si coadiutor esset titularis: nam tunc suffragabitur. d. indultum, quòd non est modici momenti ad plures effectus, qui occurrere possunt, non autem suffragari potest, ante possessionem prędicti temporis, vt fuit resolutum in vna causa Placentina Decanatus 21. Ianuarij 1597. coram R. P. D. meo Pegna.

Vlterius dicendum est, quòd eodem modo, sicut coadiutus, si coadiutorem non haberet, posset sibi quærere omnia emolumenta sui beneficij, ratione suę infirmitatis, & aliorum legitimorum impedimentorum, quamuis non interfit diui-
119 nis, † iuxta notata in c. vnico de Clericis non residentibus lib. 6. & ea, quæ tradunt Couar. lib. 3. variar. cap. 13. per totum, Nauar. cons. 11. de Clericis non residentibus. Gutierrez q. Canonica 1. ex nu. 137. cum sequentibus. Petrus Dueñas reg. 206. per totam.

An infirmitatis, vel absentia, aut excommunicatio coadiutoris noceat coadiuto, vel è conuerso.

Ita eodem modo lucrabitur illa, stantibus supradictis legitimis causis, & impedi-
121 mentis, quamuis coadiutor non resideat, nec interfit, † quia non debet esse deterioris conditionis, ex eo, quòd coadiutorem
120 habeat: neque priuilegium suum debet illi esse nociuum, † & retorqueri in eius damnum, quod ad eius fauorẽ est illi concessum. cap. ad apostolicam de regularibus. l. non eo minus. C. de procuratoribus. cap. quod ob gratiam 61. de reg. Iur. in 6. Albertus Brunus in tractatu de augmento, & diminutione, concluſ. 6. per totam. Puteus decisione 44. libro primo.

Et in nostris terminis tenet Nauarrus consil. 2. numero secundo, de Clerico ægrotante, qui, dum in eodem consil. secundo, numer. 4. dicit, quòd coadiutor potest, si velit,
122 inseruire beneficio, sed non tenetur, † si

nolit, quasi sit in eius mera facultate inseruire, vel non inseruire. l. non quidquid 40. ff. de Iudiciis. l. prima. C. quomo. & quan. Iudex: Aduertendum est, quòd in modernis gratiis coadiutoriæ, non solum apponitur verbum, *possit*; sed etiam additur verbum, *teneatur*, & sic inseruire, & interesse tenetur. Ratio est, quia si non ipse inseruiret, coadiutus principalis suus, fructus, nec distributiones non perciperet, & ideo cum hoc procederet ex culpa coadiutoris, teneretur ad resarciendum omne damnum, & interesse, vt expresse in ipsius coadiutoriæ literis continetur: & vt cesset, tam detrimentum coadiuti, quam coadiutoris, solet apponi, quòd coadiutor inseruire, & interesse teneatur, prout partes à principio se conuenerunt, & in porrecta supplicatione expresserunt. Ista tamen residentia, non erit precisa, sed causatiua, quoad obligationem soluendi fructus proprietario, ob non residentiam perditos, iuxta ea, quæ dicemus in gl. 15. in princ. in 3. modo vacationis per assequutionem a. n. 20. & vide supra num. 65.

Neque obstat, quod superius dixi in num. 17. quia in illo casu erant coadiutores rectorum cappellani titulares, ac vere beneficiati, vt colligitur ex tenore declarationis ibidem adductæ.

IN CASV autem, in quo coadiutus, si resideret nihil perciperet, vtpote, quia esset
123 excommunicatus, † qui non lucratur fructus, nec distributiones sui beneficii, durante excommunicatione, vt probat textus in cap. pastoralis 53. §. verum de senten. excommunicationis, & ibi notant Abbas, & communiter Doctores. l. 31. titulo 9. Partita prima. Rota decisione 8. de senten. excommunic. Puteus decisione 280. libro primo. Quia, vt inquit Bald. in cap. primo in 2. lectura. numero 12. in fine de Iudiciis. Inimi-
124 cus Dei, † non debet viuere de patrimonio Iesu Christi.

Dicendum erit, quòd neque eius coadiutor inseruiendo, & residendo lucrari posset, quia sicut per se ipsum, ipsemet proprietario lucrari non valet, † ita neque per suum
125 coadiutorem, & accessorem, illius personam representantem. glossa verbo, *ipsius*, ad finem. in cap. primo de officio Vicarii lib. 6. & ibi Io. Monach. num. 6. & Philippus Probus. numero 3. & 4. & communiter omnes, vbi habetur, quòd sicut Episcopus excommunicatus procedere non potest, ita
126 neque eius Vicarius, † quia fons, † plus-
127 quam riuulus attendi debet, & mortificata radice, non potest ramus fructiferus produci, & sic per excommunicationem Episcopi, erit Vicarius suspensus, & tradit Maranta in praxi Iudiciali. 4. p. principali, distinct. 5. num. 70. Ioan. Gutierrez in q. Canonica. 1. num. 83. & 84. lib. 1. Rebuf. in concordat. tit. de excommunic. non vitandis. glossa 1. vers. *collatio etiam facta*. & in princ. huius gl. n. 113.

Et in quibuscumq; casibus, excommunicatus per se non admittitur, ita nec per
128 suum procuratorem, † actorem, seu coadiutorem admitti debet. cap. intelleximus, & Abbas ibi num. 9. & 10. de Iudiciis, & Decius numero 12. ac cæteri scribentes. c. quod alicui suo non licet. 67. c. qui facit per alium. 72. de regulis Iuris in 6. Rebuf. in loco proximè allegato, vbi cumulat 62. pœnas contra excommunicatum inflictas.

Quod etiam ex tenore coadiutoriæ comprobatur, dum dicit, quòd possit coadiutor interesse, ac inseruire, & lucrari perinde, ac posset ipsemet proprietarius, si præsens fuisset: sed proprietarius excommunicatus, quamuis præsens esset, lucrari non posset, vt dictum est, ergo neque coadiutor, qui non laborat pro se, sed pro ipso coadiuto.

Addas, quòd confessio coadiutoris, † non
129 præiudicat coadiuto, nec è contra, vt fuit resolutum in Rota, in vn vna Hispalen. portionis, de annò 1551. coram Antonio Augustino, teste Acchille de Grassis. decisione 162. alias 3. sub titulo de confessis. Mandosius in praxi signaturæ gratiæ, titulo coadiutoriæ, ad finem, vers. *confessionem coadiutoris*.

Et an Canonicus obtinens coadiutoremcum futura successione, possit † optare maio-
130 rem præbendam, vide in glossa 34. quæstione 18. ex num. 94.

Nec prætereundus est ille casus, quòd
131 coadiutor potest cedere † coadiutoriæ de consensu superioris, etiam inuito coadiuto, Butrius in cap. fin. numero 15. Imola eodem num. 15. Anania. nu. 13. de Clerico ægrotante, & tradit Gonzalus Mendez Lusitanus libro 4. diuersorum. iuris argumen. cap. primo. nu. 9. Nec obstat dicere, quòd coadiutor sit datus in fauorem coadiuti, vt supra num. 53. Quia id venit in consequentiam, & ideo non attenditur. l. 1. ff. de aucto. tutor. cum aliis allegatis in glossa. 45. §. 1. num. 35.

Summaria §. 10. Glossæ 5.

1 *Feudum Ecclesiasticum, an cadat sub reseruatione regulæ nostræ, & num. 5.*
2 *Feudum Ecclesiasticum dicitur beneficium.*
3 *Feudum Ecclesiasticum, quid sit.*
4 *Feudum Ecclesiasticum, non quadrat verbis regulæ nostræ, nec habet aliquid spiritualitatis, & num. 6. & 8.*
7 *Reseruatio non intrat in rebus prophanis, de stylo Romanæ Curiæ.*
9 *Titulus de feudis in decretalibus, ponitur inter titulos de Contractibus.*
10 *Patrimonium Clerici non includitur, sub regula nostra.*
11 *Patrimonium Clerici dicitur titulus, & aliquo modo beneficium. & num. 12.*
13 *Patrimonium Clerici alienari non potest.*
14 *Patrimonium Clerici, an gaudeat priuilegijs bonorum Ecclesiæ.*
15 *Patrimonij mentio fieri debet, in gratia in forma pauperum.*
16 *Patrimonium, non dicitur beneficium Ecclesiasticum, nec cadit sub reseruatione. & nu. 18.*
17 *Patrimonij non potest permutari pro beneficio.*
19 *Patrimonium Clerici, quando cadit sub reseruatione.*
20 *Patrimonij Clerici de materia, plura remissiuè, & num. 21.*
22 *Concil. Trid. cap. 2. sess. 21. dum renouat pœnas contra ordinatos, sine patrimonio, de quibus pœnis loquitur, & num. 23. ac num. 24 dicitur, quòd loquitur tantum de pœnis c. cum secundum.*
25 *Cap. neminem. & c. sanctorum, 70. distinctione, sunt derogata, per c. cũ secundum de præbend.*
26 *Patrimonio cum ficto ordinatus, an sit suspensus de Iure communi, & Concilio Tridentino, & num. 27. & 28. & 31.*
29 *Patrimonium nullum habere, vel fictum habere paria sunt.*
30 *Suspensionis pœna, non contrahitur, nisi in casibus à Iure expressis.*
32 *Fraudem faciens, extraordinarie puniri debet.*
33 *Interpretatio benigna est in pœnalibus faciẽda.*
34 *Constitutio 29. Sixti V. imponit pœnam suspensionis contra ordinatos, sine, vel cum ficto patrimonio, & irregularitatis, si ministrauerint.*
35 *Resignatio beneficij, etiam ex causa permutationis, non facta mentione, quòd fuerit ad illius titulum ordinatus, est ipso iure nulla, & resignanti competit actio spolij. & n. 36. etiam si in examine fuerit reprobatus, nec obstabit illi Constitutio de non publicandis. & num. 37.*

§. 10. glo. 5. in quo agitur de feudis Ecclesiasticis, & de patrimonijs.

CVM regula nostra reseruet beneficia Ecclesiastica, opportunum erit inspicere, an comprehendat feudum † Ecclesiasticum? 1

Et dicendum videtur, 2 quòd sic, quia feudum dicitur † beneficium. c. 1. §. beneficium, in quibus causis feudum amittatur. l. 1. tit. 26. Partita 4. & ibi. Gregorius Lopez in gl. 1. Petrus de Ancharano in reg. 1. n. 2. de regulis Iur. lib. 6. Iaſ. in repetitione legis reconiuncti. num. 227. ff. de legatis 3. vbi etiam probat, quòd feudum est mera gratia.

3 Ecclesiasticum autem feudum, est, † quod ab Ecclesia, vel Clerico datur, vel suscipitur. tex. in cap. vnico de Clerico, qui inuestituram accepit, in vsibus feudorum. §. fin. de Capitul. Conradi. c. 1. qui feudum dare possunt. Iaſ. in præludio vndecimo feudorum. Rebuf. in declaratione feudorum, vers. *Ecclesiasticum*. num. 1.

Cum igitur, iam constet, quòd feudum sit beneficium, & sic Ecclesiasticum: feudum est quoq; beneficium Ecclesiasticum: ac cũ regula nostra reseruet beneficia Ecclesiastica, cõsequẽter capit feudũ Ecclesiasticum.

Hinc est, quòd in materia fauorabili, feu- 4 dum, appellatione beneficii † continetur, & in generali facultate dispensandi, ad beneficia curata, & non curata, feudum includitur, vt plenissimè tradit Decius cons. 76. *licet in casu proposito*. nu. 1. vers. *sed tamen prædictis non obstantibus*, & per totam.

Sed reseruatio nostræ regulæ est fauorabilis; vt plenè diximus in §. 6. procemiali, ergo.

Breuiter, supradictis non obstantibus, con- 5 trarium † est concludendum, ex eo, quia licet in materia proportionabili, secundum materiam subiectam, defendi posset appellatione beneficij, feudum Ecclesiasticum comprehendi: vbi vero verba, vel subiecta materia repugnant, contrarium est dicendum, vt post Prępositum, quem allegat, docet Gomezius in regula de triennali. q. 4. numero 2. sed clarum est, quòd verba

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

istius regulæ, quæ de collatione, institutione, & præsentatione, & de prouisione pauperibus Clericis facienda loquuntur, non adaptantur ad inuestituram feudi, quæ per istos modos non confertur.

Sicut etiam feudum, non habet aliquid
6 spiritualitatis † annexum, quod in beneficijs pro forma substantiali requiritur, vt dixi in principio huius glossæ, & tradit in specie, loquens de feudo, Petrus de Ancharano, vbi supra, igitur.

Vnde de stylo Romanæ Curiæ, res pro-
7 phanæ, non † reseruantur, vt dixit Paulus Castrensis cons. 46. incipit, *viso, & examinato puncto*. col. secunda. numero tertio. versic. *restat*, libro secundo. Aeneas de Falconibus in tractatu de reseruationibus. quæstione 1. principali. sub num. 2.

Vbi idem Æneas de Falconibus, in vers. *quia etiam feudum*, dicit, quòd propterea feudum non solet reseruari.

Dicit etiam Gomezius in dicta regula de triennali. quæstione 4. sub numero 2. versic. *præsertim, quia casus hic excepti in regula, videlicet de reseruatione*, quod nullatenus
8 reseruatio feudo conuenit, † & solo beneficio Ecclesiastico adaptatur, vbi concludit, quòd regula de triennali, in feudo Ecclesiastico locum non habeat.

9 Sic videmus, quòd titulus de feudis † in decretalibus, ponitur inter titulos de contractibus, tamquam remotus à re spirituali, & beneficiali, Et in clem. 1. §. à feudis de pœnis, ponuntur feuda, tamquam diuersissima ab Ecclesiasticis beneficijs.

Patrimonij de materia plura adducuntur vsq; ad finem.

Idem quoque, quod de feudis dicimus, similiter locum habet in patrimo
10 nio † Clerici. Quod licet dicatur titulus
11 † ordinandi, & ordinati. cap. si Episcopus. 4. cap. tuis quæstionibus 23. de præbendis, Et ordinati ad titulum patrimonij sint vere Clerici, & clericali priuilegio fruantur. gl. verbo, *subsidium*, in dicto cap. Episcopus. Flaminius Parisius de resignatione. lib. 2. q. 6. num. 20. & 21. Et aliquo modo patrimo-
12 nium dicatur beneficium † Ecclesiasticum. Gomezius in regula de infirmis resignantibus. quæstione 23. in fine. Acebedus in l. 10. num. 30. tit. 6. lib. 5. recopilationis, & magis expresse Mandosius in regula 19. de infirmis. quæstione 15. numero 7. post alios, quos
13 allegat. Et nullo modo alienari possit, † vt cauetur in Concili Tridentino, sessione 21. cap. 2. ad finem. Nauarrus cons. 14. nu. 2. de temporibus ordinationum. Rodoanus de rebus Ecclesiæ non alienandis. quæstione 51. cap. 13. reprobata glossa in dicto c. tuis quæstionibus, verbo, *sustentari*. Ioan. Gutierrez quæstione Canonica 65. lib. 2. à num. 10. vbi latè. & infra nu. 35.

Et quamuis secundum multorum opinionem bona talis patrimonij gaudeant priuile
14 gijs, bonis Ecclesiarum † concessis, vt per Decium, post Baldum in cap. Episcopus de præbend. numer. 10. & 12. & alios relatos à Couar. lib. 1. varia. c. 4. n. 4. & Ferdinan. Vazquez. de succes. creatione. §. 32. n. 33. quãuis ipsi contrariũ teneant prout verius est. Et de
15 tali patrimonio debeat fieri mentio † in literis in forma pauperum impetratis. Rebuf. in praxi. tit. differentię inter rescripta iustitiæ, & gratiæ. num. 31.

Tamen clarum est proculdubio, quòd reseruatio nostræ regulę, nullam partem habeat cum tali patrimonio Clerici, cum ne-
16 que sit beneficium Ecclesiasticum, † neque habeat aliqua requisita ex assignatis in principio huius glossæ, nec potest patrimonium
17 permutari † pro beneficio. Andreas Gambarus in cap. 1. de rerum permutatione lib. 6. num. 96. Petrus de Vbaldis in tractatu de rerum permutatione. num. 29. Nec materia sit proportionabilis, sed remota prorsus, & extranea à beneficijs Ecclesiasticis, de quibus agitur. Et propterea, quòd sub generali reseruatione, huiusmodi patrimonia nõ comprehendantur, † affirmant Gaspar de Peru-
18 sio in tracta. de reseruationibus. cap. 2. incipienti: *Quæ autem beneficia reseruantur*, sub numero nono. vers. *patrimonium loco beneficij*. Æneas de Falconibus in eodem tractatu de reseruationibus quęstione 3. principali. numero 10. Vbi declarat, quòd si concederetur patrimonium Clerico, vt eo defuncto remaneret, tamquam prębenda Ecclesię, aliud
19 esset, quia tunc esset beneficium † Ecclesiasticum, & caderet sub reseruatione: & secundum hoc puto intelligendum Mandosium post Ioan. Andream in reg. 19. de infirmis resignan. num. 7. dum dicunt, quòd patrimonium sit beneficium, vt paulo inferius sub numero 15. & 17. ita declarat idem Mandosius.

20 De cuius patrimonij materia, † vide c. Episcopus. cap. cum secundum. cap. tuis
21 quęstionibus de præbendis, † Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 20. & constitutionem Pij Quinti 74. secundum ordinem Bullarii. Bernard. Diaz de Lugo, in praxi criminali. cap. 18. per totum, in nouis, & ibi additio Ignatii Lopez de Salcedo, Maiolum de irregularitate lib. 4. cap. 15. Nauarrum in manuali. cap. 27. à numero 158. & cons. 13. & 14. & 15. & 16. & 42. & 47. de temporibus ordinationum, cum aliis pluribus consiliis eiusdem tituli. Spinum de testamen. glossa principali 18. à numero septimo. Emanuelem Rodriguez in sua summa, secunda parte. cap. 15. per totum. Flamin. Parisium de resignatione beneficiorum. libro secundo.

quæst.

q. 1æst. 6, per totam, & quæ dixi in gl. 4. num. 36. & in gloss. 5. §. 9. nu. 8.

Vnum autem sub silentio omittere non libuit, nempè, quòd quatenus Concil. Triden.
22 d. cap. 2. sess. 21. innouat † pœnas contra ordinantes se, sine legitimo patrimonio, & si Nauarr. in cons. 14. num. 4. de temporibus ordinationum dixerit, quòd non solum innouatur pœna. cap. cum secundum apostolum, de præbendis, dicentis, quòd Episcopus teneatur tali ordinato, sine titulo, subuenire, & vitę necessaria prouidere; sed etiam pœna cap. neminem, & cap. sanctorum dist. 70. scilicet, vt sic ordinatus, sine patrimonio sit
23 † suspensus. Sacra tamen Congregatio Con-
24 cilij Tridentini, aliter censuit, † videlicet, quòd per d. cap. 2. dumtaxat fuerit renouata pœna d. c. cum secundum, non autem pœnę c. neminem, & c. sanctorum, 70. distinct. prout sequitur.

Concilium renouat tantum pœnas cap. cum secundum, extra, de præbendis, in hoc capite. Item dixit,

Ordinatus contra formam huius decreti, sine beneficio, aut patrimonio, non est per hoc suspensus, nec aliquam pœnam incurrit, sed cogendus est ordinarius ei prouidere, iuxta c. cum secundum, extra, de præbendis, & hic solus Canon, non alij a Concilio renouatus est.

Quo fit, vt post dictas declarationes dici non possit, ex iure communi, vel ex Concilio Tridentino, sic ordinatum, esse suspensum, & ministrando irregularem: præsertim cum dicti canones *neminem*, & *Sanctorum*, ante
25 Concil. Trident. fuissent abrogati † in hac parte, per d. cap. secundum, vers. *licet.* per quem tex. pœna ipsorum canonum est redacta, ad terminos dumtaxat illius.

An autem hoc procedat, quando quis ordinatur cum ficto patrimonio, decipiendo Episcopum. Nauarr. in d. cons. 14. dicit, quòd
26 talis sit hodie suspẽsus, † ne ex suo dolo commodum reportet, & ne sua culpa remaneat, sine pœna. Et quia Episcopus, qui non fuit in culpa puniri non debet, item quia per tex. in cap. per tuas il 3. de simonia, imponitur pœna suspensionis ordinato, cum ficto patrimonio, Episcopo ignorante, & cum Nauarro transire videtur Flaminius Parisius, etiam post dictas declarationes, libro secundo, q. 6. num. 18.

Ego vero stantibus predictis declaratio-
27 nibus, de hoc valde † dubito, & contrariũ verius esse puto, tum quia tex. in d. cap. per tuas il 3. de simonia, non potest applicari casui nostro, cum solum loquatur de assequente beneficium Ecclesiasticum per simoniam, seu confidentiam de dimittendo, quo casu ratione simonię imponitur dicta pœna suspensionis. Nos autem versamur, in patrimonio, & bo-
28 nis prophanis, † in quibus, non cadit simonia, vt diximus in gl. 5. in princ.

Tum quia dicti Canones, *neminem*, & *sanctorum*, non loquuntur de ordinato, cum ficto patrimonio, sed indefinitè de ordinato, sine titulo, & quatenus comprehenderent ordinatum cum ficto patrimonio, essent per d. cap. cum secundum, antiquati, & correcti.

Tum quia dictę declarationes, generaliter, & indefinitè cantant (prout etiam Cõcilium, vt statim dicam) quòd ordinatus, sine titulo, non sit per hoc suspensus, & sic habent locum in ordinato, cum ficto, & simulato patrimonio, quia non habere patrimonium, vel fi-
29 ctum, falsum, & simulatum habere † paria sunt. l. 2. §. 1. ff. quemadm. testa. aperian. Alexan. cons. 104. num. 3. lib. 1. Rolan. cons. 63. num. 28. lib. 1. Tiraquell. de retract. lignag. gl. 20. num. 11.

Tum quia pœna suspensionis, non incurri-
30 tur, nisi in casibus à iure † expressis. c. is qui de sent. excom. in 6. gl. penult. in fine, in c. fin. de iure patron. Menoch. de arbitrarijs. lib. 2. casu 275. per totum.

Tum denique, quia Concilium Tridentinum in d. cap. 2. expresse loquitur, de ordina-
31 tis, cum patrimonis fictis, † vt in illis verbis, *qui varijs artibus, & fallacijs confingunt se beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere.*

Neq; obstat, quòd taliter ordinatus, nõ debet remanere sine pœna, & ex suo dolo cõmodũ reportare, nec Episcopus sine vlla penitus culpa grauari: quia ratione fraudis, & doli,
32 posset extraordinarie † puniri, cũ à iure certa pœna sancita non sit, l. 1. vers. *quibus nulla.* ff. de effractoribus, cum similibus. Ac posset Episcopus forsan illi necessaria denegare, nec ad pœnam d. cap. cum secundum, teneretur, cum ipse in culpa non fuerit, sed deceptus ab ordinato. Decius in. c. Episcopus. n. 13. in fine, de prębend.

At vero non sequitur, quòd propterea sic ordinatus, cum ficto patrimonio, ipso iure
33 suspensus remaneat, & in pœnis benignius † est interpretandum. l. in pœnis. l. interpretatione. ff. de pœnis.

Cæterum hodie per constitutionem Sixti V. 29. contra male promotos, ordinati sine
34 patrimonio sunt suspensi, † & si ministraue-rint erunt irregulares, vt dixi in gl. 15. huius reg. in modo vacationis 47 n. 127.

Rursus memor esto, quòd si quis resignauit, etiam ex causa permutationis, beneficiũ, ad cuius titulum fuit ordinatus, non facta mentione d. qualitatis, videlicet, quòd fuerit ad illius titulum ordinatus, talis resigna-
35 tio, & permutatio est ipso † iure nulla, obstante decreto Concil. Trident. sess. 21. cap. 2. cuius dispositio non potest per equipollens

adim-

adimpleri, vt fuit declaratum per Sacram Congregationem, & resolutum in vna Aretina Plebis, 4. Decembris anni 1600. coram R.P.D. meo Mellino, & in Mutinen. Canonicatus. 19. Nouembris 1602. coram R.P.D. meo Litta, vbi fuit dictum competere dicto
36 resignanti actionem spolij † etiam si permutatio, non potuerit habere effectum, ex noua
37 culpa resignãtis, quia in examine † fuit reprobatus, neque obstare illi constitutionem Gregorianam de publicandis resign.

Summaria §. 11. Glossæ 5.

1 *Officia, an includantur sub reseruatione regulæ nostræ.*
2 *Officia Ecclesiastica, quæ sunt verè beneficia, cadunt sub reseruatione, & n. 5.*
3 *Dignitas, personatus, & officium, in quo differant, & num. 4.*
6 *Regulæ de infirmis, & de annali, & triennali procedunt in dictis officijs, quæ vti beneficia dantur in titulum, & num. 8. & 9. & inducunt incompatibilitatem, num. 7.*
10 *Officia, quæ non dantur in titulum, quamuis sint Ecclesiastica, vt Vicariatus Episcopi, Elemosinaria, Sacristia, Custodia, & similia, non cadunt sub reseruatione, & numero 11. 12. & 13.*
14 *Officia non vacant per promotionem, quando beneficia non sunt, neque in illis procedunt iura de incompatibilibus loquentia, nec regula de verisimili, & num. 15.*
16 *Officia Notariatuum audientiæ Episcopalis, spectant ad collationem Episcopi.*
17 *Notariatus officium, ab Episcopo datum, durat, illius dumtaxat vita durante, nisi adsit consuetudo in contrarium, & num. 18. vel à Sede Apostolica, ex certa scientia sit confirmatum. & num. 19.*
20 *Officia talia non includuntur, sub Bulla Pauli IV. contra alienantes bona Ecclesiastica.*
21 *Officium Notariatus concessum ab Episcopo, de consensu Capituli, erit perpetuum.*
22 *Officium Notariatus ab Episcopo, vel Domino Castri datum Tabellioni, qui de nouo creatur, an sit perpetuum.*
23 *Officij resignationem, licet Episcopus ex aliquo iure speciali teneatur admittere, nihilominus ex iusta causa potest denegare, veluti si resignatio fiat in fraudem a constituto in articulo mortis, &c. & num. 24. vbi alia plura.*
25 *Officia secularia, non sunt per regulam nostram reseruata.*
26 *Officia temporalia Dominorum, in Curia vacantia, non sunt reseruata, nec in illis procedit regula de triennali, & num. 27.*
28 *Expectatiua ad beneficium, non capit officium, a laico possideri solitum.*
29 *Gratia facta clerico, intelligitur de beneficio per solos clericos solito possideri.*

§. 11. gl. 5. qui loquitur de officijs.

PRO huius glossæ (de beneficijs Ecclesiasticis loquentis) vltimo complemento, inspiciendum se offert, an regula nostra locum habeat in officijs,
1 † saltim Ecclesiasticis.

Breuiter est distinguendum, quòd aut sumus in officijs Ecclesiasticis, quæ sunt verè,
2 & propriè beneficia, † prout sunt thesauraria, sacristia, primiceriatus, Archipresbyteratus, præpositura, & similia, de quibus in titulis, de officio Archipresbyteri, de officio primicerii, de officio sacristæ, & de officio custodis; & sunt verè Ecclesiastica beneficia. cap. 1. §. cum vero, de concess. præbendę. c. cum accessissent, vers. *quocirca*, ibi, *ne vlterius in Tullensi Ecclesia primiceriatus cesset officium, &c.* de constitutionibus, glossa in clem. 1. verbo *officijs*. de decimis, & in clem. 1. verbo *officia*. de regularibus. Archidiacon. in cap. 1. num. 3. vers. *Sed quòd officium*. de consuetudine in 6. Alexan. cons. 77. *in causa, & lite*. nu. 5. volum. 2. Paulus de Romanis de pensionibus. quęst. 7. vers. *postquam visum est*. Pauinus in tracta. de officio, & potestate Capituli sede vacante. 2. prędudio. num. 8. vers. *tertio modo agnoscitur*. Selua de beneficio parte prima. quęst. 2. num. 46. Rota decis. 11. de prębendis, in nouis. Rebuff. in praxi tit. seculare beneficium quotuplex, num. 6. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate benefic. 1. parte. c. 8. num. 3. & cap. 16. num. 1. vbi tradunt di-
3 ferentiam inter dignitatem, † & personatum, & officium. Nam quamuis sępe ponatur pro eodem, vt probatur in cap. cum accessissent, de constit. vbi idem officium, appellatur dignitas, & personatus, & post alios notat Decius

eius ibidem 1. notabili, & ideo Innoc. in cap. de multa, de præbendis, dicit, quòd dignitas, officium, & personatus, non differunt in substantia, & probat tex. in cap. ad aures. de rescriptis. Abbas in dicto cap. de multa, nu. 21. vers. *prima conclusio*. de prębendis. Aretinus. cons. 23. *in præsenti*, sub num. 6.

Propriè tamen loquendo, dignitas, officium, & personatus, saltim de iure communi
4 inter se differunt, † quia dignitas est administratio rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione; officium vero est administratio rerum Ecclesiasticarum, sine iurisdictione; & personatus est prærogatiua in Ecclesia, sine iurisdictione, Archidiaconus in cap. 1. de consuetudine, lib. 6. num. 1. & omnes ibidem. Cardinalis in clem. 2. not. 5. de iudicijs. Abbas in d. cap. de multa, num. 21. Ioann. Corrasius in tractatu sacerdotali, titulo de electione, num. 8. Rebuffus in praxi. tit. seculare beneficium quotuplex. num. 7. 8. & 9. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, parte prima, cap. 7. num. 1. & 2. Selua de beneficio, parte prima. quæst. 2. num. 65. & 66.

In his vtique officijs, quę in titulum perpetuum dantur, & re vera sunt Ecclesiastica
5 beneficia, intrat de plano regula nostra, † reseruans omnia beneficia Ecclesiastica.

Vnde in his officijs habet locum regula
6 de infirmis † resignantibus, vt tradit Gomezius ibidem. q. 22. num. 2.

7 Nec non inducitur incompatibilitas. †c. de multa, de prębendis. cap. 1. de consuetudine, lib. 6 cap. singula 89. distinct. extrauagans, execrabilis, de præbendis.

Nec non regula 21. Cancellarię de impe-
8 trantibus beneficia † viuentium, vt per Mandosium in q. 7. nu. 2. & per totam super eadem regula.

9 Item regula de † annali, vt Mandosius ibi q. 8. per totam.

Et denique omnia iura, loquentia de beneficijs Ecclesiasticis, locum habent in huiusmodi officijs.

At vero in alijs officijs, quę non dantur in
10 titulum, siue sint officia Ecclesiastica, siue non, regula nostra minime † procedere
11 potest. Veluti in officio Vicarij † Episcopi, aliàs officialis nuncupati, vt in cap. finali, de officio Vicarij in 6.

12 In elemosineria, Sacristia, Celleria, † & alijs similibus regularium, de quibus loquitur glossa in clem. 1. §. ad hęc, verbo *officijs*. de statu Monachor. Petrus Gregorius Tholosanus in institution. nouis rei benef. cap. 9. nu. 17. licet ista officia in pluribus Ecclesijs, maxime in Corona Aragonię, sunt vera beneficia, ac dignitates ex principalioribus.

13 In officio Custodis, † de quo in cap. 1. & 2. de officio custodis.

Et in aliis officijs, de quibus per Gomezium in dicta regula de infirmis. quæst. 22. & Mandosium latius in præfata regula. 21. q. 7. per totam, & in reg. 32. q. 2. Nequaquam regula nostra locum habet.

Et propterea fuit resolutum, coram Achille de Grassis decis. 1. de electione, quòd per promotionem ad Episcopatum, non va-
14 cabant officia † prothonotariorum, & alia similia, ex eo, quòd iura loquentia de vacatione, loquuntur de beneficijs, quæ ad talia officia, non se extendebant.

Item nec regula de verisimili notitia, lo-
15 cum habet in officijs † Regijs, vt tradit Rebuffus in proœmio concordatę, verbo *fati*. vers. *fuit tamen in hoc anno*.

De offi cijs no tariorũ multa noratu digna scribũ tur.

Et multo minus locum habere potest, in officijs, quę prouidentur per Episcopos per-
16 sonis secularibus, veluti in officijs tabellionum, & notariorum, † & aliorum officialium suarum audientiarum Episcopalium, vel in castellanijs, ac alijs similibus, quorum prouisio, & dispositio spectat ad Episcopos, ita vt prouisio duret ipsorum Episcoporum dũ-
17 taxat † vita, & non amplius, durante, vt post Innoc. & Doctores in c. cũ P. tabellio, de fide instrum. tradit Matthæus de Afflictis decis. 100. n. 1. & per totam. Roman. singulari 348. incipit *an tabellio*. Guidob. decis. 126. Chisan. decis. 182. in manuscriptis, & fuit resolutum in vna causa Conchen. notariatus 10. Iunij 1600. corã R. P. D. meo Corduba. Molina de Hispanor Primogen. lib. 1. cap. 25. sub num. 5. & 17. lex 3. in fine titulo 19. Partita tertia. & ibi Gregorius Lopez in glossa penultima. Anton. Gabriel. titulo de iure quæsito non tollen. concluſ. 5. num. 14. Tellus Fernandez, in l. 26. Tauri. num. 6. cum sequentibus, vbi cum multis etiam concludit, quòd successio, & venditio officiorum sit contra ius.

18 Nisi consuetudo esset in cõtrariũ, † vt prouisio duraret, per totam vitam prouisi, Vel
19 aliàs à sede Apostolica, ex certa scientia † esset confirmata, vt tenuit Rota decis. 622. incipit, *vacante Castellania*. num. 10. & num. 14. ac per totam lib. 3. par. 3. diuersorum, vbi nu. 9. etiam dicitur, quòd Bulla Pauli IV. contra alienantes bona Ecclesiarum, non extẽditur
20 ad talia officia, † quando dantur in titulum ad vitam, quia dicta bulla loquitur de alienationibus rerum, quę numquam vacant, vt sunt bona mobilia, aut immobilia, quòd secus est in prouisione officiorum.

Ac similiter, & tertio duraret per totam vitam prouisi talis prouisio ab Episcopo de aliquo ex præfatis officijs, facta, quan-
21 do fieret de consensu Capituli, † quia tunc

ipsa

ipsa Ecclesia videtur consentire, quę numquã moritur.cap.liberti.12.q. 1.& in terminis affirmat,post alios Afflictis d. decis.101. num. 3.

22 Quarta etiam limitatio † capi potest, ex Molina de primogen. Hispanor. lib. 1. cap. 25. sub num. 17. vers. *pro concordia.* vbi concordando opinionem Matthæi de Afflictis in d.decis. 101. cum opinione contraria Alberici, in l. digna vox,num.1. C. de legibus, & Bald.in cap. 1.num. 4. qui succes. feud. dare tenen.de vsibus feudorum, ac Gregor. Lopez in l.2. titulo 15. par.2.in gl. verbo *sino el hijo mayor*.col.5. ante finem vers. *nota tamen.* distinguit, quòd aut Episcopus, seu Dominus Castri creauit in tabellionem perpetuũ, aliquem priuatum,qui nec erat antea tabellio,nec notarius,sed priuata persona,& tunc procedat opinio Alberici: aut concessit tabellionatum alicui, qui alias fuerat notarius,& tunc procedat opinio Matthæi de Afflictis.Et sic fit quarta limitatio,quando Episcopus creauit de nouo in perpetuum tabellionem personam priuatam: de qua limitatione ego dubito,quia non inuenio cõgruam differentię rationem,& hac via de facili possint defraudari successores iure nominandi notarios, ad illos spectante, vt tradit post alios Felinus in cap. quoniam contra.nu. 4. de probationibus, ac successores supplantarentur, Antonius Gabriel. titulo de iure quæsito, conclusione 5. numero 14.vbi alios allegat.

Et dato,quòd huiusmodi officia sint resignabilia, & alienabilia, ex aliquo iure speciali, veluti statuto,consuetudine, aut priuilegio, quando resignantur,& alienantur in personã idoneam, cui attenta tali resignatione ordinarius concedit titulum, & collationem facit. Nihilominus potest Episcopus, seu ordi-
23 narius,ex iuxta † causa denegare talem admissionem, vt puta si fieret resignatio in fraudem eminentis vacationis, quia resignans erat infirmus. cap. 2. de renunciatione. in 6. vbi Francus num. 2.& cæteri.l.filiæ meæ 59. ff.solut. matrimon. c. de his qui in infirmitate,de sepulturis.cap.ad hæc, de testamentis, vbi tradunt omnes, præsertim Couarruuias, Sarmientus, de redditibus Ecclesiæ,quarta parte.cap. 4.num. 6.& fuit resolutum nouissimè, me obtinente, in vna Conchen.officij notariatus. 22. Martij huius anni. 1604. in qua decisione,Rota ex hoc capite tenuit resignationem factam a quodam Michaele notario audientiæ Episcopalis,quando erat infirmus, quinque diebus ante illius obitum, esse nullam,& Episcopum potuisse ob dictam causam denegare dictã admissionem, & consequenter vacasse dictum officium per obitum dicti Michaelis ad liberam Epi dispo-
24 sitionem: non autem fuisse ad hæredem † transmissibile. Roland.cons. 11. num.8.9.& 11. volum. 2.Tamen non placuit Dominis, quòd si aliàs cessaret dicta fraus,resignãs teneretur superuiuere per viginti dies,nec ratione regulæ de viginti, quæ procedit in solis beneficijs, non autem in officijs, vt per Gomezium ibidem q.22.& cæteros; nec minus ratione legum Hispaniæ 14. titulo 3. & 4.titulo 4.libro 7. recopilationis. Quia d. leges Regiæ non procedunt in officijs Ecclesiæ, & dignitatis Episcopalis: licet si constaret de consuetudine, aut statuto speciali,hũc casum comprehendẽti,illę seruari deberent.

TALIA etenim officia, numquam cadunt
25 sub reseruationibus † beneficiorum, præsertim cum sint officia secularia,& nihil habeãt spiritualitatis, & de stylo curię res prophanæ, nusquam reseruentur, vt dixit post Paulum Castrensem, Æneas de Falconibus in tract.de reseruationibus. q. 1. principali,sub n. 2.& dixi in §. præcedenti.

Vnde dicit Rebuff.in tract. de nominationibus,q.21.n.59. quòd quamuis officia tem-
26 poralia aliorum † dominorum, vacarent in Curia, non essent reseruata, nec posset Papa illa prouidere.

Et in tractatu de pacificis possessoribus.n. 74.& n.300.in fi.vers.*decimo octauo.*dicit ipse Rebuff.quòd reg. de pacifico possessore trienali, non procedit in officijs temporalibus,
27 †seu dignitatibus secularibus,& prophanis, quia ille textus loquitur de dignitatibus, & beneficijs Ecclesiasticis,ergo in alijs temporalibus, non habet locum.c.felicis, de pœnis in 6.nam verba,non conueniunt,ergo nec dispositio,l.4. §. toties.ff.de damno infecto.

Nec longe distat conclusio Rotę decis.67. incipit,*nota quòd vbi*.de.rescriptis in antiquis, vbi fuit tentum, quòd gratia facta alicui clerico, quòd posset acceptare beneficium,dignitatem,vel officium, non suffragatur,vt vigore talis gratiæ veniat officium, quod laicus tenere † consueuit, quia regulariter de
28 officijs, quæ per laicos consueuerunt teneri, est facienda expressa mentio ad hoc, vt cadant sub gratia clerico facta,arg.clem. litteras,de præbendis;nam in dubio præsumitur, quòd clerico sit facta gratia ad hoc, quòd in
29 beneficio, & nomine † beneficij conferatur, attento natu clericatus, vt dicta decisio declarat.

Possent etiam huic glossæ quintæ adiũgi alij §§. de beneficijs patrimonialibus,de canonicatibus Doctoralibus, & magistralibus,de beneficijs Ecclesiarũ,nõ numeratarũ,de nouiter erectis,& de monocularibus, sed quia opportunius cadent sub gl.9.loquẽti de benef.qualificatis, propterea sub illa gl. prædictos §§. collocare decreui.

Sum-

Summaria glossæ 6.

1 *Curata beneficia reseruantur per regulam nostram.*
2 *Curata beneficia, non veniunt beneficiorum appellatione.*
3 *Impetratio beneficij curati, non facta mentione de cura, non tenet.*
4 *Præheminentiam magnam habet curatum beneficium.*
5 *Dispensatio ad dignitatem non tenet, nisi fiat mentio de cura, & num. 14.*
6 *Curata beneficia non capiunt expectatiuæ, nisi exprimantur, siue gratia sit ad vacantia, siue ad vacatura, & num. 7,*
8 *Curæ exercitium continet in se magnum periculum.*
9 *Cura est tanto pretiosior, quanto periculosior.*
10 *Curata non veniunt appellatione beneficiorum, etiam in gratia ex motu proprio.*
10 *Motus proprius excusat a subreptione, sed non ampliat.*
11 *Collatio de Cappella Ecclesiæ Collegiatæ, non intelligitur facta de Ecclesia curata.*
12 *Ecclesiæ appellatione venit principalis, non tamen parrochialis, nisi exprimatur, & numero 13.*
15 *Curatum beneficium, an possit per æquipollens narrari, & num. 16.*
17 *Curata beneficia venirent in generali reseruatione regulæ nostræ, licet non exprimerentur.*
18 *Idoneitas maior requiritur, ad beneficium curatum; sed ista ratio non intrat, vt in casu nostro, non comprehendatur, & n. 19.*
20 *Dictio* omnia *est vniuersalis cuncta comprehendens.*
21 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
22 *Impetratiua materia est ambitiosa, & restringenda.*
23 *Priuilegium de percipiendis fructibus de beneficijs vacantibus, capit curata beneficia.*
24 *Curata beneficia possunt conferri, vigore facultatis datæ ad conferendum.*
25 *Vicarius Episcopi habēs facultatem conferendi beneficia, potest conferre curata.*
26 *Dubitationis tollendæ causa multa exprimuntur, quæ necessaria non erant.*
27 *Superflua non dicuntur verba apposita, ad remouendum dubium, & non desinunt operari, & num. 28*
29 *Superflua verba apposita in instrumentis, ad occurrendum malitijs, & subtilibus cauillationibus, sustineri debent.*
30 *Exprimi sæpe debent non exprimenda, vt tollatur malignorum interpretatio.*
31 *Superfluum nihil esse debere, non semper est verum.*
32 *Verba sæpe bis ponuntur, ad euitandas sophisticas interpretationes, & quæ abundant, non viciant: sed implent cisternas intelligentium. Et pro euitando damno alicuius, tolleratur superfluitas.*
33 *Superfluum non dicitur, quando declaratur explicite, quòd implicitè continebatur.*
34 *Parrochialis Ecclesiæ, quæ requisita substantialia sint.*
35 *Potestas fori pœnitentialis est de substantia parrochialis.*
36 *Curam habere parrochialis Ecclesiæ, is dicitur, qui ex necessitate officij sacramenta ministrare tenetur.*
37 *Parrochialis Ecclesia debet esse certis finibus, & limitibus constituta.*
38 *Rector Ecclesiæ Parrochialis, dicitur populum regere.*
39 *Parrochia dicitur, quasi partitio curæ.*
40 *Parrochiæ Rector debet exercere curam nomine proprio.*
41 *Curatum beneficium, non desinit esse, si principalis dignitas in collegiata eligatur in Rectorem.*
42 *Rector Ecclesiæ Parrochialis, debet esse vnicus, & non plures, & nu. 43. & 46.*
44 *Sponsos plures non potest habere vnica mulier, nec Ecclesia plures Rectores, & numero 45.*
47 *Sacerdos debet suam Ecclesiam castè, & purè regere.*
48 *Baptismalis fons, quamuis deficiat in vna Ecclesia, non propterea desinit esse parrochialis, quia ex actu baptizandi, non infertur ad curam, & num. 49.*
50 *Baptizare potest laicus, & mulier, non tamen potest habere curam pœnitentialem, & numero 51.*
52 *Consuetudine, vel concessione introduci potest, vt filij parrochianorum vnius parrochiæ baptizentur in alia.*
53 *Sepelliendi actus, non inducit esse Ecclesiam Parrochialem.*
54 *Sepelliendi ius non est concessum, concessa ædificatione Ecclesiæ, vel Cappellæ, nisi exprimatur.*
55 *Ecclesia non Parrochialis, potest habere cœmeterium, & ius sepelliendi.*
56 *Decimarum non perceptio, non concludit Ecclesiam non esse Parrochialem, nec è conuerso, & num. 57.*
58 *Baptismalis fons, ius sepelliendi, perceptio decimarum, & similia, multum conferunt, licet præcisè non concludunt ad probandam Ecclesiam Parrochialem.*
59 *Iurisdictio fori contentiosi, non facit beneficium curatum.*
60 *Cura animarum dupliciter consideratur, largè,*

largè, & strictè.

61 Iurisdictio, & potestas fori exterioris, largo modo, dicitur cura animarum.

62 Archidiaconi, & alij inferiores Prælati habent iurisdictionem.

63 Cura animarum, strictè, & propriè sumpta intelligitur de potestate absoluendi, & ligandi in foro pœnitentiali.

64 Archipresbyteratus iurisdictionem habens, non inducit incompatibilitatem, vt per assecutionem vacet ipso iure.

65 Curata beneficia, non sunt in tota diœcesi Calagurritana, nisi duo, & n. 67.

66 Episcopus est Rector, & curatus totius diœcesis Calagurritanæ, & illi sacerdotes, quibus mandat partem solicitudinis, dicuntur coadiutores, & num. 68.

69 Rectore proprio non apparente, Episcopus est Rector totius diœcesis.

70 Sacerdotes diœcesis Calagurritanæ, quamuis sint beneficiati, non tenentur inuiti subire onus d. curæ, nisi alius non inueniatur.

71 Collegiata Ecclesia si habet curam animarum, talis cura non spectat ad singulos Canonicos, sed ad totum Capitulum.

72 Curatores, seu tutores plures adulti, vel pupilli, si sint, quilibet insolidum habet curam, & num. 73.

74 Cassadori decis. 11. num. fin. de præbendis declaratur.

75 Decimarum totius diœcesis in perceptione, Episcopus habet fundatam intentionem de iure communi, si solus Rector sit, vel quando Parrochiæ non sunt distinctæ, n. 76. vt in diœcesi Corduben. num. 77. & 78.

79 Episcopus in quibus casibus fundet intentionem de iure communi, quoad percipiendas decimas remissiuè.

80 Parrochiæ antiquitus non erant distinctæ, sed clerici de manu Episcopi decimas percipiebant, & num. 81.

82 Ciuitas quando dicitur habere vnicam Parrochiam.

83 Parrochiæ, si sunt distinctæ, Episcopus non dicitur Rector totius diœcesis, sed solius Ecclesiæ Cathedralis, & Prælatus super omnes Rectores.

84 Episcopus existente alio Rectore, non habet assistentiam iuris communis, sed potius resistentiam, quoad ius percipiendi decimas, & n. 85. nisi in quarta decimarum, num. 87. vel si agit contra tertium, nu. 88.

86 Rector proprius, & distinctus constitui debet, in qualibet Parrochia.

89 Curatum beneficium, non dicitur illud, quod non est in actu curatum, cum Rector nullam habeat potestatem, & num. 90.

91 Curatum beneficium in dubio non præsumitur.

92 Parrochialis Ecclesia, si est, erit etiam beneficium curatum, sed non sequitur è conuerso, est curatum, ergo Parrochialis.

93 Curatum beneficium non dicitur, quando non habet curam perpetuam; sed ad certum tempus.

94 Curatum beneficium non dicitur, ex eo, quòd adsit aliqua cura distribuendi distributiones quotidianas.

95 Curatum beneficium non dicitur, quando non de iure; sed de facto haberet requisita substantialia.

96 Concil. Triden. sess. 24. de reformatione, cap. 13. dum prohibet vnionem parrochialium, non procedit, quando Ecclesia non habet certos fines.

97 Curatum beneficium, non dicitur Prioratus, per Vicarium perpetuum deseruiri solitus, quia solus Vicarius perpetuus habet curam, & num. 98.

99 Cura actualis aufertur a Prioratu, & trasfertur in Vicarium perpetuum.

100 Rector in parrochia propria dicitur Prælatus.

101 Rector in propria Parrochia habet tantam potestatem, quantam habet Prælatus cum Capitulo in collegiata.

102 Rector in propria Ecclesia, dicitur Imperator. & Rex.

103 Fabula de Rege Ricardo, & rustico narratur.

104 Rector intra propriam Ecclesiam, præcedit omnes, & missas solemnes dicere debet, & num. 105.

106 Rector de iure communi, dum est in propria Ecclesia, præfertur Decano, & Capitularibus collegiatæ.

107 Maior debet cedere minori, dum est in domo minoris.

108 Rectores in suis Parrochijs, Apostolorum vices gerunt.

109 Curatum beneficium habet magnam præheminentiam.

110 Animarum cura est tanto pretiosior, quanto periculosior, & ibidem nouus casus practicus cum resolutione Rotali assignatur.

111 Curata beneficia debent per concursum prouideri, etiam si sint reseruata ratione mensis, vel alias, nu. 112. & quamuis vacent in curia, n. 113. non tamen tollitur reseruatio, quicquid Nauarrus dixerit.

114 Concursus debet fieri in beneficijs curatis, etiam si cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures administretur, & n. 115.

116 Concursus desinit fieri in parrochialibus vacantibus in curia.

117 Parrochialis solet prouideri, sine concursu a Sede Apostolica, quando electus, vti dignior non vult consentire pensioni reseruatæ, & in alijs duodecim casibus, vsque ad numerum 162.

118 Electus vti dignior de parrochiali reseruata a Sede

Sede Apostolica conferenda, non acquirit Ius ad rem. & n. 119.

120 Parrochialis quando confertur à Sede Apostolica, sine concursu, vt teneat collatio, debet derogari dispositioni Conc. Trid. Decretum irritans continenti. & qualiter fieri debeat d. derogatio.

121 Concursus cessat in parrochiali resignata, in fauorem, vel in Iurium cessione. & num. 122.

123 Concil. Triden. sess. 24. de refor. c. 18. dum loquitur de resignatione, etiam in Curia, intelligitur de simplici, non vero in fauorem.

124 Concursus cessat in parrochiali, quando à principio non fuit seruata forma Concilij Triden.

125 Constitutio 31. Pij V. adducitur.

126 Parrochialis collatio, quando spectat ad inferiorem Episcopo, potest ab eo conferri, sine concursu, si Episcopus fuit morosus, &c.

127 Pœna sequitur suum auctorem, sicut lepra leprosum, & n. 128.

129 Culpa Episcopi, inferiori nocere non debet.

130 Parrochialis confertur, sine concursu à Sede Apostolica, lapso semestri, dato ordinario ad conferendum.

131 Parrochialis prouidetur à Sede Apostolica, sine concursu, post lapsum quattuor mensium datorum ad significandum, qui currunt à die notitiæ vacationis. & n. 132.

133 Breue de capienda possessione nomine Cameræ datur in vacatione parrocchialis, iuxta constitutionem Pij V. & constitutum verificandum quale sit.

134 Concursus cessat in parrochiali de Iurepatronatus laicali, sed si plures fuerint præsentati, inter ipsos tantum fieri debet. & n. 138.

135 Concursus fieri debet in Parrochiali de Iurepatronatus mixto, & tunc collatio debet fieri ad præsentationem patroni, & n. 136.

137 Parrochialis de Iurepatronatus, quod non est ex fundatione, vel dotatione debet per concursum prouideri.

139 Concursus Parrochialis cessat, quando reditus sunt exigui, aut nemo se vult subijcere examini. & nu. 140. vel adest timor rixarum. & num. 141.

142 Concursus cessat in parrochiali litigiosa.

143 Ordinarius nõ potest subrogare in beneficio litigioso, sed sola Sedes Apostolica. & n. 144.

145 Concil. Triden. sess. 24. de reform. c. 18. non procedit in parrochiali litigiosa.

146 Litigiosum esse beneficium, aliud est, & aliud esse reseruatum.

146 Litigiosi beneficij collatio differtur ordinario; sed non aufertur.

147 Litigioso in beneficio, non datur vera prouisio, sed subrogatio.

148 Regula de impetran. benef. vacan. per obit. non habet locum in beneficio litigioso.

149 Litigiosum beneficium Iurispatronat. laicalis, conferri potest à Papa, sine consensu patroni.

149 Litigiosi beneficij controuersia, vt finiatur, ac videatur ad quem postea spectet collatio, raro hodie expectatur, sed statim Papa solet subrogare.

150 Parrochialis vacans per obitum vtriusq; colitigantis, conferri debet per concursum.

151 Lis beneficialis extinguitur per obitum vtriusque litigantis.

152 Collatio beneficij, cuius lis extinguitur per obitum vtriusq; litigantis, si vnus decedit in Curia, & alius extra illam; pertinet ad Papam, vel ordinarium, apud quem possessor decedit, & n. 153. nisi decedens extra Curiam in possessione decedat, in mense reseruato. & n. 154

155 Litigante vtroq; in possessione decedente, vno in Curia, & alio extra Curiam semper collatio spectat ad Papam.

156 Litigans vterq; potest decedere in possessione beneficij in multis casibus.

157 Possessio capta per procuratorem, acquiritur ignoranti, ante certificationem.

158 Concursus in parrochiali cessat, quando cura spectat ad Collegiatam, & exercetur per Canonicos, vel alios Clericos, & ad Concil. Trident. respondetur. & n. 159. & 160.

161 Concursus in parrochiali cessat, in Vicarijs iuxta formam constitutionis 46. Pij V.

162 Concursus cessat, quando parrochialis est vnita alicui dignitati.

162 Item quando beneficium est regulare, & regularibus conferri solitum.

163 Sententia prolata, in secunda instantia, contra malam electionem in concursu parrochialis, an sit executioni mandanda, non obstante appellatione, sicut & prima.

164 Aequalitas est in Iudicijs seruanda.

165 Sententia prima, & secunda pari passu ambulant.

166 Actor, & reus ad imparia iudicari non debẽt.

167 Appellatio remota in conuentione, censetur etiam remota in reconuentione.

167 Appellat quando aliquis, vt non tradatur possessio, neq; ipsi tradi potest, ne sit inæqualis conditio.

168 Possessionis traditio, seu immissio, ac reuocatio ipsius, à pari procedunt.

169 Facto, quæ fiunt de facto rescindi debent.

170 Distractus, ac contractus sunt eiusdẽ naturæ.

171 Quasi, contrahitur in Iudicijs.

172 Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur.

173 Rescriptum continens remotionem appellationis, refragatur, etiam impetranti.

174 Contrariorum eadem est ratio.

175 Sequestrum apponitur, contra reum possessorem, quando in Curia pronunciatur contra eum vna sententia; nisi prius obtinuisset aliam fauorabilem.

176 Causa effecta summaria in prima instantia, semper debet esse summaria.

177 Clausula apposita in commissione primæ instantiæ, censetur repetita in commissionibus aliarum instantiarum.

178 Sententia absolutoria, cum condemnatione expensarum, prolata in prima instantia, contra actorem petentem executionem, est exequenda, quoad expensas.

179 Dispositio omnis, loquens de actore, procedit in reo, quod procedit in Constitutione Ægidiana, & qualibet sententia lata in possessorio.

180 Dilatio concessa actori executionem petenti, prodest reo.

181 Iudex appellationis succedit primo Iudici, quoad omnem potestatem.

182 Probationes actoris, non admittuntur in secunda instantia, quando prima sententia fuit executioni mandata.

183 Sententia data in Iudicio assistendi, iuxta ritum magnæ Curiæ Neapolitanæ est exequẽda, non obstante appellatione, sicut, & prima, & num. 184. & 185. recitantur plures casus practicati.

183 Appellari si non potest à prima sententia, nec à secunda, idem quod prima continente.

186 Constitutionis 32. Pij V. in §. hæc tamen appellatio, verba ponderantur.

187 Relatio debet fieri ad præcedentia, & numero 188.

189 Executiua via extinguitur, quando executio semel habuit effectum.

190 Executiua via non potest agere creditor, si res addicta, fuerit euicta.

191 Causa semel effecta ordinaria, semper remanet ordinaria.

192 Executiuam ad viam conuolare nequit, qui cæpit agere via ordinaria.

193 Instrumentum Camerale, non potest exequi, postquam aperta fuit via cognoscendi de facultate Instrumenti.

194 Alienabilis res semel effecta, semper remanet alienabilis, sicut & res, quæ semel exiuit de trunco. & num. 195. & semel transmissibile. &c. & num. 196.

197 Causa semel effecta Curialis, semper remanet Curialis.

198 Causa semel commissa Cardinalibus, non committitur amplius inferioribus.

199 Beneficium semel affectum, semper remanet affectum.

200 Semel alterata natura feudi, semper remanet alterata.

201 Semel factum delegabile merum imperium, semper remanet delegabile.

202 Instrumentum semel per vnam sententiam contrariam vulneratum, perdit vires executionis.

203 Commissio appellationis à sententia lata, vigore Instrumenti executiui, continet clausulam, sine præiudicio executionis, nisi semel fuerit vulneratum. & n. 204.

205 Sententiæ si quælibet executioni mandarentur, maximum inconueniens sequeretur.

206 Rectorum ex mutatione, valde grauatur parrochialis.

207 Lites ex litibus oriri non debent.

208 Stylus Curiæ seruat, quòd quando appellatur à sententia executioni mandata, non exequatur secunda reuocatoria, donec adsint tres conformes. Idemq; seruatur in supremis tribunalibus Hispaniæ. & n. 209.

210 Stylus Curiæ habet vim legis.

211 Curia Romana, tamquam mater, & magistra, est ab omnibus sequenda.

212 Secunda sententia, non est exequenda, ex sententia Parladori, nisi sit manifeste iniqua, & nulla, & n. 214. & n. 236.

213 Lex Hispana 4. titulo 21. libro. 4. recopilation. expenditur.

215 Sequestrum semel appositum, vigore primæ sententiæ contra possessorem latæ, non reuocatur, quamuis possessor obtineat aliam sententiam reuocatoriam primæ.

216 Constitutio 32. Pij V. declaratur.

217 Clausula, quòd appellatione pendente, possessor non amoueatur, non solum procedit in prima sententia appellationis; sed etiam in alijs, vsq; ad tres conformes.

218 Clausula, an sit in medio, vel in principio, aut in fine, nihil refert, quando eadem militat ratio.

219 Secunda sententia reuocatoria primæ, non est exequenda, quamuis contineat primam esse manifeste nullam, & iniustam, donec sint tres conformes, & num. 220.

221 Appellatione pendente super nullitate, aut attentatis, nihil est innouandum. & n. 222.

223 Appellatio datur à denegatione admissionis ad concursum, vel termini competentis, vel ab admissione articulorum, vel à processu malè ordinato, &c.

224 Appellatio suspensiua licet remoueatur à diffinitiua, non tamen censetur remota, ab inordinato processu, vel interlocutoria, grauamen irreparabile continente.

225 Appellationis Iudex retinet causam, quando Iudex primus grauauit.

226 Sententia Iudicis appellationis, an sit exequenda, quando est prima, ex eo, quòd Iudex à quo diffinitiue non pronunciauit, & resoluitur, quòd sic. & n. 227. & 232.

228 Iudex appellationis dicitur primus Iudex, quando inferior non pronunciauit diffinitiue.

229 Vacatio longa parrochialis, periculum affert animabus.

230 Par ratio militat in hoc casu, ac si primus Iudex pronunciaret, & cessant omnia inconuenientia. & n. 231. & 233. & 234.

235 Iudex secundæ sententiæ, vigore Instrumenti quarentigij latæ, potest illam exequi, quando prima executa non fuit.

Senten-

235 *Sententia secunda, vigore Instrumenti quarentigij, aut cameralis lata, non est exequenda, quando Instrumentum fuit vulneratum, secus vero, si non Instrumentum, sed mandatum exequutiuum, & num. 237. & 238.*

239 *Executionem de nouo petere, quando datur absolutoria, & Ius exequendi reseruatur, consultius est, quam appellare.*

240 *Iudex Rotæ potest procedere ad executionem, quando fuit appellatum, à denegatione executionis, vigore statuti, vel breuis, & n. 241.*

242 *Simplicia beneficia, an sint per concursum prouidenda, & resoluitur, quòd non regulariter, tam de Iure communi, quam ex Concil. Trident. & n. 243. & 244.*

245 *Simplicia beneficia, aliquando ex Iure speciali prouidentur per concursum, vt Canonicatus Doctorales, & magistrales, necnon beneficia patrimonialia, & n. 246. & 247.*

248 *Simplicia beneficia sæpe prouidentur in Curia per concursum.*

249 *Parrochiales post Conc. Trid. requirunt magis præcisam residentiam, quam antea.*

250 *Parrochus ante Concilium poterat abesse studiorum causa per septemnium, hodie vero non, & n. 251. & ratio assignatur. & n. 252.*

253 *Parrochis non datur à Sede Apostolica licentia recedendi, studiorum causa, nisi ordinarij consensus accedat.*

254 *Parrochus non potest abesse pro legendo in Ciuitate cathedram grammaticæ.*

255 *Episcopus potest in suo seruitio occupare duos Canonicos, etiam post Concil. Trident. & num. 256. & quamuis sint de Doctoralibus, vel magistralibus, & num. 257.*

258 *Episcopus non potest extrahere Rectorem parrochialis, pro suo seruitio, vt exerceat officium Vicarij generalis, aut secretarij, aut visitatoris, quicquid dicat Nauarr. cons. 15. de Clericis non residen. & num. 259.*

260 *Episcopus, an possit occupare in suo seruitio, inspecto Iure communi, alios, quam Canonicos, & n. 261. & quid si concurrat vtilitas Ecclesiæ. num. 262.*

263 *Episcopus non potest extrahere pro suo seruitio Vicarij generalis portionarium, qui non est de Capitulo.*

264 *Capitulum sede vacante potest extrahere pro suo seruitio portionarium, quamuis non sit de gremio Capituli, & faciet fructus suos.*

265 *Parrochus non excusatur a residentia, propter officium Inquisitoris.*

266 *Parrochus non excusatur à residentia, propter officium Subcollectoris.*

267 *Parrochus non excusatur à residentia, propter litem motã, super Parrochiali in solo petitorio, quando habet liberum curæ exercitium.*

268 *Residere potest in beneficio, in quo malit, qui habet duo beneficia æqualia residentiam requirentia, si autem æqualia non sint, debet in digniori residere. & n. 269.*

270 *Residere tenetur in parrochiali, qui habet illam, & dignitatem, vel Canonicatum in Cathedrali, ex dispensatione, quia præcipua debet esse animarum cura, & num. 271.*

272 *Residens in parrochiali, lucratur fructus dignitatis, vel Canonicatus in Cathedrali, etiã si essẽt Canonicatus magistrales, & theologales.*

273 *Lex 27. tit. 3. lib. 1. recopilation. Hispanæ super residentia beneficij curati adducitur.*

274 *Curiales Rom. Curiæ quando sint exempti a spolio Ecclesiæ, declaratur, vsq; ad n. 277.*

278 *Beneficia, quæ curata non sunt simplicia erũt.*

Cum cura, & sine cura, gloss. 6.

REGVLA nostra expresse reseruat omnia beneficia curata, † in mensibus Apostolicis vacantia : & ideo ponuntur hęc verba, *cum cura*, quia regulariter beneficiorum appellatione, curata beneficia non veniunt. † c. cum in illis, in principio, 16. de præbendis lib. 6. vbi probatur, quòd mandatũ de prouidendo de Ecclesijs, personatibus, dignitatibus, & alijs beneficijs quibuscumque (de animarum cura mentione non habita) nõ extenditur ad beneficia curata. c. si eo tẽpore, ibi, *cum cura, vel sine cura*, de rescript. lib. 6. vbi similia verba ponuntur, sicut in reg. nostra, & ibi gl. verbo, *cũ cura*, dicit, quòd nisi hoc fuisset expressum prouideri de benef. curato non posset.

Curata beneficia non expressa an veniãt in reseruatione.

Hinc in impetratione beneficij, si non fit mentio, quòd sit curatum, gratia est ipso Iure nulla, † vt scribunt Doctores, maximè Felinus in cap. in nostra. corollario 10. de rescriptis, Selua de benef. p. 3. q. 11. nu. 12. Decius in c. ad aures. n. 4. Ripa n. 19. Mant. nu. 17. de rescriptis. Rota decis. 1. num. 3. de officio Archipræsbyteri, in antiquis, vbi dicit, quòd beneficium curatum habet magnam præheminentiam, † & ideo oportet, quòd de eo fiat mentio. Menochius de arbitrarijs, li. 2. centuria 3. n. 61. cum decem sequentibus, & vide infra in 15. illatione huius glossæ, à n. 100. cum sequentibus.

Vnde dicit tex. in Clem. 1. de præbendis, verba ista, *si dignitatem habenti, de alia prouideri mandemus, dispensantes† cum eo, vt simul vtramq: valeat retinere, de animarum cura, quæ illis, vel alteri earum imminet, non habita mentione, gratia velut subreptitia, nullius penitus est momenti*; quod etiam ampliat ipsamet Clement. in versic. *quamquam*, sequenti, dicens.

Quamquam confectis super ea litteris, sit insertum, quod animarum cura, si dignitatibus ipsis, vel alteri earum immineat, nullatenus negligatur.

6 Ideo in expectatiuarum litteris, † vt beneficia curata comprehendantur, ponuntur eadem verba, contenta in nostra regula, *cum cura, & sine cura*, quæ necessario apponuntur, quia nisi sic diceretur, non veniret beneficium curatum, vt affirmant Staphilæus de litteris gratiæ. §. de formis expectatiuarum. 9. forma. nu. 34. & 35. Gomezius in tractatu de expectatiuis, num. 94. vers. *post prædicta verba, de aliquo beneficio.*

Vbi dicunt, quòd hoc procedit, siue gratia sit ad beneficia vacantia, siue ad vacatura,
7 † per decisionẽ Rotæ 202. alias 37. *nota quod quis.* de rescript. in antiquis.

Curæ namque exercitium, continet in se
8 magnum periculum, † cum sit ars artium, cap. penult. de ætate, & qualitate. Bonif. Vitalinus in Clemen. 1. numer. 29. de præbend. vbi numero. 30. & 32. dicit, quòd Cura est
9 tanto pretiosior, quanto periculosior, † & quòd non omnis Sacerdos est ad curam animarum idoneus, & tetigi in glossa quarta, numero 72.

Sic beneficiorum appellatione, curatum non venit, quamuis gratia sit ex motu pro-
10 prio, † quia licet motus proprius excludat subreptionem. cap. si motu proprio de prębend. libro sexto: non tamen ampliat gratiam, ad hoc, vt beneficium curatum comprehendatur. Rota decisione sexta de præbendis, in nouis, & decisione 29. numero 3. sub eodem titulo, in nouis. Abbas in cap. ad aures. nu. 5. de rescriptis. Puteus decis. 307. sub n. 1. lib. 1. licet Staphilęus de litteris gratiæ. §. de modo, & forma impetrandi. n. 2. contrarium teneat.

Idcirco die 12. & 17. Aprilis anni 1542. in vna Paduana Parrochialis de Aggere fuit resolutum, teste Puteo decisione 301. *die* 17. & decisione 307. 12. *Aprilis*. libro primo, quòd collatio de Cappella Ecclesiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ de Aggere magno, facta etiam ab ordinario, non intelligatur
11 facta de Ecclesia † curata, quia non fuit expressa illa qualitas curæ, per tex. in dicto cap. cum in illis. Neque obstabat, quòd collatio esset facta de Ecclesia Beatæ Mariæ, & appellatione Ecclesię, veniat Ecclesia prin-
12 cipalis. † cap. licet Canon. de electione, libro sexto, quia verum est, cum adiuncto, dicendo Ecclesię parrochialis; secus si simpliciter diceretur Ecclesia, quia tunc appellatione Ecclesiæ non veniret Parrochia-
13 lis, † vt per eumdem textum, in eodem capitulo cum in illis, tenuit Rota ibidem.

Sic dispensatus ad beneficia quęcumque, non intelligitur dispensatus ad beneficium
14 curatum, † nisi expresse in supplicatione de curato fiat mentio. Ita vt non sufficeret
15 exprimere per equipollens, † veluti ad Ecclesiam baptismalem, vel habentem cemeterium, seu ius sepelliendi, quia possunt hæc esse, etiam in Ecclesia non Parrochiali. Federicus de Senis cons. 135. *quidam habens*, sub n. 1. vers. *recepisse autem aliquos ad sepulturam*. Rebuf. in praxi, tit. de dispensatione ratione ętatis, vers. *etiam si cura habeat animarum*; vt inferius etiam dicam nu. 48. cum multis sequentibus.

Nisi exprimeretur equipollens necessa-
16 rium ad Curam, † vt potè, si diceret, audire debere confessiones, & Sacramenta ministrare, ac sepulturam habere, vt docet Cardinalis consil. 30. *Quidam A. Præsbyter*, per totum: sed Rebuffus, vbi supra, dicit, quòd talis narratiua, tamquam deuians à stylo Curiæ Romanę, vix releuaret, faciunt in proposito tradita per Ioannem Selua, de benef. 3. parte, quęstione 11. numero duodecimo, de quo etiam vide Rotam decisione 13. per totam, in antiquioribus, sub titulo de prębendis, & Staphilæum de litteris gratiæ. §. de modo, & forma impetrationis, à numero septimo, vsque ad finem, vbi concludit, quòd talis narratiua per equipollens sufficit, & releuat, quando concluderet per necesse.

Cæterum in casu nostro, verius esse crederem, quòd sub verbis, quæ pręcesserunt, nempe, *omnia beneficia Ecclesiastica*, venirent Curata, † quamuis ista verba, *cum cura, & sine cura*, nec minus sequentia verba, *qualitercumque qualificata*, non concurrerent.
17

Ad quod moueor in primis, quia ratio, quare non venit beneficium curatum in casu dicti cap. cum in illis de prębend. libro sexto, (ex quo tex. emanarunt fere omnes illationes superius recitatę) est illa, quam ipsemet tex. in sui principio assignat, scilicet, *cum in illis, quibus beneficia curam animarum habentia committuntur maior, quam in his, qui ad alia promouentur idoneitas † requiratur*: sed ista ratio est bona
18 ad effectum impetrationis, vt Papa notitiam habeat de impetrantis persona, vt beneficium curatum minime conferat, nisi idoneo ad tale beneficium curatum.

Ad effectum tamen reseruationis, de qua in regula nostra, nec verba conueniunt, nec
19 ratio est proportionabilis, † nec applicatur l. 4. §. toties; ff. de damno infecto, cap. cum cessante de appellationibus.

Rursus dictio, *omnia*, est vniuersalis, cun-
20 cta comprehendens. † l. omnes populi, &

ibi

ibi tradunt omnes. ff. de Iustitia, & Iure. l. gallus. §. in omnibus. ff. de liberis, & posthumis, & continet in se enixam, & vniuersalem significationem. Abbas in c. qualiter, & quando. il 2. nu. 8. de accusationib. Alexand. cons. 72. *visis*. n. 2. post principium. lib. 2. Roland. cons. 84. n. 22. lib. 1. gl. in clemen. 1. verbo, *omnimodam*, de foro competenti, & in c. ex parte, verbo, *omnino*, de officio delegati. Geminian. cons. 15. num. 5. Socin. cons. 43. num. 12. libro quarto.

21 Et qui omnia dicit, nihil excludit. † l. testatorem 58. in principio, ibi *prædium Seianum omne*, ff. de legat. 3. Curtius Senior cons. 49. Aimon cons. 294. Ioan. Gutierrez. cons. 5. n. 4. & 5. Felinus in cap. de quarta. numero 15. de præscription. Crescentius decisione prima de priuilegijs. Gomezius in regula de triennali. quæst. 2. vers. *tamen his*. Cæsar de Grassis decisione 1. num. 1. & 5. & 6. & decis. 2. num. 3. & 4. de priuilegijs. Igitur regula vniuersaliter loquens, comprehendit beneficia curata.

Prætera materia impetratiua, & gratia beneficialis est ambitiosa, & restringenda.

22 † c. quamuis de præbendis. lib. 6. & sic nimirum, si beneficiorum appellatione, curatum beneficium non veniat, in impetratione, & dispensatione, & similibus.

Secus tamen est in reseruatione nostræ regulæ, quę est fauorabilis, & amplianda, vt plenè diximus in §. 6. proęmiali.

Hinc videmus, quòd in priuilegio de percipiendis fructibus de beneficijs vacantibus,

23 omnia beneficia curata, † & alia quæcumq; sub generali beneficiorum nomine continentur. cap. tua nobis 31. in fine, de verborum significatione. l. 5. in fine, & ibi Gregor. Lopez in glossa, verbo, *en todos los otros beneficios*. titulo 16. Partita 1. Vitalinus in clem. 1. n. 4. de præbendis.

Sic etiam videmus, quòd in potestate conferendi beneficia, à Papa concessa Legato, vel alijs, quòd tunc, hoc verbum, *beneficium*, sumitur large, & extenditur ad be-

24 neficia curata. † tex. in cap. dudum 14. in principio, iuncta glos. ibidem, verbo, *beneficium*, de præbendis. libro 6. vbi omnes notant, & Vitalinus in d. Clemen. 1. numer. 41. de præbendis. & Cardinalis ibi numero 1. ante finem.

Item Vicarius Episcopi habens facultatem conferendi beneficia, potest conferre

25 dignitates, & beneficia curata, † quia hoc casu nomen beneficij, large sumi debet. Rota decisione 7. de officio Vicarij, in antiquis, & decisione 2. eodem tit. in antiquioribus. Felinus in cap. causam quę. nu. 14. de rescriptis. Dominic. & Geminianus in c. finali nu. 11. de officio Vicarij.

Si igitur in facultate concessa alicui conferendi beneficia, veniunt beneficia curata, vt dictum est, à fortiori venire debent in reseruatione sibi facta ab ipso Papa, ad conferendum non simpliciter beneficia, sed omnia beneficia Ecclesiastica.

Et quamuis præfata verba, *cum cura, & sine cura*, apposita fuerint, hoc quidem fuit factum, gratia tollendę omnis dubitationis, † & maioris claritatis, quamquam, si non insererentur, idem esset, & dicta ad remouendam dubitationem, non nocent, sed sunt tolleranda, licet

27 superflua sint. † l. qui mutuam 57. ff. mandati. l. quæ intrinsecus. ff. de verborum obligation. l. quæ dubitationis tollendę causa. 81. vbi latè Decius numero primo, & sequentibus. ff. de reg. iuris. Abbas in cap. solite. sub numero septimo. ad med. de maiorit. & obedien. & in cap. certificari. numero decimo in fine de sepulturis, vbi dicit, quòd sic non obstat, quòd verba debent aliquid operari, vt in c. si Papa, de priuileg. li. 6. nam operantur in eo, quòd tollunt dubitationem,

28 † prout etiam dicit Rebuf. in concordata, in forma mandati apostolici, in verbo, *cum cura, & sine cura*, quòd illa verba apponuntur, vt tollerent dubium. c. cum in illis. de præbend. lib. 6.

Ideo dicit Hostiensis in c. nimis iniqua 16. n. 2. in fine. & nu. 10. Ioan. Andreas. nu. 7. Antonius de Butrio nu. 17. de excess. Prælator. quòd multoties apponuntur in constitutionibus, verba superflua, ad occurrendum

29 malitijs, & subtilibus cauillationibus † nonnullorum, quæ nisi exprimerentur, cauillarentur in contrariam sententiam, & subiungunt, quòd dictantes, & notarij, sic debent scribere verba priuilegiorum, & instrumentorum, aliarumque dispositionum, etiam si specificentur, non alias specificanda, vt tollatur malignorum interpretatio,

30 † Tradit etiam Felinus in c. eam te, sub n. 15. ante finem, vers. *ex his infertur*, de rescriptis, vbi ponderat ad conculcationes sinonymorum, quæ sępe ponuntur, dicens, quòd non semper sit vera traditio, quòd non debeat es-

31 se aliquid † superfluum. Idem Felinus in c. venerabili, nu. 1. notab. 3. de officio delegat. vbi dicit, quòd sæpe bis ponitur, ad euitandam malitiosam, & sophisticam interpretationem, † & sic ad maiorem expressionem.

32 Dicit etiã Bald. in l. fin. in fine 2. lecturæ. C. de iure emphit. quòd quę abundant non solent vitiare scripturas, sed implere cisternas intelligentium. Sic etiam tolleratur superfluitas statuti, ne propter illud patiatur quis dãnum indebite. Crotus cons. 136. n. 13. Crauetta cons. 70. n. 29. Cephalus cons. 104. n. 22. p. 1. Decis. Mãtuani Petri Surdi 36. n. 19. & 20.

Superfluitas in multis casibus permittitur.

Neque dici potest superfluum, quando explicitè, ac distinctè declaratur, quòd im-
33 plicitè erat dispositum. † Geminia. in c. 1. num. 22. de sumnt. Trinit. & Ruinus cons. 89. nu. 17. vers. *nec obstat.* volum. 4. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo, *reuertatur*, num. 26. C. de reuocand. donation.

Ad hoc autem, vt dicatur beneficium curatum, seu Ecclesia Parrochialis, multa substantialia concurrere de-
34 bent, quæ quidem † quatuor sunt, de quibus per Staphilæum de litteris gratię, titulo de qualitate, & statu beneficiorū. n. 7. 8. 9. & 10. Gomezium in reg. de Idiomate, q. 11. à nu. 4. Rotam in vna Recanaten. Parrochialis 20. Maij 1572. coram Cantuccio, quę est in impressis 52. p. 2. diuersorum, & in vna Sabinen. decimarum 30. Aprilis 1599. coram R.P.D. meo Pamphilio. Nonnulla adducit Mascardus de probationibus conclus. 469. & 589 per totas. Ioan. Gutierrez allegatione 8. num. 4.

Curatū beneficiū vt sit debet habere quattuor requisita substantialia.

Primum, & principale requisitum substantiale est, potestas fori pœnitentialis, † hoc
35 est potestas ligandi, & soluendi in foro pœnitentiali, quę non cadit, nisi in sacerdotem. c. in nouo 21. distinct. c. omnis, de pœniten. & remissionibus.

Et non omnis Sacerdos hanc curam habere dicitur, sed is tantum, qui ne-
36 cessitate adstringitur † Ecclesiastica ministrare sacramenta, & fideles, quibus administrat, ad eum accedere coguntur. glossa in clementina dudum, verbo, *impediant*, de sepulturis, quam sequitur ibi Imolà numero 32. post Paulum, & Zenzelin. Abbas numero 24. Ancharanus numero 20. Abbas in c. dudum. il 2. num. 7. in not. 9. de electione, & in cap. de multa. num. 24. vers. *sed adde.* de prębendis. Decius in cap. ad aures. num. 6. vers. *& curatum.* de rescriptis. Ferret. consil. 255. nu. 11. Rebuf. in tracta. de nomination. q. 16. n. 10. Alphonsus Hojeda de incompatibilit. benef. 1. p. c. 13. numero 3. & 4. cum sequentibus. Rota in vna Ciuitaten. decimarum 6. Februar. 1589. coram Illustris. Mantica, & in eadem 15. Decembris. 1594. coram Gyptio.

Secundum requisitum est, quòd sit certa parrochia, seu locus, certis finibus, & limi-
37 tibus constitutus, † ac designatus, in quo Populus alicui Ecclesiæ deputatus degit. cap. Ecclesias 14. q. 1. in principio, & per tot. & in Concilio Trident. sess 24. de reform. cap. 13. ante finem, ibi, *vbi parrochiales Ecclesiæ certos fines non habent, &c.*

Nam rector talis Ecclesię, dicitur popu-
38 lum regere. † cap. primo, de cappellis Monachorum. Roman. cons. 356. numero 1. & 2. Doctores in rubrica de parrochijs. Staphileus de lit. gratiæ, titulo de varijs modis vacation. §. quartus principalis. nu. 3. Rebuf. in concordata. tit. de collationib. §. statuimus. il 2. in verbo, *parrochialis*, vbi etiam dicunt,
39 quòd parrochia dicitur, † quasi partitio curę.

Tertium requisitum est, vt obtinens Ecclesiam parrochialem, ad hoc, vt dicatur curatus, exerceat curam nomine suo, & non
40 alieno. † c. extirpandæ. §. qui vero, de prębend. Milius in repertorio, verbo, *Ecclesia parrochialis, quæ dicatur.* Rebuf. in praxi benef. titulo de non promot. infra annum, numero 36. tradunt doctores in Clementina vnica, de officio Vicarij. Hojeda vbi supra numero 6.

Sed si aliquis est principalis dignitas in Collegiata, & ad id eligatur in Rectorem,
41 & Prelatum, tunc semper est beneficium † curatum. Milius in repertorio, verbo, *beneficium*, num. 22.

Quartum requisitum est, vt habens parrochialem dicatur Curatus, qui tamquam
42 Rector suo nomine, & non cum alijs † ad regimen parrochialis Ecclesię assumatur, ita
43 vt, si illi, duo, vel plures pręficiantur, † qui confessiones audiant, & baptizent, & alia ad curam spectantia faciant, non tamen dicuntur Curati, quia quemadmodum vna mulier non potest duos, vel plures sponsos
44 habere. † cap. 1. de spons. duorum, nec
45 vnum corpus duo capita, quia esset † monstruum. cap. quia plerisque, de officio ordinar. sic nec Ecclesia duos, vel plures Curatos. † cap. cum non ignores, de præbendis, &
46 in vna Ecclesia, vnus debet esse sacerdos, sponsus, & Rector, qui curam habeat. c. in apibus. 7. q. 1. c. sicut vna, 22. quęst. 2. ibi
47 *sed vnum tantummodo habeat sacerdotem, † qui illam caste, & sincere regat*, latè Oldrad. cons. 67. incipit, *quæstio talis est.* numero primo. Staphileus, vbi supra numero 10. fol. mihi 128. versic. *requiritur, & tertium.* Gomezius in dicta quæst. 11. regulę de Idiomate, sub numero sexto. versic. *requiritur etiam.* Felinus in c. in ratione, 10. corollario, prope finem, versic. *scias etiam.* de rescriptis. Mascard. de probation. conclusione 469. incipit, *curam animarum.* numero 5. 6. & 7. Mandosius cons. 20. numero octauo. Rota decisione 52. numero 17. 18. & 19. parte secunda diuersor. Rebuffus in praxi. titulo de non promot. infra annum. numero 63. Hojeda de incompatibilitate benef. dicto cap. 13. numero septimo. Vide tamen paulo inferius, à numero 114. vbi dicemus, an hoc limitetur ad effectum Concilij Tridentini. cap. decimo octauo. sessione 24.

Ex quibus infertur, primo, quòd, quam uis deficeret fons baptismalis,

48 lis, † nō propterea desineret esse Parrochialis Ecclesia: quia in actu baptizandi, non in-
49 fertur † cura, cum baptisma etiam a laico,
50 & muliere exerceri possit, † cap. ad limina. 30. quæst. 1. cap. verum. 32. distinctione. & sic non spectat ad curam pœnitentialem, nec iudicialem, cuius quidem laicus, & mulier
51 incapax † est. cap. omnis. cap. noua quædam, de pœniten. & remissionibus. cap. dilecta, de maiorit. & obedien. & ita concludunt Cardinal. in clem. 1. de baptismo, quæst. 4. num. 7. Imola num. 6. Ancharan. in 2. notabili, circa medium. Vitalin. num. 66. & 67. Federicus de Senis cons. 80. num. 3. & cons. 135. in fine. Milius in repertorio, verbo, *curatum non dicitur*. Decius in cap. ad aures, ante num. 7. de rescriptis, Gambarus de officio, & potestate legati, libro 5. titulo, an legatus possit plura beneficia vni conferre, num. 18. & 19. Gomezius vbi supra, d. quæst. 11. ante finem, sub num. 8. vers. *quia actus baptizandi*. Rebuf. in concordata, titulo de collationibus. §. statuimus, il 2. verbo *Parrochialis*. Hojeda vbi supra num. 8. Mascardus de probationibus, conclus. 469. num. 8. & 9. Rota d. decis. 52. num 28. & sequentibus, parte secunda diuersorum: vbi etiam præfati Doctores dicunt, quòd ex consuetudine, vel concessione introduci † potest, vt filij Parrochianorum, vnius
52 Parrochiæ baptizentur in alia, & sic non est res essentialis fons baptismalis, vt vna Ecclesia dicatur Parrochialis.

Secundo infertur, quòd idem dicendū sit, quoad sepulturam, & actū
53 sepeliendi, † quia non arguit, seu concludit Ecclesiam Parrochialem, & Curatam, nam quamuis concessa ædificatione Ecclesiæ, vel
54 cappellæ, non sit concessum † ius sepeliendi, vel funerandi. Hostiens. in summa, de sepultur. §. 2. & 3. Vitalin. in clem. dudum. §. huiusmodi, num. 10. eodem titulo, post alios, quos allegat: Tamen quælibet Ecclesia, siue Cappella, quæ Parrochialis non sit, & curam non habeat, potest habere ex consuetudine,
55 vel concessione Episcopi † cœmeterium, siue ius funerandi, vt in eo fidelium cadauera sepeliantur. Federicus d. cons. 135. num. 2. Staphileus de qualitate, & statu beneficiorum. §. circa secundam qualitatem, num. 4. Gomezius d. q. 11. nu. 8. Gambarus, vbi supra. num. 18. Hostiensis, Ioannes Andreas, Cardinalis, & Butrius. num. 10. in cap. nonnulli, de clericis non residentibus. Alphonsus Hojeda vbi supra. num. 9. Rota. d. decis. 52. nu. 27. Mascardus de probation. conclus. 469. num. 10.

Tertio infertur, quòd non sequitur, ista
56 Ecclesia † non percipit decimas, nec primitias, vel in illa diebus festiuis Christi fideles missam non audiunt, vel alia sacramenta (excepto pœnitentię, & Eucharestiæ Sacramento) non percipiunt, nec præstant, ergo non est Ecclesia Parrochialis, Nec per contrarium, ista iura habet ta-
57 lis Ecclesia, ergo necessario sequitur † quòd sit Parrochialis Ecclesia. Nam quamuis ista sint iura, & quędam signa Ecclesię Parrochialis, ac præsumptionem non leuem inducant, vt docuit Romanus cons. 356. incipit *circa primum*. num. 3. & 4. Rebuffus in tracta. nominationum. quæst. 16. num. 3. Octauianus decis. Pedemontana 99. nu. 2. Ioan. Gutierrez alleg. 8. num. 9. Mascardus de probationibus conclus. 589. num. 6. Non tamen necessario ex illis infertur ad curam Parrochialem, cum possint adesse, & abesse ex aliquo accidenti, Antonius de Butrio in d. cap. quia nonnulli, num. 10. de clericis non residentibus, post Hostiensem, Ioannem Andreā, & Cardinalem ibidem. Rota d. decis. 52. nu. 31. cum quinque numeris sequentibus, vbi reprobatur Roman. vbi supra, quatenus dicit, quòd ex prædictis necessario inferatur ad curam animarum.

58 Negari tamen non potest, vt dixi, † quòd quāuis fons baptismalis, & sepultura, ac decimarum exactio, non concludant precise ad Ecclesiam Parrochialem, tamen quòd multum conferunt ad comprobandum esse Parrochialem, quia licet non sint essentialia, sunt tamen ordinaria, & ferè naturalia ex supradictis.

Infertur etiam quarto, quòd potestas fori contentiosi, seu iudicialis, veluti, quòd quis habeat iurisdictionem in spiritualibus, in foro tantum exteriori,
59 † non facit strictè, & propriè beneficium curatum, vt per Innocen. in cap. dudum il 2. n. 11. vers. *nam modus agendi*. & ibi Abbas num. 7. in fine de electione, latè Capra regula 90. num. 12. Decius in cap. ad aures. num. 6. de rescriptis. Rebuff. in praxi, tertia parte signaturæ, vers. *etiam situationis*. numero 4. Pauinus de visitatione parte 1. quæst. 2. num. 28. & 48.

Cura enim animarum dupliciter consideratur largè, & strictè, † siue propriè, & im-
60 propriè, secundum Innocentium in cap. non satis, num. 2. & Butrium ibi num. 8. Abbat. num. 2. vers. *circa primum*. de officio Archidiaconi. Cardinal. cons. 48. num. 1. Ferrettum cons. 255. nu. 11. Capram d. nu. 12. Abbat. in d. cap. dudum il 2. num. 7. sub notab. 9. de electione, gl. in extrauag. execrabilis, verbo *animarum cura*. de prębend.

Cura animarum dupliciter cōsideratur.

Quamuis autem large, siue impropriè, cura dicatur potestas fori contentiosi, seu iu-
61 dicialis †, quę versatur circa exercitium iurisdictionis spiritualis, prout est suspendere, excommunicare, absoluere, visitare, & alia

sexdecim illationes pulchrę, ac semper notādę assignātur, vsque ad n. 112.

alia huiusmodi, quæ ad correctionem morum spectant. cap. dudum Ecclesia de electione, & hanc curam possint habere Archi-
62 diaconi, & alij inferiores Prælati. † cap. 1. de officio Archidiaconi, Doctores in c. cum contingat, de foro competenti. Mascard. de probation. conclus. 469. num. 2. Mandosius cons. 20. num. 5.

Strictè verò, & propriè, cura dicitur potestas ligandi, & soluendi in foro pœniten-
63 tiali, † vt superius diximus, & tradunt Decius in cap. ad aures. num. 17. de rescriptis. Mandosius d. cons. 20. num. 6. Mascardus d. conclus. 469. num. 2. vers. *quod tamen.* fuit resolutum in vna causa Conchen. Archipresbyteratus 28. Ianuarii 1594. coram R.P.D. meo Pegna, vbi propterea fuit tentum, quẽdam Archipresbyteratum iurisdictionem contentiosam habentem, non dici beneficium curatum,
64 † ad effectum, vt vacet per assecutionem alterius beneficii incompatibilis, & in eadem decisione allegatur quædam declaratio Sacri Concil. Triden. dicens huiusmodi.

Simplex est beneficium (Archipresbyteratus) nuncupatum, licet habeat aliquam iurisdictionem, dummodo residentia in eo non sit necessaria.

Quinto infertur ex prædicto quarto requisito, quòd in diœcesi Calagurritana, & in alijs similibus, vbi nullus ferè adest Rector solus in quacumque Eccle-
65 sia parrochiali, sed adsunt † plures beneficiati, in qualibet Ecclesia, & Episcopus cõmittere solet alicui ex illis exercitium curæ animarum, quòd nullum beneficium adest curatum, sed solus Episcopus est Rector omnium Parrochialium totius diœcesis, & apud
66 eum solum residet cura animarum, † vt fuit dictum in vna Calagurritana iuris prouidendi, de mense Maij an. 1591. coram R. P. D. meo Seraphino Rotę Decano.

Et similiter fuit dictum in alia Calagurritana congruarum 16. Nouembris 1571. coram Oradino, quæ est decisio 17. parte prima diuersorum, sub num. 12. & 13. quòd notorium est, tam in Regno Hispaniarum, quam in Curia, & ita attestantur practici, & testes examinati, quòd in dicta diœcesi Calagurri-
67 tana nulla sunt beneficia curata, † exceptis duobus, sed cura est apud Episcopum, & apud clericum, cui Episcopus curam demandat.

Et isti clerici, quibus demandat Episcopus curæ animarum exercitium, non sunt veri
68 Rectores, sed potius coadiutores, † ad participationem oneris Episcopi. cap. finali de officio Archipresbyteri. Imola in clem. finali, num. 14. de priuilegijs. Abbas in cap. ex Apostolice, de donationibus, in principio. Caputaquensis decis. 340. num. 4. parte 3. Rota decis. 309. num. 1. parte 2. diuersorum. Oldrad. d. cons. 67. num. 3. vbi dicitur, quòd nullo apparente Rectore, Episcopus est cu-
69 ratus † totius diœcesis. cap. nullus de parrochijs. cap. 1. de raptoribus. cap. licet, 17. q. prima, & tota diœcesis est tali casu sub eius cura. cap. propter hoc. 43. distinctione.

Ideo inuiti beneficiati adstringi non pos-
70 sunt ad hoc onus curæ subeundum † in dicta diœcesi Calagurritana, vt fuit dictum à Rota in vna Calagurritana reductionis prop. mot. 29. Martij. 1591. ante finem, coram R.P.D. meo Decano, Rota decis. 56. num. 1. p. 2. diuers. quod intellige, nisi alius idoneus non inueniatur, ex his, quæ dixi in gloss. 8. ex num. 45.

Sexto infertur, quòd quando Ecclesia Collegiata habet curam animarum, talis cura non pertinet ad singulos Ca-
71 nonicos illius, sed ad Collegium, † seu Capitulum, vnicam personam Rectoris repræsentans. Oldrad. præd. cons. 67. num. 1. in fine, & Mandos. cons. 20. num. 9. fuit resolutum in vna Vrgelen. Canonicatus, & prębendæ 20. Martij 1542. teste Puteo decis. 290. incipit. *die 20. Martij*, libro primo, & totum Capitulum mandat curę exercitium, alicui Vicario ad hoc deputato, vt solitum est, quamuis Cassador. decis. 11. sub num. finali, vers. *possunt esse tamen plures.* de præbendis, dicat, quòd plures possunt habere in solidum curam animarum, & quòd non sit absonum, secundum Innocen. & alios, quos ibi allegat, pluribus
72 curam populi competere in solidum, † ad instar pupilli, vel adulti, habentis plures tuto-
73 res, vel curatores, † quia omnes habent administrationem in solidum, l. 1. ff. de administration. tutor. l. 1. C. si vnus ex pluribus.

Puto tamen, quòd decisio Cassadori non sit contraria decisioni Putei, sed quòd Cas-
74 sadorus intelligat de exercitio † curæ, quòd potest pluribus Vicarijs, Rectoribus impropriè nuncupatis in solidum delegari, vt passim fieri videmus; cura tamen residet penes Capitulum; quòd verus Rector dumtaxat est, & hoc insinuat ipse Cassadorus in fine, dum dicit, Caput autem dictorum Rectorum erit Episcopus, vel Prælatus, vel Collegium, vel Papa, & docuit Oldrad. d. cons. 67. num. 3. in fine, & consonat Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. de reformatione, dum in principio dicit, *etiam si cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbere dicatur, & per vnum, & plures administretur, &c.*

Septimo infertur, quòd quando cura animarum non residet penes aliquem particularem Rectorem, seu Capitulum; sed penes Episcopum, quòd tali casu beneficiati ipsarum Ecclesiarum parrochia-

lium,

ium, non habebunt fundatam intentionem
75 de iure communi, in iure percipiendi † decimas, debitas eidem parrochiali, sed solus Episcopus, qui verè Rector est, & curam habet animarum, super hoc intentionem suam de iure cõmuni fundatam habebit, quia decimæ de iure communi ad Rectorem Parrochialis spectant. cap. cum contingat, & ibi gl. 2. & omnes, & in c. cum in tua, & vtrobique scribentes tradunt, de decimis, Doctores in c. de quarta, maxime Imola in primo notabili, de præscriptionibus, Abbas in c. conquerente, num. 2. prope finem, vers. *duodecimo habes.* & sub num. 6. de officio ordinarij. Rebuf. in tracta. de decimis, quæst. 7. num. 4. Puteus decis. 371. in vna Veronen. num. 2. libro 1. Rota decis. 31. nu. 2. parte 2. diuersorum.

Sicut etiam habet Episcopus intentionem fundatam, super recipiendis decimis, quando
76 non sunt diuisæ † Parrochiæ suæ diœcesis, neque habent certos fines, & limites distinctos, vt in secundo requisito diximus, prout
77 contingit † in pluribus partibus Hispaniæ, vbi nulla datur talis diuisio, nec limitum distinctio, vt dicit Rota decis. 309. num. 5. vers. *& licet in Hispaniarum.* parte secunda diuersorum: tunc enim solus Episcopus fundat de iure communi intentionem suam, in decimis percipiẽdis, cum ipse solus verus Rector sit,
78 & vniuersalis † Parrochus. cap. fin. vbi gl. fin. vers. *sed quid de illis.* de parrochijs. c. quoniam 13. & ibi notant Antonius de Butrio, num. 2. Abbas eodem num. 2. & reliqui omnes. cap. cum contingat. 29. & ibi glossa verbo, *de iure communi.* vers. *quid ergo respondebis.* vbi Hostien. Ioannes Andreas, Antonius de Butrio sub num. 7. & cæteri, de decimis. Rota decis. 163. num. 3. & dicta decis. 309. num. 2. & per totam, parte secunda diuersorum, & fuit resolutum in vna Ciuitaten. decimarum 15. Decembris 1594. coram Gyptio, & passim seruat Rota. Rebuff. in d. tractatu de decimis. quæst. 7. num. 9. & 11. vbi num. 7. 8. & 10.
79 & sequentibus, alios plures casus † congerit, in quibus Episcopus fundet intentionem suam, in percipiendis decimis.

Antiquitus enim, Parrochiæ distinctę non
80 erant, † & ideo Episcopi omnes decimas totius diœcesis percipiebãt, & inter se, & alios clericos dispensabant, quas reliqui clerici de
81 manu Episcopi percipiebant. † c. 1. vers. *has verò decimas.* 16. quæst. 7. Abbas in d. cap. cum contingat, sub num. 7. vers. *idem dico.* de decimis. Puteus decis. 371. in vna Veronensi, sub num. 6. in fine, lib. 1.

Ciuitas etiam, quæ non habet aliam Parrochiam, nisi maiorem Ecclesiam, quę sustinet onera parrochialia, dicitur habere vni-
82 cam parrochiam, † & per consequens fundat intentionem suam. Capitius decis. 23. num. 5.

QVANDO autẽ Parrochiæ sunt distinctæ, & in qualibet Parrochia adest proprius Rector, tunc Episcopus non est Rector totius
83 diœcesis, sed solius † Ecclesiæ Cathedralis, & Prælatus super omnes suæ diœcesis Rectores, & ideo non habet iuris communis assi-
84 stentiam, † in percipiendis decimis parrochialium suæ diœcesis: sed potius resistentiam, † si agit contra Rectorem; ratio est,
85 quia aliàs haberet plura beneficia curata incompatibilia, quod est prohibitum. cap. de multa, de prębendis, cum similibus, & in vnaquaque Parrochiali constitui, debet pro-
86 prius Rector. † cap. sicut in vnaquaque. c. percipimus, 21. quęst. 2. & fuit resolutum in vna Toletana iuris nominandi, de mense Ianuarij 1583. coram Illustrissimo Blanchetto, & in Pampilonen. decimarum. 13. Nouembris, 1592. coram R. P. D. meo Pamphilio. Rota decis. 21. num. 1. & decis. 163. nu. 2. & decis. 309. nu. 4. p. 2. diuersorum. Rebuf. de decimis, q. 7. num. 5.

Nisi in sola quarta parte decimarum, in
87 qua Episcopus fundatam † habet intentionem, in omnibus Parrochijs suę diœcesis, quantumuis distinctis. Hostien. in cap. conquerente, de officio ordinarij, num. 15. Ioannes Andreas, num. 40. Cardinalis notab. 11. Butrius num. 44. Imola num. 8. & sub num. 27, Abbas num. 2. propè finem, vers. *duodecimo habet.* & num. 60. circa medium, & post Baldum, Cardinal. Butrium, Imolam, tradit Abbas in cap. de quarta, numer. 2. de præscriptio. Rebuf. vbi supra nu. 11. Rota decis. 31. num. 5. p. 2. diuersor.

Si verò non agit contra Rectorem, habet
88 Episcopus pro se iuris † præsumptionem: quamuis Parrochię sint diuisę. Rebuff. in tractatu de decimis, quęst. 6. num. 10. & quęst. 7. num. 4. & 12. & fuit resolutum, in vna Postnanien. decimarum de mense Maij an. 1596. coram Gyptio, & alias sepe, vide etiam, quę dixi in glossa quinta §. 3. de Vicariis, ex num. 26.

Octauo infertur, quòd non dicitur beneficium curatum, nec vti tale regulandum, illud, quod non est actu curatũ,
89 † sed tantum habitu, veluti quia populus sit destructus, & omnes parrochiani aliqua ex causa mortui sunt, & esse desierunt, licet Ecclesia parrochialis semper firma maneat, & antea actualiter Parrochialis fuerit: nam tũc
90 Rector nullam habet potestatem † super animis, quę in rerum naturam non sunt. Federicus de Senis cons. 80. & cons. 135. Geminianus in cap. licet canon. numer. 6. de electione in 6. Abbas post Innocen. & alios in cap. de multa, num. 24. in fine, de prębendis,

dis, Gomezius in regula de idiomate, quæst. 11. sub num. 5. vers. *& hoc est, quòd de cura dictum est.* Staphileus de litteris gratię, in rubrica de qualitate, & statu beneficiorum. §. circa secundam partem, num. 3. alias, num. 22. Rebuff. in praxi, in titulo de dispensatione super ętate, vers. *etiam si curam habeat animarum.* in principio, & in tractatu de nominationibus. quæst. 16. num. 23. Gundisaluus Villadiego in tractatu de legato, quæst. 14. num. 86. Ioannes Selua de beneficio, tertia parte, quæst. 42. per totam. Petrus Duennas in regula 71. incipit, *beneficia plura*, num. 4. Siluester verbo, *beneficium.* 4. quęst. 4. vers. 2. Ioannes Gutierrez in allegatione 8. num. 7. vbi plures contrariam partem tenentes refert, in vers. *nam licet Innocen.* & per totam illam allegationem de hoc tractat. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, parte prima, quæst. 13. numero 10. & 53. Mascardus de probationibus conclus. 589. num. 5. Benedictus Capra in regula 90. num. 74.

Nono infertur, quòd eo ipso, quòd requiruntur, tot qualitates ad essentiam beneficij curati, vt supra diximus: in
91 dubio non est præsumendum † aliquod beneficium esse curatum, sed potius præsumitur, quòd sit beneficium simplex, & asserenti esse beneficium curatum incumbet onus probandi esse tale. Ægidius Bellamera decis. 676. *si impetrans.* Staphileus de litteris gratiæ, titulo de qualitate, & statu beneficiorum. §. vt sciri possit, num. 2. Rebuffus in praxi, titulo quotuplex sit beneficium seculare, num. 11. & super concordata in forma mandati Apostolici, in verbo, *cum cura*, Hojeda de incompatibilitate parte prima, quæst. 13. num. 2. in fine. Ioannes Gutierrez dicta allegatione 8. num. 5. Rota decis. 17. num. 1. parte prima diuersorum, & fuit resolutum in vna Pãpilonen. Prioratus, de Artajona. 21. Iunij 1599. coram R.P.D. meo Pamphilio, nunc meritissimo Rotæ Decano.

Decimo sequitur, quòd eo ipso, quòd vna Ecclesia sit Parrochialis,
92 consequenter erit beneficium † curatum: nõ tamen conuertitur, quia potest esse beneficium curatum, absque eo, quòd sit Ecclesia Parrochialis, veluti si sit aliqua Ecclesia ruralis, & ad eam de nouo veniant homines ad illic inhabitandum, licet possit dici Ecclesia curata, non dicitur tamen Ecclesia Parrochialis, si non habet certum territorium, vt post Ioannem Andream, & alios in cap. super eo, de præbend. lib. 6. tradit Rebuffus in concordata, titulo de collationibus. §. statuimus secundo, verbo *Parrochiales*, & iterum in forma mandati, de prouidendo, in verbo *cum cura.* vers. *an sufficiat.* vbi propterea dicit, melius esse exprimere, quòd sit Ecclesia Parrochialis, quam quòd sit beneficium curatum. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, prima parte, cap. 13. sub num. 2. post medium. vers. *at vero potest esse.* Rota decis. 52. num. 37. & 38. parte secunda diuersorum, vbi nu. 39. dicit, quòd hinc est, quòd in iure Canonico, & in Concil. Trident. passim fit mentio simpliciter de Ecclesijs Parrochialibus, absque expressione qualitatis curæ.

Vndecimo infertur, quòd non dicitur beneficium curatum, quã-
93 do non habet curam perpetuam, † sed ad certum tempus, veluti si esset præpositura, cuius præpositus sede vacante gerit vicem Episcopi, in temporalibus, & spiritualibus, quia talis Præpositura propter hoc non dicitur curata, prout inquit Ioannes Andreas, in additionibus ad Speculatorem, in rubrica de præbendis, in vers. *in secunda parte*, & idem Ioannes Andreas, in cap. de liberatione, sub numer. 1. super verbo *prælationis.* de officio legati, in 6. Imola, & Abbas in cap. de multa, num. 23. de præbendis, Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. d. cap. 13. p. 1. numero 52. Capra in regula 90. num. 67. & vide, quę dixi circa Vicarias, in gl. 5. §. 3. ex num. 35.

Et num. 66. ipse Capra dicit, idem de be-
94 neficio, cui esset annexa aliqua cura, † & potestas distribuendi distributiones quotidianas interessentibus diuinis, quia non ex eo dicitur beneficium curatum, cum non habeat curam animarum in foro pœnitentiali, & reliqua requisita, sequitur etiam Hojeda vbi supra num. 51.

Duodecimo infertur, quòd neque etiam dicatur beneficiũ curatum, quod de solo facto, & non de iure
95 † haberet requisita essentialia ad tale beneficium: puta, quòd Rector, seu Sacerdos exerceret curam de facto, ac vsurparet iurisdictionem, ac limites certos apponeret, &c. vt post Calderinum in d. cap. de multa, loquẽtem in terminis illius tex. Ioannem Andreã, & alios, tenet Capra præfata regula 90. nu. 8. Alphonsus Hojeda, de incompatibilitate beneficiorum, prima parte, cap. 13. num. 55. & vide plura, quę dicam, Deo dante, in glossa 15. §. 1.

Decimotertio infertur ad Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 13. vbi disponitur, quòd Ecclesię parrochiales, non vniantur, quòd decretum illud locum habet, quando vere
96 sit Ecclesia Parrochialis, † & habet certos fines, alias non: vt censuit Sacra Congr. Concilij per hęc verba.

Parrochiæ, quæ certos fines non habent, sed certum

tum tantum populum, & per certas familias distinguuntur, vsque adeò, vt sacramenta promiscuè non administrentur, hoc Concilij decreto, vtique non comprehenduntur.

Decimoquarto infertur, quòd Prioratus, per Vicarium perpetuum deseruiri solitus, non dicetur beneficium † curatum, nec includetur sub appellatione beneficij curati, nec Parrochialis, ex quo prior non adstringitur ad administranda Ecclesiastica Sacramenta, sed dum taxat Vicarius perpetuus, † & curam animarum quis habere dicitur principaliter propter exercitium, vt eleganter affirmat Probus in additionibus ad Monachum in cap. super eo 6. numero 17. de præbendis, libro sexto. post Ancharanum, Cardinalem, & Abbatem, numero 10. in cap. exposuisti, de præbend.

Nec mirum cum auferatur actualis animarum cura, à Prioratu, & transferatur in Vicarium perpetuum. † Philippus Probus, vbi supra. Vitalin. in clem. 1. §. ad hæc, num. 26. de prebendis. Nauarrus consil. 21. incipit *Ecclesiæ Parrochiali.* num. 7. de clericis non residentibus, & per totum, vbi tenet, quòd neque etiam hodie post Concilium Tridentinum talis Prior tenebitur exercere d. Curam, nec residere, sicut, & antea, prout etiam Sacra Concilij Triden. Congreg. declarauit, dicens.

Habens Parrochialem, in qua Vicarium perpetuum legitime institui obtinuit, eo viuente, residere non tenetur.

Decimoquinto infertur, quòd Rector in sua propria Ecclesia Parrochiali, dicitur Prælatus. † cap. in apibus, 7. quæst 1. Nec non habet tantam potestatem, quantam habet Prælatus, cum Capitulo † in Ecclesia Collegiata, vt pulchrè dixit Abbas in cap. 1. sub num. 28, vers. *si vero in Ecclesia.* de dolo, & contumacia, cuius dictum laudat Gregor. Lopez in l. 2. gl. finali, titulo 16. Partita prima, & facit benè d. l. 2. in fine.

Ideoque Rector in propria Ecclesia, veluti in domo propria dicitur Imperator, & Rex. † c. duo. 23. q. 4. Abbas in cap. venerabilem, sub num. 19. de electione, vbi post Ioannem Andream, narrat fabulam † de Ricardo Rege Angliæ, & rustico, qui eumdem Regem alapa percussit, ex eo, quòd in Domo ipsius Rustici, illi cedere, & obedire noluit.

Hinc Rector intra propriam Ecclesiam debet precedere † omnes, aliàs maiores, & superiores, in dicendis missis solemnibus, & alijs quibuscumque preheminentiis, concernentibus ipsius Rectoris officium. † Cassane. in cathalogo gloriæ mundi, parte quarta, consideratione 81. vbi plura allegat, ac fuit dictum in vna Calagurritana preheminentiarum de Victoria 16. Nouembris 1592. coram R. P. D. meo Pegna, vbi fuit resolutum, quòd Rector in sua propria Ecclesia, inspecto iure communi, erat preferendus Decano, & omnibus Capitularibus † collegiatæ, ad eamdem Ecclesiam processionaliter, certis diebus, ex antiqua consuetudine accedentibus.

In qua decisione fuit etiam dictum, quòd maior debet cedere minori, dum est in domo † minoris, Lucas de Pena, & Ioannes de Platea in l. nihil. C. de Palat. lib. 12. Decianus cons. 67. incipit *dico ergo.* num. 12. & sequenti lib. 2.

Denique Rectores in suis parrochijs, Apostolorum † vices tenent. Romanus in consil. finali, seu sermone incipienti, *vos estis sal terræ*, nom. 11.

Dicit etiam Rota decisione 1. numero 3. de officio Archipresbyteri, in antiquis, quòd beneficium curatum habet magnam præheminentiam, † & tetigi in principio huius glossę, num. 4.

Nec non dicit Vitalinus in clem. 1. num. 30. de præbendis, quòd cura animarum est tanto pretiosior, † quanto periculosior, vt etiam dixi supra num. 9. Quæ omnia contenta in hac 15. illatione. post sic scripta, transcripsi, prout iacent. in quadam informatione, quam feci ad instantiam dilecti amici mei Ioan. Martinez de Imiruli Calagurritani, in hac curia negocia agentis, in vna causa Pampilonen. præheminentiarum, ad fauorem Rectorum prouincię de Guipuzcoa, contra Archipresbyterum eiusdem prouinciæ, prætendentem præcedere debere dictos Rectores, intra proprias illorum Ecclesias, tanquã caput dictæ prouinciæ. Et licet prius obtinuerat in iudicio summarijssimo manutentionis, tamẽ per dicta fundamẽta succubuit. Et fuit contra illum, & ad fauorem Rectorum in petitorio resolutum nouissime sub die 22. mensis Martij huius anni 1604. coram R. P. D. meo Litta, eiusdem causæ Iudice.

Decimosexto infertur, quam vtile, & necessarium sit in nostro proposito cognoscere, an beneficium sit curatum, nec ne; quia si est curatum, quãuis sit reseruatum, vt regula nostra docet. tamen licet vacet in mensibus Apostolicis, debet prouideri per concursum, † ita, quòd ordinarius proponet edicta, & coram illo debet fieri examen oppositorum, & ex illis, qui per examinatores idonei, ætate, moribus, doctrina, & prudentia, & alijs rebus, ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, iudicati fuerint, Episcopus eum eligere debet, quem cæteris magis idoneum iudi-

iudicauerit, vt latius scripsi in glossa 4. ex num. 110. cum sequentibus, & illi est facienda collatio per Papam, ad quem prouisio in mensibus reseruatis spectat, vti disponit Concilium Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 18. post principium, ibi, *etiam si ipsa Parrochialis Ecclesia reseruata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu priuilegij in fauorẽ S.R.E. Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum*. Nec non in constitutione Pij V. quę incipit, *in conferendis*, sub data 15. calen. Aprilis ann. 1566. & est in bullario 32. ibi, *in mensibus ordinarijs collatoribus etiam per nostras regulas assignatis*, ac declarauit Sacra Concilij Congregatio sub verbis sequentibus.

In beneficijs curatis, reseruatis Sedi Apostolicæ, vacantibus per obitum, puta in mensibus † *reseruatis, Ordinarij proponent edicta concursus, & a Sede Apostolica prouisio fiat approbato ab examinatoribus in sinodo diœcesana deputatis, si fidem approbationis habet ab ordinario, vt in dicta constitutione Pij V.* quam declarationem refert etiam Flaminius Parisius de resignatione. lib. 8. quęst. 9. num. 103. & sic passim practicari videmus. 112

Et iterum fuit etiam declaratum, in beneficijs iurispatronatus Ecclesiastici, prout sequitur.

Si beneficium curatum iurispatronatus Ecclesiæ, in mensibus Apostolicæ Sedi reseruatis vacauerit Episcopus ipse Ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide ipsiusmet ordinarij, à Summo Pontifice instituendum, sicut fit in alijs curatis, quæ non sunt de iurepatronatus.

Vnde minus benè loquutus fuit Nauarrus in cap. si quando, de rescriptis in fine, in actuario dictæ prælectionis, nu. 15. dum dixit, quòd hodie erat sublata reseruatio Parrochialium per d.c. 17. sess. 24.

ET ista est vna ampliatio dicti decreti, vt procedat etiam si parrochialis Ecclesia sit de iurepatronatus Ecclesiæ.

Ampliatur etiam dispositio d.cap. 18. Concil. Triden. sess. 24. ad beneficia reseruata, ratione vacationis in Curia, † vt ostenditur in illis verbis, post principium positis, *per obitum, vel resignationem, etiam in curia*, & tradit Flaminius Parisius, in tractatu de resig. beneficiorum, lib. 8. q. 7. num. 12. vbi dicit, quòd in prouisionibus parrochialium vacantium per obitum in Romana Curia, proceditur per examen in concursu, & statim habita notitia vacationis Episcopus proponit edictum pro concursu, & mittit approbationem factam ab examinatoribus deputatis in sinodo diœcesana, & à Sede Apostolica confertur approbato, prout colligitur ex dicta constitutione Pij V. & fuit sæpius decisum in Congregatione Concilij, & id fieri tota die in practica videmus, tenet etiam Rota decis. 48. num. 1. & 4. p. 1. diuersorum. 113

Item, & tertio dictum decretum ampliatur, etiam si cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbere dicatur, & per vnum, & plures † administretur, vt dictum decretum in principio declarat, ex quibus verbis colligitur, quòd ad hunc effectum cesset, & corrigatur † opinio Oldradi d. cons. 67. cum alijs adductis superius in quarto requisito, ex num. 45. dicentium, quòd non dicatur beneficium curatum, quando cura per plures administretur, vt fuit dictum in d. decis. 48. num. 8. p. 1. diuersor. & vide infra n. 159. 114 115

Sæpe tamen solet Papa facere, prouisionem de parrochialibus, de partibus, in curia, per obitũ vacantibus, † absq; dicto concursu, prouio examine ad curam animarum. Et etiam vidi idem fieri de Parrochialibus vacantibus extra curiam in mensibus reseruatis, quando approbatus per cõcursum, & electus, ad significandum, ac petendam prouisionem Apostolicam, mittens, nõ vult consentire iustę pensioni, † quę a PP. super tali parrochiali de tempore prouisionis reseruatur, nam ipso sic approbato, & electo, nolente acceptare collationem Ecclesię parrochialis pensione grauatę, confertur alteri, absque examine per concursum, prouio examine simplici ad curam animarum, & approbatione. 116 117

Neque obstat, si dicatur, quòd approbatus, & electus acquisierit ius ad rem † considerabile. Rota decis. 6. de electione, in nouis, nu. 3. iuncta additione Papazon. Gomezius in regula de non tollendo, quęst. 1. num. 27 & sequentibus; quia vltra, quòd non auferetur electo beneficium, nisi ob culpam suã, ex quo nolit iustam pensionem acceptare per supradictam approbationem, & electionem, vigore dicti Concilij factam: non dicitur acquisitum aliquod ius † ad rem, quando collatio spectat ad solum Papam, tanquã de beneficio reseruato, vt in terminis fuit resolutum in vna Dertusen. Parrochialis 12. Februarij 1593. coram doctissimo R. P. D. meo Pegna, & in Placentina parrochialis de anno 1585. coram Reuerendissimo D. Seraphino. 118 119

In hoc tamen casu, quando parrochialis confertur à Sede Apostolica, sine concursu, erit necessarium, quòd expresse, vel tacitè derogetur † dicto decreto Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. prouisiones Apostolicas comprehendenti, & decretum irritans habenti, vt concluxit Rota decis. 48. numero 1. & per totam, latè disputan. & præsertim, 120

num.

num. 4. & 11. parte 1. diuersor. vbi dicitur, non sufficere, quòd Papa notitiam habuerit d. decreti, vt illi derogare censeatur. Sufficeret tamen generalis derogatio, si alias appa ret de intentione Papæ, licet de d. Conc. Trident. specialis, aut indiuidua mentio facta non fuerit, quia propter auctoritatem illius nunquam solet specialiter derogari, ac ita seruari video, & decisum, ac declaratum, audio.

Prout etiã & secũdo, dispositio d. Concilij super concursu, locum non habet, quando beneficium curatum resignatur in
121 manibus Papæ, in fauorem † alterius personæ, quia tali casu resignatarius prouisus à Papa, vel mandatum de prouidendo in forma dignum obtinens, dumtaxat examinari debet absque concursu, & approbari, si idoneus repertus fuerit ad Curam animarum, siue resignatarius sit presens in curia, siue absens in partibus, vt censuit Sacra Congregatio Concilij, in vna causa Aurien. parrochialis tertia Calen. Februarij 1565. & in alia causa Illerden. sub die 3. Octobris ann. 1566. & alias pluries, & sic passim in praxi seruatur.

122 Idemq; est in cessione Iurium, † pro extinctione litis, vt etiam eadem declarauit Sacra Congregatio.

Neque obstant dicta verba Concilij Trid. in dicto cap. 18. ibi, *per resignationem etiam in Curia*, quia intelliguntur de resignatione
123 simplici, † non autem de illa, quę fit in fauorem, ex qua impropria vacatio inducitur. Cassadorus decisione 3. numero 1. & per totam, de renunciatione. Puteus decis. 314. *in vna Casenaten.* numero 1. & 2. lib. 1. & decis. 357. num. 1. in fine, eodem lib. primo. Mandosius in tractat. de signatura gratiæ. titulo resignationes. col. 3. vers. *nec*, & in titulo, de resignationibus, colum. 3. ante medium. Hieron. Gabriel. cons. 199. *Pius V.* n. 1. & per totum. li. 2. & latius dicemus in gl. 14. verbo, *alias quam per resignationem*, ex n. 6.

Rursus, & tertio Papa debet prouidere parrochialem, absque dicto concursu per Concilium Tridentinum re-
124 quisito, quando non fuit seruata forma † prædicti Conc. super faciendo dicto concursu in approbando, & eligendo digniorem, & in reliquis contentis in d. cap. 18. vt sanciuit Pius V. in d. sua constitut. 32. per quam annullantur omnes prouisiones aliter factę, & dispositio talium Parrochialium Sedi Apost. reseruatur, cuius constitut. verba sunt ista.

125 Tenore *præsentium † omnes, & singulas collationes, institutiones, & quasuis dispositiones Parrochialium Ecclesiarum, ab eisdem Episcopis, & Archiepiscopis, ac quibusuis alijs collatoribus, tam ordinarijs, quam delegatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac Sedis Apostol. Legatis, vel Nuntijs, præter, vel contra formam ab eodem Conc. Trid. præsertim in examine per concursum faciendo præscriptum, factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, & momenti fore, & esse, nullumque prouisis Ius, aut titulum, etiam coloratum possidendi præbere, & Parrochiales Ecclesias huiusmodi, vt prius ante collationes huiusmodi vacabãt, ex nũc vacare, statuimus, decernimus, & declaramus, easq; omnes pro tempore sic vacantes, nostræ, & Sedis Apost. seu eorũ, quibus Ius conferẽ di eas, præterquã Episc. & Archiep. qui curam d. examinis, iuxta decretum eiusdem Conc. habere debent, competat, dispositioni reseruamus.*

Ex qua constitutione, in vers. *seu eorum, &c.* similiter probatur, quòd etiam alij inferiores collatores, quibus alias Ius conferendi competat, possunt prouidere, † ac dis-
126 ponere de prædictis parrochialibus in dictis casibus, contentis in præfata constitutione, absq; dicto concursu, si tamen alias conferan tur personæ idoneæ, & benemeritę.

Nec tali casu, in præiudicium istorum inferiorum collatorum locus erit Apostolicę reseruationi, quando à principio talis Parrochialis reseruata non erat, nec inferior collator fuit in mora prouidendi, quia per eum non stetit., obstante dilatione Episcopi, vel Archiepiscopi, vel impedimento concursus; ratio est, quia sine culpa puniri non debet. cap. sine culpa, de regul. Iuris in 6. l. aliud est fraus, in principio. ff. de verbo-
127 rum significatione, cum pœna † solum sequatur suos auctores, & non innocentes. l. sancimus. C. de pœnis. l. absentem in principio. ff. eodem titulo. Et sicut lepra sequi-
128 tur leprosum, † sic pœna sequitur auctorem culpę, & illius personam non egreditur. l. si quis ergo, 16. & ibi glossa, ff. de peculio. Bartolus in tractatu inter Beatam Mariam, & Diabolum, numero primo. Nec culpa solius Episcopi, vel Archiepiscopi nocere
129 debet alteri, † vel eius conditio deterior fieri, vt Iure conferendi sibi competenti priuetur. l. non debet. 74. ff. de reg. Iuris. l. coheredibus. C. familiæ herciscundæ. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. cap. denique 14. quæst. 5. Menochius de arbitrar. casu 182. n. 48. & 49.

Quarto quoque cessat dictus concursus, quando Episcopi, vel Archiepiscopi, vel alij collatores ordinarij
130 fuerunt in mora, non conferendi † dictas parrochiales intra sex menses, à die vacationis, prędio d. examine: nam lapso d. termino, eo ipso, tales Parrochiales, quamuis alias nõ essent reseruatę, tamen remanent Sedi Apost. reseruatę, vt declarat ipsamet Const. Pij V. in §. *insuper ne Parrochiales Ecclesiæ diu in suspenso maneant*, & concordat regula prima

Cancellariæ, in fine, dum reseruat omnia beneficia, de quibus ordinarij, & alij collatores contra Conc. Trid. decreta, disposuerint.

Quinto cessat concursus, quando approbati per concursum, & electi, in casu, quòd Parrochiales Ecclesiæ reseruatæ fuerint: pro obtinenda collatione à Sede Apostolica, intra quatuor † mensium spa
131 tium, à die vacationis, fidem approbationis mittendo non significauerint, vt in vers. *ac illarum etiam quarum collatio, &c.*

Isti tamen quatuor menses assignati ad significandum per dictam Constitutionem, non currunt simpliciter à die vacationis, sed
132 à die habitę notitiæ illius. † c. quia diuersitatem, de conces. prębend. cap. licet. de supplend. neglig. prælator. Tiraquel. de retrac. lignag. §. 35. gl. 4. nu. 2. & in terminis d. Constitutionis fuit resolutum in vna Toletana beneficij. 28. Nouembris 1578. coram Reuerendiss. D. Seraphino Patriarcha Alexandrino, quæ in impressis est decisio 481. p. 1. diuersor. & tradit Flamin. Paris. de resignat. lib. 8. q. 9. num. 107.

Et in supradictis casibus, quando Parrochialis erat ab initio reseruata, veluti, quia vacauit in vno ex mensibus Apostolicis, & ob non seruatam formam dictæ Constitutionis, impetratur à Sede Apostolica: solet concedi impetranti breue riguroſum de capienda possessione nomine Cameræ, vel ad fauorem litterarum, sine vitio spolij, & attentatorum, de quo loquutus fui in §. septimo procemiali. vers. *nam in primis.* à numero 208. & non apponitur in illo aliud, consti-
133 tum, † verificandum, nisi idem, quod apponeretur, si ab initio posset à Sede Apostolica impetrari, & nullus concursus, approbatio, & electio necessaria forent: & ita seruari vidi: ac ratio potest esse, quia tunc ipsa parrochialis vacat, vt prius, prout eadem constitutio declarat, & cum vacet, vt prius, & sit reseruata, & non requiratur concursus, ac cesset dispositio Concilij Tridentini, conceditur dictum breue, & apponitur præfatum, constitum, verificandum, & non aliud.

Sexto potest prouideri parrochialis, sine concursu, quando est Iurispa-
134 tronatus laicorum, † nam tunc præsentatus à patrono debet simpliciter examinari ab examinatoribus deputatis, & si idoneus repertus fuerit admitti, & instituì, vt disponitur in eodem c. 18. Concilij Tridentini, sess. 24. de reformat. vers. *quod si Iuspatronatus*, ac declarauit Sacra Congregatio Concilij, dicens.

Speciale est in Iurepatronatus laicorum, vt non requiratur concursus in collatione Ecclesiæ parrochialis, & iterum.

Examen per concursum fieri non debet, in vacatione parrochialis, quæ sit Iurispatronatus laicorum, sed sufficit, quòd deputatus à patronis, examinetur ab examinatoribus in diœcesana synodo deputatis, & idoneus iudicetur, prout statuit hic Concilium Tridentinum in §. quod si Iuspatronatus.

Ista autem sexta limitatio tripliciter est declaranda.

Primo, quando Parrochialis esset Iurispatronatus mere laicalis; secus vero, si esset
135 Iurispatronatus mixti, † partim Ecclesiæ, & partim laici, nam tunc fieri debet concursus, vt Illustrissimorum Cardinalium Tridentini Concilij Interpretum Congregatio declarauit, dicens.

Si Ecclesia Parrochialis sit Iurispatronatus, partim Ecclesiæ, partim laici, seruanda est forma examinis per concursum hic posita, quam Concilium præstitit in conferenda parrochiali, quæ sit Iurispatronatus mere Ecclesiastici, & idem dicendum est, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro vna tantum ad Ecclesiasticum.

Et facto concursu in hoc casu, si Parrochialis est de Iurepatronatus mixto, patro-
136 nus debet electum † præsentare, & ab ordinario institutio fieri, iuxta ea, quæ dico in glossa 18. vers. *sit tertius casus* ex nu. 8.

Secundò declaratur, vt procedat, & locum habeat in Iurepatronatus laicorum, ex constructione, fundatione, & dotatione, aut donatione; secus vero si competat ex
137 priuilegio, † vel præscriptione, vel alio quouis modo. Nam isti patronatus, cum quasi possessione inde sequuta (saluis his, qui Principibus sublimibus, & studijs generalibus competunt) sunt omnino sublati, & derogati per Conc. Trident. sess. 25. de reform. c. 9. §. denique; & latius, Deo volente, inferius dicemus, in glossa 18. in vers. *rursus supradicta, quòd reseruatio.* n. 18. & sequen.

Tertio declaratur, quòd procedat, si patronus laicus vnum dumtaxat præsentat, secus vero, si præsentat plures Clericos ad Parrochialem, quia inter ipsosmet præsentatos, & non alios, debet fieri examen per
138 concursum, † & idonei sunt ab examinatoribus approbandi, & ex his approbatis, est idoneor ab Episcopo eligendus, vt sacra Concilij Trid. Congreg. declarauit, dicens.

Eueniente vacatione parrochialium de Iurepatronatus laicorum, quando plures sunt præsentati, requiritur examen per concursum, inter ipsos præsentatos tantum, vt ex his, qui peracto examine idonei, ab examinatoribus denunciati sunt, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illum, & non alterum instituat, iuxta hoc decretum.

Septimo potest Ecclesia parrochialis prouideri, sine concursu, quando

139 quando redditus illius sint adeo exigui, † vt totius huius examinationis operam non
140 ferant, aut nemo † sit, qui se examini quę-rat subijcere, aut ob apertas factiones, seu diffidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur,
141 facile graniores rixę, † ac tumultus possint excitari: quia tali casu potest ordinarius, si pro sua conscientia, cum deputatorum consilio, ita expedire arbitrabatur, hac forma omissa, priuatum aliud examen, cæteris tamen seruatis, adhibere; vt statuitur in eodem capit. 18. sessione. 24. de reformatione ad finem, in §. si tamen adeo exigui.

Octauo cessat prędictus concursus, quando beneficium curatum,
142 seu parrochialis Ecclesia erat litigiosa, † quia tunc, si alter collitigantium cedat, vel decedat, siue sit possessor parrochialis, siue
143 non, cum ab ordinario alius subrogari † nequeat, ne multiplicentur collitigantes, nec collitiganti superuiuenti præiudicium irrogetur. capitulo primo, & secundo, vt lite pendente, libro sexto. Clementina prima, eodem titulo, plenè tradit Parisius de resignatione, libro secundo, quæstione tertia, à numero 97. & numero 102. Lancellott. de attentat. 1. p. c. 3. ex n. 97. vsque ad finem, vbi sex modis ampliat, & quindecim limitat, aliisq; modis declarat.

144 Solet à Sede Apostolica † alius gratiosè subrogari, quoad Ius, & possessionem defuncti, absq; aliquo concursu, & vt plurimũ subrogatur ipsemet collitigans superuiuens, iuxta regulam 28. Cancellarię de subrogandis collitigantibus, vt tota die seruari videmus.

Neque Concilium Tridentinum in dicto capitulo decimo octauo, dum loquitur de beneficijs curatis reseruatis, se exten-
145 dit † ad parrochiales Ecclesias litigiosas, cum longe diuersum sit vnum ab alio,
146 † nam beneficium reseruatum, nusquam potest Ordinarius conferre. capit. secundo, in fine, de prębend. libro sexto: sed quoad litigiosum non prohibetur in perpetuum, sed dumtaxat eius potestas suspenditur per supradictas rationes, donec futuruslitis declaretur euentus, ad quem beneficium pertineret, vt in capitulo finali, vt lit. penden. lib. sexto. Clementina prima. §. si vero, vt lite penden. & ita docent Gomezius in regula de triennali. quęst. 31. numer. 9. vers. *sic etiam dispositio. cap.* 2. Simonet. de reseruatione. quęstione decima. n. 5. Mandosius in reg. de impetrantibus beneficia per obitum famil. Cardin. quęstione 9. nu. 5. 6. & 7. Couar. in practicis quæst. c. 36. sub num. 7. vers. *quinto ad idem*, ibi, *nec tamen ex hoc sequitur*, & dixi in §. 7. proœmiali. q. 3. ex nu. 118. & in glossa 32. num. 40.

Item in beneficio litigioso, non datur vera prouisio, † sed subrogatio, quæ est diuersa à prouisione, vt late tradit Gomezius in reg. de impetran. benef. per obitum fam. Cardin. q. 8. n. 5. & per tot. vbi propterea concludit, quòd illa regula locum non habeat in beneficio litigioso, vacante per obitum
147 familiaris † Cardinalis. Idemque dicit in gratia si neutri.

Necnon addit, quòd Papa potest prouidere liberè beneficium Iurispatronatus laicorum, † quando est litigiosum. Cum igi-
148 tur dictum Concilium Tridentinum, dum loquitur de materia concursus, non loquatur de beneficio litigioso, sed de reseruato, nec de subrogatione, sed de prouisione, nec de beneficio Iurispatronat. laicorum, sed illa prorsus excludit: resultat in litigioso beneficio minimè locum habere.

149 Si vero vterque collitigans † obierit, tunc quidem parrochialis Ecclesia prouidebitur prędicto concursu, per Concilium Tridentinum assignato, quoniam per obitum vtriusque collitigantis, in beneficialibus
150 extinguitur lis, † vt in dicta Clementina prima, vt lite pendente, disponitur, & Bonifacius Vitalinus ibidem. numero primo, & secundo, & numero 34. Cardinalis numero tertio. Cassadorus. decis. 3. nu. 3. vt lite penden. Caputaquen. decis. 168. n. 2. p. 2. Couarru. d. c. 36. num. 7. vers. *primus casus*, & vers. *secundus casus*. Puteus decisione 354. n. 2. libro 3.

Et tali casu, si is, qui obijt in possessione parrochialis, decessit in Curia, vel in
151 mense reseruato, extra illam, collatio spectabit ad Papam; † si vero decesserit possessor extra Curiam, & in mense ordinario,
152 ad ordinarium collatio pertinebit, † vt ex
153 eadem Clementina prima. §. quòd si vnam, aperte probatur: qui textus licet non loquatur, nisi quando possessor obierit in Curia, eadem tamen ratio militare videtur, quando decedit extra Curiam, in mense tamen reseruato, † quia præsumitur, quòd
154 per obitum illius, qui obijt in possessione in mense Apostolico, beneficium vacauerit, & non per obitum alterius collitigantis, qui sine possessione in mense ordinario decesserit, cum semper possidentis melior conditio sit, vt glossa in verbo, *possidebat*, & communiter omnes, maximè Imola in dicta Clementina prima docent, & ponderant, ac tetigi in §. 3. proœmiali ex numero 52.

155 Vtroque † tamen litigante in possessione decedente, quòd euenire potest, puta, quia ille, qui non possidebat, obtinuisset mandatum de immittendo in possessionem, & priusquam ad illius executionem

deueniſſet, deceſſerit aduerſarius in poſſeſſione: & ſtatim eam vacantem, vigore dicti mandati de immittendo caperet: & deinde ſimiliter decederet, quo caſu, vterque collitigans tempore obitus beneficium poſſideret: quod & euenire poteſt, alijs multis † modis declaratis à gloſſa, verbo, *neutro*, & ibi Imola ſub numero 24. in dicta Clementina prima. Tunc quidem, ſiue ambo collitigantes, ſiue illorum alter in Curia, vel in menſe reſeruato deceſſerit, ſemper intrabit reſeruatio, & ad Pontificem Maximum collatio ſpectabit, vt poſt dictam gloſſam, verbo, *neutro*. Vitalinus tradit in dicta Clementina prima numero 58. vbi numero 69. extendit, etiam ſi alter tempore obitus poſſeſſionem, quam habebat, per procuratorem captam ignoraret, † ex eo, quòd etiam ignoranti acquiritur poſſeſſio. l. prima. C. de acquirenda poſſeſſione, Imola in dicta Clementina prima, ſub numero vigeſimo quarto. & vide quæ dixi in §. 5. proœmiali, ex numero 107. vſque 118.

156 157

Nono & ceſſat dictus concurſus, quando cura animarum ſpectat ad Eccleſiam Collegiatam, † & cura exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios, vel alios Clericos, argum. tex. in cap. ſtatutum, de electione lib. 6. & cenſuit Sacra Concilij Tridentini Congregatio 16. Iulij 1589. ac tradit Flamin. Pariſius de reſignat. lib. 8. quæſt. 9. num. 94.

158

Sed hoc videtur contra Concil. Trident. vt ſupra diximus, numero 114. poteſt forſan reſponderi, quòd Concilium non loquitur de Eccleſia Collegiata, † ſed de alia Eccleſia, quę Collegiata non ſit: prout etiam idem Concilium, dum loquitur de Cura incumbente Epiſcopo, videtur intelligendum in caſu, quod Parrochialis eſſet diſtincta, & diuiſa, † ſecus autem ſi limites certos non haberet, iuxta ea, quæ diximus ſupra numero 37. & 76. & ſequen. In prædictis namque caſibus, licet omnes curam animarum exercentes ſint examinandi, & ab Epiſcopo approbandi. Credo tamen (ſalua cenſura Sacrę Congregationis) quòd examen non debeat fieri per conourſum. Præſertim, cum nemini prędictorum conferatur titulus parrochialis, nec perpetuæ Vicariæ.

159 160

Decimo ceſſat dictus concurſus in Vicarijs, † de quibus loquitur Conſtitutio Pij Quinti 46. vt dixi in gl. 5. §. 5. de Vicarijs. num. 55.

161

Vndecimo dictus concurſus locum non habet, quando parrochialis eſt vnita alicui dignitati, † vt dixi in gloſſa quinta. §. ſeptimo, de beneficijs vnitis. num. 13.

162

Duodecimo & vltimo ceſſat in beneficijs regularibus, quæ regularibus conferuntur, vt eadem cenſuit Congregatio, per hęc verba.

Hoc decretum de concurſu, non habet locum in beneficijs regularibus, quæ regularibus conferri conſueuerunt.

Sed hic incidenter, primo quæro, & affero quæſtionem, de qua ſæpe fui conſultus. An eodem modo, ſicut in prouiſione Eccleſiæ parrochialis, iuxta formam Concilij Tridentini. cap. 18. ſeſſione 24. de reformat. non datur appellatio ſuſpenſiua, quo minus, relatio examinatorum, & Epiſcopi electio, & approbatio executionem habeat: ſic etiam, ſi in ſecunda inſtantia prouocato & facto examine, fuerit per Metropolitanum, vel alium Superiorem reuocata prima ſententia, ſeu iudicium ordinarij, iuxta formam Conſtitutionis Pij Quinti, ſit iſta ſecunda ſententia pariformiter executioni mandanda, † ac in poſſeſſionem parrochialis immittendus appellans, cui in ſecunda inſtantia fuit vti idoniori facta collatio, non obſtante appellatione interpoſita per aduerſarium, vigore primę ſententiæ, poſſeſſorem? quæſtio eſt pulchra, & valde vtilis, ac quotidiana in hoc, & alijs ſimilibus caſibus, & à nemine, quem viderim diſputaa.

163

An quid do tollitur appellatio ſuſpēſiua à 1. ſententia. ceuſeatur etiā ſublata à 2 reuocatoria primæ, late diſcurritur vſque ad n. 222.

Pro parte affirmatiua, videlicet, quòd ſecūda ſentētia ſit exequenda, appellatione nō obſtante, ſicut prima, concurrunt ſequentia.

Primo, quia in Iudicijs eſt ſeruanda æqualitas † inter litigantes. l. fin. C. de procuratoribus. cap. ſtatutum. §. inſuper, de reſcriptis, in 6. cap. in Iudicijs 12. cum ibi notatis, per Dinum, & alios de regulis Iuris in 6. Aim. conſ. 133. n. 7. & ſequentibus. libro. 1. & ideo ſicut prima ſententia prolata in fauorem vnius fuit executioni mandata, ſic etiam ſecunda ſententia † pronunciata per Iudicem, ad quem, exequi debet, appellatione non obſtante.

164 165

Secundo, quia non debent actor, & reus ad imparia iudicari, † l. fin. C. de fructibus, & litium expenſis. l. non debet actori. 41. ff. de regul. Iuris, c. non licet actori. 32. eod. tit. lib. 6. Contard. de momen. poſſ. limit. 17. n. 5. & 6. cum ſequent.

166

Hinc videmus, quòd ſi in cauſa conuentionis non licet appellare, quòd neq; etiam in reconuentione † licebit. gl. 1. in c. 2. de mutuis petitionibus, vbi Abbas & omnes. Francus in c. paſtora. n. 16. de appellation. Magon. deciſ. Lucenſi. 52. n. 14. Lancellottus de attenta. 2. p. c. 12. limit. 8. n. 53. Sicut etiam quando quis appellat, ne tradatur poſſeſsio aduerſario ſuo, neq; ipſi appellanti tradi poteſt, ne ſit inæqualis conditio. Acchiles de Graſſ. deciſ. 18. n. 2. ſub titulo de appellationibus.

167

Tertio,

Tertio, quia à pari procedunt missio in possessionem, & reuocatio ipsius missionis.
168 † Bald. per tex. ibi in l. Iudex. nu. 1. C. comminationes vel Epistolas auctoritatem rei ind. non habere, quem allegat, & sequitur Decius in l. iubere cauere. num. 4. ff. de Iurisd. omnium Iudic.

Item, ea quæ de facto fiunt, de facto debent
169 rescindi. † l. minor 39. in fine. ff. de euictionibus. l. si cum nulla. 38. ff. de re iudicata. Clementina pastoralis, in fine, de senten. & re iudicata, tradunt plura Alexand. in l. de vnoquoque. numero sexto. ff. de re iudicata. Ioann. Gutierrez de Iuramento confirmatorio 3. parte. cap. 19. numer. 19. Acebedus in l. secunda à numero 20. tit. 13. lib. quarto recopilation. Vantius de nullitatibus in proœmio. numero 17. Menochius de recuperanda. rem. primo. numero 122. & de adipiscen. rem. 6. num. 29. Parladorus lib. 2. rerum quotidian. cap. 6. num. 2. & lib. 1. cap. 10. numero 10.

Quarto, quia eiusdem naturę est distra-
170 ctus, † cuius est contractus. Felin. in c. cum accessissent. n. 5. de constitution. plene Tiraquel. in legibus connubialibus. gl. 5. ex nu. 5. cum multis sequentibus. Vincentius de Franchis, decis. 47. num. 6. Mandosius in reg. 22. quæst. fin. Cum igitur in Iudicijs, quasi con-
171 trahatur. † l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio. l. quoties, cum l. sequenti. ff. de noxalibus, & dixi in glo. 50. num. 111. sequitur, quòd sicut vnica sententia, appellatus fuit missus in pos 178 sessionem, pariformiter alia sententia contraria, est reponendus ab illa, ac immittendus appellans, qui sententiam fauorabilem reportauit.

Omnis namq; res per quascumq; causas
172 nascitur, † per easdem dissoluitur. l. nihil est tam naturale. ff. de reg. Iuris. c. 1. eodem tit. in decretalibus.

Quinto accedit, quòd si quis impetrat rescriptum, per quod remoueatur appellatio, illud intelligitur, etiam in præiudicium im-
173 petrantis, † vt æqualitas seruetur. Felin. in rubrica de rescriptis. n. 2. post princ. Bald. in c. 1. n. 21. eodem titulo, de rescriptis. Surdus in suo tract. de alimen. tit. 8. priuilegio 60. n. 32. Contardus de momen. possess. limitat. 17. n. 9. & 16. vbi alia plura adducit.

Et contrariorum, ac correlatiuorum ea-
174 dem est ratio. † §. 1. Instit. de tutelis. Anton. Gabriel tit. de legib. concluf. 3. per totam, cum alijs adductis in glo. 50. num. 12.

Iuuatur etiam, quia quamuis, si actor obtinet vnam sententiam in causa beneficiali, contra reum possessorem sit apponendum sequestrum, iuxta formam Clement. primę, de sequestrat. possess. & fruct. Tamen, si reus obtinuit primam sententiam fauorabilem, quamuis postea actor obtineat aliam
175 sententiam fauorabilem reuocatoriam primæ, non erit locus sequestro, † quia vna sententia non debet esse potentior alia. Cassadorus decisione 1. de sequestrat. possess. & fruct. Crescen. decis. 4. eodem tit. Puteus decis. 77. & decis. 133. lib. 1. & decis. 150. nu. 1. libro 2.

Sexto, quia, quando causa est summaria in prima instantia, pariter etiam debet esse
176 summaria in secunda, †& alijs instantijs. Puteus decisione 426. n. 2. & decisione 434. nu. 3. libro 2.

Ac propterea, quando aliqua clausula, quòd summarie procedatur, vel alia similis, fuit apposita in commissione primę instantiæ, semper durat, & censetur repetita in commissionibus aliarum instantiarum,
177 quamuis expressa † non sit. Cassadorus decisione 8. num. 1. & 6. de rescriptis. Rota decis. 43. nu. 2. p. 2. diuersorum. & decis. 321. num. 1. p. 1. diuersorum, vbi idem dicit de clausula, *si quid exequendum*, in prima commissione contenta, & vide in glossa duodecima. num. 99.

Septimo facit, quòd eodem modo sicut actor obtinens primam sententiam, vigore Instrumenti quarentigij, seu Cameralis paratam executionem habentis, potest recuperare à reo expensas, in quibus per dictam sententiam fuit condemnatus, absque aliquo appellationis obstaculo; Similiter, & versa vice, † si reus fuisset absolutus per primam sententiam, & actor vti male executionem petens, fuisset in expensis condemnatus, illa prima sententia erat executioni mandanda, non obstante appellatione, contra ipsum actorem, respectu dictarum expensarum, vt eleganter docuit per plura, quę adducit Hippolytus de Marsilijs singulari 389. incipit, *tu scis, quod natura*, & Acebedus in l. fin. numero 141. titulo 21. libro quarto recopilationis. Baldus Nouellus de dote 6. parte. priuilegio secundo, numero 12. Parladorus libro 2. rerum quotidianarum. cap. fin. p. 5. §. 10. numero decimo quarto. Ioannes Gutierrez quęstione practica 119. libro primo, quibus in locis isti Doctores plures casus similes adducunt.

Semper vtiq; dispositio loquens de actore
179 procedit etiam in reo, † vt per Rebuff. plenè in tract. de nominationibus. q. 19. principali. n. 14. vers. *vltimo dico*. Anton. Gabrielem in suis communibus opinionibus, titulo de legibus. concluf. 3. num. 31.

Hinc post longam disputationem concludit Contardus in repetit. l. vnice. limitatione 17. num. 2. & 4. ac per totam. C. si de mom. poss. fu. ap. quòd quando reo denegatur, in possessorio appellatio, pariter sit denegan-

da appellatio actori, si negatiue contra eum pronuncietur. Pro qua sententia est decisio Putei 316. lib. 2. quæ firmat, quòd constitutio Ægidiana, denegans appellationem reo, in causa possessoria, habet etiam locum in actore. Quamuis Menoch. cũ alijs, de adipiscen. rem. 4. n. 876. cum seqq. contrarium teneat.

Vnde, si agens pro executione Instrumẽti, paratam executionem habentis, habuit di-
180 lationem ad liquidandum, † pariter in tali dilatione poterit reus articulos facere, & contra liquidationem probare. Bald. in l. si causam. num. 13. C. de executione rei iudicatæ. Decius in l. non debet. 41. num. 2. vers. *vnde si agens*. ff. de regul. Iuris. Anton. Menesius de Padilla. in l. 1. num. 47. ff. de legat. 2. Acebedus post alios. in l. 1. tit. 21. n. 41. & 42. lib. 4. recopilationis.

Octauo, quia Iudex appellationis succedit primo Iudici, ita quòd omnia, quę primus Iudex facere potuit, & debuit, ipse
181 potest, † & debet. Rota decis. 19. numero 3. de re iudicata, in nouis. Capicius decis. 86. n. 19. Puteus decis. 184. incipit, *Ioan. Solano.* num. 5. lib. 3.

Quo fit, vt stylus non admittendi probationes in secunda instantia, nisi ad instan-
182 tiam appellantis, † vt per Couarruu. in practicis quæstionibus. cap. 23. sub numero nono, ad medium. Acebedum in l. prima. n. 43. titulo 21. lib. 4. recopilat. forsan procedit, ex eo, ne causa efficiatur ordinaria, & impediatur executio secundæ sententiæ, si fuerit reuocatoria primæ.

Denique fere in terminis idem, sine contradictione fuit decisum in Concilio Nea-
183 politano † 11. Februarij 1577. teste Vincentio de Franchis, decisione 136. incipit, *sæpe*, numero primo, & per totam. p. 1. vbi fuit resolutum, quòd stante ritu magnæ Curiæ, dante executionem sententijs eiusdem, quando sunt late super Iudicio assistendi, non obstante appellatione; quod si post appellationem deuolutiuam, talis sententia, quæ fuit executioni mandata, in secunda instantia reuocetur, & ab illa appellauerit actor, qui primam sententiam, illiusque executionem reportauerit: quòd eodem modo sit exequenda secunda sententia, appellatione non obstante, sicut fuit executa prima, & ad hoc adducit nonnulla, ex supradictis fundamentis. Ad quod etiam conducit, quod post Bald. tradit Felin. in cap. quod ad consultationem. numero decimo quarto, de re iudicata. Videlicet, quòd si à prima sententia appellari non potest, neque etiam à secunda, idem, quod prima continente. Contardus in l. vnica. C. si de momenta. possess. limitatione 9. nu. 16. Magon. in Decisione Rotæ Lucensis, 48. num. 4.

184 Sicque aliquando vidi † in Hispania seruari, quòd Iudex ad quem, qui reuocauit primam sententiam executiuuam, vigore Instrumenti guarantigij prolatam, & executioni mandatam, decreuit quòd similiter sua sententia ad effectualem executionem, non obstante appellatione ab illa interposita produceretur, data prius per reum eadem cautione legis Toleti, quę per actorem in prima instantia data fuit.

Similiter etiam, idem seruari vidi in
185 Tribunalibus † Ecclesiasticis, quoad beneficia patrimonialia, quæ per concursum prouidentur dignioribus, quòd interdum, quando Metropolitanus reuocabat sententiam suffraganei, & appellanti collationem faciebat, illam executioni mandabat, & prouisum ab eo in possessionem mittebat, ac immissum per ordinarium, vigore primę sententię, non obstante appellatione per eum interposita, excludebat.

Pro quo etiam ponderari possunt verba dictæ Constitutionis 32. Pij Quinti, prope finem, quæ postquam dicit, quòd possit appellari ab irrationabili Iudicio ordinarij, & quod Metropolitanus, vel alius Iudex appellationis, constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, Parochialis magis idoneo per eumdem Iudicem appellationis conferatur, subdit ista verba, *hæc tamen appellatio interposita. Interim non impediat, aut suspendat, quominus electio per ordinarium primo loco facta interim debitæ mandetur executioni, & prouisus, ab Ecclesia, causa appellationis huiusmodi pendente, non amoueatur.* Nam illa verba, *hæc tamen appellatio*, & alia verba, *causa appellationis huiusmodi pendente*, solummodo sunt referenda, & intelligenda
186 de illa prima instantia † appellationis, de qua, ipsa constitutio dumtaxat loquuta fuit glossa, verbo, *huiusmodi*, in cap. si Abbatem. 36. §. huiusmodi, de electione, in 6. Parisius consil. duodecimo. numero 32. volum. tertio. text. in l. nemo dubitat. 68. vbi notat Bartolus ff. de hæred. instituend. Rota decisione 213. numero secundo. parte secunda diuersorum.

Et quamuis postea dicta Constitutio dicat, quòd si quis ab ipsa sententia, per Iudicem appellationis lata, duxerit appellandum, is tunc ad Sedem Apostolicam appellabit: tamen dicta clausula præcedens, quæ dicit, quòd prouisus causa appellationis huiusmodi pendente non amoueatur, ab Ecclesia, solum videtur referenda ad primam appellationem precedentem, de qua dixerat, non autem ad aliam appellationem, de qua adhuc mentio facta non fuerit, quoniam relatio debet fieri ad præcedentia,
187 non vero ad sequentia. † l. si idem. §. fin. & ibi

ibi glossa finali. vbi omnes. ff. de iurisdict. omn. Iudic.

Ac propterea, non sine causa posita fuit dicta clausula, *& prouisus ab Ecclesia, &c.* post relationem factam de prima appellatione, & antequam mentio fieret de secunda,
188 ad denotandum, † quòd possessio capta durare debeat, donec secunda proferatur sententia contraria, & non vlterius.

Negatiua tamen sententia, videlicet, quòd possessor parrochialis non sit remouendus a possessione, donec appellans obtinuerit tres sententias conformes, seu rem iudicatam, ex sequentibus fulcitur fundamentis.

Primo, quia postquam semel executio habuit effectum, iam videtur extincta via exe-
189 cutiua, † & consequenter erit via ordinaria procedendum. l. à Diuo Pio 15. §. si post addictum pignus, de re iudicata, vbi probatur, quòd si res addicta creditori exequenti, vigore rei iudicatæ pro solutione sui debiti, euicta fuerit, non potest amplius creditor
190 agere via exequutiua, † quia iam fuit extincta virtus, & effectus exequutionis, & notant ibidem Bartolus. num. 1. Ias. num. 1. & 2. & cæteri. l. eleganter 24. ff. de pignor. actione. l. si pro fundo. C. de transactionibus. gl. fin. in l. si fundum. C. de euictionibus. Parladorus, libro secundo rerum quotidianarum, cap. finali, 4. parte. §. 16. num. 20. & 21. & faciunt tradita per Iosephum Ludouicum, decis. 111. num. 9. 10. & 11.

Secundo, quia causa, quæ semel fuit facta
191 ordinaria, † semper remanet ordinaria, & appellabilis. Lancellot. de attentat. secunda parte, cap. 4. in præfatione, num. 572. & cap. 12. limitatione 24. numero 18. Rota decis. 132. numero primo, parte prima diuersorum. Pontanus de alimentis, cap. 19. num. 7. & sequentibus.

Hinc non est locus executioni, nec pœnitentiæ, quando ille, qui potuit agere via execu-
192 tiua, cæpit agere via ordinaria, † vt cum pluribus tradit Cæsar de Grassis, decis. 2. nu. 2. & 3. de senten. excommunic. Parlador. lib. 2. cap. fin. par. 5. §. 11. num. 20. Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 4. limitat. 30. ex num. 9. Rota decis. 551. num. 5. lib. 3. par. 3. diuersorum, & constanter fuit resolutum in vna Romana pecuniaria 28. Iunij 1593. coram R. P. D. meo Litta, & aliàs sæpius, reiecta opinione contraria.

Hinc obligatio in forma Cameræ, non debet exequi pro summa in ea contenta, postquam aperta fuit via, vt cognosceretur de
193 falsitate instrumenti. † Caputaq. decis. 274. num. 1. par. 2.

Hinc res semel effecta alienabilis, semper
194 remanet alienabilis. † Bart. in l. pater filium 28. §. quindecim, num. 4. ff. de legat. 3. Cassador. decis. 8. num. 1. de rescriptis. Cæsar de Grassis decis. 3. num. fin. & decis. 4. num. 20. de rebus Ecclesiæ non alienan. Molina de Hispanorum primogen. lib. 1. cap. 10. ex numero 7.

195 Sicut & res, quæ semel exiuit de trunco, † & familia, non dicitur amplius de trunco, nec retractui locus erit. Anton. Gomezius in l. 40. Tauri, n. 34. in fine, & in l. 70. Tauri, n. 24. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. num. 119. Io. Gutierrez cons. 21. ex num. 16.

Ac semel transmissibile, semper remanet
196 transmissibile. † l. videamus. ff. quod metus causa. Staphileus de litteris iustitiæ. §. sciendum est modo, num. 4.

Et semel effecta curialis semper remanet
197 curialis. † Rota decis. 43. de appella. in nouis, & dixi in gl. 52. illatione 19.

Et causa semel commissa Cardinali, nunquam committitur inferioribus. † Rota iun-
198 cta additione. Papazon. decis. 23. num. 7. de rescript. in nouis. Gomezius in compendio signaturæ, num. 48.

Item beneficium semel affectum, semper
199 remanet affectum. † Rota decis. 16. de præbendis, in antiquis. Cassadorus decisione 8. num. 10. eodem titulo, & dixi in §. 5. proœmiali.

Semelque alterata natura feudi, semper
200 remanet alterata. † Alciatus cons. 19. numero 8. libro 2. Vrsillus ad Afflictum decis. 338. sub num. 6. vers. *item alia ratione.*

Ac merum imperium, quod non est de sui natura delegabile, si incipiat delegari, cen-
201 setur factum delegabile. † Bartol. in d. l. pater filium. §. quindecim, sub num. 4. ff. de legat. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. gl. 1. sub numero 6. & numero 8. conferunt etiam, quæ dixi in glossa 24. numero 94. & 95. & 96.

Tertio facit, illa solida, & verissima doctrina, quòd postquam aliquod instrumentũ Camerale, seu quarentigium paratam exe-
202 cutionem habens, fuit vulneratum † per vnã sententiam contra illud latam, per quam fuit declaratum ex aliqua causa esse nullum, seu nullam executionem mereri, quòd ratione d. vulnerationis semper cessare debet via executiua, donec sint prolatæ tres sententiæ conformes. Rota decis. 132. ante numerum primum, & num. 1. parte 2. diuersorum, & fuit resolutum in vna Firmana pensionis 14. Decembris 1592. coram R. P. D. meo Mellino, & in Romana Census 28. Ianuarii. 1599. coram R. P. D. meo Litta, & aliàs passim.

Et ideo quamuis regulariter in commissione appellationis à sententia lata, vigore
203 instrumenti executiui, † seu litterarum

Apo-

Apostolicarum pensionis, vel similium, soleat apponi clausula, *sine præiudicio executionis*, vel *sine retardatione solutionis pensionis*, vel *census*; tamen si contra tale instrumentum, vel litteras Apostolicas fuerit prolata aliqua
204 sententia, † ac causata vulneratio, signatur simpliciter commissio, absque aliqua ex dictis clausulis. Marchesanus de commissionibus, 2. parte, titulo de commissione appellationis, cap. 4. numero 59. & quotidie seruari videmus.

Quarto, quia si quælibet sententia esset executioni mandanda, daretur maximum inconueniés, quòd lites immortales fierent: nam sequeretur, quòd priusquam lis terminaretur,
205 † quattuor, pluresue executiones fieri, hinc inde contingeret, cum ex vnaquaque sententia resultaret immissio vnius, & remotio alterius, & ex tali mutatione Rectorum, Ecclesia non modicum præiudicium
206 † reciperet. Rota decis. 24. num. 1. ante finem, vers. *modo Ecclesiæ expedit.* de præbendis, in nouis, & vide, quæ dixi in gl. 5. §. 6. de manualibus, num. 58. & 59. Et insuper ratione fructuum perceptorum, ad quorum restitutionem facta esset condemnatio, nouę lites
207 ex litibus orirentur, † ac lites litibus confunderentur, & inculcarentur contra tex. in capite pastoralis. §. ne lites litibus, de causa possessionis. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudicata.

Quinto, quia sic videmus obseruari in Curia, † nam postquam Auditor Cameræ, vel
208 alius inferior pronunciat sententiam super executione alicuius instrumenti Cameralis, aut breuis, seu litterarum Apostolicarum, ac dictam sententiam exequitur, etiam si appellationis causa committatur in Rota, ac Iudex appellationis, quòd à primo Iudice factum est, iniustum, irritumq; pronunciet, non propterea suam reuocatoriam sententiam, appellatione non obstante, mandat exe
cutioni, sed potius defert appellationi, & donec sint tres sententiæ conformes, ac litterę executoriales relaxantur, in omnibus superseditur. Idęq; etiã seruari videmus in terminis, de quibus agimus, quando appellatur ab irrationabili iudicio, & electione ordinarij in prouisione parrochialiũ, Prout etiã in
209 supremis tribunalibus Hispaniæ practicari † in causis prophanis percepi. Vnde quatenus aliqua esset difficultas sufficeret stylus Curię,
210 qui pro lege seruatur. † ca. ex litteris de constitution. cap. quam graui, de crimine falsi. Milis verbo *stylus*, nu. 21. Rota decis. 55. nu. 2. de conces. prębendæ, & decis. 16. de consuetudine, in antiquis. Cassadorus decis. 2. num. 4. ante finem, de loca. Felinus in cap. ex parte primo, numero 16. cum sequentibus, de rescriptis. Decius cons. 699. num. 5. Euerardus in loco a stylo Curiæ, seu more iudiciorum. num. 1. & per totum.

Et Curia Romana, tãquam mater, & magi
211 stra † est ab omnibus sequenda. Speculator in titulo de appellationibus. §. de officio quoque sub num. 14. Gigans de pensionibus, q. 58. ante num. 3. Philippus Probus in c. vt animarum, num. 57. de constitu. in 6. & dicam in glossa 13. §. 1.

Sexto supradicta corroborantur ex sententia Parladori, lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 5. par. §. 15. num. 4. vbi concludit, quòd si debitor, aduersus quem executio, & bonorum additio facta est, appellauerit, & in secunda instantia, sententiam reuocatoriam primæ reportauerit, quòd si actor ab eadem secunda sententia prouocat, quòd sit defe-
212 rendum appellationi, † non autem exequenda secunda sententia, pro quo dumtaxat allegat legem Regiam quartam, titulo 21. lib. 4. recopilationis, quæ lex postquam statuit, quòd sententia arbitralis sit executioni mandanda, declarat, quòd si illa sententia iam executa, fuerit reuocata per Præsidentem, & auditores, ad quos fuit prouocatum, possit à tali sententia reuocatoria supplicari, firma remanente † executione prius facta, donec
213 alia sententia in gradu supplicationis, & reuisionis proferatur.

Subijcit tamen ipse Parladorus, quòd si prima sententia additionis, a qua fuit prouocatum, manifestè iniqua fuerit, nullauè, iustissime facere eum, qui de appellatione co-
214 gnoscat, † si neglecta ea, a se iudicata exequatur.

Septimo facit tex. in clem. 1. de sequestra. possess. & fruct. dum dicit, quòd data prima sententia in Curia contra possessorem beneficij apponatur sequestrum, tamen si postea pronunciatur alia sententia fauorabilis pos-
215 sessori, non propterea remouetur † sequestrum, vigore primę sententiæ appositum. Puteus decis. 133. num. 1. & decis. 305. num. 2. lib. 1.

Denique ipsamet constitutio Pij V. videtur remouere omnem difficultatem, si quidé continet verba ista, *& prouisus ab Ecclesia, causa appellationis huiusmodi pendente, non amoueatur.* si igitur possessor causa appellationis pẽdente amoueri non debet, sequitur, quòd siue causa appellationis pendeat in secunda instantia, siue in tertia, aut vlterioribus in-
216 stantijs, † nullatenus executioni locus erit, donec primus appellans rem iudicatam obtinuerit.

Neque obstat dicere, quòd dicta clausula, *& prouisus, &c.* sit intelligenda, dumtaxat de prima appellatione, cum fuerit apposita eadem clausula, postquam facta fuit mentio de prima appellatione, & priusquam de se-

cunda

cunda appellatione aliquid diceretur.

Quia cum eadem militet ratio, quoad secundam appellationē, quæ viget, quoad primam, memorata clausula refertur ad omnes
217 appellationes † textus est expressius, loquens de clausula *appellatione remota*. in cap. secundo requiris 41. de appellationibus. ibi, *nihil enim interest, vtrum inhibeatur primo, an secundo, in medio, an in fine*: † *cum sicut vtriusque iuris argumenta nos docent, ea quæ in principio, ad medium, & ad finem; illa vero, quæ in medio, ad finem, atque principium sæpe referri contingat*. vbi notat Abbas, num. 3. 4. & 10. ac reliqui omnes.

Ex quibus, in casu nostro istam posteriorē 225 sententiam libenter amplector: quam etiam locum habere puto, licet Iudex ad quem declarauerit primam sententiam esse notoriè nullam, & attentatam, quia non propterea
219 est remouendus a possessione † immissus ab ordinario, donec de dicta nullitate, vel attētatis adsint tres conformes, vel res iudicata, quicquid senserit in alio proposito Parladorus in 6. fundamento huius opinionis relatus, sub num. 213.

Aliter namque, quilibet Iudex superior
220 de facili diceret † primam sententiam esse manifeste nullam, & iniustam, vt suam posset sententiam executioni mandare, & quia pendente appellatione à secundā sententia, declarāte primam nullam, & attentatam, ni-
221 hil debet innouari, † cum a tali pronunciatione detur appellatio. Rota decis. 2. de senten. & re iudica. in nouis, & decis. 28. eodem titulo, in antiquis. Ægidius Bellam. decis. 37. Lancellot. de attent. 3. parte, cap. 28. num. 44. cum sequentibus, & num. 99. & ita seruat Rota; Ideoque si actor dicit primam sententiam esse notorie iniustam, attentatam, 226 & nullam, reus similiter contrarium asseret, ac propterea appellationi deferen-
222 dum erit, quousque re iudicata † terminetur.

Si primus Iudex denegat executionem & admittit appellationē an secūdus Iudex possit executionem suā sententiā non obstante appellatione.

Secundo quero, pone versa vice, quòd Ordinarius primus Iudex non elegit, nec sententiam protulit, nec minus aliquem ex oppositoribus in possessionē 228 immisit, ex eo forsan, quòd ante statum examinis, seu electionis, aliquis de oppositoribus appellauerit ab aliquo grauamine irreparabili, vt potè denegatione admissionis ad concursum, vel termini competentis ad probandum suas habilitates, & incumbentia, vel a denegatione articulorum, vel admissione aduersarij, vel articulorum illius, vel ab incompetentia Iudicis, vel a processu malè ordinato, vel alio simili, in quibus ca-
223 sibus datur † appellatio. cap. 1. de dilationibus. cap. ex parte, il 1. 47. cap. ex parte, il 2. 67. de appellationibus. Caputaquen. decis. 137. parte 3. Puteus decis. 150. num. 3. lib. 3. Rota decis. 8. de testibus, in nouis. Lancellot. de attentatis secunda parte, cap. 12. limit. 1. num. 4. cum sequentibus, & nu. 100. cum multis sequentibus. Menochius in loco statim citando. Et latius dicam in gl. 9. post §. 1. in annotationibus contra nullitat. & attent. in causis beneficialibus, sub. 3. annotatione, ex num. 176. vsque 202.

Quamuis enim appellatio suspensiua re-
224 moueatur a diffinitiua, † non tamen censetur remota, ab inordinato processu, vel interlocutoria: grauamen irreparabile continente; sed potius talis appellatio ligat manus iudi-
225 cis, vt ad vlteriora procedere non possit, † Bald. in cap. ex conquestione, sub numer. 1. ibi, *non debuit*. de restitu. spoliat. Ias. in l. 1. sub num. 5. vers. *secundo limita*, C. de bonor. possessio. secundum tabulas, vbi Decius, nu. 6. vers. *quinto, & ab inordinato*. Iosephus Ludouicus decis. 39. num. 8. decis. Pedemontana 25. num. 14. vers. *contrariam*. Couarru. in practicis quæstionibus. cap. 23. num. 8. vers. *cæterum licet a sententia*. Menochius de adipiscen. rem. 4. num. 446. & ibidem, ex num. 807. vsque 825. Surdus decis. Mantuana 36. num. 17. ac dicam in gl. 9, post. §. 1. in annotatione 3. num. 201. & 202.

Vtrum (inquam) in hoc casu Metropolitanus, vel alius iudex appellationis, qui grauamen reuocauit, & causam in negocio principali (quando iudex, à quo non pronunciauerat) retinuit, iuxta formam tex. in c. vt debitus honor. 59. de appellationibus. Couar. in practicis quæstionibus. cap. 9. num. 5. Ac præuio concursu idoniorem elegit, illique collationem fecit, possit illum non obstante appellatione, per alium ex oppositoribus
226 interposita, in possessionem mittere, † & suā sententiam executioni mandare.

Breuiter, & resolutiuè concludo, quòd sic, quia nulla præcessit executio, quæ extinguat
227 effectum † viæ executiuæ, vt dixi in quæst. præcedenti, in primo fundamento secundæ partis, num. 189.

Item, quia Metropolitanus, vel alius Iudex
228 in isto casu dicitur primus Iudex, †& instantia prima, quoad negocium principale, & tamquam primus Iudex subrogatus in locū Episcopi, iure illius vti debet. l. si cum. §. iniuriarum. ff. si quis cautionib. Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. glossa 1. a num. 10. vsque 28. Ant. Gabriel. tit. de reg. iuris, con. 2. vbi 21. ampliationes, & 15. limitationes aggregat

Item, quia aliàs ex longa vacatione par-
229 rochialis, periculum sequeretur animabus. † cap. si Apostolica 35. de præbend. lib. 6. de quo textu plura scripsi in §. 5. procemiali ex n. 125. vsque ad nu. 147.

Denique eadem ratio exequendi militat

in

in isto casu, quę etiam militat respectu sententiæ ab ordinario prolatæ, cum nemo reiiciatur a possessione. † l. illud. ff. ad leg. Aquiliam. Rota decis. 21. nu. 3. de præbend. in nouis, ac dixi in §. 7. proœm. num. 104. & 105.

231 Nec non cessant inconuenientia, † quæ fuerunt considerata pro secunda opinione quęstionis præcedentis. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatronatus.

Quapropter idē dicendū apparet, quando Episcopus fecit electionem, & collationem alicui, illum tamē minime misit in possessionem, † ex aliqua causa sibi bene visa, & postea Metropolitanus reuocat illam collationem, & alteri confert parrochialem, ac in possessionem immittit; tunc quidē, cum nulla præcesserit executio, & possessio sit vacās, executioni locū esse arbitror ex supradictis.

Vnde dixit Parladorus, lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. parte quinta. §. 15. nu. 8. quòd si Iudex, apud quem executio, vigore Instrumenti petita est, pronunciauit additioni locum non fore, & a tali sententia actor appellauit, & Iudex appellationis recisa sententia, executioni locum esse declarauit, a qua item pro parte rei, fuit prouocatum, quòd non obstante hac debitoris appellatione, ipse Iudex, qui secundam protulit sententiam, poterit eam ad debitam exe-

233 cutionem perducere, † Nam hæc additionis sententia, à primo Iudice, an à Iudice appel-

234 lationis feratur, nihil interesse debet, † l. post quam. §. Imperator. ff. vt legatorum nomine caueatur. Bart. in l. 3. §. 1. nu. 5. ff. de duobus reis, in vers. *& puto eum bene dicere.* Abbas in cap. cum Ioannes, num. 17. de fide instrumentorum.

Quod non procedit, quando prima sententia vulnerauit instrumentum executiuum, declarando eum esse falsum, vel vsurarium,

235 aut ex alio quolibet capite † nullum; nam tunc ratione dictę vulnerationis, nunquam amplius instrumentum paratam executionē haberet, vt dixi in tertio fundamento posterioris opinionis quæstionis præcedentis, nu. 202. Et militat, etiam si allegaretur primam sententiam vulnerantem esse nullam, quam-

236 diu de nullitate, res iudicata non adest, † vt Rota sæpe censuit, & scripsi in fine quęstionis præcedentis ex num. 221.

Sed est intelligendum, quando ex alia ratione, non concernente vires instrumenti, contra executionem pronunciata fuerit sensentia, vt potè, quia appareret de solutione, cum re vera non constaret, vel quia non fuit

237 actoris persona † legitimata, seu processus benè fulminatus, ac substantiatus non erat, ita videtur distinguere Rota decis. 132. ante numerum primum, & numero primo, parte secunda diuersorum, dum dicit, quòd tunc efficitur via ordinaria, & cessat executiua, quando Instrumentum fuit vulneratum; secus vero si non instrumentum, sed mandatū

238 † executiuum vulneraretur: quod etiam sen sit idem Parladorus, vbi supra, in fine, quatenus ait, quòd tunc solent Iudices executionem irritantes integrum ius creditori reseruare, & quod cautius, & circumspectius erit ad difficultates euitandas, stante tali reseruatione potius ex integro executionem † repetere, quam ad appellationis remedium confugere.

239

Sic etiam tenuit Rota, teste Puteo decis. 426. lib. 2. quòd Iudex Rotæ, ad quem causa appellationis, super denegatione executionis, iuxta formam statuti vrbis fuerat deuoluta, potuit executiuè procedere, † iuxta formam præfati statuti.

240

Similiter, quādo appellatur à denegatione executionis, vigore breuis, & causa in Rota committitur, potest Iudex Rotæ, iustificato constito breuis, illud exequi, † prout poterat Iudex à quo, vt fuit dictum in vna Hispalen. fructuū 15. Martij, ann. 1596. coram R. P. D. meo Litta. Rota decis. 19. num. 3. de re iudicata, in nouis.

241

Tertio quęro, an beneficia simplicia sint per concursum † prouidenda, concludo negatiue; quia regulariter beneficia simplicia minimè prouideri debent per concursum.

242

An beneficia simplicia sint per cōcursum prouidenda resoluitur, quod non nisi in certis casibus

243 Nec inspecto iure communi, † de quo solum requiritur idoneitas eius, qui prouidetur. cap. constitutis, il 2. vbi Abbas, & Franchus, num. 4. Decius, num. 5. de appellationibus, idem Decius cons. 129. num. 9. Rebuf. ad concordata, in rubrica, de electionis derogatione, verbo, *digniorem.* Couarru. in regula peccatum, secunda parte. §. 7. num. 4. Nat. cons. 537. num. 53. lib. 3. Caputaquensis decis. 69. libro primo, in manuscriptis, & fuit resolutum in vna causa Calagurritana reductionis motus proprij, 29. Martij, an. 1591. coram R. P. D. meo Seraphino meritissimo Rotæ Decano.

244 Nec inspecto Concil. Tridentino, † si quidem in solis beneficijs curatis præscripsit formā examinis per concursum, vt apparet in d. cap. 18. sess. 24. in alijs vero, requirit habilitates de iure communi necessarias, cap. 4. in fine, sess. 23. de reformatione, & cap. 13. sess. 7. Rota decis. 10. num. 1. & per totam, parte secunda diuersorum, & ita censuit Sacra Congregatio Concilij, & fuit etiam resolutum in dicta causa Calagurritana reductionis motus proprij 29. Marti, an. 1591. coram d. R. P. D. meo Seraphino Rotę Decano.

Dixi regulariter, quia aliquando ex particulari ratione, & speciali priuilegio † beneficia simplicia prouideri solent per concur-

245

cursum, prout videmus in Canonicatibus
246 † Doctoralibus, & Magistralibus, ex dispositionibus constitutionum Sixti IV. & Leonis X. quoad Regna Castellæ, de quibus suo loco dicemus, & in Canonicatibus lectionis Sacræ scripturæ, vt per Concil. Triden. c. 1. sess. 5. disponitur, & dicam in gl. 9. §. 2.

Et in diœcesibus Burgen. Calagurritan.
247 & Palentina, † vbi beneficia patrimonialia, quamuis simplicia, prouidentur per concursum solis filijs patrimonialibus: Nec non in Curia sæpe prouidentur de ordine Papæ be-
248 neficia † simplicia per concursum: ac in diœcesi Granaten.

Quarto quæro, an hodie beneficia curata post Concilium Tridentinum sess. 23. de reformatione. cap. 1. §. eamdem omnino, & per totum, requirant magis
Cura. tabene ficia an hodie post Cõ cilium re quirãt ma gis præ cisã re sidẽtiã, quã ante di ctũ Cõ cilium. 249 enixam & præcisam residentiam, † quam ante dictum Concilium? Concludo, quòd sic,
250 ac propterea, quamuis Parrochus posset ante Concilium studiorum causa † per septennium, de ordinarij licẽtia abesse, vt probatur in cap. cum ex eo 33. de electione, lib. 6. latè per Bernardum Diaz, & ibi additionatorem, Salcedum in praxi criminali, cap. 52. Nauarrum in manuli, cap. 25. nu. 120. Rebuffum in praxi, tit. de dispensatione de non residendo, nu. 25. Hodie tamen ordinarij minime possunt talem licentiam conce-
251 dere, † nec Parrochi studiorum causa absentiam facere, vt declarauit Sacra Concil. Trident. Congreg. dicens.

Obtinentibus Parrochiales Ecclesias post Concilium Tridentinum studendi, licentia, ac in absentia studiorum causa, fructus percipiendi, non datur.

Et potest esse ratio, nam cum hodie per d. cap. 18. sess. 24. Ecclesiæ parrochiales prouideantur per concursum, præsupponitur, quòd ille, qui tamquam idoneor parrochialem Ecclesiam per concursum, alios su-
252 perando † assecutus fuerit, iam prius, ita studuerit, quòd studiorum causa abesse necesse non sit, & ideo cessat occasio absentiæ, ne sub hoc prætextu, seruitium defraudetur.

Et quia post Concilij Tridentini promulgationem, nonnulli occurrerunt ad Sedem Apostolicam, pro obtinenda licẽtia de in absentia studiorum causa, fructus percipiendo, 259 & eam obtinuerũt, ex quo graue Parrochialium Ecclesiarum præiudicium resultabat. Pius IV. fecit quamdam constitutionem sub data 24. Nouembris 1564. quę est in bullario 113. per quam sanciuit, quòd tales licen-
253 tiæ concessæ nullatenus suffragarentur, † nisi ordinarij consensus accedat.

Sic etiam Rector parrochialis abesse non 261 potest pro legendo in Ciuitate Cathedram
254 Grammaticæ, † quamuis alius idoneus, qui legeret, non inueniatur, vt dixit eadem Sacra Congregatio per hæc verba.

An deficiente magistro grammaticæ in Ciuitate, possit in ea curatus habitare, relicto idoneo Vicario, & approbato, cum congrua mercede in parrochiali, dummodo solemnibus diebus interfit? Congregatio censuit non posse.

Et quamuis Episcopus queat in suo seruitio occupare duos Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, & fructus in absentia percipient, nam seruiendo Episcopo, Ecclesiæ inseruire dicuntur. † cap. de cætero. cap. ad audientiam, de clericis non residentibus. l. final. tit. 16. Partita prima, quæ iura non sunt † derogata per Concil. Triden. sess. 24. cap. 12. vers. *præterea*. de reformatione, vt consuluit Nauarrus cons. 1. & 2. de Clericis non residen.

Quos beneficiatos possit Episcopus occupare in suo seruitio.

Ita vt etiam locum habeat in Canonicatibus, Doctorali, & Magistrali, † vt fuit resolutum in Rota, in vna causa Placentina fructuum 14 Martij an. 1550. teste Puteo, decis. 294. incipit *in vna Placentina*, lib. 3. quod est satis notandum.

Tamen non potest Episcopus Rectorem 258 † Ecclesiæ Parrochialis extrahere à seruitio parrochialis, & illum occupare in seruitio ipsius Episcopi, & Ecclesiæ Cathedralis, vt exerceat officium Vicarij, Visitatoris, vel Secretarij, seu in alio Ministerio occupetur, vt similiter Sacra Concilij Tridentini Congregatio censuit, dicens.

An Episcopo liceat pro Cathedralis Ecclesiæ seruitio, & item suo, aliquem ex curatis suæ diœcesis ex ipsorum Ecclesiis, constituto in illis idoneo Vicario, ad certa negocia adhibere, qui quando in huiusmodi sunt, seruitio a suis Ecclesiis minimè abesse censeantur? Congregatio censuit non licere, & iterum.

An si Episcopus iudicauerit expedire, vti opera alicuius curati pro secretario, vel pro Vicario foraneo, possit abesse, vel excusetur a residentia, dummodo cura suæ Ecclesiæ diligenter exerceatur? Congregatio censuit non posse. Item.

Episcopus non potest vti opera Parrochi in visitatione, vel alio seruitio suæ diœcesis, nisi pro tempore duorum mensium à Concilio permisso: & idoneus Vicarius deputetur.

Vnde hodie non est securum consilium 259 Nauarri, † sub titulo de clericis non residen. dum contrarium dixit.

Sed sane videtur, quòd supradicta etiã locũ habeãt inspecto solo iure cõmuni, quia dicti tex. in d. c. de cętero, & c. ad audientiã, solum loquitur de † Canonicis: & licet aliqui Docto 260 res extendant, vt à fortiori locum habeant in alijs beneficijs, dummodo concurrat dispensatio † Episcopi, vt Ioannes Andreas in d. cap. ad audientiam, vers. *dici potest.* quem ibi sequitur Butrius, numero 9. Cardinalis, quæstione 4. Imola, numero 13. Anania

in

in principio. Ancharanus notab. 3.

Tamen hoc non ita indistincte admittendum est, sed ita demum, si concurrat vtilitas
262 † Ecclesiæ, iuxta distinctionem Abbatis in d. cap. ad audientiam, num. 8. Ioannes Selua de beneficio, quarta parte, quæst. 6. num. 33. Rota in vna Calagurritana fructuum 18. Martij 1588. coram Bubalo, quę hodie est decisio 222. parte secunda diuersorum, in impressis; vbi propterea fuit resolutū, quòd Episcopus Calagurritanus nō potuit extrahere quemdam portionarium
263 † Ecclesiæ Cathedralis, non capitularem, vt exerceret officium Vicarij generalis in eadem diœcesi, & quòd illud non redundabat in vtilitatem Ecclesię: licet num. 6. aliud dicat, quoad Vicarium electum à Capitulo sede vacāte,
264 † quia ille faciet fructus suos non residendo, sed officium Vicarij generalis exercendo, cum Pauino de officio, & potest. Capituli Sed. vacante 2. par. quæst. 10. sub num. 5. Rebuff. in praxi titulo de Vicaria, num. 4.

Immo, & quòd magis est, Parrochus non excusatur à residendo propter officium in-
265 quisitoris, † vt pariter eadem censuit Congregatio, dicens: *Inquisitoris officium exercens a residentia parrochialis non excusatur.*

266 Neq; etiam excusatur subcollector † Apostolicus, vt sequentibus verbis Sacra respondit Congregatio. *A residentia non excusatur exercens officium subcollectoris Apostolici.*

Neque lis mota super eadem Parrochiali
267 in solo petitorio, † non autem in possessorio, eum a residentia excusare valet, vt censuit ipsamet Illustrissimorum Interpretum Congregatio Sacra dicens: *Obtinens Parrochialem Ecclesiam per prouisionem Sedis Apostolicæ, & habens liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum, & prouentuum, ad dictam Ecclesiam parrochialē pertinentium, possessionem, licet in limine adeptæ possessionis prædictæ, mota lis fuit, per aliquem in petitorio, tamen tenetur ad residentiam in dicta Ecclesia.*

SIMILITER, quāuis habens duo beneficia requirentia personalem residentiam, ex dispensatione possit inseruire in Ecclesia, in
268 qua malit eligere, † si sunt æqualia beneficia, gl. verbo *retinere.* in c. non potest 21. de præbend. lib. 6. & si æqualia non sint, tenetur residere in Ecclesia digniori. † ca. extirpande. §. qui vero, & ibi notat Abbas, num. 5. de
269 præbend. vbi probatur, quòd habens beneficium curatum in parrochiali, & prębendam in Cathedrali, tenetur in Cathedrali, vti digniori inseruire, & residere; Hodie tamen secus erit, quia si aliquis ex Apostolica dispensatione obtinere insimul posset Ecclesiam parrochialem, & Canonicatum, aut dignitatem, etiam post Pontificalem maiorem, seu principalem in quibusuis Patriarchalibus, aut Metropolitanis, vel Cathedralibus, seu Collegiatis Ecclesijs, cum prima, & præci-
270 pua † debeat esse animarum cura, tenetur
271 residere in Ecclesia Parrochiali, † vt Pius V. sanciuit per suam constitutionem, incipientem, *cupientes.* sub num. 8. Idus Iulij 1568. quę est in bullario 64. vbi cauetur, quòd residendo in parrochialibus lucretur fructus † in Ca-
292 thedralibus, & Collegiatis Ecclesijs, (quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis) quæ constitutio, etiam procedit, quoad obtinentes præbendas theologales, & magistrales insimul, cum parrochiali ex dispensatione Apostolica, nam in parrochiali inseruire tenentur, vt sæpe censuit Sacra Congregatio super declaratione Concil. Triden. sess. 5. cap. 1. Et si dictam constitutionem vidisset Nauarrus, non egeret disputatione illius, consilium 19. sub titulo de clericis non residen. dum dubitat, & disputat, an canonicus regularis, qui obtinet parrochialem, teneatur in illa residere.

Lege etiam Hispana 27. titulo 3. lib. 1. recopilationis dicitur, iustū esse, quòd omnes, curata beneficia in illis Regnis possidentes,
273 † in suis Ecclesijs residere, & inseruire teneantur, & exhortatur. Prælatos, vt desuper particularem curam adhibeant.

Subnectere etiam libuit, circa hanc materiam residentiæ in beneficijs curatis, quòd quamuis ad fauorem incolarum, & curialiū
274 † Romanæ curię emanauerint plura priuilegia, præsertim circa facultatem disponendi, & testandi de quibuscumq; bonis, etiam intuitu Ecclesiarum parrochialium, aut beneficiorum curam animarum habentium, aut aliter quomodocumque acquisitis: nec non succedendi ab intestato in illorum bonis, perinde, ac si non prouenerint ratione beneficiorum, aut reddituum Ecclesiasticorum: ita vt nullatenus sit locus spolio cameræ Apostolicæ. Ac etiam procedere in Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & in quibusuis, alia beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura obtinentibus, Constitutum fuerit, per constitutionem 4. Sixti IV. & constitutionē 7. Iulij II. & constitut. 13. Leonis X. & præcipue per constitutionem 3. Iulij III. ac constitutionem 31. Pij. IV. & tradit Rodoanus in suo tracta. de spolio Ecclesiæ, quæstione prima, a numero 47. & 48.

Curiales sunt ab spolio exē pti.

Hodie tamen post Concil. Tridentinum talis exemptio moderatur, & limitatur, quoad omnes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alias quascumque personas curam animarum habentes, in proprijs Ecclesijs residere nolentes, † vt plene habetur
275 in constitutione 115. eiusdem Pij Papę Quarti, incipit, *in suprema.*

In

In reliquis vero prædicta exemptio curialium salua, & intacta † remanet. l. præcipimus in fine. C. de appellat. l. sancimus. C. de testamentis. Caputaquen. decis. 81. n. 7. & 8. p. 2. Menoch. de præsumption. libro 6. præsumpt. 36. à numero primo cum sequen.
276
277 Dummodo non disponatur † ad fauorem illegitimę prolis, vt Cauetur per Constitutionem 120. Pij Quinti, incipit: *Quæ ordini Ecclesiastico*. Alia etiam plura circa priuilegia Curialium dixi in glossa quarta à numero 147. vsque 159.

Summaria glossæ 7.

1 *Secularia præsumuntur omnia beneficia.*
2 *Diuus Petrus primus patronus beneficiorum, fuit secularis.*
3 *Secularia esse beneficia, Episcoporum interest, & num. 7.*
4 *Regularia beneficia, regularibus sunt conferenda.*
5 *Regularis beneficij impetratio, sine mentione regularitatis erit nulla.*
6 *Secularis beneficij collatio facta Monacho, non tenet.*
8 *Præscriptio 40. ann. requiritur ad efficiendum beneficium regulare de seculari.*
9 *Præscriptio sola decennalis sufficit, vt regulare beneficium reducatur ad seculare, sed contra. & num. 36.*
10 *Præscriptio decennaria sufficit ad tollendam quadragennariam, quando fit reductio ad ius commune.*
11 *Renascitur facilius quælibet res, quam de nouo nascitur.*
12 *Solemnitas minor requiritur in destruendo, quam in construendo.*
13 *Fauorabilis est omnis redditus ad Ius commune.*
14 *Alienatio facta, sine debita solemnitate tenet, quando actus ad suam naturam reuertitur.*
15 *Res omnis per quascumq; causas nascitur, per easdem dissoluitur.*
16 *Præscriptio quadragenaria completa facit ius, & agitur de auferendo iure quæsito.*
17 *Fauorabilis non est, redditus ad ius commune, quando quis priuatur iure suo, iam radicato.*
18 *Lucrum quæsitum, & radicatum, pro damno reputatur.*
19 *Priuilegium, ante concessionem, est contra ius commune, sed postea est de iure communi.*
20 *Gratiam facere, à gratia procedit, sed postquam est facta, debet de iure sortiri effectum.*
21 *Præscriptio, quando est in fieri, dicitur odiosa, & contra ius, sed quando est acquisita dicitur secundum ius.*
22 *Decisio 2. Rotæ de præbend. in nouis tres casus constituit, qui assignantur. & numero 23. 24. & 25.*
26 *Præscriptio quadragenaria non tollitur, nisi per aliam quadragenariam, quòd etiam procedit in materia optionis. & num. 27.*
28 *Opinio Abbatis in cap. veniens. num. 22. de præscription. fuit à Rota examinata, & reiecta.*
29 *Fauorabilis tunc dicitur reuersio ad ius commune, quando fit per viam legis generalis, secus si per viam actus particularis.*
30 *Ius primeuum, si non est omnino extinctum, erit fauorabilis reuersio ad illud, alias non.*
31 *Ius elisum. & diminutum durat in essentia, sed in iure prorsus sublato nullæ sunt reliquiæ, & numr 32.*
33 *Regula de non tollendo, an procedat, quando per rescriptum fit deductio ad ius commune, & Rota tenuit, quòd sic. & n. 34.*
35 *Regula de non tollendo, an procedat, quando auferuntur clausulæ de gratia alterius, vt materia reducatur ad primeuum statum.*
37 *Cap. cum de beneficio de præben. li. 6. materiam declarantes citantur.*
38 *Secularia beneficia sunt multiplicia.*
39 *Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Primitiatus, Archiepiscopatus, & Episcopatus, sunt secularia beneficia.*
40 *Chorepiscopatus antiquitus erat beneficium seculare.*
41 *Abbatia secularis, & aliæ dignitates inferiores hic mentionatæ sunt beneficia secularia, & n. 42. & 43.*
44 *Parrochialis, Canonicatus, præbendæ, præstimonia, & Cappellaniæ sunt beneficia secularia, & n. 45. 46. & 47.*
48 *Episcopatus, quamuis sit seculare beneficium, potest regularibus conferri.*
49 *Regularibus possunt de iure communi conferri Ecclesiæ parrochiales, suadente necessitate, vel vtilitate propter bonum curæ, & numer. 50. & 52.*
51 *Regularibus non possunt de iure communi conferri dignitates seculares, cura animarum carentes.*
53 *Regularibus hodie nulla beneficia secularia, sine Apostolica dispensatione conferri possunt. Imo non solet desuper concedi dispensatio. & num. 54. & num. 55. agitur de constitutione Pauli Quarti.*

Secularia. glos. 7.

Secularia præsumuntur omnia beneficia.

1 SECVLARIA præsumuntur, in dubio omnia beneficia, † nisi regularia probentur, quia postquam Diuus Petrus fuit secularis, † præsumitur
2 fuisse sic fundata beneficia, sequendo illum primum patronum, & primum statum. Rota decis. 2. sub n. 2. vers. *facit secundum ea, quia de iure communi*. de prębendis in nouis. Franchus post alios in cap. cum de beneficio. num. 5. de præben. libro 6. Nicolaus de Milis in repertorio, verbo, *beneficia omnia sunt secularia de iure communi*. nu. 10. Philippus Probus in additionibus ad Monachum in dicto cap. cum de beneficio, num. 5. & in cap. super eo sequenti, numero 5. de præbend. lib. 6. Ioannes Staphilæus de lit. gratiæ in decima forma expectatiuarum. numero 3. Rebuff. in praxi. tit. quotuplex sit beneficium. num. 4. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum in præfatione sub nu. 6. Mascard. de probationibus conclus. 172. n. 1. & per totam, vbi tres limitationes ponit, & fuit dictum in vna Pampilonen. Prioratus 21. Iun. 1599. coram R.P.D. meo Pamphilio, & faciunt ea, quæ dixi in §. primo procœmiali, à numero primo.

Et interest Episcoporum, quòd beneficia
3 sint secularia, † vt sit illis libera conferendi facultas, cui velint, & non adstringantur conferre regularibus, & diminuatur potestas in cui conferendo. Philippus Probus in additionibus ad Monachum in d. c. cum de beneficio. n. 6. vers. *Item consuetudo faciens*. de pręben. libro 6.

4 Nam beneficia regularia, secularibus † non sunt conferenda, vt in d. c. cum de beneficio disponitur, & expresse per Conc. Trident. sess. 14. c. 10. & sess. 25. c. 21. de regularibus statuitur.

Hinc, si beneficium regulare impetratur
5 à Clerico seculari, † non facta mentione de regularitate, erit gratia nulla. Felin. in cap. in nostra. n. 41. de rescriptis. Ioann. Selua de beneficio. 3. p. q. 11. n. 122. Cassadorus decis. 4. à n. 1. de prębendis.

Sicut per contrarium, non teneret collatio
6 facta Monacho de beneficio seculari, † non facta mentione secularitatis, cum secularia beneficia secularibus, & regularia Regularibus conferri debeant, vt probatur in dicto cap. cum de beneficio de præbendis libro sexto. Ægidius Bellamera decis. 171. incipit, *collatio facta Canonico*. Felin. in dicto cap. in nostra. nu. 44. Menochius de arbitrarijs. lib. secundo. cent. 3. casu 201. numero 86. & 87.

Ego vero, ex alia ratione puto magis interesse Episcoporum, ne beneficia sint regu-
7 laria, nisi secularia, † videlicet, quia regularia beneficia, regulariter non conferuntur ab Episcopis, sed debent conferri ab Abbatibus. capit. finali de regularibus. lib. 6. vbi notant omnes. Abbas in cap. ea noscitur. n. 4. de his, quæ fiunt à Prelato sine consen. capituli. Ioann. Selua de beneficio. secunda parte. quæstione 22. numero 45. & 46. Mandosius in regula tertia Cancellariæ. quæstione 9. numero quarto. de quo etiam vide, quæ dixi in glossa vigesima tertia, in vers. *regulares autem collatores* a nu. 20.

Vnde quamuis ad præscribendum statum regularitatis, & efficiendum, quòd de beneficio seculari efficiatur regula-
8 re, requiratur præscriptio † quadragenaria. tex. in d. cap. cum de beneficio ibi, *vt præscriptio legitima sit completa, &c.* de præbendis lib. 6. iuncta gloss. verbo, *legitima*, & ibi communiter omnes. Staphilęus de litteris gratiæ in 8. forma expectatiuarum. numero 40. Rebuff. in praxi. titulo quotuplex sit beneficium. num. 5.

Quãdo sufficiat minus tẽpus ad prælcribendã, quãdo res reuertitur ad primeuam naturam late declaratur vsque ad n 37.

Tamen ad prescribendum statum secula-
9 ritatis, sufficiunt decem anni, † cum propter adsistentiam iuris communis fiat reductio ad primeuum statum, & de facili res reuertatur ad pristinam naturam. Staphilęus de litteris gratię in decima forma expectatiuarum. numero tertio. Gomezius de expectatiuis, sub numero 106. vbi allegant prædictam decisionem secundam de prębendis in nouis.

Ideo dicit Abbas in cap. fin. num. 19. in fine de consuetudine, & Felinus late in cap. cum accessissent. numero 5. & 6. & 30. in fine de constitutionibus, & in cap. cum omnes. numero septimo, & octauo, cum sequentibus eodem titulo, quòd si agitur de tollenda consuetudine, vel prescriptione acquisita, contra ius per tempus quadraginta annorum, quòd sufficiunt solum decem an-
10 ni, † cum reuertatur ad ius commune, quia
11 facilius res renascitur, † quam de nouo nascitur. l. si testamentum 23. & ibi glossa, verbo, *imperfectum*. ff. de testamentis, Et in
12 destruendo minor † solemnitas requiritur, quam in construendo. Felinus in dicto cap. cum accessissent. numero quinto. vers. *hanc declarationem intellige*. & in dicto numero 30. in fine, in quibus locis cumulat quamplura de fauore redditus ad ius com-
13 mune, † & Iasson. in l. si vnus. §. pactus ne peteret, numero quinto, & sequentibus. ff. de pactis.

Sicut

Sicut etiam, quamuis Episcopus non possit alienare bona Ecclesiæ, nec illi tacite, nec expresse prejudicare, sine consensu Capituli: tamen quando per talem alienationem, seu prejudicium, res alienata, & actus reuertitur ad suam naturam, tenet alienatio, † sine dicto consensu, siue prejudicium 14 sit magnum, siue paruum, vt docuit Abbas in cap. veniens. numero secundo. alias numero 23. de prescriptionibus. Felinus in dicto capit. cum accessissent. numero sexto, vers. *ad idem*, & numer. 30. de constitutionibus, & in cap. cum omnes numero octauo. Mantua. num. 40. vers. *secundo quia ad idem*, de constitution. Ferret. cons. 38. num. 15. vers. *ad idem*. lib. 1. Beroius cons. 7. num. 27. lib. 3. Bertachin. in tract. de Episcopo. lib. 4. p. 4. n. 21. Gozadin. cons. 26. n. 55. Aimon. cons. 135. sub nu. 38. Gomezius in reg. de non tollendo Iure quesito. q. 16. Tiraquel. de Iure primog. quæstione 24. numero septimo, qui omnes fundantur per tex. in cap. 1. & cap. fin. de pactis. libro 6.

Cæterum hoc, quòd dicimus de prescriptione decennali, quòd sufficiat ad destruendam prescriptionem quadragennalem completam, & sic ad efficiendum, quòd beneficium reducatur ad primæuum statum secularitatis, non transit, sine maxima difficultate, quia omnis 15 † res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur. l. nihil est tam naturale. ff. de regul. Iuris, cap. primo. eodem tit. in decretalibus.

Item, quia si prescriptio 40. ann. est iam 16 completa, & radicata, ipsa facit ius, † & agitur de auferendo iure quesito, quòd æquipollet iuri communi. Negusantius in sua Silua nuptiali. libro sexto. numero 26. qui dicit post Rocchum de Curte ibi citatum, materiam redditus ad ius commune, non esse fauorabilem, quando quis priuatur 17 iure suo. † Et radicatio, & incorporatio est, adeo efficax, vt conuertat lucrum, in damnum: lucrum enim quesitum, & radicatum, 18 pro damno reputatur. † l. cum te, & ibi Baldus C. de donationibus ante nuptias. Alexand. cons. 89. numero decimo tertio, & cons. 169. numero decimoquarto. libro secundo. Parisius consil. 19. n. 224. lib. 2. Rota decis. 22. nu. 14. 15. & 16. parte 2. diuers. Cæsar de Graff. decis. 1. à num. 5. de verborum significatione.

Accedit, quòd priuilegium ante concessionem, est contra ius commune, sed post cõcessionem, non dicitur contra Ius commu 19 ne, sed de iure communi. † l. 1. ff. de constitution. princip. cap. decet. de regul. iuris in 6. Cæsar de Grassis decis. 1. nu. 6. de verborum significatione.

Sicut, & gratiam facere, à gratia procedit, tamen postquam gratia est facta de iu- 20 stitia est, † quòd suum consequatur effectum. Rota decis. 33. numero 17. de prebend. in antiquis.

21 Ità similiter in præscriptione, † licet prescriptio dicatur odiosa, & contra ius, vbi tamen est acquisita, dicitur secundum ius. capit. de quarta, & per totum titulum de præscriptionibus, & scriptum reliquit Paris. in dicto cap. veniens, sub numero 16. de præscriptionibus. Cæsar de Grassis. d. decis. 1. n. 7. de verborum significatione, vbi refert, quòd hoc dictum Parisij placuit satis aliquibus ex Dominis Rotæ.

Rursus decisio Rotæ 2. de præbẽ. in nouis, 22 † quam Staphileus, & Gomezius in locis supra relatis allegant pro sua sententia, tãtum abest, quòd illam probet. Imo potius aperte probat contrarium, nam ipsa decisio bene intellecta tres casus diuersos constituit.

Primus est, quòd in dubio, ad hoc, vt beneficium dicatur seculare, vel regulare at- 23 tenditur, vltimus status † illius, hoc est, an vacauerit per obitum personæ regularis, vel secularis, vt in eadem decisione sub numer. 2. vers. *sed solum debet attendi status, & possessio, quæ pro tunc est, &c.* vt etiam docent Geminia. Franchus, & alij in d. c. cum de beneficio. Milius in repertorio, verbo, *beneficium si est impetratum*. Felinus in c. eam te. n. fin. ad medium, de rescriptis. Calderin. vulgato. cons. 23. de præbendis. Puteus decis. 189. & 192. lib. 1. Rocchus in c. finali, de consuetudine, sectio. 4. num. 82.

Secundus casus statuitur ab eadem decisione secunda, quando scilicet status regularitatis non fuit completus per 40. annos integros, sed fuit seruatus per decem, viginti, vel triginta annos, & amplius, nec aliter docetur de iure perfecto, & radicato, vt beneficium fuerit regulare: tunc, vt tollatur de medio iste status, sufficit sola decen- 24 nalis præscriptio, † propter adsistentiam iuris communis, vt legitur in eadem decisione. sub numero 1. vers. *Idcirco maior pars*, & sub num. 3. vers. *at vbi primus status*, vsque ad finem, Philippus Franchus post Dominicum. Geminian. nu. 8. & alios in d. c. cum de beneficio, sub num. 5. vers. *si vero Papa non expressit*. Felinus in cap. in nostra. num. 43. de rescriptis.

Tertius casus est, quando status regula- 25 ritatis fuit completus, † per perfectum tempus 40. annorum, vel aliter constet de iure perfecto, & radicato, ad hoc, vt beneficium sit regulare, & non seculare, tali casu non requiritur minor præscriptio quadraginta annorum, ad efficiendum, quòd beneficium sit seculare, vt patet ex ipsamet

samet decisione 2. alias 32. sub num. primo. vers. *& hoc verum secundum prædictos dominos, nisi ex aduerso probetur illud beneficium per regulares fuisse antea gubernatum per quadraginta annos, tunc, quia secundum primam causam, illa prima præscriptio regularium quadraginta annorum, non tollitur, nisi per contra-*
26 *riam præscriptionem quadragenariam*, † *vt notatur in capit. accedentibus de excessibus Prælatorum*, & sub num. 2. vers. *licet vbi ageretur de status mutatione in præiudicium alterius Religionis, &c.* ac sub eodem num. 2. vers. *sed in casu*, & numer. 3. vers. *nam vt supra dictum est præscriptio quadragenaria prima, &c.* & declarant Geminianus numero octauo, & Franchus numero quinto in principio, in dicto capitulo, cum de beneficio. Felinus in dicto capit. in nostra. numero 43. de rescriptis. Rochus de consuetudine, sessione quarta, numero 69. & tenuit etiam Rota, in materia
27 optionis, † in decisione 460. alias 6. de consuetudine in nouis, numero quinto per totum, & Mascardus de probationibus, conclusione 172. numero decimo quarto: licet ipse nihil firmauerit, sed vacillans remanserit, & in conciliando prefatas duas Rotæ decisiones, satis alucinatus fuerit: quæ quidem decisiones contrariæ non sunt meo videri, sed potius conformes, vt patet ex supradictis.

Deinde Rota adamusim examinauit, de veritate opinionis Abbatis in dicto capit. veniens. numero 22. de prescriptionibus, in vna causa Caurien. Iurisdictionis 18. Maij 1596. que est in impressis decisio 22. parte secunda diuersorum, & licet concluserit in numero tertio, quòd dicta opinio fuerit communis; tamen numero quarto, & quinto, fir-
28 mauit veram non esse, † nec habere aliquod adminiculum in Iuribus per Abbatem allegatis, videlicet in cap. primo, & cap. finali, de pactis in sexto, & cap. cum Apostolica, de his, que fiunt à Prelato sine consensu Capituli, quibus siggillatim Rota respondet, & fundat à numero septimo, & sequentibus opinionem contrariam: & numero duodecimo post Parisium in dicto cap. veniens. numero decimo sexto. vers. *quoad vltimam*, dicit, quòd illa regula generalis, quòd sit fauorabilis dispositio, quæ reducit ad primeuam naturam, iuxta text. in capit. ab exordio 35. distinctione, & in dicta l. si vnus §. pactus ne peteret in fine. ff. de pactis, est intelligenda de vniuersali reductione,
29 quoad omnes, per viam legis † generalis, vt in casu, cap. statutum, & ibi notat glossa, verbo, *numerandum*, de præbendis, libro sexto. Couarruu. libro tertio variarum. capit. sexto, numero quarto: secus vero, quoad aliquos per viam alicuius actus particularis, prout etiam tradit Apostila ad Abbatem, in dicto cap. veniens, numero 22. verbo, *pactum*, sub littera A. in fine, vbi pro hoc allegat. cap. cum omnes, de constitutionibus. Cesar de Grass. deis. 1. n. 8. de verbor. significatione, & decisione 1. num. 7. & 8. de sepulturis.

Dicit etiam predicta decisio 22. numero 17. parte secunda diuersorum, quòd procedat dicta regula, quando Ius commune, seu primeuum ius, non est omnino extinctum, &
30 peremptum, † veluti per præscriptionem perfectam, & completam, vel similia: sed quando est elisum, & diminutum in parte, & non in totum, vt intelligunt prædictum textum in dicto §. pactus ne peteret. Bartolus ibidem, in fine. Bald. pariter in fine. Fulgosius numero 22. versic. *in glossa finali*. Cinus in authentica quas actiones, quæstione vltima. numero octauo. Albericus numero secundo, vers. *in eadem glossa*. Paulus Castrensis. num. 9. vers. *Doctores tamen dicunt*. Iaf. numero 29. & Baldus. numero 5. in fine. C. de Sacrof. Eccl.

Vbi rationem assignat, quia ius elisum,
31 & diminutum † durat in essentia, licet cesset in effectu, vnde cum in eo sint reliquiæ, facile fit redditus ad ipsum: attamen in iure prorsus extincto, & sublato nullæ sunt reli-
32 quiæ. † l. prima in principio. ff. de latina libertate tollenda. Ideo impossibilis est reintegratio, vel reuersio ad illud, vt in d. §. pactus, ne peteret, vers. *sed si pactum conuentum*. l. si vnus. ff. de pactis. & vide quæ dicam in gl. 36. num. 57. & 59.

Idcirco Rota in dicta decisione prima. numero 9. de verborum significatione Cæsaris de Grassis, dixit, quòd rationes traditę per Gomezium in regula de non tollendo iure quæsito. quæstione 16. dum voluit tenere, (licet pedes nõ firmet,) quòd illa regula de non
33 tollendo iure quæsito locum non habeat, † quando per commissionem tollitur gratia alicuius, ita quòd per talem commissionem reducamur ad terminos iuris communis,
34 non placuerunt Rotæ, † neque Curtius Iunior cons. 1. num. 22. & Cassaneus cons. 66. n. 63. quos ipse Gomezius allegat, faciebant ad propositum, cum solum loquantur de potestate Principis, si potuit prejudicare, vel non, & non loquuntur de voluntate, aut intentione.

Similiter eadem decisio Cesaris de Grassis respondit, † ad Caputaqu. decis. 41. que
35 alias est 31. parte tertia, & 128. numero 3. parte 1. dum voluit, quòd si Papa aufert aliquas clausulas de gratia alterius, & auferendo reducat materiam ad primeuum statum, non obstet dicta regula de non tollendo, quia dictæ decisiones Caputaquensis fundan-

fundantur in allegatis per Gomezium in d. q.16.& corruente doctrina Gomezij, similiter,& corruunt decisiones Caputaq; legi tecum 26.ff. de exceptione rei iudicatę. l. lex vectigal.ff.de pignoribus. Rota decis. 10. in fine, de prębend.

Ex quibus verius videtur, quòd quando docetur de iure perfecto, & radicato, vt beneficium sit regulare, & non seculare, non
36 sufficeret sola decennalis præscriptio, † seu consuetudo ad mutationem status, vt conuertatur in beneficium seculare, sed requiritur quadragenaria prębscriptio, & quòd opinio contrarium dicentium sit minus tuta.

Et pro ornatu, ac intelligentia dicti cap.
37 cum de beneficio,† de prębend. lib. 6. vide Felinum in d.c.in nostra.n.41. cum sequentibus,vsq;in finem,de rescriptis,vbi ponit nouem notabilia, quę pro maiori parte, sunt vltra tradita per Doctores in d.c. cum de beneficio,& quę dicemus in gl.8.sequenti,ex n. 32.cum sequentibus.

38 Secularia beneficia sunt † multiplicia.

Secularia beneficia qualia sint.

39 In primis † Papatus est beneficium seculare. cap.1.de maledictis, ibi, *quædam in depræssionem beneficij, & officij nostri protulit.*

Secundo loco est Cardinalatus, qui etiam beneficium seculare, lata saltim interpretatione dicitur, ratione tituli adhęrentis,vt in c.2.de Clericis nõ residentibus:& ratione officij, seu dignitatis est pars corporis Papę. cap.si quis.6.q.1. de qua loquar in gl. 24.

Tertio loco est Patriarchatus. c.antiqua 23. de priuilegijs. cap. sancta Romana. de electione, in extrauagan. inter commun. & Patriarchæ sunt maiores primatibus. c. vrbes.80. distinct.& dicam in gl.41.

Quarto Primatiatus,qui præest Archiepiscopis,& habet primam sedem in regione.c. 1.c. nulli Archiepiscopi 99. distinctione, & per totam illam distinct. & vide in d.gl.41.

Quinto Archiepiscopatus, qui dicitur Metropolitanus, & præest Episcopis suffraganeis. cap.nulli.99.distinctione. cap.1. 101. distinctione. c.Cleros 21. §.Archiepiscopus 21.distinctione. ac vide in gl.42.

Sexto, Episcopatus est beneficium. c. felicis §.quod si quis,de pœnis,in 6. c. Cleros. §.Episcopus.21.distinctione.

Septimo loco antiquitus erat Chorepisco
40 patus, † hoc est pars diœcesis Episcopi, à particulari quodãmodo Episcopo gubernata, sed postea sublati fuerunt Chorepiscopi, vtinutiles.c.quãuis.c.Chorepiscopi.68.dist.

41 Octauo † Abbatia secularis dicitur beneficium.c.ex transmissa. de renunciat. cap.2. de Iudicijs.

Nulla tamẽ istorum beneficia, sunt per regulam nostram reseruata,cum alias sub alijs reseruationibus includantur,vt dixi in gl.51.

Nono sunt aliæ dignitates inferiores, veluti Decanatus.c.ex parte Decani. de rescriptis.c.post electionem. de concess. præbend. c.cum inter vniuersas 18.iuncta gloss.verbo, *ad Decanum*, de electione. Rota decis. 17. de concess. præbend.in antiquis.

Item Archidiaconatus,de quo in rubro & nigro de officio Archidiaconi.

42 Item Archipræsbyteratus, † vt in rubro, & nigro de officio Archipræsbyteri.

Item Primiceriatus, hoc est Cantoria, vt in rubro, & nigro de officio Primicerij.

Item Sacristia, vt in rubro, & nigro de officio Sacristę.

Item Thesaureria, seu custodia, vt in rubro,& nigro de officio custodis.

43 Item Præpositura,† quæ habet præcedentiam, & curam super alios.c.quamuis. 9. de verbor. significatione. c.saluator. 1.q.3.c.1, de ætate,& qualitate. c.ex parte de Clericis non residen.

Item Prioratus secularis. c. fin. de officio ordinarij in 6. Clemen. 2. de rescriptis cum ibi notatis.

Item officium, & personatus, vt in cap. cum accessissent de constitutionibus. c.1. de consuetudine. lib.6. & dixi supra in glossa 5. §. 11.ex num.2.cum sequentibus.

Decimo loco est Ecclesia parrochialis,
44 seu beneficium curatum. † c.cum in cunctis. de electione.c.extirpãdæ.c.de multa, de prę ben. de quibus supra dixi in glossa 6.

Necnon Vicarię perpetuæ, vt in Clem. 1. de officio Vicarij, & dixi superius in glossa 5. §.3.

Et ista omnia beneficia superius mentionata regulariter habent iurisdictionem, seu administrationem.

Deinde sunt alia beneficia secularia,sine
45 administratione, veluti Canonicatus † secularis,& prębenda. c. 2. de renunciatione;
46 nam Canonicus non administrat; † sed Deo inseruit in horis cantandis, & alio officio sibi iniuncto: & ideo dicitur sine administratione;Consilium tamen dare debet talis Canonicus,vt dixi in gl.4.ex n. 69.

De quibus omnibus vide Seluam de beneficio. 1. p.q.2.à numero 35. vsque in finem. Rebuffum in praxi.titulo quotuplex sit beneficium seculare, Petrum Gregor. Tholosan. in nouis institutionibus rei beneficiariæ. c. 10.per totum.

Et vltra supradicta beneficia secularia,
47 sunt † etiam alia simplicia secularia beneficia, videlicet Præstimonia, Cappellanię, & Altaria,Hospitalia, & reliqua, de quibus satis,superque dixi in gl.5.per totam.

Quãdo beneficia secularia conferantur regularibus.

Sed quia superius diximus, quòd regularibus secularia beneficia conferri non poterant, limita, nisi sint Episcopatus, † quia ad dignitatem Episcopalẽ 48 potest Monachus eligi, & prouideri, tex. in c. 1. 18. q. 1. c. quorumdam 24. cap. si religiosus. 27. c. nullus Religiosus. 28. de electione. li. 6. Clem. 1. de electione. l. 23. ante medium. tit. 5. Partita 1. & Episcopus ipse appellatur religiosus. c. ex multa de voto.

49 Necnon ad Ecclesiam † Parrochialem, inspecto iure communi, per Episcopum potest regularis promoueri. cap. quòd Dei timorem, de statu Monach. vbi late gloss. verbo, *Ecclesiarum Parrochialium*, cap. in Parrochia. cap. cum pro vtilitate. c. doctos. cap. Monachos 16. quæst. 1. lex 25. tit. 7. Partita prima: dummodo habeat semper in socium alium similem religiosum eiusdem ordinis. c. Monachi, de statu Monachor. l. 22. titul. 7. Partita 1. nisi Religiosus sit Canonicus regularis, quia tali casu potest præfici Ecclesiæ Parrochiali seculari, etiam absque dicto socio. tex. in d. cap. quod Dei timorem, de statu Monachorum.

50 Ratio quare regulares possunt † promoueri ad Ecclesias Parrochiales seculares est, propter officium prædicationis, & bonum curæ, vt in d. cap. quod Dei timorem, vbi notat Abbas sub nu. 3. & cauetur in d. l. 25. titul. 7. Partita prima.

51 An autem ad dignitates principales, † in Ecclesijs Collegiatis secularibus possit regularis promoueri. Abbas post gloss. ibi in dicto cap. quòd Dei timorem. num. 5. & 6. recitat opiniones diuersas, ipse verò tenet post alios, quòd si talis dignitas habet curam animarum possit, sicut in curato, alias non, quem sequitur Gregor. Lopez in d. l. 24. glossa 2. tit. 7. Partita 1.

Intellige tamen supradicta procedere se-
52 cundum veriorem opinionem à Rota † canonizatam in decisione 28. de præbendis. in nou. & in decis. 5. de Iurepatronat. in nouis, quòd Episcopus possit in casu necessitatis, vel vtilitatis dispensare ad dictam parrochialem, & non aliter.

De quibus etiam vide concordata Franciæ, in rubrica de collationibus. §. volumus, & ibi Rebuff. & eundem Rebuff. in praxi, titulo de dispensatione cum regularibus. numero 5. & 6. cum sequentibus. Hojedam de incompatibilitate beneficio. 1. p. cap. 24. numero 96. & pleniſſime omnia hinc inde cumulantem per Lambertinum de Iurepatron. lib. 2. parte prima. q. 7. principali. artic. 19. per totum.

53 Hodie vero † nulli Regulares, etiam si sint Canonici, habere possunt sine dispensatione Apostolica beneficia curata, nec in perpetuum, neque ad tempus, & ita obseruari videmus, ac desuper emanauit quædam declaratio sacræ Congregationis Conc. Trid. cuius verba sunt hæc.

Sanctiß. D. N. Greg. XIII. noluit licere Canonicis Regularibus Congreg. Lateranen. etiam de licentia sui generalis, absq; permissu Summi Pont. assumere curam animarum, etiam ad tempus, multoq; minus beneficium curatum ad tempus.

Dicit etiam Mandosius in praxi signaturę gratiæ, in tit. de dispensationibus Monachorum, pro obtinendis beneficijs, quòd licet olim dabatur Monachis dispẽsatio ad vnum beneficium curatum, contra capit. monachi, in principio, de statu Monachorum, quòd hodie non admittuntur, nec dispen-
54 santur, † prout in bulla Pauli Quarti continetur, quæ est constitutio 28. ipsius Pauli Quarti in bullario, & incipit, *postquam diuina bonitas*, sub datum 13. Calend. Augusti anni 1558. vbi etiam disponitur priuari, quibuscumq; beneficijs, etiam curatis, regularem, qui absque Apostolica dispensatione illa obtinuerit.

Et licet dicta Constitutio Pauli Quarti
55 fuerit redacta ad viam iuris † communis per Pium Quartum in sua Constitutione 8. quę incipit, *Sedis Apostolicæ solertia*. sub dat. 3. non. Aprilis ann. 1560. tamen praxis semper admittit, quòd sine Apostolica dispensatione regulares talia beneficia obtinere non valeant. Præsertim stante decreto Greg. XIII. & prędicta declaratione Concilij Trid. necnon regula Cancellarię 42. generaliter prohibente, nedum titulum; sed etiam commendam talia beneficia secularia regularibus dari.

Summaria glossæ 8.

1 *Regularia beneficia reseruantur per regulam nostram.*
2 *Regularia beneficia non veniunt, sub generali reseruatione, nisi exprimantur, sed contra, ex num. 12.*
3 *Præceptoriæ S. Io. Hierosolymitani, & S. Ant. an cadant sub reseruatione.*
4 *Regula tertia Cancellariæ exprimit reseruationem prioratuum, & dignitatum regularium.*
5 *Collegij appellatione venit Conuentus.*
6 *Expectatiuæ non extenduntur ad beneficia ordinis Cluniacen.*

Regu-

7 *Regularia beneficia solent esse manualia, & numero 67.*
8 *Regularia beneficia non sunt secularibus clericis conferenda.*
9 *Regularia beneficia sunt quodammodo exorbitantia.*
10 *Regulare beneficium, non capit nominatio ad beneficia.*
11 *Regularia beneficia non veniunt in reseruatione vacationis in curia.*
12 *Regularia beneficia cadunt sub generali reseruatione*
13 *Regularia beneficia veniunt, sub appellatione beneficiorum.*
14 *Regula de infirmis comprehendit beneficia regularia.*
15 *Regularia beneficia sunt publicanda.*
16 *Regularibus in beneficijs intrat deuolutio.*
17 *Regularia beneficia includuntur in reseruatione extrauag. ad regimen.*
18 *Regularia beneficia includuntur sub reg. 1. de reg. iur. in 6.*
19 *Regularia beneficia, quòd non cadant sub reseruatione, nullibi reperitur scriptum, & ibi de intellectu allegationis Lapi 84.*
20 *Abbatiæ si non comprehendantur in reseruatione cap. 2. de præb. in 6. non procedit ex eo, quòd sit beneficium regulare, sed quia est de maioribus dignitatibus, & n. 28.*
21 *Curia non recipit, quòd Abbatiæ non comprehendantur in reseruatione.*
22 *Regula 3. Cancellariæ, quare expressit dignitates regulares.*
23 *Monasterium Cluniacense habet particulares exemptiones.*
24 *Regularia beneficia, quando non sunt manualia, sed perpetua, cadunt in reseruatione regulæ nostræ.*
25 *Manualitas beneficij regularis, potius prouenit ex parte regularis illud possidentis, quam ex natura beneficij.*
26 *Regularia beneficia, licet sint regularibus conferenda, non propterea desinunt comprehendi sub reseruatione.*
27 *Regula* beneficium, *an veniat in nominatione ad beneficia.*
29 *Dictum Doctoris, intelligi debet secundum iura, quæ allegat.*
30 *Regularia beneficia dicuntur illa, de quibus continetur in fundatione, vt per Religiosos gubernentur, vel quando status regularis est præscriptus. & n. 31.*
32 *Status beneficij secularis, vt mutetur per præscriptionem 40. an. in regularem plura concurrere debent, scilicet titulus institutionis, vti de regulari, & continuatio, & numero 33. & 34.*
35 *Præscriptio status secularis in regularem, requirit bonam fidem, & quando præsumatur mala fides in hoc casu, numero 36. & quod non possideatur per commendam, sed per titulum, num. 37.*
38 *Regulare beneficium non dicitur, quamuis eius collatio spectet ad regulares.*
39 *Regulares collatores non possunt conferre Regularibus, beneficia secularia, alias collatio esset ipso iure nulla, & n. 40.*
41 *Deuolutio non excusatur per inutilem collationem.*
42 *Religiosis militaribus conferri nequeunt beneficia secularia.*
43 *Secularia beneficia possunt dari regularibus, deficientibus clericis secularibus.*
44 *Regularia beneficia possunt conferri secularibus, ob incorrigibilitatem regularium.*
45 *Inuitus clericus secularis potest compelli, ad acceptandum beneficium regulare, in casu necessitatis, & ad recipiendos ordines, & numero 46.*
47 *Necessitatis causa, rigor legis infringitur in pluribus casibus remissiue.*
48 *Regulari possidenti beneficium seculare competit interdictum possessorium.*
49 *Possessorium remedium, semper locum habet, quando præscriptio conceditur.*
50 *Prioratus S. Augustini, & S. Dominici, non comprehenditur sub regula nostra, quia perpetui non sunt.*
51 *Fratres mendicantes non possunt habere beneficia Ecclesiastica,*
52 *Præceptoriæ ordinis S. Iacobi de Spata, nec de Alcantara, nec Calatraba, nec S. Io. Hierosolymitani, non cadunt sub reseruatione.*
53 *Militarium ordinum beneficia, an comprehendantur sub reseruatione regulæ nostræ.*
54 *Militares ordines, de iure communi præseruantur.*
54 *Conc. Trid. sess 25. de reform. regul. c. 15. dum requirit annum ad professionem, non procedit in Religionibus militaribus.*
55 *Militares religiosi, non dicuntur proprie religiosi, sed largo modo, & n. 57,*
56 *Militares religiosi semper sunt in continuo armorum exercitio.*
58 *Militares religiosi, vt comprehenderentur in in Concil. Triden. fuerunt expressati.*
59 *Milites religiosi S Ioannis Hierosolymitani excluduntur, a contributione pro seminarijs, & in constitutione Gregoriana de publicandis, ideo comprehenduntur, quia expressantur.*
60 *Maiora beneficia, si non reseruantur, nec minora reseruata videntur, sed contra, & numero 69.*
61 *Verba prægnantia regulæ nostræ, capiunt beneficia regularia ordinum militarium.*
61 *Dictio* quorumcumque ordinum, *facit venire maiora expressis.*
62 *Militares regulares comprehenduntur in Concilio Tridentino, sessione 25. de regularibus, cap. 19.*

Mili-

63 *Militarium religionum beneficia comprehenduntur, vbi non exceptuantur, sub reg.nostra, præsertim stantibus verbis* qualitercumque qualificata, *& n.64.*

65 *Militares religiòsi minus dispensantur ad seculária beneficia, quam alij regulares.*

66 *Milites cælestes dicantur clerici.*

67 *Beneficia Religionis S. Io.Hierosolymitani sunt amobilia.*

68 *Reseruatio regulæ 3. Cancellariæ, est in omni tempore, at vero regulæ nostræ, non est nisi in certis mensibus.*

70 *Regulæ est standum, velut Bononiensi Carocio, & tamquam firmissimo fundamento, & num. 71.*

72 *Regulam, quis habet pro se, transfert in aduersarium onus proban. exceptionem.*

73 *Reseruatio regulæ nostræ 8. an includat præposituras, & dignitates militares, exclusas per regulam 3.*

74 *Generali in reseruatione non venit, quod in speciali non comprehenditur.*

75 *Lex generalis non comprehendit casum specialem alterius legis.*

76 *Corrigere se incontinenti, nemo præsumitur, nec est talis interpretatio facienda.*

77 *Regularia beneficia, possunt conferi clericis secularibus, ad Religionem, & professionem se adstringentibus, & declaratio Sacræ Congreg. Conc. Trid. & nu. 78.*

79 *Abbatias, & alia beneficia regularia, administrationem habentia, nemo potest obtinere nisi emissa professione.*

80 *Magister esse non debet, qui discipulus non fuit, nec præfici debet, qui non nouit subesse, & n. 81. nec qui sub tutela est, sub se alium habere debet, & num. 82.*

83 *Approbatus, qui non est, in magistrum assumi non debet.*

84 *Docere qui alios debet, ab alijs docendus non est & num. 85.*

86 *Docere qui debet, multo tempore didiscere debuit.*

87 *Professio, an possit fieri ante elapsum annum, per clericum de beneficio regulari prouisum.*

88 *Professio fieri debet infra sex menses, per habentes monasterium in commendam.*

89 *Professio potest fieri ante lapsum annum, in casu regulæ 58. Cancellariæ.*

90 *Professio de iure communi requirit annum approbationis.*

91 *Professio prouisi de monasterio, potest admitti, ante annum, si conuenire arbitretur.*

92 *Opinionum nouarum author amicus non est.*

93 *Nouitatis author reprehendi debet.*

94 *Nouitas discordias parit.*

95 *Nouis ex opinionibus fantasmata generantur.*

96 *Regularia beneficia vnius ordinis, conferenda non sunt regularibus diuersi ordinis.*

97 *Conueniunt male, homines disparis professionis, sicut non est arandum in boue, & asino, & num. 98. nec indui debet veste lana, linoque contexta 99.*

100 *Conueniunt malè, cithara cum psalterio.*

101 *Diuersitas professionis, & habitus causat scandala.*

102 *Similis, similem quærit,*

103 *Pares cum paribus facillimè congregantur, & male veniunt inæquales ad aratra iuuenci, & num. 104.*

105 *Nominis similitudo gignit affectionem.*

106 *Artista, & medicus non congruit cum legista.*

107 *Monachus effectus Episcopus, ratione scandali potest se in veste cum alijs conformare.*

108 *Regularia beneficia, solita conferri Religiosis eiusdem monasterij, non sunt alijs conferenda, & Præpositus, & alij declarantur, & num. 110.*

109 *Consuetudo est laudabilis, quòd beneficia non conferantur; nisi alicui de gremio Capituli, vel Collegij.*

111 *Regularia beneficia sunt multis modis.*

112 *Regularia beneficia duplicia sunt, Abbatiæ, & officia.*

113 *Prioratus conuentualis est, qui præest Conuentui Religiosorum, vbi non est Abbas.*

114 *Prioratus Claustralis est secunda persona in monasterio vbi est Abbas.*

115 *Regularia beneficia simplicia sunt Monachatus, & Regularis Canonicatus.*

Et quorumuis ordinum regularia glossa 8.

RESERVAT regula nostra, non solum beneficia secularia; sed etiam quorumuis ordinum regularia. † Ratio est, quia in generali reseruatione beneficiorũ, non censentur reseruata beneficia regularia, † nisi specialiter exprimantur, vt tradit Gaspar de Perusio de reseruationibus, cap. 2. nu. 12. Æneas de Falconibus in tracta. de reseruationibus quæst. 4. num. 29. post Lapum, quem allegat allegatione 84. num. 11. dicens, quòd per hoc caput beneficia † ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, & Præceptoriæ Sancti Antonij, siue alterius ordinis, prout sunt in Hispania,

Regularia beneficia an cadãt sub generali reseruatione.

non

non includantur in reseruationibus. Gomezius in tractat. de expectatiuis, num. 94. vers. *& ex istis potest inferri.* maxime, quia Papa expresse super talibus non concederet, nisi cum difficultate, licet aliquando reperiantur huiusmodi præceptoriæ reseruatæ, sequitur etiam Flaminius Parisius de resignatione beneficiorum, libro vndecimo, quæst. 3. numero 82.

Sicut etiam reg. 3. Cancellariæ, postquam reseruauit omnes dignitates maiores post Pontificales, in Cathedralibus, & Metropolitanis, & principales in collegiatis. † Reseruauit etiam Prioratus, & Præposituras, ac alias dignitates conuentuales, & regulares, ex eo, quòd licet Collegij appellatione, ve-
5 niat † conuentus. cap. cum in terra, de electione, & ibi notat Abbas notab. 1. cap. nobis fuit, de iurepatronatus, iuncta glossa verbo *conuentuali.* & Hostien num. 2. Nihilominus, vt de reseruatione dignitatum Ecclesiarum regularium, non dubitaretur fuit etiam expressum de conuentualibus.

Pro quibus conducit Rota decis. 54. de rescriptis, in antiquis, & decis. 12. eodem titulo, in antiquioribus Besigneti, vbi fuit reso-
6 lutum, quòd litteræ expectatiuæ † Papæ, non extendebantur ad beneficia ordinis Cluniacen.

Rursus, quia beneficia regularia, regula-
7 riter non sunt perpetua; sed manualia, † & ad nutum reuocabilia. cap. cum ad monasterium. §. tales de statu monachorum. clem. 1. §. ad hæc eodem titulo, Clem. vnica. §. præmissa, de supplend. neglig. Prelator. Miles in repertorio, verbo. *beneficia regularia.* Selua de beneficio 3. par. q. 21. num. 2. & dixi super gloss. 5. §. 6.

Accedit, quòd regularia beneficia secula-
8 ribus clericis † conferri non possunt, sed regularia regularibus, & secularia secularibus sunt conferenda, ca. cum singula, de præbendis, lib. 6. clemen. 1. de electione. clem. 1. de supplend. negligen. Prælatorum. Rota decis. 772. num. 5. parte prima diuersorum, & in regula 42. Cancellariæ disponitur. Quòd non solum hoc procedit in collatione; sed etiam in commenda. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum prima parte, cap. 24. num. 93.

Nec non, quòd huiusmodi beneficia regularia sunt quodammodo exorbitantia,
9 † & distincta à communibus regulis beneficiorum; Et ideo sicut in dubio beneficium, non præsumitur regulare, nisi seculare. Rota decis. 2. num. 2. vers. *secundum ea,* de præbendis, in nouis. Staphilæus de lit. gratiæ, in decima forma expectatiuarum, num. 3. ac dixi in glossa precedenti, in principio. Sic in dubio beneficiorum appellatione in materia reseruationis, regularia beneficia non cadunt.

Sic nominatio ad beneficia, non capit be-
10 neficium regulare. † Rebuf. in tracta. de nomination. q. 15. num. 21.

Deniq; quia in fortiori reseruatione, de
11 qua † in cap. 2. de præbend. lib. 6. non veniunt Abbatiæ, nec Prioratus regularis, vt Ioannes Monach. ibi num. 1. Archidiacon. etiam numero primo. Franchus num. 5. Puteus decis. 180. *in vna Cæsaraugustana.* numero primo, libro 3. dicens, quòd beneficia regularia non cadunt sub reseruatione, cap. 2. de præbend. lib. 6.

Cæterum quòd in regula nostra com-
12 prehenderentur † beneficia regularia, quamuis de regularibus expressa mentio non fieret, non parum vrgent sequentia.

Primo, quia beneficiorum appellatione, nõ solũ veniunt beneficia secularia, sed etiã
13 † regularia, glossa in clem. 2. verbo *beneficijs.* de iudicijs, & Cardinal. ibi quæst. 5. nu. 13. Imola, num. 3. Felinus in cap. postulasti, numero quarto, in fine, de rescriptis. Rota decis. 739. *Domini.* num. 1. parte prima diuersorum, & decis. 189. num. 1. parte secunda diuersorum.

Igitur in nostro casu, in generali, & ampliſſima beneficiorum reseruatione, prout in regula continetur, venirent beneficia regularia, licet de regularibus specialis mentio non fieret.

Maximè, cum regulæ nostræ reseruatio, sit potius fauorabilis, quam odiosa, vt plenè diximus in §. 6. procœmiali.

14 Hinc regula de infirmis resignantibus † capit beneficia regularia, quamuis de regularibus nulla mentio fiat. Rebuffus in regula de infirmis, glossa 1. vers. *Item quia.* & glossa 5. in principio. Rota dicta decis. 736, num. 2. p. 1. diuersor.

15 Hinc constitutio Pij V. de publicandis † resignationibus, licet de regularibus beneficijs nullam in specie mentionem faceret, prout postea fecit constitutio Gregoriana; nihilominus capiebat beneficia regularia. Rota decis. 772. *resolutum fuit.* per totam, par. 1. diuersorum, & decis. 189. *concluserunt Domini.* per totam p. 2. diuersor. Flaminius de resignatione, lib. 11. quæst. 3. num. 86. cum sequentibus.

Item, quia in beneficijs regularibus habet
16 locum deuolutio. † tex, in clem. 1. de supplen. neglig. Prelatorum.

Præterea in reseruatione extrauagantis
17 ad regimen, † de præbendis. quę renouatur per regulam 1. Cancellarię, non minus comprehenduntur regularia beneficia, quam secularia, vt in ipsa extrauaganti palam legi-

tur,

tur, & declarat Puteus decis. 180. sub nu. 1. & decis. 190. num. finali, lib. 3.

Ad hęc non est dubitandum, quòd capitulum 1. de regul. iuris in 6. dicens, quòd beneficium Ecclesiasticum, non potest sine institutione canonica obtineri, comprehendat, etiã
18 beneficia regularia, † cum hoc nomen beneficij latissimum sit, Calderin. cons. 4. *an per istum*, sub titulo, de præbendis, glossa verbo *beneficia.* in cap. si gratiose, & ibi Geminianus post numerum 16. de rescriptis libro sexto.

Ex quibus in hanc posteriorem sententiam, videlicet, quòd quamuis regula nostra non expressam mentionem faceret, de regularibus, tamen comprehenderet illa, me magis inclino.

Ad adducta pro contraria parte potest responderi.

Ad primum, quòd in generali reseruatione beneficiorum, non veniant regularia beneficia, si sint perpetua, negari potest,
19 quia nullibi tale reperitur scriptum: † neque obstat allegatio Lapi 84. in qua se fundat Æneas de Falconibus, in loco pro contraria sententia allegato, quia ibi non dicit Lapus, quòd in generali reseruatione non veniant regularia beneficia; sed solum dicit, quòd
20 Abbatiæ non comprehendantur, † ex eo, quod sint de maioribus dignitatibus, sicut non comprehenduntur Episcopatus, iuxta glossam, verbo *dignitatum.* in cap. 2. de præbend. libro sexto, & Ioannes Monach. ibid. num. 1. Archidiaconus, num. 1. Franchus, nu. 5. & alij; Proinde quoad inferiora beneficia regularia, nulla potest induci consequentia.

At in regula nostra, non est dubium de istis Abbatijs, vel monasterijs; ex quo iam sunt reseruata per regulam primam, & tertiam Cancellariæ, sed de alijs beneficijs regularibus inferioribus, quo casu sententia Æneæ de Falconibus maxima cum difficultate sustineri potest, prout etiam respondet Mandosius in dicta regula 3. q. 9. n. 12.

Immo, & in Abbatijs dicit Ioannes Andreas, super additione ad glossam in d. cap. 2. de præbend. lib. 6. in verbo *dignitatum.* quẽ sequuntur Geminianus, & alij, quos ipse refert in eodem cap. 2. num. 10. quòd Curia
21 † non recipit, quòd Abbatię non veniant sub reseruatione illius tex. tradit etiam Simonetta de reseruatione, quęst. 11. numero 4. in fine.

Rursus quando Abbatię non essent alias reseruatę: comprehensæ viderentur, sub prægnantissimis verbis regulę nostrę, quamuis illa verba, *quorumuis ordinum regularia*, non adderentur, præsertim sub illis verbis, *qualitercumque qualificata, & vbique existentia.*

Non obstat, quod diximus de expressa mentione facta in regula tertia Cancellarię, de regularibus, seu conuentualibus, quia ibi
22 fuerunt addita † verba illa, gratia remouendę difficultatis, ad omneque dubium tollendum, vt dicit Abbas in cap. solite, sub num. 7. ad medium, de maioritate, & obedientia, in cap. certificari, num. 10. in fine de sepulturis, & dixi in gl. 6. super verbo *cum cura, & sine cura.* ex num. 26. vsque 32.

Ad decisiones 54. de rescripti sin antiquis & 12. eodem titulo, in antiquioribus respondetur, quòd ibi præsupponitur priuilegium concessum ordini, seu monasterio Cluniacen. quòd nullum recipere teneretur Prior Cluniacensis, auctoritate litterarum Apostolicarum, de expectatiuis, nisi de dicto ordine expressa mentione facta: & sic semoto priuilegio aliud dicendum erat, & facta dicta mẽtione ordinis, litteræ Apostolicæ deberent executioni demandari. Vltra quod, in illis decisionibus, nec dubitabatur, an venirent beneficia regularia, nec poterat dubitari, ex quo non erat controuersia super beneficio regulari, sed super seculari beneficio, spectante ad collationem Prioris Cluniacensis, cuius monasterium particulares habet
23 exemptionis rationes, † & sic exceptuatur per Concil. Tridentin. sess. 25. de regular. capite 11.

Minus obstat, quòd beneficia regularia, vt plurimum sint manualia, & quòd manualia beneficia, non comprehenduntur sub regula nostra, quia hoc rectè admittimus, tamen dicimus, quòd illa beneficia regularia, quæ
24 non sunt manualia, sed perpetua † cadunt sub nostrę regulę reseruatione, vt per Mandosium in præfata regula tertia, quęst. 9. nu. 12. in fine, & num. 13. ac dixi super glossa quinta, in §. 6. de beneficijs manualibus, ante finem, vbi scriptum relinquo, quæ beneficia regularia sint perpetua.

Et addo, quòd manualitas beneficiorum regularium, potius venit ex parte illa obti-
25 nentium, † quia sunt regulares professi, & quid proprium habere prohibiti: quam ex natura propria illorum beneficiorum. Rota decis. 739. num. 6. & decis. 772. num. 6. parte 1. diuersorum, post Gambarum in tracta. de officio, & potestate legati, de latere, lib. 4. cap. 1. num. 15. & 16. & tetigi in glossa 5. §. 6. num. 31.

Neque aliquid facit, quòd beneficia regularia sint regularibus cõferenda, & sint quodammodo exorbitantia, quoniam nihilominus veniunt sub generali appellatione bene-
26 ficiorum, † vt tanquam reseruata conferantur à Papa, non secularibus, sed regularibus, secundum naturam taliũ beneficiorum, & pari modo respondetur ad id, quod diximus de nomi-

nominatione, quia hoc procedit, vt in nominatione clerici secularis, non veniat be-
27 neficium † regulare, propter prohibitionem, cap. cum de beneficio, de prębendis, libro 6. secus tamen esset, quando persona nominata, prohibita non esset, vt ex eodem Rebuffo in tracta. de nominationibus, quęst. 15. num. 21. colligitur.

Vltimo non obstat decisio Putei 180. num. 1. lib. 3. quia Puteus loquitur in terminis
28 memoratę allegationis † Lappi 84. nempe, quòd Abbatię, & Prioratus conuentuales, tanquam dignitates maiores non comprehenderentur, sicut nec Episcopatus, sub dispositione d. cap. 2. de prebend. lib. 6. & sic allegat solummodo Archidiaconum, in eodem cap. 2. qui loquitur de alijs beneficijs inferioribus, & dictum Doctoris est intelli-
29 gendum secundum iura, quę allegat † Bartol. in l. non solum. §. liberationis, ante numerum 3. ff. de de liberatione legata, & in l. cum quidam, vers. *solutio intelligo dictum iurisconsulti.* ff. de his, quibus, vt indignis. Ioannes Andreas in cap. cum Nuntius, versus finem de testibus. Romanus cons. 76. *in causa.* sub n. 8. vers. *dico quòd Baldus istud non dicit.* Decius cons. 189. incipit. *lætatus*, post principium. Lambertinus de iurepatronat. prima parte, libro Primo, quæst. 9. principali, articulo 3. num. 9.

30 **Dicuntur** regularia beneficia † illa, de quibus in fundatione dictum extitit, vt per religiosos regerentur. Ioannes Selua in tracta. de beneficio, parte prima, quæst. 4. sub num. 24. glossa in §. Item ordo, in verbo *regularibus.* in pragmatica sanctione. Rebuff. in concordata Regni Franciæ, in rubrica de collationibus. §. volumus, in verbo *regularia*, & iterum in tracta. de nominationibus, quæst. 15. nu. 23. Petrus Tholosanus in nouis institutionibus rei beneficiarię. cap. 10. num. 12. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, 1. parte, cap. 24. sub num. 92. vers. *& regularia beneficia illa dicuntur.*

31 Vel illa, quæ per quadraginta annos † consueta sunt Regi per viros regulares, tex. in c. cum de beneficio, de præbendis, lib. 6. Rota decisione 2. numero secundo, de præbendis, in nouis, & dixi plenè in gloss. proxima præcedenti.

Quibus addo, quòd ad hoc, quòd per lapsum 40. annorum beneficiũ seculare mutet statum, ac efficiatur regulare, non sufficit, quòd per dictum tempus, tam quam regulare gubernetur, nisi concurrant
32 † sequentia.

Primo, quòd is, qui possidet beneficium, tamquam regulare habeat titulum institu-
33 tionis, vti de tali beneficio † regulari, vt tradit Lappus in d. cap. cum de beneficio, num. 1. Dominicus Geminianus, num. 9. Philippus Probus in additionibus ad Monachum, nu. 7. Felinus in cap. in nostra, num. 41. vers. *secundo nota diligenter.* de rescriptis, vbi dicit, quòd saltim, in primo, qui incepit possidere beneficium, tamquam regulare requiritur
34 d. titulus, † ac postea per alios potest continuari talis possessio.

35 Secundo requiritur bona fides, † & ideo clerici regulares, qui contra Papæ præceptum, vel prohibitionem possiderunt beneficium seculare, vel è contra, laici beneficium regulare præscribere non pos-
36 sunt, cum malam fidem habere non desinant, cap. si diligenti, de præscriptionibus, regula possessor, de reg. iur. in 6. Rebuffus post alios in concordata, in rubrica de collationibus. §. volumus, sub verbo *.regularia.* vers. *secundo requiritur bona fides.* Greg. Tholos. vbi supra d. num. 12. in fine.

Tertio, quòd non sufficit, si per commendatarium beneficij, possideatur tamquam regulare; sed requiritur, quòd possessio sit à ve-
37 ro titulari, † cum supradicto titulo imprimente nouum statum in beneficio. Rebuffus vbi supra, vers. *tertio requiritur.* Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, 1. par. cap. 24. num. 92. per totum.

Non autem dicetur beneficium regulare quamuis eius collatio, seu præsentatio spe-
38 ctat ad regulares, † si alias non per regulares, sed per seculares gubernatur. Rota decis. 46. sub nu. 1. de rescriptis, in antiquis, & decis. 12. n. 1. eodem tit. in antiquioribus, vbi habetur, quòd priuilegiũ prælati regularis, habentis sub se Ecclesias regulares, & seculares, per quod, non arctatur recipere aliquem ad Ecclesias suas per generales litteras, non intelligitur de Ecclesijs suis secularibus, sed de regularibus, in quibus propriè fit receptio. Felin. in cap. in nostra, num. 44. vers. *Septimo nota*, de rescriptis.

Ac proinde quamuis collatio, vel præsentatio spectet ad Abbates, vel superiores re-
39 gulares, nequeunt tamen † ad talia beneficia, consueta regi per seculares, præsentare, nec prouidere regulares, tex. in clemen. vnica, §. 1. iuncta. glossa ibi *.secularibus.* de supplend. neglig. Prælator. Felinus vbi supra, num. 45. vbi duobus modis declarat, Rota decis. 5. num. 2. in fine, & nu. 3. de iurepatron. in nouis.

Ita quod, si facto prouiderentur regulares,
40 esset prouisio ipso iure nulla, † nec excusaret negligentia habentis præsentare, vel conferre, quominus locum habeat deuolutio
41 † ad superiorem. teste Aegidio Bellamera, decis. Rotali 172. incipienti, *collatio facta Canonico*, facit regula Cancellariæ 42. de commendis.

mendis. Felin. in d.cap. in nostra, num. 44. vers. *octauo nota.*

Quod etiam procedit, in Religiosis ordinum militarium Sancti Ioannis Hierosolymitani, & similium, quia nec istis possunt con-
42 ferri talia beneficia † secularia, & plenè per Lambertinum, de iurepatronat. secunda parte, libro primo, quæst. 7. articulo 4. & 5. per totos.

In defectum tamen Clericorum secularium,
43 possent beneficia secularia † regularibus conferri, & è conuerso, beneficia regularia Clericis secularibus, quia tunc necessitas non habet legem, cap. si quis propter, de furtis. & probat tex. in cap. inter quatuor. §. sed si regulares, de religiosis domibus, tex, etiam in cap. Abbate, in fine, de verborum significatione, & Rebuffus tradit in concordata, in rubrica de collationibus. §. volumus vers. *conformitatem.* & in tracta. de nominationibus quæst. 5. num. 13. vers. *fallit nisi idonei non reperiantur.* post Abbatem in cap. relatum, num. 5. ne Clerici, vel monachi, dicentem, quod si monasterium habet monachos incorrigibiles, nec alij idonei reperiantur, possunt ap-
44 poni Clerici seculares. † l. vt gradatim 11. §. quoties penuria. ff. de muneribus, & honoribus.

Beneficia secularia cõferri possunt regularib⁹ deficientibus clericis secularibus.

Immo, & tali casu, quamuis inuito, beneficium non detur, vt in regula inuito, de regulis iuris, lib. 6. cum alijs adducendis in gl.
45 58. poterit etiam inuitus † Clericus secularis compelli ad acceptandum beneficium regulare, vt tradit Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, secunda parte, cap. 9. num. 15. vbi num. 22. post Sotum in 4. sentent. distinctione 25. quæst. 1. art. 2. propè finem, vers. *hinc autem emergit alia am-*
46 *biguitas.* dicit, quod deficientibus clericis † in Republica Christiana, poterunt optimo iure laici prudentes, & digni, præuijs benignis monitionibus compelli ab ordinarijs Ecclesiasticis, vt accipiant ordinem sacrum, & ministri fiant Sacramentorum, ac rerum Ecclesiasticarum. Lambertinus, de iurepatron. lib. 2. par. 1. q. 7. principali, art. 17. per totum.

De quibus, (quando ob penuriam, & necessitatem, rigor † legis infringatur,) vide plenè
47 vltra eumdem Hojedam per totum illud caput nonum. Felinum in cap. 1. num. 49. & 50. de constitutionibus. Iason in l. 1. C. de præcib. Imperat. offerend. Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. glossa 1. num. 16. vsque 29. Rolandum à Valle cons. 56. libro 4. Petrum Duennam in regula 248. Puteum decis. 105. libro primo. Menochium de arbitrarijs, libro secundo, centuria 2. casu 182. per totum.

Vnde si Clericus regularis fuerit prouisus ab Episcopo de beneficio seculari, & spolietur, quamuis non appareret de tali casu necessitatis, & sit inhabilis, respectu tituli;
48 tamen competit sibi possessorium † recuperandæ, ratio est, quia si per tales regulares possunt præscribi talia beneficia, ergo, & pos-
49 sideri, † & fructus proprios facere. Rota decis. 9. num. 1. & per totam, de restit. spoliat. in antiquis. Felinus in cap. in nostra. nu. 44. de rescriptis.

In regula tamen nostra, non comprehen-
50 duntur † Prioratus religionum Sancti Augustini, & Sancti Dominici, & alij similes, quia perpetui non sunt, prout requiritur, vt dicantur beneficia Ecclesiastica, vt diximus in glossa 5. in principio, & præcipue in illius §. 6. de beneficijs manualibus, maxime
51 quia illi fratres † mendicantes, non possunt habere beneficia Ecclesiastica, vt tradit Alphonsus Sotus Hispanus glossator antiquus, in regula tertia Cancellariæ, versic. *ex quo sequitur.*

Vbi etiam dicit, quòd in terminis regulæ
52 3. non comprehenduntur præceptoriæ † Ordinis S. Iacobi de Spata, nec de Alcantara, nec de Calatraba, aut S. Io. Hierosolymitan. ex quo sunt militares Ordines contra Sarracenos.

Et quamuis de hoc non erat dubitandum, ad effectum dictæ regulæ 3. ex quo in illa expresse excipiuntur Ordines, & Religiones militares.

Dubitari tamen potest, ad effectum Regulæ nostræ, an beneficia
53 regularia † ordinum militarium comprehendantur?

An beneficia regularia ordinũ militarium includantur sub regula nostra.

Et videtur, quòd minime comprehendi debeant, nam isti Ordines militares, de iure
54 communi præseruati videntur. † tex. in clemen. quia contingit. §. præmissa. de religios. domibus, vbi Papa sanciuit, quòd dispositio d. clemen. non extendatur ad Hospitalia militarium ordinum, & glossa ibidem: verbo *militarium.* exemplificat in Religione Sancti Ioannis Hierosolymitani, Sanctæ Mariæ Theuthonicorum, & Castrensium, & similium.

Item Concil. Triden. sess. 25. de regularibus, cap. 15. dum disponit, quòd professio fieri non possit in quacumque Religione, nisi post lapsum annum probationis, non habet locum in Religionibus militaribus, & fuit resolutum in Rota, in vna Tirasonen. pensionis 11. Octobris 1570. coram Reuerendiss. Domino Seraphino, quæ est decisio 591. numero primo, & per totam, parte prima diuersorum, & postea tenuit Sacra Congregatio Concilij Tridentini dictam decisionem allegans.

Pro quo possunt etiam adduci duę rationes

nes relatę per Mandosium in dicta regula 3. quæst. 11. n. 3. nempe, quòd isti religiosi mi-
55 litares † non dicuntur proprie beneficiati, nec proprie Religiosi: & altera, & melior, quia isti sunt in continuo armorum exerci-
56 tio, † & semper pro fide militant: vnde merito ab alijs præceptoribus differre debent, & esse vltra alios priuilegiati, vt dicit Parisius consil. 44. numero vigesimo, libro quarto.

Sic dicit Abbas in rubrica de regularibus numero 4. quòd Religiosi Hierosolymitani,
57 largo † modo religiosi dicuntur. Rota decisione 591. numero quarto, & quinto, & per totam. p. 1. diuersorum, de quibus, & alijs militaribus, vide l. 1. & ibi Gregor. Lupum tit. 7. Partita 1. & quæ fuerunt plenè deducta in decisione facta in causa Veronen. pensionis 23. Februarij 1600. coram R. P. D. meo Lancellotto. ac latius Azorem in sua summa lib. 13. c. 3. 4. 5. & 6.

Item videmus, quòd quando Concilium Tridentin. voluit comprehendere istos Religiosos militares, eos expresse nominauit,
58 † in sess. 25. de reform. regul. c. 21. Rota d. de cis. 591. sub num. 8. vers. *quarto.*

Accedit quòd Conc. Trident. sess. 23. c. 18. dum agit de contribut. facienda pro semina-
59 rijs, excipit, & saluat † fratres S. Ioan. Hierosolymitani, ibi, *fratribus S. Ioannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis.*

Item Cõstitutio Gregoriana de publican. resign. volens comprehendere beneficia ordinum militarium, expressit specifice, vt ibi, *quorumuis ordinum, etiam militarium.*

Ad hęc, si dignitates, præceptoriæ, &
60 prioratus, † quæ sunt beneficia maiora ordinum militarium, vbi maior militat ratio, non cadunt in reseruatione regulæ tertię, à fortiori videtur, quòd minus in reg. nostra alia inferiora beneficia regularia dictorum ordinum iucludantur.

VERVM pro cõtraria parte plura vrgẽt,
61 tum ampliſſima verba † nostræ regulæ, *quorumcumque ordinum*, quæ sunt apta comprehendere omnes ordines, etiam militares, & faciunt venire maiora expressis. Felinus in cap. de quarta numero decimo quinto de præscriptionibus. Gomezius in regula de triennali. quæstione 2. vers. *tamen his.* Crescent. decis. 1. de priuilegijs. Cæsar de Grassis decis. 1. num. 5. & 6. & decis. 2. n. 3. 4. & 5. cum allegatis per eum, eodem titulo de priuilegijs.

Sic videmus, quòd sub decreto Conc. Triden. sess. 25. de regularibus. c. 19. incipit, *quicunq; regularis*, dum ponit formam, quando, & quomodo sit audiendus, qui vi, vel metu, vel ante tempus fecerit professionem, stante d. dictione, *quicumque*, comprehenduntur regu-
62 lares ordinum militarium, † vt censuit Sacra Congr. Conc. dicens, *milites S. Io. Hierosolymitani in hoc decreto comprehenduntur.*

Tum etiam, quia eo ipso, quòd in terminis regulæ tertiæ exceptuantur pręceptorię militares, & in regula nostra non exceptuantur, censentur inclusa beneficia regularia dictorum ordinum, vt benè ponderauit Parisius cons. 36. *quòd prætensa vnio.* numero 17. libro 4. vbi loquens de præceptorijs S. Ioan. Hierosolymitani dicit sic: *Quinimo ex d. regula 3. in quantum excipit dictas præceptorias militiarum videtur inferri, quòd vbi Papa non expres-*
63 *sit* † *excipiendo, voluerit in sua dispositione illas comprehendere, quia vbi voluit excludere expressit. cap. nonne de præsumption. c. ad audientiam de decimis, cum similibus*; igitur cum in regula nostra, non expresserit, voluit comprehendere beneficia regularia, dictorum ordinum, saltim alia inferiora prædictis prę-
ceptorijs: & ideo non est mirum, si non fuerunt comprehensi in Concilio Tridentino. sess. 23. c. 18. vbi nominatim excipiuntur religiosi Hierosolymitani.

Præsertim stantibus sequentibus verbis nostræ regulę, videlicet, *qualitercumque qua-*
64 *lificata*, † *& vbique existentia*, quæ referuntur ad omnia beneficia, tam secularia, quam regularia, & sunt prægnantissima, vt in sequentibus glossis, Deo volente, dicemus.

Accedit, quòd dicit Mandosius in tracta. de signatura gratiæ. §. de dispensatione Monachorum, pro obtinen. beneficijs, quòd licet Monachis dabatur dispensatio ad obti-
nẽdum vnum beneficium seculare curatum:
65 tamen fratribus † S. Ioann. Hierosolymitani, & S. Iacobi de Spata, & Religiosis ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorum, & Canonicis Monasterij S. Antonii Viennen. diœc. & membrorum ord. S. Augustin. numquam dabatur, nec datur talis dispensatio, & sic isti non sunt melioris, sed deterioris conditionis.

Neque obstat dicere, quòd isti religiosi militares non sunt vere religiosi, nec illorum beneficia proprie regularia, quia quando hoc admittamus, si non caderent sub regula nostra, vti beneficia regularia, saltim caderent vti secularia, cum omnia beneficia, tam regularia, quam secularia comprehendat.

Non obstat dicere, quòd isti milites Religiosi militant pro fide Catholica, quia pari modo omnes Clerici, etiam seculares di-
66 cuntur milites cęlestes, † & quotidie pro Catholica fide militare non desinunt. cap. degradatio. §. actualis de pœnis. libro. 6. glossa verbo, *facere potest.* in l. miles 6. ff. de re iudicat. vbi Bart. n. 3. Alexan. 5. Iason. 11. Ripa num. 5. & reliqui.

Minus facit, quòd Præceptoriæ, beneficia

ordinis S. Ioannis Hierosolymitani sint ma-
67 nualia, & ad nutum amobilia, † Mohedanus decisione 10. de causa possess. num. primo. & per totam, quia de beneficijs manualibus istorum ordinum militarium, non loquimur, cum ista manualia, siue secularia, siue regularia, nullatenus comprehendantur, sed loquimur de perpetuis beneficijs prædictarum Religionum.

Nec releuat dicere, quòd si Præceptorie, & Prioratus ordinum militarium non cadùt in reseruat. regulę 3. ergo nec inferiora beneficia perpetua ipsorum ordinum: Tum quia illa regula 3. reseruat vacatura beneficia, de quibus in illa, in omni, & quocumq; tempore,
68 † & sic est in suo casu fortior reseruatio, quã regulæ nostræ, quę dumtaxat reseruat vacatura in mensibus Apostolicis.

Tum etiam, quia non valet argumentum, non sunt reseruata maiora beneficia, ergo
69 nec minora, † cum diuersa valde versetur ratio, inter maiora beneficia, & inferiora beneficia: & inter nonnulla & pauca beneficia, & multa: & inter specialem reseruationem de præceptorijs, & prioratibus, & generalem reseruationem de omnibus beneficijs: sicut & regulę sunt diuersę illa, & ista.

Quocirca pro nunc, dum aliquid, quòd magis me moueat in contrarium viderim, adhereo generalitati Constitutionis regulæ nostræ, nam in dubio, quamdiu de exceptione benè non constet, est firmiter
70 standum regulæ, † veluti Bononiensi Carocio, iuxta glossam in l. omnis diffinitio. 202. ff. de regulis iuris. Et tamquam firmamento,
71 † vt dicit Bald. in cons. 327. *pridie*, ante numerum 13. libro 1. Iaf. in l. à Diuo Pio in princ. n. 7. ff. de re iudicata. Tiraq. de retractu lignagier. §. 1. gl. 9. n. 211. Et qui regulã habet pro se, transfert onus probandi † in eum,
72 qui se fundat in exceptione. c. ad decimas, & ibi gl. de restit. spolia. in 6. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. n. 209. Couar. li. 2. varia. c. 12. n. 4. Rota decis. 36. n. 7. & decis. 582. n. 1. p. 1. diuers. alia plura adducit Probus in c. fin. n. 2. & 3. de præbend. lib. 6. de quo dum casus venerit plenius cogitabis.

Admitto tamen, quòd fortasse reseruatio nostræ regulę, in sua generalitate, non se extendat ad Pręposituras, & Prioratus ordinum militarium, qui, & quæ per dictam
73 regulam tertiam non reseruantur, † sed exceptuantur, ne in generali reseruatione veniat, quod in speciali non comprehenditur,
74 argumento legis obligatione † generali. ff. de pignoribus, l. 5. titulo 15. Partita 5. Anton. Gabriel in titulo de regul. iuris concluf. 12. per totam.

Item ne generalis lex comprehendat ca-
75 sum specialem, † & priuilegiatum contra gloss. 1. in l. fin. C. de silentiarijs. lib. 12. Antonium Gabriel. in titulo de legibus. concluf. 1. à nu. 1. Puteum decis. 195. n. 1. lib. 1. Rotam decis. 75. n. 6. p. 1. diuersor. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 1. nu. 4. & dixi plenè super regula 5. §. tertio de Vicarijs, ante finem ex num. 65.

Necnon ne sequatur absurdum, quòd in-
76 continenti detur † correctio dictæ regulæ 3. text. in l. nam ad ea 89. iuncta glossa, verbo, *præsens*. ff. de condition. & demonstrat. Baldus in l. fin. numero finali, C. per quas personas, Alciatus de pręsumption. regula 2. præsumptione 28. num. 1. & per totam. Paulus Parisius cons. 36. num. 27. lib. 2. & consil. 27. num. 47. lib. 4. Rota Besigneti decisione 11. num. 13. de conceff. prębend. Cassadorus decis. 5. sub num. 2. de priuilegijs. Rota decis. 763. num. 14. parte 1. diuers. Menoch. de præsumptionib. lib. 6. pręsumpt. 37. nu. 14. & sequen. licet contrarium forsan suaderi possit, ex his, quæ dico in glossa 9. §. 4. versic. *vnde tentari*. num. 25.

Quãdo beneficia regularia conferri possint ordinarijs collatoribus.

Regularia beneficia, quamuis secularibus conferri non possint, c. cum de beneficio, de præbend. lib. 6. cum allegatis, post principium huius glossæ, & Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 10. Tamen possunt conferri ab ordinarijs collatoribus, Clericis secularibus, qui habitum illius Religionis, vbi consistit beneficium suscipere, & professionem emittere se adstringerint, † vt in eodem cap. 10. disponitur,
77 verba illius Canonis sunt hæc, *regularia beneficia in titulum regularibus professis prouideri consueta, si per obitum, vel resignationem, vel alias, illa in titulum obtinentis vacare contigerit, religiosis tantum illius ordinis, vel his, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non alijs, ne vestem lino, lanaque contexam induant, conferantur.*

In cuius Canonis interpretatione declara
78 runt † Illustrissimi Sacri Concilij Tridentini Interpretes, prout sequitur, *An præter Papam, ordinarij collatores possint regularia beneficia, in titulum regularibus professis prouideri consueta, conferre, etiam secularibus, qui illius ordinis habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur? iuxta hoc cap. Sacra Congregatio die 12. Decembris 1585. censuit, posse etiam ordinarios collatores, portiones Monachales, & Canonicales prouideri consuetas, conferre, ne dum eius ordinis professis; sed etiam secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere, omnino teneantur. Abbatias tamen, & beneficia administrationem habentia, non nisi professis, iuxta Canones, per ordinarios inferiores conferri posse.*

Quę declaratio, iuncto prędicto decreto Concilij, habet originem à iure communi, ex text. in capit. officj 38. & cap. cum in magi-

magistrum assumi non debeat 49. de electione. clementina prima de electione, & in clementina prima. §. ad Prioratus de regularibus. l. 23. titulo quinto. Partita prima. Puteus decisione 261. *fuit resolutum*, libro 2. vbi habetur, quòd nullus possit ad Abbatias, & alia beneficia, administrationem habentia
79 eligi, nisi prius professionem, † in tali religione emittat, quia vt inquit d. cap. cum in
80 magistrum, *in magistrum assumi non debet*, † *qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus*, † *qui subesse non nouit*. cap. ordinatos.
81 59. distinctione. cap. miserum 61. distinctione. cap. si Clericatus 16. quæst. 1. Qui enim
82 sub tutela debet † esse, sub se alium habere non debet. l. fin. C. de legitim. tutor. l. sic eueniet. ff. ad l. Iuliam de adulterijs. Et ne-
83 mo ante approbationem, † in magistrum est assumendus, l. penultima. C. de profess. & medicis. libro decimo. Et qui alios
84 debet docere, ab alijs docendus † non est, vt in authentico de sanctissimis Episcopis. §. primo. collatione nona. Nam qui do-
85 mum tenere non didicit, † secundum locum, in tabernaculum non assumat, capit. ante omnia 40. distinctione: multoque tem-
86 pore † discat, quę postmodum doceas. cap. sic viue 16. q. 1.

Cum igitur, in beneficijs administrationem habentibus, hoc dumtaxat disponatur, ergo in alijs beneficijs regularibus, quæ administratione carent, merito cessat huiusmodi prohibitio, & hodie etiam secularibus Clericis habitum suscepturis, & professionem emissuris, possunt conferri, vt in dicto Concilio Trident. disponitur.

Sed quæro, An in hoc casu, videlicet, quando Clerico seculari habitum suscepturo, & professionem emissuro confertur beneficium regulare, opus sit, ad hoc, vt valeat professio, quòd prius in habitu suscepto perseuerauerit per to-
87 tum † annum integrum, vt in c. 15. sess. 25. de reform. regularium, precisè disponitur.

Quãdo teneat profes. sio ante lapsum anum fa cta.

Non loquor de religione militari, in qua non Intrat dubitatio, cum annus probationis necessarius non sit, vt dixi superius nu. 54. sed de alijs religionibus non militaribus.

Et sine veritatis preiudicio teneri potest, quòd sic, nempe, quòd etiam hodie valeret, in hoc casu professio ante annum.

88 Primo ex eodem Concil. Trident. † in eadem sess. 25. de regularibus cap. 21. vers. *quod ea*, vbi sancitur, quòd habentes in commendam monasteria, quę capita sunt, ac primates ordinum, siue Abbatias, aut Prioratus, tenerentur, illis renunciare, aut infra sex menses, religionem illorum ordinum solemniter profiteri, & ideo in illo casu, qui non multum distat à nostro permittitur. Immo præci precipitur, quòd professio fieret ante annum non obstante, quòd in d. c. 15. præcedenti, cõtrarium generaliter constitutum fuerat.

89 Secundo ex regula 58. Cancellarię, vbi expresse cauetur, quòd executores gratiarum de admittendis secularibus ad religionem, & de aliquod beneficium Ecclesiasticum prouidendo, possint ad receptationem emissionis professionis, non expectato probationis anno procedere.

Tertio, quia quamuis de iure communi
90 requirebatur annus † probationis. cap. 1. de regularibus. libro 6. clementina secunda. eodem tit. & vt dictum est ad beneficia regularia administrationem habentia, nemo ante professionem eligi poterat, vt in d. c. officij
91 de electione; Tamen ante annum, † in illo casu admitti poterat professio, prout admittens conuenire arbitraretur, iuxta doctrinam Ioan. Andreæ, in d. c. officij. n. fin. in fine. Anton. de Butrio. n. 13. Abbatis, sub nu. 5. & communiter omnium. In hoc tamen nihil firmo, quia timeo valde in his quæstionibus, non clare decisis loqui determinatè, nec no-
92 uarum † opinionum amicus sum, quoniam
93 nouitatis auctor reprehendi debet. † c. cum qui nesciat in fine 11. distinctione, & nouita-
94 tes. discordias pariunt. † c. cum consuetudinis in principio de consuetudine, ac ex no-
95 uis opinionibus, noua fantasmata † generantur, vt dixi in §. 3. proœmiali n. 99.

Et non solum, non possunt conferri beneficia regularia Clericis secularibus, sed neque Clericis regularibus di-
96 uersi ordinis, & religionis, † cum non con-
97 ueniat, vt homines disparis professionis, † vel habitus simul in eisdem monasterijs associentur. text. in clemen. prima de electione. cap. in noua 16. quęst. 7. cap. cum causam. 27. de electione, vbi etiam dicitur, quòd secundum legem, non est in boue arandum,
98 † & asino, nec quisquam debet vestem indue
99 re † lino, lanaque contextam. Deuter. c. 22.
100 Et male conueniunt † cithare cum psalterio. cap. diuersis fallacijs de Clericis coniugatis, Et diuersitas professionis, & habitus dissen-
101 tiones, † & scandala causat. capit. quod Deo 33. quęstione 5. c. quidam. §. cum autem de apostatis.

102 Similisque similem quærit, † Ecclesiastes. cap. 13. cap. nerui, paulo post principium, ibi, *vnusquisque dum hominum amicitias appetit, cuiuscumque alterius similem sibi ducentis vitam consortio, vt plurimum se adiungit.* 13. distinct.
103 Et pares cum paribus facilime congregangantur, † C. transmissam, ibi, *consimilium sibi manus associant*, de electione.

104 Et male veniunt inequales ad † aratra Iuuenci. Bald. in c. cum causam. sub num. 2. de lectione,

Hinc sola nominis similitudo, gignit nobis quamdam mutuam affectionem, & amiticiam. † tex. in l. cum filius 76. §. pater cum puella, ibi, *peto cum morieris Sempronio nepoti meo plus tribuas, in honorem nominis mei*. ff. de legat. secundo, vbi inquit. Accursius, verbo, *nominis*, quòd ille Sempronius eodem nomine vocabatur. l. hoc iure. §. finali. ff. de donationibus. l. facta. §. si in danda. ff. ad trebellian.

Vnde Rebuffus in tracta. de priuileg. scholarium, priuilegio 12. numero quinto in fine post Imolam, & Barba. in dicta Clem. prima dicit per text. ibi, quòd artista, vel medicus † non congruit cum legista, nam dissimilitudo studiorum, & artium, odium generat. cap. laicos. cap. laicis. 2. quæstione septima. Tiraquel. in l. 5. connubiali n. 28. vbi à n. 20, vsque ad finem, non pauca in pro posito cumulat, & n. 26. inquit, quòd mater plus amat filiam fœminam, quam masculum.

Dicit etiam glossa in dicto cap. in noua, verbo, *nec habitu*, 16. q. 7. quòd Monachus † effectus Episcopus, seu Canonicus regularis, potest si scandalum generetur alijs se conformare, in superiori habitu. Petrus Baisius de electione 2. p. c. 7. n. 2.

Quinimo beneficia regularia, solita per eiusdem monasterij Monachos gubernari, nullatenus possunt † conferri sub pœna priuationis iuris conferendi pro ea vice, alijs Monachis eiusdem Religionis, diuersi tamen monasterij. tex. in cap. cum singula 32. §. prohibemus, & ibi tradunt omnes de præbend. lib. 6. Rebuff. in praxi, tit. de dispensatione cum regularibus facta. numero 1. cum pluribus sequentibus, vbi dicit, quòd super hoc nullus alius à Papa poterit dispensare.

Laudabilis namque, & valida est consuetudo, seu statutum, quòd beneficia † non conferantur, nisi vni de gremio ipsius Capituli, Collegij, seu Monasterij, aliàs collatio sit nulla. text. in c. cum dilectus, & ibi glossa, verbo, *constitutum*, de consuetudine, vbi omnes docent. Petrus de Baisio in tract. de elect. 1. p. c. 4. num. 1. & per totum, & fuit dictum in vna Tarraconen. Sacristiæ 19. Martij 1601. coram R. P. D. meo Iusto.

Vnde quatenus Præpositus in cap. nullus. num. 4. in fine 61. distinct. & Henric. Boch. in cap. dilectus. num. 6. de concess. præbend. & Cardinalis in Clemen. vnica de supplen. negligen. Prælator. sub num. 4. in fine, notab. 6. & Vitalin. num. 13. asseuerant, quòd collatio beneficiorum regularium, à Collegio fienda, debet fieri vni de eodem Collegio, & non alteri, intelligendos arbitror † stante desuper consuetudine, vel alia lege particulari, nam illa cessante nullibi inuenio prohibitum, quòd alteri eiusdem ordinis, & professionis conferri non valeat, & tex. in d. c. cum singula. §. prohibemus de præbend. in 6. & in Clemen. prima de supplen. negligen. Prælatorum, loquuntur de solitis conferri Religiosis eiusdem monasterij.

Regularia beneficia sunt multis modis, † quædam vocantur duplicia, ex eo, quòd illa obtinentes duplici onere funguntur, & alia dicuntur simplicia. Quomodo fiant beneficia regularia.

Duplicia beneficia sunt, in primis, Abbatia † regularis, cap. quanto in fine de officio ordinarij. cap. cum ad monasterium de statu Monachorum. c. in singulis eodem tit. l. 17. & 18. tit. 7. Partita 1.

Item officium, c. cum singula de præbend. lib. 6. cap. cum ad monasterium, vers. *tales autem*, & c. sequenti de statu Monachor.

Item Prioratus Conuentuales, qui in Conuentu Religiosorum, vbi non est Abbas, Præfecti, & capita sunt. Clement. ne in agro. §. cæterum de statu Monachor. cap. nisi essent, de præbend. lex 16. titulo 7. Partita 1.

Item Prioratus Claustralis, † hoc est secunda persona in monasterio, vbi Abbas præest, & qui præ cæteris post Abbatem potens esse debet, opere, & sermone, vt in dicto cap. cum ad monasterium. §. prior de statu Monachor. & in d. l. 16. tit. 7. Partita 1.

Simplicia beneficia sunt, Prioratus simplex, † & Monachatus, & Canonicatus regularis, hi enim simplici onere funguntur. capit. quod Dei timorem. cap. finali de statu Monachorum.

De quibus omnibus vide Ioan. Seluam de beneficio. prima parte, quæstione 2. à numero 78. vsque 88. cum pluribus per eum citatis, à quo Rebuff. sumpsit, quæ dixit in sua praxi, titulo regularia beneficia multiplicia per totum.

Reliqua, quæ concernunt istam materiam beneficiorum regularium, quoad propositum muneris nostri, vide in glossa 5. §. 3. de Vicarijs, & §. 6. de beneficijs manualibus, & in glossa præcedenti de beneficijs secularibus.

Summaria Glossæ 9.

1 *Reseruatio regulæ nostræ comprehendit qualificata beneficia.*
2 *Qualificata beneficia non veniunt, in generali dispositione.*
3 *Constitutio loquens de parrochiali, non habet locum in parrochiali Collegiata.*
4 *Parrochialis vnita Canonicatui Cathedralis Ecclesiæ, non requirit nisi ætatem ad d. Canonicatum necessariam.*
5 *Cathedralis Ecclesia non censetur inclusa, in mandatis de prouidendo, nisi exprimatur, nec in dispensatione. n. 6.*
7 *Qualificata dispositio, numquam venit sub simplici.*
8 *Qualitas adiecta rei, immutat eius naturam, & reponit in diuersam spetiem. & n. 9.*
10 *Ius positiuum, si addit iuri naturali facit, quòd desinat esse naturale, quando additio est in substantialibus & n. 11. & 12.*
13 *Additio facta contractui in substantialibus facit, vt nouus contractus dicatur.*
14 *Qualitas substantialis addita locationi, vel feudo antiquis, facit, quòd sit noua locatio, & nouum feudum, & n. 15.*
16 *Gratia ad collationem Episcopi, non comprehendit collationem simultaneam Episcopi, & Capituli, nec è conuerso. & n. 17.*
18 *Mandatum de prouidendo de beneficio spectante ad collationem Capituli, non se extendit ad beneficium, cuius collatio, ad singulos capitulares spectat, nisi adsit clausula* communiter, vel diuisim. *& n. 19.*
20 *Mixtum numquam venit, sub simplici, nisi in certis casibus remissiue, & n. 21.*
22 *Generale verbum, tantum valet in omnibus, quantum singulare in singulis.*
23 *Generalia verba habent vim specialis expressionis.*
24 *Generalia verba comprehendunt omnia, quæ dici, aut excogitari possunt.*
25 *Voluntas satis potest declarari per verba vniuersalia.*
26 *Dignitates, quando non veniunt appellatione beneficiorum, & n. 27.*
28 *Dignitas curata, non venit appellatione beneficiorum curatorum.*
29 *Dignitas maior post Pontificalem, non venit in impetratione ad dignitates.*
30 *Qualitates beneficiorum sunt exprimendæ, & ibi de regula 56. Cancellariæ.*
31 *Dignitates sunt inclusæ, in reseruatione regulæ nostræ, & num. 32.*
33 *Dictio,* quicumque, *etiam in materia odiosa, includit maiora expressis, & plures illationes de hoc remissiue. & n. 34.*
35 *Dignitates maiores post pontificalem, & principales in Collegiatis comprehenderentur per regulam nostram, nisi alias essent reseruatæ.*
36 *Episcopalis dignitas, an veniat sub amplissimis verbis,* quorumcumque beneficiorum, *& dicitur, quòd sic, in fauorabilibus, alias non & num. 37.*
38 *Consistorialia beneficia, quæ sint, & an includantur sub regula nostra, & n. 39.*

Qualitercumq; qualificata. gloss. 9.

RESERVATIO regulę nostrę, extenditur etiam
1 ad beneficia qualitercumque qualificata, † & ideo verba ista fuerunt addita, vt remoueretur omnis scrupulus, an sub generali reseruatione beneficiorum venirent beneficia qualificata. Nam in generali dispositione beneficiorum, qualificata beneficia sæpe non includuntur. † tex. in capit. licet Canon. 14. iuncto capit. statutum. 22. de electione libro sexto: dispositum enim fuit in d. c. licet canon, quòd obtinens Ecclesiam Parrochialem teneretur intra annum ad sacerdotium promoueri, sub pœna vacationis ipso iure: postea fuit dubitatum, an huius text. dispositio locum haberet, quando Ecclesia parrochialis esset collegiata, † & sic
3 qualificata, fuit sancitum in dicto capit. statutum, quòd non, ex quo text. in dicto capit. licet Canon loquitur in parrochialibus simplicibus, & non extenditur ad Parrochiales qualificatas. Ludouicus Gomezius in regula de annali, quęstione octaua ante finem. versic. *est tamen bene verum*. Rebuffus in praxi. titulo de non promotis infra annum. numero 60. vbi per totum illum titulum, valde exornat materiam. dicti capit. licet canon. 10. ampliationes, & 21. limitationes assignans, & plura tradit Flamin. Parisius de resignatione lib. 3. quęstione 2. per totam.

Ideo si aliqua Parrochialis Ecclesia esset
4 vnita alicui Canonicatui † Ecclesiæ Cathedralis accessoriè, sufficeret ætas requisita, ad Canonicatum, scilicet, quòd sit in ętate viginti duorum annorum, vt sacra Concilij Tridentini censuit Congregatio, & vide, quæ dixi in glossa quinta. §. septimo de beneficijs vnitis, num. 13. cum pluribus antecedentibus, & sequentibus.

Dicit etiam tex. in c. quamuis 4. de præbend. lib. 6. quòd habens mandatum de prouidendo, in aliqua Ecclesiarum, Ciuitatis,
5 vel diœcesis, non poterit prouideri † in Ecclesia Cathedrali, quia cum propter ipsius honorem, & prȩheminentiam, sit qualificata, sub generalitate beneficiorum, non includuntur beneficia in Ecclesia Cathedrali consistentia. Ioann. Staphilæus de litt. gratię, in nona forma expectatiuarum. num. 40. cum sequentibus. Gomezius de expectatiuis. numero 94. in fine, & numero. 95. Rota decisione octaua, de concess. præbendæ in nouis, & decis. 5. & decis. 35. eodem titulo in antiquis.

Sicut, & dispensatus à Papa ad beneficia
6 obtinenda, † non potest habere Canonicatum in Ecclesia Cathedrali, nisi aliud exprimatur. Rota decisione 2. de filijs Prȩsbyterorum in nouis, & decisione 1. eodem tit. in antiquis. Ioann. Selua de beneficio parte 1. quæst. 3. numer. 12. Rebuff. in praxi, tit. de dispensatione ratione ætatis, versic. *in cathedralibus*.

Numquam enim qualificata dispositio, ve
7 nit sub simplici. † c. susceptum. de rescriptis libro sexto. Puteus decis. 262. numero quarto. libro 2.

Et qualitas adiecta rei, immuttat eius na-
8 turam. † cap. debitores. cap. cum contingat de iureiurando. l. quamuis. C. de pactis. Rota decis. 32. nu. 8. de præbendis in antiquis. Afflictis decisione 112. numero quinto, & decisione 248. numero octauo, post plures, quos allegat. Alexand. cons. 19. n. 2. lib. 1. Brunus cons. 112. sub num. 6. Ruin. cons. 20. n. 7. libro primo.

Qualitasque superueniens enti, repo-
9 nit illud in diuersam † spetiem. l. ius ciuile. ff. de Iustitia & iure, vbi habetur, quod si ius positiuum addit iuri naturali, facit illud de-
10 sinere esse ius naturale, † & esse ius positiuum & ciuilę. l. 1. §. si quis simpliciter, vers. *cum additur*. ff. de verbor. obligat. vbi notat Ias. n. 4. Bald. cons. 328. num. 8. lib. 1. l. quæsitum. §. illud. ff. de legat. 3. l. 1. ff. de donation. Abbas in cap. consuluit numer. 2. de Iudeis. Andreas Barbatia in tractat. de præstantia Cardinalium. parte prima. quęst. 1. num. 12. cum sequen. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 11. num. 13. Nat. cons. 139. num. 6. Aimon cons. 24. numero 54. Gozadin. cons. 84. numero duodecimo.

Quod intellige, quando additio est in-
11 substantialibus, † alias secus. Bart. & Paulus in d. l. ius ciuile. num. fin. Ias. num. 1. cum sequentibus. Cassadorus decisione 33. num. 1. super regulis. Decius in c. de causis. num. 2. vers. *secundo prædicta conclusio*, de officio delegati. Caputaquen. decis. 16. num. 4. & decisione 17. n. 2. p. 2. idem Caputaquen. decis. 60. num. 1. & per totam eadem p. 2. vbi
12 fuit resolutum, quòd gratia noua † dicitur, quando fuit aliquid additum, seu mutatum in substantialibus.

Neque est aliud in contractibus, nam nouus contractus dicitur, quando aliquid in-
13 substantialibus † alteratur Corneus consil. 235. num. 9. lib. 2. Cęsar de Grassis decis. 1. n. 31. & 32. de confessis.

Et noua dicitur locatio, quando aliquid
14 de nouo illi additur † in substantialibus. l. cum in plures. §. lege dicta. ff. locati. l. Valerianus. ff. de prætor. stipulationibus. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 55. vbi plura, Rota decis. 160. numer. 9. parte 2. diuersorum.

Similiter, quando noua qualitas additur
15 Inuestituræ, dicitur nouum feudum. † Bald. cons. 249. *verba inuestituræ*. numer. 1. vers. *in contrarium videtur*. lib. 2. Brunus cons. 112. n. 6. Ruinus cons. 1. num. 17. & 18. & consil. 20. numero septimo. volum. primo. decisio Pedemontana 23. n. 22. 23. 24. 25. & 26.

Facit etiam tex. in cap. cum in illis. §. si vero, de præbend. lib. 6. vbi habetur, quòd obtinens gratiam expectatiuę ad beneficia, spectantia ad collationem certi Episcopi, non potest prouideri de beneficio spectante
16 ad collationem † Episcopi, simul cum alio, ratione dictę qualitatis, simultaneæ collationis, nec è conuerso, Rota decis. 66. de rescriptis in antiquis. Calderin. cons. 22. de præbendis. Acchil. de Grassis decis. 3. numer. fin. de prębendis. Æneas de Falconibus, in tract. de reseruation. quæst. 3. princip. n. 19. vbi etiam tenent, quòd sub reseruatione be-
17 neficiorum totius † diœcesis, præter illa, quæ spectant ad collationem Episcopi, non veniunt illa beneficia, quorum collatio simul spectat ad Episcopum, & Capitulum.

Sicut etiam mandatum de prouidendo beneficium, spectans ad Collationem Capituli, non se extendit ad collationem, spectan-
18 tem ad singulos de Capitulo, † veluti hebdomadarios, vel ratione suorum beneficiorum: nam illa qualitas prouidendi singulariter, excludit expectantem, nisi addatur
19 clausula, *communiter*, † *vel diuisim*. tex. in c. fin. de præbend. libro 6. Rota decis. 3. & 4. & 16. de concess. præbend. in antiquis. Felinus diffuse, in c. eam te. num. decimo tertio, vers. *aliud singuli*. & numero sequenti de rescriptis.

Quibus consonat, quòd sub simplici
20 numquam comprehenditur mixtum, † nisi simus in materia fauorabili. l. vim passam. 39. §. præscriptio. ff. ad l. Iuliam de adulterijs. gloss. verbo, *in dando*. in l. 2. in principio, & ibi tradunt communiter omnes, maximè

Iason.

Iason. ff. de verborum obligation. Cassadorus decis. 35. num. 3. super regulis Cancellariæ. Puteus decis. 39. per totam, lib. 3. Cæsar de Grassis decis. 2. per totam, & decis. 6. de causa possessionis, & decis. 1. num. 2. & 3. de constitutionibus. Abbas in rubrica, num. 4. de vita, & honestat. Clericorum. Gregorius Lopez in l. 2. glossa. 3. in principio, tit. 17. Partita 7. Ludouicus Molina de Hispan. Primogen. lib. 2. cap. 14. num. 33. & 34. Acebedus in l. fin. tit. 3. à num. 34. lib. 5. recopilationis, & in l. 2. num. 54. titulo 13. libro 8. recopilationis. Mandosius in regula 10. Cancellariæ, quæst. 3. per totam illam quæstionem, & plena manu, & nouissime Polidorus Ripa Mediol. in suo tracta. de nocturno tempore, in isto anno 1602. in lucem edito, cap.
21 4. per totum, vbi ad longum tractat, † quando mixtum comprehendatur, vel non sub simplici, in testamentis, in legatis, in contractibus, in mandato, in compromisso, insentētia, in iudicijs, in iure communi, in statutis in consuetudine, in fœudis, in beneficijs, in rescriptis, & in priuilegijs: Denique, an crepuscula potius veniant, sub die, vel sub nocte. Vide etiam Contardum de momentan. possessione, limitatione secunda per totam.

Rursus ideo fuerunt apposita dicta verba *qualitercumque qualificata*, vt postquam iam expresserat regula nostra non nullas qualitates in specie, videlicet omnia beneficia cum cura, item sine cura, item secularia, nec non quorumuis ordinum regularia, nunc vnico verbo vniuersali comprehenderentur omnia genera, omnesque qualitates beneficiorum.

Et sic comprehenduntur omnia alia beneficia qualificata, cuiuscumque generis, &
22 qualitatis fuerint, nam verbum generale tantum valet in omnibus, † quantum singulare in singulis, l. si duo in fine. ff. de administratione tutorum. l. testatorem 66. ff. de legat. 3. cap. si Romanorum. 19. distinctione cap. solite. de maiorit. & obedien. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glossa. 14. num. 101. & sequentibus, & de legib. connubial. glossa 7. num. 89. & sequen. Rota iuncta additione Papaz. decis. 11. numero quarto de præbend. in antiquis. Rota decisione 368. numero octauo, parte secunda diuersorum.

Et verba generalia simplicia, habent vim
23 specialis † expressionis, etiam in casibus, vbi nominatio specifica requiritur, vt plenissimè per Aimonem Cravetam cons. 294. *verbo transactionis*. num. 1. 2. 3. & 4. & per totum, & cons. 397. nu. 7. Ioannem Gutierrez, cons. 5. nu. 4. & 5. & 10. Laurentium Siluanum, cons. 66. num. 13. & 14 & cons. 88. num. 4. & 5. lib. 2. vbi etiam dicunt, talia verba generalia comprehendere omnia, quæ dici, & excogi-
24 tari possunt, † etiam in materia stricta. Gomezius in regula de triennal. quæst. 14. numero tertio, vers. *nam licet sub indefinita*. Caputaquen. decis. 296. numero secundo, parte secunda.

Sic etiam voluntas satis potest declarari
25 per verba vniuersalia, † etiam circa ea, quæ requirunt particularem, & expressam mentionem. Rum. cons. 73. num. 10. lib. 3. Antonius Gabriel, titulo de regulis iuris, concluſ. 4. numero 4. Rota decis. 368. num. 4. parte prima diuersorum, de qua materia, vide plenissimè per Tiraquel. de legibus connubialibus, glossa 7. a num. 86. vsque adnumerum 147. vbi ponit regulam cum 20. limitationibus, & a num. 48. vsque ad finem, assignat tredecim genera expressi, quem omnino legas.

Quo fit, vt & si sæpe secundum diuersas materias, dignitates non veniant beneficio-
26 rum appellatione, nisi exprimantur, vt patet in clemen. 1. de sequestratione possession. & fructuū, vbi Papa non fuit contentus loqui de beneficio, sed subiunxit etiam dignitates, &c. ad idem clem. 1. de cauſ. poſ. & proprietat. & tradit Gomezius in reg. de annali. q. 19. nu. 1. & 2. & in reg. de triennali, quæst. 2. vers. *hinc est quòd licet dispensatus.*

Quòd etiam probatur in ca. ad aures, vbi plene doctores de rescript. & in cap. fin. de præbend. vbi habetur, quòd si mandatur
27 prouideri de beneficio, † non venit dignitas, imò si concedatur mandatum ad beneficia curata, & quæcumque alia, non includeretur
28 † dignitas curata. clemen. ne in agro. §. cæterum de statu monachorum. Rebuffus in praxi titulo, de dispensatione, ratione ætatis, vers. *aut dignitates*. & in concordata in forma mandati Apostolici, in glossa verbo, *aut dignitate*. vbi etiam post Ægidium Bellameram decis. 698. *conclusio extra Rotam*, quòd in mandato, & impetratione ad dignitates,
29 non venit maior dignitas † post Pontificalem.

Ac propterea emanauit regula 56. de expressione qualitatum beneficiorum, in impe trationibus, vbi disponitur, quòd exprimantur omnes qualitates † beneficiorum, an sint
30 dignitates, personatus, vel officia, eisque immineat cura animarum, & an ad illa consueuerit, quis per electionem assumi, alias gratiæ desuper factæ, sunt nullæ: & si qualitates huiusmodi affirmatiue, vel conditionaliter non exprimantur, negatiua expresse desuper fiat.

In proposito tamen nostræ regulę, proculdubio comprehenduntur, & reseruantur om-
31 nes dignitates, † ex quo sunt apposita dicta

verba

verba, *qualitercumque qualificata*, quæ sunt apta comprehendere omnes, & quascumque dignitates maiores, & minores cuiuscumque qualitatis sint; maxime stante illa
32 dictione *qualitercumque*. † quæ est vniuersalis, latissima, & generalissima, & compre-
33 hendit, etiam in materia odiosa maiora † expressis, cap. solite, vers. *quodcumque ligaueris*. & ibi Abbas notab. vlt. de maiorit. & obedien. authen. quicumque. C. de Sacrosc. Ecclesijs, clemen. 1. in fine, de senten. & re iudicat. glossa in extrauagant. execrabilis. §. porro verbo *ad quæcumque*. & in §. nos itaque, verbo, *cuicumque*. de præbend. Ioannis 22. Decius cons. 113. *viso tenore*. num. 4. Felinus in cap. de quarta, num. 15. de præscriptionibus Hieronymus Gigans de pensionibus, quæst. 87. num. 1. & sequen. Puteus decis. 204. num. 3. parte 3. Crescentius decis. 1. n. 1. 3. & 4. de priuilegijs. Stephanus Bertandus decis. 202. *non videtur*. li. 1. Hieroni. Gra. responso 25. *videtur*. num. 5. & responso 50. *reuerendis*. nu. 22. libro primo, Gomezius in regula de triennali, quæst. 2. num. 4. & in procemio regularum Cancellariæ, quæst. 4. ante num. 3. Tiraquellus de retract. lignag. §. 1. glossa. 7. numer. 20. cum sequentibus. Horatius Mandosius pleniſſime in additione ad Romanum cons. 31. in glossa, verbo *qui-*
34 *cumque* vbi tredecim † bonas illationes, in proposito cumulat, & alias plures limitationes, & declarationes adducit.

Vnde regula nostra comprehenderet, etiã dignitates maiores post Pontificalem, & principales in collegiatis, nec non Abbatias, & Prioratus regulares, nisi alias essent iam
35 reseruatę, † in quibuscumque mensibus vacauerint, per regulam tertiam Cancellarię.

Quinimo, quamuis huiusmodi verba *qualitercumque qualificata*. addita non essent, credo, adhuc venirent prędictę dignitates, ex rationibus, quę adduxi, super glossa 6. verbo *cum cura*. ex numero 26. cum sequentibus, sed ex abundanti, & ad maiorem cautelam fuerunt antedicta verba vniuersalia, apposita.

Et omitto, an in regula nostra, sub dictis ampliſſimis verbis beneficiorum, venirent
36 † Episcopales dignitates, quę sunt dignitatum culmina, cum iam sint reseruatę per regulam secundam Cancellariæ, & esset tempus in vanum conterere, videri tamen potest de hoc glossa verbo *dignitatum*. & communiter omnes in cap. 2. de prębendis, libro 6. & in cap. inquisitores, verbo *expresse*. per tex. ibi de hęreticis, cap. si compromissarius. §. huiusmodi de electione in 6. capite prmo de officio delegati in 6. capit. quia periculosum de sent. excom. lib. 6. & tex. iuncta gl. in c. 1. de reg. iur. in 6. Simonet. de reseruatione, quęst. 11. per totam. Mandosius in regula 32. Cancellarię, quęst. 15. per totam, & in regula 20. quęst. 20. num. 7. & regula 20. quęst. 6. num. 4. Bursat. consil. 287. *facili negocio*. num. 5. lib. 3. Gambarus in tracta. de legato, lib. 2. num. 41. cum sequentibus, & lib. 7. num. 222. cum sequentibus, vbi in summa distinguitur, an sit mate-
37 ria fauorabilis, vel odiosa Episcopali dignitati, vt in primo casu veniat, in secundo non. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate benef. 1. p. cap. 24. num. 64.

Prout etiam eadem ratione, non ago de alijs dignitatibus, & beneficijs maioribus, quę vltra Episcopatus cosistorialia nuncu-
38 pantur, ex eo, † quod non per supplicationem, sed per cedulam huiusmodi beneficia Papa in suo consistorio proponat, & de illis in eodem consistorio, interuenientibus Cardinalibus prouideat, prout sunt Abbatię, & quędam alię dignitates, tam seculares, quam regulares, de quibus per Lappum allegatione 84. & Ludouicum Gomezium in regula de infirmis resignantibus, quęst. 14. & in regula de annali quęst. 18. & 19. & Mandosium in eadem regula de annali, quęst. 16. per totam.

Nam cum hęc omnia beneficia Consistorialia, sint alias reseruata per regulas 1. 2. & 3. Cancellarię, non est opus disputare, si comprehendantur sub regula nostra, licet re ve-
39 ra si alias reseruate non essent, includi, † verius esse putauerim.

An autem regula nostra, sub prędictis verbis capiat Cappellanias, prestimonia. Vicarias, Hospitalia, beneficia manualia, & alia similia, vide in glossa 5. in suo peculiari loco cuiuslibet rei, istarum per suos §§. distinctos.

Summaria §. 1. Glossæ 9.

1 *Patrimonialia beneficia, an includantur sub regula 8. & num. 23.*
2 *Patrimonialibus de beneficijs, non inuenitur textus aliquis de iure communi.*
3 *Patrimonialia beneficia, quæ sint.*
4 *Patrimonialia beneficia, vnde dicantur, & an a patrimonio deriuentur, & n. 6.*
5 *Etymologia ab vocabuli, licitum est arguere.*

Patri-

7 *Patrimonialia beneficia de iurepatronatus laicorum, non cadunt sub expectatiuis.*

8 *Patrimonium, quando efficiatur titulare beneficium.*

9 *Iuspatronatus acquiritur ex fundatione, vel dotatione, quamuis nihil exprimatur.*

10 *Patrimoniale beneficium dicitur, à patria, vel à Patre, & num. 11.*

12 *Patrimoniales filij, an differant a filijs naturalibus, & n. 13. concluditur negatiuè.*

14 *Patrimonialis filius; quis dicitur diuersimode, secundum diuersa locorum statuta, & numero 15.*

16 *Statutum, seu consuetudo municipalis, quando adest, super hoc seruari debet.*

17 *Constitutiones synodales non ligant, vbi adest constitutio particularis.*

18 *Patrimonialis filius, cessante statuto municipali dicitur ille, qui habet qualitates a constitutionibus synodalibus requisitas.*

19 *Patrimonialis filius, quis dicatur, secundum constitutionem synodalem Burgen. & quis secundnm Calagurritanam, & n. 20.*

21 *Statuto municipali, vel synodali cessantibus, recurritur ad ius commune.*

22 *Iure communi, qui habet fundatam intentionẽ, dicitur tutus, quamdiu non docetur de aliqua exceptione contraria.*

23 *Patrimonialia beneficia solent per concursum prouideri, & quid hodie in diœcesi Calagurritana.*

24 *Regula de infirmis resignantibus non procedit, in beneficijs patrimonialibus.*

25 *Patrimonialia beneficia non veniunt, sub simplici app. beneficiorum.*

26 *Patrimoniale beneficium impetrans, tacita qualitate patrimonialitatis, nihil agit.*

27 *Beneficij patrimonialis gratiam habens, non tenetur producere in actis litteras dictæ gratiæ, propter timorem pragmaticæ, & numero 66.*

28 *Leges Hispaniæ, quid super beneficijs patrimonialibus disponant.*

29 *Beneficij patrimonialis resignatio, nec permutatio, nec pensionis super illo reseruatio, non solet fieri, & n. 46. & 62.*

30 *Reseruatio nunquam comprehendit beneficia, quæ Papa non intendit grauare.*

31 *Patrimonialia beneficia habent magnam conformitatem, cum beneficijs iurispatronatus, & num. 67.*

32 *Patrimoniale beneficium, vt includatur sub dispositione, solet expressa mentio fieri.*

33 *Notabilia, quæ sunt, nisi exprimantur, neglecta censentur.*

34 *Expressa nocent, non expressa non nocent.*

35 *Patrimonialia beneficia, an sint reseruata ratione vacationis in Curia, & n. 58.*

36 *Patrimoniale beneficium, non cadit sub expectatiuis, & numero 70.*

37 *Patrimonialibus filijs, quòd beneficia conferantur, consonat iuri communi. Licet alio respectu sit contra ius.*

38 *Patrimonialibus filijs, quòd omnia beneficia essent conferenda, propositum fuit in Concilio Tridentino.*

39 *Praxis seruat, quòd in omnibus mensibus conferantur per ordinarios beneficia patrimonialia.*

40 *Praxis est optima interpres.*

41 *Legum intellectus, quotidiano iudiciorum vsu declaratur, & à practica procedit verus intellectus, & num. 42.*

43 *Praxi non seruatur, quod lege non cauetur.*

44 *Patrimonialia beneficia sunt verè Ecclesiastica beneficia, & sæpe solent prouideri à Sede Apostolica, non solum in mensibus reseruatis, sed etiam iurepræuentionis, & n. 45.*

47 *Patrimonialia beneficia cadunt sub indultis Cardinalium.*

48 *Derogatio regulæ nostræ, tollit omnia obstacula de medio.*

49 *Leges Hispanæ de hac materia loquentes, fundantur in immemorabili consuetudine.*

50 *Derogatio specialis non requiritur, quando reseruatio est facta per viam legis generalis.*

51 *Lex prima derogatur per secundam, licet de illa mentionem non faciat.*

52 *Priuilegia Apostolica de prouisione beneficiorum patrimonialium loquentia, sunt intelligenda de prouisionibus factis ab ordinarijs, & num. 56.*

53 *Apostolicæ Sedis auctoritas, semper intelligitur salua.*

54 *Papa semper confert beneficia patrimonialia, solis filijs patrimonialibus.*

55 *Patrimonialia beneficia, vt cadant sub reseruatione nostræ regulæ, citantur plures decisiones Rotales, & n. 74.*

57 *Clausula* non obstantibus, *quid operetur in collatione beneficiorum patrimonialium.*

58 *Patrimonialia beneficia veniunt, sub reseruatione vacationis in Curia, & ibi agitur de Couarru. opinione.*

59 *Patrimonialia beneficia, licet sint reseruata, rarò tamen conferuntur a Sede Apostolica.*

60 *Patrimonialium beneficiorum resignatio, nec permutatio, non admittitur a Sede Apostolica, nisi causa derimendæ litis, & n. 61.*

63 *Patrimonialia beneficia cadunt, sub reseruatione, & ad argumenta contraria, responsio.*

64 *Qualitas curati beneficij, si tacetur, impetratio est ipso iure nulla.*

65 *Legis 21. titulo 3. libro primo recopilat. intellectus.*

68 *Beneficia iurispatronat. laicorum, ideo non cadunt sub reseruatione, ne fundatores abstrahantur a similibus fundationibus.*

Gene-

69 *Generalia verba regulæ nostræ, sunt ita ampla, quòd sunt apta comprehendere beneficia patrimonialia.*

71 *Patrimonialia beneficia non cadunt, sub reseruatione nostræ regulæ, quando clausulæ Apostolicæ concessionis sunt ita fortes, quòd superent dictam regulam, & ponitur exemplum in indulto diœcesis Calagurritanæ, nu. 72. & num. 73.*

75 *Libera collatio dicitur, quando fit filijs patrimonialibus, & intrat alternatiua, & numero 76.*

77 *Capitulum sede vacante, an possit conferre beneficia patrimonialia, & num. 79. & 80.*

78 *Vicarius generalis Episcopi, non potest conferre beneficia patrimonialia libere collationis, sine speciali pòtestate, declara num. 79. & 80.*

81 *Filius patrimonialis nemo præsumitur, nec originarius.*

82 *Assertioni Episcopi, quòd sit aliquis filius patrimonialis, non creditur.*

83 *Filio non patrimoniali collatio facta de beneficio patrimoniali non tenet.*

84 *Sententia lata super naturalitate, vel causa status, contra vnum, nocet alijs, & nu. 85. si fuit lata contra principalem interessatum, vel ad fauorem naturalitatis, alias secus, numero 86. & 87.*

88 *Filius patrimonialis, etiam post oppositionem, non habet ius ad rem, ante præsentationem.*

89 *Canonicus Doctoralis, vel Magistralis, an per oppositionem acquirat, aliquod ius considerabile; ita vt procedat regula de non tollendo, & numero 90. 92. & 93. & 94. vbi declaratur.*

91 *Nemo sibi ipsi potest, aliquod ius attribuere.*

94 *Ius ad rem acquiritur ante præsentationem, & institutionem per sententiam, declarantem beneficium patrimoniale deberi N. oppositori vti idoniori.*

95 *Ius ad rem in quibus casibus acquiritur.*

96 *Patrimonialis filius, & originarius, quis dicatur de iure communi, & numero 97. remissiue.*

98 *Nepos quando nascitur in potestate Aui, sequitur originem illius, alias non, & agitur de lege 47. Tauri, & citantur plures decisiones, & num. 99.*

100 *Filius sequitur de iure communi originem patris, non matris.*

101 *Constitutiones Burgen. & Calagurritan. & Palentinen. de filijs patrimonialibus loquentes sunt contra ius commune, in aliquibus.*

102 *Origo matris sæpe attenditur, & casus decisus recitatur, & n. 103. & 104.*

105 *Origo, & Ciuitas, an acquiratur per baptismum, concluditur quòd sic, & n. 106.*

107 *Baptismus dicitur natiuitas, & ideo per illum acquiritur origo.*

108 *Origo spiritualis ex baptismo, videtur anteponenda, quoad spiritualia, origini naturali.*

109 *Baptismus si recipitur à Iudeo, vel Pagano in Francia, erit regnicola Regni Franciæ.*

110 *Origo decem modis acquiritur remissiue.*

111 *Leges partitarum, quatenus non repugnant iuri canonico, vel ciuili, maximam habent auctoritatem, & sunt seruande, etiam in Rota, in casibus illarum partium.*

112 *Origo probatur per baptismi librum.*

113 *Origo, vt acquiratur per baptismum, cessare debet fraus.*

114 *Interpretatio benigna est semper facienda, in his casibus, si sit aliquis patrimonialis, vel originarius, aut non.*

115 *Filij patrimoniales Burgen. qui sunt quadragenarij, quomodo sunt admittendi.*

116 *Filius patrimonialis se opponens post lapsum terminum ædicti, an sit admittendus, & numero 117.*

117 *Ecclesiæ interest plures oppositores habere.*

118 *Termino lapso potest Iudex ex officio, inuita parte expectare contumacem.*

§. 1. gl. 9. vbi agitur de beneficijs patrimonialibus.

1 VIDEAMVS nunc, an beneficia patrimonialia † includantur in reseruatione nostræ regulæ? Et quia, vt inquit mandosius in regula 19. de infirmis resignantibus, quæst. 16. non inuenitur aliquis textus, qui in terminis horum
2 beneficiorum † loquatur, nec illorum materia in iure tangitur; ideo antequam ad resolutionem veniamus, oportebit dicere, quæ sint ista beneficia patrimonialia, & quare sic nuncupentur, & alia, quę pro opportuna intelligentia necessaria videbuntur.

3 Patrimonialia beneficia sunt illa, † quę ex Apostolica concessione, vel statutis, seu sinodalibus constitutionibus Apostolica auctoritate confirmatis, vel ex immemorabili consuetudine sunt necessario conferenda, natis, incolis, vel originarijs alicuius Patrię, Ciuitatis, Oppidi, vel Parrochię, ita vt illi, dum taxat, qui filij naturales, & patrimoniales sint, prouideri debeant de huiusmodi beneficijs, & non alij forenses, seu extrinseci, qui tales qualitates non habeant. Cassadorus decis.

Patrimonialia beneficia, quæ dicuntur, & vnde sic appellentur.

decis. 8. num. 1. de præbendis. Couarru. in practicis quæstionibus, cap. 36. num. 3. vers. *hoc ipsum fieri.* Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, par. 1. cap. 24. num. 86. & patet ex legibus 21. 22. ac 23. titulo 3. libro 1. recopilationis, & constitutionibus sinodalibus diœcesis Burgen. Calagurritan, & Placentin. in quibus tribus diœcesibus Hispaniæ, omnia beneficia prouidentur solis filijs patrimonialibus, nec nonin alijs pluribus locis Hispaniæ.

4 Patrimonialia beneficia dicuntur, vt ab Etymologia vocabuli arguamus, a qua licitum est arguere.

5 † tex. in l. 2. §. appellata. ff. si cert. petat. l. Tugurium. ff. de verborum significatione. c. cleros 21. distinctione, cap. si cupis 17. quæst. 1. cap. si puberes de Clandestina desponsatione. Euerardus in loco ab Etymologia. Dicuntur (inquam) beneficia patrimonialia, ex eo, quòd a patrimonio, ideſt a paterna

6 hæreditate veniant, † quia fuerunt a patribus, seu Auis instituta, vt dentur, & conferantur filijs, & alijs successoribus in infinitum: & secundum hanc denominationem, ista beneficia patrimonialia, erunt de iurepatronatus laicorum, de quibus loquitur Ioan. Staphilæus de litteris gratiæ, in quinta forma expectatiuarum sub num. 3. vers. *cadunt.* vbi dicit, quòd sub litteris expectatiuis non

7 cadunt præstimonia patrimonialia, † quia sunt de iurepatronatus laicorum, quibus Papa in dubio non videtur derogare velle, nisi exprimat, iuxta glossam in verbo *collatio.* in cap. 2. de præben. lib. 6. idem etiam tenet Milius in repertorio verbo *beneficium patrimoniale, siue patronale.* sub num. 13.

Ista tameu Etymologia, licet in se sit bona, quoad beneficia, quæ insimul sunt Patrimonialia, & de iurepatronatus laicorum, non tamen quadrat, quoad propositum nostrum, in quo non dubitatur, an beneficia iurispatronatus laicorum comprehendantur in regula nostra, quia de hoc particulariter erit ad longum tractandum in glossa 18.

Sed solum agimus, nunc de beneficijs patrimonialibus, quæ non sunt de tali iurepatronatus laicorum, prout sunt in pluribus Hispaniæ partibus.

Vnde alia secunda denominatio adducitur à Mandosio in regula 19. de infirmis resignantibus, quæst. 15. sub num. 17. videlicet, quòd dicantur beneficia patrimonialia, eo quòd, ab aliquibus data fuerunt ordinandis bona de proprio patrimonio, vt ad titulum illorum ordinarentur, & imposterum titula-

8 ria † beneficia remanerent, & sic de patrimonijs efficiuntur tituli perpetui beneficiorum, siue a patribus, vel auis illorum ordinandorum, sint talia patrimonia data, siue ab alijs quibuscumque extraneis, prout tetigimus supra in gloss. 5. §. 10. de feudis Ecclesiasticis, et de patrimonijs, nu. 19.

Sed neque ista Etimologia satis conuenit rei, de qua agimus: tum quia ex tali forma, & modo similiter acquireretur iuspatronatus laicale, quamuis nihil exprimeretur

9 Rota decis. 5. de iurepatronatus in antiquis Lambertin. de iurepatronat. lib. 1. quæst. 2. articulo 2. per totum. Caputaquen. decis. 133. par. 2. Tum etiam, quia non plura beneficia inuenientur huiusmodi conditionis: sed talia beneficia patrimonialia sunt valde frequentia, & in magno numero.

Sit igitur vera denominatio, quòd beneficia dicantur a patria, ex eo, quòd solummodo

10 sint conferenda natis, vel oriundis, † illius patriæ, vbi talia beneficia consistunt, vt supra diximus in principio, Mandosius vbi supra d. num. 17. vers. *tertio modo.* Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, par. 1. cap. 24. num. 86.

Vel etiam potest denominari beneficium

11 patrimoniale, a patre; † ex quo ille, cui est conferendum, patris originem sequi debet l. adsumptio §. filius ciuitatem, ex qua pater. ff. ad municipalem. & de incolis. l. filios. C. de muneribus, & originarijs, libro decimo. l. ciues. C. de incolis, eodem libro, & infra d. num. 100.

Et quamuis secundum aliquos, filij patrimoniales, & naturales

12 differant † inter se, hoc modo, quòd naturales dicantur illi, qui infra fines Parrochiæ nascuntur; filij vero patrimoniales, non autem naturales, nuncupantur illi, qui descendunt ex patre, vel matre, auo, vel auia alicuius Parrochiæ, licet ipsi nascantur in alia Parrochia, vel Diœcesi, vti attestatur Mandosius in d. regula de infirmis resignantibus, quæst. 15. num. 21.

Ego tamen verius esse credo, indistinctè,

13 promiscuè, & indiferenter † vocari filios naturales, & patrimoniales, licet non nascantur intra parrochiam, si tamen ex illa ex aliquo capite originem ducant: & pariformiter vocari filios patrimoniales, quamuis nati sint infra dictam Parrochiam: vsus enim, & communis modus loquendi, ac constitutionum sinodalium verba, ita se habent, & faciunt, quòd vtroque nomine, modò naturales, modo patrimoniales nuncupẽtur, prout vidi, & legi, tamquam originarius, ex diœcesi Calagurritana, vbi frequentissime ista materia practicatur, & idem in diœcesibus Burgen. & Palentin, & in alijs Hispaniæ partibus, seruari audiui.

Verum tamen est, quòd in diuersis Ciuitatibus, vel locis, diuersa adsunt statuta, vel con-

69 *Generalia verba regulæ nostræ, sunt ita ampla, quòd sunt apta comprehendere beneficia patrimonialia.*

71 *Patrimonialia beneficia non cadunt, sub reseruatione nostræ regulæ, quando clausulæ Apostolicæ concessionis sunt ita fortes, quòd superent dictam regulam, & ponitur exemplum in indulto diœcesis Calagurritanæ, nu. 72. & num. 73.*

75 *Libera collatio dicitur, quando sit filijs patrimonialibus, & intrat alternatiua, & numero 76.*

77 *Capitulum sede vacante, an possit conferre beneficia patrimonialia, & num. 79. & 80.*

78 *Vicarius generalis Episcopi, non potest conferre beneficia patrimonialia libere collationis, sine speciali potestate, declara num. 79. & 80.*

81 *Filius patrimonialis nemo præsumitur, nec originarius.*

82 *Assertioni Episcopi, quòd sit aliquis filius patrimonialis, non creditur.*

83 *Filio non patrimoniali collatio facta de beneficio patrimoniali non tenet.*

84 *Sententia lata super naturalitate, vel causa status, contra vnum, nocet alijs, & nu. 85. si fuit lata contra principalem interessatum, vel ad fauorem naturalitatis, alias secus, numero 86. & 87.*

88 *Filius patrimonialis, etiam post oppositionem, non habet ius ad rem, ante præsentationem.*

89 *Canonicus Doctoralis, vel Magistralis, an per oppositionem acquirat, aliquod ius considerabile; ita vt procedat regula de non tollendo, & numero 90. 92. & 93. & 94. vbi declaratur.*

91 *Nemo sibi ipsi potest, aliquod ius attribuere.*

94 *Ius ad rem acquiritur ante præsentationem, & institutionem per sententiam, declarantem beneficium patrimoniale deberi N. oppositori vti idoniori.*

95 *Ius ad rem in quibus casibus acquiritur.*

96 *Patrimonialis filius, & originarius, quis dicatur de iure communi, & numero 97. remissiue.*

98 *Nepos quando nascitur in potestate Aui, sequitur originem illius, alias non, & agitur de lege 47. Tauri, & citantur plures decisiones, & num. 99.*

100 *Filius sequitur de iure communi originem patris, non matris.*

101 *Constitutiones Burgen. & Calagurritan. & Palentinen. de filijs patrimonialibus loquentes sunt contra ius commune, in aliquibus.*

102 *Origo matris sæpe attenditur, & casus decisus recitatur, & n. 103. & 104.*

105 *Origo, & Ciuitas, an acquiratur per baptismum, concluditur quòd sic, & n. 106.*

107 *Baptismus dicitur natiuitas, & ideo per illum acquiritur origo.*

108 *Origo spiritualis ex baptismo, videtur anteponenda, quoad spiritualia, origini naturali.*

109 *Baptismus si recipitur à Iudeo, vel Pagano in Francia, erit regnicola Regni Franciæ.*

110 *Origo decem modis acquiritur remissiue.*

111 *Leges partitarum, quatenus non repugnant iuri canonico, vel ciuili, maximam habent auctoritatem, & sunt seruande, etiam in Rota, in casibus illarum partium.*

112 *Origo probatur per baptismi librum.*

113 *Origo, vt acquiratnr per baptismum, cessare debet fraus.*

114 *Interpretatio benigna est semper facienda, in his casibus, si sit aliquis patrimonialis, vel originarius, aut non.*

115 *Filij patrimoniales Burgen. qui sunt quadragenarij, quomodo sunt admittendi.*

116 *Filius patrimonialis se opponens post lapsum terminum ædicti, an sit admittendus, & numero 117.*

117 *Ecclesiæ interest plures oppositores habere.*

118 *Termino lapso potest Iudex ex officio, inuita parte expectare contumacem.*

§. 1. gl. 9. vbi agitur de beneficijs patrimonialibus.

1 VIDEAMVS nunc, an beneficia patrimonialia † includantur in reseruatione nostræ regulæ? Et quia, vt inquit mandosius in regula 19. de infirmis resignantibus, quæst. 16. non inue-
2 nitur aliquis textus, qui in terminis horum beneficiorum † loquatur, nec illorum materia in iure tangitur; ideo antequam ad resolutionem veniamus, oportebit dicere, quæ sint ista beneficia patrimonialia, & quare sic nuncupentur, & alia, quę pro opportuna intelligentia necessaria videbuntur.

3 Patrimonialia beneficia sunt illa, † quę ex Apostolica concessione, vel statutis, seu sinodalibus constitutionibus Apostolica auctoritate confirmatis, vel ex immemorabili consuetudine sunt necessario conferenda, natis, incolis, vel originarijs alicuius Patrię, Ciuitatis, Oppidi, vel Parrochię, ita vt illi, dumtaxat, qui filij naturales, & patrimoniales sint, prouideri debeant de huiusmodi beneficijs, & non alij forenses, seu extrinseci, qui tales qualitates non habeant. Cassadorus decis.

Patrimonialia beneficia, quæ dicuntur, & vnde sic appellentur.

decis. 8. num. 1. de præbendis. Couarru. in practicis quæstionibus, cap. 36. num. 3. vers. *hoc ipsum fieri.* Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, par. 1. cap. 24. num. 86. & patet ex legibus 21. 22. ac 23. titulo 3. libro 1. recopilationis, & constitutionibus sinodalibus diœcesis Burgen. Calagurritan, & Placentin. in quibus tribus diœcesibus Hispaniæ, omnia beneficia prouidentur solis filijs patrimonialibus, nec nonin alijs pluribus locis Hispaniæ.

4 Patrimonialia beneficia dicuntur, vt ab Etymologia vocabuli arguamus, a qua licitum est arguere.

5 † tex. in l. 2. §. appellata. ff. si cert. petat. l. Tugurium. ff. de verborum significatione. c. cleros 21. distinctione, cap. si cupis 17. quæst. 1. cap. si puberes de Clandestina desponsatione. Euerardus in loco ab Etymologia. Dicuntur (inquam) beneficia patrimonialia, ex eo, quòd a patrimonio, ideſt a paterna

6 hæreditate veniant, † quia fuerunt a patribus, seu Auis instituta, vt dentur, & conferantur filijs, & alijs successoribus in infinitum: & secundum hanc denominationem, ista beneficia patrimonialia, erunt de iurepatronatus laicorum, de quibus loquitur Ioan. Staphilæus de litteris gratiæ, in quinta forma expectatiuarum sub num. 3. vers. *cadunt.* vbi dicit, quòd sub litteris expectatiuis non

7 cadunt præstimonia patrimonialia, † quia sunt de iurepatronatus laicorum, quibus Papa in dubio non videtur derogare velle, nisi exprimat, iuxta glossam in verbo *collatio.* in cap. 2. de præben. lib. 6. idem etiam tenet Milius in repertorio verbo *beneficium patrimoniale, siue patronale.* sub num. 13.

Ista tameu Etymologia, licet in se sit bona, quoad beneficia, quæ insimul sunt Patrimonialia, & de iurepatronatus laicorum, non tamen quadrat, quoad propositum nostrum, in quo non dubitatur, an beneficia iurispatronatus laicorum comprehendantur in regula nostra, quia de hoc particulariter erit ad longum tractandum in glossa 18.

Sed solum agimus, nunc de beneficijs patrimonialibus, quæ non sunt de tali iurepatronatus laicorum, prout sunt in pluribus Hispaniæ partibus.

Vnde alia secunda denominatio adducitur à Mandosio in regula 19. de infirmis resignantibus, quæst. 15. sub num. 17. videlicet, quòd dicantur beneficia patrimonialia, eo quòd, ab aliquibus data fuerunt ordinandis bona de proprio patrimonio, vt ad titulum illorum ordinarentur, & imposterum titula-

8 ria † beneficia remanerent, & sic de patrimonijs efficiuntur tituli perpetui beneficiorum, siue a patribus, vel auis illorum ordinandorum, sint talia patrimonia data, siue ab alijs quibuscumque extraneis, prout tetigimus supra in gloss. 5. §. 10. de feudis Ecclesiasticis, et de patrimonijs, nu. 19.

Sed neque ista Etimologia satis conuenit rei, de qua agimus: tum quia ex tali forma, & modo similiter acquireretur iuspatronatus laicale, quamuis nihil exprimeretur

9 Rota decis. 5. de iurepatronatus in antiquis Lambertin. de iurepatronat. lib. 1. quæst. 2. articulo 2. per totum. Caputaquen. decis. 133. par. 2. Tum etiam, quia non plura beneficia inuenientur huiusmodi conditionis: sed talia beneficia patrimonialia sunt valde frequentia, & in magno numero.

Sit igitur vera denominatio, quòd beneficia dicantur a patria, ex eo, quòd solum-

10 modo sint conferenda natis, vel oriundis, † illius patriæ, vbi talia beneficia consistunt, vt supra diximus in principio, Mandosius vbi supra d. num. 17. vers. *tertio modo.* Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, par. 1. cap. 24. num. 86.

Vel etiam potest denominari beneficium

11 patrimoniale, à patre; † ex quo ille, cui est conferendum, patris originem sequi debet l. adsumptio §. filius ciuitatem, ex qua pater. ff. ad municipalem. & de incolis. l. filios. C. de muneribus, & originarijs, libro decimo. l. ciues. C. de incolis, eodem libro, & infra à num. 100.

Et quamuis secundum aliquos, filij patrimoniales, & naturales

12 differant † inter se, hoc modo, quòd naturales dicantur illi, qui infra fines Parrochię nascuntur; filij vero patrimoniales, non autem naturales, nuncupantur illi, qui descendunt ex patre, vel matre, auo, vel auia alicuius Parrochiæ, licet ipsi nascantur in alia Parrochia, vel Diœcesi, vti attestatur Mandosius in d. regula de infirmis resignantibus, quæst. 15. num. 21.

Ego tamen verius esse credo, indistinctè,

13 promiscuè, & indiferenter † vocari filios naturales, & patrimoniales, licet non nascantur intra parrochiam, si tamen ex illa ex aliquo capite originem ducant: & pariformiter vocari filios patrimoniales, quamuis nati sint infra dictam Parrochiam: vsus enim, & communis modus loquendi, ac constitutionum sinodalium verba, ita se habent, & faciunt, quòd vtroque nomine, modò naturales, modo patrimoniales nuncupẽtur, prout vidi, & legi, tamquam originarius, ex diœcesi Calagurritana, vbi frequentissime ista materia practicatur, & idem in diœcesibus Burgen. & Palentin, & in alijs Hispaniæ partibus, seruari audiui.

Verum tamen est, quòd in diuersis Ciuitatibus, vel locis, diuersa adsunt statuta, vel con-

consuetudines, super qualitatibus, & requi-
34 sitis necessarijs, † vt aliquis dicatur filius naturalis, seu patrimonialis. Nam interdum requiritur, quòd præcisè sit natus naturaliter ex parentibus incolis, & decimam soluentibus, nec non baptizatus intra limi-
15 tes † parrochiæ, seu parrochiarum, in quibus huiusmodi patrimonialia consistunt, vt ex immemorabili consuetudine, Apostolicæ confirmationis robore munita, seruatur in oppido de Arnedo d. diœcesis Calagurr. ex quo ortus sũ ego, & in alijs pluribus oppidis.

In alijs locis non requiritur tantus rigor; sed minor qualitas sufficit, prout magis, aut minus ex municipali statuto, & particulari consuetudine certa, & clara cautum reperia-
16 tur, quæ tali casu seruari † debent, vt constitutionibus sinodalibus illarum diœcesum statuitur & facit. l. imperatores 71. in fine, ff. de contrahend. emptione, c. quæ contra mores 9. distinctione, cum latissime cumulatis per Antonium Gabrielem, lib. 6. comm. opinionum titulo de consuetudine conclus. 1. per totam.

17 Nec constitutiones sinodales † ligant in locis, vbi adest particularis constitutio, vel statutum. Baldus consil. 201. *prouincia Anconitana.* numero secundo, vers. *in contrarium.* libro 1. Abbas in cap. cum olim. num. 5. in fine de consuetudine. Socin. cons. 79. numer. 24. libro 4. Puteus decis. 176. numero 2. libro 3. Rota decis. 384. numero 2. parte prima diuersorum, fuit resolutum in vna Rauennaten. donationis 28. Iunij 1577. coram Reuerendissimo Domino meo Seraphino, nunc meritissimo Patriarcha Alexandrino.

Cessantibus statutis, aut consuetudinibus particularibus locorum, validis, claris, & certis, ad hoc vt cognoscatur, si aliquis sit filius naturalis, seu patrimonialis, recurren-
18 dum erit ad dispositionem † sinodalium constitutionum cuiuslibet diœcesis, vbi expresse hoc declaratum reperietur, etiam diuersimode; Nam stantibus constitutionibus sinodalibus, potius ad illas, quam ad ius commune recurrendum erit, vt post Bart. Paulum, & alios resoluit Iason in l. omnes populi, prima lectura, numero decimo. ff. de iustitia, & iure Rota decis. 522. *fuit particulariter.* numero primo, & sequen. parte prima diuersorum.

19 In diœcesi Burgen. † per constitutionem sinodalem primam, sub titulo de institutionibus ordinatur, quòd ad hoc, vt dicatur aliquis filius patrimonialis oportet, quòd ipse, aut eius pater, aut mater, aut auus, aut auia respectiuè fuerit vicinus, seu incola talis loci, & Parrochianus Ecclesiæ, vbi consistat beneficium, per decennium continuum: aut durante habitatione, & incolatu, pendente decennio decesserit, & in dicta Parrochia sepultus fuerit, licet decennium completum non fuerit.

20 In diœcesi autem Calagurritana † adest constitutio prima sub titulo de institutionibus, quòd vno de duobus modis, ille dicatur filius naturalis ad effectum obtinendi beneficium patrimoniale, vel quando illius pater, aut mater, auus, vel auia, proauus, vel proauia, vti incola vixerit, aut habitauerit per decennium, ante natiuitatem talis filij, domicilium habens, & decimas vti talis incola soluens: vel alio modo, nempe, quod talis sit natus, & baptizatus in illo loco, & Parrochia, vbi beneficium consistat de tempore, quando ibi eius pater, vel mater domicilium habebat: sunt etiam aliæ constitutiones sub eodem titulo, istam primam constitutionem declarantes.

Sic in qualibet diœcesi, diuersis constitutionibns sinodalibus, secundum locorum diuersitatem reguntur, quę seruandæ sunt, prout semper seruat Rota, vt attestatur Mandos. in reg. 19. quæst. 15. sub n. 19. & passim practicari videmus.

Vbi vero non adsit specialis loci consuetudo, vel statutum validum, & deficiat quoque super hoc sinodalis constitutio; tunc erit ad
21 † ius commune † recurrendum, vt inspiciatur, quis sit attento iure communi filius naturalis, & originarius: nam qui de iure
22 communi habet fundatam intentionem † dicitur tutus, quamdiu aliqua exceptione cõtraria exaduerso plenè probanda, non excluditur Bartolus in l. admonendi num. 50. Ripa numero 112. ff. de iure iurando. Abbas in cap. dudum column. fin. vers. *tertio facit.* de electione. Puteus decis. 20, num. 1. lib. 2. Rota decis. 322. n. 24. par. 1. diuers. & tetigi in gl. 8. precedenti, n. 72. & vide quæ inferius dicam a num. 69.

Quibus sic constitutis, descendamus nunc ad quæstionen nostram. Vtrum
23 an videlicet, sub reg. nostra includãtur huiusmodi beneficia patrimonialia, seclusis his, quę fuerint de iure patronatus laicorum? & postea nonnulla de ista beneficiorum patrimonialium materia, adiungemus. beneficia patrimonialia cadant sub reseruatione regulæ nostræ.

Pro parte negatiua, nempe, quòd huiusmodi beneficia patrimonialia non cadant sub reseruatione regulæ nostræ faciunt.

Primo, quòd huiusmodi beneficia patrimonialia ex concessionibus Apostolicis prouidentur per concursum, nam statim, quòd aliquod beneficium istorum vacat apponuntur per ordinarium ædicta, & filii patrimoniales se opponunt infra terminum præfixũ in ædictis, deinde constito, quod sint tales filii patrimoniales, & de aliis habilitatibus se subii-

subijciunt examini, & denique confertur beneficium idoneori, vt tradit Cassador. decis. 18. n. 1. de præbend. Mandos. in d. reg. 19. q. 15. n. 21. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate benef. 1. p. c. 24. n. 87. & 89. & ita pas sim seruatur: licet hodie ex noua constitutio ne Sanctiss. D. N. Clemen. 8. in diœcesi Calagurritana, vltimum requisitum de conferendo habiliori beneficium sit immutatum in hoc, videlicet, quòd omnes idonei reperti ad Curam animarum approbentur, & ex illis capitulum Ecclesię, vbi tale beneficium consistat, præsentet, quem maluerit, & illi præsentato, & non alteri, sit institutio per ordinarium facienda. Vnde si regula nostra comprehenderet huiusmodi patrimonialia beneficia, minime possent per concursum prouideri, & dignioribus, & habilioribus conferri, essetque destruere præfatas Apostolicas concessiones diœcesibus Burgen. Calagurritan. & Palentin. Genuen. & alijs Regnorum Hispaniæ diœcesibus indultas.

Secundo, quia neq; etiam regula 18. Cancellarię de infirmis resignantibus, seu de viginti, disponens, quòd resignans debeat superuiuere per viginti dies à die præstiti consensus computandos, alias resignatio, & collatio sit nulla, habet locum † in huiusmodi beneficijs patrimonialibus, vt per Gomezium in eadem regula quæst. 21. per totam, vbi dicit idem tenere Felinum in quibusdam suis additionibus ad ipsam reg. & concludit ipse Gomezius, quòd tenenda est opinio Rotę propter eius auctoritatem, significans idem tenuisse Rotam, & inter alias rationes vnam adducit dictus Ludouicus Gomezius, nempe quòd renũciatio dictorum beneficiorum non noceat expectantibus, quasi dicat, quòd reseruationes, & expectatiuæ non comprehendant huiusmodi beneficia patrimon. 24

Tertio quia patrimonialia beneficia, non veniunt sub simplici appellatione † beneficiorum, propter diuersam naturam, & qualitatem discrepantem ab alijs beneficijs, quam habent, vt scriptum reliquit Quintilianus Mandosius in reg. 19. quęst. 15. num. 4. post Hostiensem, Abbatem, & alios, quos allegat. 25

Quarto quia eadem ratione, diuersæ qualitatis, & naturæ, si quis impetrauerit beneficium patrimoniale, † tacita qualitate, quòd sit patrimoniale, gratia erit subreptitia, quia si dicta qualitas expressa fuisset, Papa non concessisset, vt resoluit Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. p. 1. cap. 24. n. 90. & 91. 26

Sic etiam in beneficijs patrimonialibus non est necesse producere † de stylo Rotæ literas expeditas, sicut requiritur in alijs Caputaquen. decis. 210. par. 2. 27

Ita vt sine productione illarum, cum sola productione supplicationis potest deueniri ad sententiam, vt fuit decisum in vna Calagurritana beneficij de Arriola 26. Octobris 1592. coram Gyptio, vbi etiam fuit dictum procedere, siue in impetratione, siue in noua prouisione, & ita sæpe practicaui, ac vide infra num. 66.

Quinto quia per leges, & pragmaticas † Caroli Quinti Imperatoris, & Philippi secundi cauetur, vt huiusmodi beneficia patrimonialia prouideantur semper dignioribus per concursum, & numquam à Sede Apostolica impetrentur, ex eo, quòd non sit de intentione Papæ tales gratias concedere, & apostolica priuilegia, ac immemorabiles consuetudines, desuper existentes infringere, & quòd litterę talium impetrationum non exequantur; vti emanatę contra ipsius Pontif. intentionẽ, & de illis Sãctiss. D. N. supplicetur, & laicis contrauenientibus imponitur pœna publicationis omnium bonorum, Clericis autem amissionis naturalitatis, ad obtinenda beneficia in illis Regnis, vt legitur in l. 21. titulo tertio libro primo recopilationis. 28

Sexto, quia per legem sequentem 22. in eodem titulo tertio. libro primo recopilationis enunciatur Bulla concessa ab Alexandro Sexto, vt dicta beneficia semper prouideantur, & numquam impetrentur, † vt dictum est: & insuper additur, quòd non admittantur permutationes, nec vllæ resignationes de dictis beneficijs patrimonialibus, nec pensionum impositiones super illis, ac tradit Auendañus in capitulo primo prętorum num. 32. vers. *similiter si beneficia*. parte 1. Salcedus ad praxim Bernardi Diaz. capit. 54. numero vndecimo. Couarruuias in practicis quæstionibus capit. 36. numero nono. vers. *eadem ratione*, & numero decimo. Et similiter in l. 23. proxima, adiungitur, quòd dispositа per dictas leges 21. & 22. præcedentes, circa beneficia patrimonialia diœcesum Burgen. Palentin. & Calagurritan. seruentur, etiam in quibuscumque Castris, Villis, & locis, vbi eadem adsit consuetudo, vt beneficia sint patrimonialia. 29

Ecce igitur vbi habemus priuilegium Apostolicum, cum immemorabili consuetudine coniunctum, & per leges illorum Regnorum inuiolabiliter seruari ordinatum, vbi cauetur, quòd semper ab Ordinariis prouideantur hæc beneficia patrimonialia per concursum, & numquam à Sede Apost. impetrentur, nec prouisiones obtineantur, nec minus resignentur in fauorem tertii, nec pensiones super illis imponantur: ex quo sequitur, quantũ distet natura horũ benefic. patrimonial. ab aliis benef. Et cõsequenter, cũ de illis

in regula nostra mentio non fiat, minime cõ prehenduntur, cum de intentione Papæ non sit: & in reseruationibus num quam veniunt
30 † beneficia, quæ Papa grauare non intendit. Gaspar Perusinus de reseruationibus. c. 25. n. 5. in fine. Æneas de Falconibus in eodem tractatu q. 3. principali. n. 7.

Septimo, quia huiusmodi beneficia patrimonialia habent magnam fraternitatem, & similitudinem cum beneficijs iurispatronatus
31 † laicorum, vt asserit Hojeda, vbi supra d. cap. 24. num. 91. in fine; ergo sicut beneficia iurispatronatus laicorum non includuntur in regula nostra, vt notissimum est, & dicemus in glos. 18. sic nec beneficia patrimonialia.

Octauo, quia quando vult Papa, seu legislator, quòd beneficia patrimonialia comprehendantur, facit de illis expressam men-
32 tionem, † vt videmus in c. 18. sessionis 24. Concil. Trident. de reformatione in principio, ibi, *etiam in Ecclesiis patrimonialibus*, vbi disponitur, quòd collatio facienda per concursum de Ecclesijs parrochialibus, habeat etiam locum in Ecclesijs patrimonialibus. Igitur quando non fit expressa mentio, prout non fit in regula nostra, non videntur inclusa huiusmodi beneficia, vt in simili proposito, scilicet regulæ 3. Cancellariæ dixit, & ponderauit Paulus Parisius cons. 36. *quod præsenta vnio*. num. 17. lib. 4. Ea enim, quæ nota,
33 speciali sunt digna, † nisi specialiter notentur neglecta intelliguntur. l. item apud Labeonem. §. hoc ædictum. ff. de iniurijs. cap. quamuis de præbend. lib. 6. & in terminis reseruationis notauit glossa in cap. 2. verbo, *dignitatum*, de prębend. lib. 6. Si enim Papa voluisset comprehendere beneficia patrimonialia expressisset, prout in dicto Concilio Tridentino fuit expressum, sed non expressit, ergo noluit comprehendi. cap. ad audientiam. 12. in fine de decimis, l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus causis maiores. Cassadorus decis. 24. n. fin. super regulis. Caputaquen. decis. 92. n. 4. p. 1. Tiraq. de pœnis temperandis causa 51. nu. 87.

Hinc etiam dicimus, quod expressa nocẽt,
34 non expressa non nocent. l. nonnumquam. ff. de conditionibus, & demonstrationibus. l. expressa 155. ff. de regulis iuris.

Nono, quia huiusmodi beneficia patrimonialia, quamuis vacẽt in Curia, vel apud
35 Sedem; non tamen censentur reseruata, † neque impediuntur ordinarij illa per concursum prouidere, neque admittetur derogatio priuilegiorum, & consuetudinum, desuper existentium, vt dicit Couarru. in practicis quæstionibus. cap. 36. num. 4. vers. *similiter si beneficia patrimonialia*. Vnde si ista beneficia non sunt reseruata, ratione vacationis in Curia. cum tamquam inserta in corpore iuris, vt in cap. 2. de prębendis lib. 6. sit fortior, & vrgentior reliquis omnibus reseruationibus. Rot. decis. 4. de prębendis in nouis. Æneas de Falconib. de reseruation. q. 4. principali effectu 6. & 43. Simoneta de reseruation. q. 83. n. 4. multo minus regula nostra capiet huiusmodi beneficia patrimonialia.

Dicit etiam Gambarus in tract. de off. & potestate legati lib. 3. n. 260. quòd beneficia patrimonialia, non comprehenduntur sub re
36 seruationibus, † & expectatiuis.

Decimo accedat, quòd quãuis (vt in principio dixi) nullus tex. de iure communi reperiatur, qui loquatur de istis beneficijs patrimonialibus, nihilosecius est iuri commu
37 ni consonans, † quòd potius conferantur beneficia Clericis naturalibus, incolis, & indigenis loci, vbi beneficia consistunt, secundum cuiusque eruditionem, mores, & doctrinam, quam forensibus, peregrinis, & extraneis. tex. in l. in Ecclesijs 11. C. de Episcopis, & Clericis. c. nec emeritis. cap. nullus inuitis 61. distinctione. c. bone, il 2. ibi, *nec vellemus præficere alienum*, de electione, late tradit Lambertin. de iure patronat. lib. 2. p. 3. q. 3. principali. art. 5. per totum, & eod. lib. 2. p. 2. q. 7. art. 24. Gregorius Lopez in l. 13. post tex. ibi titulo 15. partita 1. & in terminis horum beneficiorum patrimonialium, tradit Quintilianus Mandosius in reg. 19. q. 15. nu. 19. Rota decisione 413. num. 1. p. 1. diuersor. ac dixi in glossa 4. nu. 163. Licet respectu eorum, qui excludũtur à beneficijs, ex eo quod patrimoniales non sint talis dispositio contra ius esse dicatur. Butrius in c. cum dilectus. numero 38. cum duobus sequentibus in secunda lectura de consuetudine, & sępe fuit in Rota resolutum. Nec est inconueniens, quòd idem statutum sit vno respectu fauorabile, & alio odiosum, vt scripsi in §. 6. proœmiali à num. 46.

Hinc cum valde honestum, & fructuosum Ecclesijs, & diuino cultui esset, si omnia beneficia efficerentur patrimonialia, summo omnium consensu fuit hoc consulta-
38 tum † in sacro Tridentino Concilio, teste Dominico Soto, relato per Couarruu. in practicis quæstionibus cap. 35. numero quinto in fine, refert etiam. Acebedus in l. 14. n. 8. tit. 3. lib. 1. recopilationis.

Deniq; quia sic in praxi seruari videmus.
39 † nam quamuis huiusmodi patrimonialia beneficia vacent in aliquo ex mensibus reseruatis, semper ordinarij præuio concursu solent illa prouidere, & conferre filijs naturalibus, & patrimonialibus, taleſq; prouisiones sortiũtur debitũ effectũ, quę praxis, & obser
40 uantia est optima regulæ nostræ interpres. † l. si de interpretatione. ff. de legib. l. item si

alias.

alias. l. sed & Iulianus 7. §. perinde. ff. ad Macedonianũ. l. quædã in fine. ff. de rebus dubijs. Aimon. consilio 101. numero tertio Ioannes Gutierrez cons. 2. numero decimo. Siluianus cons. 63. n. 18. & cons. 88. n. 27. & 28. lib. 2.

Et legum intellectus, quotidiano iudicio-
41 rum † vsu apertius, & perfectius, in ipsis rerum documentis apparent. §. quę omnia instituit. de satisdationibus l. 2. C. vt in possessionem legatorum, ibi, *ipsis rerum experimentis cognouimus*.

Vnde dicit Baldus in c. 1. in principio nu. 2. de feudis sine culpa non amittendis, in vsibus feudorum, quòd vera legum inter-
42 pretatio à practica sumitur, † refert, & sequitur post Philippum Decium ab eo allegatum, Hippolytus de Marsilijs in praxi criminali in principio num. 3. decisio Pedemontana in proœmio num. 14.

Quod enim lege non cauetur, in practica
43 † non habetur teste Baldo in cap. nihil, sub numero 15. versic. *Item quod lege*, de electione. Tiraquell. de poenis temperandis causa prima numer. 87. Ludouicus Gomezius in reg. de annali. quæst. 52. numero 2. vers. *nam vt inquit Baldus*. & dicam in §. sequenti. num. 64.

Pro parte vero affirmatiua, scilicet, quòd regula nostra comprehendat beneficia patrimonialia, & includantur sub illius reseruatione, insurgunt sequentia.

Primo, quòd huiusmodi beneficia patrimonialia sunt vere beneficia Ecclesiastica,
44 † & dantur in titulum perpetuum, & beneficiorum appellatione comprehenduntur. Gomezius in regula de infirmis resignantibus. quæstione 21. post principium. vers. *in primis negari non potest*. post Felinum, quem allegat in cap. postulasti numero quinto de rescriptis. Mandosius in regula 19. Cancellariæ quæst. 15. numero septimo: ergo regula nostra reseruans omnia beneficia Ecclesiastica, qualitercumque qualificata comprehendit beneficia patrimonialia.

Secundo, quia ista beneficia patrimonialia, sæpe solent prouideri à Sede Apostoli-
45 ca, dummodo eisdem filijs naturalibus, †, & patrimonialibus conferantur, vt patet ex decisione Cassadori octaua. numero primo, & quinto, & per totam de præbendis, & ex alijs infra allegandis, & non solum in mensibus reseruatis; sed etiam iure præuentionis in omnibus mensibus, vt fuit resolutum in vna Calagurritana beneficij del Burgo 4. Iulij 1590. coram Comitulo, cum traditis supra in §. 3. proœmiali huius regulę: & ideo nimirum, si in prægnantissimis, & amplissimis verbis, & clausulis regulæ nostræ includantur.

Tertio, quia beneficia patrimonialia
46 possunt resignari in fauorem aliorum filiorum patrimonialium, † vt docuit Mandosius in regula decimanona, questione decima quinta numero octauo. vers. *secundo*, & numero 13. & resoluit Flaminius Parisius in tracta. de resignatione lib. 2. q. 12. num. 1. 2. & 3. vbi etiam numero 4. addit, quòd de beneficijs patrimonialibus Burgen. Calagurritan. & Palentin. iudicatur, vt de alijs beneficijs.

Quarto, quia ista beneficia patrimonialia
47 cadunt sub indultis Cardinalium, † vt possint illa libere conferre filijs patrimonialibus, quando sunt ordinarij collatores, vt pote Episcopi, vel Archiepiscopi diœcesum, vbi talia beneficia consistunt, non obstante quacumque reseruatione, vt in prædictis indultis continetur. Puteus decis. 162. per totam lib. 2. & decis. 163. *dubitabat Dominus Fauius*. lib. 3. Caputaquen. decis. 66. per totam. p. 1. vbi attestatur sic fuisse resolutum à Rota in causa Burgen. beneficij de Quintana de Bureba, & in alia etiam Burgen. dimidiæ portionis 19. Decembris 1559. Idem Caputaquen. decisione 89. numero primo, & per totam parte secunda. Acchiles de Grassis decisione quinta de priuilegijs, & fuit decisum in vna Calagurritana beneficii de Apodaca 28. Iunij 1591. coram Reuerendiss. Domino meo Seraphino Patriarcha Alexandrino.

Quinto, quia regula nostra derogat, ac de medio tollit ad hunc effectum quæcumque priuilegia Apostolica, ac immemorabiles cõsuetudines contrarias, ac Iuspatronatus Ecclesiasticum, & quaslibet concessiones continentes, quòd talia beneficia sub huiusmodi reseruationibus numquam comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatoriarũ derogatorijs, & fortioribus, & efficacioribus, ac insolitis clausulis, necnon irritantibus, ac alijs decretis, quibusuis personis, & Collegiis, cuiuscumq; dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existẽtibus, ac disponit, quòd aduersus reseruationem nostræ regulæ minime suffragentur, vt patet ex lectura ip-
48 sius regulæ. Quę derogatio † tollit de medio omnia obstacula. Puteus decis. 308. num. 4. libro 3. Quo fit, vt etiam sit derogatum indultum Alexandri 6. & alia quæcumque priuilegia emanata ad fauorem filiorum patrimonialium; necnon immemorabiles consuetudines desuper existentes, in quibus principaliter se fundant † prędictę leges
49 Regię 21. & 22. ac 23. titul. 3. libro primo recopilationis, & etiam sinodales constitutiones superius mentionatæ, & pro contraria parte adductæ.

Maxime, quia cum reseruatio regulæ nostrę sit per viam legis generalis,

50 † non est necessaria aliqua specialis deroga
tio, sed per contrariam legem posteriorem
51 † sunt derogate priores. cap. 1. de constitu-
tion. in 6. Felinus in cap. nonnulli. numero
4. vers. *est verum quòd si fieret*. 1. fallentia de
rescriptis. Ripa in cap. 1. num. 55. vers. *tu pro
sedanda*, de rescriptis. Iaſ. in l. Barbarius. nu.
44. ff. de off. Prętoris, Gomezius in proœmio
regularum Cancellarię. q. 5. in fine, & in reg.
de non tollendo q. 10. ante finem. Anton. Ga-
briel in tit. de iure quęsito non tollendo, con-
cluſ. 1. numero. 77. & concluſ. 21. numero 26.
Puteus in terminis nostræ regulę decisione
164. numero secundo, libro secundo, tradit
plena manu Menochius de præsumptionibus
lib. 6. prędumptione 40. ex num. 17. & per to
tam. & plenius de hoc scribam, Deo dante,
in gloſſa 36.

Sexto, quia quæcumque priuilegia Apo-
stolica concessa, vt beneficia patrimonialia
conferantur per concursum filijs patrimo-
nialibus, alias collatio sit ipso iure nulla,
etiam si per dictam regulam nostram non
derogentur, sunt intelligenda de prouisioni-
52 bus factis ab ordinarijs: † secus vero de factis
à Sede Apostolica, cuius auctoritas semper
53 censetur salua, & excepta. † Puteus decis.
309. incipiente, *erat statutum*. numero pri-
mo, libro primo, & dixi late in §. secundo
proœmiali huius operis. Videas etiam quæ
scribam in gloſſ. 67. q. 2. ex n. 22.

Prędterea cum Papa conferendo huiusmo
di beneficia, non conferat alienigenis, & ex-
54 traneis, sed ipsisinet filiis patrimonialibus: †
& conferendo illis, nō tenetur prouidere per
concursum, sed prout sibi magis placuerit,
sine aliqua forma concursus, siue prævenien
do, siue reseruando, ex quo in istis beneficia-
libus habet pleniſſimam potestatem, & do-
minium, vt dixi in §. 1. proœmiali. & videas
inferius num. 56.

55 Denique in terminis hanc sententiam
affirmatiuam, † quòd regula
nostra reseruatoria mensium, capiat huiusmodi beneficia patrimonialia, debita certo
generi personarum, hoc est ipsis filijs natura
libus, & patrimonialibus firmauit, Rota in
vna Placentina portionis 24. Octobris 1544.
coram Peregrino, teste Puteo decisione 164.
numero 1. & secundo libro primo, & fuit re-
solutum in vna Tirasonen. iuris prędsentandi
29. Ianuarij 1583. coram Robust. & in alia
causa Calagurritana beneficij de Apodaca
30. Martij 1590. coram Orano, quam
decisionem allegat Flaminius Parisius in
tractatu de resignatione beneficiorum, libro
secundo, quęstione secunda, numero sexto.
Item in alia causa Calagurritana beneficij
de Arriola 24. Ianuarij 1596. coram
R. P. D. meo Pegna, & in alia causa Cala-
Calagurritana beneficij de Apodaca 20.
Maij 1596. coram R. P. D. meo Corduba, nunc electo Episcopo Pacen. & nouissime sensit Rota in alia causa pariter Calagurritana beneficij de Albania 22. Martij huius anni 1602. coram Reuerendissimo Domino meo Seraphino, tunc Rotæ Decano, nunc Patriarcha Alexandrino meritissimo, in
qua decisione fuit etiam dictum, quòd in
56 prouisionibus, quæ fiunt à Sede Apostolica,
non est seruanda forma concursus, nec illa,
quæ est ab ordinario seruanda in prouisione
beneficiorum patrimonialium, prout etiam
tenuit Rota in vna Romana Casalis 23.
Octobris 1574. coram Robusterio, & in dicta causa Calagurritana beneficij de Arriola 24. Ianuarij 1596. coram R. P. D. meo Pegna, & in alijs pluribus.

Vbi similiter fuerunt ponderata verba
57 clausulę, † *non obstantibus, &c.* contenta in
litteris Apostolicis, prouisionis Apostolicæ
de beneficio patrimoniali reseruato, per
quam clausulam fuit etiam derogatum cui-
cumq; constitutioni, & indulto Apostolico,
contrarijs, quatenus derogatio necessaria
foret, Federicus de Senis cons. 3. numero
decimo libro 3. Aimon. Crauet. consil.
126. nu. 6. & fuit decisum in causa Conchen.
exemptionis decimarum 12. Martij 1589. co
ram Orano.

Prędterea fuit resolutum in causa Calagur
ritana de Arcaya 28. Iunij 1591. coram Re-
uerendissimo Domino Patriarcha Seraphi-
no, quòd à fortiori erant reseruata benefi
cia patrimonialia ratione vacationis in Cu-
58 ria: † vbi ad bullam Alexandri Sexti supra
mentionatam fuit responsum non obstare;
Tum quia de illa in forma probanti non con-
stabat, qua exceptione fuerat alias dicta
bulla reiecta, in alia Calagurritana de Ce-
niceros 1. April. 1589. Tum etiam, quia non
comprehendebat reseruationem per vaca-
tionem in Curia, quę numquam venit in ge-
nerali dispositione, vt nuper remanet dic-
tum, reprobata opinione Couarru. in pra-
cticis quæstionibus. cap. 36. numero quarto
post medium. vers. *similiter si beneficia patri-
monialia*.

Sed attendendum est pro excusatione eru
ditissimi viri Couar. quòd ipse ibidem non fir
mat pedes, quòd si beneficia patrimonialia
apud sedem apostolicam vacauerint non sint
reseruata, sed solum dicit, quod non facile
admittetur derogatio huius priuilegij, &
cōsuetudinis, & postea lectorē admonet hac
in cōtrouersia, quod diligēter obseruet, quod
praxi recept fueritum, & quod Christianæ
Reipub. ac ministerio diuino conducibilius
sit, si quidem admodum conducat, hęc benefi
cia non comprehendi vllis reseruationibus.

Rursus

Plura notanda circa hãc materiã beneficiorum patrimonialiũ.

Insuper in hac materia beneficiorum patrimonialium est aduertendum, quòd quamuis sint conferenda certo generi personarum, idest filjs naturalibus, &
75 patrimonialibus, † & in hoc sit ordinaria potestas grauata. Socin. Iun. cons. 105. num. 5. lib. 2. Rota decis. 309. num. 4. parte prima diuersorum. Nihilominus dicitur libera collatio. Acchil. de grassis decis. 5. num. 1. & 3. de priuilegijs. Puteus decis. 162. num. 3. lib. 2. & fuit resolutum in vna Abulen. Parrochialis 22. Iunij 1594. coram Illustrissimo Blanchetto, ac tangam in glossa 45. in principio, num. 19.

Ex quo sequuntur nonnullæ illationes non modicæ vtilitatis.

Prima, quòd cum regula nostra concedat Episcopis residentibus, acceptantibus, alternatiuam in sex mensibus, quoad beneficia, quæ sunt liberæ collationis intrabit, &
76 cum habebit alternatiua † in his beneficijs patrimonialibus, de quo latius Deo dante, dicemus in gl. 45.

Secunda illatio est, quòd Capitulum Sede vacante, prouidere non valeat huiusmodi beneficia, cum sint liberæ collationis, sicut
77 nec potest alia beneficia conferre. † cap. illa ne sede vacante aliquid innouetur. cap. 1. eodem titul. libro 6. l. 9. in fine titulo 16. Partita prima. Pauinus in tracta. de officio, & potestate capituli sede vacante, 2. p. quæst. 1. & quæst. 5. Lambertin. de iurepatronatus lib. 2. parte prima. quæst. 2. art. 14. num. 6. Rebuffus in praxi titulo de deuolutionibus. num. 70. & 71. & in terminis beneficiorum patrimonialium, quòd sit nulla collatio facta à Capitulo, vel eius Vicario, sede Episcopali vacante fuit resolutum in vna Calagurritana beneficij de Arcaya 26. Aprilis 1596. coram Reuerendissimo D. Corduba, vbi propterea fuit declarata nulla prouisio facta a dicto Capitulo sede vacante: & fuit etiam declaratum procedere similiter in receptione ad Ecclesiam non numeratam, sed receptiuam, cum talis receptio ad Ecclesiam receptiuam, æquiparetur collationi beneficij in Ecclesia numerata.

Tertio infertur, quòd Vicarius generalis Episcopi nequeat, sine speciali ad id commis-
78 † sione hæc beneficia patrimonialia conferre, & in illis locum habeat dispositio tex. in c. fin. de officio Vicarij, lib. 6.

Prędicta tamen intellige, quando huiusmodi beneficia patrimonialia conferantur ab Episcopo filijs patrimonialibus libere, absq; aliqua præsentatione, vel electione, vel consensu Capituli, vel alterius personæ; secus
79 autem si ad illius præsentationem, † electionem, seu de consensu Episcopus prouidere debeat, vt bene distinguit Puteus decis. 162. *fuit dubitatum.* numero secundo, & per totam, libro secundo, vbi propterea fuit resolutum, quòd in isto casu locum non habebat indultum Cardinalium concessum Cardinali Burgensi. & dico in gl. 45.

Quo fit, vt cum hodie ex proprio motu S.D.N. Clementis VIII. omnia beneficia patrimonialia diœcesis Calagurritanæ sint prouidenda ab ordinario ad electionem, &
80 præsentationem Capitulorum †, faciendam, de vno ex filijs patrimonialibus, iam per examinatores approbato: in dicta diœcesi, supradicta locum non habeant: & ideo neque intrabit alternatiua per regulam nostrã concessa in illis beneficijs: nec Capitulum sede vacante, nec Vicarius Episcopi, quamuis specialem commissionem non habeat impedientur instituere, & confirmare, cap. 1. de institutionibus, lib. 6. cap. ex frequentibus de institutionibus, glossa verbo *non possunt.* & ibi omnes in d. cap. fin. de off. Vicarij libro 6.

Item adde, quòd in dubio nemo præsu-
81 mitur † esse filius patrimonialis. nisi probetur, & sic agens ad beneficium patrimoniale tenetur probare esse talem filiũ patrimonialem, secundum requisita necessaria loci, vbi beneficium consistit, alias succũbet, vt fuit dictum in vna Calagurritana beneficij de Vnza 22. Iunij an. 1552. teste Caputaquen, decis 289. numero primo, parte prima, vbi rationem assignat, quia agens, vt talis, debet probare esse talem, l. non ignorat, vbi Bart. & omnes. C. de his, qui accusare non possunt, cum similibus: & quod nemo præsumatur originarius, neque ciuis, late tradit Menochius de præsumptionibus, libro sexto, quæst. 30. a numero 11. & sequentibus.

82 Ita vt non credatur Episcopo † asserenti filium esse patrimonialem. Caputaquen. decis. 308. parte prima, & dicta decisione 289. numero tertio, parte secunda: quoniam cum hoc non spectet ad eius officium, non est illi credẽdum, cap. post cessionem, de probationibus. Rota decis. 11. nu. 1. de iurepatronat. in nouis. Caputaquen. decis. 87. a num. 3. p. 3. Puteus decis. 251. *in causa Salmantina.* num. 2. & 3. lib. 2.

Et collatio facta contra formam talis sta-
83 tuti † filio non patrimoniali, est ipso iure nulla. Rota decis. 299. parte prima diuersorum.

Si tamen quis probaret esse filium patrimonialem in lite cum vno, vel rem iudicatam obtineret, talis probatio, & sententia suffragaretur illi, quoad
84 alios, qui tunc in lite non erant. Rota decis. 1010. *in eadem.* libro 1. par. 3. diuersorum, & fuit resolutum in vna Calagurritana beneficij

ficii 30. Octobris 1595. coram R.P.D. meo Litta Acchiles de Grassis decis. 5. de sent. & re iudicata.

Ratio est, quia in causa status personę prodest, & nocet sententia inter alios lata.
85 † tex. in l. ingenuum. ff. de statu hominum, lex 20. titulo 22. Partita tertia. & ibi Gregorius Lopez in glossa *no se acertasen.* additio ad Bartol. in l. quotiescumque. C. de decurionibus, lib. 10. Tiraquellus in tracta. res inter alios. acta limitatione 27. per totam. Abbas num. 4. Felin. num. 7. in cap. cum omnes de constitutionibus. Couarru. in practicis quæstionibus, cap. 15. num. 5. & in 4. libro decretalium secunda parte. cap. 8. §. 3. num. 3. Ioan. Gutierrez cons. 1. numero 3. Acebedus in l. 1. tit. 9. nu. 7. lib. 7. recopilationis. Peregrinus in tracta. de fideicommissis, art. 53. num. 44.

Declara tamen hoc duobus modis, Primo, quòd supradicta procedant, quando probatio, seu sententia fuisset lata cum principa-
86 liter interessato, alias secus, vt post Doctores in d. l. ingenuum. ff. de statu hominum, tradit Mohedanus decis. 8. ad medium, de sen ten. & re iudicata. l. cum non iuste, vbi gl. & Doctores de colluf. detegen. Alexan. in l. sępe num. 58. & 76. ff. de re iudicat. Felin in cap. quamuis num. 9. in principio de re iudicata. Couarru. in pract. quæst. cap. 13. nu. 5, Peregrinus d. articulo 53. nu. 440. Secundo declara, quando sententia fuisset prolata ad fauorem filij naturalis, declarans eum
87 esse talem filium † naturalem, & patrimonialem: aliter vero erit si contra illũ fuisset pronunciata sententia in lite cum vno, quia non nocent illi, quoad alium. glossa 1. in d. l. ingenuum, & omnes ibidem. Mohedanus d. decis. 8. in fin. de re iudicata. Alijs etiam modis potest declarari ex adductis per Couarr. sub d. num. 5. per totum,

Addo etiam in hac materia, quòd filij naturales, & patrimoniales ante electionem, vel præsentationem de illis factam, vel sententiam, non habent ad beneficia patrimonialia aliquod ius, neq;
88 in re, nec ad rem, † etiam post oppositionem per eos ad beneficia vacantia factam, nisi aliter ex aliqua constitutione sinodali; vel iure particulari caueatur. Cassador. decis. 18. num. 5. de præbend. Gomezius in regula de iure quæsito non tollendo, quæst. 1. sub num. 10. vers. *nam per solam oppositionem.* licet Ioan. Gutierrez consil. 1. num. 24. dictum Gomezium in contrarium alleget, Crescentius decis. 7. numer. 2. in fine de iurepatronatus. Mohedan. decis. 1. num. 2. & decis. 34. de præbendis, & fuit resolutum in vna causa Calagurritana beneficij de locano coram Reuerendissimo D. meo Seraphino 5. Maij 1600. & in alia Calagurritana de Arcaya 28. Iunij 1581. coram R. P. D. Mellino, vbi subdit, quòd neque sit necessarium ex tali oppositione, in gratia Apostolica mentionem facere, & alias sępius ita decisum fuit.

Quod etiam procedit in oppositionibus factis ad Canonicatus Doctorales, vel ma-
89 gistrales † prouidendos per concursum, de quibus in sequenti §. dicemus: quia ex dictis oppositionibus non acquiritur oppositoribus ius ad rem: neque regula Cancellariæ 17. de non tollen. iure quęsito, quæ præser-
90 uat ius in re, & ad rem habebit locum † in iure ex talibus oppositionibus quæsito, quia non est considerabile. Mohedanus in d. decis. 1. & decis. 34. de præbend. de quibus vide etiam plura per Mandos. cons. 51. per totũ.

Prædictorum ratio est, quia nemo potest
91 sibi ipsi aliquod ius attribuere, & neque aliquis potest se ipsum præsentare, vel eligere, c. per nostras de iurepatronatus. c. fin. de institutionibus, & docet Puteus decis. 253. incipit *dubitauit.* nu. 2. & 3. lib. 3.

Vbi idem Puteus eodem num. 3. & num. 4. dicit, secus esset, quando non solum esset facta oppositio ad Canonicatum doctoralem, vel magistralem; sed etiam fuisset aliquis doctor, tamquam valde benemeritus vocatus a Capitulo, vt se oPponeret, nam facta oppositione, & verificatis suis qualitatibus, &
92 idoneitatibus, tunc habetur pro electo, † seu præsentato, & esset illi quęsitum ius ad rem cõsiderabile, ex quo sola prouisio deficiat, vt ipse Puteus ibidem affirmat. Quod ego intelligendum puto, quando solus ipse esset oppositor, & nullus alius appositor remaneret, ita vt necessario ille deberet eligi, seu præsentari: alias autem si plures oppositores remanerent, quandiu electio facta non est, esset vtiq; dubius euentus, an ille vocatus eligeretur,
93 vel potius alius, & interim non acquirit ius cõsiderabile, & ita declarat tenuisse Rotam. Mandosius consil. 51. num. fin. in fine, quòd etiam dixit Cassadorus d. decis. 18. nu. 5. de præbend. & n. seq. in fine.

Idem etiam Puteus decis. 235. *Statutum est in ciuitate.* num. 3. & per totam, libro secundo, pariter declarat, quòd supradicta locum non habeant, quando impetratur expectatiua ad beneficium vacaturum, alias ex statuto Ecclesiæ, antiquiori portionario, cui competit ius optandi in prima vacatura prouidendum: Nam tunc cũ expectatiua ad vacatura sit gratia odiosa, licet non sit quæsitũ ius ad
94 rẽ: est tamen ius considerabile, † ad effectũ vt dicta gratia expectatiuæ sit subreptitia, si de tali iure optandi mentio facta non fuerit, vide quoque ipsum Puteum decis. 264. eodem libro secundo.

Hinc fuit dictum in vna Dertusen. Parrochialis

RVRSVS est aduertendũ, quòd licet regula nostra capiat etiam beneficia patrimonialia, & sint per illam reseruata; non tamen passim volunt Pontifices maximi illa conferre, † licet sint ratione mensis reseruata, vel ex alia reseruatione (excepta vacatione apud sedem): sed potius raro illa prouidere dignantur, prudentissimè, & sanctissimè permittendo, quòd ordinarij per concursum, & secundum formas prę fixas, illa dignioribus, & habilioribus patrimonialibus filijs conferant. Ita vt saltim effectualiter, & ferè semper in illis regula nostra cessare videatur: & quando ob nimiam aliquorum importunitatem fiunt aliquę prouisiones de his beneficijs vacantibus in mensibus reseruatis, tunc non alijs, nisi ipsismet filijs naturalibus, & patrimonialibus fiunt. 59

Sicut etiam, numquam solet Sedes Apostolica admittere resignationes in fauorem † alterius personę, nec permutationes horum beneficiorum patrimonialium, nec concedere super illis pensionum reseruationes, nisi causa litis dirimendę, † quę absque vlla fraude inter electos, & institutos tractabatur, vt attestatur Couarruuias in dicto capitul. 36. practicarum quęstion. numero decimo in fine, versic. *nec vidi vmquam*: prout neque ego in hac curia talia vidi, nec audiui, nec legi. 60 61

Forsan autem filii patrimoniales abstinẽt se ab huiusmodi beneficiorũ patrimonialiũ impetrationibus, permutationibus, & resignationibus, propter maximam resistẽtiam, quam timent fieri debere in partibus, vt in pragmaticis Regijs superius citatis constituitur.

Quo fit, vt cum numquam admittantur, nec videantur fieri resignationes istorum beneficiorum patrimonialium, parum fructuosum † erit, quòd disputant Gomezius in d. q. 21. & Mandos. in d. q. 15. super regula de infirmis resignantibus, an videlicet d. regula locum habeat in beneficijs patrimonialibus. & quod adducit Flaminius Parisius de resignat. beneficior. lib. 2. q. 12. dicens quòd talia beneficia possunt in fauorem resignari: nec vllus eorum, quamuis antiqui practici, & Curiales fuerint refert aliquam resignationem in facti contingentia de talibus beneficijs patrimonialibus. 62

Modo supereſt, quòd respondeamus † ad fundamenta, quę attulimus pro parte negatiua, quorum solutio facile ex supradictis apparebit. 63

Non obstat primum, quòd beneficia patrimonialia prouideantur per concursum filiis patrimonialibus, qui se opponunt, &c. quoniam iam diximus procedere in prouisionibus factis ab ordinariis, non autem à Papa, quando illi facere placet.

Secundum non obstat ex eo, quod regula de infirmis locum non habeat in istis beneficijs, nam præterquam quod contrarium tenent Mandosius, & Flaminius Parisius in locis proxime citatis, & in tertio fundamento partis affirmatiue, numquam contingit fieri tales resignationes, vt dictum remanet.

Ad tertium, quòd hæc beneficia patrimonialia non veniant sub simplici beneficiorum appellatione dupliciter respondetur. Primo negando hoc esse verum, vt probant Doctores relati in primo fundamento partis negatiuę. Et allegati à Quintiliano Mandosio in quęstione decima quinta. numero quarto, loquuntur de patrimonijs, ad quorum titulum Clerici ordinantur; non autem de beneficijs patrimonialibus. Secundo respondeo, quòd non sumus in simplici beneficiorum appellatione, sed in plenissima, & abundantissima reseruatione omnium beneficiorum qualitercumque qualificatorum.

Minus obstat quartum ex eo, quòd impetratio sit subreptitia, ob non expressionem, quòd beneficium impetratum sit patrimoniale, quia hoc libenter admitto, nego tamen ex hoc inferri, quòd non comprehendantur sub nostra regula, nam si tacetur qualitas beneficij curati, vel electiui, vel similium, † erit gratia subreptitia. cap. cum in illis, de prębendis libro sexto. Rota decisione 41. incipit, *nota quod, vbi Papa*, de rescriptis in antiquis, plene Menochius de arbitrarijs libro 2. centuria 3. casu 201. ex numero 62. cum pluribus sequentibus. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, 1. p. c. 24. n. 91. Et nihilominus videmus, & in nostra regula expresse legimus, quòd beneficia curata, & electiua in illa comprehendantur. 64

Ad quintum, & sextum de pragmaticis Hispaniæ remanet iam data responsio, vltra quòd illę leges non dicunt, † nec disputant, si beneficia patrimonialia cadant, vel non sub reseruatione regulę nostræ, nec in hoc se intromittunt. 65

Et propter metum, & timorem dictę pragmaticę † de stilo, & benignitate dominorum Rotę, non est necessarium, quòd impetrans dicta beneficia patrimonialia diœcesis Calagurritanæ, vel alterius similis, producat in actis causę, litteras Apostolicas prędictę prouisionis, vt fuit resolutum in vna Calagurritana beneficij de Vnza 14. Octobris 1552. coram Guidobono, teste Caputaquen. decisione 410. incipit, *prouisiones Apostolicæ*. parte secunda, & alias sæpe 66

fuit etiam dictum, & superius dixi n. 27.

Ad septimum respondetur, negando beneficia patrimonialia habere tantam similitudinem cum beneficijs Iurispatronatus laicorum, † quòd sit par ratio in vtroq; Quoniam ratio priuilegij beneficij iuris patronatus laicalis nititur in fundatione, constructione, vel dotatione, ne laici abstrahantur † ab huiusmodi operibus pijs, & sanctis, si beneficiorum per illos fundatorum collatio libera, esset Papę reseruata. gl. verbo, *collatio*, in cap. 2. de præbendis in 6. Simonet. de reseruatione quæst. 9. cum ibidem citatis. Couarru. in practicis quæstionibus cap. 36. n. 4. & latius dicam in gl. 18. Et prorsus cessat (inquam) ratio ista in beneficiis patrimonialibus, de quibus agimus, in quibus nulla datur fundatio, nec dotatio de propriis bonis laicalibus, vt in principio diximus.

Octauum non obstat, quia satis specialiter, & expresse dicitur facta reseruatio beneficiorum patrimonialium, quando verba sunt ita ampla, & generalia, † quæ sint apta comprehendere ista beneficia. Bart. & Doctores in l. 1. ff. de vulg. & pupillar. substitut. & in l. prætor. ff. de nou. operis nuntiatione. Caputaquen. decis. 296. n. 2. & diximus supra in principio huius glossæ nonæ, à numero 22.

Ad nonum, de opinione Couar. quoad beneficia vacantia in Curia, datur responsio ex supradictis, videlicet, quòd Couar. hoc non affirmat, & Rota contrarium tenet: & ad † Gambarum responderi potest, quòd loquitur de beneficiis Iurispatronatus laicalis, vel quòd loquitur in reseruatione ad fauorem certæ personæ, & in expectatiua, quæ est odiosa ex adductis in §. 6. proœmiali. n. 74.

Decimum nihil facit, quia siue ista patrimonialia beneficia habeant consonantiam cum iure communi, siue non, non sequitur ex eo, quòd non cadant sub reseruatione nostræ regulę, prout cadunt alia beneficia de iure communi fundata: & idem responderur ad id, quod allegaui ex Dominico Soto, & aliis.

Tandem ad vltimum motiuum de praxi, & obseruantia, patet ex antedictis responsio, nempe quòd ideo prouidentur per ordinarios ista beneficia patrimonialia, quia Sanctissimo D. N. ita placeat, & illa conferre (nisi raro) quamuis sint reseruata, ex sua summa benignitate, & sanctitate, numquam dignatur.

Declaratio. **Declara** tamen supradictam conclusionem, videlicet, quòd reseruatio regulæ nostræ locum habeat in beneficiis patrimonialibus, limitandam fore nisi in indulto, seu priuilegio concesso super illorum prouisione adsint tales clausulæ, † quæ vincant, & superent reseruationem nostræ regulæ, & verisimile sit Papam nolle comprehendi tale indultum sub regula nostra, cum omnia ab illius pendeant intentione, prout dicam de indulto super prouisione Canonicatuum Doctoralium, & Magistralium Hispanię in §. sequenti.

Quo fit, vt existimem difficile intrare hodie, & in futurum reseruationem regulæ nostrę, quoad beneficia patrimonialia diœcesis Calagurritanæ, stante indulto concesso per S. D. N. Clementem Octauum super modo, & forma prouidendi de dictis beneficiis, sub die 28. Aprilis ann. 1596. in quo adest huiusmodi clausula, *decernentes † sub aliquibus derogationibus, reuocationibus, modificationibus, reseruationibus, indultis, constitutionibus, aut Cancellariæ nostræ, & Sedis Apostolicæ regulis, etiam de iure quæsito non tollendo, sub quibusuis clausulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatorijs non comprehendi, nec eis etiam per nos, aut aliquem ex nostris successoribus derogari posse, aut derogatum censeri, nisi de Episcopi, & Cleri Calagurritani, & Calciaten. & hominum dictarum diœcesuum consensu: alias derogatio, vel abrogatio ipsa nulla sit, & toties, quoties dictam derogationem emanare contingerit, toties præsentes nostras litteras, & omnia, & singula in eis contenta in pristinum & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie, & sub posteriori data, per prædictos successores, reintegratas esse, & censeri, &c.*

Prędicta namque clausula, *quod sub quibuscumq, reseruationibus regularum Cancellariæ minimè d. indultum comprehendatur, nec derogari possit, aut censeatur, nisi de Episcopi, & Cleri Calagurritani, & Calciaten. & hominum dictarum diœcesuum consensu, &c.* est potentissima, & numquam intelligitur sublata † deficiente dicto consensu. Rota decisione 137. numero tertio, & per totam. parte prima diuersorum, & decisione 304. parte secunda diuersorum, cum aliis adductis in glossa 18. ante finem. numero 90. & in glossa 36. conclusione prima, limitatione tertia numero 37. faciunt etiam ea, quę in §. sequenti continentur, prędsertim numero 67. Et quæ dixi in glossa quinta, §. tertio de Vicariis, sub numero 72. & numero 73. cum sequentibus,

Ante huiusmodi constitutionem S. D. N. Clementis Octaui non aderat, quoad beneficia patrimonialia diœcesis Calagurritanę, neque in proprio motu Sixti V. † nec alibi, talis clausula, quę excluderet reseruationem ratione mensium, & ideo non est mirum, si fuerint factę tot decisiones Calagurritanę superius relatæ, in quibus fuerit resolutum, quòd reseruatio in illis beneficiis locum habeat, nunc autem attenta d. constitutione, subsistendum erit ex supradictis.

Insuper

chialis 2. Februarij 1593. coram R.P.D. meo Pegna, quòd per oppositionem, & electionem factam ab examinatoribus ad Parrochialē, vigore Concilij Trident. sess. 24. cap. 18. de reformatione non tribuitur ius ad rem, nec aliud considerabile, quando collatio spectat ad Papam, quia Parrochialis erat reseruata, vt etiam diximus in glossa 6. num. 118. & 119.

Fuit tamen decisum in vna Calagurritana beneficij de Ocon. 16. Iunij 1603. coram R.P.D. meo Otimbergo, quòd per sententiā declaratoriam factam ab ordinario, continentem beneficium patrimoniale esse debitum N. vti idoniori, etiam ante præsentationem, & institutionem postmodum faciendas acquiritur ius ad rem, considerabile, ex quo iam erat idoneor ab examinatoribus repertus.

Et de multis modis acquirendi ius ad rem
95 † vide Aeneam de Falconibus in tracta. de reseruationibus, quæst. 4. principali effectu 47. vbi decem colligit modos. Gomezium in regula de iure quæsito non tollendo, q. 1. ante finem. Flaminium Parisium de resignatione beneficiorum, lib. 7. quæst. 1. ex num. 78. Quintilian. Mandosium in regula 32. Cancellarię. q. 3. nu. 5. vbi post Baldum, quem allegat, dicit triplex esse ius, scilicet, ius rei, ius in re, & ius ad rem, & quænam sit illorum differentia: ac dicam in glossa 15. §. 2.

Et quia supra, paulò post principium diximus, quòd super requisitis necessarijs ad probandum, quem esse filium naturalem, & patrimonialem ad effectū obtinendi huiusmodi beneficia patrimonialia, cessante statuto, seu consuetudine particulari loci, erat recurrendum ad sinodales constitutiones, & illis deficiētibus, ad ius cō mune, libuit fanè aliquid dicere, quid de iure communi, secluſa omni alia constitutione, statuto, seu consuetudine, requiratur.

Qua in re dicendum erit, quòd ille erit,
96 inspecto iure communi filius naturalis, † qui probauerit esse originarium illius loci, vbi consistat beneficium. Qualiter autem origo
97 † probetur, quia esset nimis longum hic dicere, & aliquo modo a nostro instituto extraneum, vltra textus capitales in l. 1. & l. adsumptio. §. filius. ff. ad municipalem, & l. ciues C. de incolis lib. 10. l. filios l. origines C. de municip. & originar. eodem libro 10. & vbique Doctores, gloss. verbo. *alienigenas*. & ibi Doctores in cap. 1. de vsuris. lib. 6. Abbatem, & Felinum, num. 13. & 14. in cap. Rodulphus de rescriptis: vide Boherium decis. 13. nu. 6. & 7. ac per totam, Matthæum de Afflictis decis. 384. a numero 2. & 8. ac per totam. Burgos de Paz in l. 3. Tauri, parte prima a num. 375. Ignatium de Salcedo in additione ad praxim Bernardi Diaz, cap. 54. ex numero 23. vsque ad finem. Acebedum in l. 19. titulo 3, lib. 10. recopilationis. Mascardum de probationibus conclus. 1147. incipit, *varia, & multiplex probatio*. per totam. Nauarrum cons. 2. de Parrochijs, alias 41. sub titulo de præbendis. Ioannem Gutierr. cons. 7. per totum. Mandosium in regula 16. de concurrentibus in data, quæst. 38. Menochium de præsumptionibus, lib. 6. præsumpt. 30. per totam.

Et ex decisionibus Rotæ, vide Cæsarem de Grassis decis. 5. & 6. sub titulo de constitutionibus, & decis. 15. & 17. sub titulo de probationibus, & decis. 5. sub titulo qui filij sint legitimi, in quibus fuit latè disputatum, in vna causa Legionen. Cappellaniæ, an nepos acquirat originem † ex auo paterno,
98 quando in eius vita nascitur, nam quamuis inspecto iure communi, de quo nepos nascitur in potestate aui, erat communis opinio, quòd sic Boherius d. decis. 13. numero 6. & 8. Cæsar. de Grassis dicta decis. 6. de constitutionibus, & decis. 15. numero finali de probationibus: tamen quia per legem 47. Tauri, in Regnis Castellæ, filius per contractum matrimonij liberatur a patria potestate, fuit resolutum, quòd nepos natus in vita aui, (ex quo non nascitur iu eius potestate,) nō acquirit (ad effectum † de quo agimus) originem ex
99 persona aui. Cæsar de Grassis d. decis. 5. qui filij sint legit. per totam. Rota decis. 359. nu. 1. & per totam parte prima diuersorum, Et quamuis opponebatur, quòd illa lex 47. Tauri procedebat in fauorabilibus filio dumtaxat, fuit dictum per decisionem 5. eiusdem Cesaris de Grassis, sub titulo de constitutionibus, quòd adhuc procedebat in casu isto, nam agebatur de fauore patris, vt eius filius non nascatur in potestate aui, sed in ipsius patris potestate.

Vide etiam de hac materia Rotam decis. 150. per totam, parte secunda diuersorum, & decis. 414. parte prima diuersorum, vbi fuit resolutum, in vna Placentina Archidiaconatus 30. Octobris 1577. quòd ad istum effectum, inspecto iure communi, filius sequi
100 tur originem patris, † non matris, iuxta tex. in d. l. adsumptio. §. filius. ff. ad. municipalem, Et quāuis opponebatur de constitutionibus, & consuetudinibus Burgen. Calagurritan. & Palentin. secundum quas acquiritur origo ex parte matris, prout etiam refert Mandosius in regula 19. quæst. 15. num. 21. fuit responsum, quòd dictæ constitutiones, seu consuetudines, erant contra ius commu-
101 ne, † & non porrigebantur ad aliam diœcesim. Paulus de Castro cons. 310. n. 2. lib. 1. Riminald. cons. 9. num. 27. lib. 1.

Dicit

Dicit tamen Alphonsus Soto glossator antiquus, in glossa ad regulam de prærogatiuis expectantium, quæ est in fine regularum, in secunda parte illius regulę, vers. *& dubia essent.* folio mihi 106. quòd ad effectum dictæ regulæ fuit dubitatum, an quis deberet reputari illustris ex sola origine † matris, & quòd quamuis ipse glossator opponebat, quòd nō, & allegabat multa iura maximè l. 1. §. 1. ff. de iure immunit. & l. pronunciatio. §. fin. cum lege sequenti. ff. de verborum significatione, & cap. vbicumque de pœnis, lib. 6. Rota vero contrarium tenuit, † ex eo, quòd in istis beneficialibus, & spiritualibus non erat multum attendenda distinctio personarū, an ex patre, vel ex matre illa nobilitas procederet, argumento l. cap. nouit. §. cæterum de iudicijs, iuncto tex. in authentico de incestis nuptijs. §. 1. in verbo *generi.* & quæ ibi notat Angelus, collatione 3. Pro qua resolutione adduci potest Bart. in l. fin. q. finali sub numero 7. vers. *quædam sunt qualitates.* ff. ad municipalem, vbi dicit, quòd quædam sunt qualitates, † quæ possunt indiferenter congruere patri, & matri, vt esse ciuem, vel commitatensem: esse adscriptitium, vel adscriptitiam, in quibus matris conditio inspicitur.

Annecto prædictis quæstionem ab eodem Bartulo suscitatam in l. 1. numero 8. ff. ad municipalem, an videlicet per baptismum, quis efficiatur ciuis? † Nam per baptismum quis liberatur à peccato, & seruitute, qua tenebatur Satanæ, & Angelis eius: concludit ipse Bartolus, quòd quantum ad temporalia credit quòd non, quia certi sunt modi, per quos ciuitas contrahitur, vt ibi, & in l. ciues. C. de incolis, libro 10. sed quantum ad spiritualia remittit se ad Canonistas: ego vero ex canonistis nullum inuenio, qui istam quæstionem tangat.

Tenendum † tamen est, quòd per baptismum acquiratur origo inspecto iure communi, vbi non adest expressum statutum in contrarium, ratio est, quia sicut per natiuitatem temporalem acquiritur origo, quæ est magis propria, quam si ex qualibet alia ratione acquiratur, & magis attendenda l. Ciues. C. de incolis l. filios. C. de municipalibus, & originar. Ita pariter acquiritur per baptismum, qui dicitur Natiuitas, & per quem quis de nouo nascitur. † cap. debitum vers. *oportet.* de baptismo; Imo eodem modo, sicut natiuitas temporalis plus attenditur, quoad munera temporalia, vt Bartolus vbi supra asseuerat, ita ista natiuitas spiritualis baptismi, videtur anteponenda, † quoad spiritualia, & beneficialia. Et expresse, quod per baptismum acquiratur origo, tenet Lucas de Pena in d. l. Ciues sub numero tertio. C. de incolis, libro 10. & Rebuffus in tracta. de pacif. possessoribus, numero 217. in fine, vbi dicit, quòd si Iudeus † exterus baptizaretur in Regno Franciæ efficeretur statim Regnicula, Acebedus in l. 19. numero 11. titulo 3. libro primo recopilationis, licet dicat non applicari hoc de Iudeo extero baptizato in Regno, quoad Hispanię Regna, propter alias qualitates a pragmaticis requisitas; Probat etiam optime lex 2. titulo 24. Partita quarta, ibi, *la nouena por tornarlo Christiano.* quam legem non allegat Acebedus, vbi supra, & est semper † memorię commendanda dicta lex partitę, quia ponit decem modos, per quos acquiritur origo, & aliqui illorum non erant ita clare expressi de iure communi. Et cum illa lex sit interpretatiua iuris communis, nec de iure canonico, vel ciuili contrarium reperiatur, prout raro, aut nunquam reperietur, est seruanda etiam in Rota, † & maximè in causis illarum partium argumento, c. 1. & 2. de noui operis nuntiatione. Palatius Rubeus in ca. per vestras de donat. inter vir. in introductione, nu. 16. Surdus cons. 2. num. 37. lib. 1. Et in diœcesi Calagurritana est super hoc de acquirenda origine per baptismum constitutio sinodalis 3. sub titulo de institutionibus, licet certis modis modificet.

Accedit etiam, quòd per baptismi librum probatur † origo, vt tradit Rebuffus in tracta. de regist. numero decimoquinto, versiculo *sexto, vt apud veteres.* Mascardus illum referens de probationibus dicta conclusione 1147. numero vigesimoprimo.

Hoc tamen de origine per baptismum acquirenda intelligendum erit, cessante † fraude, nam si fraudulenter baptizaretur puer in aliqua Parrochia extranea, causa acquirendi originem, & naturalitatem ibidem, cū alias minime baptizaretur, & esset prorsus extraneus, minime iustum esset, tali fraudi locum dari debere, in præiudicium aliorum filiorum patrimonialium. l. in fundo. ff. de rei vendic. cap. fin. de renunciatio. in 6. clemen. 1. in fine de renunciatione. Boherius decis. 287. sub numero primo. Caputaquen. decis. 101. num. 2. parte prima. Et in specie in diœcesi Calagurritana adest expressa constitutio hoc declarans, quę est 3. sub titulo de institutionibus. in n. 111. citata.

Sed neque in hac materia est obliuiscendum Consilij Baldi 183. *Statuto Ciuitatis Veronen.* num. 2. in fine libro secundo, vbi consuluit, quòd quando agitur de probanda origine alicuius, vt recipiatur ad aliquod Collegium, siue vt in casu nostro, ad beneficium patrimoniale, est facienda interpretatio in dubio pro admissione, & sic non rigidè, sed benignę cum non agatur de considerabili alterius

terius præiudicio, quod consilium extollunt, & confirmant Alexander cons. 30. num. 14. & sequentibus, & cons. 42. libro 2. Cephalus cons. 237. n. 25. cum sequentibus lib. 1. & Rota coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Seraphino in vna Cantuar. 24. Martij 1572. & in alia Toletana portionis 1. Maij. 1594. coram Illustrissimo D. Mantica. Et quia dispositio excludens certum genus personarum est contra ius, & restringenda, & superius tetigi sub num. 36.

Et de filijs patrimonialibus Burgen. qui sunt quadragenarij, quomodo sint admittendi, & preferendi ratione antianitatis, alijs magis idoneis, si bene legant, & mediocriter construant, vide Crescentium deci. 12. de concessione prębendę.

Superaddo quoque, quòd filius patrimonialis, qui se opponit
115 post terminum per ędictum † assignatum, re integra, ideſt ante factum examen, debet admitti, etiam si non doceret de impedimento, vel ignorantia, vt censuit Sacra Conc. Trid.
116 Cong. in terminis parrochialium, † nec non fuit resolutum in Rota, in terminis beneficiorum patrimonialium. 22. Aprilis 1602. coram R. P. D. meo Otimbergo, vbi rationem assignat, dicens, quòd interest Ecclesiæ
117 † plures habere oppositores, ex quibus commodior eligi possit, cap. de quibus 20. distinctione, cap. noscitur, in fine de his, quæ fiunt a Prælato, &c. Cæsar de Grassis decis. 2. num. 12. de iureiurando.

Et quia, si in iudicialibus potest Iudex ex officio, inuita parte, admittere, & expectare
118 contumacem. l. 1. C. quomodo, & quando Iudex, cap. consuluit, vbi glossa verbo *gratiam.* & Felin. nu. 1. post omnes, de officio delegati. A fortiori in prouisionibus, & electionibus extraiudicialibus, (vt inquit ipsa decisio.) Quod bene nota, quia de stricto iuris rigore contrarium erat dicendum, vt per glossam verbo *peremptorio.* in cap. fin. de electione in 6. & latissime tradit Lambertinus de iurepatronat. lib. 2. parte secunda, quæst. 9. art. 26. ex nu. 1. & per totum d. articulum, & Ioannes Gutierrez lib. 3. practic. quæstionum, quæst. 42. ex numer. 45. & ferè per totam.

Summaria Annotationum.

1 *Nullitatibus, & attentatis, processuum beneficialium de partibus, Auctor obuiare intendit, quia dicti processus passim subiacent illis.*

2 *Processus de partibus ad Curiam transportati, modicum valent.*

3 *Rota non curat multum de sententijs de partibus, nec vult exequi illas, licet appareat de re iudicata, nisi visis processibus, & numero 4.*

5 *Sententiæ de partibus, sine processibus, in nonnullis casibus suffragantur apud Rotam, videlicet, quando non agitur de executione illarum; sed de remissione ad partes, & quando adest longa obseruantia, nu. 6. & ad effectum reprobationis testium, num. 7. & in sententia hæresis num. 8 in materia censurarum, num. 9. quando adest confirmatio Apostolica, num. 10. si agitur dumtaxat de adminiculando, numero 11. in causis modicis, num. 12. & similibus, & num. 13.*

14 *Beneficiorum in prouisionibus, aliquando extra iudicialiter, aliquando iudicialiter procedit.*

15 *Beneficiorum collatio, regulariter est actus extraiudicialis, nec est de processu, nec pertinet ad processum. & num. 16.*

17 *Iudiciales actus sunt recipere testes, & proferre sententiam.*

18 *Extraiudicialis actus est comparere coram ordinario, & implorare eius officium, pro obtinenda collatione, nec ex eo resultat litigium.*

18 *Datarius non est Iudex impetrantium beneficia, etsi ante impetrationem soleat extraiudicialiter informari.*

19 *Extraiudicialis processus est ille, quem facit executor litterarum, quando non adest clausula* vocatis vocandis, &c. *& numero 20. & 21.*

22 *Extraiudicialis actus est impetratio commissionis, & datio Apostolorum, num. 23. & receptio informatiua, n. 24.*

25 *Prouisio beneficij, si sit actus extraiudicialis, non tenetur Iudex testes comparare, nec sententiam formare, nec de facili detegitur iniustitia, & nu. 26.*

27 *Extraiudicials appellatio regulariter non habet effectum suspensiuum, & n. 28. nec inducit attentata, & n. 29.*

30 *Appellatio extraiudicialis differt a iudiciali in quatuordecim rebus.*

31 *Extraiudicialis actus, nunquam transeunt in rem iudicatam, nec per illos dicitur lis introducta, numero 32. nec interrumpunt, & num. 33. & 34.*

Extraiu-

35 *Extraiudicialiter quando proceditur, potest collator conferre extra proprium territorium.*

36 *Appellatio, interposita a prouisione, quando cognoscetur, si sit iudicialis, vel extraiudicialis, & n. 37.*

38 *Prouisio beneficiorum est iudicialis, quando sunt oppositores iudicialem processum formantes, &c.*

39 *Iudicialis actus, vt aliquis sit, quid requiratur.*

40 *Prouisio per concursum sæpe est actus extraiudicialis, & num. 41.*

42 *Concursus extraiudicialis qualiter fiat.*

43 *Confirmatio electionis, interdum est actus iudicialis, & interdum extraiudicialis.*

44 *Executor litterarum beneficialium potest assumere partes Iudicis, sed non tenetur.*

45 *Iudicialiter quando proceditur in prouisione beneficiorum, seruari debet tela iudiciaria, summaria tamen, secundum formam clementinæ sæpe de verb. sig. & nu. 46.*

47 *Processus beneficiales, quas nullitates, & attentata frequentius patiuntur.*

48 *Examen testium fieri debet citata parte, & citari debent omnes oppositores, & interesse habentes, & num. 49.*

50 *Citatio ad videndum iurare testes non debet esse incerta, & vaga, sed certa, & ad breue tempus, quia alias esset nulla, & nu. 51.*

52 *Citatio cum termino nimis breui non arctat.*

53 *Citatio facta sine die, vt sustineatur, intelligi debet ad primum diem.*

54 *Citatio pro tali die, & hora, & deinde pro singulis diebus, & horis, an valeat.*

55 *Examen testium de partibus Hispaniæ, regulariter sustinetur à Rota, cum vnica tantum citatione pro toto termino probatorio, nisi fiat in diuerso loco, & n. 56.*

57 *Examen testium, quando fit extra locum iudicij, est intimandum recessus Receptoris.*

58 *Citatio noua requiritur, quando terminus probationis fuit elapsus, & alius de nouo conceditur, cum sit diuersus, & num. 59. & quando terminus est suspensus, n. 60. aut Iudex mutatur, & num. 61.*

62 *Citatio debet esse certa, & cum termino breui ad viden. iurare testes, quando examen fit sine assignatione termini.*

63 *Examinari possunt testes absque præfixione termini, quia non est de ordine substantiali, & sic seruatur in curia, & n. 64.*

65 *Reus grauatur, quando compellitur probare suas exceptiones sub eodem termino communi, quia prius actor debet probare intentionem suam, & postea reus suas exceptiones, & sic seruat Curia, numero 66. licet aliter se habeat stylus Hispaniæ, numero 67. qui stylus iustificatur, vt num. 68. nisi ex iusta causa, & num. 69.*

70 *Probationes factæ post terminum, quando valeant.*

71 *Citatio non requiritur, quando pars comparet, dummodo sit instructa, num. 72. nec quando alias constat de notitia, vt num. 73. aut esset contumax, nu. 74. aut respondit se habere pro citata, nu. 75. aut testes examinati essent mortui, & nu. 76.*

77 *Citationis defectus ad examen testium, suppletur, quando exaduerso dantur interrogatoria, saltim, vt talis defectus sit sanabilis.*

78 *Interrogatoriorum de materia, plures citantur.*

79 *Interrogari per interrogatoria testes, an sit consultius, priusquam examinentur super articulis, & num. 80.*

81 *Examen testium neglectis interrogatorijs datis factum, non est nullum, sed testes non probant, nisi repetantur, & interrogentur, expensis illius, qui fuit in culpa.*

82 *Interrogatoria dans, an teneatur contribuere in expensis remissoriæ, & quid agunt prudentes procuratores, & n. 83.*

84 *Articuli semper sunt dandi in Curia, & inserendi in remissoria.*

85 *Articulans super probanda consuetudine, vel præscriptione, ac examinans testes aduertere debet, quòd concludatur per dictionem, (& citra,) & non absque dictione, (&.)*

86 *Testis depositio, dicens, quòd vidit a quadraginta annis citra, verificatur in eo, quòd heri, aut nudiustertius videre potuit, & propterea corruunt plures probationes, & numero 87.*

88 *Articuli super probanda consuetudine, aut præscriptione debent continere dictionẽ (&.)*

89 *Dictio (per) denotat temporis continuationem, & ibidem qualiter sit formandus articulus.*

90 *Articulus ad probandum consuetudinem, vel præscriptionem debet concludere de tempore necessario ante litem motam.*

91 *Dictio (& plus) prolata ateste, in quo tempore verificetur, & num. 92.*

93 *Fama vt probetur, debet concludere testis per verbum (fuit, & est,) licet aliquando ratione circunstantiæ sit contrarium dicendum, & n. 94. & 95.*

96 *Testium dicta sunt adiuuanda, non calumniauda.*

97 *Fama non probatur per testes, dicentes super articulo vltimo, de prædictis extare publicam vocem, & famam.*

98 *Recusari potest notarius ad examen testium deputatus, & solo iuramento probatur talis recusatio, & nu. 99.*

100 *Notarius recusatus in Hispania, non remouetur in totum: secus in Curia num. 101. concordatur, & num. 103.*

102 *Notarius recusatus non debet pati dispendium ex recusatione, & qualiter prouideatur ad hoc.*

stylus

104 Stylus loci iudicij seruari debet in ordinatorijs.
105 Iudex appellationis tenetur approbare iustum stylum tribunalis inferioris.
106 Recusari potest locus examinis testium.
107 Citatio ad dicendum contra articulos requiritur de iure communi: secus vero de stylo Hispaniæ. n. 108. & quare 109.
110 Citationis ad dicendum contra articulos, defectus, quando suppleatur.
111 Testes iurare debent tactis sacrosanctis Euangelijs; aliud tamen est de stylo Hispaniæ, & quare num. 112. & 113.
114 Notarius mere laicus, an possit examinare testes in causa spirituali, seu Ecclesiastica, & concluditur, quod sic. & n. 115.
116 Commisso examine testium, conceditur etiam facultas exigendi iuramentum.
117 Citatio ad sententiam est necessaria, & omissio illius inducit nullitatem, amplia vt non sufficiat citatio ad videndum voluntatem Domini. & numero 118. & debet esse personalis, num. 119. & 120.
121 Citatio ad sententiam non relenat, quando remanet circumducta: & quando dicitur circumducta. n. 122. & 123.
124 Citatio ad sententiam reuocatur tacite per admissionem articulorum. & n. 125. & iurium. n. 126. declara. n. 128. & 129.
127 Concluſa causa, non datur noua commissio sine derogatione conclusionis.
130 Citatio ad sententiam debet esse peremptoria, nisi in causis summarijs, & beneficialibus. & num. 131.
132 Citationis ad sententiam defectus vitiat, quamuis sit pronunciatum ad fauorem non citati.
133 Citatio ad sententiam de nouo fieri debet, quando remouetur ille Iudex coram quo facta fuit, aut de nouo alius subrogatur, nisi in Episcopo, & eius Vicario, cum factum vnius sit alterius. num. 134. & in Rotæ Auditore, vt num. 135. & 136.
137 Citatio ad sententiam requiritur, etiam in vltima die termini assignati à lege, secus si ab homine, & num. 138.
139 Citari debet ad sententiam, qui fuit contumax in cætero processu.
140 Citatio ad sententiam; an fieri debeat vtrique parti.
141 Citari non debet ad sententiam pars instans pro illa, licet aliqui cauteloſi contrarium seruent. num. 142. & 143.
144 Citans alium, seipsum citare videtur.
145 Committens causam contra aliquem, statim à facto decreto citationis remanet ipse citatus, & quoad eum lis mota.
146 Citari non debet reus se opponens subhastationi bonorum.
147 Sententia lata, nulla parte instante est nulla. & n. 148. limitatur. n. 149.
150 Citatio ad sententiam, an possit tolli per statutum.
151 Nullitas proueniens ex defectu citationis ad sententiam est insanabilis.
152 Citatio ad sententiam requiritur, quando proceditur sola veritate inspecta, & in sententia Iudicis arbitri. & n. 153.
154 Concluſio in causa supplet defectum citationis ad sententiam, maxime in Hispania. n. 155 nisi concluſio sit informiter facta. n. 156.
157 Concluſio ad sententiam, quando dicatur tacite fieri, vel ipso iure.
158 Citationis ad sententiam defectus, suppletur partis præsentia.
159 Præsentia præsumitur, quando notarius asserit, quòd in continenti posi prolationem sententiæ illam intimauit parti.
160 Sententiæ solent in Hispania pronunciari in audientia publica, præsentibus procuratoribus partium, necnon in Curia Neapolitana. & n. 162. & ideo in Cancellaria Regia omittitur citatio ad sententiam. & n. 161.
163 Præsentia partis de tempore latæ sententiæ, quando præsumatur, & qualis debeat esse talis præsentia remissiue.
164 Præsentia partis, quando Iudex cæpit legere sententiam, an sufficiat si postea recedit priusquam compleret.
165 Citatio ad sententiam non requiritur in pluribus casibus remissiue.
166 Nulla licet sit sententia, processus tamen firmus remanere potest: sicut & præsentatio, licet sit nulla institutio. num. 167. & electio, licet sit nulla confirmatio. & n. 168.
169 Nullum potest esse examen testium, & sententia valida.
170 Iudices non curantes de nullitatibus male faciunt.
171 Nullitas noua erit, si pronunciatur in negotio principali, omissis nullitatibus, quando fuit oppositum.
172 Nullitate, nulla maior est iniustitia.
173 Nullitatis iudicium est magis præiudiciale, quam possessorium.
174 Sententia in eadem, potest simul pronunciari de nullitatibus, & de negotio principali.
175 Appellari non potest regulariter ante diffinitiuam, nisi Interlocutoria contineret grauamen irreparabile. numero 176. & 189. vel difficilè posset reparari. n. 177. aut non ex toto n. 178. aut articulus esset præiudicialis negotio principali. n. 179. aut induceret difficultatem, circa causæ decisionem. n. 180.
181 Appellari potest à denegatione termini competentis per procuratorem filij patrimonialis absentis petita. & n. 182. necnon si ratione pestis fuit prohibitus ingredi in Ciuitatem ad subijciendum se examini, & à denegatione admissionis ad concursum, etiam posi lapsũ termi-

num edictorum (re tamen integra) nu. 183.

184 Appellari potest à mala relatione, & grauamine examinatorum ad prouisionem beneficij simplicis; secus tamen si sit curatum, & numero 185. & 187. nisi aliquis examinator ex iusta causa recusetur, & non admittatur recusatio. & nu. 186.

188 Appellari potest à decreto, quòd aliquis sit, vel non sit filius patrimonialis.

190 Appellari potest ab iniusta admissione articulorum, vel non admissione, & n. 267.

191 Appellari potest à denegatione probationis, aut non admissione exceptionis, & coarctatione dilationum. nu. 192, & citatione, breuem terminum continente. num. 193. & à citatione ad locum non tutum. num. 194. & à dilatione iuramenti, num. 195.

196 Appellari potest à pronunciatione competentis, vel incompetentis Iurisdictionis.

197 Appellari potest ante diffinitiuam in causis scholarium, & à sentẽtia excommunicationis, & denegatione copiæ actorum. num. 198. & in alijs casibus. num. 199.

200 Sententia interlocutoria si sit, quando cognoscatur remissiuè.

201 Appellari quando non potest à diffinitiua, potest appellari ab interlocutoria, vel inordinato processu. & nu. 202.

203 Appellatio admitti debet à collatione, seu diffinitiua sententia, mandante fieri alicui collationem, quando proceditur iudicialiter.

204 Appellari semper potest, nisi expresse contrarium reperiatur dispositum.

205 Appellatio est magis fauorabilis, quã sentẽtia.

206 Appellari potest à confirmatione, vel institutione, & talis appellatio suspendit. n. 207. vbi respondetur ad cap. constitutis il 2. de appell.

208 Collatio, & institutio potest fieri in eadem sententia.

209 Appellatio suspensiua non admittitur, in collatione parrochialis, nisi examinatores sint discordes. & num. 210.

211 Consuetudo excludit appellationem suspensiuã à collatione, ne diu vacet Eccles. & n. 212.

213 Appellatio suspensiua à collatione iudiciali excludi potest per statutum, dummodo sit longo tempore obseruatum, aut à Sede Apost. confirmatum, & n. 214. & clarum. num. 216.

215 Appellationem nullus, præter Principem remouere potest.

217 Dictio (statim) intelligitur cum temperamento, secundum materiam subiectam.

218 Appellatio tolli potest per verba æquipollẽtia.

219 Appellatio à collatione beneficij potest per fundatorem remoueri.

220 Appellatio suspensiua non admittitur regulariter ab executione litterarum Apostolicarum.

221 Clausula (sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum) solet apponi, quando appellatur à collatione facta, vigore litterarum, vel executione instrumenti Cameralis, aut quarẽtigij, & quare n. 222. & 223.

224 Clausula (sine præiudicio executionis) præseruat iurisdictionem iudicis, à quo.

225 Clausula (paritis litteris) quando apponitur in commissione. & n. 247.

226 Clausula (vocatis vocandis) facit executorem mixtum, & an det locum appellationi.

227 Appellatio suspensiua admittitur ab executione litterarũ, quando possessor citatus non fuit, aut narratiua verificata non esset. & n. 228.

229 Gratia omnis continet in se taciam clausulam, (si preces veritate nitantur.)

230 Narratiua semper est ante omnia verificanda, quia est pars ipsius gratiæ. & n. 231.

232 Narratiua, quandiu non est verificata, non dicitur habere ius in re, nec ad rem, & est perinde, ac si gratia esset subrepritia, & n. 233. vbi declaratur.

234 Appellatio admittitur ab executione litterarum, quando forma seruata non est, aut literæ sunt subreptitiæ, & n. 235. & in alijs casibus. num. 238.

236 Clausula (amoto quolibet detentore) quid operetur, & quando suspendat executionem, & n. 237.

239 Signatura qualiter rescribere soleat, quando appellatur ab iniusta executione litterarum Apostolicarum.

240 Clausula (si quid exequendum) aufert potestatem exequendi à Iudice à quo, & transfert illam in Iudicem ad quem.

241 Clausula (appellatione remota) tollit appellationem suspensiuam regulariter, nisi sit in parte executiua, quia tunc solum comprehendit resistentes de facto, & nu. 242.

243 Clausula apposita in parte executiua non ampliat gratiam, nec tollit subreptionem.

244 Clausula (appellatione remota) quando non est apposita cum causæ cognitione, parum, aut nihil operatur, nec quando constat de notorio grauamine. & n. 245.

245 Clausulæ (appellatione remota) effectus remissiue.

246 Appellatio suspensiua tollitur ab immissione facta, vigore breuis de capienda possessione.

247 Clausula (parito breui) importat conditionẽ.

248 Ablatiuum absolutum importat conditionem.

249 Clausula (partito breui) stante, ante omnia est dimittenda possessio, cum fructuum restitutione, & expensarum solutione.

250 Clausula (parito breui) aufert iurisdictionem ante paritionẽ, declaratur. n. 251. & 252

253 Appellatio suspensiua admittitur ab executore breuis, quando possessor legitime citatus non sit in propria persona, quia agitur de graui præiudicio. & n. 254. & 256.

255 Procuratoris generalis comparitio, non supplet defectum citationis, quando agitur de priuatione beneficij.

Breuis

257 *Breuis (conſtitum) eſt ante omnia verificandum, & qualis debeat eſſe verificatio. & n. 258.& 259.*

260 *Poſſeſſio beneficij de tempore obitus probatur. quando conſtat de anteriori poſſeſſione.*

261 *Appellatio admittitur ab executione breuis, quando non probatur reſeruatio, quia ſine illa non conceditur, & n. 262.*

263 *Breuis cameralis (conſtitum) non dicitur bene probatum, quando non concluditur reſeruatio, aut per probationem contrariam excluditur cum exemplis. & n. 264.& 265.& 266.*

267 *Appellari poteſt ab executione breuis, quando rei probationes, & exceptiones non admittũtur*

268 *Executio breuis locum non habet contra prouiſos à Legato, vel Nuncio, ſi in eo præſeruat prouiſos à Sede Apoſtolica; ſecus ſi ſolum Papa præſeruat prouiſos ab ipſomet. & nu. 270.*

269 *Prouiſus à Legato, vel Nuncio dicitur prouiſus à Sede Apoſtolica.*

271 *Breuis executio ceſſat, quando illud eſſet ſubreptitium, aut gratia principalis. & n. 272.& 276.& 277.& 278.*

273 *Breue excludens attentata, non excludit attentata ratione inhibitionis Rotalis cauſata: ſicut ſi dat facultatem capiendi poſſeſſionem ſine vitio spolij, non ceſſat vitiũ attentatorũ n. 274*

275 *Breuia de capienda poſſeſſione nomine cameræ ſapiunt plus gratiam, quam iuſtitiam.*

279 *Forma breuis non ſeruata ceſſat executio illius. & n. 280.*

281 *Appellatio ſuſpenſiua admittitur ab executione breuis in alijs caſibus remiſſiue.*

282 *Breuis de capienda poſſeſſione de materia, plura dicuntur remiſſiue. & n. 283.*

284 *Breuis executor, quando excedit occurritur ad ſignaturam gratiæ, vel iuſtitiæ, & ibi ponitur praxis.*

285 *Clauſula* (arbitrio Rotæ) *quid ſignificet, & qualiter practicetur, nu. 286.& 287.*

288 *Clauſula*, (arbitrio Rotæ,) *vt intret quando adeſt bonus fumus in negotio principali, minor probatio ſufficit, etiam ſi ſit informis, quia non agitur de graui præiudicio, & n. 289.*

290 *Clauſula*, (arbitrio Rotæ,) *aliquãdo requirit diſcutionem negotij principalis.*

291 *Clauſula*, (arbitrio Rotæ,) *quando intrat reuocantur attentata medio tempore cauſata.*

292 *Conditionis potioris non debet eſſe temerarius, quam obediens.*

293 *Breuis ab executione, quando appellatur ſuperſederi mandatur perſignaturæ Præfectum, & quomodo.*

294 *Rotæ auditor, an poſſit inhibire vigore commiſſionis continentis clauſulam,* (arbitrio Rotæ), *ante declarationem, ſi intret arbitrium. & num. 297.*

295 *Clauſula*, (arbitrio Rotæ,) *intelligitur, prout de iure, & operatur retardationem executionis; non vero reuocationem, & numero 296.*

297 *Petitorium ſæpe committitur in Rota, firmo re manente poſſeſſorio, coram Auditore Cameræ, & qualis ſit effectus.*

298 *Breuis executione pendente, aliquando Papa mandat, quod executor illius pronunciet cum voto vnius ex Dominis de Rota.*

299 *Breuis de capienda poſſeſſione conceſſio, an poſſit impediri per poſſeſſorem, & adducitur caſus practicus, & inſolitus, vbi Papa commiſſit Rotæ inſpectionem, an eſſet concedendum.*

300 *Breuis executionem exceptiones impedientes, an impediant ſimiliter litterarum gratioſæ ſubrogationis executionem.*

Annotationes contra nullitates, & attentata in cauſis beneficialib.

POST hęc ſcripta, ac opus finitum, ad inſtantiam Dilectiſſimi amici, & conſocij mei D. Martini Laurentij Manſo ex oppido de HORMILLA, diœceſis Calagurritan. orti, ac Reuerendiſſimi D. mei Epiſc. Calagurritan. nepotis, in hac Curia Rom. eius negotia agẽtis; ac aliorũ amicorũ: ſuperaddere decreui, nonnulla notanda, ſuper forma procedẽdi in prouiſione dictorũ benef. Patrimonial. quæ etiã ad alias cauſas deſeruient, ad obuiandũ

1 † nullitatibus, & attentatis, quæ paſſim fiunt, ac continent proceſſus de partib. qui per viã appellationis traſmittuntur ad Curiã, in quibus bene verificatur, quod dicit Ægid. Bella. deciſ. 74. incipit, *termini inſtantiæ*, in fine, videlicet, quòd cõmuniter proceſſus, qui portãtur

2 ad Curiã de partibus † modicũ valent. tradit etiam Staphil. de litt. Inſt. §. quiſpiam. nu. 9.

Ac propterea Rota non multũ curat de ſen-

3 tentijs † de partibus, vt dixit ipſa Rota deciſ. 498. n. 3. p. 3. diuerſ. Nec vult exequi ſenten-

5 tias † de partibus, quãuis conſtet de re iudicata, nec apud Rotã probationẽ faciũt, nõ viſis proceſſibus, in quibus tales ſentẽtię fundatę fuerũt, & conſtito de iuſtificatione illarũ: Quia ſi probarent, eſſet quędã indirecta executio ipſarũ, quę numquã à Rota datur, Mohed. deciſ. 11. de ſententia, & re iudicat. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 10. num. 12. eod. tit. Put. deciſ. 204. n. 3. li. 1. Caputaq. deciſ. 128. n. 1. p. 3. Rota deciſ. 84. n. 1. p. 1. diuerſ. & deciſ. 381. n. 1. & deciſ. 704. nu. 2. & deciſ. 1146. nu. 1. & deciſ. 1302. p. 3. diuerſ. & alias paſſim tenuit Rot.

Niſi in nõnullis caſibus, quos hic obiter inſerere libuit, veluti ſi non ageretur de execu

Rota parum procurat de ſententijs de parti. b^a nec eas exequi vult, niſi viſis actis, & multis modis declaratur.

UNIVERSIDAD DE GRANADA

tione talis senten. sed ad effectum remitten-
5 di causam † ad partes. Put. decis. 304. incipit *fuit decisum*, num. 3. lib. primo.

Secundo, quando talis sententia esset an-
6 tiqua, † vltra triginta, vel quadraginta annos, & de illius obseruãtia constaret. Cassad. decis. 3. nu. 3. & per totam de procurat. Put. decis. 338. incipit, *eadem die*. lib. 3.

7 Tertio si ageretur ad effectum † reprobationis testium. Cęsar de Grass. decis. 1. sub n. 8. delocato.

8 Quarto, in sententia ratione hæresis † prolata, de qua non solent dari processus ab inquisitoribus. Caputaquen. decis. 134. nu. 2. & 3. parte 3.

9 Quinto, in materia censurarum, † vt per decisionem Put. 65. lib. 1. fuit resolutum in vna Salmantina censurarum 5. Decembris anni 1595. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Seraphino.

Sexto, quando sententia de partibus esset
10 à papa confirmata. † Caputaqu. decis. 134. num. 1. parte 3.

Septimo, si non ageretur ad probandum,
11 sed ad adminiculandum, † vt fuit decisum in vna Pampilonen. beneficij die 20. Nouembris anni 1595. corã Illustriss. Mantica.

Octauo, quando agitur de causis modicis.
12 † Put. decis. 144. incipit, *fuit dictũ*, n. 3. li. 2.

Ex quibus limitationibus, & casibus potest etiam inferri ad alios similes, de quibus
13 idem † est iudicium, l. quod nerua. ff. depositi. l. fin. C. de constit. pecunia. Felin. in cap. capitulum sanctę crucis. nu. 4. de rescript. Cassador. decis. 6. n. 3. 8. & 9. & 11. de iurepatron. Menoch. de arbitr. lib. 1. casu 84. num. 1. & per totum.

Vt igitur inferius dicenda lucidius percipi valeant, scire oportet,
14 quòd in prouisionibus beneficiorum, † aut proceditur extraiudicialiter, aut iudicialit.

Prouisiones beneficiorum regulariter sunt actus extraiudiciales, & quales effectus in de sequatur

Extraiudicialiter plerunque proceditur,
15 nam regulariter † collationes, & prouisiones beneficiorum sunt actus extraiudiciales. cap. concertationi 8. de appellat. lib. 6. vbi not. Domin. Gemin. numero 3. & Franchus num. 3. ac cæteri scribentes. Imola in cap. finali de presumpt. num. 13. Abb. etiam n. 13. post principium. Felin. num. 22. & 23. & 27. ibidem Lambert. de Iurepat. libro 2. p. 2. quæstione 2. principali artic. 3. num. 3. 7. & 8. & art. 6. nu. 2. & per totum d. articulum.

Hinc collationes, & prouisiones, non sunt
16 regulariter de processu, † nec pertinent ad processum, Rota iuncta addit. Papaz. decis. 3. vt lit. pend. vbi ponit exemplum, quòd si aliquis petat à Capitulo præbendam, & ante electionem fuisset appellatum: & pendente appellatione petatur confirmatio: Si stante huiusmodi appellatione, Capitulum præbendam alteri conferat, seu electio confirmetur, vtrumque valet: & si dicatur, quod cassari debet, quia fit appellatione pendente, verum est secundum Rotam, in his, quæ spectant ad Iudicem, seu causæ proces-
17 sum, veluti † recipere testes, seu proferre sententiam; secus in his, quę non pertinent ad processum, prout est collatio, quod etiam scripsit Ant. de Butr. in c. cum M. Ferrariensis, sub num. 58. ad medium, vers. *ideo si quis petit confirmationem*, de constit. Firmian. in suo repertorio, verbo, *appellatione pendente*, in 1. vers. ad medium incipienti: *Item verum in his, quæ pertinent ad processum*. Lancellottus de attent. 2 p. cap. 12. limitat. 5. n. 1. 2. & 3.

Propterea dixit singulariter Baldus in authentica litigiosa. numero primo. C. de litigios. quòd si quis comparet coram ordinario, & implorat eius officium, pro obtinenda collatione alicuius beneficij, non
18 propterea dicitur † beneficium litigiosum, & subdit hoc esse necesse sciri, in Palatio Apostolico, cuius dictum fuit à Rota canonizatum, in vna Calagurritana beneficij de Iocano, sub die 5. Maij 1600. coram Reuerendissimo Domino meo Seraphino Patriarcha Alexandrino, & in alia Calagurritana beneficij 28. Octobris anni 1601. coram R. P. D. meo Lancellotto, & alias sępius. Ad quod etiam facit consilium Nauarri 3. sub titulo de præbend. numero secundo, vbi dicit, quòd collationes quæ fiunt à Papa, fiunt extraiudicialiter, & quòd D. Datarius non est Iudex impetrantium beneficia; licet summarie, & extraiudicialiter soleat informari de prouidẽdorum qualitatibus, & de fumo iuris impetrationum, super quo solet remittere alicui Rotæ Auditori rem extraiudicialiter inspiciendam.

Sic etiam est processus extraiudicialis, il-
19 le, quem facit Iudex executor † litterarum Apostolicarum, super verificatione gratiæ, quando non adest clausula, *vocatis vocandis*, nec est aliquis à possessione, quam occupauit expellendus, vt post Inno. & alios concludunt plene Imola n. 12. & 13. Abb. n. 3. cum seqq. Felin. n. 22. vsq; ad n. 29. vbi multipliciter declarat, ac alios plures allegat, de præsumption. & late prosequitur, quamplures allegans Anton. Gabriel lib. 2. tit. de citation. concl. 1. ex n. 291. cum sequentibus.

Idemque est in executore nominato ad di-
20 spensandum. † Nam talis executor procedit extraiudicialiter; non autẽ iudicialiter: maxime quando in litteris dispensationis oneratur conscientia executoris. Card. cons. 62. ante n. 1. Put. decis. 144. incipienti, *fuit dictum in vna Conchen.* n. 1. 2. & 3. vbi n. 4. limitatur, quãdo adest † clausula, quod aliquis citetur, facit etiã decis. eiusdem Put. 473. n. 1. lib. 2.

Necnon

Necnon dicitur actus extraiudicialis im-
22 petratio † commissionis, seu rescripti. Rota decisione sexta sub numero secundo, vers. *& quia rescripti impetratio, non est actus iudicialis; sed extraiudicialis*. Felinus post alios in capit. quoniam contra, sub numero octauo de-
23 probat. Item datio † Apostolorum, non est actus iudicialis. Rota decis. 82. & decis. 88. de appell. in antiquis. Necnon dicitur actus
24 extraiudicialis, receptio † informationis summariæ super infamia delicti, ad effectum relaxandi mandatum de personaliter comparendo. Rota decis. 16. sub numero 1. de Iud. in nouis.

Effectus namque plures resultant, ex eo, quòd prouisio, seu collatio sit extraiudicialis, vel iudicialis: quoniam, quando proceditur extraiudicialiter, in pri-
25 mis collator, seu Iudex, non tenetur testes † comparare, nec processum formare, nec publicare, sed extraiudicialiter potest animum suum informare. Abb. in cons. 41. incipit, *videndum*, sub n. 1. ante finem, vers. *ex quibus verbis*. parte 1. cum alijs adductis in §. 3. proœmiali ex n. 233.

Nec potest de facili dici, quòd prouisio
26 non sit iustificata, quandiu contrarium non probatur apertè, Puteus decisione 113. numero finali libro 3. cum allegatis in dicto §. septimo proœmiali, à numero 228. cum sequentibus, ac conferunt ea, quæ scripsi in glossa 4. ex numero 124.

Rursus quando proceditur extraiudicialiter, nulla appellatio ex aduerso interpo-
27 sita suspendit † collationem, nec possessionis traditionem, textus sic intelligendus in cap. constitutis il 2. in ordine 46. ad finem, de appellation. vbi not. Abbas numero 6. 14. & 15. Imol. numero 6. & 13. Antonius de Butrio numero nono, decimo, & vndecimo. Franchus numero 8. & 9. & Decius numero fin. Lambertin. de Iurepatron. libr. 2. p. 2. quæst. 11. art. 5. num. 2. Lancellott. de attent. 2. p. c. 12. limit. 5. nu. 4. & 5. & limit. 40. numero 6. & 7. & limit. 49. num. 5. ac fuit resolutum in vna Zamoren. beneficij die 10. Iunii 1575. coram Cotta, & in alia causa Calagurritana 7. Maij 1574. coram Illustriss. Blanchetto, & in vna Compostellana Parrochialis 9. Nouembris 1592. coram R. P. Domino meo Pegna, & nouissime coram eodem in vna Calagurritana de Ollauari 22. Martij huius anni 1604. vbi cum fuisset prius resolutum sub 28. Ianuarij huius anni fuisse attentatas, collationem, & possessionem factam, & traditam ab ordinario cuidam Gaspari, pendente termino ad appellandum, seu appellatione pendente, interposita, à quodam Didaco Lopez: & pro parte dicti Gasparis opponeretur de quadam constitutione sinodali, videlicet capit. decimoquarto sub titulo de institut. disponente, quòd præsentato à maiori parte capitularium præsentantium, statim fiat collatio, & prouisio, & tradatur possessio: ac proposito iterum dubio, super eisdem, me informante fuit resolutum dicta die 22. Martij, dictam constitutionem sinodalem, non excusare attentata, quia vltra alias responsiones, erat intelligenda, quando procedebatur extraiudicialiter;
28 † secus autem quando iudicialiter, vt in casu dictæ decisionis, & vide inferius in quarta annotatione. numero 216. cum sequenti.

Et generaliter nulla appellatio extraiudicialis suspendit executionem, nec causat
29 † attentata. cap. cum inter de election. Rota decisione 4. numero 1. & per totam de appellation. in nou. Franchus in cap. bone 51. ex numero 29. cum sequentibus de appel lat. Vestrius in praxi libro octauo, capitulo penultimo sub numero nono. Couarruuias in practicis quæstionib. cap. 24. nu. 5. plenissime declarat Lancellot. de attent. 2. p. c. 12. limit. 3. n. 1. & per totam. Et ista est vna differentia inter appellationem extraiudicial. &
30 iudicialem ex quatuordecim differentijs † assignatis per Abb. in dicto c. bone. 51. ex n. 7. vsque ad num. 10.

Itidem actus extraiudicialis numquam
31 transeunt † in rem iudicatam, ex quo deficit iudicium, & sententia. Imol. in cap. finali. numero 5. & 12. de præsumpt. Abbas in cap. 1. sub nu. 13, post princ. de his, quæ fiunt à maiori par. cap. idem Abb. in d. cap. fin. sub nu. 15. post princ. & Felin. sub num. 33. ante fin. de præsumption.

Prout etiam per actus extraiudiciales
32 non dicitur † lis introducta, vt not. Doctores in cap. fin. de elect. in 6. Lambert. de iurepatron. lib. 2. p. 2. q. 2. princ. art. 3. numero 3. & per totum, & art. 6. num. 3. Lancellot. de atten. 2. p. cap. 4. in præfactione. numero 275. in nouiori impressione, post alios, quos ipse allegat.

Nec extraiudicialis actus, vel declaratio
33 interrumpit † prescriptionem regulæ de triennali. Puteus decisione 174. numero 4. lib. 3. Neq; vllam aliam prescriptionem in-
34 terrumpit denuciatio, aut protestatio † extraiudicialis. l. alienam. ff. pro emptore. cap. nihil de præscript. vbi late Felin. numero 5. & in cap. illud sub numero decimoseptimo, versiculo, *decimaquinta conclusio*, eodem titulo de prescript. Fran. Balb. in tractatu de præscript. 3. p. 6. p. princ. q. 4. numero 18. & 19. cum sequentibus, vbi multis modis declarat.

Sic etiã, quãdo proceditur extraiudiciali-

ter, collator potest conferre extra proprium
35 † territorium. c. post electionem de concess. præben. cum adductis in glo. 62. ex n. 2.

Ad cognoscendum autem, si appellatio interposita, à collatione, vel prouisione sit extraiudicialis, vel iudicialis, vt adsint, vel non adsint
36 attentata: inspiciendum † est, an fuerit appellatum à prouidente, vel conferente, vti priuata persona, vel potius, vti Iudice, in forma iudiciali, & contentiosa procedente. Primo namque casu dicetur appellatio, vel actus, extraiudicialis; secus vero in secundo casu, Innocent. in cap. ad dissoluendum. numero quinto de desponsatione impub. Puteus decis. 473. incipit, *eodem die.* libro 2. Lancellot. de attentat. 2. p. c. 12. limit. 3. num. 47. & in eodem cap. 12. limit. 5. numero quarto, vbi post Vitalin. in tractatu clausularum, in clausula, *nihil nouari appellatione pendente*, numero tertio, & alios, quos allegat, scribit, quòd tunc dicitur esse actus de processu, & pertinere ad processum, videlicet, quando non potest expediri per Iudicem, nisi vt Iudicem,
37 † neq; per partem, nisi vti litigantem, & desuper exempla constituit, tradit etiam idem Lancellot. in 2. parte. cap. 4. in præfact. numero 725.

Quando vero proceditur in institutione, confirmatione, collatione, aut prouisione beneficiorum con-
Quãdo in prouisione beneficiorum proceditur iudicialiter, quis ordo seruari debeat. 38 tentiose, veluti, quando adsunt plures † oppositores, & per telam iudiciariam, tanquam contradictores formant processum, & partes procedunt, vti litigantes, ac Iudex, tanquam Iudex: tunc vtique
39 proculdubio talis processus † est iudicialis, cum nihil defficiat, ad hoc, vt sit lis introducta, & iudicium formatum, ex quo adsunt Iudex, actor, & reus, vt in capit. forus. §. in omni quoque negotio de verborum significatione, & post Lappum, Ioann. Andream, & alios concludit Lambertinus de Iurepatronatus, libro secundo, parte 2. quæstione 11. prin. artic. 4. numero primo, & quarto. Felinus in cap. fin. numero 27. de præsumpt. Rota decis. 266. incipienti, *eadem die in causa Conchen.* numero 2. 4. 5. & 8. libro 3. parte 3. diuersorum. Lancellott. de attentat. cap. 12. limit. 3. numero finali in fine, & limit. 5. n. 4. ac fuit decisum in dicta causa Campostellana Parrochialis 9. Nouembris 1592. coram R. P. D. meo Pegna, & coram eodem in causa Calagurritana de Ollauari 28. Ianuarij, & 22. Martij huius anni 1604. & alias pluries.

Neque obstat, quòd alias fuerit dictum, in vna Mediolanen. Parrochialis 19. Iunij 1599. coram Reuerendiss. Domino meo Patriarcha Seraphino, quòd in prouisione Parrochialium per concursum, iuxta formam Concilij Tridentini sessione 24. de re-
40 format. c. 18. non proceditur † iudicialiter, sed extraiudicialiter, quod etiam dixit Rota in alijs pluribus causis.

Quoniam pro responsione dico, vtrumque posse insimul stare, videlicet, quòd parrochialis Ecclesia, seu aliud beneficium
41 prouideatur per concursum, † & prouisio non sit iudicialis, sed extraiudicialis, vt passim videmus in prouisionibus ipsarum parrochialium, & canonicatuum Doctoralium, & Magistralium, de quibus in §. sequenti plenius dicam; necnon in omnibus beneficijs, quæ prouidentur in Curia per
42 concursum. Nam nihil aliud fit, † nisi affigere ædicta, cum certo termino, & scribere, seu admittere oppositores, ac eos examinare, & de eorum habilitatibus, & idoneitatibus per cognitionem extraiudicialem, absque aliqua contentione, aut partis citatione quærere: quibus peractis, ille prouidetur, qui magis idoneus iudicatur. Necnon quòd similiter aliquando etiam sit processus iudicialis. Et hoc comprobatur ex his, quæ tradit post alios Abbas in cap. constitutis. il 2. sub numero 14. post principium, & Franchus numero nono de appellationib. & Lambertinus de Iurepatronatus libro 2. parte 2. quæstione 11. artic. 4. num. 3. & q. 8. ibidem art. 11. dicentes, quòd in terminis c. finali. de electione in sexto disponentis, quòd in facienda confirmatione electionis vocentur competitores per edicta, & admittantur oppositores, &c. iuxta formam eiusdem
43 cap. finali. Interdum † potest procedi extraiudicialiter super confirmatione: & interdum, ac vt plurimum processus fieri debet, cum causæ cognitione in contradictorio iudicio, & requiritur diffinitiua pronunciatio, secundum casus, & occasiones occurrentes, & provt natura negotij postulet. de quo etiam est videnda, glossa verbo, *inanes*, in d. cap. fin. de elect. in 6. & quæ ibi super illa doctores tradunt, & Lambert. de iurepat. lib. 2. p. 2. q. 2. principali. artic. 3. numer. 9. qui desuper plura exempla ponit.

Sic etiam Iudex executor litterarum Apostolicarum, super collatione alicuius beneficij potest assumere partes Iudicis, &
44 iudicialiter † procedere: non tamen tenetur, si non vult, nisi in certis casibus, vt late resoluit per conclusiones, ampliationes, & limitationes Felin. in cap. fin. ex num. 16. vsq; ad nu. 28. de præsumpt.

SI igitur proceditur iudicialiter in prouisione beneficiorum, diligenter cauendum est, quòd omnino seruetur forma iudiciaria.

Nam

Nam quamuis in huiuſmodi cauſis beneficialibus ſit procedendum ſummarie, ſimpliciter, & de plano, † & ſine ſtrepitu, & figura 45 iudicij, vt diſponitur in clemen. diſpendioſam de iudicijs, adhuc tamen erit prorſus ſeruanda forma deſuper† aſſignata per clemen. 46 ſæpe de verbo ſig. quæ ſemper eſt præ oculis habenda.

Quapropter vt facilius euitentur nullitates, & attentata, quæ communiter in proceſſibus de partibus fieri contingit, circa ea, in quibus (experientia docente) frequentius † erratur, ſequentes 47 QVATVOR dũtaxat annotationes collocare propoſui, quorũ duo, ſcilicet prima, & ſecunda reſpicient nullitates: & tertia, & quarta concernent attentata, omiſſis alijs, quia eſſet in infinitum procedere, & obiter nonnulla de diuerſis ſtylis, Curię, & Hiſpanię annotabo.

Examẽ teſtium vt ſit validum quid ſit ſeruanda vſq; ad nu. 116.

PRima annotatio ſit circa examen 48 teſtium, † videlicet, quòd ſemper fiat citata parte ad videndum illos iurare, nam aliter examen erit nullum. l. ſi quando. C. de teſtibus, cap. 2. de teſtibus. Rota deciſ. 15. eodem titulo in nouis. Creſcen. deciſ. 2. numero primo, eodem titulo. Acchil. deciſ. 1. eodem titulo. Caputaquen. deciſ. 274. numero 3. parte tertia.

49 Et ideo omnes oppoſitores, †& intereſſe habentes ſunt citandi, nec ſufficit, quòd aliqui citentur, alij vero non, quia reſpectu non citatorum examen erit nullum, vt fuit deciſum in vna Calagurritana de Maeſtu 27. Octobris 1603. coram R. P D. meo Lancellotto.

Iſta autem citatio non debet eſſe incerta, & vaga, aut nimis generalis, ſed debet eſſe 50 † certa, & ad breue tempus ſignatum, horaſque certas, & ad certum locum, & cum exacta ſpecificatione omnium, ne ſeruitutis ſpeciem contineat Rota deciſ. 17. numero primo, de re iud. in nou. Cæſar de Graſſis deciſ. 15. num. 3. de teſtibus. Mohed. deciſ. 4. nu. 3. eode titulo. Put. deciſ. 158. num. 5. lib. 1. & deciſ. 182. lib. 2.

Vnde obſcura, & indeterminata, ac vaga 51 citatio eſt nulla, † & non arctat. l. aut qui aliter in princ. ff. quòd vi, aut clam. Alex. conſ. 147. num. 13. libro ſecundo. Roman. conſil. 359. num. 8. Socin. in tract. de citation. art. 20. nu. 14. Vantius de nullitat. in rubrica de nullit. ex defectu citationis, num. 20. Rota deciſ. 151. numero 1. & 2. parte ſecunda diuerſorum.

Sicut neque etiam arctat, nec tenet cita- 52 tio cum termino nimis breui, † infra quòd pars comparere non valet, ita vt neque poſt terminum aſſignatum, pars citata comparere tenetur Abbas in cap. cum dilecti, nu. 50. de dolo, & contum. Caſſad. deciſ. 6. num. 3. eodem titulo. Veſtrius in praxi, libro 7. cap. fin. num. 29. Creſcen. deciſ. 6. de dilation. Caputaquen. deciſ. 161. nu. 8. parte ſecunda. Puteus deciſ. 150. numero primo, & per totam, libro tertio, vbi etiam tradit, an, in tali caſu citatus debeat appellare.

Hinc vt citatio facta ſine die ſuſtineatur 53 intelligi debet ad primam diem, vt latè Puteus deciſ. 212. incipit *die* 25. numero 1. libro ſecundo,

Vnde quamuis dixerit Bald. in l. 1. num. 5. ff. ſi quis caution. quòd citatio ad videndum iurare teſtes pro tali die, & tali hora, & dein 54 de ſingulis † diebus, & horis ſequentibus, eſſet bona, & legitima, & Caputaquen. ipſum referens deciſ. 113. num. 1. parte prima: Tamen talis citatio non ſuſtinetur à Rota, niſi per ſolos duos dies. Antonius Auguſt. de citation. num. 24. Rota deciſ. 311. num. 3. parte 1. diuerſ. de quo vide late Vancium titulo de nullitate ex defectu citationis, numero 71.

QVOAD examen vero teſtium de partibus, maxime de Hiſpania, in Rota ſuſtinetur 55 citatio † facta, licet ſit vnica pro toto termino probatorio præfixo, & prorrogato: præſertim, quia ita ſeruatur de ſtylo illarum partium, vt fuit reſolutum in vna Corduben. redecimarum 14. Ianuarij anni 1594. coram Reuerendiſſimo D, Patriarcha Seraphino, & in alia Calagurritana oblationum 26. Maij 1590. coram Comitulo, & in Toletana decimarum de Sarredo. 16. Februarij coram R. P. D. meo Pegna, ac in Pampilonen. decimarum 6. Nouembris 1592. coram R. P. D. meo Pamphilio Rotę Decano, & alias ſæpius, pro quo etiam eſt bona deciſio Cæſaris de Graſſis 6. num. 6. de ſenten. & re iud. tradit etiam Gundiſal. Suarez de Paz. in ſua praxi parte prima, tomo 1. 8. tempore ex n. 45. & tomo 2. cap. 2. de citatione, numero 14. qui fuit allegatus in dictis deciſionibus.

Hoc tamen de ſuſtinendo examine cum vna tantum citatione pro toto termino probatorio nonnullis modis limitandum eſt. Primo, quando examen teſtium fit in eodem lo- 56 co † iudicij, ſeu ciuitate. Nam ſi fieret extra ciuitatem, in loco, aut locis diuerſis, nihil valeret illa prima citatio, aut intimatio decreti admiſſionis ad probandum, ſed iterum debet fieri noua citatio in loco examinis, nã prima citatio, vti admodum vaga, & incerta, non arctat quoad diuerſa loca. Puteus deciſ. 258. num. 5. libro primo. Caputaquen. deciſ. 274. & 293. parte tertia, & magis in ſpecie fuit reſolutum in vna Pampilonen. præheminentiarum de menſe Martij anni

1603. coram R.P.D.meo Litta, & in alia Calagurritana de Maestu 27. Octobris 1603 coram R.P.D.meo Lancelloto.

Immo in hoc casu erit etiam necessaria
57 intimatio † recessus Receptoris, seu Commissarij ab ipsa Ciuitate, vt pars illum sequi valeat, alias examen testium factum per ipsum Receptorem, seu Commissarium, similiter erit nullum, vt fuit resolutum in vna Oueten. iurisdictionis die vltima Martij 1595. coram R.P.D.meo Litta, & in d. decis. Calagurritana de Maestu supra relata.

Secundo limita, quòd non sufficiat prima citatio, quando ille primus terminus prefi-
58 xus fuit elapsus, † & alius terminus esset de nouo concessus. Nam sicut ille nouus terminus assignatus, est diuersus à primo termino,
59 & non idem, cum primus † iam fuerit elapsus. l. sedet si manente. ff. de precario, cum alijs adductis per Anton. Gabriel. in tit. de dilatio. conclus. 2. nu. 1. & per totam. Ioan. Gutierrez de iuram. confirmat. parte prima, cap. 49. ex num. 1. Cæsar. de Grassis decis. 1. num. 1. & 10. sub titulo de confessis: sic etiam prima citatio non suffragatur, quoad testes examinatos, durante nouo termino concesso post expirationem primi, siue concessio noui termini fiat abusiue per viam prorogationis, siue in viam nouæ concessionis, vt fuit decisum in vna Pampilonen. Archipresbyteratus 27. Ianuarij 1603. coram R.P.D.meo Litta.

Limita tertio, vt sufficiat prima citatio,
60 quando terminus assignatus non currit, † sed est suspensus, donec pars aduersa respondeat positionibus, quoad testes, illo medio tempore suspensionis examinatos, vt fuit resolutum; in alia causa Pampilonen. decimarum 6. Nouembris 1562. coram R.P.D. meo Pamphilio Rotæ Decano per gloss. in clem. sepe verbo *post dationem*. de verborum significatione. Bald. in l. 1. num. 4. C. de iuram. calum. Alexand. cons. 72. num. 2. libro 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 12. gloss. 2. num. 31 Asinium in praxi iudiciali. §. 2. cap. 11. nu. 12. cum sequentibus.

61 Quarto limita, quando esset mutatus † Iudex, seu Commissarius, aut Subdelegatus, nã tunc requiritur noua citatio, nec sufficit prima pro toto termino probatorio, Felin. in c. quia. G. sub n. 4. in fin. de Iud. Paul. Castren. in l. ædictũ 55. n. 2. ff. de Iud. Ant. Gabriel in tit. de citat. conclus. 1. n. 14. cum multis per eum citatis, & vide inferius ex nu. 133. cum seqq.

Quinto limita, quando testes essent exa-
62 minati sine assignatione, † seu præfixione certi termini communis: nam tunc examen esset nullum, nisi citatio esset certa, & clara, ex adductis superius num. 50. & sequentibus. Possunt namque fieri probationes, & testes

63 examinari absque dicta præfixione † termini, cum datio dilationis probatorię non sit de ordine substantiali iudicij, vt cum infinitis resoluit Felin. in cap. licet causam, num. 14. Decius eodem num. 14. de probat. Ias. in l. fin. num. 52. & 54. ff. de ferijs. Capicius decis. 1. sub. nu. 32. Vancius in suo tract. de nullit. cap. penult. de nullitat. ex defectu processus, num. 44. Probatio, & testiũ examẽ potest fieri sine præfixione termini.

Et propterea videmus, quòd in Curia nul-
64 lus solet terminus † præfixi ad faciendas probationes, nec vt testes iurent, & examinentur; sed potius quocumque tempore examinantur, ne probationes pereant, nisi quando petitur remissoria, ad probandum in partibus. Caputaquen. decis. 297. parte tertia, & Rota decis. 9. incipit. *omnes Domini*. de testibus in nou.

Si enim actor, & reus insimul, & sub eodem tempore, & termino communi probationes suas facere astringuntur, videretur reus gra-
65 uari, † quoniam prius debet actor intentionem suam probare, & tunc si sit releuans probatio, debet admitti reus ad probandas suas exceptiones, cum actore non probante sit ipse reus absoluendus: & ideo si actor nihil probat, nec reus probare tenetur, nec ante fundatam intentionem actoris, reus probare suas exceptiones compellitur, gl. verbo *exceptionem*. in l. exceptionem. C. de probat. gl. verbo *publicati*. ad medium in c. de testib. 19. de testibus, decisio Pedemontana 154. n. 15. Mascardus de probationibus in quæst. 17. procemiali, num. 11. & in conclusione 37. nu. 24. cum sequentibus. Antonius Gabriel in titulo de testibus conclusione 21. numero 114. Caputaquen. decis. 58. numero quinto, parte 3. Ias. in §. omnium num. 112. instit. de action. Reus non tenetur probare suas exceptiones donec actor probet suam actionem.

Cæterum quamuis hoc seruetur in Cu-
66 ria, † vt quotidie videmus, & attestatur Speculator tit. de dilat. §. viden dum, numero 6. vers. *& nota*. In Hispania tamen nunquam memini vidisse seruari, nec legisse aliquem Doctorem hanc quęstionem mouentem: sed semper idem terminus com-
67 munis † præfigitur actori ad probandum suam intentionem, & reo vt probet suas exceptiones, iuxta l. 1. titul. 6. libro 4. recopil. & lapso dicto termino eodem modo excluditur probatio rei, sicut & actoris; nisi sit persona priuilegiata, cui competat in integrum restitutio, vt in l. 5. d. tit. 6. & l. 3. titul. 8. lib. 4. recopil.

68 Potest sane stylus Hispanię sustineri † ratione celerioris terminationis litium, ex his, quæ tradit Caputaquen. decis. 58. num. 8. & 9. parte tertia, dum dicit, quòd gl. in d. cap. de testibus sub titulo de testibus non procedit, quando ipsemet reus petijt dilationem

ad

ad probandum antequam actor probaret. Quia ex cauſa poteſt Iudex præfixere terminum reo, antequam actor probet, allegans ad hoc Alexand. in l. ſi finita. §. Iulianus, num. 117. ff. de damno infecto. Iaſ. in d. §. omnium, num. 112. inſtit. de action. Et quia Iudex poteſt abbreuiare dilationes, & pariter reo, & actori ſtatuere terminum ad probandum per plura, quæ in d. deciſ. Caputaquen. adducuntur. Fortaſſe tamen ſi in tribunalibus,
69 (ſaltim Eccleſiaſticis) †reus ex aliqua iuſta cauſa inſiſteret, quòd non ſibi præfigatur dilatio ad probandum ſuas exceptiones, donec actor probet ſuam intentionem, obtineret, tũ ex ſupradictis, tum etiam quia multa per patientiam tollerãtur, quæ ſi in iudicium fuiſſent deducta non tollerarentur, cap. cum iam dudum de præbend. cum adductis in gl. 31. ex num. 37.

An vero quando præfixitur certus terminus ad probandum valeant probationes fa-
70 ctæ poſt dictum terminum? † vide plene per Felin. in d. cap. licet cauſam ex nu. 15. & 18. vſque ad num. 23. vbi ponit duas regulas. cum pluribus limitationibus, & declarationibus.

In aliquibus tamen caſibus ſuſtinebitur examen teſtium, licet legitima citatio in forma prædicta non præceſſerit.

Exmẽ teſtiũ ſine citatione quãdo ſuſtineatur vſq; ad nu. 74

Primo quando ipſa pars aduerſa compa-
71 ruit, aut alias præſens fuit † de tempore quo teſtes iurarunt: Nam præſentia partis ſupplet deffectum citationis. Bartol. in l. furioſo, num. 6. ff. de re iud. Abb. in cap. tenor. num. fin. eodem titulo. Caſſador. deciſ. 2. nu. 3. de Iud. Capicius deciſ. 1. num. 37. Gregorius Lopez in l. 5. gloſſ. verbo *emplazar*, tit. 22. parti. tertia. Vancius in tractat. de nullit. capite finali, numero decimoquinto Achil. deciſ. 2. numero quinto ſuper regula de triennali. Rota deciſ. 311. num. 1. & deciſ. 447. num. 3. parte prima diuerſorum; de quo vide etiam bonam deciſionem hoc declarantem, & diſtinguentem, videlicet Caputaq. deciſ. 116. p. 1. per totam.

Vnde fuit dictum in vna Pampilonen. decimarum 6. Nouembris anni 1592. coram R. P. D. meo Rotæ Decano, quòd quamuis in citatione ad videndum iurare teſtes non fit deſignatus locus examinis, prout requiritur, & quòd in actis exprimatur. Puteus deciſ. 262. incipit *Senatus* nu. 1. & 4. ac per totam. lib. 2. cum alijs ſupra adductis, nu. 50. & 51. Tamen ſi pars citanda aliunde ſit bene
72 inſtructa, & de eo conſtet, quòd ſuſtinebitur dictum examen: quod etiam fuit deciſum in alia Pampilonen. oblationum coram Robuſterio de anno 1585. & de anno 1586. coram Comitulo, vbi fuit dictum, tunc conſtare de
73 tali notitia, † quando terminus probandi eſt communis, & vtraque pars examinat ſuos teſtes in eodem loco, & coram eodem Receptore, immediate vna poſt aliam. Præſertim ſi pars, quæ allegat non fuiſſe citatã ſit incola, ſeu domiciliaris loci, in quo teſtes examinati fuerunt. Vel ſi par forma, & ordo fuit ſeruatus in examine teſtium vtiuſq; partis: quo caſu, facilius ſolet Rota, vtrumque examen ſuſtinere, de quo etiam vide plene per Vancium de nullit. tit. fin. num. 122. & 123.

Secundo niſi pars, quæ deberet citari eſſet
74 contumax † in non comparendo, poſtquam à principio cauſę fuit citata ad totam cauſam, & ad ſingulos actus in eadem citatione. Nam tunc nulla alia erit neceſſaria citatio. Et ſi alię citationes fiunt per contumaciam, in ſtratis tribunalium, ſeu per audientiam
75 contradictarum, ſunt potius ex abundanti, quam ex neceſſitate. Rota deciſ. 8. in fine de teſtibus; in nouis. & fuit deciſum in vna Pampilonen. Prioratus de Artojana 21. Iunij 1599.

Pro quo eſt elegans tex. in cap. 2. de dolo, & contum. lib. 6. vbi probatur. quòd Iudex
76 non tenetur citare male appellantem, & a iudicio recedentem, dicit enim tex. ſic, *eum, qui a tua interloqutoria, vel grauamine, quòd perte ſibi proponit illatum, a tua præſentia recedit appellans; cum proteſtari videatur (hoc ipſo) ſe nolle coram te de cætero litigare, citare ad alia, quæ poſtea in iudicio facienda incumbunt, vel etiam ad ſententiam audiendam, niſi ſponte appellationi ſuæ renunciet, non teneris, nec ideo minus (quod in eius abſentia proceſſeris) tutus proceſſus validus reputari debet.* tex. etiam in clemen. 1. eodem titulo, de dolo, & contumacia, reſoluit cum pluribus Vancius in tracta. de nullit. tit. fin. num. 112. & 113.

Tertio ſuſtinetur examen teſtium, vigore primæ citationis, alias nullæ, & inualidę, quando pars citata reſpondit tempore cita-
77 tionis, quòd dabat ſe pro citata, † nam ex tali reſponſione approbauit dictam citationẽ, ita, vt alia citatio neceſſaria non ſit, vt tradit Cęſar de Graſſis deciſ. 15. num. 5. & 6. de teſtibus.

Quarto ſubſtinebitur tale examẽ, ex quadam æquitate, quando teſtes, alias nulliter
78 examinati eſſent mortui, † & ſic repeti, ac denuo examinari non poſſunt. Mohed. deciſ. 7. numero tertio de teſtibus. Puteus deciſ. 196, incipit *fuit concluſum*. numero primo, lib. 2. vbi latius hoc declaratur quomodo, & quando procedit.

Quinto ſuſtinebitur, quando pars, quæ nõ
79 fuit legitimè citata, dedit interrogatoria, † per quæ fuerunt interrogati teſtes examinati: vel ſaltim talis defectus erit ſanabilis per com-

commissionem desuper in signatura Sanctissimi porrectam. Crescen. decis. 1, num. 1. de ferijs. Puteus decis. 301. num. 2. & per totam, libro tertio. Caputaquen. decis. 273. num. 3. par. 3. Marchesan. de commission. secunda parte. cap. 1. super nullitatibus, nu. 58. & 59. Acchil. decis. 1. nu. 4. de testibus, vbi dicit, quòd dans interrogatoria videtur vti velle dictis testium: licet alias nullitas proueniens ex defectu citationis sit insanabilis, sicut ex iurisdictionis, & mandati. Gomezius in compendio signaturæ, num. 68. & 69. Vancius de nullitateex defectu iurisdictionis, numero 6. & in cap. finali, nu. 125. Marchesan. vbi supra, ex num. 19. vsque ad finem. Ferretus consil. 209. num. 9. lib. 1. & vide inferius, num. 151.

De quorum interrogatoriorum materia,
78 † vide gloss. verbo *interrogatoria.* in cap. præsentium de testibus in 6. Speculat. in titulo de testibus. §. nunc de interrogatorijs, num. 1. & per totum. Maran. in praxi 6. parte 7. membro de interrogatione. Bart. in suo tractatu de interrogatorijs testium per totum. Puteum decis. 258. & 317. li. 2. & decis. 23. lib. 3. & Rotam decis. 193. per totam, par. 1. diuersorum.

Interrogatoriorum de materia plura dicuntur.

Et quamuis dicat glossa verbo *interrogatoria* in d. cap. præsentium, de testibus in 6. cum alijs, quòd prius testes sint examinandi per articulum, & deinde interrogãdi per interrogatoria exaduerso data, & hoc etiam seruetur in Hispania, & alijs partibus. In Cu
79 ria tamen secus seruatur, † quoniam priusquam testis examinetur per aliquem articulum tenetur respondere omnibus interrogatorijs partis aduersę, vt quotidię præ manibus habemus: quòd opportunius esse appareret, nam si prius testis iterrogatur, post responsionem ad interrogatoria, magis continebitur, ac pedetentim procedet in responsione articulorum, ne his, quæ prius dixerat contrarietur: sin vero prius examinetur per articulum, quam interrogetur per interrogatoria, audatius respondebit ad articulum, & postmodum ad interrogatoria, ne se in cõtinenti corrigere videatur. Ideo etiam ex-
80 tra Curiam † consultius faciet pars, quæ petat, & protestetur, ante omnia interrogari testes per interrogatoria ab ea data, quã per articulos examinari: quia stante tali protestatione, non potest aliter procedi, vt per Fauium Peregrinum decis. 49. libro 1. Rotam in impressis decis. 511. numero quarto, libro tertio, parte 3. diuersorum, & ita sæpe consului.

Si autem neglectis interrogatorijs, testis non interrogatur per illa, sed dumtaxat per articulos examinatur, non erit examen ipso
81 iure nullum: † sed testes sic examinati non probant, donec repetantur, & iterum per dicta interrogatoria exaduerso data examinentur, & interrogentur expensis illius, cuius culpa, testes prius per interrogatoria examinati non fuerunt. Speculat. in tit. de teste. §. nunc de interrogatorijs sub num. 21. Alex. cons. 172. num. 9. libro secundo. Maranta in praxi 6. parte. §. de interrogatorijs, num. 4. Felin. per tex. ibi in cap. per tuas, num. 2. circa medium, vers. *vnde dicit.* de probat. Antonius Gabriel in titulo de testibus concluſ. 21. num. 20. & 23. Puteus decis. 417. incipit. *fuit tentum.* lib. 1. & decis. 317. nu. 2. libro 2. Additionator ad Vestrium in sua praxi, lib. 6. cap. 2. n. 56. & fuit resolutum in vna Siracusana quarte 29. Maij 1597. coram Gyptio, & alias pluries.

Et quando pars dat interrogatoria ad articulos, super quibus conceditur remissoria
82 ad partes, tenetur contribuere † in expensis remissorię, ex quo ratione interrogatoriorum augetur volumen, seu rotulus remissoriæ, & crescit expensa, vt tradit Franciscus Pauin. in tract. de officio, & potestate, cap. sede vacante, parte prima. quæst. 10. num. 11. Ideo ad euitandas huiusmodi expensas
83 prudenter † faciunt procuratores, nolentes præsentare interrogatoria notario de Curia expediẽti remissoriã, sed mittunt illa ad partes, & ibidem coram Iudicibus remissorialibus presentantur, & protestatur, &c. Articuli tamen semper sunt dandi in Curia, ac inserendi in remissoria, nec potest iudex remis-
84 sorialis alios articulos admittere † cum sit merus executor. Puteus decis. 190. incipit *fuit dictum.* lib. primo: quòd procedit quamuis fuissent articuli additionales Rota decis. 964. incipit *decreta.* nu. 1. & per totam, lib. 3. par. 3. diuersor.

Vlterius reminiscendum semper est, quòd tam faciens articulum ad probandam consuetudinem, prescriptionem, seu possessionem, vel alium similem actum, quam etiam examinans testem super illo, semper aduertat, quòd quando dicitur, *& ita testis vidit seruatum fuisse a tempore quadraginta annorum, &c.* addant (*& citra*) cum illa di-
85 ctione (*&*) † & non absque illa. Nã si adest dicta dictio (*&*) cõcluditur in articulo, & dispositione tempus necessarium; at vero si deficit dicta dictio (*&*) nihil cõcluditur, quia ar-
86 ticulus, ac testis depositio verificatur † in eo, quòd heri, aut nudius tertius gestum fuit: cum palam sit, quòd illud, quod ego vidi fieri heri, sit etiam factum a centum, & a mille annis citra, ita docet Bartol. in l. celsus, nu. 22. & 23. cum sequentibus. ff. de vsucapion. & in l. 1. §. quod autem. num. 1. ff. de aqua quotid. & estiua Felin. post Imol. num. 13. Butrium. n. 50. in fine, & alios in ca. licet

causam

cauſam, numero 8. verſ. *tertia cauſa.* de probat. Bertran. conſ. 84. num. 4. vol. 5. Maſcar. de probat. concluſ. 424. num. 24. & 33. & fuit deciſum in Aſtoricen. beneficij de Villarin, de menſe Februarij anni 1585. coram S.D.N. Clemente VIII. & coram Reuerendiſſimo D. Patriarcha Seraphino in Hiſpalen. decimarum 6. Iunij 1580. & coram R.P.D. meo Pamphilio Rotæ Decano, in vna Pampilonen. decimarum 26. Nouembris 1594. & alias paſſim.

Quo fit, vt cum articulus ſoleat formari in vulgari Hiſpano ſic: *y anſi lo han viſto los teſtigos ſer, y paſſar de tiempo, y eſpacio de quarenta años a eſta parte, &c.* & eodem modo teſtes examinati deponant. Quando proceſſus tranſportatus ad hanc Curiam interpretatur ſub his verbis, *& ita viderunt teſtes eſſe, & fieri a tempore, & ſpacio quadraginta annorum citra*, abſque dictione (*&*), ſtatim opponitur per partem impugnantem talem probationem, quòd nihil concludunt teſtes, ex quo deponunt per dictionem (*citra,*) abſque dictione (*&*): ac Rota declarat teſtes non releuare, &
87 ob hanc cauſam infinitę probationes † corruerunt, & corruunt non obſtante, quòd reſpondeatur ſecundum vulgarem modum loquendi in lingua Hiſpana, comprehenſam cenſeri præfatam dictionem (*&*)

Vnde vt occurratur his inconuenientibus, ſemper quando formatur articulus, & teſtis
88 examinatur, aut dicatur † in vulgari Hiſpano ſic: *de tiempo, y eſpacio de mas de quarenta años y a eſta parte.* ita quòd inſeratur illa dictio (*y*) vt in interpretatione Latina dicatur (*& citra*): Aut concipiatur articulus cum illa dictione
89 (*per*) quæ denotat † temporis continuationē. Bartolus in dicta l. Celſus, numero 25. ff. de vſucap. Felinus in d. cap. licet cauſam, ſub num. 8. ante medium: & per eamdem dictionem loquitur lex 41. Tauri alias 1. titulo 7. libro quinto recopilationis, Aut concipiatur vberius, vt omnis dubitandi occaſio remoueatur per hæc verba, (quòd teſtes ita viderunt eſſe, & obſeruari ſemper per quadraginta annos continuos, & vltra, ac in toto dicto tempore abſque aliqua intermiſſione.)

Sicut etiam meminiſſe oportet, quòd taliter formetur articulus ad probandam conſuetudinem, ſeu præſcriptionem, quòd concludatur de tempore continuo, & neceſſario
90 ante litem motam, † ita vt quamuis detrahatur tempus elapſum poſt litem motam, prout detrahi debet, ex quo a die litis motæ, ſeu conteſtatæ fuit interrupta poſſeſſio, & dictum teſtis deponentis de certo tempore ſit intelligendum a die redditi teſtimonij: adhuc etiam remaneat tempus neceſſarium ad talem conſuetudinem, ſeu præſcriptionem, vt docuit Bartolus in d. lege Celſus, nu. 27. ff. de vſucap. Antonius de Butrio in d. c. licet cauſam, numero 50. ad finem, verſ. *debet etiam eſſe aduertens actor.* & Imol. ſub num. 13. Felin. ibidem. num. 8. ad medium, verſ. *ſis etiam cautus.* de probation. Quibus in locis addunt dd. Doctores non ſuppleri prædictū defectum, quamuis articulus, aut teſtis lo-
91 quatur cum illa dictione (*& plus,*) † veluti, ſi dicat vidiſſe obſeruari per quadraginta annos, & plus, quia illa dictio (*& plus*) a teſte prolata, non poteſt operari, nec ſupplere illud tempus, quòd eſt a principio litis, vſque ad diem examinis, ſeu depoſitionis, quod etiam dicit Maſcard. de probationibus concluſ. 424. num. 24. cum Corneo, & alijs per eum allegatis, quos ego in meis libris non inuenio.

Verum quidem eſt, quòd ſuper hoc multū
92 valebit Iudicantis arbitrium, † vt patet ex deciſione Rotali Cæſaris de Graſſis 10. num. 9. & fin. de teſtibus, vbi fuit deciſum, quòd teſtes examinati ſuper valore certi beneficij de anno 1572. & deponentes a 16. annis, & vltra, & ſic percutientes tempus ab anno 1556. & non concludentes expreſſe tempus ante motam litem: tamen Dominis placuit interpretatio, vt etiam includerentur alij duo anni neceſſarij, videlicet annus 1554. 1555. pro verificatione dicti verbi, *& vltra*.

Fama, vt probetur debet concludi per verbū fuit.

Similiter quando articulatur, & examinatur teſtis ſuper proban da fama, aut communi opinione, attendendum erit, quòd ſemper articulus, & teſtis lo-
93 quatur per verbum (*fuit*, & *eſt*), † non autem per ſolum verbum (*eſt,*) quia potuit eſſe fama orta poſt litem motam, & non antea, ac in ea ſola verificari articulus, & teſtis depoſitio, & ſic nihil probaretur de fama ante litem motam, ac probatio corrueret, tex. in c. licet ex quadam 47. ibi, *& ante litem motam*, vbi gloſſa verbo *motam*, & Abbas ſub num. 3. verſ. *item nota quòd vbi admittitur.* Ancharan. n. 5. de teſtib. Alex. conſ. 150. n. 18. vol. quinto. Decius conſilio 82. volume primo. Corn. conſ. 62. vol. 1. numero 13. Caputaquen. deciſ. 9. num. 1. & deciſ. 413. par. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 749. incipit *fama igitur.* num. 30.

Sed & in hoc caſu intrabit rectum iudican
94 tis † arbitrium. l. 3. §. tu magis. ff. de teſtibus. Conſiderandum ſane eſt, qualiter teſtis deponat, & cum quibus circūſtantijs, & an fuerit minus ſcriptum, quam dictum. l. cum auus 102. in fine. ff. de condit. & demonſ. Ac propterea fuit deciſum in vna Toletana portionis de menſe Decembris anno 1563. coram Ioanne Baptiſta Rubeo, quòd in dubio, quando non conſtat teſtem ſe reſtringiſſe

ad

ad tempus post litem motam, sit illius depositio intelligenda de tempore ante litem motam, scripsit etiam Mascard. de probat. conclus. 749. num. 31.

95 Sic etiam videmus, quòd lex † Hispana 41. Tauri, alias 1. in fin. titul. 7. *de los mayorazgos*, libro 5. recopilationis, quæ dat formam probandi consuetudinem immemorabilem, & consequenter famam, non loquitur per verbũ (*fuit & est*,) sed dumtaxat per verbum (*est*,) vt in illis verbis: *y de ello es publica voz, y fama, y comun opinion*. Testium namque dicta sunt
96 adiuuanda, † non calumnianda. Bald. in l. de quibus, num. 40. vers. *sed quid si testis*. ff. de legibus. Decius cons. 100. num. 2. & cons. 342. num. 5. Cassador. decis. 3. num. 5. de probat. Cæsar de Grassis decis. 9. numero septimo, de testib. Rolan. à Valle cons. 33. nu. 14. volum. 2.

Nec quando famæ probatio requiritur, sufficit si probetur per testes dicentes in fine
97 † depositionis, super articulo vltimo, de prædictis extare publicam vocem, & famam. Paleot. decis. 31. Cotta decis. 322. in manuscriptis. Ferrettus cons. 246. sub n. 2. lib. 2. Mascardus de probationibus conclus. 752. numero primo.

98 **Vlterius** notandum est, quòd potest recusari † notarius deputatus ad examen testium, sicut, & quilibet alius notarius, glo. in authentico de triente, & semisse. §. & quòd sæpe verbo *artificis*. collatione 3. Baldus in capit. quoniam contra, num. 12. vbi Felin. numer. 4. ad finem de probat. Lancellottus de attent. 2. par. cap. 6. num. 17. Caputaquen. decis. 320. nu. 1. par. 2. & decis. 292. par. 3. vbi habetur, quòd nullitas examinis testium proueniens ratione recusati notarij, qui illos examinauit, sit omnino insanabilis.

Quę recusatio notarij solo iuramẽto pro-
99 batur, † vt post Bald. Franc. Alex. & alios, tradit Caputaquen. decis. 102. parte prima, & decis. 64. num. 2. parte 3. Cagnol. in l. si librarius, numero 47. ff. de reg. iur. Ancharan. cons. 263. num. 2. Gregorius Lopez, & alij statim citandi.

Recusato Notario an sit remouendus in totũ vel dãd° adiũctus, & adducitur stylus Curiæ, & Hispanię;

Quo casu in Hispania notarius recusatus
100 non solet in totum remoueri, † sed illi datur adiuntus, sine quo nihil facere possit, vt tenet Gregorius Lopez in l. 22. tit. 4. par. 3. in glo. magna prope finem, qui allegat Ioannem de Platea in l. nulli ad finem. C. de numer. & actuar. lib. 12. dicentem hoc etiam, de consuetudine seruari in pluribus partibus. Auilesius in cap. 35. Prætorum, in glossa verbo *remitta*. numero 4. Gundisaluus Xuarez de paz, in sua praxi tom. 1. par. 1. tempore 10. num. 8. & in annotatione de tabellione, num. 42. Auendanus de exequen. mandat. 2. par. cap. 15. num. 5. & 6. Acebed. in l. 1. tit. 16. numer. 22. & in l. 1. nu. 11. tit. 27. lib. 4. recopilat.

101 In Curia tamẽ contrariũ seruatur, † videlicet, quòd notarius recusatus sit omnino remouẽdus. Quia in remouẽdis notarijs leuis causa sufficit, & quia per dationẽ adiũcti non prouidetur indemnitati partis recusãtis. Nã licet sint duo notarij in scribẽdo, potest tamẽ
19 ille, notarius recusatus reuelando dictim dicta testium, multum prędiudicium parti afferre, cui malo datione adiuncti mederi non potest, vt fuit resolutũ in vna Cęsaraugustana status 16. Ianuarij 1579. coram S. D. N. Clemente VIII. quæ decisio est in impressis 604. num. 1. & 2. parte prima diuersorum, & alias pluries fuit tentum: & hoc esse de iure verius, firmat Ioannes de Plat. & refert Gregorius Lopez in locis supracitatis. Quod
82 etiam videmus practicari in notarijs de Rota, nam quando aliquis recusatur a parte remouetur in totum, & deputatur in locum illius alius notarius: ne tamen ex dicta recusatione notarius, qui emit officium patia-
102 tur † dispẽdium, notarium in locum eius subrogatus, restituit illi emolumentum causæ. deducta certa iusta quantitate, in recompensam laboris.

103 Potest tamen concordari † stylus Rotę cum stylo Hispaniæ: quòd stylus Rotæ procedat in causis pendentibus in eodem tribunali Rotali, in quibus examinantur testes in Hispania vigore remissorię Rotalis, vt tunc notarius remissorialis recusatus, sit in totum remouendus, & in hoc casu loquitur dicta de-
82 cisio 604. parte prima diuersorum: stylus vero Hispaniæ tunc locum habeat, quando causæ pendent ibidem, & nondum fuerunt effectę Rotales, cuius rei ratio est, quia in ordi-
104 natorijs iudicij, stylus, & consuetudo loci † vbi litigatur, & iudicium agitatur, sẽper est seruandus, glossa finalis & ibi Abbas numer. 10. & 11. ac ceteri omnes in cap. quod clericis, de foro competen. Felinus in cap. Ecclesia S. Marię, num. 55. de constit. Rocchus de Curte in cap. fin. de consuet. sectione 8. num. 69. & section. 9. quæst. 16. a numero 37. & 38. Vantius de nullitat. titulo de nullitate, ex defectu processus, num. 56. Iacobus Puteus decis. 99. num. 2. lib. 3. Rolandus a Valle plenissime in cons. 48. n. 1. & per
82 totum.

Ideoque iudex appellationis tenetur
105 † approbare iustum stylum tribunalis inferioris, iuxta quem iudex, a quo processum ordinauit Rolan. post alios d. cons. 48. n. 13. & n. 23. vers. *vlterius*, vol. 3.

Reliqua concernentia materiam recusationis notariorum, & effectus illius, & quis debeat soluere expensas, seu salarium notarij

rij adiuncti, videre poteris penes Doctores ſuperius memoratos.

Illud tamen omittere nolo, quòd etiam
106 † locus examinis teſtium poteſt recuſari. Roman. ſingulari 732. incipit, *litigabant in Ciuitate iſta*, per text. in cap. hortamur 3. quæſtione nona, ad quod eſt bonus text. in capit. ſtatuimus, de officio deleg. in ſexto, & in clement. vnica, de foro competen. & in clem. paſtoralis, verſ. *Piſana quoque Ciuitas*, de re iudicat. cum alijs traditis à Boherio deciſione 40. numero 10. Ac conferunt eæ, quæ de non tuto acceſſu habentur in cap. ex parte 47. de appellat. & in Rota deciſione 5. de reſcriptis, in nouis, & deciſ. 22. numero 2. eodem titulo, in antiquis, & deciſ. 16. & 20. de dolo, & contum. in antiquis. Caſſad. deciſ. 2. & 3. de dolo, & contum. Creſcen. deciſ. 7. eodem titulo. Put. deciſ. 164. lib. 1. Acchil. deciſ. 22. de probat. Maſcard. de probat. concluſ. 17. 18. 19. & 20. per totas.

Quibus addo, quòd quamuis inſpecto iure communi, in examine
107 teſtium ſit neceſſaria citatio ad dicendum † contra articulos. Rot. deciſ. 8. de teſtibus, in nouis. Abbas in c. 2. num. 16. Felin. num. 32. Decius n. 35. eod. tit. de teſtibus. Guidobon. deciſione 79.

In Hiſpania tamen, talis citatio non fit, nec
Citatio ad dicē cū contra articulos non eſt neceſſaria in Hiſpania. 108 de illa curatur, † nec vitiat talis defectus. Tum quia in pluribus tribunalibus non datur copia articulorum, & conſequenter non fiunt, nec dantur interrogatoria, vt tradit Suarez de Paz in ſua praxi, part. prima, tom. primo, tempore 8. numero 131. & fuit deciſum in vna Burgen. Cappellaniæ 17. Aprilis 1600. coram Reuerendiſſimo Domino Corduba nunc Epiſcopo Pacen.

Tum etiam, quia in decreto admiſſionis ad probandum, vulgo nuncupato, (*ſentencia de prueua*,) adijcitur clauſula, (*ſaluo iure impertinentium*,) *&c.* & ſic prouidetur † præiudicio, quod parti poſſet contingere ex ſimplici admiſſione articulorum, qua ratione
109 inuenta fuit dicta citatio ad dicendum contra articulos, vt tradunt Felinus, & Decius vbi ſupra: & ſic ſufficit, ſi per æquipollens ſatisfiat. Caſſador, deciſ. 2. nu. 1. & 2. de Iud. Caputaq. deciſ. 149. n. 1. & 2. p. 3. & ita fuit in terminis reſolutum in vna Calagurritana oblationum 26. Maij 1590. coram Comitulo.

Dixit etiam Cæſar de Graſ. in deciſ. 15. n. 2. & 5. ſub titulo de teſtibus, quòd citatio
110 ad dicendum contra articulos ſuppletur, † quando intimatur commiſſio Receptoris, in qua continetur, quòd examinentur teſtes ſuper articulis hinc inde productis.

Solet etiam opponi in Rota, quòd examen teſtium de partibus ſit nullum ob defectum iuramenti, ex eo quòd teſtes examinati non iurarunt, tactis ſacroſanctis Euan-
111 gelijs, † iuxta gloſſam, verbo, *corporali*, in cap. vt circa 4. de elect. libro 6. & in clemen. 1. §. porro, verbo, *tacta*, de hæret. Abbas in rubrica de iureiurando, numero 2. ſequitur Lanfran. in cap. quoniam contra, in verbo, (*teſtium depoſitiones*). numero 4. de probat. Caputaq. deciſ. 246. p. 2.

Tamen hæc obiectio reijcitur ex contra-
112 rio ſtylo † Hiſpaniæ, de quo ſufficit, quòd teſtes iurent tacta cruce in manibus notarij, vt notiſſimum eſt, & atteſtatur Caputaquen. deciſione 265. parte 3. ac fuit deciſum in vna Ciuitaten. conſtructionis Cappellę de anno 1589. coram Reuerendiſſimo D. Patriarcha Seraphino. Præſertim quia cum notarius, ſeu Receptor atteſtetur ſe
113 recepiſſe iuramentum in forma † debita Iuris, intelligendum eſt illud præſtitum fuiſſe legitime, & eo modo, quo fieri debuit, vt fuit reſolutum in vna Calagurritana oblationum 26. Maij 1590. coram Comitulo, & alias ſæpius, pro quo etiam facit deciſio decimatertia. Cæſaris de Graſſ. nu. final. tit. de teſtibus.

Teſtes qualiter iurare debent.

ITEM ſolet opponi, quòd examen teſtium
114 ſit nullum ex defectu iuriſdictionis, † quando cauſa eſt beneficialis, ſeu Eccleſiaſtica, ex eo quòd notarius, ſeu Receptor, qui teſtes examinauit eſſet mere laicus, ac perſona incapax, cap. decernimus de Iud. Quæ oppoſitio ſimiliter excluditur à Rota, quoniam talis commiſſio data Receptori non concernit delegationem actus, cum exercitio iuriſdictionis, ſed dumtaxat continet
115 nudum † miniſterium, & ſic ſuſtinetur, licet ſit laico conceſſa. clementina prima de officio deleg. Guidobon. deciſion. 158. & fuit reſolutum coram Card. Lancellotto in vna Lucana Caſtri Franchi. Tanto magis ſtante ſtylo Hiſpaniar. de quo teſtatur Caputaq. in d. deciſ. 265. p. 3. & fuit deciſum in vna Calagurritana iuris votandi 19. Ianuar. ann. 1590 coram Orano, & iterum in ſuprad. deciſ. Calagurr. oblationum 26. Maij 1590. coram Comitulo, ac alias ſæpius, ad quod addo expreſſam deciſion. Put. 258. n. 3. lib. 1.

Deinde ſolet opponi, quòd examen teſtium ſit nullum ex defectu iuramenti, quia in commiſsione, ſeu inſtrumento receptorię, non fuerit data Receptori facultas recipiendi iuramenta teſtium; ſed ſolummodo ad examinandum teſtes. huic vero exceptioni reſpondit Iacob Put. deciſione 158. numero primo, & ſecundo, libro primo, di-
116 cens, quòd commiſso † examine, eſt etiam per antecedens neceſſarium commiſſa facultas recipiendi iuramentum, ſine quo examen non valeret. l. ſecunda. ff. de

Iurisdict. omn. iud. capit. præterea de officio delegat. de quo erit etiam decisio Mohedani 4.n.1.& per totam, & decis. 6. de testibus, vbi latius.

SEcunda annotatio quæ etiam respicit nullitates est, circa defectum citationis ad sententiam, in quo, regulam constituo, quòd citatio ad
117 sententiam est necessaria, † & omissio illius inducat nullitatem sententię ipso iure. tex. in clementina sępe. §. sententia vero, de verborum significatione. l. vnoquoque 47. ff. de re iudicat. l. prima. §. cum de edicto. ff. quæ senten. sine appellat. rescind. cap. consuluit. de officio deleg. l quinta in principio. titulo 22. part. 3. Rota decisione 17. numero secundo, de senten. & re iudic. & decisione 361. numero secundo, parte prima diuersorum. Vantius de nullitat. titulo de nullitate ex defectu citationis numero 56. Capicius decisione Neapolitana 1. ex numero 35. Acebedus in l. finali. tit. 17. lib. 4. recopil. ex nu. 39. vsque ad num. 52. Cæsar de Grassis decis. 11. numero 2. de re iudicata. Decius cons. 603. numero 11. Bernard. Diaz in regula 773. incipit, *sententia omnis*.

Citatio ad sententiã est substãtialis, amplia tur 15. modis, & alijs multis limitatur vsque ad n. 174.

Quod amplia primo, vt talis citatio de-
118 beat exprimere † nominatim, quòd sit ad sententiam diffinitiuam audiendam, non autem sufficiet citatio generalis ad causam, vel ad audiendam voluntatem Domini Iudicis, glossa, verbo, *ad id*, in dicta clemen. sępe. §. sententia vero, de verborum significatione, vbi Cardinalis sub numero nono notabili 16. & cæteri. Felinus in cap. consuluit num. 16. de officio deleg. Alex. consil. 115. num. 5. lib. 5. Gregor. Lopez in l. 5. gloss. verbo, *emplazar*, tit. 22. part. 3. Rota decis. 17. num. 1. de sent. & re iudicat. in nou. Vantius tit. de nullitate ex defectu citationis nu. 56. & fuit resolutum in vna Mediolanen. decimarum 27. Ianuarij 1595. coram Orano.

Amplia secundo, vt citatio ad senten-
119 tiam debeat esse personalis, † non autem sufficiat fieri ad domum: nisi quando prius præcesserat citatio personalis in principio causę, & postea in personam citari non potuit, quia, aut citandus latitabat, aut citatio esset difficilis, quia citanda esset mulier, aut alia difficultas aderat. cap. causam quæ, de dolo, & contum. Put. decisione 279. incipit, *in vna Romana*, lib. 2. & decis. 33. & 283. libro 3. Caputaquen. decis. 117. nu. 1. & per totam, parte prima, & decisione 332. & 334. ibidem, & decis. 119. parte 3. Acchiles de Grassis decisione decimaseptima, de dolo, & contumacia. Cæsar de Grassis decisione septima, numero primo, & secundo de senten. & re iudicat. Crescentius decisione 18. eodem titulo. Mohedanus decisione finali, de dolo, & contum. & decisione 18. eodem titulo, & decisione septima, vt lit. penden. Vantius de nullitate ex defectu citationis numero 82. 83. & 84. Vestrius in praxi, iuncta additione libro 5. cap. 13. numero 2. & 11. Rota decisione quinta, & ibi additionator de rescript. in nou. & decisione 36. numero 8. & 9. de procurator. in nou. & decis. 8. & 20. de dolo & contumacia, in antiquis. Cassadorus decisione 12. numero finali de rescriptis. Veral. decisione 111. & 114. parte 1. Antonius Nicellus de concordia glossarum, concordia 52. numero 225. & 226. apud quos
120 lector de hac materia † ad saturitatem reperire poterit, Et in Curia semper seruatur rigurosè, quòd citatio ad sententiam sit personalis, nisi ex vrgentissima causa, & tunc fieri solet ad domum, & in acie campi Florę per diligentias à duobus Cursoribus factas, vt notum est.

Amplia tertio, vt neque releuet citatio personalis ad sententiam facta; si tamen re-
121 manfit † circumducta per non comparitionem citantis. l. & post edictum 37. §. quod si is. ff. de Ind. cap. cum speciali, vbi Innoc. numero quinto. Franchus numero 47. & cęteri de appellat. Cæsar de Gras. decis. 11. n. secundo de sentent. & re iudicat. Roman. cons. 454. nu. 13. Tiraq. de retrac. ligna. §. 15. glo. 2. sub nu. 9. vers. *& idem cum pars aduersa*. Cappel. Tolosana. q. 14. n. 2. Acchil. decis. 13. de dolo & contum.

Vel si maneat dicta citatio circumducta, ex eo, quod fuit facta ad certum diem, seu
122 tempus, & intra † illum, vel illud pronunciata sententia non fuerit: nam si lapso illo tempore pronuncietur, erit sententia nulla ex defectu citationis. Bartolus consilio 176. incipit, *pluries*, sub numero primo. Card. in clement. sępe numero 17. de verborum significatione. Felinus in cap. primo. numero 22. de Iud. Afflictis decisione 387. numero 5. Vantius de nullitate ex defectu citationis, n. 73. Anton. Gab. lib. 7. tit. de citation. concl. 1. n. 113. & n. 437. cum seqq. vbi post plures quos allegat hinc inde concludit, quòd si in
123 die immediate † sequenti Iudex pronunciauerit sustinebitur talis sententia. de quo nihil firmo.

Quarto amplia, quando citatio ad sententiam fuit legitime facta, ac illius terminus seruatus; sed postea fuit ante pro-
124 nunciationem tacite reuocata, † veluti per admissionem nouorum articulorum.
125 † Rota decisione prima, de testibus, in nouis, & decisione prima de probation. in antiquis, & decisione duodecima de renunciation. in antiquis. Aut per admissionem
126 instrumentorum, † aut examen testium. Cęsar de Grasis dicta decisione vndecima,

numero

numero secundo, vers. *defectus autem*, de sentent. & re iudic. Felinus in capit. cum dilectus, numero 19. versic. *& Iudex*, de fide instrumentor. Alex. cons. 72. numero 7. vers. *item si post*. volum. 3. Afflictis decis. 115. num. 2. in principio. Parisius cons. 107. numero 101. & 102. lib. 3. Hieron. Gabr. cons. 43. nu. 41. libro primo. Rota decis. 361. num. 2. p. 1. diuersor. & fuit resolutum in vna Pampilonen. parrochialis 13. Iulij 1600. coram R. P. D. meo Pegna, & in Crotonien. Decanatus 20. Maij 1587. coram Orano, ac alias pluries.

Dicit etiam Ioannes Staphilæus de litteris gratię. §. quando aliquis petit gratiam. numero septimo. fol. mihi. 471. & Roman. cons. 176. numero 13. quòd post conclusionem in causa, † numquam datur noua commissio, sine derogatione conclusionis, de quo habemus expressam regulam 37. Cancellariæ. 127

Ideo ne per admissionem articulorum, vel aliorum iurium, censeatur reuocata citatio ad sententiam, seu conclusio, datur cautela, † quod admittantur absque prę- 128
iudicio actorum citationis ad sententiam, seu conclusionis, vt per Hippolytum de Marsilijs in praxi. §. sequens. numero 52. & 53. Acebedum in l. 10. titulo 17. numero 35. & 36. libro quarto recopilationis: qui etiam adducunt ex mente Rotæ dicta decisione prima de testibus, in nou. quòd tunc per admissionem nouorum iurium censetur reuocata conclusio, quoties Iudex scit esse con- 129
clusum † in causa: secus si ignorat, veluti quia est successor in officio, vel conclusio est multum antiqua: tunc enim non videtur reuocare, vt ipsi dicunt. 135

Amplia quinto, quòd citatio ad sententiam debet esse, aut vna peremptoria, 130
† aut triplex citatio, vt late Felin. in capit. consuluit, numero octauo, de officio delegat. quod vndecim modis limitat ipse Felinus, quorum primus est in causis beneficia- 131
libus, † & alijs summarijs, post gloss. verbo, *peremptorie*. in clem. sæpe. §. sententia, de verborum significatione, vbi Vitalinus nu. 34. Alij decem casus limitationis videri possunt per d. Felinum in dicto cap. consuluit ex dicto num. 7. vsque ad n. 12. 136

Amplia sexto, vt talis sententia sit nulla ex defectu citationis, non solum si sit pronunciata contra non citatum; sed etiam si 132
esset promulgata in fauorem illius. † Bartolus post glossam, ibi in l. si furioso, numero secundo, ff. de re iudic. & ibi communiter omnes. Vantius late de nullitate ex defectu citationis. numero decimo. Caputaq. decis. 140. num. 1. & per totam. p. 3. Ioann. Baptista in tractatu de arbitr. lib. 9. capit. 15. num. 6. resoluit cum pluribus Anton. Gabriel in lib. 5. suarum communium opinionum. tit. de citat. concluf. 1. num. 66. Iaf. in l. nec quicquam. n. 48. ff. de officio proconsul.

Amplia septimo, vt quamuis semel facta fuerit citatio ad sententiam, si postea remoueatur † ille Iudex, coram quo fuit facta 133
citatio, & in locum eius alius postmodum subrogetur ad pronunciandum: seu si ipse Iudex, qui citauit postea deleget alteri sententiæ prolationem: quòd talis nouus Iudex subrogatus, siue delegatus, pronunciare non possit, nisi fiat coram illo alia noua citatio. glossa in l. consentaneum, verbo, *à quo*. C. quomodo, & quando Iudex, vbi Bartolus numero vndecimo. Baldus numero septimo. Salicet. numero nono. Felinus in capit. quia Gu. numero 4. in fine, de Iudic. cum alijs per Anton. Gabr. tit. de citat. concluf. prima. numero 114. & tetigi supra numero 61.

Quod tamen, non habere locum arbitror, in Episcopo, qui postquam citauit ad sententiam, remisit causam pronunciandam suo Vicario † generali, vel quãdo sũt duo Vicarij generales, aut Iudices idẽ tribunal cõstituentes per hebdomadas; tamen alternatim certa negocia expedientes, & vnus, ac alius pronunciat. Nam tunc non erit noua citatio necessaria, cum factum vnius dicatur alterius. cap. 2. de consuet. in sexto, vbi notat Franchus numero quarto, & facit bene decisio Putei 348. numero primo, & secundo, libro primo, vbi habetur, quòd sententia ab vno Auditore Rotæ prolata potest ab alio subscribi, ex quo omnes constituunt vnum tribunal, † de qua subscriptione plura dixi in glossa 60. ex num. 75. cum sequentibus. 134

Immo d. Put. in dicta decisione 348. numero 3. & 4. libro primo allegat pro fundamento Castren. & Iacob. de Sancto Georgio, dicentes, quòd quando citata parte coram Iudice ad sententiam, Iudex delegat alteri Iudici prolationem sententię, non requiritur † de nouo citatio: potest tamen hoc intelligi, & concordari secundum supradicta. 136

Amplia octauo, quòd dicta citatio ad sententiam debeat etiam fieri in vltima die instantię, seu termini assignati à lege. † Baldus in l. eiqui appellat, numero sexto, C. de tempor. appellationum. Gregorius Lopez in l. quinta. titul. 22. Part. 3. in glossa, verbo, *emplazar*. Licet secus esset, si terminus esset præfixus † ab homine, vt Baldus, & Gregorius Lopez vbi supra, & Maran. de ordine Iudi. p. 6. primo membro de citatione num. 18. in 20. limitatione, & plenissime Antonius Gabriel de citation. d. concluf. 1. 137 138

numero 289. cum sequentibus, vbi allegat nonnullos tenentes, neque esse necessariam citationem in vltima die termini à lege constituti, & vide Roman. consil. 176. *istæ sunt*, numero quinto.

Amplia nono, vt sit citandus ad sententiam, qui fuerat contumax† in cætero processu, non tamen de tempore proferendæ sententiæ. glossa, verbo, *renunciet*, in capit. 2. de dolo, & contum. in sexto. Gregorius Lopez vbi supra, in dicta glossa, verbo, *emplazar*. Acebedus in l. 10. tit. 17. libro quarto recopil. num. 42.

Amplia decimo, vt vtraque pars sit citanda ad sententiam audiendam: nec sufficit† alteram esse citatam. Abbas Lapus in clementina sæpe, numero duodecimo, de verborum significatione: dicit tamen Bonifacius Vitalinus ibi sub numero 43. quòd stylus est, quòd vbi pars instat pro sententia ferenda, tunc citanda est sola† pars aduersa ad hoc: licet aliqui cauteloſi faciant, quòd etiam ad idem assignetur† terminus ipsi parti instanti, prout est glossa in l. 2. in fin. magnæ glossæ. C. quomodo, & quando Iudex. Et Iudex si vellet ex suo officio dare sententiam, partibus non instantibus, & eas facere citari, satis riguroſe procederet, & forsan iniuste. hactenus Vitalinus.

Addo ego, quòd non est necessaria citatio facienda vtrique parti, quando citatio non fit ex mero † Iudicis officio. Nam eo ipso, quòd vna pars citat alteram, à fortiori, & seipsam † citare censetur. Puteus decisione 517. incipit: *in vna Salmantina*. numero septimo, libro secundo, vbi dicit, quòd appellans extraiudicialiter, per ipsam appellationem seipsum citat, clement. causam quę, de election. Ægidius Bellamera. decis. 749. Acchil. de Grassis decisione 14. numero secundo, de appellat. Sicut & committens causam, ac obtinens decretum citationis contra aduersarium, in continenti† seipsum citat, & quoad eum ex illo tempore dicitur lis pendere, licet non quoad aduersarium, donec citationis instrumentum sit illi intimatum. Rota decisione sexta, vt lit. penden. in nouis. Puteus decisione 427. lib. primo. & 481. libro secundo, & 362. in fin. libro tertio. Cassadorus decisione sexta, numero tertio, & quarto super regulis. Rota decisione prima, numero quarto, parte 2. diuersorum cum alijs: Nec est citandus ad sententiam subhastationis, prout requiritur per legem 19. tit. 21. lib. 4. recopilat. qui se opposuit† executioni, vt dixi in §. 7. proœmiali, num. 149. Et quia præsentia partis habet vim citationis, vt in dicta clem. causam. de election. & dixi superius à numero 71. & repetam inferius numero 158.

Amplia vndecimo, vt etiam requiratur, quòd pars instet pro sententia. Nam sententia lata, nulla parte instante, est ipso iure nulla, † cum Iudex non possit in causis ciuilibus officium suum impartiri. l. quarta. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. Et sic grauaret, vt Vitalinus dicto numero 43. in præcedenti ampliatione citatus, tradunt glossa, verbo, *triennij*. in l. properandum. §. & si quid. C. de Iud. vbi not. Bartolus, & omnes, maxime Iason. numero quinto. Vantius de nullitat. titulo de nullitate ex defectu processus, numero 98. vbi plene Ripa in dicto §. hoc autem iudicium, numero 75. Cęsar de Grassis decisione nona n. 4. de caus. possess. & dixi in glossa 56. numero 109.

Hinc fuit decisum in vna Comen. Cappellaniæ 28. Ianuarij anni 1591. coram R. P. Domino meo Pegna, quòd sententia erat nulla † in illo casu, in quo citatio fuerat facta pro die prima, & quatenus ea die non feratur, pro die sequenti. Quia in die prima, in qua partes comparuerunt lata non fuit; sed in die sequenti, quando nulla pars comparuit, Iudex pronunciauit. Nam dicebatur lata nemine instante, quod etiam in alio simili fere casu fuit decisum coram eodem R. P. Domino Pegna, in vna Pampilonen. Parrochialis 13. Iulij 1600.

Quod limitat quatuor modis Iason† in dicto §. & si quidem, numero quinto, & sexto, Et quòd in dubio præsumatur lata sententia ad instantiam partis, dixit Rota decisione 516. num. 2. p. 1. diuersor. & late tradit Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 73. n. 1. & per totam.

Amplia duodecimo, vt non valeat statutum disponens, quòd teneat sententia, † sine citatione ad illam prolata. Baldus in l. prima. num. 8. C. quomodo, & quando Iudex. Cald. conſ. 8. num. 1. in fin. de re iudicat. Decius conſ. 603. *viso puncto*, numero 12. Alexand. conſ. 235. *ponderatis his*, numero 12. & facit decisio Put. 242. nu. 1. lib. 3. copioſe. Anton. Gab. in tit. de citation. concluſ. 1. nu. 197. cum sequentibus.

Amplia decimotertio, vt nullitas proueniens ex defectu talis citationis ad sententiam sit insanabilis, † etiam per commissionem, seu reſcriptum Papę, quando omnino deficit citatio ad sententiam. Cæſar de Graſsis decisione vndecima, numero nono de senten. & re iudicat. Gomezius in compendio signaturę. nu. 68. & 69. cum alijs supra citatis. n. 77. Ferret. conſ. 209. n. 9. li. 1.

Amplia decimoquarto, etiam si simpliciter, & de plano, & sola † veritate inſpecta

&a procedatur, vt in d. clem. ſæpe, de verbor. ſignificat. Paris de Puteo in tractatu de ſindicatu, verbo, *ſententia*. capit. ſecundo, numero duodecimo cumalijs per Acebed. in l. 10. numero 43. & 44. titulo 17. lib. quarto recopilat.

Amplia decimoquinto, vt procedat d. regula in ſententia Iudicis arbitri. † Bald. in 153 l. ſi qui ex conſenſu. ſub nu. 3. C. de Epiſcop. audien. reſoluit Ioann. Baptiſta in tract. de arbitris lib. 9. cap. 15. ſub num. 5. verſ. *plus dico, quòd ſicut non valeret ſententia Iudicis ſine citatione*.

Similiter dicta ſecunda annotatio, & regula venit limitanda, ac declaranda nonnullis modis, prout inferius apparebit.

FALLIT primo, quando poſt cauſæ 154 diſcuſſionem adeſt concluſio † in cauſa vtrique parti intimata. Nam tunc talis concluſio ſupplet defectum citationis. Ratio eſt, quia omiſſio citationis in hoc caſu non grauat, cum iura partium fuerint audita, & diſcuſſa: & propterea non de iure naturali; ſed de ſolemnitate meri iuris poſitiui, citatio tali caſu habenda eſſet, quæ omiſſa parum vitiaret, cum in effectu rationi, & menti ipſius legis ſatisfactum ſit, 160 vt concludit cum pluribus Vantius de nullitatibus capit. finali. numero 107. Alexand. conſilio 225. *ponderatis*, num. 12. volumine 6. Matthæus de Afflict. deciſione 283. incipit, *diu eſt*, num. 6.

Quod ſine difficultate procedit in Hiſpa- 155 nia, † cum ſæpe Rota declarauerit, quòd concluſio in cauſa in Hiſpania habeat vim citationis ad ſententiam; ex ſtylo illarum 161 partium, vt fuit reſolutum in vna Burgen. reſidentiæ 30. Maij 1586. coram D. Plato, & in alia Burgen. concedendę licentię co- 162 ram Orano, de anno 1585. & in alia Conchen. coram Illuſtriſſimo Domino Blanchetto, & in Pampilonen. Parrochialis 13. Iulij 1600. coram R. P. D. meo Pegna, & alias 163 paſſim tentum fuit.

Non tamen ſufficiet, ſi cauſa non eſſet formiter concluſa, ſed Iudex dumtaxat 156 mandaret † concludi, vt fuit deciſum in vna Hiſpalen. Cappellaniæ coram Bubalo, & in d. deciſione Burgen. reſidentiæ 30. Maij 1586. coram Illuſtriſsimo Plato.

Quando autem cenſeatur tacite conclu- 157 ſum, † aut ipſo iure, vide ad longum per Felinum in capit. cum dilectus, ex numero 28. & 30. de fide inſtrumentor. Puteum deciſione vigeſimanona, numero ſeptimo, & deciſione 238. libro tertio, vbi etiam dicit, quòd dicitur quaſi concluſum in cauſa, quando ſunt factæ probationes, ex quo Iudex ſtatim poteſt concludere, & pronunciare.

SECVNDO fallit, quando pars, quæ cita- 158 ta non fuit, eſſet pręſens de tempore † prolatæ ſententiæ; quia preſentia habet vim citationis. clement. cauſam, ibi, *cum in appellati, aut procuratoris præſentia, &c.* de election. Bartolus in l. furioſo. numero quinto, ff. de re iudicat. Abbas in capit. tenor, numero finali de re iudic. Vantius de nullit. cap. final. numero 47. & numero 100. & numero 116. Iaſ. in l. nec quicquam. numero 26. 27. & 28. ff. de officio proconſul. vbi multipliciter declarat, cum alijs ſuperius allegatis in prima annotatione. numero 71. & 146.

Ac fuit reſolutum in vna Conchen. limitum 17. Iunij anni 1595. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, vbi etiam fuit dictum, quòd ſi notarius atteſtatur intimaſſe ſententiam, ſtatim in continenti poſt prolationem, parti opponenti de defectu citationis, ſiue illius 159 procuratori, quòd præſumitur † fuiſſe principalem, vel procuratorem præſentem, & ſic tollitur nullitas ex defectu dictę citationis.

Quod eo magis locum habet, quia in Hiſpania ſolitum eſt in tribunalibus ſecularibus ſupremis, necnon in Epiſcopalibus, pronunciari ſententias, in publica † audientia, in qua omnes procuratores, *de numero* nuncupati aſſiſtunt, ac ſedent in ſuis locis deputatis: ac propterea fere ſemper procurator erit præſens. Quamobrem inquit Matienzus in dialogo relatorum, tertia parte. capit. 44. numero quarto, & quinto; necnon Acebedus in l. 10. numero 43. titulo 17. lib. quarto recopil. in Cancellarijs ideo partes ad audiendam ſententiam † non citari, quoniam tempore pronunciationis procuratores pręſentes ſunt. Idem etiam dicit de magna Curia Neapolitana † Capicius deciſ. 1. n. fin. ante fin. verſ. *immo procuratores in magna Curia*.

Et quando præſumatur, vel non, præſentia † partis de tempore prolatæ ſententiæ, & qualis debeat eſſe præſentia, vt ſuppleat defectum citationis, & an ſit credendum notario atteſtanti de præſentia? vide apud Bartolum in dicta l. furioſo. numero ſexto. Alexand. numero nono & decimo, & vndecimo. Iaſ. numero decimo, & reliquos omnes. ff. de re iudicat. & Capicium dicta deciſ. 1. numero fin.

Quid ſi pars fuit pręſens, cum Iudex cæpit legere ſententiam, & receſſit, † antequam 164 compleret? Bald. ponit hanc quęſtionem in l. vnica. C. de his quæ pœnę nomine. n. 26. & concludit, quòd non ſufficiat talis præſentia, quia eſt actus indiuiduus, & Bal. refert, & ſequitur Greg. Lopez in l. 5. tit. 22. part. 3. in gloſſa, verbo, *emplazar*, circa finem.

165 Limita etiam alijs decem, & nouem † mo dis per Iaſ. in l. nec quicquam. num. 23. vſque ad nu. 48. ff de officio proconſul. & leg. quas limitationes repetit, & ampliat Antonius Nicellus in concordia gloſſarum, concordia 52. ex numero 224. vſque 254. & poſtmodum addit alias nonaginta & ſex limitationes, vſque ad numerum 360. & ſic omnes limitationes ſunt 115. Ant. Gab. etiam illas repetit, & addit vſque 131. limitationes, ad quos lectorem reijcio.

Illud quoque non omitto, quòd quamuis ſententia ſit nulla ex defectu citationis, non propterea reliquus proceſſus
166 † precedens erit nullus, ſi alias erat legitime factus. Put. deciſ. 119. n. 2. lib. 1. Afflict. deciſ. 148. n. 3. Caputaq. deciſ. 148. nu. 1. & 2. p. 3. vbi propterea dicit n. 3. & 4. quòd quamuis ſententia ſit annullata, proceſſus remanet ſaluus.

Sicut etiam annullata inſtitutione, remanet firma præſentatio † legitime facta. Creſcentius deciſione 12. numero 3. de Iurepatron. Cotta deciſione 351. in manuſcriptis, & fuit reſolutum in vna Caſſalen. Parrochialis 10. Decembris 1598. coram Reuerendiſſ.
167 D. Patriarcha Seraphino, vbi etiam habetur, quòd annullata confirmatione, non † annullatur electio.

Ac per contrarium examen teſtium poteſt eſſe nullum, & ſententia valida, † niſi
169 ſe referat ad teſtes per modum cauſæ. Felinus in cap. inter cęteras. numero 2. 3. & 4. de ſenten. & re iudicat. Mohed. deciſ. 6. n. 3. de teſtibus.

SOLENT nonnulli Iudices non curare de dictis nullitatibus, ſed ſolum attendere ad bonum ius in negotio principali, eo prætextu, quòd ſit iudicandum attenta veritate; ſed † male faciunt, quia vt ſuperius di-
170 xi in ampliatione decimaquarta, numero 152. quamuis ſit procedendum, & pronunciandum ſola veritate inſpecta, non tamen poſſunt omitti dictæ citationes, nec conuolari ad bonum ius ſpretis nullitatibus. Immo eſſet alia noua nullitas, ſi ſtante oppoſitione † de nullitatibus non pronunciaretur
171 ante omnia ſuper illis. Puteus deciſione 150. libro primo, & deciſione 72. numero ſecundo & tertio, libro 3. Caputaquen. deciſione 60. numer. 1. & 2. p. 1. & fuit deciſum in vna Tiraſonen. conſtruendæ Cappellæ 23. Iunij 1597.

Nulla maior iniuſtitia quã nullitas.

Nulla namque maior eſt iniuſtitia, quam
172 nullitas, † Ægid. Bellamera deciſ. 343. incipit, *appellans*, num. 2. Et Iudex nulliter procedens ſpoliat. Aimon. conſ. 140. numero 2. & 3. & conſ. 124. numero 4. Caputaq deciſione 112. numero primo. p. 2. & deciſ. 186. p. 3. Ac propterea nullitatis iudicium eſt magis
173 præiudiciale, † quam poſſeſſorium, & abſoruit illud, Baldus in l. ordinarij. num. 13. C. de rei vindic. Cæſar de Graſſ. deciſ. 8. nu. 7. de ſenten. & re iudicata.

Bene quidem verum eſt, quòd Iudex poterit inſimul pronunciare in eadem ſententia † ſuper nullitate ſententię Iudicis à quo,
174 & illam ex capite nullitatis reuocare, necnõ ſuper negotio principali, ac illam (ſi alias iuſta fuerit) ex capite iuſtitiæ confirmare, vt late per Alexand. conſ. 73. incipit, *in cauſa appellationis*, numero vndecimo, libro ſexto, & conſil. 81. *in cauſa, & lite*, numero quinto. libro 7. Vantius de nullit. cap. final. numero 129. Put. deciſ. 72. numero 3. & deciſ. 82. n. 1. lib. 3. Acchil. de Graſſ. deciſ. 17. num. 2. de reſcript.

Tranſeamus nunc ad 3. & 4. annotationes ſuper attentatis.

TERTIA annotatio erit ſuper attẽtatis ante diffinitiuã: QVARTA vero de attẽtatis poſt diffinitiuam (in cauſis beneficialibus) ſententiam.

Circa tertiam annotationem conſtituendum eſt, quòd li-
175 cet regulariter † appellari non poſſit ante diffinitiuam; nec talis appellatio cauſet attentata. l. ante ſententiam. ff. de appellat. recipien. l. ante ſententiam. C. quorum appellat. non recipiantur. l. 2. C. de Epiſcop. audien. cap. non ſolum, in principio, vbi gloſſa, verbo, *diffinitiua*, de appellat. in ſexto, ac diſponitur in Concilio Tridentino, cap. 20. ſeſſione 24. de reformatione, & in regula 36. Cancellariæ. l. 13. titul. 23. part. 3. l. 3. tit. 18. lib. 4. recopil. late tradit Franchus in cap. ſuper eo, ex numero 6. de appellat. & plenius Lancellott. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 1. à n. 1. & 10.

Regulariter non appellatur ante diffinitiuã niſi in caſibus contentis vſque ad n. 202.

Attamen quando appellatio interponitur ab interlocutoria, continente grauamen †
176 irreparabile, proculdubio eſt ſuperſedendum à Iudice à quo, alias eſſent attentata omnia per eum poſtmodum geſta. l. 2. ff. de appellat. recipien. gloſſa in clementina prima, verbo, *ipſo iure*, de hæreticis, & diſponitur in dicta l. 3. tit. 23. part. 3. Rota, & ibi additio ſub littera B. deciſione 58. de appellat. in nouis. Lancellottus, vbi ſupra ex nu. 100. vſque ad n. 107.

Idemque eſt ſi tale grauamen poſſet repa-
177 rari, ſed magna † cum difficultate, aut præiudicio partis. Bartolus per text. ibi in l. 1. §. quæſitum. ſub num. 6. in fin. ff. de appellation. Felinus in cap. accepimus. ſub num. 5. verſ. *& hinc eſt*, de fide inſtrum. Gregor. Lopez per tex. ibi in d. l. 3. in gloſſa, *à menos de gran daño*. tit. 23. part. 3. Duenas in regula 52. incipit, *appellari à ſententia*, limitatione decima.

Item

Item quando grauamen poteſt per diffini-
178 tiuam reparari; ſed non ex toto,† quia tunc quoque datur appellatio. Felin. in capite cum ſuper, ſub numero 17. de ſenten. & re iudicat. Petrus Surdus deciſ. Mantuana 36. num. 14.

Necnon quando articulus interlocutorię
179 eſſet præiudicialis negocio † principali. l. intra vtile 39. vbi notat Bartolus. ff. de minor. Bald. in l. arbitrio. num. 6. ff. qui ſatis dare cogan. Felinus in cap. cum cauſam, num. 6. verſ. *limita quarto.* de ſenten. & re iudicat. 184
Magon. in deciſ. Lucana 23. numero ſexto. Bald. in l. final. ſub nu. 5. verſic. *ſecundus eſt actus.* C. de relation. vbi idem dicit, quando interlocutoria ingerit difficultatem 185
180 circa cauſę deciſionem. Greg. Lopez vbi ſupra ad fin. d. gloſſ.

QVO fit (vt accedā ad propoſitum noſtrę materiæ ſubiectæ,) quòd ſi de tempore vacationis beneficij, vnus ex filijs patrimonialibus eſſet abſens in lōginquis partibus, veluti in Curia, ſeu alio loco remoto, & illius procurator, (cuius nomine ſe oppoſuit) peteret (ſeclusa fraude) terminū, & dilationē competentem ad certiorandum d. abſentem, & vt venire, & accedere poſſit perſonaliter ad ſe ſubijciendum examini (in euentum, quòd ordinarius, aut non poſſit, aut nollit remittere examen ad locum, vbi abſens de illo tempo-
181 re exiſtit) alias appellaret, † & d. ordinarius non obſtante dicta appellatione, denegando tacite, vel expreſſe dictam dilationem, procederet ad vlteriora, quòd omnia geſta poſt
182 dictam appellationem eſſent † attentata, & nulla, vt fuit reſolutum in vna cauſa Conchen. Cappellaniæ 16. Octobris 1569. coram Fabio Peregrino, quæ deciſ. eſt in impreſſis 265. incipit *eadem die.* num. 1. & 2. 7. & 8. & per totam lib. 3. p. 3. diuerſ. & dixi in gl. 6. num. 223.

Quod etiam tenuit Rota in ſimili caſu, in vna Calagurritana beneficij de Brantevilla 8. Martij huius anni 1604. coram R. P. D. 187
meo Sacrato, vbi cum quidam Petrus ſe opponeret ad certum beneficium patrimoniale vacans, ac accedens ad ſe ſubijciendum
183 examini, fuit prohibitus † ingredi in ciuitatem Calciaten. eo prætextu, quòd eſſet ſuſpectus de peſte: & cum per ſuum procuratorem peteret dilationem competentem, fuit ei denegata, & iudex ad vlteriora proceſſit, & contulit dictum beneficium cuidam alteri oppoſitori, ac in poſſeſſionem immiſit: ac cū dubitaretur, an dicta acta geſta poſt dictam 188
appellationem eſſent atttentata, & nulla, me informante, & obtinente, fuit reſolutum affirmatiue.

Sicut etiam ſi aliquis filius patrimonialis compareret ad ſe opponendum poſt lapſum terminum edictorum (re tamen integra) id eſt ante factum examen, (& fraude ceſſante) & non admitteretur, poſſit vtique a tali denegatione appellare per ea, quæ dixi in §. 1. huius gloſſæ 9. numero 115. cum ſequentibus, & in gloſſ. 6. num. 223.

Similiter fuit deciſum in alia cauſa Calagurritana de Amarita 21. Nouembris anni 1575. coram Cantucio, quę eſt in impreſſis deciſ. 10. numero ſecundo, parte ſecunda diuerſorum, quòd datur appellatio a mala relatione, & grauamine † examinatorum, in non approbando aliquem ex oppoſitoribus ad beneficium patrimoniale: & quòd nō obſtabat ad hoc diſpoſitio Concilij Trident. † ſeſſ. 24. de reform. c. 18. verſ. *nec prædictorum examinatorum, &c.* quia dumtaxat procedit in parrochialibus; non autem in beneficijs ſimplicibus patrimonialibus. Minuſque obſtare idem Concil. ſeſſ. 7. cap. 13. verſic. *& nullus appellationis, &c.* quia licet non poſſit
186 appellari ad effectum euitandi examen, † vt ibidem cauetur; tamen a mala relatione, & grauamine examinatorum non tollitur appellatio; ſed res remanet ſub diſpoſitione iuris communis, de quo appellari poterat ex ſupradictis, facit etiā deciſio Rotæ 6. ante n. 1. & ſub num. 1. cum ſequentibus eadem parte ſecunda diuerſorum: & ſecundum hanc diſtinctionem fuit etiam dictum intelligi debere d. Concil. Triden. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. verſ. *ad hæc*

Idem dici poteſt, ſi aliquis ex examinatoribus ex iuſta cauſa eſſet recuſatus, & recuſatio non admitteretur. Abbas in c. quia propter 42. num. decimoquarto. in fine, de elect.

Pariter quoque fuit deciſum in alia cauſa Calagurritana de Ollauari 28. Ianuarij huius anni 1604. coram R. P. D. meo Pegna, quòd potuit appellare quidam Didacus Lopez (pro quo ego ſcripſi) a grauamine examinatorum, in non approbando illum ad curam animarum: † vt ipſe dumtaxat eſſet preſentandus, & inſtituendus, iuxta formam conſtitutionis S. D. N. Clementis VIII. ſuper prouiſione beneficiorum dictæ diœceſis emanatam, & quòd talis appellatio cauſauit attentata, vt latius in dicta deciſione.

Rurſus idem etiam a fortiori locū haberet, ſi (ceſſante calumnia) eſſet interpoſita appellatio a declaratione, vel non declaratione; quòd aliquis ex oppoſitoribus ſit, vel non ſit † filius patrimonialis, aut perſona legitima, Bal. in l. 2. C. de Epiſcopali audien. n. 14. & in margarita decretalium, verbo *appellatio* q. 8. Petrus Duenas regula 52. fallen. 6. Menoch. de adipiſcen. rem. 4. num. 824. & 825. Antonius Gabriel in additione ad praxim Veſtrij

lib.

lib. 3. cap. 10. ſub num. 6. verſ. *item admittitur appellatio.*

Semper igitur, quando ſententia interlocutoria, aut habet vim diffinitiuæ, aut continet grauamen incomparabile, aut parat præiudicium in negocio principali, aut abſorbit ius partis, poteſt appellari ab illa, & acta ſubſequuta † ſunt attentata, tex. in cap. fin. §. vbi vero, de appellat. in 6. & in Concil. Triden. ſeſſ. 24. cap. 20. & in regula. 36. cancellarię, l. 3. titul. 18. lib. 4. recop. Petrus Duenas in regula 52. limitat. 3. cum alijs adductis in principio huius tertiæ annotationis.

Hinc datur appellatio ab admiſſione iniu
190 ſta articulorum † partis aduerſæ, ſeu a non admiſſione articulorum, & probationis, aut
191 †exceptionis ipſius partis appellantis. Rota deciſ. 44. ſub nu. 3. de appellat. in nou. Franchus in cap. interpoſitas ſub num. 4. verſic. *ſeptimo.* de appellation. Maſcardus de probat. concluſ. 131. ſub num. 5. Lancellot. de atten. ſecunda parte. cap. 14. limit. 1. num. 42. & 45. in nouiori impreſſione. Corneus conſil. 35. numero 1. vol. 1. & cum multis Surdus in deciſ. Mantuana 36. ex num. 17. & inferius, num. 267.

Sic etiam fuit reſolutum in Rota teſte Caputaquen. deciſ. 38. parte prima, & deciſ. 37. num. 1. & per totam, parte tertia, quòd erat attentata, & nulla ſententia lata poſt appellationem interpoſitam a coarctatione dila-
192 tionum † a iure præſcriptarum, cum tali ca ſu appellatio ab interlocutoria ſit legitima.

Idemque eſt ſi appelletur a citatione,
193 continente breuiorem terminum, † quam ſit opportunus. Puteus deciſ. 150. numero 3. lib. 3.

Item datur appellatio a citatione ad
194 locum non tutum. † cap. ex parte il 1. in ordine 47. de appellat. cap. accedens il. 2. vt lite non conteſt.

Item appellari poteſt a dilatione iuramen
195 ti alteri † parti per Iudicem facta. Miſing. in ſingul. obſeruationum, centuria 1. deciſ. 39. Lancellot. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 50. numero 190.

Item ſi Iudex ſe pronunciat competẽtem,
196 † aut incompetentem expreſſe, vel tacite ad vlteriora procedendo, cap. ex parte 58. de appellat. cap. ſignificantibus, de officio deleg. l. ait prętor. §. permittitur. ff. de minor. l. 3. tit. 18. lib. 4. recopil. Ruin. conſ. 1. nu. 4. lib. 4. cum alijs per Menoch. de adipiſcen. rem. 4. num. 822. & 823. Antonius Grauat. in addit. ad praxim Veſtrij, lib. 3. cap. 10. ſub num. 6. verſ. *ſimiliter quando quis Iudicem competentem.*

197 Item in cauſis † ſcholarium, vt per tex. in authentica habita, ibi, *ab omni iniuria defendamus.* C. ne filius pro patre, reſoluit poſt Abbat. Rebuff. in tractat. de priuil. ſcholarium; priuil. 163.

Item in ſententia excommunicationis per decretum interlocutorium prolata. Bernardus Diaz in praxi, reg. 39. Petrus Duenas in dicta regula 52. fallen. 2. Rebuff. ad concordata Franciæ, titulo de friuolis appellat. in rubrica, ſub gloſſa prima, in fine, verſic. *fallit quando grauamen.* folio mihi 688.

198 Item quando Iudex denegat copiam † actorum. l. 2. C. vt lit. penden. Petrus Duenas vbi ſupra, fallentia 5. apud quem, & Anton. Grauat. vbi ſup. ac Acebedũ in dicta l. 3. tit. 18. lib. 4. recop. alios plures caſus, in quibus liceat appellare ab interlocutoria, videre po
199 teris: alios etiam decem † caſus, in quibus habet locum appellatio ab interlocutoria, & cauſantur attentata, bene digeſtos reperies in Lancellot. de atten. 2. parte, cap. 12. limit. 1. ex num. 36. vſque ad finem, vbi nu. 4. & 5. declarat, quando, & quomodo cognoſcatur, quòd ſententia ſit interlocutoria, † &
200 quando diffinitiua: ſuper quo cumulat quadraginta caſus Hieron. Paulus in praxi Cancellarię, ſub tit. ſi non obſtante lapſu temporis, poſt principium, vſque ad finem, fol. mihi 39. & 40.

Præterea notandum eſt, quòd in prædictis caſibus, non ſolum habet locum appellatio ab interlocutoria, quando poteſt appellari a diffinitiua; ſed etiã, & maiori cũ ratione, quã
201 do non poteſt appellari † a diffinitiua: cuius rei ratio eſt, quia grauamẽ interlocutorię nõ ſperatur poſſe reparari per appellationem a diffinitiua, cum ab illa non poſſit appellari. Angelus conſ. 46. incipit *viso puncto.* ſub nu. 7. verſ. *licet autem.* & conſ. 188. incipit *ſed nunc,* num. 2. Maran. in praxi 6. p. titulo de appellat. num. 355.

Vnde licet a sẽtentia prolata in poſſeſſorio appellari non poſſit, tamen licita eſt appel-
202 latio ab inordinato proceſſu. † Bald. in c. ex conqueſtione ſub n. 1. ibi *non debuit.* de reſtit. ſpoliat. Iaſ. in l. 1. ſub num. 5. verſ. *limita ſecũdo.* C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Couarr. in pract. quæſt. cap. 23. ſub numero 8. verſ. *cæterum licet a sententia.* Ioſephus Ludouicus, deciſ. Peruſina 39. nu. 8. & 10. locuple tiſſime tradit Menoch. de adipiſcenda, rem. 4. quæſt. 99. ex num. 807. vſque 812. & poſtea ex num. 820. vſque 825. licet a nu. 813. vſq; 818. plura in contrarium adducat, Oſaſc. deciſ. Pedemontana 25. nu. 14. Petrus Surd. deciſ. Mantuana. 36. nu. 16. & 17. ac dixi in gl. 6. nu. 224. & 225.

Q Varta denique annotatio eſt circa attentata poſt diffinitiuam in cauſis beneficialibus pronunciatam. Et in hoc firmanda eſt regula, quòd quando

quando proceditur iudicialiter, & contentioſe ſit † locus appellationi, & non poſſit 203
fieri effectualis collatio, nec tradi poſſeſſio beneficij, pendente termino ad appellandum, nec appellatione pendente, alias omnia erunt attentata, & nulla, capit. a collatione beneficij, iuncto cap. non ſolum; de appellat. lib. 6. cap. 2. vt lite pendente, in 6. Franchus in cap. conſtitutis, il 2. in ordine 46. num. 9. de appellat. & ita in terminis docet Rota deci. 6. num. 1. cum ſequentibus, p. 2. diuerſor. & deciſ. 266. num. 1. lib. 3. par. 3. diuerſorum. Lancellott. de attent. 2. par. cap. 4. in præfatione, numero 725. & cap. 12. limit. 5. num. 2. verſ. *verum eſt ſecundum Rotam.* & limit. 40. nu. 11. & limit. 49. nu. 2. & per totam, & fuit reſolutum in vna Zamoren. beneficij coram Cotta 20. Iunij 1575. & in vna Calagurritana beneficij 7. Maij 1574. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, & in vna Compoſtellana parrochialis 9. Decembris 1592. coram R.P.D. meo Pegna, & nouiſſime fuit reſolutum in alia Calagurritana beneficij 18. Aprilis 1603. coram R.P.D. meo Lancellotto, & in alia etiam Calagurritana de Ollauari 28. Ianuarij, & 22. Martij huius anni 1604. vbi fuit etiam dictum, quòd ſemper eſt inhærendum † regulæ, vt nihil ſit in- 204
nouandum appellatione pendente. quando de clara exceptione non conſtat, prout non reperitur in caſu noſtro, gloſſ. final. in fin. in l. qui reſtituere 68. ff. de rei vendicat. Bald. in l. vnica, num. 10. C. ſi de momen. poſſeſſ. Socin. conſ. 39. num. 1. volum. 4. cum alijs per Lancellot. ſecunda parte, ca. 12. ampliat. 5. numero 5. 6. 7. & 8. Surdum deciſione Mantuana 36. num. 2. & 3. Regulariterque appellatio eſt magis fauorabilis, quam ſen- 205
tentia. † Ferrettus conſ. 51. incipit *in cauſa.* num. 23. lib. 1. Lancellot. d. cap. 12. in præfatione, numero 130. & vide quæ ſuperius dixi ante primam annotationem, verſ. *quando vero.* num. 38.

Quod non ſolum procedit in prouiſione, ſeu collatione; ſed etiam in confirmatione, 206
& inſtitutione † facta ad electionem, ſeu præſentationem alterius. cap. fin. de elect. lib. 6. & Franchus ibidem, nu. 9. Sarnen. deciſ. 31. Guidobon. deciſ. 104. in manuſcriptis, & fuit reſolutum in vna Neapolitana Cappellaniæ de menſe Decembris 1602. Rota dicta deciſ. 266. num. 1. lib. 3. parte tertia diuerſorum, & in d. deciſ. 6. num. 1. cum ſequentibus. p. 2. diuerſorum. Lancellot. ſecunda parte. c. 4. in præfatione, numero 725. & cap. 12. limit. 49. num. 1. & per totam. Ac propterea excluditur diſtinctio nonnullorum aſſeren- 207
tium, quòd aliud ſit in confirmatione, & inſtitutione, & aliud in collatione, vt per Acebed. in additione ad Curiam Piſanam, lib. 2. cap. 4. numero 14.

Et ad tex. in d. cap. conſtitutis 46. de appellat. & Decium ibidem, num. 12. & Lambertin. de iurepat. lib. 2. par. 2. queſt. 11. art. 5. num. 5. fuit reſponſum per dictas deciſiones Compoſtellanam, Zamoren. & Calagurritanas in num. 293. citatas, quòd ſunt intelligendi, quando proceditur extraiudicialiter, vt dixi ſuperius in prima annotatione, ex num 27. Non autem, quando proceditur iudicialiter, vt in hac quarta annotatione.

Adde etiam, quòd in ipſa ſententia † poteſt fieri collatio, inſtitutio, ſeu confirmatio; 208
ſicut etiam, quando alia non adeſt ſententia, ipſa collatio, & inſtitutio, habet vim ſententiæ, vt latè per Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 2. quæſt. 11. art. 4. nu. 1. & per totum. Rota deciſ. 266. num. 7. lib. 3. parte tertia diuerſorum, & fuit deciſum in vna Calagurritana beneficij 27. Ianuarij huius anni 1604, coram R.P.D. meo Pegna.

Limita tamen primo in collationibus, & poſſeſſionum traditionibus Eccleſiarum parrochialium, 209
† quia per nullam appellationem ſuſpenduntur, vt diſponitur in Concilio Triden. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. ante finem, verſ. *nec prædictorum examinatorum.* & in conſtitutione Sanctæ memoriæ Pij V. ſub 15. calen. Aprilis 1566. incipienti, *in conferendis beneficijs.* in §. hæc tamen appellatio interpoſita, ac ſæpe cenſuit Sacra Concil. Triden. Congregatio, & Rota reſoluit, & ego dixi de hoc plura in gloſſa ſexta, ex num. 162. vſque 241. Quæ conſtitutiones cum loquantur, in parrochialibus, & beneficijs curatis, minime extenduntur ad alia beneficia ſimplicia, vt ſcripſi ſuperius ſub tertia annotatione, numero 185.

Hoc tamen non procedit, ex ſententia Sacræ Congregationis, quando examinatores ſunt diſcordes, vt per Flamin. Pariſ. de reſig. lib. 8. queſt. 9. num. 104.

Idemque eſſet in quacumque alia conſti- 210
tutione Apoſtolica, † remouente appellationem ſuſpenſiuam, cap. 1. de reſcriptis, c. ſuper quæſtionum. §. ſi vero de officio deleg. cap. paſtoralis 53. de appellat. Couarr. in pract. quæſt. cap. 23. num. 6.

SECVNDO limita, niſi in loco vigeat con- 211
ſuetudo legitime probata exequendi † dictas ſententias, hoc eſt collationem faciendi, & in poſſeſſionem immittendi, intra tempus ad appellandum, ſeu appellatione pendente, ita quòd talis appellatio dumtaxat habeat effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum. Antonius Auguſtinus deciſ. 9. lib. 1. quę deciſio eſt in impreſſis 1155. ad finẽ lib. 3. parte tertia diuerſorum. Lancellot. de attent.

A collatione vel prouiſione iudicialiter datur appellatio niſi in caſibus declaratis vſque ad finem.

tent. 2. p. cap. 12. limit. 98. numero 1. cum sequentibus, & fuit decisum in vna Pampilonen. parrochialis 16. Iunij 1597. coram R.P.D. meo Litta.

Quæ consuetudo est satis laudabilis, ad euitandum præiudicium imminens Eccle-
212 siæ ex diuturna † vacatione, c. si Apostolica 35. de præbend. libro sexto. Lancellott. in d. limit. 48. num. 1. vbi plura desuper adducit, & declarat. Nam Respublica læditur, si beneficia diu vacent, Io. Monachus in ca. 1. n. 25. de concess. prebend. in 6.

Tertio limita, quando adest statutum, seu
213 constitutio † sinodalis disponens, quòd tales diffinitiuæ sententię executioni mandentur. Alex. cons. 139. *viso*. nu. 1. lib. 7. Socin. cons. 39. num. 1. & 2. lib. 4. Magon. decis. Lucana 15. nu. 11. & 12. Couar. in pract. quęstion. c. 23. nu 6. & censuit Rota in vna Astoricen. Sancti Augustini 10. Decembris 1563. coram Sarmiento, & in dicta causa Pampilonen. Parrochialis 16. Iunij 1597. coram R.P.D. meo Litta, & in Calagurritana beneficij, de Ollauari, 22. Martij huius anni 1604. Lancellot. secunda parte, cap. 12. limit. 48. nu. 7. quod
214 statutum, aut constitutio debet esse Apostolica auctoritate confirmatum, † seu confirmata, aut longo tempore obseruata: nam aliter non teneret, cũ nullus alius pręter Prin-
215 cipem possit auferre † appellationem, l. 1. §. interdum. ff. a quibus appell. non liceat. c. quod super his, de maior. & obed. c. pastoralis 53. de appell. Franchus in rubric. de appel lat. num. 23. l. 13. ad finem, & ibi Greg. gl. verbo, *ningun iuzgador*. tit. 23. Part. tertia. cum alijs adductis per Lancellott. d. cap. 12. limit. 8. ex num. 118.

Præterea huiusmodi statutum, seu si-
216 nodalis constitutio debet esse clarum, † & clara: non autem dubium, & turbidum, dubia, aut turbida, vt declarauit Rota in d. decis. Calagurritana de Ollauari corã R.P.D. meo Pegna 22. Martij huius anni, vbi fuit decisum, quando constitutio sinodalis Calagurritana 14. sub tit. de institut. in qua disponitur, quòd clerico a maiori parte pręsentantium, præsentato, statim fiat collatio, & prouisio, ac tradatur possessio: non excusabat attentata collationis, & prouisionis, quia vltra quòd dicta constitutio verificabatur, in pręsentatione, & collatione, ac possessione extraiudiciali, prout de iure communi disponitur, ac scripsi superius post principium, in vers. *rursus quando proceditur*. num. 27. dicta constitutio, quamuis contineret illam dictionem *statim*, non propterea remouebat appellationem, nec illius effectum suspẽsiuum tollebat, cum hoc non exprimeret, nã dicta dictio non erat intelligenda gramma-
217 ticaliter, sed prout materia subiecta † requirit, & cum aliquo temperamento, l. quod dicimus 105. ff. de solut. idest statim, quod de iure fieri possit, siue statim post decem dies ad appellandum concessos, si appellatum nõ fuerit. l. promissor. ff. de const. pecun. Rota decis. 2. de testam. in antiquis, vbi habetur, quòd verbum *statim*, reuertitur, & intelligitur iuxta terminos iuris, prout etiam in diuersis materijs dictiones *statim, mox, confestim, cõtinuo, illico, & continenti*. sunt intelligendę cũ temperamento, ratione subiectæ materię. l. fin. C. de iudi. cap. præterea. §. præsenti, & ibi glossa verbo, *continuo*, de hęreticis, cap. prętera, de testibus cogen. gloss. in cap. quia propter, verbo *mox*. de election. Simancas de Catholicis institutionibus, tit. 47. ex num. 41. Auend. in capitulis Prętorum, parte 1. cap. 16. num. 2. Rota decis. 476. numero 8. parte prima diuersorum. Tiraquell. in l. si vnquam, verbo *reuertatur*. ex num. 109. vsque 129. C. de reuocand. donat. Menochius de arbitrarijs, libro secundo, casu 9. ex numero quarto.

Sufficeret tamen si esset sublata appella-
218 tio per verba equipollentia, † vt puta, quòd denegetur audientia in agendo, & defendendo: Vel quòd sit remota contradictio, & omnis quærela, vt post Baldum, Franchum, Decium, & alios concludit Lancellot. de attent. secunda parte, cap. 12. limit. 8. num. 4. & 5. Vel si diceret, quòd sentẽtia lata executioni mandetur, quamuis non declaret, appellatione remota. Iaf. cons. 187. incipit, *circa primum*, sub nu. 2. ad medium, vers. *similiter*. lib. 2. Lancellot. de atten. 2. par. capit. 12. limit. 53. num. 63.

Quarto limita, quando appellatio esset re-
219 mota per fundatorem † beneficij, vt per Lancellot. secunda parte, cap. 12. limit. 8. num. 7. & conferunt, quæ scripsi in glossa 5. in principio, num. 103.

Quinto limita in collatione, vel immissio-
220 ne facta, vigore litterarum Apostolicarum, † nam tunc non datur regulariter appellatio suspensiua, quia litteræ Apostolicę habent paratam executionem, & humiliter, ac reuerenter, est illis parendum per executorem in eisdem litteris nominatum. l. 1. ff. de const. princip. cap. si quando, de rescript. l. 51. tit. 18. part. tertia. Mohedanus decis. 35. ante finem, vers. *quia tunc propter authoritatem litterarum debent exequi*. de renunciatione. Staphileus, de litteris iustitię. §. ad prędicta facit, numero 14. Marchesan. de commission. secunda parte, cap. 4. num. 39. Rebuffus in praxi, titulo, forma, & declaratio nouæ prouisionis, sub illis verbis. *ipsi, vel duo*. in vers. *postea dicitur*,

Ac propterea videmus, quòd quando appellatur a tali decreto, seu sententia, vigore litte-

litterarum Apoſtolicarum prolata, communiter in commiſſione appellationis ſolet ſignatura apponere clauſulam (*ſine præiudicio*
221 *executoris † litterarum Apoſtolicarum*,) prout apponitur, quando appellatur ab executione facta, vigore publi inſtrumenti Camera-
222 lis, aut guarentigij. † Gemin. conſ. 99. incipit *ſuper primo.* num. 2. & 3. Galleſius in tractat. de Camerali, 3. parte, in cap. de quæſtionibus variis poſt proceſſum incidentibus, num. 10. cum tribus ſequentibus. Marcheſanus vbi ſupra, ſecunda parte, ca. 2. num. 11. vbi rationem ſubdunt, videlicet, quòd taliter appellans ab executione facta vigore 228
litterarum Apoſtolicarum, aut inſtrumen-
223 torum † Cameralium, ſeu guarentigiorum, aut rei iudicatæ, præſupponit antecedēs validum, a quo executio dependet, & negat conſequens, ſcilicet illorum executionem, & ſic 229
nihil agit. Vnde Geminian. in d. conſ. 99. nu. 3. allegat Ioann. Monach. dicentem, quòd dum erat Vicecancellarius multas litteras caſſauit, in quibus narrabatur eſſe appellatum, non a prouiſione, ſed ab executione prouiſionis.

Quæ clauſula (*ſine præiudicio executionis.*) præſeruat iuriſdictionem Iudicis a quo, 230
224 † vt ad vlteriorem executionem procedere valeat, ita vt neque inhibitio per ſuperiorē facta afficiat, aut impediat. Cæſar de Graſſis deciſ. 3. num. 4. de ſenten. & re iudicat. Marcheſanus de commiſſ. 2. par. cap. 5. de commiſſione appellationis, numer. 19. & ita 231
quotidie ſeruatur.

Interdum ſolet etiam ſignatura reſcribe-
225 re † cum clauſula (*paritis litteris.*) de qua clauſula dicam inferius a nu. 247.

Sublimita tamen primo, quando in litteris Apoſtolicis
Clauſula vocatis vocandis cuius effectus ſit. 226 adeſſet clauſula (*vocatis vocandis.*) † quæ clauſula ſemper inſeritur, quando in ſupplicatione, vel ipſarum litterarum expeditione narratur aliquis intruſus, & expediuntur ſub
intruſione. Tunc enim executor non eſt me- 232
rus, ſed mixtus, & iudicium executionis litterarum, non erit executiuum, ſed ordina- 233
rium, & appellatio non ſolum operabitur effectum deuolutiuum; ſed etiam ſuſpenſiuum. Cardin. conſ. 63. incipit: *Dominus noſter Papa.* numero primo, & ſecundo. Felin. in cap. exhibita, numero quarto, de iudicijs, & in cap. fin. num. 33. verſ. *& ex hac*, & ſub num. 234
34. & 36. de preſump. Rota deciſ. 30. de reſcript. in nou. & deciſ. 32. eodem titulo in antiqu. Gom. in cap. ſtatutum, num. 77. de reſcript. lib. 6. Caputaquen. deciſ. 284. nu. 4. parte ſecunda, & fuit reſolutum in vna Barchinonen. Parrochialis die 10. Decembris 1601. coram R.P.D. meo Sacrato, & in Abulen. Zamoren. beneficiorum 16. Iunij 1594. coram R.P.D. meo Pegna.

Sublimita ſecundo quando intruſus, ſeu poſſeſſor citatus non fuiſſet, & executor litterarum
227 eijcere vellet eum inauditum † a poſſeſſione beneficij. Card. conſ. 75. incipit *Reuerende Pater*, numero primo. Felin. in cap. fin. num. 24. & 25. de præſcript. Acchil. de Graſſ. deciſ. 6. nu. 4. ſuper reg. de triennali, arg. c. licet Epiſcopus de prēben. lib. 6.

Sublimita tertio quando executor procederet ad executionem litterarum, abſque verificatione
228 † narratiuæ cum citatione dicti poſſeſſoris. Cæſar de Graſſis deciſ. 12. numer. 1. & 4. de probat. Mohedan. deciſ. 35. per totam de renunciat. Ratio eſt quia omnis gratia habet in ſe tacitam conditionem, (*ſi preces veri-*
229 *tate † nitantur*,) ſiue (*ſi ita eſt*,) aut (*veris exiſtentibus prænarratis.*) l. fin. in principio. C. de diuerſis reſcript. c. 2. de reſcript. vbi poſt alios late tradit. Ripa, num. 29. Socin. conſ. 164. numero ſexto, libro ſecundo. Felin. in cap. fin. numer. 29. de præſump. Couarr. in rub. de teſtam. 2. parte, nu. 14. & in reg. 60. Cancellarię.

Narratiuę de verificatione p'u ra dicū tur.

Ideo omnis narratiua eſt ante omnia † verificanda. Roman. conſ. 33. num. ſecundo. Rota deciſ. 20. ad medium, de prębend. in nou. Caputaquen. deciſ. 240. par. 2. Puteus deciſ. 245. num. 1. lib. 1. Cæſar de Graſſis deciſ. 1. n. 3. de reſcript.

Narratiua namque, eſt pars † ipſius gratiæ beneficialis. Ioannes Andreas in cap. 1. numero 2. de litis conteſt. lib. 6. Rota deciſ. 6. num. 6. & 8. de prębend. in antiquior. Beſignet. Caputaquen. deciſ. 39. numero ſecundo. p. 2. Acchiles deciſ. 2. numero 3. de procurat. Rota deciſ. 534. numero primo, parte prima diuerſorum.

Quapropter dixit Ægidius Bellam. deciſ. 666. incipit *auditor.* numero primo, quòd ille, cuius gratia eſt adhuc purificanda, non-
dum habet ius in † re, nec ad rem. Et quamdiu narratiua non eſt verificata, perinde, ac
ſi gratia † eſſet ſubreptitia. Caputaquen. deciſ. 345. nu. 3. p. 2. Quod intellige, quoad effectum vtendi d. gratia: ſecus tamen ad alios effectus, ſi poſtea verificetur.

Sublimita quarto quando litterę cō tinerent certam
234 formam, quę per iudicem executorem ſeruata non fuiſſet. cap. cum dilecta, cum ibi pleniſsime adductis per Felin. de reſcriptis, ex num. 6. vſque ad num. 14. Lancellot. de attent. ſecunda parte, capit. 4. in præfatione, numero 477. & faciunt tradita per Flamin. Pariſ. de reſign. li. 10. q. 6. n. 23. & 24.

Sublimita quinto quando pro parte poſſeſſoris probaretur,

retur, quòd tales litteræ essent subreptitiæ,
235 † vel obreptitiæ: cap. postulasti. c. super litteris de rescript. Aim. cons. 68. nu. 12. plene Lancellot. vbi supra, nu. 478.

236 Sublimita sexto si adest clausula *amoto quolibet† illicito detentore*, apposita in litteris beneficialibus, quando nulla res iudicata præcessit, nec fuit negocium discussum, quia facit iudicem executorem mixtum, & requirit ordinem iudiciarium. Felin. post Abb. & alios in cap. de cætero, num. 9. vers. *ad illud de clausula amoto*, cum num. sequen. de senten. & re iudicat. Mohedan. decis. 7. num. 5. de restitut. spoliat. Acchil. decis. 6. num. 5. super regul. de triennali. Gregorius Lopez in l. 51. gl. 2. tit. 18. par. 3. Marchesan. de commission. 2. parte, cap. 3. num. 35. & faciunt tradita per Rebuff. in praxi, tit. forma, & declaratio nouæ prouisionis, vers. *amoto exinde quolibet illicito detentore*. Lancellot. de attent. secunda parte, cap. 4. in præfatione, numer. 475. & 514. vbi
237 num. 476. sublimitat, † quando dicta clausula (*amoto quolibet illicito detentore.*) esset contenta in breui Apostolico de capienda possessione ad fauorem litterarum, aut nomine Cameræ, de quo dicemus in sexta limitatione, ex num. 246. & Caputaquen. decis. 180. num. 5. parte 3. vbi rationem adducunt videlicet, quia ibi adest etiam clausula (*sine vitio spolij, & attentatorum,*) vt postmodum dicemus.

Cæterum quando gratia est verificata legitimè, & litteræ non sunt expeditæ sub intrusione, credo, quòd d. clausula (*amoto quolibet detentore.*) apposita in litteris Apost. non retardaret executionem litterarum Apostolicarum, & ita seruari video, ac tradit Ferrettus cons. 7. num. 12. in fine, & num. 13. Nam aliter, cum dicta clausula semper apponatur, nunquam litteræ Apostolicæ haberent paratam executionem.

238 Alias etiam sublimitationes videre † poteris per Lancellot. in d. cap. 4. in præfatione a num. 477. vsque ad num. 507. ad quem lectorem remitto.

QVAPROPTER in prædictis casibus, vt admittatur appellatio, etiam supensiua, proponitur commissio ab appellante porrecta, in plena signatura gratiæ, vel iustitiæ, & deducuntur causæ grauaminis iudicis executoris, & postquam signatura gustauit de illis, interdum solet rescribere, & committere
239 simpliciter † causam appellationis in Rota, & interdum solet adijcere clausulam (*si quid exequendũ sit, ipse Rotæ Iudex exequatur.*) quę cla
240 usula † aufert potestatẽ exequendi à iudice a quo, & illam transfert in iudicem ad quem, Rota decis. 477. num. 7. lib. 3. parte tertia diuersorum. Lancellot. de attent. 2. p. c. 18. n. 58. & fuit decisum in Toletana Parrochialis 23. Ianuarij. 1604. coram D. Sacrato De qua etiam clausula videas Rotam decis. 310. parte prima diuersorum, & decis. 413. parte 3. lib. 3. diuersor. Marchesan. de commiss. 2. par. cap. 5. num. 21. fol. 91. Lancellot. de attent. secunda parte, cap. 20. limit. 11. num. 4. & 5. Interdum etiam solet signatura rescribere (*paritis litteris arbitrio Rotæ*), de qua clausula inferius loquar ex n. 283. cum sequentibus.

Neque obstat dicere, quòd litterę Apostolicæ expeditę super prouisione alicuius beneficii, semper continent clausulam (*appellatione remota*, seu *appellatione postposita*,) quę clausu-
241 la excludit effectum suspensiuum † appellationis: & excusat ab attentatis, cap. pastoralis. § prętерea, de officio delegat. c. tua nobis, in fin. de decimis. Franchus in cap. bonę, nu. 36. de appellat.

Quoniam dicta clausula semper solet apponi in parte executiua † litterarum, & non
242 comprehendit contradicentes de iure: sed solum refertur ad contradicentes de facto, glossa verbo, *contradictores*. & ibi Abbas num. 9. in c. pro illorum, de prębend. Felin. in cap. super eo, num. 8. de officio deleg. Franchus in cap. 1. num. 5. de conces. prębend. in 6. Acchil de Graff. decis. 4. numer. 11. de senten. excommu. Lancellot. de attent. secunda parte, cap. 12. limit. 8. num. 45. Put. decis. 271. incipit *Papa*. numero 6. lib. 3. & fuit decisum in vna Caurien. permutationis 11. Maij 1595. coram Gyptio, & in vna Calagurritana beneficij 18. Aprilis 1603. coram R. P. D. meo Lancellotto, vbi propterea fuit resolutum quòd clausula (*appellatione remota*) contenta in parte executiua proprij motus Sixti V. emanati supermodo, & forma prouidendi beneficia patrimonialia diœcesis Calagurritan. de anno 1586. non excusabat, ab attentatis, collationẽ factã, & possessionẽ traditã, pendente termino ad appellandum, Et quòd non obstabat, quòd alias fuerat dictum contrarium in alia causa Calagurritana beneficij de Escarza 30. Octobris 1595. coram Reuerendissimo D. Corduba, quia tunc non fuit consideratum, quòd dicta clausula (*appellatione remota,*) non erat collocata in corpore dicti motus proprij: sed in parte executiua, dumtaxat.

Numquam namque clausula apposita in parte executiua gratiæ, vel cuiuslibet actus
243 auget † gratiam, vel actum, nec tollit subreptionem. clem. 1. in fin. de prębend. vbi omnes. Abbas in cap. cum in nostris, sub nu. 21. de conces. prębend. Felin. in cap. nonnulli, num. 27. vers. *decimaquinta conclusio*, de rescript. Put. loquens in obligatione, decis. 177. numero 2. & 6. libro primo, & decis. 153. nu.

fin.

fin.lib.2.Caputaq. deciſ.83.num.3.p.1. Couarr.in rub.de teſtam.2.p.n.12.verſ. *tertia concluſio.* Acchil.de Graſſ. deciſ.1.num.2. de procurat. & deciſ.3.num.4.& 5. qui filij ſint legitimi. Molin.de Hiſpan.primogen.lib.4. c.2.à n.42.& 45.in fin.cum ſequentibus.Rota deciſ.532.n.7.p.1.diuerſor. qui omnes,& preſertim Molin.ac Felin.in c.licet.nu.7. de off. ordin.optime declarant poſt Anchar. n. 6.Imol.n.16.Cardin.n.2.& cęteros.

Prętерea clauſula (*appellatione remota*) quando non eſt appoſita pręuia cauſæ co-
244 gnitione,† parum, aut nihil operatur, quia intelligitur ſolummodo de friuola appellatione, non de legitima,gloſſa,verbo,*ante ſententiam*, in fin. in c. vt debitus honor 59. de appellat.gl.2.in c.ex parte 13. de officio deleg. Ioan. Selua de beneficio 3. p.q.13.nu.9. Gregorius Lopez in l. 70. gloſſa 4. titul. 18. Part.3. Put.deciſ. 328. nu. 1.lib. 2. Lancellot.de attent. 2. p.capit.12.limit.8.num.42. 43.& 44.

Neque d.clauſula (*appellatione poſtpoſita*) aliquid operatur, quando conſtat de noto-
245 rio grauamine.† Decius conſ.49.nu. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 82. *viso*. nu.1.lib.5. Put.deciſ. 414.num.2.lib.3.Lancellot.vbi ſupra n. 28. cum ſequentibus.

De cuius clauſulę (*appellatione remota*) effectu,vide Couarr.& relatos ab eo,in pract. quęſt. cap.26.num. 6.in fine. verſic. *effectus*. Puteum deciſione 147.libro ſecundo,pleniſſime Lancellot.de attent.2.p.cap. 12. limit.8. ex numero 1. & per totam, vbi firmat concluſionem, quòd d.clauſula tollat effectum ſuſpenſiuum appellationis,& attentata,cum quinque ampliationibus, & duodecim limitationibus, & pluribus declarationibus.

Septimo & à fortiori limita, quando proceditur vigore breuis Apoſtolici, conceſſi pro capienda poſſeſſio-
246 ne beneficij † reſeruati ad fauorem litterarum expeditarum:vel nomine Camerę Apoſtolicæ, quando litterę expeditę non ſunt: ex quo in d.breui diſponitur, quòd procedatur ad immiſſionem poſſeſſionis, & executionem,ſine vitio ſpolij, & attentatorum, & appellatione remota,& cum clauſula(*ſublata &c.*)Caputaq.deciſ.71.p.1.& deciſ.180. p. 3. Gomezius in tract.de breuibus nu. 14. verſ. *per breue*,& n.ſequenti, Staphil. in tract. de breuibus numero tertio. Ruin. conſ. 76. incipit, *primo eſt videndum*. numero 6. & ſub numero 10.libro quinto. Mohed. deciſione 4.numero 5. de reſt. ſpoliat. ac dixi in §. 7. proœmiali num. 218. cum ſequentibus, & plene tradit Lancellot.de attent. 2. parte. cap. 12.limit. 30.num. primo,& per totam, & latius idem Lancellot.in eadem 2.parte. cap.4. in prefatione numero 455. cum ſequentibus, vſque ad num.507.vbi conſtituit regulam cum quinque ampliationibus, & decem limitationibus.

IDEO quãdo appellatur à ſententia prolata, vigore huiuſmodi breuis, ſolet ſignatura committere cauſam appellationis,
247 cum clauſula (*parito breui*) † quæ clauſula, cum ſit ablatiui abſoluti,importat conditionem. l. à teſtatore. ff. de cond. & demonſt.
248 Iaſ. in l. ſecunda, numero duodecimo. C. de iure emphit. Caputaquen. deciſione 111. numero tertio.part. prima:Et conſequenter
249 nulla tribuitur iuriſdictio, † donec ſit paritum dicto breui, poſſeſſionem dimittendo, fructus reſtituendo, & expenſas, (in quibus intruſus fuit condemnatus,)ſoluendo. Staphilæus de litteris iuſtitiæ. §. quando petitur commiſsio, numero decimo. Caputaqu. deciſione 150.numero primo cum ſequentibus. part. prima. Puteus deciſione 119. in fin. libro primo, & fuit reſolutum in vna Iſpalen. beneficij de menſe Maij 1584. coram Reuerendiſs. Domino meo Seraphino, & alias ſæpius.

Clauſula(parito breui)quãdo apponitur, & quid importet.

Ita vt quamuis condemnatus in fructibus,& expenſis,ratione ſpolij,vel attentatorum, quandiu liquidatio facta non ſit, poſ-
250 ſit audiri † ſuper negotio principali, facta in liquidis ſatisfactione, & data cautione, cum conſignatione vnius iulij, ſeu regalis,in ſignum arrę,pro liquidandis.Mohedanus deciſione decimaſeptima, numero primo de reſtit. ſpoliat. Caputaquen. deciſione 270.numero primo,& per totam. p.2. & fuit reſolutum coram Oradino in vna Anconitana computorum, ſiue attentatorum 10. Martij 1567. Lancellott. de attent. tertia parte. cap. finali. n. 166. cum ſequentibus. Verumtamen, quando conceditur commiſſio,illam non habenti, cum clauſula (*parito breui:*)tunc cum nulla adſit iuriſdictio,
251 † donec ſit paritum breui, nullatenus poteſt appellans audiri in negotio principali, donec doceat de integra paritione. Caputaqu. deciſ.150.n.5.& per totam,& deciſ.42.nu.2. part.1.& fuit deciſum in d.cauſa Iſpalen. beneficij de anno 1584.coram Reuerendiſs.D. Patriarcha Seraphino, & in alijs pluribus cauſis.

Hinc dum Roman.conſ. 334. incipit, *circa primum*. numero 4. dixit, quòd reſcriptum mandans quem non audiri, niſi parito iudicato, ſit interpretandum, niſi appellatio legitima interpoſita fuiſſet, † prout ſequitur
252 Menochius de præſumpt.libro 2.pręſump.9. numero ſeptimo, & Felin. in capit.cauſam. numero ſexto poſt principium, verſ. *& iſtam regulam.* de reſcriptis:intelligi debent,quando alias prius aderat fundamentum iuriſdictionis.

253 Admittitur tamen appellatio † in multis casibus.

In quibus casib⁹ admittitur appellatio ab executore breuis

Primo quando Iudex executor talis breuis, modo sit Auditor Cameræ, modo alius quilibet in eodem breui deputatus, grauaret, veluti quia intrusus, seu possessor citatus non fuerit, vel si sit citatus, citatio non sit legitime facta, vt puta, quia non fuerit executa in propria persona, prout fieri debet, quando agitur 254 † de graui præiudicio, scilicet de priuatione, & de incurrendis censuris. Cassadorus decisione secunda, numero quarto, de pension. & decisione duodecima in fin. de rescript. Caputaq. decis. 332. & 334. part. 1. Puteus decisione 33. incipit, *in vna Castri*. lib. 3. Acchil. de Grass. decisione 7. numero 2. de dolo, & contum. Rota decisione 202. libro tertio. part. 3. diuersor. & fuit resolutum in vna nullius spolij coram bon. mem. Ioann. Aldobrandino 15. Februarij 1557.

Ideoque in tali casu, quando agitur de tam graui præiudicio priuationis beneficij, seu de incurrendis censuris, requiritur cer- 255 ta scientia † causata ex intimatione personali, non autem sufficit præsumpta, nec comparitio generalis procuratoris in actis. Rota decisione 20. de dol. & contum. in antiquis, & decisione 2. iuncta additione Papazon. num. 52. & decis. 5. num. 22. de rescript. in nou. Acchil. de Grass. dicta decis. 7. num. 2. de dolo, & contum.

Vnde quatenus Lancellottus in secunda parte, cap. 4. in præfatione, numero 508. in vltima impressione, & Caputaq. decisione 180. numero tertio, part. tertia, dixerunt, quòd in executione huiusmodi breuis de capiendo possessionem nomine Cameræ, absque vitio attentatorum, non requiratur 256 partis citatio: † admitti non potest, quoad breuia hodierna, in quibus executor breuis non est merus executor: sed mixtus, qui assumit partes Iudicis, & cognitionem habet, vt dicit ipse Lancellot. ibidem sub num. 514. Rota decis. 30. de rescript. in nou. Paleot. de cis. 247. in manuscrip. & inferius apparebit.

Secundo admittetur appellatio suspensiua, quando d. breuis (*constitum*) concernens reseruationem, non esset 257 plene † verificatum, & probatum, puta quòd obitus sit in mense reseruato, aut ille per quem vacauit erat talis persona, ex qua orta fuerat reseruatio, vt late scripsi in regula 11. ex numero 98. cum multis sequentibus vsque in finem, vbi quatuor limitationes assignauit: & ideo est non tutum, quòd dicit Lancell. vbi supra numero 512. vers. *quinto & vtiliter*, scilicet, quòd non sit necesse verificare diligentissime, & ad vnguem, narrata in dicto breui.

Potest tamen admitti, quod tradit ipse 258 Lancellottus † in dictis quatuor casibus positis in dicta glossa vndecima ex num. 103. quando narratiua dicti breuis non respiceret reseruationem. Necnon ad effectum, vt non teneatur probare ius illius, per cuius obitum fuit prouisus ille, qui obtinuit dictum breue, sed possessionem dumtaxat, vt dicit idem Lancellott. vbi supra numero 513. Ac propterea in breuibus nostri temporis (*constitum verificandum*) non dicit, 259 † (constito, quòd beneficium vacauerit de tali mense per obitum N.) sed dicit, (constito, quòd N.) de tali mense in possessione huiusmodi beneficij obierit) vt latius scripsi in glossa decimaquinta. §. primo. nu. 60. cum multis sequentibus.

Quę possessio beneficij de tempore obitus 260 probatur, † eo ipso, quòd constet de anteriori possessione, & non probatur contrarium, cum præsumatur continuata. Rota decisione 4. de probat. in nouis. & decis. 80. part. 2. diuersor. l. siue possidetis. C. de probation. Couar. in regul. possessor. 2. p. §. 1. nu. 3. & 4. ad finem. Mascard. de probat. conc. 873. & conclusione 1201. ac sæpe tenuit Rota.

Tertio admittetur appellatio suspensiua, quando non esset proba- 261 ta reseruatio, † licet, in constito dicti breuis verificando, expresse, & necessariò inclusa non fuisset. Quoniam breuia huius- 262 modi nunquam conceduntur, † nisi stante reseruatione, ac cum illius præsuppositio, vt fuit decisum in vna Corduben. portionis coram Rubeis 15. Decembris 1557. & in Salmantina Canonicatus 13. Maij 1572. coram Oradino, & in Giennen. Canonicatus 4. & 11. Maij 1587. coram Illustrissimo Domino Blanchetto, & alias sępius.

Quo fit, vt non sufficiat probare narratiuam (*constiti*) quòd possessor beneficij obierit de mense Februarij, Aprilis, Augusti, aut Octobris, si exaduerso probe- 263 tur, † quòd Episcopus gaudebat alternatiua. Nam per talem probationem vsus alternatiuæ, est omnino excluſa reseruatio, si beneficium est alias liberę collationis, & sic cessat reseruatio: Sicut etiam minime sufficiet probare, quòd beneficium vacauit de mense Martij, aut Septembris, postquam Episcopus acceptauit alternatiuam, quando ex aduerso 264 probatur, † quòd tale beneficium non erat liberæ collationis, vt fuit resolutum in vna Corduben. dimidię portionis, decimatertia Februarij anni 1602. coram R. P. Domino meo Sacrato, & in Tarraconen. parrochialis quarta Februarij huius anni 1604. coram R. P. Domino meo Litta.

& in

& in alijs pluribus causis. & dixi in glossa 45. in princ. num. 8.

Necnon constitum breuis, continens, 268
quòd beneficium vacauit Sede Episcopali vacante, est intelligendum, ita vt inde
265 inducatur reseruatio, † propter quam huiusmodi breuia concedi solent; & ideo si prouisio spectat ad Capitulum solum, vel simultaneè cum Episcopo, vel sit ad collationem Episcopi, cum alio, vel alijs, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertineat, & sic non intret reser- 269
uatio ratione vacationis sede vacante, iuxta regulam secundam Cancellariæ in fine, de qua dixi in glossa 51. casu decimoquarto, ex numero 52. cum sequentibus, nihil valebit talis gratia. Nec breue pro executione illius concessum merebitur executionem, vt fuit decisum in vna Vicen. beneficij 21. Februarij 1600. coram R. P. Domino meo Pamphilio Rotæ Decano, & in Gerunden. 270
beneficij 31. Maij eiusdem anni coram Reuerendissimo Domino Corduba, & alias pluries.

Sic quoque non sufficiet probare vacationem beneficij in mense reseruato; si exaduerso probabitur, quòd tale beneficium
266 sit de Iurepatronatus laicali, † vel mixto, & ideo non intrare reseruationem, vt scripsi in glossa decimaoctaua, ex numero secundo, cum sequentibus.

Bene tamen verum est, quòd si actor probet coram Iudice executore vacationem in mense reseruato, aut Sede Episcopali vacante, quòd si reus non probat coram eodem executore, quòd non intret reseruatio, 271
ex eo quòd beneficium sit de iurepatronatus laicali, vel mixto, vel ex alijs rationibus specialibus, mentionatis in tribus numeris precedentibus: quòd tali casu Iudex executor non grauaret, quamuis actorem in possessionem beneficij immitteret, cum rite, & recte processerit. Ac propterea difficile reus posset obtinere reuocationem dictę immissionis in possessorio, & multo minus per viam nullitatis, vel attentato- 272
rum, vt sæpe dixit Rota, & scripsi in simili in glossa vndecima. num. 108. & 109. & inferius num. 296.

Quarto admitti debet appellatio, quando reus, & possessor vellet probare aliquas exceptiones respicientes reseruationem, & constitum d. breuis, contra probationem ab impetrante factam, ac (seclusa fraude) afferret articulos, & non admit-
267 teretur † à Iudice executore talis probatio, ac exceptio, aut desuper competens terminus denegaretur, vt dixi in 3. annotatione, vers. *hinc datur*, num. 190. & 191. & sic praticari vidi.

Quinto quando reus esset prouisus à Legato de Latere, vel Nuncio Apostolico, † & breue continet clausulam exequendi contra quoscumque, (non tamen prouisos à Sede Apostolica,) prout frequentius continere solet. Nam tunc tale breue non habebit paratam executionem contra talem possessorem prouisum à Legato, vel Nuncio, potestatem Legati de Latere habente Ratio est, quia prouisus à Legato, vel Nuncio, dicitur prouisus à Sede Apostoli-
ca. † cap. si Abbatem 36. in princ. & ibi Gemin. n. 5. Franchus n. 4. de elect. in 6. Card. in clem. quia contingit in princip. q. 5. nu. 12. & ibi Imol. sub n. 9. ad medium. vers. *iuxta prædicta*. de relig. dom. Rota decis. 206. n. 5. part. 1. diuersorum.

Secus vero esset, quando deficit dicta clausula: *non tamen prouisos à Sede Apostolica*, sed dicitur dumtaxat, (non tamen à nobismet † prouisionem habentes,) quia tunc soli prouisi ab ipso Papa excluduntur, & breue exequendum erit, etiam contra prouisos à Legato de Latere, vel Nuncio, habente potestatem Legati de Latere, vt fuit decisum in vna Vicen. beneficij 22. Iunij 1589. coram R. P. D. meo Litta, & in Salmantina beneficij de Dueñas 15. Ianuarij 1596. coram Domino Corduba, vbi etiam dictum fuit, quòd talis executio similiter locum haberet, contra quoscumque possessores, vigore vnionis ab alio, quam ab ipso Papa, factę.

Sexto admittitur appellatio, quando ipsum breue est subreptitium, † vel est subreptitia gratia principalis, à qua d. breue procedit, & de tali subreptione constaret, vt fuit resolutum in vna Astoricen. prioratus 9. Decembris 1596. coram R. P. D. Litta, & in vna Vrgelen Archidiaconatus 13. Aprilis 1593. coram eodem. tradit etiam Lancellot. de attent. 2. p. c. 4. in præfatione, nu. 478. vbi plura adducit.

Ideo si ante obtentionem d. breuis adesset iam aliqua lis, & de illa in ipso breui mentio facta † non fuisset, tale breue esset subreptitium, nec mereretur executionem. Paleot. decisione 116. Caputaqu. decisione 70. num. 1. p. 1. & fuit decisum in vna Vallisoletana scholastrię, sub quinta die Iulij 1599. corã D. Lancellotto vbi etiã fuit decisum, quòd quamuis dictum breue excludat vitium spolij, & attentatorum: non tamen excludit attentata ratione † inhibitionis Rotalis iam executæ, quando de illa mentio in ipso breui facta non fuit. Lancellott. in dicta prefatione. num. 457. Nam executio breuis impeditur per inhibitionem Rotalem prius executam. Caputaquen. decis. 49. lib. 3. in manuscriptis.

Sicut etiam breue dans facultatem capiendi possessionem, sine vitio spolij, non dat facultatem illam capiendi, sine vitio at-
274 tentatorum, † & ideo quamuis cesset vitium spolij. Caputaquen. decisione 71. part. prima, & decisione 180. part. 3. Mohed. decis. 4. de restit. spoliat. non tamen cessat vitium attentatorum, cum vnum longe distet ab alio. Caputaquen. decis. 70. part. 1. & decis. 151. num. 2. part. 1.

Præsertim cum breuia de capienda possessione, sapiant plus gratiam, † quam iustitiam, ex quo tollitur actio spolij, & attentatorum. Lancellott. in dicta 2. parte. cap. 4. in præfatione numero 492. cum sequentibus. Cæsar de Grassis decis. 6. n. 19. & 20. de caus. poss. & prop.

Item quia breue concessum pro executione gratiæ, intelligitur, si gratia sit valida,
276 † vel si sint narrata narranda. Paleot. decis. 115. in manuscriptis. Flamin. Paris. de resignat. lib. 10. q. 6. n. 25.

Et verba, (*constito de resignatione*), contenta in breui, intelliguntur de resignatione validæ,
277 † vt fuit decisum in Corduben. pensionis 25. Octobris 1557. coram Rubeo. Flam. Paris. vbi supra num. 23.

Rursus quando gratia principalis est nulla, datio quoque executoris, † tanquam accessoria, & pars ipsius gratiæ erit nulla. c. si super gratia. 9. de officio deleg. in 6. c. constitutus de rescript. Rota decis. 20. nu. 2. de concess. præben. in nouis. Felin. in cap. ad audientiam il 2. num. 19. & 22. de rescript. & in cap. fin. numero 39. de præsumpt. Nauarrus in capitulo cum contingat. p. nullitate, ex numero primo cum sequentibus, de reseriptis.

Septimo veniret admittenda appellatio, quando in aliquo non
279 esset seruata forma, † seu conditio ipsius breuis, veluti si litteræ gratiæ principalis non essent præsentatæ, quando conceditur breue ad fauorem litterarum, cum in ipso
280 breui expresse dicatur, *si, & postquam* † *litteræ fuerint præsentatæ*, & sic omnia gesta ante dictam præsentationem essent nulla: tanquam gesta contra formam, & ante purificatam conditionem, & absque iurisdictione, glossa, verbo, *traditam sub conditione*, in cap. olim. il 1. de rest. spoliat. Felin. in cap. finali, numero 33. de præsumpt. Gemin. cons. 71. incipit, *præmitto*. num. 4. & 5. Caputaquen. decis. 150. n. 5. & decis. 338. nu. 3. part. 1. Put. decis. 429. lib. 1. & decis. 283. li. 1. & decis. 34. lib. 3. num. 2. Acchil. decis. 3. in fine. de iureiuran. Rolan. consilio 65. numero 22. volum. tertio. Flaminius Parisius de resignatione lib. decimo, quæst. 6. n. 24. Lancellottus de attentat. secunda parte. cap. 4. in præfatione. numero 477.

Alios etiam casus, seu limitationes, in-
281 quibus † cesset executio dicti breuis, videre poteris per eundem Lancellot. vbi supra, ex dicto numero 477. vsque ad num. 507. ne ibidem scripta repetamus, vbi à num. 508. vsq; 517. ponit alia notabilia de materia dictorum breuium.

Et qualiter sit intelligenda clausula contenta in breui, *de expediendis litteris infra*
282 † *sex menses* scripsi in glossa 15. in principio numero 117. cum antecedentibus, & sequentibus.

Cui sit restituenda possessio capta nomine Cameræ, & an competat post traditionem, & translationem interdictum retinendę, & ius antiquitatis † ante nouam appre-
283 hensionem à dixi late in glossa 34. de optionibus quæst. 20. num. 101. vsque 122. Et in glossa sexta numero 133. dicitur, an detur dictum breue in vacatione iuxta formam constitutionis Pij Quinti, Et ibidem numero 175. 176. & 177. dixi, an possit appellari à denegata executione breuis, & qualiter sit procedendum in secunda instantia. Et in glossa nona, §. quinto, numero 21. & 23. dixi, an mentio facta in breui de lite, vel clausula *sine vitio spolij*, in eodem breui contenta, intelligatur de lite præsenti, & de antiquis possessoribus tantum.

Quando igitur est locus appellationi suspensiuæ à sententia per executorem breuis prolata, vel saltim adest aliqua colorata ratio: tunc pro parte rei occurritur ad signaturam gratiæ, vel signaturam iustitiæ, ad quam hodie frequentius
284 † occurritur, cum ex tacito quodam Papæ consensu ibidem hoc remedium adhiberi possit, non obstante manus appositione Papę in d. breui, ex his quæ dixi in gl. 52. n. 31. & 32. & porrecta commissione appellationis, ac cognito de rationibus releuantibus ipsius rei, solet committere simpliciter causam appellationis in Rota, cum facultate inhibendi: quòd non sępe facit, sed sępius rescribit cum clausula (*parito breui* † *arbitrio Rotæ*) hoc est, quòd Rota arbitretur,
285 an sit breue exequendum, & parendum ante omnia sententię executoris, vel potius sit supersedendum, donec negotium principale discutiatur. Et præsentata commissione in Rota datur desuper dubium. An intret
286 arbitrium † Rotæ? etsi in disputatione dicti dubij Rota gustat de grauamine executoris, seu de iustitia, etiam respectu negotij principalis, appellantis, resoluit, quòd intret arbitrium ad effectum supersedendi in executione breuis: & in tali casu solitum est dici in decisione desuper, extendenda, quòd breuis rigor de stylo Rotæ relaxa-

Assignatur praxi occurendi ad signaturā pro reparatione grauaminis executoris.

tur

287 tur † aliquantulum per clausulam (*arbitrio Rotæ*) quæ etiam restringit præcedentia verba (*parito breui*,) vt fuit decisum in vna Leodicen. Parrochialis 16. Octobris 1594. coram Domino meo Litta, & in Viterbien. bonorum 17. Maij 1596. coram Illustrissimo Domino Arrigonio, & in Astoricen. Prio 294 ratus 9. Decembris 1596. coram Orano, & in Romana pensionis 13. Iunij 1593. coram R.P.D. meo Pamphilio Rotæ Decano, & in Aurien. Parrochialis 27. Aprilis 1598. coram D. meo Lancellotto.

Et in dictis decisionibus Aurien. & Astoricen. & in alijs pluribus fuit dictum, quòd ad hoc vt intret arbitrium Rotæ, mi-
288 nor probatio sufficit, † licet sit informis, dum tamen fumum præstet, prout etiam
289 sufficit † in signatura. Ratio est, quia per hoc non infertur magnum præiudicium, & 295 perpetuum; ex quo in iudicio ordinario erit plene facienda probatio, seu discussio, & sic sufficiunt leues probationes. Decius consil. 56. numero primo. Alex. cons. 103. n. 3. vol. 7. cum alijs, ac habetur in dicta decisione Aurien.

Si vero negotium sit obscurum, & intricatum, interdum vult Rota prius dare aliud dubium super negotio principali, & illud di-
scutere, & postea declarare si intret arbi- 296
290 trium, † vel non, vt fuit decisum in vna Compostellana pensionis 18. Octobris, & 7. Nouembris 1584. coram Reuerendissimo D. meo Seraphino, & in alijs pluribus causis, & faciunt tradita per Lancellot. de attent. 3. p. c. 24. q. 19. n. 4. 5. & 6.

Et si in hoc medio tempore, inter propositionem commissionis in signatura, & præsentationem, ac disputationem dicti dubij, Auditor Cameræ, vel quilibet alius execu- 297
tor breuis, relaxat litteras declaratorias, cum brachio seculari, & actor illarum vigore cæpit possessionem. Rota postquam declarauit intrare arbitrium Rotę, solet
291 talem possessionem † reuocare, vti attentatam, & manutenere reum possessorem, cum integra attentatorum purgatione: & iusta cum ratione, quia non debet esse potioris
292 † conditionis temerarius, qui attentando expectare noluit, & deliquit, quam prudens, & obediens, qui patienter expectauit euentum commissionis, & Rotalis declarationis, l. seruius. ff. quod vi, aut clam. c. eum qui 18. de præben. lib. 6.

Ad obuiandum tamen inconuenienti præ dicto, appellans festinanter occurrere so- 298
let ad Dominum Præfectum signaturæ iustitiæ, seu gratiæ, in qua causa appellationis est proponenda, & petit mandari superse-
293 deri, † donec proponatur, ac cognito summarissime de aliqua releuantia conceditur, & merito, huiusmodi supersessoria, quæ intimatur Iudici executori.

Commissa autem causa in Rota, statim inhibetur iuxta formam commissionis; sed ante talē disputationem, & declarationem, videlicet, quòd intret arbitrium Rotę, non 294 mandatur expresse, † quod supersedeatur in executione, nisi raro, puta si Iudex est bene informatus de iuribus appellantis, vt in numero 297. dicemus, & sic in omnibus supradictis, sæpe practicari vidi, & obtinui.

Cæterum si tempore disputationis dicti dubij: (*an intret arbitrium*) Rota non bene gustat de iuribus appellantis, tunc declarat non intrare d. arbitrium, nec esse retardandam executionem breuis, ac extenditur decisio: in qua tunc dici solet, 295 quòd clausula (*arbitrio Rotæ*) intelligitur, † prout de iure. Cæsar de Grass. decisione 7. numero 7. & decisione 8. nu. 2. de re iudicat. Rota decis. 348. n. 4. part. 1. & decis. 641. li. 3. p. 3. diuersor. & fuit dictum in vna Compostellana pensionis 7. Nouemb. 1584. corā D. meo Patriarcha Seraphino, & in Toletana Parrochial. 23. Ianuar. 1595. corā Corduba.

Tunc etiam dici solet, quòd arbitrium Rotæ operatur retardationem executionis, & 296 immissionis; non autem † reuocationem executionis, iam factę, & effectuatæ, vt fuit decisum in vna Aurien. Parrochialis 17. Aprilis 1600. coram R. P. D. meo Lancellotto, & in Oueten. Archidiaconatus 15. Decembris 1603. coram R. P. D. meo Pamphilio Rotæ Decano, & vide supra num. 266.

Vlterius interdum solet prudenter reus possessor, cum primum conceditur tale breue, committere causam in Rota, super solo 297 petitorio, † firmo remanēte possessorio corā Audit. Cameræ, vel alio quocūq; executore: & currit festinanter in disputatione petitorij in Rota, vt obtenta aliqua fauorabili decis. aut reportet facilius sententiā fauorabilē in possessorio, vel saltim cōmittatur causa appellationis, cū clausula (*arbitrio Rotæ:*) & tali casu statim, quòd est prę sentata cōmissio in Rota, Iudex inhibet, ac mādat supersederi, etiā ante aliquā disputationē dubij: *an intret arbitrium Rotæ*, vt dixi supra in num. 294.

Præterea aliquando reus ante pronunciationem Iudicis executoris breuis, occurrit ad signaturam Sanctissimi, & dato fumo de non reseruatione, idem Sanctissimus, aut prę uia auocatione causę, ab Auditore Came 298 ræ, committit in Rota executionē † d. breuis: aut mandat Audit. Cameræ, quòd pronūciet cum voto Rotæ, vel vnius ex Dominis Audi torib. Rotę, & alias prout sibi magis placet.

Immo etiam ante concessionem d. breuis semel consului, in quadam causa Salman-

tina integræ portionis, quod occurreretur ad signaturam Sanctiſsimi, & docto, vel fumo dato de non reſeruatione, ſupplicaretur eidem, quòd denegaret conceſsionem dicti breuis, quod petebat prouiſus Apoſtolicus, & cauſam in negotio principali committeret in Rota, quo facto, quamuis Sanctiſsimus in ipſa ſignatura dixit nolle ſignare talẽ commiſsionem, ne aperitetur via ſimili prætenſioni: Nihilominus poſtea noluit d. breue concedere, ſed remiſit R.P.D.meo Iuſto integerrimo, & meritiſsimo Rotæ Auditori,
299 vt videret an d.breue † eſſet concedendum. & dato, ac diſputato deſuper dubio, ſub die 16. Maij 1603. fuit deciſum coram eodem in ipſa cauſa Salmantina portionis non eſſe locum conceſsioni breuis.

Ea omnia ferè, quæ diximus de appellatione ab executore breuis, locum habent in exe
300 cutore litterarum gratioſæ ſubrogationis † ad partem expeditarum, quando executio non pendet in Rota, de qua materia loquutus fui in §.7. proœmiali ex num 211. cum multis ſequentibus. Cum quibus concludo in huiuſmodi annotationibus, ad laudem, & gloriam D.N.Ieſu Chriſti.

Summaria §. 2. Gloſſæ 9.

1 *Canonicatus Doctoralis, aut magiſtralis, an includatur ſub reſeruatione regulæ noſtræ.*
2 *Tenor Bullæ Sixti IV. de Canonicatibus Doctoralibus.*
3 *Tenor Bullæ Innocentij VIII. de eodem.*
4 *Tenor Bullæ Leonis X. de eod. & n.5.*
6 *Speciales caſus, numquam comprehendit lex generalis.*
7 *Speciale indultum, numquam cenſetur ſublatũ per regulas reſeruatorias poſtea emanatas.*
8 *Derogatoriæ clauſulæ indulti, inducunt proteſtationem defectus volũtatis in diſpoſit. ſequenti.*
9 *Reſeruatio noſtræ regulæ eſt ſpecialiter ſublata per indultum Sixti IV.*
9 *Regulæ noſtræ reſeruatio, iam vigebat de tempore Sixti IV.*
10 *Regulæ Cancell. renouantur cum antiquis moderationibus, & limitationibus.*
11 *Priuilegium decet eſſe perpetuum.*
12 *Poſteriores leges trahuntur ad priores.*
13 *Clauſula adiecta in lege antiqua, & interpretata, cenſetur repetita in lege noua interpretãte.*
14 *Priuilegium conceſſum cum derogatione regulæ de infirmis, non ceſſat morte eiuſdem Papæ concedentis.*
15 *Doctoribus, & magiſtris beneficia debita, non veniunt in reſeruatione beneficiorum, nec ſub expectatiuis, & num. 16.*
17 *Canonicatus Theologales Regni Franciæ, non veniunt ſub nominationibus.*
18 *Priuilegium cõceſſum perſonis priuilegiatis, nõ cenſetur ſublatũ per clauſulas derogatorias, Sicut nec conceſſa ad bonũ publicũ, & Eccl. vtil.*
19 *Concil. Triden. præſeruat qualitates Canonicatuum Doctoralium.*
20 *Princeps licet poſsit reuocare ſua priuilegia, ſine cauſa, non tamen debet, ſi eſt conceſſum perſonis benemeritis.*
21 *Multiplicatio clauſularum derogatoriarum multum operatur.*
22 *Indulta Canonicatuum Doctoralium tollunt prouiſiones Apoſtolicas.*
23 *Canonicatibus in Doctoralibus, non procedit regula de impetrantibus.*
24 *Argumentũ de maiori ad minus bene procedit.*
25 *Lex 24. tit. 3. lib. 1. recopil. Hiſpaniæ, quid diſponit circa iſtos Canonicatus Doctorales, & numero 26.*
27 *Intentionis Papæ non eſt comprehendere ſub regula noſtra Canonicatus Doctorales.*
28 *Indultum ſuper Canonicatibus Doctoralibus, eſt modici præiudicij.*
29 *Priuilegij pro non reuocatione eſt interpretatio facienda, & contrarium prætendens exactè probare debet. & num. 30.*
31 *Variatio minus præſumitur in PP. quã in alijs.*
32 *Papa debet eſſe conſtans, & immobilis ſicut lapis angularis, & ſicut polus in Cælo, & vnum dumtaxat calamum habere.*
32 *Papæ conuenit illud, ſemel loquutus eſt Deus, & quod ſcripſi ſcripſi.*
33 *Papa & quilibet Princeps habere debet pedes plumbeos, vt non moueatur, nec de cupiditate notetur, & num. 34.*
35 *Papa minus præſumitur velle tollere indultum conceſſum ad inſtantiã, & preces Regũ.*
36 *Regibus propter illorum excellentiam ſemper defertur.*
37 *Priuilegium conceſſum ad inſtantiam Ambaſciatoris Regis, venientis ad præſtandam obedientiam, minus cenſetur derogatum.*
38 *Perſona illius, cuius contemplatione aliquid conceditur, potius conſideratur, quam illa cui conceditur,*
39 *Canonicatus Doctorales ſemper prouidentur à capitulis per concurſum, in quibuſcumque menſibus vacent.*
40 *Praxis, & obſeruantia præſtant optimam declarationem regulæ noſtræ.*
41 *Legum vera interpretatio à praxi ſumitur.*
42 *Indultum de Canonicatibus Doctoralibus non eſt conceſſum perſonæ particulari, ſed pluribus Regnis, & ſic minus cenſetur derogatum, & n.43. & 44. & n.46.*

Indultum

45 *Indultum Leonis X. simile huic, de quo agitur, fuit præseruatum per Rotam a reseruatione regulæ nostræ.*

47 *Indultum concessum potius ad fauorem eligendorum, quam eligentium, non auferetur per regulam nostram, & n. 48.*

49 *Priuilegia concessa in remunerationem laborum sunt irreuocabilia, sicut & concessa Dominis Rotæ Auditoribus, & n. 50.*

50 *Derogatum priuilegium minus præsumitur, quando deficit clausula*, quorum tenores.

51 *Canonicatus Doctorales, vti beneficia Ecclesiastica qualificata, includi videntur sub regula nostra, & num. 55.*

52 *Regula nostra reseruat etiam beneficia electiua.*

53 *Electio Canonicorum Doctoralium, quamuis fieri debeat per Capitulum, confirmatio vero, an debeat spectare ad Papam, si vacant in mensibus reseruatis.*

54 *Reseruatio regulæ nostræ multum distat ab expectatiuis.*

56 *Derogatio Generalis priuilegiorum habet vim specialis expressionis, præsertim cum sit per viam legis. & n. 57.*

58 *Rota semper tenet, quòd derogatio generalis cum clausula* (quorum tenores) *sufficiat.*

59 *Indultum Sixti IV. est derogatum per generales regulas, & nu. 69.*

60 *Regula 12. reuocatoria vnionum amplectitur vniones factas vigore indulti Sixti IV.*

61 *Sedes Apostolica concesit plures gratias de Canonicatibus Doctoralibus.*

62 *Papa nunquam concedit tantam potestatem ordinarijs, quòd maiorem sibi non reseruat. Nec potest manus successorum suorum ligare.*

63 *Intentio Papæ desumitur ex obseruantia.*

64 *Praxis non seruat, quòd de iure non est.*

65 *Praxi ab antiqua nunquam est recedendum.*

66 *Leges tunc sapiunt cum practicantur.*

67 *Iuspatronatus ex priuilegio quando non censetur sublatum per regulam nostram.*

68 *Responsio datur argumentis adductis ad hoc, quòd Canonicatus Doctorales includantur sub reseruatione, & n. 69.*

70 *Sacrilegium esset dubitare de potestate Papæ.*

71 *Intentionis de defectu Papæ licitum est disputare.*

72 *Potestas, & voluntas requiritur in quolibet actu.*

73 *Voluntas, & potestas, si repugnant, nihil agitur.*

74 *Voluntati sui successoris, Papa legem imponere potest.*

75 *Ratio suadet, vt qui à successoribus sua mandata seruari desiderat prædecessorum voluntatem custodiat.*

76 *Papa sibi ipsi iniuriam facit, cum decreta prædecessorum turbat.*

77 *Reuocat facilius Papa facta propria, quàm suorum prædecessorum, quæ cum maiori reuerentia custodit.*

78 *Rota resoluit, quòd collatio Canonicatus Magistralis debet fieri secundum indulta desuper concessa, & quòd impetratio esset subreptia. & num. 79.*

80 *Canonicatus Doctorales, & Magistrales, ac lectiones Sacræ scripturæ, quòd prouideantur per concursum, etiam nostris temporibus concedit Sedes Apostolica.*

81 *Canonicatus lectionis Sacræ scripturæ, semper est Theologo conferendus, ab eo tamen, ad quem de iure antea collatio spectabat, & nu. 82. & 83.*

84 *Canonicatus Pœnitentiarius cadit sub reseruatione regulæ nostræ, & n. 85.*

86 *Canonicatus lectionis Sacræ scripturæ in Hispania prouidentur, iuxta formã indulti Sixti IV. ac etiam in nonnullis Ecclesijs Collegiatis.*

87 *Tollerantia Papæ, & superioris inducit dispensationem, & omnis actus iustificatur ex patientia superiorum, nu. 88. & 89.*

90 *Canonicatus Doctoralis, quando vacat commendari debet.*

91 *Canonicus Doctoralis, seu Magistralis potest occupari ab Episcopo in suo seruitio.*

92 *Doctoralem ad Canonicatum oppositio, an tribuat aliquod ius considerabile.*

93 *Doctorales Canonici, an possint optare remissiuè.*

§. 2. gl. 9. vbi agitur de Canonicatibus Doctoralibus, & Magistralibus, &c.

SEQVITVR nunc inspiciendum. An Canonicatus Doctorales, † & Magistrales, quæ in Hispania, in Regnis Castellę, Nauarrę, & Granatę, sunt conferendi per concursum vni Magistro, vel Doctori, seu Licentiato in sacra Theologia, & vni Doctori, vel Licentiato in iure Canonico, vel Ciuili graduatis, iuxta formam bullarum Sixti IV. Innocentij VIII. & Leonis X. comprehendantur in reseruatione nostrę regulæ?

1

Quod non includantur, sed potius excepti censeantur in prims

2 apparet ex tenore † Bullę Sixti IV. sub data Calen. Septembris anni 1474. vbi statuit, quòd

quòd de duobus Canonicatibus, & totidem præbendis, qui primo per cessum, vel decessum, aut quamuis aliam dimissionem (extra Romanam Curiam) in quibusuis mensibus simul, vel successiuè vacabunt, etiam si dispositioni Apostolicę ex quauis causa generaliter reseruati forent, perpetuis futuris temporibus, quoties illos pro tempore, vacare contigerit, vnus in Theologia magister, seu Licentiatus, & alter in altero iurium Doctor, seu Licentiatus existat, possit, & debeat, vna cum Capitulo cuiuslibet Ecclesiarum Cathedralium, ordinaria authoritate prouideri: perinde, ac si aliquæ expectatiuæ speciales, vel generales reseruationes & nominandis, seu nominatis, conferendi facultates, & mandata à Papa, seu Sede Apostolica, seu alias eius authoritate, etiam Regum, Ducum, Principum, vel Prælatorum, aut quauis alia consideratione, nullatenus emanassent, seu in posterum emanarent. *Deinde paulò inferius subiungit.*

Et illis ordinaria dũtaxat authoritate pro uideri, & sub prædictis, & quibusuis alijs gratijs expectatiuis, specialibus, vel generalib⁹ reseruationibus, & incorporationibus, exẽptionibus, & aliis concessis, & concedendis facultatibus non comprehendi, &c. Non obstantibus præmissis, & generalibus. vel specialibus reseruationibus quorumcumque Canonicatuum, & præbendarum, seu beneficiorum Ecclesiasticorum factis, seu faciendis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon per nos, & Sedem Apostolicam editis, & edendis, de quibus forsan specialis, & expressa mentio habenda foret, & quas pro expressis haberi volumus, & illis in quantum effectui pręsentium pręiudicent, seu præiudicare possint derogamus. &c. *Postea adiungitur iterum.*

Quodque per quascumque litteras, seu cõcessiones per nos, authoritate, & motu similibus, etiam de Apostolicę sedis plenitudine potestatis, & cum quibuscumque clausulis, derogatorijs, & antelationum prærogatiuis, quibusuis personis, &c. nisi de causa statuti nostri huiusmodi, mentio specifica, & indiuidua fieret, non comprehendere, &c. *Cum decreto irritanti, & alijs plenissimis clausulis.*

3 Deinde in indulto Innocentij VIII. † ad instantiam præclarę memoriæ Ferdinandi Regis, & Elisabet Reginæ dictorum Regnorum obtento, inter alia fuit additum: quòd si contingeret aliquas personas, Canonicatus, & prębendas (pro graduatis huiusmodi deputatos) pro tempore obtinentes, de licentia prædictorum Capitulorum, ad Romanam Curiam, accedere, & illas, ab hac luce discedere, Ordinarij, & Capitula Cathedralium huiusmodi de eisdem Canonicatibus, & præbendis per obitum talium, pro tempore vacantibus, alias iuxta formam litterarum Sixti prædecessoris, huiusmodi liberè disponere possent.

4 Postea in Bulla Leonis † X. sub data vndecimo calẽdis Aprilis anno 9. hoc est ann. 1520. ad supplicationem Caroli V. Imperatoris, præuia plenissima narratiua dictorum indultorum Sixti IV. & Innocentij VIII. illa abundantissime confirmauit, ac corroborauit, & quoad Ecclesias prędictas Castellę, & Legionis Regnorum, quatenus eisdem litteris contrauentum, & de Canonicatibus, & præbendis graduatorum huiusmodi, qui ex tunc vacarunt, per Sedem Apostolicam prouisum fuit, in pristinum, & in eum, in quo illę, ac Ordinarij, & Capitula earum, ante huiusmodi contrauentiones, & Apostolicas prouisiones quomodolibet erant, statum restituit, reposuit, reualidauit, & plenarie reiintegrauit. & nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia de nouo concessit.

Et quòd si dicti Canonicatus Magistrales, & Doctorales apud sedem vacare contigeret, Ordinarij, & Capitula, iuxta dictam formam prouideant: sic tamen, quòd ipsi electi infra quatuor menses nouam prouisionem desuper ab eadem sede impetrare, & desuper litteras expedire, ac iura Camerę Apostolicæ soluere, teneantur.

5 Additur etiam, † quòd statuto, & cõcessioni huiusmodi, & ordinationi, per quascũque regulas Cancellariæ, & alias litteras Apostolicas, etiam Sanctę Romanę Ecclesiæ Cardinalibus, hactenus, & pro tempore, etiam motu proprio, & alias quomodolibet concessas: etiam quoad consensum per eos præstandum, ratione vacationis per obitum familiarium suorum, etiam quasuis clausulas generales, vel speciales, & derogatorias, efficaciores, & insolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quorumcumque verborum expressione, in se continentes, nullatenus derogatum sit, nec censeatur esse, nec derogari possit. Necnon Canonicatus, & præbendæ huiusmodi, etiam per nos, aut successores nostros, etiam de consensu Magistrorum, Licentiatorum, seu Doctorum, vt supra qualificatorum, ex quauis causa, etiam motu proprio, & consistorialiter, aliqua, vel aliquibus pensionibus grauari, nec illorum fructus, vel aliquos eorum, alicui, vel aliquibus, etiam Cardinalibus concedi possint, nisi per trinas ordinariorum, & Capitulorum litteras, cum interuallo trium mensium inter datas accedat assensus, & si secus actum fuerit huiusmodi concessiones, nemini suffragentur, & Ordinarij, & Capitula prędicti, litteris derogatorijs

torijs parere minimè teneantur: sed eis firmiter resistere, & litterarum huiusmodi executionem impedire: nec ratione resistentiæ huiusmodi, aliquibus censuris, seu pœnis Ecclesiasticis innodari possint, cum clausula sublata, & alijs prægnantissimis, &c.

Vnde stantibus memoratis Apostolicis indultis, ad conferendum hos Canonicatus Magistrales, & Doctorales per cõcursum, in quibuscumque mensibus vacauerint, & disponentibus, quòd per nullas reseruationes speciales, & generales, siue Regulas Cancellariæ comprehensi censeantur, habemus in terminis legem expressam, eo ipso, quòd in regula nostra nõ fit expressa, & indiuidua derogatio de prædictis cõcessionibus, Quia lex generalis numquam censetur comprehendere casum priuilegiatum, † & specialem glossa 1. in l. fin. C. de silentiarijs, lib. 12. Baldus in l. non plures, n. 4. C. de Sacros. Ecclesijs. Cassadorus decis. 6. num. 11. super regulis. Simonet. de reseruationibus, quæst. 49. vbi in terminis specialis indulti † loquitur, & dicit, quòd nunquam censetur sublatum per regulas posteriores reseruatorias, & in quæst. 87. num. 2. & per totam, & fuit resolutum in Leodicen. Canonicatus de anno 1596. coram Illustrissimo Blanchetto, cum alijs allegatis supra in gl. 5. §. 3. de Vicarijs, num. 65. & sequentibus; vbi post Rotam resoluimus regulam nostram, hac de causa non comprehendere Vicarias Parrochialium annexarum Ecclesijs, & Monasterijs, & alijs, de quibus ibi.

Et clausulę fortissimę, & derogatorię contentę in dictis indultis inducunt † protestationem defectus voluntatis in dispositione sequenti, quamdiu de dictis indultis non fit specifica, & indiuidua mentio, vt per Bart. & alios in l. si quis in principio testamenti. ff. de legat. 3. nu. 3. cum sequenti. Rota decis. 137. num. 4. & per totam, parte prima diuersorum, & decis. 304. n. 4. & per totã. p. 2. diuers. vbi loquũtur illę decisiones in fortiori casu. Parisius cons. 41. nu. 26. lib. 4. Romanus con. 436. *quod indultum.* sub nu. 9. vers. *& ego istud.*

Maxime cum in dictis concessionibus Sixti IV. & Leonis X. excludantur in specie reseruationes, † ratione mensium, vt ibi (*in quibuscumque mensibus simul, vel successiue vacabunt*) & sic cũ regula nostra reseruatoria mensium, iam vigeret de tempore Sixti IV. ac fuerit iam modificata, & limita, quoad istos Canonicatus, & præbendas Doctorales, & Magistrales, semper censetur renouata, & suscitata per omnes Papas successores, cum eadẽ limitatione, & † moderatione, vt dixi in gl. §. §. 3. de Vicarijs, num. 73. & 74. Et quia decet concessum à Principe beneficium † esse mansurum. cap. si cui nulla, de prębendis, lib. 6. cap. 1. in principio, de priuilegijs, lib. 6. regulà decet 16. de regulis iuris, eodem libro. Rota decis. 33. numero tertio, & 13. de prębendis in antiquis. Cęsar de Grassis decis. 1. nu. 7. & 8. de verbor. significat. Simonet. de reseruationibus, quęst. 88. num. 5. & per totam, vbi bene.

Neque est nouum, vt posteriores leges † ad priores trahantur, & è conuerso. l. non est nouum 26. l. ideo. l. sed & posteriores 28. ff. de legibus.

Sicut etiam dicimus, quòd clausula adiecta in l. antiqua, interpretata, † censetur repetita in l. noua interpretante. l. nihil. vbi notat Bart. ff. de coniungend. cum emancipat. liberis, Authentico de filijs ante dotalia, in fine, collatione 3. gloss. verbo *consuetudine*, in clemen. statutum, de electione, vbi notat Cardinalis, & communiter omnes. Cassadorus decis. 6. numero vndecimo, super regulis Cancellariæ. Parisius cons. 69. n. 34. lib. 3. Rota decis. 75. nu. 4. parte secunda diuersorum.

Hinc si vnus Papa concedit priuilegium resignãdi, etiam in articulo mortis, cum derogatione regulę de infirmis resignantibus, quamuis, decesserit ille Papa, & alius dictam regulam renouauerit. † non propterea censetur derogatum d. priuilegium, vt tenuit Rota teste Aragon. decis. 33. in manuscriptis. Flamin. Paris. de resignat. lib. 12. q. fin. nu. 37. & 38.

Secundo, & principaliter quia dicta priuilegia habent quandam conformitatem cum iure communi †, nam de iure communi non veniunt in reseruatione beneficia debita Doctori, vel Magistro, vigore alicuius statuti, vel consuetudinis, cap. cum in Ecclesia tua 25. iuncta gloss. magna, in fine, de prębendis, lib. 6. Æneas de Falconibus in tract. de reseruatione beneficiorum. q. 3. principali, numero 22.

Hinc in terminis istorum Canonicatuum, Magistralium, & Doctoralium, quòd non comprehendantur sub expectatiuis † firmat Gomezius in tracta. de expectatiuis, sub nu. 93. vers. *& pariter dicendum est in beneficijs Magistralibus, & Doctoralibus.*

Immo quòd reseruatio ratione vacationis in Curia † nõ capiat istos Canonicatus, vltra quod hoc expresse disponitur in dictis indultis Innocentij VIII. & Leonis X. etiam tenet Couarr. in practicis quæstionibus, ca. 36. sub nu. 4. post medium, vers. *similiter.*

Similiter in Francia Canonic. Theologalis est semper prouidendus per ordinarium, & Capitulum, vni Theologo, in quocumque mense vacauerit, nec quoad hoc locum habent menses assignati, nominatis, & graduatis,

tis, vt sancitur in rubrica de collationibus. §. 1. & ibi per Rebuffum in verbo, (*Theologalem*) & verbo (*teneantur*.)

Ad hoc facit, quòd per clausulas derogato
18 rias † nunquã censetur sublatum priuilegiũ concessum personis, alias priuilegiatis, nisi de tali priuilegio fiat specifica mentio. Romanus cons. 436. incipit, *quod indultum*, sub num. 11. vers. *quinta principalis ratio.* & cons. 327. *istæ sunt.* sub num. 8. vers. *secundo respondeo.* & ibi additio Romani, sub littera F. Grammaticus, decis. 20. numero quarto, & quinto, cum sequentibus. Decius cons. 165. *visa tenore*, num. 4. Sicut nec censetur sublatum indultum concernens bonum publicum, & Ecclesiarum vtilitatem. Ferret. late cons. 32. nu. 50. 51. & 52.

19 **Tertio** & principaliter quia Concil. †Tridentinũ sess. 26. de reformatione, cap. 5. vers. *Item in præbendis.* postquam dixerat, quòd omnino seruentur leges, & conditiones contentæ in fundationibus beneficiorum, vt in huiusmodi Canonicatibus enixius seruarentur, adiunxit hęc verba. *Idem in præbendis Theologalibus, Magistralibus, & Doctoralibus quandocumque constituta fuerint, obseruetur, vt eorum qualitatibus, vel ordinibus, nihil in illa prouisione detrahatur, & aliter facta prouisio subreptitia censeatur*; ergo cum memorati Canonicatus Doctorales fuerint à Sixto IV. fundati cum expressa lege, quòd numquam comprehendantur sub reseruationibus, sed semper conferantur per concursum, & electionem ab ordinario, & Capitulo cuiuslibet Cathedralis, erit ista lex seruanda, prout in Sacro Tridentino Concilio sancitur: & consequenter, ex expressa Concilj Tridentini dispositione, sub reseruatione nostræ regulæ, non comprehenduntur.

Accedit, quòd quamuis Principes possint reuocare sua priuilegia: etiam sine causa. Felinus in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 51. de constitutionibus. Tamen quando Prin-
20 ceps alicui † benemerito concessit priuilegium, non potest illud sine causa auferre. Baldus in l. quæ ex relationibus, notab. 3. C. de legibus. Curtius Iunior cons. 174. num. 4. Decius cons. 186. *in causa Communitatis.* nu. 4. vers. *sed tamen his.* & cons. 292. *& pro tenui.* numero septimo. cum ergo dicta priuilegia sint concessa ad fauorem benemeritorum, & personarum qualificatarum, nonest dicendum esse de intentione Papę velle illa reuocare.

Quarto quia in dictis Bullis Sixti Quarti, Innocentij Octaui, & Leonis Decimi, multoties, & plusquam septies, dicitur, & repetitur, quòd omnes prouisiones factas per ipsos Papas, seu alios successores, vel à Sede Apostolica de prædictis Canonicatibus sint irritę, & nullę, &c. ac propterea di-
21 cta multiplicatio, ac cumulatio † verborum, & clausularum derogatoriarũ multum operatur, vt per regulam nostram non censeatur derogatum prædictis indultis, vt bene tradit Ioannes Selua de beneficio, tertia parte, quæst. 14. numero 35. vbi loquitur in terminis dictarum clausularum. Parisius cons. 42. numero 27. libro quarto. Rota decis. 137. numero septimo, parte prima diuersorum, & dicam in glossa 36.

Nec potest dici, quòd prædictę bullæ non
22 comprehendant prouisiones † Apostolicas, & cesset potissimum fundamentum, quo nititur Rota ad tenendum, quod beneficia patrimonialia includantur sub reseruatione nostræ regulæ; vt diximus in §. præcedenti, ex eo, quòd indulta Apostolica concessa ad prouidendum beneficia patrimonialia, non tollunt prouisiones factas per ipsos Papas, vt tenuit Rota in vna Romana Casalis 23. Octobris 1574. coram Robusterio, & in causa Calagurritana Beneficij de Arriola 24. Ianuarij 1596. coram R. P. D. meo Pegna, & vide quę dicam in glossa finali, quęst. 2.

Quinto quia regula Cancellarię 31. de impetrantibus beneficia
23 per obitum fam. Cardinalium † minime locum habet in his Canonicatibus Doctoralibus, & Magistralibus, vt in Bulla Leonis X. superius mentionata cauetur, ibi, *per quascumque regulas Cancellariæ, & alias litteras Apostolicas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus hactenus, & pro tempore, etiam motu proprio, & aliàs quomodolibet concessas, etiam quoad consensum per eos præstandum, ratione vacationis per obitum familiarium suorum, &c. nullatenus derogatum sit*: si igitur dicta regula 31. concessa ad fauorem Cardinalium, cessat in casu nostro, prout cessare notissimum est, præsertim cum in illa nullę adsint derogationes, quę possint mouere difficultatem, an derogent dicto priuilegio, vel non: multo magis cessare debet nostra regula reseruatoria, quę non comprehendit Cardinales, sed illos saluat, & excipit, vt in ea legitur, & late, Deo dante, dicemus in gloss. 24. sumpto ar-
24 gumento a maiori ad minus, † quod in iure validum est. cap. licet vniuersis, & ibi glossa verbo. *multo minus.* de testibus. l. nec ex vera. C. de acquirend. possessione. l. 1. C. de negoc. gestis, Euerardus in loco a maiori, n. 1. cum sequentibus.

25 **Sexto** accedat pragmatica † illarum partium, quę est lex 24. titulo 3. libro primo recopilationis, vbi dicitur, quòd per concessiones Apostolicas omnibus Capitulis Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum est indulta facultas prouidẽdi dictos Canonicatus Doctorales, & Magistrales,

stralis, si contingat impetrari à sede Apostolica aliquem ex dictis Canonicatibus Doctoralibus, & Magistralibus, vel resignari, vel aliquam pensionem super illo reseruari, Capitula non tradant possessionem, nec adimpleant, sed supplicent Sanctiss. D. N. à tali prouisione, vel reseruatione pensionis, ac interim supersedeant in executione litterarũ Apostolicarum. Prout etiam continetur expresse in bulla Leonis X. superius relata
26 † ad finem, & tradit Couarru. in practicis quæstionibus, cap. 36. num. 9. ad fin. vers. *eadem ratione non admittuntur.* & num. 10. in fine, vers. *quinto illud est satis expeditum.* de cuius pragmatice validitate non disputo.

Septimo quia ex prędicts satis apparet, quòd non sit de intentione
27 † Papæ comprehendere in reseruatione nostræ regulæ hos Canonicatus Doctorales, & Magistrales: In reseruationibus autem non veniunt beneficia, quæ Papa grauare non intendit, vt docuit Gaspar de Perusio in tracta. de reseruationibus, cap. 2. num. 5. in fine. Æneas de Falconibus in eodem tracta. q. 3. principali, numer. 7. Rota d. decis. 137. num. 4. & per totam, par. 1. diuersorum, & decis. 34. num. 4. par. 2.

Et multo minus cum dictorum indultorũ
28 concessio sit modici præiudicij, † quia concessio ad duo beneficia in qualibet Cathedrali illorum Regnorum, est modica, cũ in qualibet diœcesi adsint plusquam duo millia beneficia, vt in alio simili casu benè considerauit Paulus Parisius cons. 42. n. 2. & 3. lib. 4.

Octauo quia licet ex supra adductis res appareat clara; nihilominus quando aliquo modo esset dubia, in dubio fit præsumptio pro non reuocatione
29 †memoratorum priuilegiorum, gloss. in summa ad finem, vers. *item in dubio.* 25. quęst. 2. Federicus de Senis cons. 133. prope finem, vers. *item in dubio.* Ancharan. cons. 161. num. 3. Paulus Castren. cons. 258. col. vltima, vers. *vnde in dubio.* lib. 1. Romanus cons. 237. num. 1. vers. *est enim.*. Calderinus cons. 11. circa finem, vers. *præterea negari non potest.* sub titulo de priuilegijs. Cardinalis cons. 52. nu. 6. circa medium, versic. *item posito.* Decius cons. 371. num. 12. 18. & 19. & cons. 380. num. 24. & 25. libro 3. Alciatus responso 19. num. 4. Parisius cons. 61. num. fin. lib. 2. qui omnes vtrobique firmant reuocationem priuilegij non præsumi, nisi expresse de illa con-
30 stet, & ad illam probandum exactam † requiri probationem. Rota decis. 139. num. 5. & 6. parte secunda diuersorum. Menochius de præsumptionibus, lib. 6. præsumpt. 37. nu. 7. Rota decis. 468. num. 1. & per totam. p. 1. diuersorum.

Conducit etiam, quòd in principe, & Papa multo magis est reprobata variatio, †
31 quam in alijs, ne quod hodie concedit cras tollat. Rota decis. 33. num. 17. & 18. de præbendis in antiquis, Io. Monac. in c. 1. n. 21. de concess. præbendę, in 6. Et debet esse constãs, & immobilis sicut lapis † angularis, &
32 sicut Polus in Cœlo, & vnum dumtaxat calamum, & vnam linguam habere, & non plures. Philippus Probus in regula frustra, 75. num. 5. de regul. iuris. in 6. Martinus Laudentis in tractat. de principibus. quæst. 258. Bursatus cons. 76. libro primo. Flaminius Parisius in tracta. de resignat. beneficiorum, lib. 3. quæst. 18. num. 92. Rolandus a Valle post Bal. & alios cons. 13. n. 54. 55. 57. & 58. vol. 3. vbi etiam dicit, quòd Papæ cõuenit illud (*semel loquutus est Deus,*) & (*quod scripsi scripsi,*) & illud (*quæ processerunt de labijs, meis non faciam irrita.*) Probus vbi supra. d. nu. 5.

Debet etiam Papa, seu Princeps habere
33 pedes plumbeos, non plumeos, † vt non moueatur. Ioannes Monachus in regula, in generali 81. num. 8. de reg. iur. in 6. & Probus in regula frustra 75. num. 5. eodem titulo. Decius consilio 292. in fin. Gomezius in procemio regularum Cancellariæ, quæst. 2. sub numero 14. ante medium, vers. *neque obstat quod regulæ non publicentur.*

Hinc dixit Rota decis. 59. incipit, *vtrum si Papa*, de concess. præbend. in antiquis, loquens in materia reseruationis, quòd semper est talis interpretatio facienda, itaut mi
34 nime Papa, de auaritia, seu cupiditate † notetur, refert etiam Simonet. in tracta. de reseruationibus, q. 88. nu. 3.

PREMAXIME cũ antedicta indulta, fuerint concessa ad instantiam Imperatoris Caroli V. & aliorum Regum, & Reginæ Hispanię, ac proinde minus est præsumendum voluisse Papam illis derogare, in læsionem
35 † dicti Imperatoris, & Regum supplicantiũ, quibus propter eorum excellentiam semper
36 defertur, † & præseruati censentur, cap. fin. in principio, de officio delegat. lib. 6. ibi, *Regibus, & Reginis, qui sicut dignitatis altitudine præhæminent, sic prærogatiua gratiæ ipsos conuenit anteferri, dumtaxat exceptis.* cap. ne aliqui, de priuileg. lib. 6. capit. solite, ibi, *Regi tamquam præcellenti.* de maioritate, & obedientia, plenè per Mandosium in regula 11. q. finali per totam, & dicemus in glossa 24. ad finem. Pro quo facit bene consilium Parisij 42. num. 4. & 6. & 20. libro 4. vbi pro sustinendo alio simili indulto conferendi, ponderauit, quòd fuerat concessum † ad instantiam
37 Ambasciatoris Regis, ad præstandum obedientiam sedi Apostolicæ, venientis.

Potius namque est consideranda persona
38 illius, cuius contemplatione † aliquid Papa concedit, quàm illa, cui conceditur, vt per

tex.

tex. in c. & dixi, de consacrat. dist. 1. & post Archidiaconum, quem allegat, scripsit Ioannes de Lignano in suo tractatu, de censura Ecclesiastica. §. 16. numero quinto.

Nono quia sic passim practicari videmus in prouisionibus dictorum
39 Canonicatuum; nam omnes prouidentur † secundum formam dictorum indultorum Sixti IV. Innocentij VIII. & Leonis X. & quamuis vacent in mensibus reseruatis, nusquam prouidentur à sede Apostolica: quæ praxis,
40 &† obseruãtia præstat nostræ regulę optimã declarationem, & intellectum, quoniam ve-
41 ra legum interpretatio à praxi sumitur† teste Baldo in cap. 1. in principio, num. 2. de feudis sine culpa non amitten. in vsibus feudorum. Hippolytus de Marsilijs in praxi criminali in principio, numero tertio cum alijs adductis in §. proximo præcedenti, num. 41. cum seqq. & inferius in hoc §. ex n. 64.

Denique quia hoc indultum non est concessum alicui personæ, nec Ecclesiæ particulari, sed omnibus Regnis, & prouincijs † Castellæ, Nauarræ, & Gra-
42 natæ, & sic forsan dici potest, quòd nõ sit priuilegium particulare, sed statutum, seu constitutio vniuersalis, quoad omnes Ecclesias Cathedrales illorum Regnorum, & Prouinciarum. Quo fit, vt in derogatione priuilegiorum quibusuis personis, & Collegijs concessorum per regulam nostram facta, minime comprehendi videantur præfata indulta †vniuersalia, quoad omnes Ecclesias Cathe-
43 drales, tot Regnorum, & Prouinciarum, quia verisimilius est, quòd Papa potius voluerit grauare personas particulares, vel aliqua Collegia, quam tot Regna, ac illorum vniuersas Cathedrales, † Ioan. Monachus in
44 regula, in generali 81. numero 22. de regulis iuris in 6.

Vnde fuit resolutum † in vna Militensis
45 beneficij Sancti Marci 10. Iulij 1594. coram R.P.D. meo Pegna, quòd quodam Iudultum simile, concessum à Leone X. habitatoribus, & Populo Insulę Militensis, vt perpetuis futuris temporibus, Ecclesiastica beneficia ciuitatis, & diœcesis Militen. in quibuscumque mensibus vacantia, non nisi clericis originarijs, aut Episcopi pro tempore, existentibus, familiaribus, etiam consanguineis, cõferant: non obstante quacumque reseruatione, in genere, vel in specie per regulas Cancellariæ, &c. non esse derogatum per regulam nostrã, Quia illa non comprehendit Indulta, quæ cõ-
46 munitatibus, seu vniuersitatibus concedentur. † Rom. cons. 400. incipit, *quæritur*. nu. 7. & cons. 436. incipit, *quod indultum*, verbo *personis*. vbi etiã dicit, quòd in terminis eiusdẽ indulti fuerat idem alias resolutũ corã Groperio Rotæ Auditore die 27. Octobris 1561.

Subdit etiam eadem decisio, quòd placuit Dominis alia ratio, scilicet, quòd dictum indultum esset concessum ad fauorem eligen-
47 dorum, † & non eligentium, & quòd regula nostra solum reuocat indulta concessa fauore eligentium, & non fauore eligendorum.

A fortiori igitur in casu nostro non censentur derogata dicta indulta: Tum quia sunt concessa non vni Communitati, & Vniuersitati; sed etiam tot Regnis, & Prouincijs Hispaniæ; Tum etiam quia non fuerunt concessa ad fauorem Episcoporum, & Capitulorum eligentium, & prouidentium, sed ad fauorem dictarum personarum graduatarum,
48 † & qualificatarum, necnon ipsarum Ecclesiarum, & omnium Regnorum, & minus præsumitur velle Papam præiudicare pluribus, quàm vni. Gomezius de expectatiuis, numero 48.

Præsertim quia negari non potest, quòd potissima causa, quæ mouit etiam Papas ad concedendum dd. priuilegia, fuit etiã ob remunerationẽ laborum dictorum Canonicorum Doctoralium, & Magistralium, qui pro vtilitate communi insudarunt, & quotidie laborant: At vero priuilegia concessa in remu-
49 nerationem laborum sunt irreuocabilia, †vt pulchre docuit Romanus cons. 436. incipit. *quod indultum*. num. 14. vers. *septima ratio*. vbi loquitur de priuilegijs concessis Dominis
50 Rotæ † Auditoribus. Rebuff. in concordata in præfatione, ad rubricam de collationibus ante finem, vers. *Item quando priuilegium concessum est ob remunerationem*.

Accedat etiam, quòd regula nostra, quamuis contineat clausulas fortes derogatorias, non tamen continet clausulam, *quorum tenores pro expressis*, &c. Et sic minus censetur comprehensum indultum de quo agitur, per ea, quæ dicam in gl. 36. nu. 23. & 24. cum sequentibus.

Cæterum pro cõtraria parte, nempe, quòd prædicti Canonicatus Doctorales, & Magistrales includantur in reseruatione nostrę regulæ, suaderi potest ex his, quæ sequuntur.

Primo quia dicti Canonicatus sunt bene-
51 ficia Ecclesiastica, † & consequenter quantocumque sint qualificata, ex eo, quod Doctoribus, Magistris, seu Licentiatis in Theologia, vel iure Pontificio, aut Cęsareo graduatis, & personis qualificatis, sint conferendi: nihilominus verba ampliſſima nostræ regulę sunt apta illos comprehendere, dum reseruat omnia beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, qualitercumque qualificata, &c.

Secundo quia nihil interest, quòd prædicti Canonicatus cõferantur per concursum, & electionem. Tum quia regula nostra reser-

uat,

52 uat etiam beneficia electiua, † vt in illis verbis *ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem pertinentia, &c.* Tum etiam quia nullum sequitur inconueniens, quòd prouideantur huiusmodi Canonicatus Doctorales, & Magistrales per concursum,
53 † & examen publicum, & nihilominus facta electione per Episcopum, & Capitulum, collatio spectet ad Papam, vt in parrochialibus sancitur per Concil. Tridentinum. sess. 24. de reform. cap. 18. post medium, & passim seruari videmus, & diximus in glossa 6. verbo, *cum cura, &c.* Ac etiam in istis Canonicatibus vacantibus apud Sedem, declarat Bulla Innocentij Octaui, vt supra numero tertio.

Tertio, quia nihil facit dicere, quòd huiusmodi Canonicatus, & beneficia conferenda personis graduatis, & qualificatis, non veniant in reseruatione, vt per Æneam de Falconibus, de reseruatione beneficiorum. q. 3. principali. num. 22.

Neque etiam comprehendantur in expectatiuis, vt per Gomezium de expectatiuis, sub numero 93. cum allegatis in 2. fundam. contrariæ partis.

Quoniam hoc quidem admitto; nego tamen, non comprehendi sub generali, & ampliſſima reseruatione regulæ nostræ, in qua
54 longe dispar † ratio militat. Nam Æneas de Falconibus loquitur de simplici reseruatione beneficiorum, regula vero nostra loquitur de prægnantissima reseruatione omnium beneficiorum, quomodocumque qualificatorum. Item Gomezius, vbi supra loquitur de expectatiuis, hoc est reseruationibus specialibus ad fauorem certæ personæ factis, quæ reseruationes sunt odiosæ, & stricte interpretandæ; Vltra quod non habeant verba sic lata, & vniuersalia; Ista tamen regula procedit in generali reseruatione, non ad fauorem certæ personæ, sed vt paupe ribus clericis, & alijs benemeritis personis prouideri possit, quæ quidem reseruatio est fauorabilis, & potius amplianda, vt diximus in §. 6. proœmiali.

Quarto, quia omnia priuilegia concessa per Sixtum Quartum, Innocentium Octauum, & Leonem Decimum, quantumcumq;
55 ampla, & lata, videntur † reuocata per regulam nostram, & eius ampliſsima verba, dum dicit. [Nec consuetudines, etiam immemorabiles optandi maiores, & pinguiores præbendas: necnon priuilegia, & indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi beneficijs, aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus numquam comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus, & efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs Decretis, quibusuis personis, & Collegijs, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, quomodolibet concessa, aduersus reseruationem huiusmodi, minime suffragari.]

Cum igitur derogationes nostræ regulæ sint valde vniuersales, & prægnantes, & apta comprehendere dicta priuilegia, super prefatis Canonicatibus concessa; Præsertim quia derogat quibuscumque indultis, quibusuis Collegijs, cuiuscumque dignitatis, & qualitatis, &c. concesis: procul dubio videtur quòd reseruatio regulæ nostræ capiat prædicta priuilegia. Nam generalis derogatio priuilegiorum habet
56 vim specialis † expresionis, etiam in casibus, vbi specifica derogatio requiritur Rota decisione vndecima, iuncta additione Papazon. numero quarto de prebend. in nouis. l. si duo 51. in fine. ff. de administration. tutor. Caputaquen. decisione 296. numero 2. parte secunda, & diximus in principio huius glossæ à numero vigesimosecundo cum sequentibus, & latius dicam, volente Deo, in glossa 36.

Præsertim cum concesiones Sixti Quarti, Innocentij Octaui, & Leonis Decimi non sint per viam legis generalis, & sic non inueniuntur in bullario, nec ex proprio motu: sed ad instantiam certarum personarum supplicantium: Nostra vero regula sit facta proprio motu, & per viam legis generalis, vt diximus in §. sexto proœmiali: quo ca-
57 su, à fortiori remouet † omnia prædicta priuilegia, quamuis de illis expressa mentio non fiat, eo ipso, quod vult, quòd nulla priuilegia, & indulta Apostolica, &c. aduersus huiusmodi reseruationem suffragentur, vt bene distinguit, contrarias opiniones concordando Ripa in cap. 1. num. 55. de rescriptis. Ruinus cons. 226. numero 12. & cons. 228. numero quarto. vers. *secunda ratio.* libro primo. Menochius de præsumptionibus, libro sexto, præsumptione 40. numero 22. 23. 24. & 25. Ioannes Selua de beneficio, tertia parte. quæstione decimaquarta. numero decimoquarto. versic. *ad istud.* & numero decimonono. & plenius dicam in dicta glossa 36.

58 Ideo Rota tenet, † quòd sufficiat derogatio generalis, quando adiecta est clausula, non solum, *derogatoria*, sed etiam *derogatoriarum derogatoria, quorum tenores, de verbo ad verbum haberi volumus pro expressis*, etiam si huiusmodi derogatio non sit adiecta per viam legis generalis, sed solum per viam dispositionis, & gratiæ particularis, sequendo consilium Anton. de Butrio

2. in fine, & alios hanc opinionem tenentes, vt per Antonium Gabrielem libro sexto communium opinionum, titulo de clausulis, conclusione quinta, numero primo, & sequenti, teste Puteo decisione 109. *in vna Zamoren.* numero 3. libro 1. & nouissimè fuit resolutum in vna Papien. fructuum 2. Februarij 1601. coram R. P. D. meo Lancellotto, vbi dicitur, quòd sæpius Rota canonizauit dictum cons. 2. Anton. de Butrio, quòd dicta clausula, (*quorum tenores*) in qualibet gratia habeat vim specificæ, & indiuiduę derogationis, de quo etiam dicam in glossa 36.

Et denique in proprijs terminis nostris, quòd per dictam clausulam, sit derogatũ in-
39 dultũ† Sixti IV. cõcedens duos Canonicatus pro Theologo, & Canonista, etiam in gratia particulari, fuit resolutum in Rota in vna Abulen. Canonicatus, & præbendæ de mense Martij ann. 1546. teste Mohedano decisione vigesima, alias decisione prima, de rescriptis.

Quinimo, & quòd magis est, ipsamet decisio in numero 2. videtur decidere casum nostrum, dum dicit verbã huiusmodi, *& concluſum fuit etiam, quòd Papa Sixtus concesserit priuilegium Hispaniarum, per viam priuilegij, & sic per regulas generales censetur esse derogatum.* ergo per regulam nostram generalem est derogatum.

Item quia regula Cancellariæ 12. de reuocatione vnionum amplectitur suppressiones factas, vigore indulti Sixti Quarti pro
60 istis † Theologo, & Canonista. Mohedanus decisione 2. de constitutionibus, aliàs decisione 21.

Rursus quia constat fuisse concessas plures gratias, saltim de tempore antiquo, contra dicta indulta per Sedem Apostoli-
61 cam, † contra formam dictorum priuilegiorum, vt legitur per Mohedanum decisione 1. & decisione 34. sub titulo de prębendis. Puteum decis. 263. li. 3. licet in illo casu non obtinuit impetrans, ex eo, quòd de tempore impetrationis fuerat ius ad rem quæsitum electo per Capitulum.

Nunquam enim Papa tantam concedit potestatem Ordinarijs, neque Capitulo,
62 quòd sibi maiorem † non reseruet. c. dudum 14. vers. *nos igitur*. de prębend. libro sexto. Nec potest suorum successorum manus ligare. cap. fin. in fine, de rescriptis. lib. 6. Rota decis. 16. num. 2. de prębendis, in antiquioribus Besigneti. Lapus allegatione 84. num. 4. cum allegatis in §. 2. procemiali nostræ regulę.

opinio auctoris. His tamen non obstantibus, prima opinio negatiua, quòd sub reseruatione nostræ regulę non comprehendantur Canonicatus Doctorales, & Magistrales, prouidendi iuxta formam indultorum Sixti Quarti, Innocentij Octaui, & Leonis Decimi, vti verior, est tenẽda, prout eam communis vsus, ac praxis vniuersalis amplectitur, quæ quidem praxis, & obseruan-
63 tia inducit declarationem intentionis † Sanctissimi, vt reseruati non sint, argum. l. seruus plurium. §. fin. ff. de legat. 3. l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iuris. Aim. cons. 101. num. 4. & cons. 111. nu. 8. Rota decisione 503. numero 2. & decisione 571. num. 3. parte 1. diuersorum.

Aliter namque non seruaretur in praxi,
64 † nisi ita esset de iure, quia quod lege non cauetur, in praxi non seruatur. Baldus in cap. nihil. sub numer. 15. vers. *Item quod lege*, de electione. Ludouicus Gomezius in regula de annali, quæst. 52. num. 2. vers. *Nam vt inquit Baldus*, & dixi in §. precedenti. num. 41. cum sequentibus.

Nam ab antiqua praxi numquam est rece-
65 dendum. † l. illud vsitatissimum est 19. vbi not. Baldus ff. de excusation. tutor.

Et leges tunc sapiunt, & bene interpre-
66 tantur, cum practicantur, quia fructus † ex arboribus colliguntur. Auctor est ipse Baldus in cap. ex tenore 35. num. 2. in fine. vers. *Item ibi theorica*, de testibus. Felinus ibidem numero secundo post principium. Gomezius in regula de infirmis resignan. in principio proœmij, licet minus bene alleget Baldum in cap. ex tenore, de rescriptis: tradit etiam plura in proposito (licet de prædictis non meminerit) Euerardus in loco ab vsitato, seu à solitis, vbi ex numero secundo vsque ad numer. 14. quinquagintaquinque illationes facit.

Vnde cum ex obseruantia, & praxi habeamus interpretationem mentis Papæ, & regulæ nostrę, vt non capiat hos Canonicatus Doctorales, & Magistrales, nec censeantur derogata præfata priuilegia Sixti IV. & aliorum Pontificum, in quo tota iacebat difficultas, hoc solum mittit falcem ad radicem.

Maxime stante dispositione Concilij Tridentini in dicto cap. quinto, sessione 25. de reformatione, de quo in 3. motiuo primæ partis, & alijs rationibus pro illa parte adductis.

Item quia pro resolutione huius articuli
67 sufficit dicta decisio, & sententia Rotæ, semel, & iterum facta in dicta causa Meliten. ex quo non solum militat in casu nostro eadem ratio; sed etiam fortior, & maior, prout etiam optime verificantur hic fundamenta dictarum decisionum, quæ superius recitaui.

Accedãt etiam pro confirmatione ea, quę dicimus

dicimus in glossa 18. circa finem, numero
67 90. & 91. de priuilegio † concesso ad præsentandum, perinde ac si competeret Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione, cum alijs clausulis, ibi mentionatis, quòd non censeatur derogatum per regulam nostram, vt in decisione 137. parte prima diuersor. & in decisione 304. parte secunda diuersorum continetur: & sic à fortiori non sunt derogata priuilegia, de quibus agimus, cum ampliores, & efficaciores clausulas contineant.

68 Neque obstant † adducta pro parte affirmatiua. Nam ad primum, secundum, & tertium fundamentum respondetur, omnia illa cessare extantibus priuilegijs Sixti IV. & aliorum Pontificum.

Ad quartum motiuum de reuocatione priuilegiorum, respondetur, quòd non sint reuocata, nec modificata dicta priuilegia, ex rationibus iam traditis, & præcipue ex his, quæ adducit dicta decisio 137. numero secundo, & sequentibus, parte prima diuersorum.

Maxime quia in dictis indultis est amplissima derogatio regularum Cancellariæ, & reseruationum generalium, & ideo nihil refert, quòd regula nostra sit facta per viam legis.

Neq; obstat decisio prima Mohedani sub titulo de rescriptis, cum alijs allegatis: quo-
69 niam respondeo, † dictam decisionem primam, neque alias decisiones ipsius Mohedani, & Putei, non loqui ad effectum reseruationis, de quo in regula nostra: Nec quando apparet de verisimili intentione Papæ, nolentis comprehendere sub reseruationibus præfatos Canonicatus, vt apparet in casu nostro ad supradicta: Nec agimus nunc de potestate Papæ, si possit conferre dictos Canonicatus, quòd sacrilegium, &
70 hæreticum esset. † l. secunda. C. de crimine sacrilegij. capitul. si quis suadente. §. qui autem 17. quæstione quarta. Lambertinus de Iurepatronat. libro primo, parte prima, quæstione octaua, articulo quarto, numero primo: sed de illius intentionis, & voluntatis
71 † defectu, quia non sufficit posse facere, nisi vellit facere. Nam ad validitatem cuiuslibet actus requiritur vtrumque, videli-
72 cet potestas, & voluntas. † Baldus in l. omne verbum, numero 8. C. communia, de legatis. Alexan. cons. 52. num. 30. lib. 4. Mandosius in regula 13. quæst. 8. num. 2. in noua impressione. Rota decis. 525. n. 2. parte prima. diuersorum. Et quando voluntas, & potestas
73 ad inuicem repugnant, † nihil agitur. cap. cum super, de officio delegati. Franciscus Pauinus in tractatu de officio, & potestate Capituli sede vacante, præludio 4. num. 10.

In nostro vero casu, negari non potest, quòd non deficiat defectus intentionis Pontificis Maximi, ex supradictis, ac proinde non obstat, quòd Papa non possit ligare manus successorum, seu illis legem imponere, quia non imponit legem potestati, sed vo-
74 luntati. † Rota decisione supra allegata 137. numero octauo, parte prima diuersorum.

Ad quod bene facit text. in capitulo Iustitiæ 25. quæstione prima, dum dicit: *Iustitiæ, ac rationis ordo suadet, vt qui à successoribus sua mandata seruari † desiderant, prædecessoris sui proculdubio voluntatem, & statuta custodiant.* tex. etiam in cap. si ea destruerem, & in capitulo Institutionis. capit. quòd vero 25. quæstione secunda, vbi probatur, quòd Papa sibi ipsi iniuriam faciat, cum de-
76 creta prædecessorum † turbat, ac priuilegia tollit; & ponderat latè Romanus cons. 327. incipit, *istæ sunt rationes*, numero tertio, & quarto.

Ideo tradit Gomezius in capitulo primo, de constitutionibus libro sexto, numero 98. quòd facilius Papa reuocat facta propria, quam suorum Prædecessorum, quę cum ma-
77 iori † reuerentia custodit, ob eam causam, vt sua à successoribus obseruentur: & dicit non esse veram sententiam aliorum, dicentium, quòd Papa facilius constitutionem suorum prędecessorum reuocat, quàm suam, quibus adde, quę dicam in glossa 36.

Denique, quia fuit resolutum in vna Oriolen. Canonicatus 22. Martij 1574. coram Illustrissimo Blanchetto, quæ decisio est 275. numero primo, parte prima diuersorum, quòd collatio Canonicatus Magistralis de-
78 beat fieri secundum tenorem Indulti, † desuper concessi, & quòd si Papa concedendo gratiam contrariam sciuisset, non concessis-
79 set, & sic talis † impetratio erat subreptitia. Idem etiam in simili casu fuit decisum in vna Oscen. indulti 14. Iunij 1600. coram R. P. Domino meo Mellino, vbi fuit canonizatum quodam indultum conferendi huiusmodi Canonicatus, iuxta formam indulti Sixti Quarti.

80 Comprobatur, † quia etiam nostris temporibus Pontifices Maximi concesserunt, & concedunt multis Ecclesijs Cathedralibus Regni Aragoniæ, & Valentiæ, ac aliarum prouinciarum, vt prouideant per concursum dictos Canonicatus Doctorales, & Magistrales, ad instar Regni Castellæ, iuxta dictas constitutiones Sixti Quarti, & Leonis Decimi. Et nouissimè concessit de nouo Ecclesiæ Metropolitanę Cęsaraugustanę San ctissimus D. N. Clemens Octauus in erectione, quam de illa fecit de statu regulari

Respõ
sio ad
contra
ria fun
damen
ta.

in secularem: de hoc anno 1603. Immo non solum hoc concessit, respectu Canonicatuum Doctoralium, & Magistralium; sed etiam, quoad Canonicatus lectionis Sacrę Scripturæ, & pœnitentiariæ, dummodo si vacant in octo mensibus Apostolicis sit noua prouisio obtinenda, de quibus statim loquar. Ac proptera tantum abest, quòd per regulam nostram sint comprehensi dicti Canonicatus, quinimo ex dictis nouis concessionibus palam, de contraria Papæ intentione, (à qua omnia regulantur) constat.

Hæc diximus de Canonicatibus Magistralibus, & Doctoralibus, pro vno Theologo, qui prędicationis munus exerceat, & vno Iurista, qui causas Ecclesiæ defendat, & vtiliter, ac salubriter consulat, iuxta indulta Sixti Quarti, Innocentij Octaui, ac Leonis Decimi. Quid autem sit de Canonicatu & præbenda lectionis
81 Sacræ Scripturæ, † quæ semper est conferenda alio Theologo, vt Scripturam Sacram interpretari, & docere teneatur, iuxta decretum Concilij Tridentini. capitulo primo, sessione quinta: an huiusmodi Canonicatus, & prębendæ lectionis Sacræ Scripturæ, comprehendantur in reseruatione nostræ regulę?

Canonicat⁹ lectionis Sacrę scripturæ, an sit reseruatus.

Qua in re breuiter dicendum est, quòd cum in dicto capitulo primo non exprimatur, à quo debeant prouideri, an ab Ordinario, & Capitulo, an vero à Papa, vtrum cadant sub reseruationibus, vel non cadant, tamquam casus omissus remanet sub dispositione iuris communis, & regulæ nostræ,
82 † quamdiu de aliqua lege speciali, seu priuilegio, aliud disponente, non doceatur. l. commodissime 10. ff. de liberis, & posthumis, vbi latè Iason post alios à numero primo cum sequentibus. l. si extraneus 6. ff. de condictione causa data. cap. susceptum 6. de rescriptis. lib. 6.

Vnde à Sacra Concilij Tridentini Con-
83 gregatione † emanauit huiusmodi declaratio.

A quo autem collatio præbendæ Theologalis fieri debeat, Concilium non expressit, quare pertinebit ad eum, ad quem ante de iure spectabat, & iterum:

Non comprehenduntur sub hoc decreto præbendæ vacantes in mensibus reseruatis, nec talis deputatio, & institutio habet locum in Canonicatibus, & præbendis Sedi Apostolicæ reseruatis, & affectis.

Quid de Canonicatu pœnitentiario.

Quod pari ratione dicendum est in Canonicatibus, & præbendis pœnitentiarijs,
84 † iuxta decretum Concilij Tridentini, sessione 24. de reformatione, capitulo 8. §. in omnibus, vt eadem censuit Congregatio Sacra, in vna Salmantina, & in alia Tirasonen. nominationis pœnitentiarij, dicens huiusmodi.

Si officij pœnitentiarij, & vnitæ præbendæ vacatio contingit in mense Apostolico, vel alias præbenda esset reseruata, vel affecta, an electio personæ pœnitentiarij huiusmodi pertineat ad Episcopum, vel ad Sanctissimum? bis re diligenter discussa, citatis etiam procuratoribus Episcoporum, quorum interest, & eorum binis allegationibus perpensis, censuit pertinere ad Sanctissimum.

Et fuit resolutum in Rota, † in vna Abu-
85 len. Canonicatus pœnitentiarię 17. Aprilis 1589. coram Illustrissimo Domino Mantica, & in alia Maioricen. Canonicatus 19. Aprilis ann. 1593. coram R. P. D. meo Mellino, & coram eodem in vna Oscē. Indulti. 10. Decemb. 1599. & alias sępe, & vide Nauarr. consil. ne Sede vacante.

Nihilominus video, quòd communiter
86 † in Hispania, in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, Immo & in nonnullis Collegiatis, Canonic. & prębendæ Theologales lectionis Sacræ Scripturę (nō vero pœnitētiarij) prouidentur per concursū, in quibuscumq; mensibus vacent indifferenter, ac si essent prębendę Doctorales, & Magistrales, & non conferuntur à Sede Apostolica, sicut cętera beneficia reseruata.

Quo iure hoc fiat, ego profecto bene informatus non sum, verisimile tamen est, quòd adsit aliquod indultum Apostolicum ex his, quę diximus superius numero 64. & 80. vel quòd saltim pro vtilitate communi ex hoc resultante, Sanctissimi Pontifices Maximi, dictas prouisiones minime ignorantes, ex certa scientia tollerantes, indulgere
87 censeantur. Nam tollerantia † Papæ, & superioris inducit dispensationem, & actus validitatem. cap. quia circa, vbi glossa fin. in fine, de consanguinit. & affinit. & ibi notant Butrius numero septimo. Abbas numero 8. & cęteri., & plene tradit Iason in l. rem non nouam à numero quarto, vsque ad octauum. C. de Iudicijs.

88 Et omnis actus iustificatur † propter scientiam, & patientiam superiorum. l. quis sit fugitiuus 17. §. ego puto. l. quòd si. 31. §. quia assidua. ff. de ędilitio edicto. capit. nisi essent, de prębendis. capit. constitutus, vbi Abbas numero sexto, de religios. domibus, tradunt Tiraquel. de pœnis temperand. causa 42. per totam. Ioannes Gutierrez in q. practica 29. ex n. 20. cum sequentibus. lib. 3. Euerardus in loco ab vsitato, numero secundo, & tertio.

Prout, vsus scitus, & diu à Sede Apo-
89 stolica, tolleratus, debet pro lege † seruari. cap. quam graui, de crimine falsi. capit. ex litteris, cum ibi notatis de constitutioni-

tionibus. Nauarrus in cap. si quando, in vltimo numero prælectionis, de rescript. conferunt etiam plura tradita per Auendanum, de exequen. mandat. p. 1. c. 1. num. 3. Gregorium Lopez in l. 1. glossa magna. titul. primo, Partita prima.

Adde etiam, quæ dixi in glossa quinta, §. de commendis num. 36. vbi scripsi, quòd vacante Canonicatu Doctorali, vel Magi-
90 stirali, debet dari in commendam, † donec titularis prouideatur. Et quæ scripsi in glossa sexta. numero 257. vbi cum Puteo decisione 294. lib. 3. dixi, quòd Canonicus Doctoralis,
91 seu Magistralis potest occupari † ab Episcopo in suo seruitio. Et quæ scripsi in hac glossa. §. primo numero 89. & 92. cum sequenti-
92 bus, super eo, an per † oppositionem factam ad huiusmodi Canonicatus acquiratur ius ad rem. An vero dicti Canonici pos-
93 sint optare † stante consuetudine optandi, dicam in glossa 34. in quæstione vndecima, & duodecima.

Summaria §. 3. Glossæ 9.

1 *Beneficia Ecclesiæ non numeratæ, an sint reseruata per regulam nostram. & n. 9.*
2 *Beneficia Ecclesiæ non numeratæ, sunt vere beneficia Ecclesiastica.*
3 *Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda.*
4 *Papa non debet esse deterioris conditionis, Episcopis.*
5 *Episcopi conferunt beneficia Ecclesiæ non numeratæ.*
6 *Beneficia Ecclesiæ receptiuæ, seu non numeratæ possunt permutari, & resignari, & vide num. 19.*
7 *Reseruatio includit beneficia Ecclesiæ non numeratæ.*
8 *Papa si intendit prouidere in Ecclesia numerata, à fortiori, & in non numerata.*
9 *Regula octaua non reseruat beneficia Ecclesiæ non numeratæ, & numero 12. & 15. & numero 17.*
10 *Vacatio non datur in beneficijs Ecclesiæ non numeratæ, sed extinctio, & creatio de nouo.*
11 *Regula nostra 8. reseruat beneficia vacatura, & num. 18.*
13 *Reseruatio non facit reuiuiscere Canonicum, seu beneficiatum mortuum, nec facit permanere beneficium necessario perituru. & numero 14.*
16 *Regula de impetrantibus non procedit in beneficijs Ecclesiæ non numeratæ.*
19 *Beneficium Ecclesiæ non numeratæ, non potest resignari in fauorem, nec permutari, sed si facta mentione de qualitate beneficij, Papa eam admitteret, teneret, & numero 20. & 22. & 26.*
21 *Regula nostra sufficit si verificetur in beneficijs Ecclesiarum numeratarum.*
23 *Beneficium Ecclesiæ non numeratæ, si impetretur à Papa vti reseruatum, & narrata serie facti, Papa concedat, talis gratia teneret.*
24 *Gratia concessa à Papa, quæ non potest sustineri secundum iuris regulas, si veritas facti fuit narrata, sustinetur per viam remotionis obstaculi.*
25 *Subrogatio gratiosa, quoad possessionem defuncti, quando locum habeat in beneficijs Ecclesiæ non numeratæ.*

§. 3. glo. 9. vbi agitur de beneficijs Ecclesiæ non numeratæ.

MODO videre oportet, an ista regula nostra procedat, quoad beneficia consistentia in Ecclesia
1 non numerata, † vbi non adest certus numerus Canonicorum, seu aliorum beneficiorum, sed secundum fructuum supercrescentiam, vel decrescentiam, beneficiati crescunt, seu decrescunt.

Et quidem videtur, quòd sic. Primo quia quamuis ista beneficia consistant in Ecclesia non numerata; sed in Ecclesia (vt vocant) receptiua, nihilominus sunt vere be-
2 neficia † Ecclesiastica. capit. ex parte de concessione prębendæ: regula autem nostra reseruat omnia beneficia Ecclesiastica, qualitercumque qualificata, & vbique existentia, ergo siue habeant hanc qualitatem, vel non, siue existant in Ecclesia numerata, vel non numerata, habere debet locum reseruatio nostræ regulæ, quę generaliter loquitur, & non distinguit, & sic generaliter, & absque distinctione erit

3 † intelligenda. l. de pretio 8. ff. de Publiciana. in rem actione. l. 2. §. conuenire, in fine. ff. de Iudicijs. l. quos prohibet. ff. de postuland. plenè per Romanum in l. si vero. §. de viro, à numero 19. vsque in finem. ff. solut. matrim. vbi quinquaginta, & quinque modis declarat.

Secundo quia Papa non debet esse deterioris
4 † conditionis, quam Episcopi, & alij ordinarij: sed potius melioris, propter eius ampliorem prerogatiuam, & maioritatem. cap. si à Sede 31. de præbendis. libro sexto, Clementina prima in fine, vt lit. pendent. ergo eodem modo, sicut Ordinarij pro
5 uident hæc beneficia, consistentia † in Ecclesijs non numeratis; ita & similiter Papa in suis mensibus Apostolicis, & reseruatis prouidere debet.

Tertio quia huiusmodi beneficia possunt
6 permutari, & resignari † in fauorem alterius, secundum veriorem opinionem, vt per Geminian. sub num. 4. vers. *possunt item dicta beneficia permutari*, Gamm. nu. 81. in c. licet. de rerum permut. in 6. Flamin. Paris. de resign. lib. secundo. quæstione. 13. numero primo, & secundo

Quarto, quia reseruatio nostrę regulæ est generalis, vt legitur in illis verbis, *generaliter reseruauit*: attamen quando reseruatio est in genere primę præbendę vacaturæ, includit etiam beneficium consistens in Ec-
7 clesijs non numeratis, † vt expresse in materia reseruationis, tenet glossa communiter recepta in cap. finali, verbo, *distinctio*, & ibi, *tradunt omnes*, de conces. prębend. lib. 6. consuluit Lapus allegatione 14. num. 4. vers. *quarta conclusio*, post Hostiens. quem allegat, & Lapum sequitur Baldus in cap. constitutus post numerum sextum, versic. *sed quæro, quod è conuerso*, de rescriptis. Felinus in cap. constitutus, ante numerum tertium de rescriptis. Æneas de Falconibus, plures allegans in tractatu de reseruationibus quarta parte principali effectu 34. per totum.

Dicit enim dicta glossa in cap. finali, de conces. præbend. lib. 6. ad medium, quòd si Papa intendit prouidere in Ecclesia, in qua
8 est certus † numerus, quòd est minus impetrabile, quòd multo fortius in Ecclesia, in qua non est certus numerus, quod est magis impetrabile. Couarruuias in libro primo variar. cap. 20. numero 7. ad finem. vers. *tertio principali*.

Prædictis tamen non obstantibus con-
9 traria opinio verior † est, & tenenda, ea potissima ratione, quia ista beneficia consistentia in Ecclesijs non nu-
10 meratis, nunquam vacant: † sed confestim, quod titularis decedit, supprimuntur, expirant, & cessant, ac esse desinunt. text. in cap. dilecto 25. vers. *præterea*, de præbendis, ibi, *præterea licet in Ecclesia, in qua non est certus numerus præbendarum. nulla etiam vacante, in Canonicum quis possit assumi, cum intelligatur ad quodam ius eligi, quod ex electorum assensu de nouo creatur, & cum electo in Canonicum nascitur, & desinit esse cum defuncto*, & ibi notant Imola numero septimo. Anton. de Butrio numero 8. Abbas numero nono, & communiter omnes. Ancharan. in c. si gratiose. num. 5. in fine, de rescriptis in sexto. text. etiam in capit. ex parte Hasten. de conces. præbend. vbi probatur, quòd ex eo, quod in Ecclesia non numerata, in qua nõ est possibilis vacatio prębendarum, seu Canonicatuũ, non potest dari deuolutio ad superiorem, ex negligentia semestri in non prouidendo, glossa, verbo, *distinctio*, in principio in capit. finali, de conces. prębend. libro sexto, vbi notant omnes, & fuit dictum in vna Calagurritan. de Licemana, vigesimaquinta Maij 1593. coram Illustrissimo Domino Cardin. Mantica.

Sd regula nostra reseruat beneficia vacatura, igitur cum in istis beneficiis non detur vacatio, reseruatio locum habere non po-
11 test, ex quo verba legis non conueniunt. † l. 4. §. quoties, ff. de damno infecto. l. hoc accusare. §. omnibus. ff. de accusationibus. l. 1. §. loquitur. ff. de aqua quotidiana, & æstiua. Caputaq. decisione 28. numero tertio, parte tertia.

Et quòd reseruatio locum non habeat in huiusmodi beneficiis Ecclesię non numera-
12 tę, tenuit Rota † teste Ægidio Bellamera decisione decimatertia per totam, vbi optimam adducit rationem, videlicet, quòd ad hoc, vt reseruatio comprehendere possit ista beneficia, necessarium est dicere, quòd, aut talis reseruatio potest facere Canonicum, seu beneficiatum mortuum, reuiuiscere, & hoc dici non debet, † quia est contra
13 naturam. l. inter stipulantem. §. sacram, ff. de verborum obligation. l. qui res. §. aream. ff. de solutionibus. Aut est dicendum, quòd reseruatio faciat rem, & beneficium necessa-
14 rio periturum, † in sua persistentia, per obitum beneficiati permanere, & minus dici potest, quia similiter est contra naturam essentialem ipsius beneficii, vt in dicto capitulo dilecto, de præbendis. Igitur reseruatio, quæ loquitur de beneficiis vacaturis locum habere non potest in beneficiis Ecclesiæ non numeratæ. Idem tenet Gaspar Perusinus in tractatu de reseruatione beneficiorum capitulo secundo, incipienti: *quæ autem beneficia reseruata censeantur*, sub numero octauo, vers. *fructus excrescentes*, & numero quarto idem dicit, quamuis

vacent

15 vacēt per permutationem,† & Æneas de Falconibus, quæst. 3. princip. num. 5. sequitur etiam Simonet. de reseruationibus, quæst. 91. num. 1. & melius Gomezius in regula de impetrantibus beneficia per obitum familiar. Cardinal. q. 21. per totam, vbi propterea af-
16 firmat, regulam † illam non habere locum in istis beneficijs Ecclesiæ non numeratæ. Rota decis. 771. libro tertio, parte tertia diuersorum.

In terminis etiam regulę nostrę, quòd non capiat huiusmodi beneficia, fuit resolutum
17 † in vna Calagurritana beneficij de Cenizeros 13. Octobris 1587. coram R.P.D. meo Pamphilio, nouissimo, ac meritissimo Rotę Decano, quæ decisio fuit confirmata in alijs pluribus causis, & signanter in alia Calagurritana beneficij de Albaina 22. Martij huius anni 1602. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Alexandrino.

Non obstant pro contraria parte adducta, quoniam ad primum fundamentum respondetur, quòd verba generalia nostræ regulę, loquentis de omnibus beneficijs, qualitercumque qualificatis, & vbicumque existentibus, restringuntur, per eamdem regulam ad beneficia vaca-
18 tura; † secus autem ad ea, quę vacare nequeunt, prout sunt ista beneficia Ecclesię non numeratæ, de quibus agimus.

Ad secundum respondeo, quòd non agimus nunc, an Papa sit melioris, vel deterioris conditionis, quam Episcopi, & alij ordinarij: nec an possit Papa conferre in mensibus reseruatis; sed solum agimus; an voluerit per regulam nostram reseruare huiusmodi beneficia, & quòd noluerit, patet ex supradictis.

Ad tertium de permutatione, & resignatione, pro responsione dicitur, quòd contraria opinio videtur verior, scilicet non posse resignari ad fauorem: nec permutari hu-
19 iusmodi beneficia, cum illorum vacatio † non detur, & sic per resignationem vacare non valeant, vt resignatario fieri debeat prouisio de beneficio vacanti, vt tenet Bellamera in tracta. de permutat. beneficiorum, 2. p. q. 1. numero 8.

Si tamen facta mentione, quòd beneficium resignatum consisteret in Ecclesia non numerata, & nihilominus Papa prouideret, tũc
20 vtique teneret resignatio, † & gratia resignatarij, cum, eo ipso, Papa remouere censeatur omnia obstacula, vt statim dicemus, numero 23.

Ad quartũ respõdeo, quòd Doctores pro illa parte allegati, dicẽtes, quòd reseruatio facta de Canonicatu, & prębẽda primo vacatura, in aliqua Ecclesia, sortiatur effectum, etiam si sit Ecclesia non numerata, loquuntur in reseruatione particulari, seu speciali, ne talis reseruatio prorsus vacua, & inanis remaneat: non autem loquuntur in generali reseruatione, de qua in regula nostra, quę satis potest verificari in beneficijs Ecclesiarum numeratarum: & ideo in nostro casu non intrat reseruatio generalis, ita respon-
21 dit Rota † in dicta causa Calagurritana beneficij de Cenizeros 30. Octobris an. 1587. coram R.P.D. meo Pamphilio.

Vltra quod est articulus satis controuersus, an reseruatio specialis comprehendat huiusmodi beneficia.

Sic videmus, quòd mandatum de recipiẽdo aliquem in Canonicum, & de prouidendo illi de præbenda primo vacatura in aliqua Ecclesia, si taceatur esse Ecclesiam non nu-
22 meratam, non teneret † talis gratia, tamquã subreptitia, quia si Papa intellexisset non dari vacationem, non concessisset. Ægidius Bellamera decis. 13. in principio. Decius in cap. cum M. sub numer. 39. de constitutionibus. Æneas de Falconibus. (exaduerso allegatus) dicto effectu 34. vers. *secus est quando Papa*, vbi distinguere videtur, an sit reseruatio specialis, ad instantiam, & in fauorem certæ personæ concessa, vel non. Vt primo casu, gratia, & reseruatio sit subreptitia, non facta mentione de dicta qualitate Ecclesiæ non numeratæ. In secundo vero casu non; ita pariter declarat Simonet. de reseruationibus, quęstione 91.

Declara tamen, quòd si quis impetraret aliquod beneficium vacans in mensa Apostolico, vti reseruatum, & facta mentione, quòd Ecclesia, vbi tale beneficium consistebat, non erat numerata; nihilominus Pa-
23 pa concederet † gratiam: Tunc vtique sustinebitur, & teneret talis gratia, non in vim reseruationis, quia reseruatum non erat, ex supradictis; sed ex intentione Papæ, volentis remouere obstaculum nõ vacationis, & prouidere perinde, ac si re vera beneficiũ vacasset: Quia quotiescumq; Papa sciẽter disponit de aliqua re, quamuis talis dispositio non posset procedere secundum regulas iuris cõmunis, sustinetur tamen actus ex voluntate ipsius Papę, intendentis disponere, † remo-
24 to omni iuris obstaculo. Felinus in cap. inquisitionis, numero octauo, vers. *secundo nota*. de accusationibus, & in cap. nonnulli, sub num. 12. vers. *ratio differentiæ*. de rescriptis. Rota decis. 33. num. 16. de prębendis, in antiquis, & decis. 32. numero 2. de rescript. in nouis. Crescentius decis. 9. numero sexto, de priuilegijs, & fuit resolutum in dicta causa Calagurritana de Cenizeros coram R.P.D. meo Pamphilio 30. Octobris 1587. & in alia causa Calagurritana beneficij de Albaina, supra relata. In quibus decisionibus fuit propterea

dictum

aliorum de Collegio, quam interpretationem non esse insipidam asserit Mandosius in d. reg. 3. q. 5. ad finem.

Immo etiam de iure ex propria significa-
20 tione, posterior † dicitur, non habens priorem ante se, & supremus filius, ac proximus
21 agnatus, † qui est solus filius: ac solus agnatus. l. qui duos. §. in proposita. ff. de rebus dubijs. l. proximi. l. in vulgari. ff. de verborum significatione: & optimus maximus, di-
22 ci potest, qui solus est: † & supremæ tabulæ, quæ solæ sunt. l. illa verba. ff. eodem titulo, de verborum significatione, adducit plura in proposito Parladorus, lib. 1. rerum quotidian. cap. 7. per totum.

Et quamuis Mandosius, vbi supra dixerit, quòd neminem inuenit, qui prædictam suam sententiam, & conclusionem oppugnet, vide-
23 re tamen potuit Simonetam † Rotæ Auditorem grauissimum, in suo tracta. de reseruatione, quæst. 85. per totam, vbi postquam posuit fundamenta opinionis ipsius Mandosij à num. 1. vsque ad num. 41. ex eodem num. 4. vsque ad finem optimis rationibus fundat, & defendit hanc sententiam, quòd etiam beneficia monocularia comprehendantur in reseruatione regulæ tertiæ, de quibus fundamentis apud eum videri potest: & postea respondit oppositionibus contrarijs, & signãter dicit, quòd exaduerso allegata procedũt
24 in reseruationibus specialibus, † pro certis personis, vel in mandatis de prouidendo, quæ est materia ambitiosa, & odiosa, c. quãuis, de præbendis in 6: secus tamen in reseruatione per viam legis facta, quæ est materia fauorabilis.

Si igitur in terminis regulæ 3. vbi verba illa (*maiores, & principales.*) aliquantulum impropriari videntur, quando sunt dignitates monoculares, ex supradictis, hæc ita procedunt.

Quanto magis verba vniuersalia nostrę regulæ, quæ quidem aptissima sunt ad comprehendendum, sub proprietate sua beneficia monocularia, illa includere debẽt, prout fuit decisum in vna Foroliuien. Cappellanię sub 5. & 12. Decembris. ann. 1588. coram R. P. D. Patriarcha Seraphino.

Vnde tentari posset, quòd quando (sine veri prejudicio) dignitates maiores post Ponti ficalem in cathedralibus, & principales in collegiatis, si essent monoculares non comprehenderenttr sub reseruatione regulæ ter tiæ, secundum opinionem contrariam: tamẽ caderent sub reseruatione nostrę regulæ
25 † octauę, quia rationes pro illa parte allegatę prorsus cessant in casu nostro, & verba nostrę regulę sunt amplissima, & prægnantissima: Et quia ista reseruatio nõ amplectitur omne tempus vacationis, vt illa reseruatio regulę tertię: sed dumtaxat menses Apostolicos, vt paulò prius dixi; vide tamen, quę diximus supra in glossa 8. vers. *admitto tamen.* a num. 70. Adde etiam, quòd non dicitur be-
26 neficium monoculare, † quando ille, qui habet collationem illius beneficij, tantum habet pręsentationem ad alterum beneficium. Rota Fastoli in dubio 56. Felinus in cap. in nostra corollario 24. sub numero 23. vers. *declarat illud Corollarium.* de rescriptis. Selua de beneficio 3. parte. quęst. 11. numero 73. in fine.

Neque etiam dicetur beneficium monocu
† 1 lare, quando ille, qui habet liberam collationẽ illius beneficij dumtaxat, haberet etiã
27 simultaneam † cum alia persona, vel collegio, collationem de alio, vel alijs beneficijs. Rota decis. 40. de rescriptis, in antiquis. Felinus in dicto numero 23. vers. *secundo declara.* Menochius de arbitrarijs libro secundo, casu 201. numero 96.

Summaria §. 5. Glossæ 9.

1 *Creata de nouo beneficia post æditionem nostræ regulæ, an includantur in illa.*
2 *Reseruatio non extenditur ad futura beneficia, & nu. 40.*
3 *Futuras lites non capit rescriptum, neque ius post litem contestatam ortum, & n. 4*
5 *Futura non comprehendit sententia.*
6 *Nec decretum.*
7 *Nec transactio.*
8 *Nec pactum.*
9 *Nec liberationis legatum.*
10 *Nec verba contractus.*
11 *Nec mandatum concessum ab Episcopo, suo Vicario.*
12 *Nec causas postea delegandas.*
13 *Nec facultas conferendi beneficia, extenditur ad beneficium de nouo creatum.*
14 *Nec venditio extenditur ad futura, nec incognita, & non apparentia, & n. 15.*
16 *Nec stipulatio, aut valor monetæ legatæ.*
17 *Nec testamentum.*
18 *Nec renunciatio feriarum.*
19 *Nec priuilegium.*
20 *Nec legatum etiam librorum, & vestium, aut aliarum rerum.*
21 *Nec exemptio concessa cappellis, extenditur ad futuras cappellas.*
21 *Nec mentio litis intelligitur de futura lite.*
22 *Nec prorogatio regulæ de triennali, extenditur ad gratiam postea obtentam.*

Nec

23 *Nec clausula* (sine vitio spolii.)
24 *Futura non comprehendit præscriptio.*
25 *Nec iuramentum, aut promissio de seruanda pace pro filijs.*
26 *Denominatio non sumitur ab eo, quod erit in futurum.*
27 *Ciuitas si interficit electum Episcopum, non dicitur interficere Episcopum.*
28 *Futura non veniunt sub renunciatione.*
29 *Futura non capit clausula* (non obstantibus) *& numero 30. vbi idem, de clausula* (sine præiudicio.)
31 *Derogationes non extenduntur ad futura.*
32 *Futura bona non veniunt sub publicatione bonorum.*
33 *Futuras ad lites non extenditur mandatum pro curatorium.*
34 *Nec curatio ad lites.*
35 *Nec seruitutis impositio extenditur ad futurum ædificium.*
36 *Nec obligatio de soluendo decem, Canonicis quolibet anno, quando sunt sex dumtaxat Canonici, se extendit ad postea auctos.*
37 *Pignus pro minoribus vsuris obligatum, retineri non potest pro maioribus, ex posteriori contractu nascentibus.*
38 *Consistere debet in rerum natura ante omnia res, de qua sit agendum.*
39 *Accusatio locum non habet, quando non est, quod possit accusari,*
41 *Reseruatio non solum non capit beneficium postea creatum; sed neque prius creatum; si postea creationi accessit Episcopi consensus, aut fuit dotatum, numero 42. vel si postea fuit dissoluta suppressio prius facta, & n. 43.*
44 *Creatum postea beneficium includitur in reseruatione regulæ nostræ, & nu. 46.*
45 *Reseruatio regulæ nostræ 8. semper loquitur, & ligat.*
47 *Reseruationes generales capiunt beneficia postmodũ creata, secus verò speciales, n. 48. & 49*
50 *Creationem per nouã, dicitur vacare beneficiũ.*

§. 5. gl. 9. vbi agitur de beneficijs nouiter post editionem regulæ nostræ creatis.

Futura non venit in quamplurib' casibus hic cõtentis.

INSPICIAMVS nunc, an reseruatio nostræ regulę capiat beneficia creata; & fundata † post illius promulgationem?

1 Pro negatiua parte conducit tex. in clemen. finali de rescriptis, vbi gratia, & reseruatio facta ad fauorem alicuius de beneficio vacaturo, non se extendit ad beneficium de nouo
2 creatum,† cuius verba sunt hęc: *Litteras nostras, super conferendo tibi beneficio vacaturo directas, ad beneficium post datam ipsorum creatum, statuimus non extendi.* & ibi plenissime notant gl. & omnes.

Nec rescriptum, seu commissio extenditur ad lites de nouo† ortas, cap. fi. & ibi gl.
3 verbo *ad futuras*, de rescriptis. Rota decis. 18. de rescriptis, in nouis. Nec ad ius ortum
4 post litem † contestatam. l. non potest videri 23. ff. de iudicijs. Antonius Gomezius lib. 2. variarum cap. 11. num. 25. Antonius Gabriel lib. 2. commun. opinion. tit. de iudicijs concluſ. 3. per totam.

Nec sententia arbitraria extenditur ad
5 futura. † l. de his 46. ff. de receptis arbitris.
6 Nec decretum. †l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuersit. nomine.
7 Nec transactio trahitur ad futura. † l. cum Aquiliana. ff. de transactionibus. l. qui cum tutoribus. §. 1. ff. eodem titulo. l. si de certa. C. de transactionibus. Antonius Gabriel in titulo de fideicommissis conclusione 1. per totam. Ioannes Gutierrez de iuram. confirmat. parte prima, cap. 40. a numero decimo.
8 Nec pactum. l. †. tres fratres 35. ff. de pactis. l. 30. tit. 11. Partita 5.

Nec liberationis legatum extenditur ad
9 debitum futurum, † post testamentum. l. Aurelius 28. §. testaméto, & §. Titius Seio, & §. Meuia. ff. de liberatione legata. Couarru. libro. 2. variar. cap. 14. per totum. Menochius de præsumptionibus, lib. 4. præsumpt. 127. numero 8.
10 Nec verba contractus. † l. non modus. C. de seruitutibus. Romanus cons. 136. numero primo, & cons. 503. a numero 12. Aluarus Valazeus consultatione 58. numero tertio, vbi plene.

Nec mandatum amplissimum, concessum
11 ab Episcopo† Vicario suo ad dispensandum in omnibus casibus, in quibus ipse Episcopus auctoritate ordinaria, vel delegata, etiã Apostolica commissa, vel committenda, se extendit ad casus nouiter de iure speciali cõpetituros; nec causas in futurum delegan
12 das. † Rota decis. 9. num. 1. & per totam de officio Vicarij, & decis. 3. eod. tit. in antiquioribus Besigneti.

Item facultas conferendi beneficia, de qua in cap. si cui nulla 36. de præben. lib. 6. non extenditur ad beneficia postmodum
13 † creata, quæ in rerum natura non erant, ne fundatores retrahantur a fundatione. Bonifacius Vitalinus in clemen. fin. num. 23. iun-

&to num.15.de reſcriptis,& bene tradit Ferretus conſilio 2.num. 5.volum. 1.De hoc tamen vide Rotam deciſ. 17.num. 2.& 9. parte ſecunda diuerſorum, cum ibidem citatis. Dicit etiam Rebuffus in praxi titulo de forma Vicariatus. nu 124. quòd Vicarius Epiſcopi habens poteſtatem conferendi beneficia, non poteſt conferre beneficium de nouo creatum.

14 Sicut etiam venditio † non ſe extendit ad futura.l.Rutilia Pola 69. l. in lege 77.ff. de contrahend. emptione. Flaminius Pariſius de reſignatione,lib. 12. quæſt.finali num.32. vbi ampliat , vt non ſolum non extendatur ad futura : ſed neque ad præſentia,non
15 tamen cognita:† nec apparentia.

16 Nec ſtipulatio trahitur ad futura.†l.ita ſtipulatus. §.Griſogonus.l. cum ſtipulamur. l. ſi a colono ff. de verborum obligationibus. Puteus deciſ. 154. *fuit dubitatum.* numero 5. libro 1. Prout etiam , nec valor monetæ legatę,vt plene per Antonium Gabrielem, lib. 3.tit. de ſolutionibus , conclu. 3. per totam.

17 Neq;teſtamentum†.l.ſi ita legatum.l. modico,in principio. ff. de auro , & argento legato. Abbas in cap. cum cappella, ſub num. 5.de priuil.Lancellott.de attentat.2.p.c.4.in præfatione,a nu.488. in noua impreſsione.

Neque renuncians ferijs , intelligitur re-
18 nunciaſſe futuris ; † ſed ſolis præſentibus; niſi aliud exprimatur. Bart. in l.2.num. 3.ff. de ferijs.

19 Neque priuilegium extenditur † ad futura,cap.ex ore, de priuilegijs . Abbas in d. c. cum cappella, num.5. eodem titulo. Puteus deciſ.254.numero 3.libro 1.Declara tamen per Abbatem in cap. quia circa,nu.5.de priuilegijs, & vide Petrum Dueñas in reg. 73. Ferretum conſ. 36.n.6.

20 Neque legatum † ſe extendit ad loca poſtea quæſita.l. ſi filiabus 17.ff.de legatis primo.l. Iulianus. §.finali.ff.de legat. 3.Puteus d.deciſ. 154. num.3. de quo tamen vide Antonium Gomezium libro ſecundo variarum c.12.de legatis,n. 49. Et de legato librorum conſuluit Bald.conſilio 284. incipit, *pater disponenti.*libro ſecundo.Roman.ſingulari 503. incipit, *tertius.* Curtius Iunior.conſ. 227.nu. 7.Menochius de præſumptionibus lib.4.præſumptione 127. num. 15. 16. & 17.Vbi idem dicit de legato veſtium,poſt Rom. & alios;& per totam illam præſumptionem pleniſſime de hac tractat materia, & in conſ.97. ex nu. 64.& 74.libro 1.

21 Item in exemptione † conceſſa Cappellis, quia talis exemptio non extenditur ad futuras Cappellas, gloſſ.in cap.cum cappella,de priuilegijs, gl.1.Felin.in cap. fin.ſub nu.16. de conſtitutionibus .

Similiter quando fit mentio de lite, vel lit teris, intelligitur de lite pendente, vel litteris expeditis de illo tempore, non de futuris, quę tunc in rerum natura non erant.Lancellot.de attentatis ſecunda parte,cap.4.in præfatione,num. 488. verſ. *quarto quia Papa dum permittit.* in noua impreſsione, & fuit reſolutum in vna Valliſoletana Scholaſtrię 5. Iulij 1596.coram R.P.D.meo Lancellotto.

Item prorogatio regulæ de triennali non ſuffragatur,quoad gratiam poſt prorogatio-
22 nem † quæſitam. Puteus deciſ. 334. *die 29. Octobris.* libro tertio.

Sicut etiam clauſula (*ſine vitio ſpolij*) poſita in breui reſpicit, dumtaxat antiquos poſſeſ-
23 ſores, non autem eos , qui poſtea † poſſidere cæperunt. Rota deciſ. 696. num. 2. lib. 3. parte 3.diuerſorum .

Pariter præſcriptio nō extenditur ad futu-
24 ra. † cap.cum contingat , de decimis, & ibi notat Abbas, num. 5. quod procedit etiam in preſcriptione immemorabili. Puteus poſt alios deciſione 154. numero tertio , libro primo .

Neque iuramentum extenditur ad futu-
25 ra, † & incogitata. c. clericus 35.c. quintauallis 24.cap.quemadmodum 25. de iure iurando. l.27. poſt medium, titulo 11. Partita 3.Couarru.in cap.quamuis pactum, in principio a numero 5. & 6.de pactis , lib.6. Io. Gutierrez de iuramento confirmatorio, parte prima, cap.71. per totam . Hinc ſi quis ſe obligauit ad ſeruandam pacem pro ſe,& ſuis filijs,intelligitur de filijs iam natis:nō autem de naſcituris . Iaſon in l.ſi ſtipulatus fuerim, n.8.ff.de verbor.oblig.Menoch. conſ.97. nu. 74.libro primo.

26 Nec res recipit denominationem † ab eo, quod erit in futurū;ſed ab eo,quod eſt.Bal.in l. ſi nondum, numero ſecundo. C. de furtis. Iaſ. in l.1. §. qui mandatum,numero primo. ff. de officio eius , cui eſt mandat. iuriſdict. vbi propterea inferunt,quòd ſi teſtator mādat in ędibus ſuis fieri Eccleſiam , nondum eſt Eccleſia : & quòd ſi Ciuitas interficiat
27 electum in Epiſcopum,non dicitur † interficere Epiſcopum .

Nec renunciatio extenditur ad futura
28 † cap. cum inter,de renunciatione;cum his, quę congerit Paulus Pariſius conſ. 7. nu.70. libro ſecundo . & conſ.95. numero 29.& 34. lib. 3.Caputaquen. deciſ. 215. num.14.parte prima. Maſcardus latè de probationibus, concluſione. 1258. numero 35. cum ſequentibus .

Nec clauſula(*non obſtantibus,&c.*) extendi-
29 tur ad futura. † Baldus conſ.495.*quædam domina.* numero ſecundo,volum. 5. Socin.conſ. 52. *ſub hac.*col. 2.verſ. *ex his*,libro 3.Pariſius conſ. 91.num.4.lib.1.Et in terminis reſeruationis, † quòd clauſula (*non obſtantibus,&c.*)
30 non

non extenditur ad futuras reseruationes. tradit Simonet. de reseruationibus. quæst. 76. per totam.

Nec clausula (*sine præiudicio*) intelligitur de futuro præiudicio, sed de præsenti. Hieron. Gab. cons. 151. n. 23. lib. 2.

Nec derogationes extenduntur ad futu-
31 ra. † Flaminius Parisius, Romanum, & Iasonem allegans de resignat. beneficior. libro 12. quæstione fin. num. 29. & 30. Gomezius in regula de infirmis resignan. quæst. 27. numero 29. & 30.

32 Nec bonorum publicatio, † seu confiscatio extenditur ad bona in posterum acquirenda. l. si tibi mandauero. §. is cui. ff. mandati. cap. fælicis, post medium, ibi, *de postmodum acquisitis repetitio non negetur*, cum glossa, verbo, *acquisitis*, de pœnis lib. 6. Abbas in c. quia circa. nu. 5. de priuilegijs. Decius cons. 438. *accuratè, & eleganter*, n. 10. Simancas de Catholicis institutionibus, tit. 9. de bonis hæreticorum. n. 61. & sequentibus.

Nec mandatum procuratorium extendi-
33 tur ad futuras † lites; nisi aliter exprimatur, vt per tex. in c. fin. de rescriptis, & alia iura, quæ ibi allegat, tenuit Rota decisione 30. de procuratoribus, in antiquis, & decis. 3. de procuratoribus, in antiquioribus Besigneti, & decis. 32. per totam, eod. titul. in nouis, de quo etiam vide Rotam decis. 1. de procurator. in nouis, & decis. 13. eodem tit. in antiquis, Puteum decis. 37. p. 3. Acchilem de Grassis decisione 9. & 11. sub titulo de procuratoribus.

Idem etiam est in Curatore ad lites, quia dumtaxat intelligitur de litibus, quæ tunc
34 existunt. † l. qui habet. §. fin. cum gl. fin. & l. sequenti. ff. de tutelis.

35 Nec seruitutis impositio † extenditur ad futurum ædificium, seu prædium. l. 1. ff. commun. prædiorum. l. non modus. C. de seruitutibus.

36 Nec obligatio de soluendo † cuilibet Canonico Sancti Laurentij decem quolibet anno, si tunc non erant, nisi sex Canonici; & postea auctus est numerus, extenditur ad augmentum, vt post Cin. Albericum, Paulum, Bald. Salicet. & alios, tradit Padilla in dicta l. non modus. num. 3. c. quanto, de censibus, & Abbas ibi à num. 10. latè Boherius decis. 213. per totam. Menoch. de arbitrarijs. casu 223. per totum. Gironda de gabellis, p. 12. ex numero 27. Staphilæus de lit. Iustitię. §. est notandum. numero septimo, qui doctores alios, & infinitos similes casus cumulant.

37 Item pignus pro minoribus † vsuris obligatum retineri non potest, pro maioribus ex posteriori contractu nascentibus. l. per retentionem. C. de vsuris.

Ratio namque generalis est, quod id, de quo agendum est, primo in rerum natura
38 debeat esse. † l. quidam referunt 14. post principium. ff. de iure Codicillorum. glossa, verbo, *ad futuras*, in cap. finali de rescriptis. cap. ad dissoluendum, iuncta glossa, verbo, *accusari*, de desponsat. impuber. vbi dicit, quòd accusatio locum non habet, cum non
39 esset, quòd possit † legitimè accusari.

Quibus etiam adde ea, quæ dixi in gl. 5. §. 7. ex n. 68. vsque ad 73. & in gl. 45. §. 1. ex nu. 44. vsque 48. & quæ plenissime congerit Menoc. cons. 97. ex n. 64. vsq; ad finem, lib. 1. & in tractat. de præsumption. lib. 4. præsump. 127. per totam, & Ferrettum cons. 36. n. 6.

Tandem, quòd reseruatio non capiat be-
40 neficia creata, † & erecta post datam reseruationis, tenuit Rota decis. 32. nu. 7. de præbendis, in antiq. & Simonet. in tractat. de reseruationibus. q. 12.

Quinimo quamuis beneficium fuisset fundatum ante reseruationem; si tamen post illam accessit Episcopi consensus, & appro-
41 batio, non comprehenderetur. † Rota decisione 11. à numero 3. de Iurepatronatus in antiquis, & decis. 17. de præbendis, in antiquioribus Besigneti. Æneas de Falconibus in tractatu de reseruationibus. q. 3. principali. numero 26. de quo etiam vide Lambertinum de Iurepatronatus. libro 2. p. 3. quæst. 9. articulo 36.

Quod similiter procedet, si beneficium esset prius creatum de approbatione Episco-
42 pi, & post reseruationem dotatum, † quia adhuc non caderet sub reseruatione, vt post Paulum de Leazar in dicta Clement. finali, scriptum reliquit Gaspar de Perusio in tractat. de reseruationibus. c. 2. *quæ autem beneficia comprehendantur*. nu. 9. Æneas de Falconibus vbi supra n. 9.

Idem etiam esset, si tempore reseruationis beneficium esset prorsus extinctum, & suppressum, & post reseruationem suppressio dissolueretur, & renocaretur; quo-
43 niam tunc diceretur de nouo † creatum tale beneficium. Cardinalis Zabarella in d. Clemen. finali. num. 6. post alios, quos allegat, de rescriptis, sequitur etiam Felin. in c. cum accessissent. sub n. 13. post princip. vers. *adde glossam*. & post medium versic. *ad idem, quod notat Cardinalis*, de constitutionibus. Æneas de Falconibus in dicta quæst. 4. principali. num. 27.

Reseruatione gulę nostræ capit futura beneficia.

Supradictis tamen non obstantibus, contraria opinio, & affirmatiua, nempe, quòd sub regula nostra ca-
44 dant beneficia postmodum † creata, siue dotata, verior est, ac tenenda. Ratio est, quia regula nostra cũ sit lex generalis, semper reser
45 uat, & semper loquitur. † l. Arriani. C. de hæ-

retic. Caputaq. decis. 220. n. fi. p. 1. Vnde non potest bene considerari creatio noua beneficij post ipsam reseruationem, quia tam ante creationẽ, quã postea, regula nostra semper reseruat, semperq; loquitur: & eo ipso, quòd beneficium sit de nouo creatum, post ipsam creationẽ loquitur regula nostra, & sic non erit locus dubitationi, vt tradit Æneas de Falconibus de reseruationibus. q. 3. principali. n. 8. vers. *alijs autem reseruationibus generalibus*, & ita intelligendũ est cons. Gemin. 69. sub num. 9. dum distinguit, an verba reseruationis extendantur in futurum, quoad substantiam, & quoad accidentalia, vel non: vt in primo casu comprehendantur, in secundo non.

Rursus, quia quando reseruatio est generalis, & fauorabilis, non autem specialis, nec pro certa persona, vt est in casu nostro,
46 reseruatio capit beneficia postea erecta, † vt firmant Abbas Lapus in capit. si propter tua. numero 4. vers. *sed contra quia*, de rescriptis lib. 6. Gaspar Calderinus in tractatu de reseruationibus, capit. 2. num. 8. Geminian. dicto consil. 69. *circa primum.* col. finali, vers. *super isto dubio puto concludendum.* sub numero 9. Æneas de Falconibus in d. q. 3. principali. n. 8. per totum, vbi concludunt, quòd quando reseruationes sunt inductæ per constitutiones, seu regulas, non est in consideratio-
47 ne † noua creatio, tradit etiam Mandosius in reg. 3. Cancellarię. n. 21. vers. *contraria opinio verior est*, additionator ad Simonet. in d. q. 12. nu. 4. Petrus Gregorius Tholosanus de institutionibus rei beneficiariæ. c. 17. nu. 1. & conferunt ea, quæ adducit Menoch. de præsumpt. libro 4. prę sumpt. 127. ex numero 26. cum sequentibus.

Rursus, quia amplissima verba nostrę regulæ, loquentis, de omnibus beneficijs, qualitercumque qualificatis, remouent omnem difficultatem; si quidem, quamuis adsit ista qualitas nouæ creationis; nihilominus includitur sub dicta generalitate nostrę regulæ, ex adductis in principio huius glossę. Menoch. vbi supra num. 29.

Neque obstant pro contraria parte adducta. Nam illa procedunt in reseruationibus
48 specialibus † pro certis personis, iuxta terminos dictæ Clementinę finalis, de rescriptis. Quia tunc cum talis reseruatio sit ambitiosa, & odiosa, ac restringenda. c. quamuis, de prębendis. lib. 6. Rota decis. 8. ante med. de concess. prębend. in nouis. Cassad. decis. 8. n. 4. de concess. præbend. Merito non
49 extenditur ad futura, & de nouo creata † beneficia. Quæ omnia cessant in reseruatione nostræ regulę, quæ non est specialis, nec pro certa persona; sed generalis, & per viam legis, ac fauorabilis, & amplianda, vt diximus in §. 6. proœmiali. Et ad alia contraria dari potest responsio, ex glossa, & Doctoribus in dicta Clementina litteras, & ex his, quæ tradit Rota decis. 10. per totam, de concess. præbend. in antiquis.

Vnde si de nouo erigeretur, & crearetur aliquod beneficium, quòd non esset de Iurepatronatus laicorum, sed alias includeretur in regula nostra, quando post prouisionem factam vacaret, veluti per obitum, vel alio modo: si dicta noua creatio facta esset in mense Apostolico, etiam si numquam fuisset collatum, veniret sub reseruatione regulæ nostræ. Ratio est, quia per nouam crea-
50 tionem beneficij, dicitur vacare † beneficium, antequam conferatur, vt per text. in d. clem. fin. de rescriptis, notat ibi Bonifacius Vitalinus num. 18. & colligitur ex Cardinali ibidem n. 4. & dicam in glos. 15. in 50. modo vacationis. Cum ergo regula nostra reseruet omnia beneficia, quocumque modo vacatura, præterquam per resignationem, comprehenditur vtique tale beneficium vacans per nouam creationem, & erectionem.

Summaria Glossæ 10.

1 *Beneficia vbicumque existentia reseruantur per regulam nostram.*
2 *Cathedralibus in Ecclesiis beneficia consistentia includuntur in hac regula 8. licet non includerentur in expectatiuis. & n. 3.*
4 *Beneficia existentia in vna diœcesi, quorum collator est alterius diœc. comprehenduntur sub regula 8. tam in prima, quam in secũda parte, ad effectum fruendi alternatiua, vel quando haberet dotem, aut præbendam, vel esset vnitum in alia. & num. 5.*
6 *Regula 8. includit beneficia consistentia intra limites Eccles. Iurispatronatus laicor. quia non propterea erit de tali Iurepatronatus. & n. 7.*
8 *Ecclesia patronata, si fundat, vel dotat nouam Ecclesiam intra limites eius, facit illam eiusdem naturæ. Idemque est, quando beneficium de nouo erigitur intra templum ipsius. & n. 9.*
10 *Contentum sequitur naturam cõtinentis, & abrogato continente similiter, & continens. n. 11*
12 *Patronus vnius Ecclesiæ, erit etiam patronus Cappellaniæ intra illam fundatæ; nisi adsit contraria consuetudo. num. 13. aut pactum cum venditione fundi. n. 14. & 15.*
16 *Canonicus Collegiatæ, veniens quotidie ad inseruiendum Cathedrali, & recipiens distributiones in illa, cuius Ecclesiæ dicatur esse.*

Locus

17 *Locus in quo quis est originaliter Canonicus, attendi debet, vel denominationis locus. nu. 18.*
19 *Locus, in quo magis assidue quis commoratur attenditur, vt consideretur si sit illius.*
20 *Beneficium consistens in Claustro Ecclesiæ, an dicatur esse de illa.*
20 *Locus, in quo executio destinatur, potissimè attenditur, & nu. 21.*
22 *Loco in illo dicitur consistere beneficium, vbi recipiuntur prouentus, vel vbi officium est dignius, & frequentius. & n. 23.*
24 *Gratiam habens ad beneficium certæ Ecclesiæ, an possit acceptare beneficium consistens in cæmeterio.*
25 *Locus vbi consistit beneficium, an consideretur potius, quam seruitium.*
26 *Vicarius parrochialis, vnitæ Cathedrali, non dicitur de gremio Cathedralis ad effectum præcedendi alios.*
27 *Contiguum, an sit cæmeterium, vel non, consideratur, vbi consistat beneficium.*
28 *Dignitas principalis Collegiatæ, dicitur illa, quæ consistit in Ecclesia Cathedrali, sed ex aliquo iure speciali habet præbeminentiam in Collegiata. & n. 29*
30 *Locus vbi consistit beneficium, An ad effectum collationis sit considerandus, vel potius locus, vbi collator existit. & vide supra n. 4.*
31 *Collatio parrochialis, licet spectet ad Ordinarium alterius diœcesis; edicta tamen sunt proponenda ab Ordinario loci, vbi consistit beneficium.*
32 *Incompatibilitas ratione eiusdem tecti, quando adesse dicatur, ac quando dicitur beneficium consistere sub eodem tecto adducuntur diuersæ opiniones. & n. 33. & 34.*
33 *Incompatibilitas ratione eiusdem tecti, vt locũ habeat, an debeat esse vtrunq; beneficium conforme, vel sufficit, quòd sit difforme? Quod debeat esse vniforme. traditur ibidem, cum tribus num. seqq. vbi infertur ad plura. Contraria opinio adducitur. n. 39. & 40. & conclusio firmatur. n. 41. ac declaratur. n. 42. & 43.*

Et vbicumq; existentia. glossa 10.

AMPLIAT regula nostra suam reseruationem, vt extendatur, non solum ad omnia beneficia, qualitercumque qualificata; sed etiam ad beneficia vbicumque † existentia.

Quæ verba possunt exemplificari, si beneficia consistant in Ecclesijs Patriarchalibus, Metropolitanis, seu Cathedralibus. † Nam licet propter illarum excellentiam, reseruationes causatæ, vigore expectatiuarum, non capiant beneficia in præfatis Ecclesijs consistentia, † vt in cap. quamuis. il 1. de præbendis. lib. 6. Gomezius de expectatiuis, num. 94. in fine, & numer. 95. Hieron. Gabriel cons. 199. num. 7. lib. primo, vbi dicit, quòd in reseruationibus specialibus pro certis personis, debent nominatim reseruari beneficia Cathedralium, alias non comprehenduntur; Regula tamen nostra dubitationis tollendæ causa, continet prędicta verba, vt proculdubio hæc, & alia beneficia vbicumque consistentia includantur.

Idem etiam esset, si beneficia consisterent in vna diœcesi, & collator ex priuilegio, vel consuetudine, vel fundationis lege, esset † alterius diœcesis, quia similiter includerentur sub regula nostra. Præsertim stantibus illis verbis, *ad collationem quorumcumque, &c.* vt disputauit, & concluſit Romanus consil. 376. incipienti, *quæstio est.* numero 1. & per totum, quem sequitur Felinus in capit. proposuisti, sub num. 13. vers. *addo Ludouicum Romanum*, de foro competenti. Stephanus Bertran. cons. 38. *præsupponitur in primo dubio.* volum. 3. Iacobus Simoneta de reseruationibus. q. 75. per totam. vide tamen num. 31.

Eademque ratione idem erit iudicandum ad effectum gaudendi alternatiua, si alias sit liberæ collationis. Nam recte Episcopus tali alternatiua gaudebit, quoad beneficium extra suam diœcesim consistens, ad liberam illius collationem spectans. Mohedanus decisione 3. de præbendis, & vide inferius num. 31.

Pariter idem venit dicendum, quando beneficium vnius diœcesis haberet dotem, seu præbendam in alia diœcesi: vel quando † æque principaliter esset vnitum beneficio alterius diœcesis, iuxta ea, quæ diximus in glossa quinta, §. septimo, de beneficijs vnitis. numero 24. & numero 57. & Rota, iuncta additione Papazon. decisione sexta. numero 2. de renunciatione, in nouis, cum allegatis ibidem.

Rursus quando beneficium aliquod consisteret intra limites, & confines alicuius Ecclesiæ de Iurepatronatus laicorum, pari ratione caderet † sub reseruatione regulæ nostræ, quia quamuis non sit reseruata Ecclesia de Iurepatronatus laicorum, vt infra in glossa decimaoctaua dicemus; erit tamen reseruatum beneficium consistens intra limites & confinis talis Ecclesiæ patronatæ, & matricis: quoniam non propterea, quòd sit sita intra limites Ecclesiæ matricis de Iurepatronatus, sequitur, † quòd sortiatur illius naturam, † ac efficiatur de Iurepatronatus laicali, nec quòd

Ecclesia matrix sit patrona, vt firmat Abbas in capit. cum venerabilis numero 46. notab. 3. de exceptionibus, & in cap. ad audientiam. il 1. numero nono, & decimo, de Ecclesijs ædificand. dicens opinionem contrariam ab aliquibus sequutam, esse communem errorem, & nullo iure probari: & sequuntur Paulus de Cittadinis, qui alios refert in tractatu de Iurepatronatus, tertia p. quæstione 32. 1. causę. numer. 44. Rocchus de Curte in eodem tractatu, verbo, *Ecclesiam fundauit.* quæst. 11. numero 12. licet littera videatur corrupta, & verbo, *& dotauit*, quęstione decimaquinta, numero 23. Felinus in dicto cap. cum venerabilis post numerum 37. Lambertinus cum alijs de Iurepatronatus. libro 1. parte 1. quęstione 8. per totum principium, vbi plenissimè hoc fundat, & citat, ac refutat contrariam sententiam tenentes.

Duobus tamen modis hoc temperari, ac limitari potest: Primo nisi Ecclesia matrix, & patronata fundaret, construeret, vel dotaret
8 suis expensis istam † nouam Ecclesiam sitam intra illius limites, quia tunc sine difficultate noua Ecclesia fundata sequeretur naturam matricis, & efficeretur de Iurepatronatus laicali, vt post Abbatem, & Felinum in dicto cap. cum venerabilis, sub numero 37. & alios, resoluit Lambertinus, vbi supra. num. 4. 5. & 6. & secundum hoc potest intelligi, & conciliari opinio contraria. Abbas in dicto cap. ad audientiam. il 1. nu. 10. de Ecclesijs ædifican. Mandos. in additione ad Lapum, allegat. 65. sub littera N. vers. *& opiniones concordantur.*

Secundo limita, & declara, quando noua Ecclesia, seu noua Cappella construeretur
9 intra templum, & corpus ipsius † Ecclesię matricis de Iurepatronatus laicali. Nam tali casu efficeretur de eadem natura. Tum ratione fundi, quòd prędictit Ecclesia matrix. cap. nobis, de Iurepatronatus cum similibus. Tum etiam, quia contentum se-
10 quitur † naturam continentis. l. adeo. §. insula. ff. de acquirend. rer. dominio. l. ad testium, §. fin. ff. de testament. l. quòd si neque. §. materia. ff. de periculo, & commod. rei venditæ. Et contentum venit appellatione continentis. cap. per exemptionem de priuileg. libro sexto. Mohedanus decisione quinta, ad finem, de priuilegijs. Sicut & abrogato
11 continente, † & consequenter abrogatur contentum. Ias. in l. 3. numero 33. ff. de acquirend. possessione. Rocchus de Curte, verbo, *& dotauit.* q. 15. num. 23.

Et ita tenuit Rota decisione 15. & decisione 16. de Iurepatronatus in antiquis, vbi fuit resolutum, quòd si Abbas sit patronus vnius Ecclesię, & in ea nouæ Cappellanię ędificentur, erit similiter compatronus illa-
12 rum, † quia contentum sequitur naturam continentis. Abbas in dicto cap. ad audientiam. il 1. de Ecclesijs ędificand. numero 11. Felinus in dicto cap. cum venerabilis, sub numero 37. vers. *tu vide Rotam*, vbi ad hoc allegat, etiam decisionem Rotæ 6. de rebus Ecclesiæ non alienand. in antiquis, quam ego non inuenio, tradit etiam plenè Lambertin. de Iurepatron. lib. primo. parte prima. quæst. 8. art. 6. per totum, vbi num. 4. dicit post Abbatem, quòd in aliquibus locis per inaduertentiam obseruatur cõtrarium: & numero 4. subdit valere de hoc consuetu-
13 dinem, † vt Ecclesia matrix, siue illius patronus non remaneant patroni Cappellæ, vel altaris intra illius corpus fundatæ, seu fundati. Prout etiam videmus, quòd quamuis Rex noster Hispaniarum sit Patronus Cathedralium, & præsentat ad dignitates Episcopales, non tamen est patronus aliorum beneficiorum in eisdem Ecclesijs Cathedralibus consistentium, nec ad illa ius præsentandi habet.

Idem etiam esset, quando ædificans, & dotans talem cappellam, vel altare intra corpus Ecclesię matricis, emeret ab Eccle-
14 sia matrice, solum, † & prędium, vbi fuit ædificata, & conuenirent, quòd Ecclesiæ matrici nullum Iuspatronatus acquireretur. Nam tali casu quamuis Ecclesia matrix esset de Iurepatronatus laicorum; cappella tamen, vel altare de nouo ibidem fundatum posset esse alterius naturæ, videlicet, aut liberum, vel Iurispatronatus Ecclesiastici, secundum qualitatem fundatoris. Nam prædictum pactum, & conuentio sine dubio teneret, ex traditis à Lambertino de Iurepatronat. libro primo, parte prima, quęstione nona principali, in principio, à numero primo, & secundo cum sequentibus.

Immo forsan in hoc casu vltimo, etiam si cessaret dictum pactum, nullum Iuspatro-
15 natus † acquireretur Ecclesiæ matrici, ex quo, neque dedit fundum, sed vendidit: nec construxit, nec dotabit, neque aliquid de suo contulit, vt dicit Abbas in dicto capit. ad audientiam sub numero 10. vers. *si autem Ecclesia antiqua*. de Eccles. ædificand. Lambertin. libro primo, parte prima, quęst. 8. art. 6. num. 4.

In prædictis vtiq; omnibus casibus, in quibus secundum supradicta beneficium consistens intra limites, vel corpus Ecclesiæ matricis de Iurepatronatus laicali, vel mixto, non est de tali Iurepatronatus, sicut est Ecclesia matrix, sed alterius naturæ, siue liberę collationis, aut Iurispatronatus Ecclesiastici, intrat reseruatio regulę nostræ, reseruantis beneficia vbicumque existentia.

Vlte-

Vlterius ad præfata verba (*vbicumque existentia*) potest adaptari decisio Rotæ 8. n. 2. & per totam, de præbendis, in antiquis, vbi fuit dubitatum, vtrum si aliqui Canonici Ecclesię Collegiatę veniant ad
16 Ecclesiam † Cathedralem quotidiè, & in illa inseruiant, & recipiant distributiones, ac in choro installetur; ex hoc dicatur illorum beneficium, seu Canonicatum consistere, non solum in Collegiata, sed etiam in Cathedrali? & fuit resolutum, quòd beneficium dumtaxat consistat in Collegiata, & non in Cathedrali, cum alibi habeant focum, & larem, & stallum. Et quia principaliter debet attendi
17 locus, in quo originaliter † sunt Canonici, & seruiunt, & habent habitationem, & in qua Ecclesia nomen recipiant: quia à nomi-
18 ne † res determinantur. §. est & aliud. instit. de donationibus, vbi dicitur, quòd nomē debet esse consonum rei. l. 2. & finali. C. de Incolis. lib. 10. vbi habetur, quòd vbi aliquis seruit in duobus locis, assumit nomen ex eo, in
19 quo magis assidue † commoratur. text. etiã, in l. seruos. §. finali. ff. delegat. 3. l. legatis 65. §. si vnus. ff. de legat. 3. Ægidius decis. 206. Gomezius in regula de annali. quæst. 11. nu. 2. & in regula de triennali. quæst. 47. & q. 60. ante finem. Puteus decis. 374. à num. 5. libro 1. Vicen. de Franchis decis. 175. per totam, p. 1. Et ideo, quamuis officium aliquod ministrent in Ecclesia Cathedrali, si in Collegiata similiter exerceant, & vltra hoc faciant similiter aliud officium, quòd facit à se trahi ministerium Ecclesię Cathedralis, sequitur, quòd dicti Canonicatus, seu beneficia non consistant in Ecclesia Cathedrali, & facit decisio 50. sub num. 1. eodem titulo de conces. præbend. in antiquis.

Necnon congruit in proposito alia decisio Rotę 9. sub eodem titulo de præbendis, in antiquis, vbi dubitabatur, an beneficium,
20 quod consistit in claustro, † vel continentibus ædificijs alicuius Ecclesiæ; extra tamen corpus illius dicatur esse de illa Ecclesia? Et distinguitur. Aut beneficiatus debet exercere actus, ad quos est deputatus in Ecclesia, vt puta, quia habet celebrare in Ecclesia, & horis Canonicis interesse: & tunc censetur consistere in Ecclesia, quia non considerabitur locus, in quo res est sita; sed vbi destinatur executio rei. cap. dilecti, de foro competenti, & facit Clemen. ne Romani, de electione, & l. seruis vrbanis. ff. de legat. 3. Aut habet officium deputatum, vt seruiat in loco beneficij, & tunc non censetur esse in-
21 Ecclesia, † quia differunt beneficia corporis Ecclesię, ab illis, argum. c. 1. de consacr. Ecclesię, vel altaris. Aut habet officium mixtum, quia partim habet exercere in Ecclesia, & partim in cęmeterio, seu cappella claustri, & tunc dicitur ibi consistere bene-
22 ficium, vbi recipit prouentus, † ratione officij, & exercitij. Et si vtrobique seruit, & recipit prouentus; tunc potius dicitur consistere beneficium, vbi dignius, & frequentius
23 † officium exercetur. arg. c. ad Apostolicę, de decimis, & l. eius qui. §. fi. & l. si quis fructus. ff. ad municipalem, & de incolis, & cap. cum quis, de sepulturis. lib. 6. Ias. in pl. 1. in princ. à n. 21. ff. de verbor. oblig. Roland. cons. 23. à n. 26. volum. 1. Mandos. in reg. de annali. q. 32. numero 22. Gomezius in tractatu de expectatiuis numero 140. plene Tiraquel. de retract. lignagier. §. 36. glossa 3. numero 7. cum sequentibus.

Cum qua decisione 9. concordat decisio 6. eodem titulo, de conces. præbendæ, in antiquioribus Besigneti, & tradit Dominicus Geminian. in cap. 1. numero 10. de consuetudine libro 6. quam sequitur Franchus ibid. ante numerum 8.

Confert etiam alia decisio Rotæ 6. de concessione præbend. in nouis, vbi continetur, quòd habens gratiam in certa Ecclesia po-
24 test acceptare beneficium † vacans in cęmeterio, ambitu, vel cappellis contiguis illius Ecclesiæ, quia pars illius Ecclesię sunt: Et ideo polluta Ecclesia, vel interdicta, polluta etiam, & interdicta censetur talis cappella, & cęmeterium. cap. vnico, de consecratione Ecclesię, vel altaris. lib. 6. Et si suburbia sunt de continentibus ędificijs, multo fortius ambitus Cappellę, & cęmeterium ipsius Ecclesię contiguum. Secus vero erit, vt dicit ipsa decisio, si Cappella, seu beneficium sit extra sępta Monasterij, seu Ecclesiæ situatum; licet Cappellanus, vel Rector illius Cappellæ habeat facere aliquod ministerium in Ecclesia maiori, puta interesse diuinis, vel infestiuitatibus celebrare, vel similia: consideratur enim potius
25 † corpus beneficij, & locus vbi est situatum, quam seruitium, siue ministerium, quod alibi facere tenetur. argumento. l. cum quidam. ff. de fundo instructo. & vide quę in simili tradit Tiraquel. de retract. lignagier. §. 36. glossa tertia. ex numero 25.

Cui decisioni 6. consonat etiam Rota decisione 326. numero quinto, & sexto, parte secunda diuersorum, vbi probatur, quòd quamuis aliquę Ecclesiæ parrochiales es-
26 sent vnitæ Ecclesię Cathedrali, & propterea Vicarij parrochialium certis diebus, quando congregantur in Cathedrali habeant stallum in choro Cathedralis, non ex eo dicuntur de gremio Ecclesię Cathedralis, nec debent pręcedere Archipresbyteros.

Aduertendum tamen est, quòd dicta decisio sexta, de prębendis, in nouis,

in eius prima parte videtur contraria supradictæ decisioni 9. eodem tit. in antiquis; quatenus decisio 6. habet, quòd dicitur esse de Ecclesia beneficium consistens in illius cæmiterio, vel ambitu; decisio vero nona contrariùm insinuat, vt ex illius lectura, facile constat.

Vnde, vel est dicendum, quòd decisio 6. intelligatur, quando cæmiterium, aut Cappella sunt contigua; decisio autem 9. quando non sunt † contigua. arg. cap. si ciuitas, in fine, de sent. excommun. libro sexto, &c. 1. de consecratione Ecclesiæ, vel altaris, & hoc modo vtraque decisio concordabitur, & repugnantia illarum euitabitur, licet decisionis 9. verba improbentur. c. Inter dilectos. §. cæterum. de fide instrument. c. cum tu, de testibus. c. cum non deceat. de regul. Iuris in 6. Decius in l. vbi repugnantia 148. n. 4. ff. de regul. Iuris. 27

Vel dicendum est, quòd quælibet decisio illarum intelligatur in suo casu, quoad diuersos respectus, & effectus, & faciunt quæ infra dicam n. 33. & 34. Et d. decisionis 6. sententia corroboratur, ex his, quę doctissime tradit Coua. in c. alma mater. 2. p. §. 1. n. 8. vers. *septimo*, & per totum, de sent. excom. lib. 6.

Accedit etiam regula 3. Cancellariæ ad finem, & ibi glossator antiquus post principium, vers. *ex quo quæritur*, & Mandosius quæstione 15. vbi disponitur, quòd dicatur dignitas principalis in Collegiata, illa dignitas, quæ consistit in Ecclesia Cathedrali: † tamen ex aliquo iure speciali habet princi palē præheminentiā in Ecclesia Collegiata. 28

Verba autem supradicta (*& vbicumque existentia*) non extenduntur ad beneficia existen tia in Ecclesijs non numeratis, † vt diximus 29 in glossa 9. §. 4.

Et an ad Hospitalia, vide in gloss. 5. §. 4. de Hospitalibus.

Rursus adde, quòd ad effectum pertinētiæ collationis † alicuius beneficij, non attenditur locus, vbi consistat beneficium, sed locus, illius personę, cui subiectum est beneficiū, vt cōtra Roman. cōs. 361. n. 5. tenuit Rota, teste Mohed. decis. 92. alias 3. de præbend. vbi fuit propterea resolutum, quòd beneficiū consi- 30 stens † extra Franciam cadit sub concordatis Francię, quando collator est Abbas vnius Monast. de Frācia, & sic hoc casu cessaret regulæ nostræ reseruatio, vt dicam in gloss. 25. Quamuis Roman. in loco superius citato sequuntur Cassaneus cons. 3. post n. 25. vers. *Itē adde*. Tiraq. de retrac. lignag. §. 36. gl. 3. n. 27. Et n. 25. 26. & 28. agit de hac materia, ad effectum soluendæ decimæ Papal. & procurationis Legati, & quartæ Canon. parrochialis. 31

Accedat quòd quando beneficium curatū vnius diœc. confertur ab Ordinario alterius diœc. vbi beneficium nō consistit, debet edicta proponere, Ordinarius loci vbi cōsistit, & ibi dē examen erit peragendū, & postea collatio fiet ab alio Ordinario, ad quē spectat, vt Sacra Conc. Trid. Congreg. declarauit, & tradit Flam. Paris. de resignat. lib. 8. c. 9. n. 102. 32

Denique huic glossę ancipiti libuit, quando dicatur esse beneficium sub eodem tecto, † ad effectum inducendi incompatibilitatem. iuxta textu. in c. de multa, ante finem, vers. *addentes*, de prēbend. cap. litteras, de concess. præben. cum alijs adductis plene per Alphonsum Hojedā, de incompat. beneficiorum part. 1. cap. 20. nu. 1. & per totum.

Qua in re concludit idē Hojeda, vbi supra n. 27. quòd tunc dicuntur esse beneficia consistentia sub eodem tecto, quando consistunt intra eamdem Ecclesiam, † & intra eosdem 33 parietes, & muros, absque alia distinctione, quòd prius Mandosius dixerat in tractatu de figniaturā gratiæ, tit. de dispensatione ad beneficia sub eodem tecto, ante finem, versiculo, *in iure ciuili verba sub eodem tecto*.

Cæterum Nauarr. cons. 16. incipit, *an si duo*, numero 2. sub tit. de præben. aliter declarat, videlicet, quòd ad hoc vt intret d. incompatibilitas sit necessarium, quòd vtrumque beneficium requirat idem ministerium, & exercitium in eodem loco, & † cappella, ità vt beneficiati, seu cappellani conuenire debeant in vnum, & eadem munera faciant. Nam si essent plures Cappellaniæ intra eamdem Ecclesiam ad diuersas cappellas, finesq; diuersos institutæ, & ad separatam congregationem faciendam. Tunc vtique, concludit Nauar. ipse, quòd non oriretur talis incompatibilitas, vt latius per eum, cuius sententiam sæpe in praxi seruatam percepi. & faciunt tradita sup. ex n. 20. 34

Quo in loco subdit etiam ipse Nauar. esse prorsus necessarium aliud requisitum, vt sit locus incompatibilitati, ratione eiusdem tecti, nempe quòd vtrumq; beneficium † sit cōforme, seu vniforme, ac eiusdē nominis, & Lapus allegat. 116. nu. 5. & allegat. 117. nu. 1. & per totam. Felin. in c. ex parte. il 2. n. 3. de rescript. Abb. in c. litteras. n. 4. de concess. præben. Rebuff. in praxi tit. de non promot. infra an. n. 75. & ad concordata Franciæ in rub. de mandatis Apostolicis. §. 1. verbo, *ita tamen* prope finem, verbo, *nota tamen, quod sine dispensatione*. Nauar. etiam cons. 18. nu. 1. sub tit. de præben. Flam. Paris. de resig. benef. lib. 3. q. 1. n. 128. & dixit Rota in vna Tarraconen. Archidiacon. 22. Martij 1593. coram R. P. D. meo Litta, vbi fuit ponderatū, quòd ideo vacabat ipso iure vna dignitas per alterius assecutionem in eadem Ecclesia, quia erant beneficia vniformia. 35

Vnde

Beneficia vniformia sub eodem tecto, quando dicantur vt

In cōpatibilitas rationē eiusdē tecti, vt intret, an requiratur, qd beneficia sint vniformia?

Vnde fuit resolutum in vna Cartaginen. portionis de mense Martij anni 1543. teste Mohedano decis. 176. alias 15. sub titulo de præbend. & Puteo decis. 441. numero primo, libro primo. Mandosio vbi supra, vers. *Canonicatus vero, & portio*, quòd non sunt beneficia incompatibilia Canonicatus, & por-
36 tio † sub eodem tecto.

Sic etiam consuluit Nauarrus consil. 21. tit. de præbend. quòd de iure communi per-
37 mittitur haberi insimul dignitatem, †& Canonicatum in eadem Ecclesia Cathedrali, seu collegiata, tradit etiam Rebuff. in praxi, tit. de dispensatione ratione ætatis, verbo, *incompatibilia*, nu. 4. Put. d. decis. 441. numero 2. libro primo.

Item, quòd dignitas, & portio, non induc-
38 cant † incompatibilitatem, tradit Put. decis. 228. incipit, *in vna Salmantina.* per totam, libro tertio.

39 Oppositâ tamen sententiâ, † scilicet, quòd inducatur incompatibilitas ratione eiusdem tecti, etiam si beneficia sint diformia, ac diuersi generis tenent Alphonsus Hojeda de incompatibilitate benef. parte secunda, cap. 20. sub num. 25. vers. *mihi tamen contraria sententia.* Quintil. Mandos. in tracta. de signat. gratiæ, tit. de dispensat. ad beneficia sub eodem tecto, post principium, vers. *ad duo beneficia*, & faciunt tradita per Gomez. in tract. de expectatiuis nu. 53.

Hinc fuit decisum, teste Put. decis. 189. incipit, *in vna Calciaten.* libro tertio, quòd Canonicatus, & dignitas in eadẽ Ecclesia erant incompatibilia, licet ex dispensatione Papæ, vel consuetudine obtineri possint, tradit etiã Mandos. vbi supra vers. *canonicatus, & dignitas in eadem Ecclesia.*

Acchil. etiam de Grass. adducit eamdem decisionem Calciaten. quæ inter suas est decisio 269. alias 6. sub titulo de præben. vbi concludit, quòd quibusdam dubitantibus ex rationibus, ibidem relatis, fuit resolu-
40 tum esse incompatibiles, dignitatem † cum Canonicatu, in eadem Ecclesia, ita vt saltim requiratur dispensatio Episcopi, vel consuetudo: & quòd talis incompatibilitas non sit ipso iure, sed obtinens cogi possit ad dimittendum alterum, quam decisionem Acchil. sequuta fuit Rota in vna Lucana beneficiorum sub die 4. Nouembris anni 1579. coram Reuerendiss. D. Seraphino.

41 Mihi tamẽ magis placet prior † sententia, vti verior, & communior, nempe, quòd beneficia debent esse vniformia, ad hoc vt sit locus incompatibilitati, ratione eiusdem tecti. Dummodo non sint talia, quòd vtrumque, vel omnia requirant præcisam residentiam, ratione tituli, vt docet Felin. in cap. ex parte, il 2. sub num. 3. vers. *& ista opinio.* de rescript.

Quo fit, vt cum hodie ex dispositione Sacri Concil. Triden. omnes dignitates, & canonicatus, & portiones in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis consistentes, requirant præcisam residentiam, ac sint incompatibilia, vt dicam in glossa 15. in principio ex numero 17. cum multis sequentibus: minime
42 possit, quis habere, † cessante consuetudine, aut dispensatione Papæ, vel saltim Episcopi, dignitatem cum Canonicatu, vel portione nec Canonicatum cum portione, quamuis sint beneficia diformia, cum neque in diuersis Ecclesijs insimul retineri possint.

Vbi autem vtrumque beneficium non re-
43 quireret † residentiam præcisam, ac esset diforme, veluti Rectoria, cum Cappellania, sub eodem tecto. Dignitas, aut Canonicatus, vel portio, cum Cappellania, aut præstimonio, aut alio simplici beneficio, Aut vna Cappellania vnius Cappellæ, & Congregationis, cum alia Cappella diuersæ Cappellæ Congregationis, seu muneris: tunc quidem cessabit dicta incompatibilitas. Ita colligo ex iuribus, & Doctoribus superius citatis.

Summaria Glossæ 11.

1 *Mensibus in octo beneficia vacatura reseruantur per regulam 8.*

2 *Plenam auctoritatem habet Papa, Episcopus verò semiplenam.*

3 *Menses sunt diuisi proportionabiliter pro rata oneris, & auctoritatis.*

4 *Partitio dicitur congrua, quando pro rata potestatis & ponderis, distribuitur, & commodum.*

5 *Mensis dicitur a mensura, vel a metior metiris, vel a Mion nomine græco, & numero sexto.*

7 *Menses nostræ regulæ computantur, vt iacent.*

8 *Mensis quando intelligatur de triginta diebus.*

9 *Mensis Apostolicus terminatur in dimidia nocte vltimi diei, & ex tunc incipit ordinarius, & num. 10.*

11 *Episcopus conferens beneficium vacans ad finem sui mensis, vel in principio illius, quid agere debeat, vt consultius procedat.*

12 *Noctis horam non apponens notarius, sed diei, non ideo dicitur falsus, quamuis instrumentum conficiatur de nocte.*

13 *Noctem circa dimidiam actus gestus, attribuitur*

tur diei præcedenti, si verò vltra, diei sequenti.

14 Notarius qui conficit instrumentum de nocte, melius faciet, si horam noctis apponat, & quid si ignorat, si transiuit media nox, & num. 15.

16 Nocte vltima mensis vacauit quoddam beneficium, & orta fuit lis, an esset in mense Apostolico, vel ordinario, & decisio casus narratur, & numero 17. ponitur series similis casus.

18 Horologium si deficit, aut non auditur, quid operetur gallicinium.

19 Galli cantus, an attribuatur diei præcedenti, vel potius sequenti.

20 Galli meridie cantare solent, & sæpe de nocte, ante horam cænandi, & in hoc diuersa regio potest operari, & nu. 22

21 Missa galli (vulgo) nuncupatur prima missa, quæ dicitur nocte sancta.

23 Gallus frequenter cantat versus auroram, & gallicinium dicitur vna pars noctis, tendens a media nocte versus diem.

24 Gallicinij præsumptio leuis est, quantum vero operetur, iudicis arbitrio relinquitur, & numero 25.

26 Vacatio contingens versus finem vnius mensis, & principium alterius, à quo sit probanda, quòd fuerit; vel non in mense reseruato, & concluditur, quòd ab actore, siue sit Apostolicus, siue ordinarius, & nu. 28.

27 Vacationis tempus est momentaneum, & indiuisibile.

29 Reus semper venit absoluendus actore non probante, etiam in beneficialibus, & n. 30.

31 Prouisus ab ordinario, & possessor, si sit actor, an teneatur probare, quod vacatio contigit in mense ordinario.

32 Fatuus dicitur possessor, qui contra non possessorem intentat petitorium.

33 Dominus beneficij præsumitur possessor.

34 Vacationem in mense Apostolico, vel ordinario, quis tenetur probare, quando vterq; prouisus est actor, & nemo possidet.

35 Apostolica prouisio præfertur propter ampliorem prærogatiuam.

36 Vacatio facilius contingit in octo mensibus Apostolicis, quam in quatuor ordinarijs.

37 Vacatio in mense reseruato non præsumitur, & est probanda a fundante se in hoc.

38 Ordinarius fundat intentionem suam de iure communi, & sublata reseruatione Episcopus libere prouidet, & nu. 39.

40 Prouisus ab ordinario docens de anterioritate suæ collationis transfert onus probandi reseruationem in aduersarium, & numero 41. & 44.

42 Indultum habens ad conferendum beneficia vacantia in mensibus Apostolicis, verificare debet vacationem in mense Apostolico.

43 Naturale potius præsumitur, quam accidentale.

45 Reseruatio c. 2. de præben. in 6. est fortior omnibus.

46 Ordinarius de iure communi probibetur conferre beneficium litigiosum.

47 Commune ius, qui pro se habet, dicitur habere plenam probationem.

48 Vacans beneficium in mense ordinario, & non collatum ab eo, ante ingressum mensem Apostolicum, an possit postea prouidere.

49 Verbum (erit) tempus etiam præteritum significat.

50 (Vacabit) verbum capit beneficium vacans.

51 Vacatura quoad beneficia, si Papa vult præiudicare ordinario, a fortiori, quoad vacantia, & num. 78.

52 Reseruatio ad vacatura includit vacantia.

53 Vacatura beneficia dumtaxat reseruat regula nostra.

54 Vacare beneficium aliud est, & aliud vacationem durare, vel vacaturum fore, & numero 56.

55 Vacare non potest vnum beneficium in diuersis mensibus.

57 Vacans beneficium in mense Apostolico, semper remanet reseruatum.

58 Semel qui est hæres, semper remanet hæres.

59 Semel solutum beneficium, semper pro illa vacatione remanet solutum.

60 Deuoluta beneficia non sunt reseruata, sicut nec reseruata dicuntur deuoluta, & numero 61.

62 Deuolutionum iura non intelliguntur sublata, nec correcta.

63 Ordinarij absque culpa, vel mora perdere non debent suas collationes.

64 Sepulturæ est prius tradendus defunctus, quam ad collationem deueniatur.

65 Menses ordinarij non sunt Episcopis auferendi.

66 Vacationis tempus attenditur ad inspiciendum, si beneficium sit reseruatum, vel non.

67 Tempus vacationis intelligitur illud, in quo beneficiatus cedit, vel decedit.

68 Vacare quando dicatur beneficium, secundum communem vsum loquendi.

69 Vulgi appellatio pro lege habetur, & reijcitur intellectus, non consonans auribus vulgi.

70 Partitio mensium non debet esse Leonina.

71 Menses octo, quando Papa reseruat, reliquos quatuor concedit.

72 Correctio in continenti non præsumitur in Papa.

73 Electa, & præsentata beneficia, non cadunt in nouam reseruationem.

74 Mens, & intentio Papæ attendi debet, quæ non est reseruare beneficia vacantia, & num. 75.

76 Priuilegium ad beneficia vacantia, & vacatura, non extenditur ad illa, quæ ante priuilegium vacabant.

Vaca-

77 Vacaturum *verbum, non comprehendit beneficium vacans.*

79 *Beneficium idem, si pluries vacat in mensibus Apostolicis, an sit reseruatum, & numero 88.*

80 *Reseruatio huius regulæ, an intelligatur de prima vacatione.*

81 *Dispensatio ad duo beneficia curata, intelligitur de primis duobus.*

82 *Vice de prima intelligitur facultas conferendi aliquod beneficium.*

83 *Facultas retinendi pensionem, non obstante matrimonio, intelligitur de primo matrimonio.*

84 *Primo dumtaxat anno debetur elemosina distribuenda certis pauperibus in die Sancti Laurentij.*

85 *Facultas compromittendi intelligitur de primo compromisso, & numero 96. nec non permutandi, & num. 86.*

87 *Prima de vice quilibet actus intelligitur.*

89 *Ratio quando eadem militat in secunda, vel vlteriori vice, quæ militat in prima, actus intelligitur de omnibus vicibus, nec non quando dispositio est per viam legis, & n. 90.*

91 *Innocentiana Bulla dans facultatem sanandi nullitates, procedit in omnibus vicibus.*

92 *Tempus certum, quando assignatur in dispositione, intelligitur de omnibus vicibus.*

93 *Vicibus de omnibus intelligitur actus, & reseruatio, quando cum prima non satisfit menti Papæ, vel quando materia est fauorabilis, numero 94. vel reiterabilis, numero 95.*

97 *Testandi facultas, non solum intelligitur de primo testamento, sed etiam de omnibus alijs, vbi plures contrarium tenentes adducuntur.*

98 *Vacatio in mense reseruato, qualiter sit probanda, & nu. 100.*

99 *Vacatio simpliciter, probatur semiplene, quia agitur de leui præiudicio.*

101 *Probatio plena requiritur in vacatione in mense reseruato.*

102 *Auditor Cameræ errat, credendo, quòd natio in mense reseruato semiplene probari possit in suo tribunali.*

103 *Vacatio in mense reseruato, minori, quam plena probatione, probari potest, quando probatio est difficilis, quia mors contigit in mari, vel quando possessio est vacans, quia non est alius prouisus, & nu. 104.*

105 *Collatio Papæ potest valere iure præuentionis.*

106 *Mensis Apostolicus narratus, quando probare, necesse non sit.*

107 *Titulus quando non docetur ab intruso, non est necessaria plena probatio mensis.*

108 *Titulus est ante sententiam producendus, & postea non releuat ad impediendam immissionem, & num. 109.*

110 *Probatio integra mensis, non requiritur, quando collatio Papæ non fundatur in reseruatione, sed in præuentione.*

111 *Probatio plena mensis, an requiratur, quando gratia est in reliquis omnibus verificata.*

112 *Releuatus in vno, grauatur in alio.*

In singulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, & Nouembris mensibus, glossa II.

RESERVAT regula nostra omnia beneficia Ecclesiastica, vacatura in supradictis octo mensibus
1 †Apostolicis, Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris, & sic Episcopis, alijsque collatoribus, dumtaxat remanent alij quatuor menses. ordinarij, communiter nuncupati, videlicet, Martius, Iunius, September, & Decẽber. Et incipiendo à principio anni PP. habet duos menses, & ordinarij vnũ, & postea PP. habet alios duos mẽses, & ordinarij vnũ, & sic successiuè: ita quòd ordinarij, dumtaxat habent tertiam partem mensium, Papa vero duas tertias partes: Nam cum Papa ha
2 beat plenam curã, † & auctoritatem; Episcopi vero non nisi semiplenam, vt dicit glossa in verbo, *plena*, in cap. consequens 11. distinctione, & Episcopi sint in partem solicitudinis vocati, non in plenitudinem potestatis, cap. decreto ante finem, vers. *quæ vices suas*, 2. quæst. 6. minorisque ponderis sarcinam deferunt, cap. qui scit eadem causa, & quæ-
3 stione; Ita meritò proportionabiliter † menses diuiduntur pro rata oneris, ponderis, & auctoritatis, vt Papa duplicatos habeat menses, quam Episcopi: Illa namque est congrua partitio, & diuisio, quando pro rata
4 potestatis, & ponderis, distribuitur † etiam vtilitas, & commodum, lege prima in principio. ff. de institoria actione. l. secundum naturam 10. ff. de reg iuris, cap. charitatem 12. quæst. 2. cap. qui sentit onus, de regulis iuris, in 6.
5 Menses autem dicuntur † à mensura, seu à metior meteris, quasi res, numero dierum mensa

Mensiũ distributio quare sic facta fuit

Mensis vndedicitur, & qualiter cõputetur

mẽsa, q, quia mensa spatia conficiunt, mẽses nominantur, teste Cicerone, lib. 2. de natura Deorũ: vel potius dicitur mẽsis a quoddã no
6 mine † Greco *Mion*, ideſt Luna. Et mẽsis, Grecè dicitur *Mon*. nã lunę curriculo mensis conficitur, vt tradit Alciatus in l. cum bissextus 98. sub littera H. ad finem. ff. de verborum significatione. Menochius de arbitrarijs lib. 2. de arbitrarijs; centuria prima, casu 50. nu. 16. & 17.

Et prædicta mẽsium computatio fieri debet, prout ipsi menses collocantur, & iacẽt
7 † per totum circulum anni, siue quilibet mẽsis habeat 30. dies, siue plus, siue minus, gl. verbo, *mensem*. in cap. quam sit 6. de electione, lib. 6. gl. finalis in l. 2. ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus, Cardinalis in clem. 1. §. secus, num. 2. de præbendis, & clemen. causam quę, num. 13. de electione. Rebuff. in concordata in rubrica de collationibus, §. prędicti ordinarij, in glossa, verbo *sequentibus mensibus*. Decius in l. vbi lex, num. 1. & Cagnol. ibi, num. 2. de regul. iuris. Rui. cons. 61. num. 37. libro 3. Alexand. in l. de diuisione, numero quarto. ff. solut. matrimon. Staphilęus de litteris gratię, titulo, de vi, & potestate clausularum. §. 3. principaliter, numero secundo.

Licet alias, cum absolutè fiat mentio mensis, intelligatur de mense triginta dierum
8 † quia tot diebus Luna in coitu Solis remoratur, & ad suas vices reddit, cursumque cõficit. tex. in l. fin. §. sin autem dubius, iuncto §. simili modo, & §. donec tamen. C. de iure deliberandi, l. si venditor. ff. de ædelitio edicto, l. ædiles aiunt. ff. eodem titulo, l. vbi lex 101. ff. de regul. iuris. Alexan. cons. 114. *vija scripturarum*, num. 13. libro quinto. Socin. in regula 260. per totam. Ludouicus Gomezius in §. rursus, num. 35. Institut. de actionibus. Decius, numero 2. Cagnolus numero primo in d. l. vbi lex. Tiraquel. de vtroque retractu. §. 1. glossa 11. nu. 1. & 9. Puteus decis. 442. *vacauit*. num. 5. & per totam, libro 2. & copiosè tradit, plures casus distinguens Menochius de arbitrarijs, lib. 2. casu 50. à num. 2. cum sequentibus, & per totum, vbi vtiliter pro faciliori declaratione quatuor casus distinguit.

Quo fit, vt mensis Apostolicus termine-
9 tur in dimidia nocte vltimi diei, † & ex illa dimidia nocte inposterum incipiat mensis
10 ordinarius, † & durat vsque ad dimidiam noctem vltimi diei illius mensis, l. more Romano. ff. de ferijs, vbi Ias. post alios, cap. consuluit 24. de officio delegati. Rebuff. in tract. de nominationibus, quæst. 16. nu. 2. & in concordata in rubrica de collationibus, §. prædicti ordinarij, super verbo, *sequentibus mensibus*. Gomezius in regula de infirmis resignãtibus, quæst. 38. per totam. Castracanus loquens de disdictis officiorũ Romanæ Curiæ, in suo tracta. de societatibus, quæ fiunt super officijs Romanæ Curiæ, cap. 62. sub numer. 4. Tiraquel. de vtroque retractu. §. 1. gl. 11. num. 7. Polidorus Ripa in tract. de nocturno tempore, cap. 3. nu. 17. & 18. cum seqq. & c. 158. & in terminis nostrę regulæ dixit sæpe Rota.

Proinde, quando Episcopus confert aliquod beneficium vacans ad finem sui mensis, vel in principio illius, in illa vltima nocte, quę dat finem mensi ordinario, & principium mensi Apostolico, vel è conuerso, cõ-
11 sultè † faciet, si ante collationem faciat examinari testes de hora, & puncto obitus vltimi possessoris, & in ipso collationis instrumento annotauerit, vt sic euitetur controuersia, quantum possibile sit, super tempore vacationis, an contigerit in mense ordinario, vel potius in Apostolico.

Ideoq; quãuis notarius rogat⁹ de cõtractu de nocte celebrato, nõ apponat horã noctis,
12 nisi solum diẽ, nõ dicetur falsus, † ex quo sub die veniat, etiam nox, vt in d. l. more Romano. Ioannes Andreas, numero 18. Antonius de Butrio num. 18. Abbas, num. 16. in cap. consuluit, de officio delegati, dicentes, quòd si actus sit citra dimidiam noctem, debet at-
13 tribui diei † præcedenti; si vero vltra dimidiam noctem est attribuendus diei sequenti. Alexander, & alij relati per Tiraquel. statim citandum. Tutius tamen est, quòd semper
14 notarius inscribat horam † noctis, vt ex eo appareat vtrum diei prędecedenti, an sequenti actus attribuatur, nam potest actus esse validus, si fit in vna die, & inualidus si fit in sequenti die, propter consuetudines, vel statuta ius retractus, concedentia consanguineis, vel inter illos concordiam fieri mandantia, infra certos quosdam dies, & alia similia disponentia. Baldus in cap. consuluit, numero 11. de officio deleg. Felinus ibidem, num. 6. Tiraquel. de vtroque retractu. §. 1. glossa 11. num. 8. per totum. Polidorus Ripa in d. tracta. de nocturno tempore, cap. 161. num. 2. & 3. Tiberius Decianus, cons. 65. nu. 21. volum. 2. Acebedus in l. 13. tit. 25. libro 4. recopilation, num. 15. Quod si ignorat notarius, vtrum sit transacta media nox,
15 nec ne, debet dicere ad fin. † diei talis, & principium diei sequentis, quòd verificabitur in ipso puncto mediæ noctis, seu medio duarum dimidiarum noctium, vt in d. cap. consuluit, vers. *vnde quod in duabus dimidiatis noctibus, &c.* & ibi Abbas notab. vltimo ante numerum septimum.

Pulcher casus.

Vnde in terminis nostræ regulę euenit
16 † casus in vna Auersana Parrochialis, quòd vacarunt quædam beneficia in vltima

vltima nocte mensis Apostolici, per obitum cuiusdam beneficiati, decedentis in quodam oppido, seu loco, in quo non aderat horologium, & facta prouisione per Episcopum de dictis beneficijs, vti vacantibus in suo mense ordinario, ex eo, quòd post mediam noctem contigerit vacatio: nec non à Papa, tamquam de vacantibus in suo mense Apostolico, & lite introducta in Rota, fuit dubitatum, an dicta beneficia vacauerint in mense ordinario, vel potius in mense Apostolico. Et quia fuit probatum per testes, quòd tempore obitus galli cantabant, prout verisimiliter versus diem cantare solebant, fuit resolutum in dicta causa Auersana Parrochialis 12. Martij 1562. coram Oradino vacationem euenisse post mediam noctem, & consequenter beneficia non esse reseruata; sed ad collationem ordinarij spectasse, tamquam in mense ordinario vacantia, teste Caputaquen. decis. 71. parte secunda, in manuscriptis, tradunt etiam Iosephus Ludouicus decis. Perusina 116. num. 7. & Polidorus Ripa in suo nouissimo tracta. in isto an. 1602. edito, de nocturno tempore, cap. 160. nu. 5. & 6. & cap. 161. num. 3.

Item memorat ipsemet Iosephus Ludouicus vbi supra, quòd annis proxime elapsis
17 alius casus similis † euenit in ciuitate Assisien. patria sua; Nam vltimo fero vnius mensis ordinarij, ante mediam noctem vacauerat vnus Canonicatus, quem contulerat Episcopus Assisien. & quia fuit probatum, quòd Canonicus obierat ante mediam noctem, & annotatum in collatione dicti Canonicatus, præfata collatio fuit reputata valida, & subsistens. Similes casus sunt valde contigibiles, non solum in nostra materia, sed etiam in aliis, præsertim circa ieiunia, & esum carnis.

Quapropter circa id, quòd dicitur de locis, in quibus deficit horologium, vel si sit, quando probatur non esse bene ordinatum, seu quòd audiri non poterat.

PRIMO quæro, vtrum ex cantu gallorum
18 † insurgat probatio certæ horæ noctis, seu præsumptio pro die præcedenti, vel sequenti, hoc est, an mors, vel alius actus contingat ante dimidiam noctem, vel post mediam noctem?

In hac quæstione inuenio, quòd Baldus in d. cap. consuluit 24. nu. 11. de officio delegati, asserit, quòd galli cantus attribuitur diei præcedenti, dicit enim ipse Baldus verba ista: *Ego tamen consulo, quòd Notarius ponat horam noctis, puta in galli cantu, quod attribuitur diei*
19 *præcedenti, † vel horam matutinam, quòd attribuitur diei sequenti.* Ideoque Baldus tenet contra præfatam sententiam Rotæ, iudicantis ex gallorum canticis fuisse iam cæptum diem sequentem, noctemque in diem inclinasse.

Gallicinij, an faciat præsumptionem certæ horæ noctis.

Sed vt ipsa docet magistra rerum experientia, galli, in ipso meridie cantare †
20 consueuerunt: nec non paulò post ingredientem noctem, ac sæpissime in vrbe, ante solitam horam cænandi gallos cantare audio, & etiam cantant in eodem mediæ noctis puncto. Et
21 propterea Missa † galli à vulgo nuncupatur, prima missa, quæ nocte sancta celebratur, ex eo, quòd incipit, media nocte, quando gallus cantare solet, & D. N. IESVS CHRISTVS natus est, vt notatur in c. nocte sancta de consecratione distinctione 1: & demum post mediam noctem in diem inclinantem, prout tradit modernus Polidorus Ripa in d. tracta. de nocturno tempore, cap. 160. num. 1. 2. 3. & 4.

22 Accedit, quòd in diuersis Regionibus † forsan diuersimode, secundum qualitates diuersas, gallos vel citius, vel tardius cantare facilè sit.

Verumtamen est, quòd versus auroram gallos cantare frequentius sit, prefatus Polidorus scribit in dicto tractatu de nocturno tempore, cap. 157. dum dicit, quod vigiles noctes diuidebant in decem partes, quarum
23 vna erat gallicinium, † eo quod a media sui nocte, in diem tendente, galli frequentius cantent, quòd etiam experimentis consequimur, & facit illud Euangelij, priusquam gallus cantet bis, ter me negabis, Matthæi, capite 14. Lucæ 22. nam tunc versus auroram erat.

Ex quo sequitur. Primo non esse tutam supradictam assertionem Baldi, volentis attribui galli cantum, potius diei præcedenti, quam sequenti.

Nec non, sequitur secundo, quod ad probandum esse iam noctem versus diem inclinatam, diemque sequentem, iam cæptam, sit
24 leuis ponderis præsumptio, † quæ in solo gallicinio fundatur, cum sicut diximus, diu noctuque galli cantare non prætermittant: quãtum vero deferatur huic gallicinio, arbitrio
25 iudicantis † pensatis circumstantijs, & testium rationibus, alijsque verisimilitudinibus, relinqui puto, ad tex. in l. 3. §. tu magis scire potes. ff. de testibus, & in c. in præsentia, de renunciatione.

Secundo sequitur dubitari, quid iuris sit, quando vacatio contingit circa mediam noctem vltimi diei mensis, ita
26 vt minime constare possit, an fuerit finitus † vnus mensis, & cæptus alius, & dubitetur, vtrum in mense Apostolico, vel potius in ordinario vacatio contigerit: nam tempus vacationis est momentaneum, † & indiuisibile,
27 & in eodem instanti vacat beneficium, & non vacat. Probus in additionibus ad Monachum

Quis probare teneatur egressũ vnius mensis, & ingressũ alteri⁹.

chum in cap. fin, numero 29. de consuetudine, libro sexto, quis probare teneatur tempus vacationis.

Huic quæstioni nobis responsum prębet decisio Putei 207.incipit, *die quarta Februarij.* libro tertio,dicens, quòd tali casu,actor succumbat, siue fuerit prouisus Apostolicus, siue ordinarius. Puteus etiam decis.266.num. 2.lib.3.Nam cum semper ad fauorem possessoris, & rei pręsumatur.† §.commodum,institut.de interdictis, cap. 3. de probationibus. regula cum sint partiũ obscura iura 11. de reg. iur in 6.plenè Mascar. de probation. conclus. 1200. per totam cum adductis in §. 3.proœmiali,num.51.cum sequentibus. Et actore non probante reus veniat † absoluendus, l.qui accusare. C.de ędendo, cap. 1. vt Ecclesiastica beneficia, sine diminutione conferantur, quod etiam procedit in causa beneficiali: nam licet reus non doceat de iure suo, † adhuc vincere debet, ex non iure actoris. Rota decis. 1.& decis. 3.& 4. de senten. & re iudicat. in nouis. Felinus in cap. olim,numero decimo, de rescriptis. Cassad. decis.3.de restitut. spoliat.& decis.2.de exceptionibus. Caputaquen.decis.174.nu.6. p.2. & decis. 133.parte 3.Rota decis.6.eodem titulo, in antiquioribus Besigneti. Merito debet absolui d.possessor.

28 29 30

Tertio quæro, quid erit, si possessor prouisus a Papa, vel ab ordinario sit † actor,quoad petitorium,petens gratiam suam canonizari.An tũc in prędicto casu,tamquam actor succumbet, cum intẽtionem suam non probauerit? dico quòd tunc actor possessor est etiam absoluendus, si aduersarius contrarium non probat. Rota d.decis. 1.& decis. 11. per totas, de senten. & re iudicata: ratio est, quia eo ipso, quòd sit possessor beneficij præsumitur† dominus.clemen. 1. §. quod si vnum, & ibi glossa,verbo *possidebat.* vt lite pendente, vbi notant Imola & cæteri. Flaminius de resignatione beneficiorum,lib.10.quæst. 1.num.24.& 25.& dixi plenè in §.3.proœmiali,ex num.5.Fatuus tamen esset possessor, † qui contra non possessorem intentaret petitorium, propter difficultatem probandi dominium, vt dicit Rota in d. decis. 1.ante finem, vers. *fatuus autem esset,* & vide quę dixi in glossa 6.numer. 155. cum sequentibus, Et circa hoc onus probandi mensem ordinarium, vel reseruatum, vide etiam quę dicam in gl. 43. q.1. cum seqq.

31 32 33

Quarto quęro,ponamus, quòd neuter litigans, neque prouisus a sede Apostolica, neque ab ordinario possessionem habebat,& vterque sit actor,& non constet,in quo mẽse vacauerit beneficium, quia dubitatur, an esset finitus mensis Apostolicus, & ingressus mensis ordinarius de tempore obitus vltimi possessoris,quęnam istarum prouisionum præcedere† debeat,quando cõstat de anterioritate prouisionis ordinariæ?

34

Videtur, quòd prouisio Apostolica in dubio sit præferenda, propter ampliorem prerogatiuam,† argumento,cap.si à sede 31. de prębendis.lib.6.vbi probatur, quòd concurrentibus duobus prouisis, Apostolico, & ordinario, si ignoratur de prioritate prouisionis, & nullus illorum possideat,quòd prouisus Apostolicus est pręferendus,propter ampliorem prouidentis prerogatiuam.tex.etiã in clemen. 1.§.neutro,vt lite pendente,dicit enim,*neutro autem ipsorum beneficium possidente, erit Romanus Pontifex, propter auctoritatis prærogatiuam in collatione huiusmodi præferendus,* & sic aperte probatur,quòd quando dubitatur,an vacauerit beneficium per obitum decedentis in Curia, vel per obitum decedentis extra Curiam,neutro in possessione decedente, quòd in dubio est interpretandum pro vacatione in Curia,vt collatio adPapam spectet, non ad ordinarium:sic ergo in dubio, vt collatio spectet ad Papam, est pręsumendum potius vacasse beneficium in mense reseruato, quam in mense ordinario.

35

Rursus, quia cum Papa habeat octo menses anni,& sic duplicatos, facilior, & verisimilior † erit vacatio in vno ex octo mensibus Apostolicis, quam in aliquo ex quatuor mẽsibus ordinarijs,cap.1.de clericis non residentibus,l. quędam. §. nummularios. ff.de ędendo l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cert. petat. cum alijs adductis per Euerardum in loco à communiter accidentibus, n. 1.cum sequentibus.

36

Contraria tamen opinio verior esse videtur, quoniam non solum non pręsumitur reseruatio, ratione mensis; sed etiam debet concludenter probari vacatio de mense Apostolico, vt prouisus à Papa obtinere possit. † Puteus decis. 266.num. 3. & 4.libro 3. Rota decis.46.num.3.& 4.parte 2. diuersorum, & latius dicam in quęst. 7. huius glossę.

37

Ratio est, quia cum ordinarius, & prouisus ab eo fundet intentionem suam de iure communi, † cap.ex frequentibus,de institutionibus.Felinus in cap.cum venerabilis,nu. 32.de exceptionibus. Rota decis.78.num.1. & per totam,parte prima diuersorum,& diximus in §.1.proœmiali,in principio:Et sublata reseruatione nostrę regulę Episcopus possit prouidere libere † in omnibus mensibus. Caputaquen. decis.214.num. 5.par. 2. Cassador. decis. 3. num.4.& decis.4.num.1. & 2.de priuilegijs. Puteus decis. 492. num. 3.lib. 2. Crescentius decis. 3.num.4.de priuilegijs: sequitur, quòd prouisus ab ordinario nihil aliud probare tenetur, nisi anterioritatem

38 39

40 ritatem suæ † collationis in iure communi fundatam, & quòd onus probandi reseruationem, ratione mensis spectat ad prouisum Apostolicum, se fundantem in vacatione in mense Apostolico, cum hoc sit suæ intentio-
41 nis fundamentum. † Rota d. decis. 46. nu. 4. p. 2. diuersor. cum alijs supra allegatis, si igitur illam non probat succumbere debet, & obtinebit prouisus ab Ordinario.

Vnde prouenit, quòd habens facultatem ad prouidendum beneficia reseruata, vacantia in mensibus Apostolicis in aliqua Ciuitate, vel diœcesi, ad hoc, vt valeat eius prouisio tenetur probare † vacationem in mense
42 reseruato, alias excludetur prouisus. Puteus decis. 35. incipit, *die* 8. per totam. lib. 1. additionator ad Simonet. in tract. de reseruatione. quæst. 83. num. 6.

Item potius est præsumendum, quòd est
43 naturale, † & ordinarium hoc est vacatio in mense ordinario, & naturali, quam quod est accidentale, hoc est vacatio in mense reseruato. l. 3. ff. de tutelis. l. si quis posthumos 9. & ibi Ias. numero secundo. ff. de lib. & posth. Menochius de arbitrar. lib. 2. casu 201. numero 68. & 69.

Neque obstat cap. si à sede, pro contraria parte allegatũ, quia iste text. non applicatur ad casum nostrum, in quo iam præsupponimus, quòd prouisio facta ab Ordinario sit anterior, prouisione à Papa facta, & de hoc nulla fit controuersia, quo casu d. cap. si à sede, potius suffragatur d. opinioni, & retorquetur: sed solum dubitatur, an in dubio præsumatur contigisse vacationem in mense ordinario, vel potius in Apostolico, & quòd non præsumatur vacasse in mense reseruato,
44 nisi contrarium concludenter probetur † patet ex supradictis.

Non obstat d. Clemen. 1. §. neutro, vt lite pendente, quoniam in illo casu, iam constabat adfuisse litem super beneficio, cuius ratione Episcopus erat impeditus prouidere, vt in capit. 1. & 2. vt lit. pendente, libro 6. & quamuis per obitum vtriusque collitigãtis, vnius in Curia, & alterius extra Curiam fuerat extincta lis: cum tamen alter collitigans decesserit in Curia, & propterea intret reseruatio. cap. 2. de præbend. lib. 6. in casu, in quo per ipsius obitum vacauerit beneficium: & sit dubium, an per obitum decedentis in Curia vacauerit beneficium, seu per obitum decedentis extra illam, vt beneficium sit reseruatum, vel non reseruatum, In dubio, dicit tex. quòd est præsumendum vacasse per obitum decedentis in Curia, ita vt collatio spectet ad Romanum Pontificem, propter auctoritatis prærogatiuam, ideoque ille casus longe distat à nostro.

Item quia reseruatio, de qua in d. c. 2. de præbend. in 6. tanquam inclusa in corpore
45 iuris est fortior, † ac fauorabilior, quam reseruatio nostræ regulæ, vt dicam in glossa 13. sequenti.

Prout etiam impedimentum proueniens ordinario, vt lite pendente prouidere non
46 valeat, est sancitum de iure † communi, vt in dicto cap. 1. & 2. vt lit. penden. lib. 6. quòd secus est in casu, de quo agimus, in quo prouisus ab Ordinario probat suam intentionem in iure communi, & qui habet pro se ius commune, dicitur habere plenam probatio-
47 nem, † quamdiu aliqua exceptione contraria plene probata nõ repellitur. Bart. in l. admonendi, n. 50. Ripa n. 112. ff. de iureiuran. Put. decis. 101. n. 1. lib. 2. Rota decis. 522. n. 4. p. 1. diuersor. ista tamen exceptio, quòd vacauerit beneficium in mense reseruato non probatur à prouiso Apostolico fundante se in d. reseruatione.

Denique non obstat dicere, quòd facilius continget vacatio in octo mensibus, quam in quatuor, quia nihilominus est probanda vacatio in mense reseruato ab illo, qui se fundat in illa, vt supra dixi.

Quod à fortiori procederet, si Episcopus enunciaret horam vacationis in collatione; necnon horam collationis apponeret, iuxta ea, quæ dixi de effectu horæ in §. 3. proœmiali num. 100. cum sequentibus, & supra n. 12. & 13. in hac glossa. Cogita tamen quando casus occurrat.

An Ordinari⁹ possit conferre beneficium, quod vacauit in mẽse ordinario post ingressũ mensem Apostolicum.

Quinto quæro, quid erit si aliquod beneficium vacat in mense ordinario, & ordinarius non confert illud in ipso
48 mense, sed ingresso iam mense † Apostolico, an ex eo, quòd vacatio durauit, ac intrauit in mensem reseruatum sit dictum beneficium reseruatum, necne?

Et sane videtur, quod tali casu sit beneficium reseruatum, nam regula nostra reseruat beneficia vacatura in vno ex octo mensibus Apostolicis: at vero cum vacatio cepta in mense ordinario durauerit vsque ad mensem reseruatum, dicetur etiam vacare in mense reseruato, quia verbum, *erit*, in-
49 terdum † etiam tempus præteritum significat. l. verbum erit 123. ff. de verborum significatione. Romanus consilio 333. *quoad primum.* num. 3.

50 Necnon verbum, *vacabit*, † capit etiam beneficium vacans. glossa, verbo, *notitia*, versic. *fateor tamen*, in Clementina prima. §. secus. de concessione prębendę. Felinus in capit. ad hæc, sub numero secundo, versic. *adde etiam tex.* de rescript. Æneas de Falconibus, de reseruatione q. 4. principali effectu 10. & 13.

Item quia si Papa vult reseruare, & præiudicare ordinario, quoad vacatura † beneficia
51

à fortiori, quoad vacantia, Puteus decis. 46. num. 6. libro 3.

Et in terminis reseruationis, quòd verbum, *vacatura*, capiat etiam beneficia tunc
52 vacantia, † habemus gloss. in cap. si postquam 12. verbo, *postmodum*, & verbo, *vacatura*, de prębend. libro sexto. Geminianus, ibi numero 6. Franchus numero 4. Alexan. cons. 136. *in causa*. nu. 5. lib. 5. resoluit etiam Simonet. in tract. de reseruatione. q. 74. per totam. Mandosius in regula 26. de vacaturis post promotionem, in procœmio. numero 3. & 4. & in regula 32. quæst. 3. à numero 2. cum sequentibus, cum alijs allegatis in §. quinto proęmiali ex numero 64. cum sequentibus.

Vrget etiam Puteus decisione 48. *in vna Calagurritan.* lib. 3. vbi fuit resolutum, quòd gratia ad beneficium vacaturum in mensibus ordinarijs, capiat beneficium tunc de præsenti vacans.

Cæterum contraria opinio mihi tenenda videtur ex sequentibus.

Primo quia regula nostra dumtaxat reser
53 uat beneficia † vacatura in mensibus Apostolicis, sed hoc beneficium non vacauit in mense Apostolico; sed in mense ordinario, ergo quamuis vacatio duret vsque ad sequentem mensem, ad Episcopum, & non ad Papam, tanquam de reseruato collatio pertinet.

54 Secundo, quia aliud † est vacare beneficium, quando decedit illius possessor, quæ vacatio contingit in vnico instanti, & momento temporis, vt supra dixi in hac glossa, in principio, numero 27. Et aliud vacationem durare, seu continuari durante tempore, quo beneficium non est prouisum, & plenum. cap. Apostolica 35. cum ibi notat. de præbendis. lib. 6. & expresse docet glossa, verbo, *notitia*, in Clem. 1. §. secus, ad finem d. glossæ, ibi, *aliud est dicere, &c.* de concess. prębendę. Regula autem nostra, solũ loquitur de tempore vacationis, scilicet, quando decedit possessor beneficij, non autem de continuatione, vt colligitur, tam ex mente illius, quam etiam ex illis verbis, *de mense in quo vacauerit*, ponderando, quod non dicit, de
55 mensibus, † quia vnum beneficium secundum subiectam materiam, & propositum nostrum non potest vacare ex vna, eademq; vacatione in pluribus mensibus; sed in vno dumtaxat, vel Apostolico, vel ordinario, quando possessor beneficij obijt, vel aliter dimittit, vel amittit.

Sicut etiam aliud est beneficium esse va-
56 cans, † & aliud esse vacaturum. Puteus decis. 48. *in vna Calagurritana*, in principio, & sub numero 1. libro 3.

Tertio, quia sicut, quando beneficium vacat in mense Apostolico semper remanet re-
57 seruatũ, † & numquam potest Ordinarius illud conferre, licet vacatio duret vsq; ad mẽsem ordinarium, nam beneficium semel reseruatum semper remanet reseruatum, etiã si cesset causa reseruationis. Rota decis. 12. & 13. de præben. in nouis. Gomezius in reg. de infirmis resignant. q. 32. post princip. n. 3.
58 Sicut qui semel est hęres, semper † remanet hęres. l. ei qui soluendo. ff. de hæredib. instit. §. restituta. institut. de fideicom. hæreditat. & ibi gl. 1. Socin. cons. 14. n. 5. in fine. vol. 1. Siluanus cons. 23. nu. 2. Sic etiam pari ratione, cum beneficium vacauerit in mense ordinario, & fuerit subiectum ordinarij dispositio-
59 ni, nunquam amplius † incidit in reseruationem cum correlatiuorum eadem debeat esse ratio. §. 1. institut. de tutelis. l. finali. C. de indict. viduitate tollenda. plene Anton. Gabriel libro sexto, titulo de legibus, conclusione tertia per totam. Puteus decisione 316. libro 2.

Quarto, quia alias sequeretur absurdum, quòd esset falsa communis assertio, quæ ha-
60 bet, quòd beneficia deuoluta non sunt † reseruata, vt per Æneam de Falconibus, de reseruation. 2. quæstione principali. numero 12. in fine, & in quæstione 4. principali effectu 6. num. septimo post Lapum allegatione 84. sub num. 5. vers. *de beneficijs ad Sedem Apostolicam deuolutis*, & ibi Mandosius in additione sub littera M. Rota iuncta additione, decis. 5. numero 4. de officio legati, in nouis, & dicam in glossa 15. §. 2. q. 6. n. 21. & in glos. 51. casu 32. num. 110.

Sicut è conuerso beneficia reseruata, non
61 dicuntur deuoluta, † cum non cadat negligentia Ordinarij. Cassadorus decisione 8. numero 3. & 8. de præbendis. Caputaquen. decis. 63. nu. 1. & 2. p. 1. Et nunquam fere esset locus deuolutioni per negligentiam sex mensium in prouidendo, vt disponitur in c. 2. de concess. prębend. & per totum, titul. de supplen. neglig. prælator. si quidem si opinio contraria admitteretur, statim in mẽse Apostolico sequenti beneficium, quod vacauit in mẽse ordinario incideret in reseruationem, & cessaret deuolutio, eo ipso, quòd beneficia fuissent reseruata, vt Cassador. & Caputaq.
62 vbi proxime tradũt, Ideoq; minime † dicendũ est tot iura de deuolutionibus loquentia esse correcta, & destructa. l. si quando. C. de inof. testam. cum similibus.

Quinto, quia similiter sequeretur aliud non modicum absurdum, nempe, quòd sępis-
63 sime Ordinarij absq; vlla culpa † mora, nec negligentia priuarentur suis prouisionibus, contingentibus in mẽsibus ordinarijs, veluti quia ipsi non haberent notitiam vacationis in mense ordinario, donec esset ingressus

mensis

mensis Apostolicus, aut si notitiam haberent, propter temporis angustiam prouidere non possent: nec debet Episcopus celeriter prouidere, priusquam defunctus sepultu-
64 rę † tradatur. c. bone. il 2. alias 36. §. electionem de electione. cap. fin. eod. tit. in 6. Ripa resp. §. 5. n. 4. eodem titulo. Esset que frustratoria illa quæstio nuper in hoc §. proposita de beneficio vacante in fine vltimi diei mensis ordinarij. Necnon esset auferre Or-
65 dinarijs † tempus quatuor, aut sex mensium, illis ad beneficia conferenda concessum, quod dicendum non est: nec est alicui auferendum indultum à iure beneficium. capitulo de his, 28. distinctione. l. quarta. §. si quis condemnatus. ff. de re iudicata. regula indultum, de regulis iuris. lib. 6.

Sexto, quia ad hoc, vt dicatur beneficium reseruatum, vel non reseruatum, solummo-
66 do consideratur tempus † vacationis, non autem tempus, quod durauit, & fuit continuata vacatio, Rota loquens in terminis regulę nostræ decisione 774. numero tertio, & decimo, libro tertio, parte tertia diuersorum. Sed tempus vacationis proprie, † &
67 communiter loquendo, est illud, in quo possessor beneficij cessit, vel decessit, & ideo quando dicimus hoc beneficium vacauit de tali tempore, semper intelligimus de illo principio vacationis, non autem de progressu temporis, in quo vacatio durauit. Igitur regula nostra dum loquitur de beneficijs vacaturis est intelligenda de eo tempore, & mense, in quo vacatio habuit effectum; non autem de tempore continuationis vacationis, vt hoc verbum, *vacare*, in-
68 telligatur secundum † communem vsum loquendi, qui semper est attendendus, & præfertur verborum proprietati. l. cum delanionis 18. §. optimum ergo esse. ff. de fundo instructo, vel instrumento legato. l. prima. §. primo. ff. de fluminibus. l. librorum. §. quòd tamen Cassius. ff. de legatis 3. Felinus 36. Theoricas in proposito cumulans, in proœmio decretalium. §. 1. numero 3. vsque
69 ad num. 18. Et vulgaris appellatio † pro lege habetur. Baldus cons. 183. *Statuto Ciuitatis Veronæ*. num. 2. libro 2. plenè Salazar in suo tract. de vsu, & consuetudine, cap. 1. per totum. Illustrissimus Cardinalis Mantica de coniect. vltimarum volunt. lib. 3. titul. 8. numero primo, & per totum, & loquendo de reseruatione, tradit Simonet. de reseruationibus. q. 50. nu. 15. Et reijciendus est tamquam extraneus omnis intellectus, qui non consonat auribus vulgi. Felinus vbi supra numero 5. Molina de Hispan. primogen. lib. primo, cap. 4. num. 36.

Septimo accedat, quòd vt diximus in principio huius glossæ, ista partitio mensium inter Papam, & Ordinarios est proportionabilis, secundum curam, & onus cuiuslibet: Si autem admitteretur, quod Episcopi non possent prouidere beneficia in suis mensibus vacantia, ex eo solo, quòd prius intraret mensis Apostolicus, grauiter læderentur, & non esset proportionabilis, & iusta partitio,
70 sed potius Leonina. † arg. l. si non fuerit 29. §. Aristo. ff. pro socio. Tiraquel. in l. 4. connubiali. num. 31.

Item quia Papa reseruando 8. menses, reli
71 quos quatuor † Ordinarijs concedit. Puteus decis. 53. n. 4. lib. 2. & si contraria opinio admitteretur, nihil aliud esset nisi concedere menses ordinarios vna manu, & alia illos auferre, & quasi in continenti Papam se corri-
72 gere, † quòd minimè est dicendum. l. nam ad ea 89. iuncta glossa, verbo, *præsens*. ff. de condit. & demonstration. Alciat. de præsumption. regula secunda. præsumptione 28. à numero primo, & per totam, cum alijs allegatis in gl. 8. n. 76. & gl. 9. §. 2. ex nu. 31.

Facit etiam, quod nulla reseruatio extenditur ad beneficia electa, vel præsentata,
73 quamuis confirmatio, † aut institutio sequuta non fuerit. cap. si eo tempore 45. de electione libro sexto. Simon et. de reseruatione, quęstione decimaseptima, & dixi in §. 5. proœmiali. num. 75.

Rursus, quia ad considerandum, si hoc verbum, *vacatura*, positum in regula nostra, quę semper loquitur, vt dixi in glossa nona. §. quinto, & numer. 45. comprehendat beneficia tunc vacantia. In primis, & ante omnia est considerandum mens, & intentio
74 † Papæ conditoris regulæ nostræ. glossa in Clementin. 1. verbo, *notitia*, de concessione præbendæ, in finalibus verbis, ibi, *& hoc conuenit huic menti; secus vbi mens resisteret.* In casu autem regulæ nostræ mens Papæ resistit ex supradictis: igitur.

Denique quia ad remouendam omnem difficultatem habemus textum ferè expressum hoc declarantem, nempe extrauagantem ad regimen, de præbendis inter communes, post principium, in illis verbis, *nunc apud Sedem Apostolicam vacantia, & in posterum vacatura*, & iterum in §. ac etiam per obitum, eadem verba repetuntur, ex quibus aperte colligitur, quòd quando est de
75 mente Papæ reseruare beneficia vacantia. † tunc expresse declarat, quasi aliud sit beneficium vacasse, & durare vacationem, & aliud in posterum vacaturum de nouo: & ideo cũ regula nostra solũmodo loquatur de vacaturis non extenditur ad ea, quæ in mensib. ordinarijs vacauerãt, & nondũ prouisa fuerant.

Comprobatur etiam ex bona decis. Mohedan. 3. de priuilegijs, vbi probatur, quòd priuilegium ad beneficia vacantia, & vacatura

non extenditur ad beneficia, quę ante priui-
76 legium vacabant.† arg. cap.final. de constitution.dum dicit, quòd constitutio respicit futura, & non præterita.

Postremo, quòd verbum, *vacaturum*, non
77 comprehendat ad præsens † vacans, tradit Puteus decisione 48. numero quarto, libro tertio, faciunt etiam tradita in dicto §. 3. proœmiali. num.74.

Quapropter numquam vidi in Rota, nec audiui disputari de simili casu, licet quotidie contingat, & vide, quę dicam in glossa 24. quæst.6.

Ad contraria potest responderi, quòd procedunt in longe diuerso casu, vt est videre in casu d.cap.si postquam 12.iunctis glossis 3. & penultima de præbendis. libro 6.in quo fuit de intentione Papæ, quòd gratia ad præbendam vacaturam comprehendat præbendam vacantem.Quia si voluit conce-
78 dere gratiam, † quoad vacatura, quæ gratia est odiosa.c. detestanda,de conces. præbend. lib. 6. à fortiori censetur concedere, quoad vacantia, quæ est gratia fauorabilis, vt quanto citius sortiatur effectum, vt dicit Rota, teste Puteo d.decisione 48. *in rua Calagurritan.* sub nu. 6.lib. 3. Et quia fauor est ordinarij, quòd d. gratia comprehendat beneficium vacans, vt de illo alteri Papa prouidere non possit, & citius gratia adimpleatur, & expectatiuę impedimentum remouea tur. Puteus dicta decis.48.num.fin. in fine, libro 3.In casu vero nostro secus est, diuersaque militat ratio, & deficit intentio Papæ, ac Ordinarij grauiter lęderentur, vt patet ex supradictis.

Hinc dicta decisio 48. Putei lib.3. quam allegauimus pro contraria parte, potius retorquetur.

An reseruatio reg. 8. verificetur in sola 1. vacatione.

Sexto quęro, quid sit, si eadem bene-
79 ficia vacent pluries † in mensibus Apostolicis. An tali casu post primam vacationem eiusdem beneficij, reseruatio regulę nostrę locum habeat?

Et videtur,quòd non, quia reseruatio huius regulæ verificatur in prima vacatione
80 † cuiuslibet beneficij.arg.tex.in l. boues 89. §.hoc sermone. ff. de verbor. significatione, dicit enim, *hoc sermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ significantur*. l.hæc conditio. ff. de condition. & demonstra. tex.etiam in c. non potest.21.in principio,de præbend.lib.6.vbi habetur, quod si quis ad duo beneficia cu ram animarum habentia (si alias canonice conferantur) fuerit dispensatus, vt illa possit recipere, ac simul licitè retinere, intel-
81 ligitur de primis † duobus dumtaxat. Rota decisione prima, de filijs Præsbyterorum. Felinus in capit. 2. numero 4. de treuga, & pace. Anton. Gabriel late libro sexto, tit. de legibus.conclusione 2. num. 4.& 5.

Sic etiam facultas transferendi pensio-
82 nes, † intelligitur de prima vice tantum,nisi aliud exprimatur, vt tradit Mandosius in tractatu de signatura gratię, titulo de translationibus pensionum, versiculo, *rursus in vim clausulæ*, & fuit resolutum in Rota, in vna Oxomen. pensionis 20. Maij 1598. coram R.P.D.meo Litta.

Sicut etiam facultas retinendi pensionem, non obstante matrimonio per pensio-
83 narium contracto, intelligitur de primo † dumtaxat matrimonio, nisi aliud exprimatur, glossa, verbo, *antiqui*, in capitulo finali 33.quæstione secunda, & in cap. si autem, verbo, *nisi*, 36.quęstione prima, & fuit resolutum in Rota, in vna Palentina pensionis 21.Nouembris 1596.coram Illustrissimo D. Blanchetto. Tiraq.in d. §. hoc sermone. numero 36. & 55.

Et si testator reliquit elemosinam in die Sancti Laurentij inter pauperes distribuen-
84 dam certis Monasterijs, non debetur † nisi primo anno. Bartol. in l.penultima.numero tertio. ff. de annuis legatis. Palatius Rubeus in rubrica. capit. per vestras, de donationibus inter virum, & vxorem. §. 69. ex numero 21.

Item si testator mandaret suo hęredi, quòd compromitteret, non tenetur nisi se-
85 mel † compromittere. Decius cons.512.nu. 7.& sequentibus. Puteus decisione 258. numero 2. libro 3.

Et facultas permutandi beneficia, intelli-
86 gitur de prima † vice. Anton. Gabriel post Felin.in d.conclus.2.n.5.

87 Possent etiam alia infinita † cumulari,quæ tradit Iason. in l. diuortio 8.§. quod in anno, à numero 12. vsque 23. ff. solut. matrimon. Felinus in dicto cap.2.de treuga,& pace,numero 3.cum sequentibus. Decius dicto consil.512.Tiraquel.in repetitione d.§. hoc sermone, per totum,vbi 90.illationes cum 34. limitationibus, & alijs declarationibus cumulat. Anton.Gabriel d.conclus.secunda, per totam.Petrus Duenas in regula 24.Molina de Hispanor.primogen.lib.1. cap.6.num. 20. Ioannes Gutierrez. libro tertio. practicarum quæstionum. quæstione 48. numero 11.18.& 20.

BREVITER contrarium est resoluendum
88 † prout consuluit Calderinus cons.10.de prę bendis per totum,& tenet Simonet.de reseruationibus. q. 13. per totam. Quoniam eadem ratio militat † in secunda, & vlterioribus
89 vacationibus,quę militat in prima:sicut etiam est idem respectu Ordinariorum in suis mensibus, & sic debet esse,idem ius.c.inter cęteras,de rescript. c.fi.de translatione prælatorum.cap.cum dilecta de confirmat. vtil. vel inutil.

inutil. Anton. Gabriel d. concluſ. 2. n. 40.

Item quia regula noſtra reſeruat omnia beneficia, quocumque modo vacatura in menſibus Apoſtolicis, & ſic quocumque modo vacent, ſiue prima vice, ſiue pluribus, intrat dicta reſeruatio, vt ponderat Calderin. in dicto conſ. 10. poſt principium, verſic. *illud etiam aperte indicant illa verba reſeruationis.*

Præterea, quia regulę noſtræ reſeruatio eſt per viam legis generalis, vt diximus in §. quinto proęmiali; at vero in diſpoſitione legis, locum non habent † iura exaduerſo allegata. Curtius Iunior conſ. 178. n. 27. vbi communem dicit. Hippolytus ſingulari 171. Ioann. Selua in tractatu de beneficio 2. p. quæſt. 22. nu. 15. Anton. Gabriel, cum pluribus. lib. 6. titulo de legibus, concluſione 2. limitatione 5. 90

Ideo Bulla Innocentiana, quę dat facultatem Auditoribus Rotæ, ad ſanandum omnes nullitates, exceptis tribus, nępè Iuriſdictionis, citationis, & mandati, non ſolum locum habet in prima † vice, ſed etiam in alijs pluribus. Mohedan. deciſ. 1. ad medium, de ſenten. excommun. 91

Pariter, quia quando in diſpoſitione aſſignatur certum tempus, vt in hoc caſu, non ſolum comprehenditur primus actus; † ſed etiam tot actus, quot contingant in tempore deſignato. Calderin. d. conſ. 10. verſicul. *vel diſtingue melius*, de præbendis. Felinus in dicto cap. ſecundo, de treuga, & pace, ſub numero 4. verſ. *fallit quarto.* Tiraquel. de retract. lignag. §. 8. gloſſ. 7. n. 9. Anton. Gabriel, vbi ſupra num. 38. 92

Inſuper quia per primam vacationem, & reſeruationem non ſatisfit menti Papæ, † reſeruantis, & quando per primum actum non ſatisfit menti diſponentis, comprehenduntur etiam omnes actus futuri. Felinus in d. capit. 2. de treuga, & pace, ſub numero 4. ad finem, limitat. 5. Anton. Gabriel vbi ſupra num. 28. Puteus deciſ. 272. *in cauſa Toletana.* num. 3. lib. 2. Mohedan. deciſ. 7. de appellationibus. 93

Idem eſt, quando verſamur in materia fauorabili. † Alexan. conſ. 15. in principio, vol. 4. Afflictis deciſ. 393. Felin. vbi ſupra 3. fallentia. Anton. Gabriel, cum multis, vbi ſupra. num. 37. 94

Vlterius, reſeruatio noſtræ regulæ non extinguitur in prima vacatione, quia verſamur in materia de ſua natura reiterabili, † nempe, quòd ſit de natura beneficij, vt pluries vacare debeat. Felinus in d. capit. 2. de treuga, & pace, ſub nu. 4. ad medium, verſ. *fallit* 2. Anton. Gabriel. vbi ſupra num. 42. Puteus deciſ. 258. num. 3. p. 3. vbi plura dicit, qui etiam in deciſ. 105. incipit, *fuit reſolutum*. nu. 1. & per totam, lib. 1. dicit, quòd mandatum datum procuratori ad compromittendum, non extinguitur † cum primo compromiſſo, ſed poteſt compromittere toties, quoties velit, & opus fuerit. 95 96

Quibus addo deciſionem Rotalem in vna Pientin. facultatis teſtandi 14. Ianuarij 1587. quę eſt in impreſſis deciſio 47. parte prima diuerſorum; vbi per totam illam fuit diſputatum (adductis hinc inde Doctoribus, contrarias ſententias tenentibus) An conceſſa Epiſcopo facultate teſtandi, conditoque illius vigore teſtamento valido, ſit extincta dicta facultas, ita vt non poſſit mutari, & reuocari, aliudque de nouo facere, vigore dictæ facultatis? Et fuit reſolutum † non eſſe extinctam; ſed vigore d. facultatis poſſe illud teſtamentum reuocare, & nouum teſtamentum toties, quoties ſibi placuerit condere, reprobata opinione Decij d. conſ. 112. quam ſequi videntur Socin. Iunior conſ. 89. lib. 1. Curtius Iunior conſ. 178. ſequitur etiam Couar. in cap. cum in officijs. num. 8. de teſtament. Tiraquel. in d. §. hoc ſermone. num. 128. Probus in cap. non poteſt. nu. 10. de prębend. lib. 6. Mantua. conſ. 30. num. 56. & modernus Ianuenſis in tract. de ſpolijs Eccleſiaſticis, quæſt. 7. n. 18. Ac ſequuta opinione Io. Andreæ in d. cap. non poteſt, in fine, de præbend. libro 6. & ibi Geminian. & aliorum, ac Sarmienti, de redditibus Eccleſię, p. 4. cap. 4. & Telli Ferdinandez in l. 4. Tauri, à n. 3. & 6. cum ſequentib. Molinę de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 6. num. 20. Et denique Rota, iuribus, rationibus, & auctoritatibus hanc ſententiam rectiſsime confirmat, & ſequitur; nempe, quòd facultas teſtandi non fuerit extincta primo teſtamento, ſequitur etiam Paulus Granutius theoremate decimatertia, numero quarto. & Couarruuias in nouiori impreſsione ſententiam mutauit. 97

Septimo denique quęro, qualiter ſit probanda vacatio † in aliquo ex dictis menſibus reſeruatis. 98

vacatio probatur ſemiplene, ſed menſis eſt plene probandus niſi in 4. caſibus.

Breuiter conclude, quòd quamuis vacatio ſimpliciter conſiderata probetur ſemiplenè, & ſufficiat ſemiplena probatio, ex quo agitur de leui prejudicio. † nam ſi ille per cuius obitum dicitur beneficium vacare viuit, collatio erit nulla. Mohedanus deciſione prima de probationibus. Cæſar de Graſsis deciſione decimaquarta, numero ſecundo, eodem titulo. Rota deciſione 46. numero primo, parte ſecunda diuerſorum, cum alijs allegandis in gloſſa decimaquinta, §. ſecundo, ad finem. 99

Tamen, qnando agitur de probanda vacatione in certo menſe, † ad effectum reſeruationis; tũc cũ agatur de graui prejudicio, 100

tã Ordinarij collatoris, quam etiam prouisi ab illo qui erit priuãdus constito de reseruatione, probatio debet esse plena, & concludens, alias non releuabit. Puteus decisione 266. num.4.lib. 3.Rota decisione 46.num.4. & per totam p.2. diuersorum. Caputaq. decisione 10.p.2.Gomezius in regula de impetran. benef. vacan. per obitum famil. q. 6. vers. *est tamen verum.* num.6. & consuluit in terminis Ferrettus cons. 2.nu.13. vol.1.pro quo facit bene consilium Bald. 68. *ad euidentiam*,n.1.in fine.lib.3.vbi dicit, quòd quando agitur de excludendo aliquem à possessione,
101 †non sufficit probatio obitus per famam;sed debet esse plena. Crescent.decis 107.alias 4. num.1.de præbendis, & noui ssime fuit resolutum in Hispalen. beneficij de Xerez 12. Maij 1603.coram R.P.D.meo Litta,vbi fuit decisum, quòd semper impetrans tenetur plenè, & concludenter probare narratiuam vacationis,in qua principaliter se fundat ad inducendam reseruationem,vel vacationem ipso iure. Rota decis.16.de præbendis,in nouis.Ægidius decisione 211.alias 212.incipit, *actor*.Paleot.decis.145. Simonet.de reseruat. quęst.24. & fuit late resolutum in vna Giennen. Canonicatus 4.& 10.Maij.ann.1587.coram Illustriss.Blanchetto,& in Corduben.dimidiæ portionis 11. Februarij 1602. coram R. P. D. meo Sacrato, & in Eluen. beneficij 12.Maij 1602.coram R.P.D. meo Ludouisio, & in Salmantin. beneficij de Arapiles 3.Iulij 1600.coram R.P.D. meo Pegna, vbi fuit dictum, longe aberrare forenses practi-
102 cos Auditoris Cameræ, † semiplenam, seu leuem probationem sufficere in hoc casu, putantes, ac dixi in §.7.proęm.prope finem.

Neque aliquid releuat,quòd Papa narrauerit reseruationẽ in breui, si alias non probatur.Caputaq.decis.79.p.3.clem.1. de probat. Lancellot.de attentatis. 2.p.c.4.in præfatione.num.508.

Quod tamen limita aliquibus modis.

Primo limita, nisi probatio esset difficilis,
103 † vt in morte contingente in mari per submersionem Nauis, vel alio simili casu, quia tunc minor probatio de mense reseruato vacationis sufficit, vt fuit resolutum in vna Pampilonen.beneficij de Allo 24.Maij 1577. coram Cantuccio, quæ est in impressis decisio 53. per totam. par. 2. diuersorum. Corneus con. 204. incipit, *videtur in hac consultatione*. num. 4. lib. 3. Euerardus in loco à subiecta materia, sub num. 24. Anton. Gabriel.tit.de testibus.conclus.1.limitat.14. num.35. Mascardus de probationibus. conclus.1076.n.5.Rota etiam decis.666.per totam. & decis.731.lib.3.p.3.diuers.vbi etiam declaratur, qualis probatio in tali casu sufficiat.

Limita secundo, quando non esset aliquis
104 prouisus Ordinarius † in concursu; nec possessio esset occupata ab alio; sed vacans, quia cum in hoc casu cesset præiudicium prouisionis Ordinarij, & nullus sit priuandus, non est necessaria plena probatio, ex quo Papę prouisio valere potest; non solum ex capite reseruationis, sed etiam ratione
105 † præuentionis, vt fuit resolutum in vna Burgen. de Pancoruo 28. Nouembris 1587. coram Gypsio, & in alia Placentina Canonicatus 1.Martij 1599.coram Orano.

Immo in supradicto casu fuit resolutum in vna Corduben. beneficiorum de Castro 21. Aprilis 1559.coram Quiroga,quòd prouisus Apostolicus non teneatur verificare
106 mensem reseruatum † narratum; ea nempe ratione, quia Papa in litteris facit mentionem de mense obitus, tum respectu Ordinarij, ne illi irrogetur iniuria, vt dicam in glossa 32. tum etiam respectu nostrę regulę: requirentis expressionem mensis. Vnde non apparente prouisione Ordinarij,cum sit per expressionem satisfactum regulæ, videtur Papę intentioni satisfactum, cum ipse voluerit conferre beneficium quomodocumque vacauerit. de quo vide quę dicam in gl.32.à n.54.& supra in §.4. proœm.

Tertio limita, quando adest aliquis in-
107 trusus, non tamen docet † de titulo ordinarij, quia tunc cum non doceat de titulo,minor probatio sufficiet, vt fuit resolutum in dicta decisione Burgen.de Pancoruo 28. Nouembris 1587. coram Gypsio, & in Oritana Parrochialis 2. Nouembris 1598. coram Orano, & in dicta decisione Placentina Canonicatus coram eodem Orano,prima Martij 1599. & in Eluen beneficij coram R.P.D. meo Pegna 13.& 28.Nouembris 1602.

Quod procedit, vt sit producendus titu-
108 lus Ordinarij, ante sententiam † super immissione prolatam beneficij; nam si post talem sententiam produceretur non releuaret
109 ad effectum, quòd executio seutentię prolatę super immissione, vigore semiplenę probationis impediretur. Bartol. in l. fin. num. 21.circa finem. C. de edicto D. Adriani tollendo, cum alijs adductis per Menochium, de adipiscen. rem. quart. numero 629. versiculo, *quartus est*, & fuit decisum in causa Pientin. beneficij 12. Aprilis 1576. coram Reuerendissimo Patriarcha Seraphino, & in dicta causa Eluen. beneficij 13. Nouembris anni proximi 1602. & vide quæ dixi in glossa nona,in annotationibus. numero 266.& 296.

Quarto limita, quando gratia non fundatur in reseruatione dumtaxat; sed etiam potest sustineri talis gratia ex alio capite,
110 vt puta, quia Papa † tanquam ordinarius ordi-

ordinariorum prænenit ordinarium collatorem, vt dixi in §. 3. proœmiali: tunc enim non est necessaria plena, & integra probatio mensis narrati, quamuis adsit intrusus, & docuerit de titulo ordinarij. Rota decis. 46. in principio, & num. 1. iuncto num. 3. parte 2. diuersorum. Puteus decis. 266. num. 1. libro tertio, & fuit resolutum in allegata decisione Placentina Canonicatus prima Martij 1599. & alias sæpe.

Posset etiam, & quinto dicta regula forsan moderari, quando gratia principalis
111 fuit in reliquis omnibus † verificata, quia tunc data verificatione, quoad reliqua, quamuis probatio, quoad vacationem in mense reseruato non sit omnino plena sustineri debeat, vt sensit Rota in vna Calagurritana beneficij de Aluania 22. Martij 1602. coram Reuerendissimo D. Patriarcha Seraphino.

Et potest esse ratio, quia quando agitur de verificando constito breuis, de capienda possessione nomine Cameræ, vel de verificãdis requisitis ad effectũ obtinendi mãdati de immittendo, vigore gratiosę subrogationis, cum tunc non requiratur verificatio totius narratiuę, gratię principalis; sed solummodo vacationis in mense reseruato, & clericatus impetrantis, iuxta ea, quę dixi in §. 7. proœmiali, ante finem, num. 208. non est mirum si eo ipso, quòd prouisus Apostolicus
112 est releuatus † à verificatione reliquorũ contentorum in gratia principali, vt potè valoris, & obtentorum, & similium, grauetur in faciendo enixam, & plenam, ac concludentem probationem, iuxta regulam vulgarem, in vno releuatus, in alio grauatus, & è contra l. eũ qui in principio, & ibi gl. verbo, *probãdi.* & Ias. nu. 4. ff. de iur. iurando, & etiam dixi in d. §. 7. proœmiali n. 106. Cum igitur cesset ista ratio, quando gratia principalis est in reliquis omnibus verificata; nihil mirum, si probatio nõ plena sufficiat in probãdo vacationem in mẽse reseruato. Non tamen puto, quòd sufficeret in isto casu semiplena probatio de reseruatione. Imo neque audeo recedere a regula generali, quia dicta ratio non concludit, & ita inuenio, quòd nouissime, fuit decisum in vna Hispalen. beneficiorum de Xerez, sub die 12. Maii huius anni 1603. coram R. P. D. meo Litta.

Summaria Glossæ 12.

1 *Regulæ 8. reseruatio durat vsque ad beneplacitum Papæ, & non plus.*
2 *Beneplacitum Papæ morte ipsius finitur.*
3 *Reseruatio facta dispositioni Papæ expirat per obitum ipsius.*
4 *Voluntas morte finitur.*
5 *Exilium adimplendum, quando iudex voluerit, quomodo intelligatur, & n. 62.*
6 *Reseruatio facta dispositioni sedis Apostolicæ non extinguitur morte Papæ.*
7 *Sedes Apostolica numquam deficit, quia est dignitas immortalis.*
8 *Beneplacitum extinguitur renunciatione, vel priuatione.*
9 *Reseruatio ad beneplacitum Rom. Pont. vel Papæ, non expresso eius nomine, an expiret morte ipsius, & numero 10. & 15. & 72.*
11 *Iudex mittens aliquem in possessionem, donec sibi placuerit, si decedit, finitur possessio.*
12 *Morte finitur mandatum, & superioris præceptum, & nu. 13.*
14 *Banni suspensio ad beneplacitum Principis, vel Iudicis cessat per mortem illius.*
16 *Persona consideratur magis, quam dignitas, quando ponitur pronomen meum, tuum, suũ.*
17 *Priuilegium ad Regis beneplacitum, non expirat morte Regis.*
18 *Beneplacitum in dubio præsumitur appositum, contemplatione dignitatis, & n. 19.*
20 *Beneplacitum Iudicis durat, donec per ipsum, aut successorem reuocetur.*
21 *Beneplacitum Rectoris prouinciæ non cessat per remotionem ipsius.*
23 *Beneplacitum Principis, vel Iudicis non cessat per eius obitum, quando fauor publicus concurrit, & nu. 24.*
25 *Facultas arbitrandi concessa ordinario transfertur in successorem; secus in delegato, & num. 26.*
27 *Beneplacitum, vt cesset, vel non, per mortem, est attendenda materia subiecta.*
28 *Vicarius constitutus ad beneplacitum superioris, ex materia subiecta, vel intentione constituentis, remouetur, vel non, per obitum illius.*
29 *Appellans ad Clementem VI. potest prosequi appellationem coram successore suo.*
30 *Appellans ad Papam, expresso nomine proprio, potest prosequi appellationem coram Nuncio.*
31 *Licentia celebrandi in domo concessa per Vicarium Papæ nominatum, ad voluntatem ipsius Papæ, non expirat per mortem Papæ, & numero 32.*
33 *Gratia semel concessa non expirat, re integra, morte concedentis.*

Morte

34 *Morte concedentis non ceſſant (re integra) litteræ iuſtitiæ conceſſæ pro executione gratiæ.*

35 *Morte concedentis non expirat gratia ad beneficium vacaturum.*

35 *Teſtandi facultas non expirat morte concedentis, etiam re integra.*

36 *Dimiſſoriæ litteræ ad ordines non expirant, morte Epiſcopi concedentis, ſicut nec litteræ Capituli ſede vacante, aduentu Epiſcopi, & numero 37.*

38 *Indulgentiæ a legato conceſſæ durant, eius legatione finita.*

39 *Morte concedentis non finitur licentia eligendi confeſſorem, nec audiendi confeſsiones, nec exemptio, & n. 40.*

41 *Morte Papæ concedentis non finitur poteſtas conferendi tres Canonicatus, nec gratia de reſeruando.*

42 *Expectatiua conceſſa non expirat per mortem Papæ concedentis, cum diſtinctione.*

43 *Morte Regis concedentis non expirat (re integra) facultas ad fundandum maioricatum conceſſa.*

44 *Morte concedentis nulla gratia expirat, etiam re integra, etiam ſi litteræ expeditæ non ſint, & num. 45.*

45 *Gratia ſola ſignatura perficitur, & nu. 46.*

47 *Gratia ſtat in lingua Principis, & in ſcriptura teſtimonium, & in executione commodum.*

48 *Litteræ non expeditæ, viuente Papa concedente, expediuntur ſedente ſucceſſore, iuxta formam regulæ (rationi congruit.)*

49 *Principes ſeculares debent facere expediri gratias per anteceſſores conceſſas.*

50 *Verbum (fiat,) prolatum a Conſiliarijs Principis ſecularis, non eſt tantæ potentiæ, vt prolatum ab ipſo Principe.*

51 *Reſcripta iuſtitiæ (re integra) expirant per obitum Papæ, ſed per regulam factam a ſucceſſore reuiuiſcunt, & nu. 52.*

53 *Precarium non expirat morte concedentis; ſed tranſit ad hæredes, & nu. 64*

54 *Precarium eſt, quod petenti conceditur, quando concedens patitur.*

55 *Conceſſum donec voluntas, ſeu beneplacitum mutetur, non reuocatur, nec ceſſat morte concedentis, & nu. 57.*

56 *Morte concedentis non expirat conceſſum, quamdiu voluntas, ſeu beneplacitum concedentis durauerit.*

58 *Aliud eſt ceſſare voluntatem, & aliud reuocare voluntatem.*

59 *Mandatum non reuocatur morte mandantis, (reintegra,) ſed finitur.*

60 *Voluntatis reuocatio eſt actus contrarius, ceſſatio vero voluntatis non.*

61 *Aliud eſt non velle, & aliud nolle.*

62 *Iudex ponens ad confinia aliquem, donec reuocauerit, quamuis decedat non reuocatur talis poſitio.*

63 *Morte delegantis non extinguitur iuriſdictio delegata, donec delegans reuocauerit.*

65 *Manuale beneficium non cenſetur reuocatum morte conferentis.*

66 *Precarium conſtitutum ad voluntatem concedentis, extinguitur illius morte.*

67 *Societas officiorum Romanæ Curiæ finitur morte alterius.*

68 *Conceſsio facta ad voluntatem concedentis expirat obitu illius, ſicut & donatio, & numero 69.*

70 *Intellectus c. ſi delegatus. §. 1. de officio deleg. in 6. & num. 71.*

72 *Iuriſdictio commiſſa alicui, vti dignati non expirat morte illius, ſed trãſit ad ſucceſſorem in dignitate; ſecus ſi ſit commiſſa perſonæ, & numero 73.*

74 *Iuriſdictio quando intelligitur conceſſa alicui, vti dignitati, vel perſonæ.*

75 *Beneplacitum Papæ ſupplet quoſcumque defectus.*

76 *Beneplacitum Papæ præſumitur obtentum ex obſeruantia 30. annorum, etiamſi non ſit enunciatum, & nu. 77.*

78 *Confirmatio Apoſtolica præſumitur, quatenus ſit neceſſaria ex obſeruantia triginta annorum.*

79 *Solemnitas omnis præſumitur ex antiquitate temporis.*

80 *Beneplacitum Papæ excuſat a ſimonia.*

81 *Pœnitere licet in concordia inita ſub beneplacito Papæ, quamdiu non obtinetur, etiam poſt conceſſionem, dum conſenſus non præſtatur, & numero 82.*

83 *Concordiam non ſeruans, licet poſſit pœnitere, tamen alteri parti tenetur expenſas, ratione concordiæ factas, reficere.*

84 *Pœnitere poteſt promittens contrahere matrimonium cum conſanguinea, ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit.*

85 *Expenſas refundere tenetur non ſeruans concordiam alteri parti, volenti ſtare promiſſis.*

86 *Concordia inita ſub beneplacito Papæ corruit, quando porrecta ſupplicatione fuit cancellata aliqua clauſula, ſine qua ceſſaret concordia, niſi aliter colligatur de mente concordantium nu. 87. & 94. & 96.*

88 *Transferendi penſionem clauſula, tamquam impoſsibilis, habetur pro non adiecta.*

89 *Diligentia ſi ſit fruſtratoria, fieri non debet.*

89 *Conſenſus denegatio, non inducitur ex denegatione clauſulæ transferendi.*

90 *Concordiæ, ſi in confirmatione additur, aut tollitur aliquid non ſubſtantiale, non propterea deficit conſenſus nec corruit.*

91 *Reſignatio facta vigore mandati, continentis clauſulam ſimoniacam, quæ fuit cancellata de ſupplicatione, quando ſubſiſtat.*

92 *Procurator vtiliter gerens non dicitur excedere fines mandati.*

93 *Cancellatio, clausulæ appositæ* (si Papæ beneplacitum accedat) *quando non vitiet concordiam.*

95 *Concordia est indiuidua, & corruente vna particula illius, corruit tota.*

97 *Beneplaciti Papæ conditio, non excusat, quando non fuit procuratum, nec obtentum, nisi non esset necessarium, & adiecta sit clausula, quatenus opus sit, & nu. 98.*

99 *Beneplacitum requisitum in concordia, si sit ab vno Papa denegatum, an possit altera pars instare, quòd expectetur ad voluntatem alterius Papæ.*

100 (Beneplaciti Apostolici) *clausula, quando censeatur repetita in secunda concordia.*

Vsque ad suæ voluntatis beneplacitum gloss. 12.

REGVLA nostra inducit reseruationem vsque ad
1 beneplacitum† Papæ eiusdem regulæ conditoris, &
2 sic nō est perpetua, sed ip sius PP. morte finitur† tex. in c. si gratioſe 5. de rescriptis, lib. 6. *si gratioſe.* (inquit) *tibi à Romano Pontifice cōcedatur, vt beneficia, quæ tēpore tuæ promotionis obtinebas posses vsq; ad suæ voluntatis beneplacitum retinere, huiusmodi gratia, per obitum, per quem ipsius beneplacitum omnino extinguitur, eo ipso, expirat*, vbi glossa. Ioannes Andreas in verbo *suæ.* in additione post Archidiaconum ponderat illum tex. ad materiam reseruationum, quæ morte Papæ reseruantis expirant, tex. etiam cum glossa, verbo, *sedis.* in clemen. 1. de probationibus. vbi notat Imola not. 1. & cæteri. Æneas de Falconibus in tractatu de reseruationibus, quæst. 4. principali, effectu 6. numero 12. in fine. Cassadorus decis. 3. num. 1. & 2. de constitutionibus. Parisius cons. 119. *mortuo Episcopo*, num. 18. & 20. Petrus Andreas Gambarus de legato, lib. 3. in fine, num. 195. Simonet, de reseruatione, quæst. 47. num. 1. & 2. ac per totam quęstionem. Mandosius in regula 1. Cancellariæ, q. 1. & q. 10. num. 15. Puteus decis. 190. in fine, libro tertio. Antonius Gabriel plenè in libro sexto commun. opinion. titulo de præbendis conclusione prima, numero 20. cum pluribus sequentibus.

Morte cessat beneplacitū & voluntas, & quomodo intelligitur.

Qui omnes distinguunt, An sit facta reseruatio dispositioni Papæ, & tunc expiret per
3 obitum ipsius, † quia cum iam non sit in rerum natura, nec habere potest beneplacitū, nec dispositionem, tex. in cap. vnico, §. final. ibi, *Sublato Episcopo de medio, cum consilium nequeat tunc peti ab eo.* ne sede vacante aliquid innouetur, lib. 6.

Sicut nec potest habere voluntatem, cum
4 voluntas† cessat morte, l. 4. ff. locati, l. centesimis 46. §. fin. ff. de verborum obligation. l. vxor. §. Ceuola. ff. de legat. 3. l. 45. tit. 5. Partita quinta latè Ias. in d. l. centesimis. §. fin. vbi a num. 5. tractat. ad longum, de fideicommisso, vel legato soluendo, quando hæres, vel commissarius voluerit, de quo in d. §. Ceuola, & num. 12. & sequentibus, agit de exilio
5 adimplendo, quando † Iudex voluerit, aliasque vtiles quæstiones in proposito post Bartol. & Doctores ibi mouet, ac resoluit, & Ancharanus, num. 6. Geminian. num. 13. Franchus, num. 9. cum sequentibus, in d. cap. si gratioſe, de rescript. in 6. gloss. in cap. a nobis 21. verbo *non nisi subditi.* post medium de senten. excom. Antonius Gabriel d. concluſ. 1. sub titulo de præbendis, num. 22. cum sequentibus. Felinus in cap. ex litteris, num. 10. de constitution. Menochius de arbitrarijs cent. 5. casu 498. num. 3. & de præsumptionibus, lib. 4. prę sump. 40. li. 4. Hippolytus in rubr. de probationibus, num. 251. Antonius Gomezius, lib. 1. variarum, cap. 9. de transmissione hæreditatis, num. 2. vers. *sed ista ratio.* col. 2. & cap. 5. de substitutione fideicommissaria, numero 27. Alexand. cons. 136. numero primo, libro primo, & inferius etiam dicemus.

Aut reseruatio est facta dispositioni sedis
6 Apostolicæ, & tunc non extinguitur† per mortem Papæ. Nam sedes Apostolica numquam deficit. tex. in cap. si gratioſe, vers. *secus autem.* de rescriptis, lib. 6. *secus autem* (dicit) *si vsque ad Apostolicæ sedis beneplacitum, gratia concedatur prædicta; tunc enim, quia sedes ipsa non moritur, durabit perpetuo, nisi à successore fuerit reuocata*, vbi dicit Ioannes Probus, n. 2. quòd non minus potest deficere sedes Apostolica, quam sol. & luna, quæ nunquam deficere possunt, quamdiu Mundi machina non
7 dissoluatur, quia dignitas† est immortalis, vt Geminianus ibidem, num. 3. & Franc. num. 10. prout etiam diximus in §. procœmiali, numero vndecimo. Menochius de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 68. num. 20. & de præsumption. lib. 4. prę sumpt. 121. num. 3.

Vbi probauimus, quòd similiter cesset, ac extinguatur beneplacitum Papæ per renun-
8 ciationem, † seu priuationem Papatus, vel aliam mortem ciuilem, licet Dominicus Geminianus in dicto capite si gratioſe, dubitet de hoc in numero 13. post Calderinum in consilio tertio, numero secundo, & tertio, de rescriptis.

Sed

UNIVERSITAT DE GRANADA

9 Sed quid iuris erit, si reseruatio sit ad beneplacitum Romani† Pontificis, vel Summi Pontificis, vel Papæ, non expresso eius nomine proprio. An tali casu reseruatio expiret per mortem Papæ, vel potius sit perpetua; ita vt tunc magis denotet dignitatem, quam personam?

Qua in re Archidiaconus in dicto cap. si gratioſe, sub num. 2. vers. *item nota hic.* dicit, quòd extinguatur morte Papę. Nam dicta verba sunt potius referenda ad personam,
10 † quam ad dignitatem, quòd probat per ipsum tex. in dicto capite si gratioſe, & ibi sentit glossa in verbo *suæ.* & hanc opinionem sequuntur. Ioan. Andreas ibidem, num. fin. Ancharan. sub num. 6. Franchus, num. 7. quos refert Capicius decis. 136. sub num. 3. vers. *at contra Calandrum*, sequitur etiam Couarru. lib. 3. variar. resolutionum, cap. 15. sub uumero secundo, vers. *contrarium deducitur.* & dicit, quòd etiam colligit illam, ex Decio in cap. sedes, in princ. de rescriptis.

Cui opinioni suffragatur Bar. in l. centesimis. §. fi. n. 9. & Ias. ibid. n. 12. ff. de ver. obli. tenentes, quòd quando Iudex simpliciter iussit aliquem esse in possessione, donec sibi placue
11 rit, vel suum beneplacitum † fuerit, quòd per obitum illius cesset beneplacitum, & possessio, cum morte finiatur voluntas, vt in d. l. 4. ff. locati.

Sicut, & mandatum morte finitur, quia
12 mandantis † voluntas deficit, l. mandatum C. mandati. §. rectè, instit. per quas person.
13 Et superioris præceptum illius morte† finitur. Decius in rubrica. C. de mandatis Principum, nu. 11. & 12. Ac legatum factum alicui sub nomine dignitatis transit ad successorem. Plenè Menoc. de præsumption. præsumpt. 121. lib. 4.
14 Prout etiam suspensio banni† ad beneplacitum Principis, vel Iudicis cessat per mortem illius. Angelus cons. 217. a num. 9. quem sequitur Decius cons. 108. num. 2. Gozadin. cons. 22. num. 10. qui alia plura congessit. Socinus Iunior cons. 63. num. 12. lib. 2. late probat Marsilius in rubrica. C. de probationibus, num. 270. Tiraquel. in legibus connubial. glossa 4. numero 18. Gratus consil. 92. numero primo, & sequentibus. Mascardus de probationibus conclusione 188. numero 29. & 30.

CONTRARIAM tamen sententiam, nempè, quòd in prædicto casu potius beneplacitum concernat dignitatem, quàm personam, tenet Lapus Abbas in d. c. si gratioſe, sub num. 1. qui intelligit illum tex. in prima parte, quòd fuerit expressum no-
15 men † proprium Papæ, nam si non esset expressum, idem est in primo casu, quod in secundo, & respondendo ad dictum Archidiaconi, ibi limitat, nisi id, de quo fit mentiò esset tale quid, quòd respicere haberet personam Pontificis, tunc existentis tantum, vt quia respicit animum, vel quid simile: alias si esset tale, quod posset referri ad successores, eo casu, verba *Romanus Pontifex*, vel *alius Prælatus*, eius nomine non expresso, Pontificatum, & Papatum, & Prælaturam, non personam Pontificis, vel alterius Prælati denotant.

Vel quando adduntur ista pronomina
16 meum, tuum suum, nostrum, quòd tunc consideretur magis persona, quam dignitas; secus si non apponuntur ista pronomina, vt late tradit sequendo Abbatem Lapum, vbi supra, & Ioann. de Lignano, & Matthæum. Dominicus Geminianus in d. cap. si gratioſe, n. 11. Capicius decis. 136. numero 1. 2. & 3. vbi
17 numero quarto dicit, quòd consilium † Neapolitanum sequutum fuit hanc opinionem in causa Ducis Grauinæ cum vniuersitate Altamuræ, quæ habebat priuilegium à Rege Ferdinando primo, quòd posset vti territorio Garigliani ad Regium beneplacitum, & iudicauit sacrum consilium, quòd dictum priuilegium non expirauit per mortem Regis; Istam etiam opinionem post Bal. & alios sequi videtur Ludouicus Gomezius in cap. 1. de constitutionibus, lib. 6. nu. 2. 3. & 4. vide etiam Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumpt. 121. ex. nu. 15.

Et pleniſsima manu eam tenet Mascardus de probationibus conclus. 186. *beneplacitum.* numero primo, cum sequentibus, vbi firmat, quòd in dubio, præsumitur beneplacitum
18 apponi magis contemplatione † dignitatis, quam personæ, pro quo retorquet doctrinam Bartoli in d. l. centesimis. §. fin. nu. 9. ff. de verborum obligation. dicentis, quòd concessum ad beneplacitum Iudicis, præsumitur durare, non tantum quoad vixerit Iu-
19 dex, sed etiam donec reuocetur † per successorem, idem Bartol. in l. more maiorum, nu. 7. ff. de iurisdictione omnium Iudic. Decius in cap. ex litteris, in fin. de constitutionibus. Ruinus cons. 104. libro quinto, & cons. 115. n. 5. & 7. lib 1. Menochius de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 69. numero septimo. Et quòd in dubio sit interpretandum pro sede Apostolica,
20 † hoc est dignitate, tradit post Collect. Simonet. q. 47. nu. fin. de reseruatione.

Accedit etiam consilium tertium Calderini sub titulo de rescriptis, vbi ponit quæstionem de Rectore Prouinciæ, posito per Papam, conferente quodam officium ad suum beneplacitum, & dubitat. Num finito Rectoratu finiatur officium? & primo dicit, quòd sic, per tex. in c. si gratioſe, deinde resi-
21 det in contraria opinione, & refert Capicius decis. 136. num. 5.

Ego

Ego vero in articulo quęstionis nostræ, magis adhæreo primæ opinioni Archidiaconi, vt reseruatio cesset per obitum Papæ, per tex. in d. capit. si gratiose, & tenet in terminis reseruationis. Simoneta de reseruatione, quæst. 47. numero primo, & secundo, & quinto. Gambarus in tractatu de officio, & potestate legati, lib. 4. num. 100. cum multis sequentibus. Æneas de Falconibus de reseruatione, quæst. 4. princip. effectu 6. numero 12. in fine, cum allegatis in principio huius glossę, & Simoneta d. quæst. 47. numero 6. ponit quæstionem, quid sit quando reperitur reseruatio † facta, non adiecta clausula dispositioni nostrę, vel Sedi Apostolicæ?

Generaliter tamen loquendo prędictę opiniones contrariæ possunt concordari, vt secunda opinio Abbatis Lapi, tunc locum habeat, quando fauor † publicus concurrit: prima verò opinio in actu priuato, qui non est ita fauorabilis per ea, quę tradit Vantius de nullitatibus ex defectu iurisdict. delegatæ, nu. 104. dum dicit, quòd si Princeps crearet aliquem Iudicem ordinarium ad suum bene placitum, per mortem Principis † non desinit esse Iudex, quousque per successorem reuocetur. Nam ex quo sumus in materia fauorabili, & publica, voluntas Principis, etiã post mortem censetur durare per iura, quæ ibi allegat: cessante fauore publico, dicit ipse Vantius, quòd aliud esset per tex. in d. cap. si gratiose, de quo vide plene per Molinam de Primogen. Hispan. libro 1. cap. 15. a nu. 4. vsque ad num. 10.

Pro quo etiam faciunt cumulata per Menochium de arbitrarijs, libro primo, quæst. 68. dum resoluit, quòd facultas arbitrandi, competens Iudici ordinario † trasfertur in successorem, & in num. 2. & 3. secus autem, est in Iudice delegato, † cuius iurisdictio non est ita fauorabilis, sed odiosa, gloss. penult. in clemen. 2. de officio ordin. vbi Cardin. num. 13. quia tunc non transfertur. Bart. in d. l. more, num. 7. Decius num. 52. Iason numero 65. idem Menochius d. quæst. 68. num. 4. cum sequentibus.

Comprobatur etiam ex d. cap. si gratiose. Nam ideo in casu illius tex. extinguitur beneplacitum gratię de retinendo beneficia, quia talis gratia est ambitiosa, & restringenda, vt in fine eiusdem tex. dicitur, & in cap. quamuis, de præbend. lib. 6.

Vel melius dici potest, quòd ad considerandum si beneplacitum, seu voluntas, cesset, vel non, per mortem, sit potissime attendenda intentio disponentis, & materia subiecta, † secundum quam sit iudicandum, si beneplacitum transeat ad successorem, vel nõ, vt dixit Geminian. in d. cap. si gratiose, num. 11. de rescriptis, lib. 6. Baldus in d. cap. sedes, in principio, de rescriptis. Ludouicus Gomezius in dicto capit. 1. numero secundo, & tertio de constitutionibus libro 6. Couarruuias libro 3. variar. cap. 15. nu. 2. ad medium, vers. *deinde illud censeo ex proposita controuersia.*

Hinc est, quòd ad cognoscendum si Vicarius constitutus ad beneplacitũ superioris sit perpetuus, † nec ne, est consideranda materia subiecta, & constituentium intentio. Felin. in c. ex litteris, nu. 10. in principio, de constitutionibus.

Quãdo sit potius cõsideranda dignitas quã persona plura cumulantur.

Vnde qui appellauit a sententia inferioris ad Clementem † Sextum, illo defuncto potest prosequi appellationem coram Innocentio successore suo, quia potius videtur appellasse ad sanctam sedem Apostolicam, quam ad personam Papæ. Rota decis. 31. numero 1. de appellationibus, in antiquis Besignetus decis. 13. de appellationibus. Geminian. in d. cap. si gratiose, sub numero 12. vers. *quid si appellaui.* Philippus Franchus ibi num. 7. in fine, de rescriptis lib. 6. Vantius de nullitate ex defectu iurisdictionis, nu. 92.

Similiter si appelletur ad Papam expresso nomine proprio, † potest Legatus, seu Nũtius committere causam appellationis, etiã ad instantiam vnius tantum ex litigantibus, qui censetur appellare ad sedem Apostolicã, Geminianus vbi supra, Mandosius in regula prima Cancellariæ quæst. 10. nu. 14. Aluarus Valascus in consultatione 62. numero 6: licet num. 7. ipse distinguat, & Gambarus in tracta. de legato, lib. 8. numero 102. contrarium teneat, nisi vtriusque partis consensus concurrat.

Dicit etiam Rota decis. 86. incipit *Camerarius*, de rescriptis, in antiquis, quòd si Vicarius creatus a Papa, quamdiu placuerit voluntati suę, concessit alicui licentiam celebrandi in domo † sua, quòd quamuis per mortem Papę cessat voluntas illius, & expirauit facultas Vicarij, nihilominus non expirauit dicta licentia: pro quo, eadem decisio, nu. 2. adducit simile, de licentia concessa ab Episcopo de non residendo, quæ non expirat per mortem ipsius Episcopi, vt per Archidiaconum, & Ioan. Andream in cap. licet Canon de electione libro 6. Nauarr. in c. placuit, nu. 163. de pœniten. distinct. 6. Capicius decis. 136. num. 7.

Cęterum in casu d. decisionis 86. non fuit ratio, quòd facultas celebrandi non expirauerit ex eo, quòd per mortem Papæ non cessauerit eius voluntas, & beneplacitum, & consequenter creatio Vicarij; sed ratio est, quia gratia celebrãdi in domo propria, non fuit limitata; † sed simpliciter concessa, & gratia semel concessa non expirat, † etiam re

re integra morte concedentis tex. in cap. si cui nulla 36.ibi.*huiusmodi concessio, quam, cum specialem gratiam contineat, decet esse mansuram, non expirat etiam re integra per obitum concedentis.*de præben.eod.lib.6.cap. si super gratia 9.de officio delegati, libro 6. vbi habetur, quòd non solum non extinguitur gratia re integra,morte concedentis,sed neque extin-
34 guuntur litterę iustitię†concessę pro executione ipsius gratię principalis: de cuius textus explicatione est videnda optima Rotę decisio 12.de officio delegati,in nouis. Antonius Gabriel titulo de prębend.conclus.1. a numero tertio cum sequentibus,& late tradit Hieronymus Gigans de pensionibus, q. 91.num.1,& per totam,probat etiam tex.in d. cap. si gratiose,in secunda parte,de rescriptis,lib.6.

Vnde dixit Rota decis. 9. alias finali,de electione,in antiquis, quòd gratia ad beneficium vacaturum concessa per Vrbanum Se-
35 ptimum, † non expirat per eius obitum, quamuis tempore Vrbani non habuerit effectum, licet venerit reuocatoria Domini PP.Gregorij Vndecimi.

Prętera facultas testandi non extinguitur, etiam re integra morte concedentis. Mandosius de signatura gratię, titulo de licentia testandi. Sarmientus de redditibus Ecclesię, parte 4. vers. 2. *cauen. sic etiam est.* Natta cons. 647.libro 4.per totum.Rota decis. 47. num. 15. parte prima diuersorum, quicquid dixerat Socin. relatus à Couarru. quem ipse sequitur in capit. cum in officijs, numero octauo, versic. *qua ratione.* de testamentis.

Sic etiam postquam dimissorię litteræ ad Ordines fuerunt ab Episcopo concessę,mini-
36 me spirant † morte Episcopi concedentis,vt docuit Cardinalis in clemen. finali quęst. 5. num. 9. in fine,de electione, vbi plura ipse Cardinalis adducit, Rebuff. in praxi titulo, de formula dimissoriarum,ex num.39.vsque ad numerum 43.tenet etiam insignis Nauarrus in cap. placuit,num. 163.de pœniten.distinct. 6. Didacus Perez in l.6. titulo 12. lib. 3. ordinamenti.colum. 1213. Gutierrez in quæst.practica 75.n.5.lib.3.practicar.quæst. Ignatius de Salcedo in additione ad praxim BernardiDiaz cap.26,vers.*postquam vera.*fol. mihi 94.colum.1.

Vbi etiam pari ratione idem asseuerat in litteris dimissorijs, concessis à Capitulo
37 †sede vacante,iuxta formã Concilij Tridentini, cap. 10,sess.7. nam non expirabunt per ingressum moderni Episcopi, vt etiam expresse tenet Ioan.de Imola in cap. 2. in fine, ne sede vacante aliquid innouetur: sicut alię concessiones,& dispensationes Capituli non cessant, sed potius effectum sortiuntur finita potestate Capituli,c.his qui,de maioritat.& obedient. cap.vnico,eodem tit. lib. 6.Imola in d.cap.finali.

Quibus consonum est, quòd pulchre scribit Innocentius in cap. quod translationem num. 2. & 3. de officio legati, nempe,indulgentias a Legato concessas,eius legatione fi-
38 nita† semper durare,cuius opinionem communem esse testatur Nauarrus in d.cap.placuit,num.164.

Idem etiam Nauarrus,vbi supra,nu. 161. cum sequentibus resoluit, quòd licentia eligendi confessorem concessa † ab Episcopo,
39 non moritur morte Episcopi concedentis,sequitur etiam Ignatius de Salcedo in loco proxime allegato.

Consuluit quoque idem Nauarrus in suo cons.3.de priuilegijs, quòd Decanus exemptus per Papam,donec aliud decerneret,per obitum Papę non perdit exemptionem à iurisdictione Episcopi.

Dicit etiam tex.in extrauag.1.§.vt autem vers. *datam vero licentiam.* de priuilegijs inter communes, quòd licentia audiendi confessiones, & prædicandi verbum Dei, data per
40 diœcesanos.per illorum mortem† non expirat.tex. etiam in clem.dudum. §. ac deinde, vers. *& si idem Prælati.* vbi gl. verbo *concesserint.*de sepulturis.

Item Rota decis. 19. *si Episcopus.*de prębendis,in nouis, dixit,quòd si Episcopus habet à Papa potestatẽ prouidendi tribus personis de tribus Canonicatibus, & præbendis,suę Ecclesię,si collato per eum Canonicatu vni,ante prębendę vacationem,moriatur
41 †Episcopus, nihilominus debebitur illi prębenda proxime vacatura,nam gratia facta non expirat per obitum concedentis, nec executoris.

Dixit etiam Lapus allegat. 84.ad finem, numero finali in fine, quòd gratia concessa
42 de reseruando quatuor beneficia† non expiret,quamuis Papa re integra decesserit. Geminian.num.9.vers.*posset concludi.*Franchus, num.11.in cap.2.de præbendis,lib.6. Geminian. in d.cap. si cui nulla,post nu.2. eod.tit. Æneas de Falconibus de reseruat.in 6.effect. quæst.4.princ.num.13. Simonet.de reseruat. quæst.47.num.4.

Sic etiam fuit resolutum in vna Calagurritana Canonicatus,sub die 1.Iulij an.1592. coram R.P.D. meo Pegna, quòd gratia expectatiuè concessa a Gregor.14.26.Septembris an. 1591. cuidam Dionysio Frances ad primum Canonicatum vacaturum in Ecclesia Calagurritana, non fuerat extincta, nec reuocata per mortem d. Gregor. 14. Papę, ex quo ipsemet fecerat dictam gratiam, & collationem cum clausula (*ex nunc, prout ex tunc.*)& sic intrabat dispositio tex.in d.c.si su-

per

per gratia, de officio, deleg. lib. 6. vbi gl. verb. *facta*, & Monach. n. 4. Archid. n. 1. Ioan. And. n. 2. Gemin. n. 1. & 4. Anchar. n. 1. Franchus n. 4. Rot. dec. 12. de off. deleg. in nou. Æneas de Falcon. de reseruat. 2. p. q. 5. princip. n. 4. vers. *quarto quæro*. Licet secus esset, si non ipse Papa collationē faceret, sed alteri cōmitteret illā faciendā. & tunc locū haberet tex. in c. si cui nulla. §. secus, si super prouisione, de præb. li. 6. & in hoc secūdo casu procedūt Doctores allegati per Anst. Gabr. tit. de præben. concl. 1. n. 5. vers. *limita hanc ampliationem*.

Neq; est omittenda lex Hispan. 42. Tauri, alias l. 2. tit. 7. li. 5. recopil. disponens, quòd licentia ad fundandū maioricatū concessa, nō
43 expirat per obit. Regis † concedētis, quāuis ea impetrās vsus nō fuerit, & plenè explicāt post glossatores d. l. 42. Tauri. Didac. Perez, in l. 2. tit. 2. li. 2. ordinamenti. col. 33. in gl. verbo, *firmes*, Molina de Hispanor. primogen. lib. 2. c. 7. ex n. 62. Pelaoz. de maiorat. 4. p. q. 10. n. 7. & per totam, & q. 62. à n. 1. Matienzus, & Acebed. in d. l. 2. tit. 7. lib. 5. recopilat.

Et generaliter
44 quòd gratia † non expiret (re etiam integra) per mortem concedentis, vide Milium in suo repertorio, verbo, *gratia facta, licet nondum executa*. Felin. in c. licet vndique. n. 1. de offic. deleg. Afflict. decis. 128. per tot. Rebuf. in concordatis, in rubrica de mandatis Apost. §. 1. in glo. verbo, *sui Pontificatus*. fol. mihi 488. in parua impress. Gom. in tract. de expectatiu. & mandat. de prouid. n. 133. vers. *nā licet mandatum legati*. Mandos. in reg. 10. Cancell. q. 2. n. 2. & per tot. & plena manu tradit Anton. Gabriel lib. 6. commun. opinionum, tit. de præbendis. conclusione prima, numero primo, & per totam, vbi ponit regulam cum pluribus ampliationibus, & limitationibus, ac declarationibus. Ioann. Gutierrez lib. 1. practicar. quæstion. q. 74 per totam, & lib. 2. quæst. 74. & 75.

Quod etiam procedit, quamuis litteræ
45 non sint expeditæ, † sed sola supplicatio signata, nam gratia perficitur per solam signaturam, ac dicitur gratia perfecta ante litterarum expeditionem. Rota decis. fin. n. 3. & 4. de rescriptis, in antiquis. Cassadorus decis. 2. de pensionibus. num. 10. super regulis, & decis. 8. n. 9. de restitut. spoliator. Caputaq. decis. 267. nu. 3. p. 1. & decis. 88. n. 3. p. 3. Puteus decis. 275. n. 2. lib. 3. Felinus in rubrica, de constitutionibus. n. 5. post medium. Gomezius in regula de infirmis. q. 18. sub num. 5. vers. *non est dubium*. & in regula de impetran. beneficia vacan. per obitum famil. Cardinal. quæst. 23. nu. 2. Mandosius in regula Cancellarię 27. num. 14. ad finem. Matthęus de Afflictis, decis. 253. n. 1. & 6. cum sequentibus, & per totam. Antonius Gabriel in d. conclusione 1. sub titulo de præbendis, nu. 2. Rebuff. in concordata, in rubrica de mandatis Apostolicis. §. 1. verbo, *litteras*, vers. *ideo si moriatur Summus Pontifex*, fol. mihi 491. in paruis, & in praxi 2. p. signaturæ. num. 15. in principio. Acebedus in dicta l. 2. numero 3. titulo 7. libro 5. recopilationis. Ioannes Gutierrez cons. 9. numero 6. & vide, quę dicam in glossa 15. §. 1. à n. 34. & §. 2. q. 9. à num. 32.

Immo gratia concessa à Papa, vel alio Principe, solo verbo conficitur, absque ali-
46 qua scriptura, † & per solam verbalem collationem ius acquirirur perfectum in re, quamuis traditio non sit subsequuta. Mohedanus decisione 9. ante n. 1. & sub nu. 1. vt lite pendente. Molina de primogenijs. lib. 1. c. 7. sub n. 56. vers. *nam si perfectionem essentiæ*. Rebuf. in cōcordata, in loco proximè allegato.

47 Nam in lingua Principis † stat gratia, & in scriptura testimonium, & in executione commodum. Acebedus post alios in dicta l. 2. numero 13. titulo 7. lib. 5. recopilationis.

Vnde ne gratię factæ, & non expeditæ red derentur inutiles, cum sine expeditione probari non possint, vt in regula 26. Cancellarię, de non iudicando secundum formam supplicationis disponitur: & quia nulli suffragantur dispensationes, nisi litteris confectis, vt in regula 51. Cancellariæ statuitur, quam declarant Cassadorus decis. 35. & decis. 36. super regulis, & Molina in d. lib. 2. de Hispanorum primogen. capit. septimo. numero 56. per totū. Puteus decis. 254. *die duodecima*. lib. 2. & decis. 485. *in vna Colimbrien*. eod. lib. 2.

Ideo emanauit alia regula nona Cancellarię de litteris in forma (*rationi congruit*)
48 † expediendis, per quam disponitur, quòd gratiæ concessę per Pontifices anteceſſores expediantur sub litteris (*rationi congruit*) sub die coronationis noui Papę, illius conditoris, vt moris est: & docent Mandosius super eadem regula nona. Rebuff. in praxi, tit. de gratia (*rationi congruit*) & cum pluribus tradit Molina de Hispanor. primogen. lib. 2. d. c. 7. n. 63. & 64. vbi idē dicit de gratijs con-
49 cessis per Princip. seculares, † quòd illorum successores debent facere, illas expediri.

Et idem Molina ibidem numero 55. asseuerat, quòd prędicta locum non habent, quando verbum, *fiat*, non profertur ab ipso Principe, sed ab eius primarijs consiliarijs, qui vulgo dicuntur, *de la Camara*, nam tunc non debet esse tantæ virtutis, & efficacię, prout verbum, *fiat*, prolatum ab ipso Prin-
50 cipe: † præsertim cum pluries videamus, quòd post factam concessionem à Regijs consiliarijs, qui Cameræ Principis prędsunt, ipse Princeps illas subscribere recusat, neque aliquē effectū obtinent, nisi à Principe subscriptæ sint, vt sancitur in l. 10. tit. 4. li. 2. recop.

Rescripta iustitiæ expirãt re integra morte Papæ.

51 In rescriptis autem Iustitiæ secus est, † quia re integra expirant morte Papę, illa concedentis, alias non. capit. relatum 19. cap. licet 30. de officio delegati. l. & quia 6. ff. de iurisdiction. omn. Iudicum. l. mandatum. C. mandati. §. recte. instit. eodem titulo. textus etiam in capitulo finali. §. officium, de officio delegati. libro sexto. lex 21. titulo 4. Partita 3. Iason post Bartolum, & alios, in l. more maiorum, alias in dicta l. & quia. numero 5. & 6. ff. de iurisdiction. omn. Iudic. vbi ponit 4. ampliationes, & 8. limitationes, vsque ad num. 17. Franchus, in c. si a subdelegato. n. 3. de officio delegati in 6. Mandosius in regul. Cancellarię 10. q. 2. n. 4.

Ne tamen ex dicta extinctione, seu reuocatione, rescriptorum Iustitię partes detrimentum patiantur, quilibet Papa, qui de nouo succedit, facit regulam Cancellarię de reualidatione † litterarum prędecessoris, gratię, & Iustitiæ, quæ est hodie regula vndecima: per quam ordinatur, quòd 52 omnes litteræ, tam gratię, quam Iustitiæ à prędecessoribus suis emanatę, infra annum, ante diem obitus illorum, illarum executoribus, seu Iudicibus non præsentatę, omnino reualidentur, & in statum pristinum restituantur, vt iuxta illarum formam, ad expeditionem negotiorum in eis contentorum dicti Iudices procedere possint, & debeant.

Redeundo igitur ad materiam beneplaciti, de qua in glossa nostra, vbi probatur, quòd beneplacitum personę extinguitur cum morte illius, contra hoc fortiter vigere videtur text. in l. quęsitum 8. §. quod à Titio, & lex cum præcario 12. §. finali. ff. de præcario, vbi clare 53 disponitur, quòd pręcarium transit † ad hęredes, ita quod durat, quamdiu hęres concedentis non reuocauerit illud: sicut & idem probat, text. in cap. fin. & ibi glos, verbo *soluitur*, de præcarijs, vbi dicitur, quòd præcarium finitur per obitum eius, cui conceditur, non autem per obitum concedentis. Tiraquel. in tractatu de constitut. 2. p. ampliat. 33. num. 1. cum sequentibus.

At vero præcarium est, quòd petenti vtendum conceditur, tamdiu, quamdiu is, 54 qui concessit patitur, † seu eius voluntas non mutatur. l. prima. ff. de pręcario: igitur voluntas, & beneplacitum non finitur morte.

Distinctio notanda.

Qua in re pro faciliori intelligentia distinguendi sunt duo casus.

PRIMVS est quando actus ita conceditur, vt libere valeat à concedente reuocari, vel donec voluntas, seu beneplacitum à concedente † reuocetur. 55

Secundus casus est, quando actus à lege, vel ab homine eam habet conditionem, vt tamdiu permaneat, & duret, quamdiu voluntas, vel beneplacitum perseuerauerit, 56 † vel donec ipse voluerit, ita vt nulla de reuocatione mentio fiat.

Concessio facta donec à concedente reuocetur non expirat morte, cũ multis illationibus.

In primo etenim casu, actus, seu concessio non extinguitur morte, nec censetur reuocatus, reuocataue per obitum concedentis. † textus optimus in cap. si delegatus. 57 §. primo, de officio delegati. libro 6. ibi, *nam talis commissio, per quam censetur etiam sententiæ prolatio, (nisi antea fuerit reuocata) committi, nequaquam morte committentis expirat*, & hoc omnes communiter Doctores affirmant in l. more. vbi Bartolus num. 7. Alexand. 12. Iason numero 15. Decius numero 19. ff. de iurisdict. omn. Iud.

Aliud namq; est, † cessare voluntatem, & 58 beneplacitum, quod morte cessat, & extinguitur: & aliud est reuocare voluntatem: gratia exempli, quamuis mandatum Domini morte finitur. l. mandatum. C. mandati. Non tamen per mortem, † mandatum 59 reuocatur, vt post Bartolum in dicta l. more. num. 19. bene declarat Decius in l. eius est nolle. num. 7. ff. de reg. iuris. Ruinus consilio 115. numero 7. volum. 1. Castracanus de societate officiorum Romanę Curiæ. cap. 55. numero 14.

Reuocatio vtique voluntatis, seu beneplaciti † est actus contrarius: cessatio vero 60 voluntatis, non est actus contrarius, sed extinctio primi actus. Couarruuias lib. 3. variar. cap. 15. numero 3. Menochius de arbitrarijs. lib. 1. quęst. 69. num. 3. 4. & 5. Mascardus de probationibus, conclusione 188. numero 21. 22. & 31.

Et ille, cuius voluntas cessat, dicitur non 61 velle: † & nolle dicitur ille, qui reuocationem facit. Decius in l. 3. num. fin. in fine. ff. de regul. iur.

Vnde si Iudex in sua sententia dicit, pono 62 te ad confinia, † donec te reuocauero, hoc enim casu, quamuis dicta verba non denotarent officium, seu dignitatem Iudicis; sed solam personam, per mortem illius non finitur relegatio, cum per mortem non fiat reuocatio, & sit necessaria huiusmodi reuocatio. Alexan. in dicta l. centesimis. §. si ita stipulatus. numero 11. Iaf. numero 14. Socinus Senior cons. 78. *super prædicta*. colum. 1. versic. *quinto, & vltimo*. nu. 3. Decius in c. ex litteris in fine, de constitut. & in cons. 108. n. 4. Feli. ibid. n. 10. vers. *& maius dubium*, qui omnes hoc tenent, & merito contra Bart. in d. §. si ita stipulatus. n. 10. quem sequi videtur Gozadin. cons. 22. n. 3. & 111. prout etiam contra dictum Bart. firmat Couar. in d. c. 15. sub n. 3. vers. *hinc etiam constat*.

Sequitur

Sequitur etiam pari ratione, Iurisdictionem à Principe, aliouè Iudice commissam,
63 donec eam delegans reuocauerit, † minimè reuocatam esse morte delegantis, quod probat textus in dicto capit. si delegatus, de officio delegat. libro 6. Bartolus in dicta l. more. num. 7. Alexan. num. 12. Iason numero 15. Decius num. 19. ff. de Iurisd. omn. Iudicum. Menochius de arbitrarijs libro 1. quæst. 69. num. 26.

Ex quibus etiam infertur responsio ad text. in dicta l. quæsitum 8. §. quod à Titio, & l. cum præcario. §. fin. ff. de præcario, cum similibus; nempè, quòd ideo precarium non finiatur morte, quia à principio
64 firmum, & validum fuit, donec † fuerit reuocatum, vel mutata voluntas, vt dicit tex. in l. 2. §. est enim, ibi, *vt possim reuocare, cum mutauero voluntatem*. ff. eodem titulo de præcario, & tradit Couarruuias in dicto capitulo 15. numero 3. in fine. Menochius dicta quæst. 69. num. 21. Mascardus de probationibus, conclus. 188. num. 22. & num. 31. vers. *concilies tamen*.

65 Item quamuis beneficium manuale † possit reuocari ad beneplacitum conferentis; tamen per mortem illius non censetur reuocatum. Abbas in cap. finali. numero sexto, de precarijs, cum alijs allegatis in glossa 5. §. 6. num. 39.

IN SECVNDO autè casu, quando actus à lege, vel ab homine est concessus ad beneplacitum, seu voluntatem concedentis; secus est: cum tunc morte illius extinguatur voluntas, & beneplacitum d. l. 4. ff. locati, & in d. cap. si gratiosè.

Quo fit, vt si precarium ita constitutum
66 est, vt ad voluntatem concedentis, † eo alter vtatur, tunc vtique morte concedentis finiatur, ac extinguatur, absque aliqua heredis reuocatione, vt notat Abbas in dicto cap. de præcario. nu. 6. Paulus Castrensis, in l. Lutius. ff. de donationibus. Decius in l. contractus. num. 13. ff. de regulis iuris. Couarruuias lib. 3. variar. capit. 15. num. 4. versic. *quarto patet*.

Infertur etiam ad contractus societatum super officijs Romanæ Curię, quatenus constituitur societas ad semestre, & deinde ad
67 beneplacitum † contrahentium, cum dicta quindecim dierum, quòd per mortem alterius ex contrahentibus finitur, & extinguitur societas, nisi prius à partibus reuocata fuerit, vt tradit modernus Franciscus Castracanus in tractatu de societatibus, quę fiunt super officijs Romanæ Curiæ, cap. 55. numero 9. & per totam facit. l. 4. §. dissociamur. ff. pro socio.

Tertio sequitur concessionem, quę alioquin liberè reuocari, & mutari possit, factam, ea lege, vt maneat, valida sit, ac perseueret ad voluntatem concedentis: eo denique post diutinum furorem mortuo, om-
68 nino † extingui, & cessare; tametsi ante obitum, etiam per furorem minime fuerit finita. l. si is, qui animo. ff. de acquirend. possessione. l. nunquam, §. si seruus. ff. de vsucapionibus. cap. maiores. §. item quæritur, de baptismo. Couarruuias. d. c. 15. sub nu. 4. in principio, & in vers. *tertio ex his*.

Quarto sequitur, quòd donatio ad bene-
69 placitum donantis est personalis, † & non realis, & sic est temporalis, & extinguitur cum persona. cap. veniens. §. mandamus, de transactionibus. Puteus decisione 404. *in vna Neapolitana*, numero quarto, & quinto, libro primo.

Quinto infertur ad interpretationem textus, in dicto capitulo si delegatus. §. primo, de officio delegati. libro sexto, vt licet delegatio, ea lege facta, donec delegans commissionem, & potestatem reuocauerit,
70 obitu delegantis non expiret, † nec censeatur reuocata, & ideo si mors contigerit delegantis, re non integra possit delegatus vti iurisdictione: tamen mortuo delegante re integra, priusquam delegatus vti cæperit iurisdictione, tunc iurisdictionis delegatio extinguitur, non iure reuocationis, quæ minime per mortem euenit, sed causa ces-
71 sationis voluntatis: † quæ quidem cessatio voluntatis, morte delegantis contingens, sufficiens est ad hoc, quòd commissio iurisdictionis cesset, re integra, cum hoc sit de natura rescriptorum Iustitię, vt in dicto capitulo, si delegatus, ibi, *dum tamen illo viuente, iurisdictione vti cæperis*, probat, & glossa ibidem, verbo, *morte*, in vltima parte, quam sequuntur ibi Ioannes Andreas, Geminianus, & Franchus, reiecta prima opinione eiusdem glossę, secundum aliquorum sententiam, contrarium tenentium. Decius in dicta l. tertia. numero finali, iuncta additione finali. ff. de regulis iuris. Couarruuias libro tertio variarum. cap. 15. numero quarto. versic. *primum*. & versic. *secundo*, & faciunt ea, quæ diximus in hac glossa,
73 in versic. *in rescriptis autem Iustitiæ secus est*. numero 51.

Similiter non est omittendum, quòd quando Iurisdictio committitur alicui; si est illa commissa vti dignita-
72 ti, † veluti Episcopo, vel Abbati, per obitum illius non cessat, nec extinguitur commissio, seu Iurisdictio: secus tamen est, si
73 sit commissa personę, † hoc est, quando exprimitur nomen proprium illius, quia tunc cum persona defecerit, non transit commissio, nec iurisdictio ad successores, nam indiuidua pereunt, dignitas au-

tem nunquam perijt. l. si quis in fundi vocabulo 4. §. rerum enim. ff. de legat. primo. glossa secunda, in capit. quoniam Abbas 14. de officio delegati, & in expresso probant text. in dicto cap. quoniam Abbas, de officio delegati, vbi glossa, & omnes ad longum tradunt, & in authentico, vt nulli Iudicum. §. hoc vero iubemus, collatione nona. text. in l. annua 20. §. primo. ff. de annuis legatis. l. 47. ad finem. titul. 18. Partita 3. glossa penultima, in l. more maiorum. l. & quia. ff. de Iurisdiction. omn. Iudic. & ibi latè Iason numero sexagesimoquinto, vbi sex modis limitat. Decius ibidem numero 54. & pluribus modis more solito ampliat, limitat, & declarat. Menochius de arbitrarijs. libro primo, quæstione 68. numero primo, & per totam, ad quem me remitto, ne aliorum scripta transcribere inutiliter videar: vbi numero 16. tractat, quid sit, quando apponitur vtrumque nomen, proprium, & appellatiuum; & Gregorius Lopez in dicta l. 47. in glossa, verbo, *el nombre de aquel*, tit. 18. Partita 3. & post Abbatem d. cap. quoniam num. 5. Beroum n. 91. & n. 106. & alios, quos allegant, dicunt, quòd, si nomen proprium præcedit,

74 †quòd tunc censeatur electa industria personę, & ad successorem nõ transeat iurisdictio, præsertim si deleganti erat cognita persona.

Bene-- placitũ Papæ supplet omnes defe-- ctus.

75 Rursus beneplacitum Papæ, vbi adest † supplet quoscunque defectus, & solemnitates, alias requisitas. cap. ad audientiam. il 2. cum glossa, ibidem, verbo, *indulgemus*, de Ecclesijs ædificandis. Abbas cons. 41. numero 3. lib. 1. Decius cons. 341. sub numero 12. & cons. 142. *& pro tenui*, numero 5. & 6. Rodoanus in tractatu, de rebus Ecclesię. cap. 25. de his, qui consentiunt, &c. Rubrica prima. num. 12. Parisius cons. 24. n. 4. lib. 4. & fuit late resolutum in Romana Casalis Turricellæ, coram Cantuccio, sub die 10. Martij 1578. & in vna Mediolanen. rescissionis permutationis decima Ianuarij 1597. coram R. P. D. meo Pamphilio Rotæ Decano.

Bene-- placitũ Superioris præsumitur ex obseruantia,

Quod beneplacitum Papæ, si aliter non probatur, præsumitur obtentum stante obi-

76 seruantia † contractus concordię, vel cuiusuis alterius actus per spatium 30. annorum, glossa in capit. peruenit, vbi Ioannes de Imola, de emptione, & venditione. Ancharan. cons. 136. *ex consilijs* num. 2. Alexan. consil. 17. sub num. 8. lib. 4. Decius cons. 152. sub num. 3. Felinus in cap. Albericus, de testibus, num. 4. propè fin. vers. *si autem in Instrumento*, de testibus. Cassador. decis. 3. de procurator. per totam. Afflict. decis. 13. n. 3. & 5. Rota in Neapolitana fundaci sub die 1. Iunij 1579. coram Robusterio, quę est decisio 179. num. 1. parte 2. diuersorum. Rota in dicta causa Mediolanen. rescissionis permutationis supra allegata. late Hieron. Gabriel. cons. 80. n. 18. lib. 2.

Quod procedit etiam, si beneplacitum

77 non sit † enunciatum, vt tradit Felinus in dicto cap. Albericus. dicto numero 4. de testibus. Puteus decisione 365. *in causa Parmensi*. num. 4. & 7. lib. 2. idem Puteus decis. 136. *fuit dictum*. num. 2. & per totam, & decisione 210. num. 5. & 6. eodem libro 2. & decis. 221. lib. 3. & fuit resolutum in vna Romana Casalis Longhellæ 28. Iunij 1593. coram Reuerendiss. D. meo Seraphino Patriarcha Alexandrino, & in d. causa Mediolanen. rescissionis permutationis.

Pari etiam ratione, idem dicendum est in Apostolica confirmatione, vt quatenus

78 sit necessaria, præsumatur, † ex obseruantia triginta annorum, quamuis enunciata non sit. nam ex antiquitate temporis præsumitur obtenta confirmatio. Baldus in cap. ex parte, A. numer. 2. de testibus. Aimon de antiquitate temporum. 3. p. in principio, numero 27. Decius cons. 409. numero 12. Mascardus, de probationibus conclus. 404. nu. 3. Mohedanus decisione 2. num. 1. de transactionibus, & tenuit Rota in vna Tarraconen. Sacristiæ 4. Iunij anni 1600. coram R. P. D. meo Iusto. Hieron. Gabriel. d. cons. 80. num. 12. lib. 2.

Et generaliter, quòd ex antiquitate tem-

79 poris solemnitas præsumatur. † vide plenissime per Anton. Gabrielem lib. 1. comm. opinion. tit. de præsumptionibus, conclus. 1. vbi ponit regulam, cum pluribus ampliationibus, & 21. limitationibus, ac multis illationibus, & declarationibus. Mascardum de probationibus, conclus. 1322. & conclus. 1321. Menochium de præsumptionibus, lib. 3 præsumptione 132. per totam, vbi alios infinitos allegant.

Præterea illud non omittere libet, quòd si fiat aliqua concordia, alias simoniaca sub beneplacito tamen Sedis Apostolicæ: dicta clausula sub beneplacito, excusat à pęna simoniæ, † quia concor-

80 dia, seu transactio est conditionalis, & si conditio non adimpletur, hoc est, quòd beneplacitum accedat, nihil dicitur actum, argumento legis pecuniam quam 36. ff. si cert. petat. & ibi Paulus, & Iaf. l. si quis, sub conditione 8. ff. si quis omissa causa testamenti, & in terminis tradit Caputaquen. decisione 205. numero 3. & decisione 338. num. 3. & 4. parte 1. Cæsar de Grassis, decisione 10. nu. 3. de prębendis. Flaminius Parisius de resignatione. libro 1. q. 3. ex numero 20. & ferè per totam. Rebuf. in praxi. tit. de noua prouisionę. n. 29. & n. 35. & 36.

Vnde

Pœnitẽtiæ an loc' sit quàdiu beneplacitũ nõ obtinetur

81 Vnde licita erit pœnitentia † cuilibet parti, quamdiu beneplacitum non obtinetur. Abbas in cap. super eo. numero 8. de condition. appositis. Acchiles decis. 2. de pactis. Mohedanus decisione 6. de causa possessionis. Puteus decisione 353. *in vna Cæsaraugustana*. num. 3. & per totam. lib. 1. Cęsar de Grassis. decisione 3. numero 8. de sentent. excommunic. vbi etiam dicit, esse licitam pœnitentiam, non solum ante concessam confirmationem, sed etiam post concessam, quamdiu consensus per vtramque partem

82 non præstatur, † in illis casibus, vbi præstatio requiritur, iuxta formam regulæ Cancellariæ 44. de consensu in resignationibus, & pensionibus præstando: prout etiam tradit Crescentius decisione prima, de concessione præbendæ. Gomezius in regula de infirmis resignan. quæstione 31. numero secundo. Puteus decisione 106. numero 1. & sequenti. lib. 3. Flaminius Parisius, de resignatione beneficiorum. lib. 1. quæstione 4. à numero 48. & quæstione sexta, à numero 43. & quæstione duodecima ex numero 16. Rota decisione 471. à numero 2. parte prima diuersorum.

Licet in hoc casu pars, quæ recedat, & pœniteat, teneatur subministrare alteri parti omnes expensas, † iam factas, ratione

83 dictæ concordiæ, vel resignationis, vt tradit Ioannes Gutierrez in libro primo Canonicarum quæstionum. capit. 22. numero 19. vbi postquam resoluit cum pluribus, quòd promittens contrahere matrimonium, sub conditione, si Papa dispensauerit, poterit

84 pœnitere, † quamuis sit obtenta iam dispensatio, vt per totam quæstionem disputat, & concludit: dicit tamen in dicto numero 19. quòd pœnitens tenebitur alteri parti conuentioni stare volenti, refundere expensas

85 † pro impetranda dispensatione factas. argumento. l. si pecuniam. ff. de condictione causa data, causa non sequuta, pro quo addo bonam glossam fin. in clementina finali, de renunciatione.

Cõcordia cõfirmanda, si in aliqua parte cancellatur, an sit nihilominus seruanda.

Quando autem fit concordia sub conditione, si Papæ beneplacitum accesserit, & porrecta supplicatione pro obtinendo dicto beneplacito, & approbatione, fuerit cancellata aliqua clausula, conditio, vel modus, sub quibus, & non aliter partes concordari voluerunt: licet in reliquis sit supplicatio signata, tunc euanescit talis

86 concordia ex defectu † consensus contrahentium: quia voluntas, ad beneplacitum data, siue datum, cessante beneplacito, quoad cancellata, censetur denegata, & nihil dicitur actum, vt docet Puteus decis. 272. *in causa Toletana*. num. 1. & 2. lib. 3. Caputaq. decis. 206. num. 1. & 4. ac per totam, cum ibi allegatis. parte prima: & in hoc casu, cum neutra pars fuerit in culpa, non erit locus refectionis expensarum, vt in proximo casu ad regulam sine culpa 23. de regulis iuris, in sexto.

Ita vt, cum semel gratia sit nulla, non subsistineatur, quamuis neutra pars postea contradicat. Acchiles decisione 12. de pensionibus. Caputaquen. decisione 86. parte tertia. Mohedanus decisione 4. & decisione 12. de renunciat.

Aliquando tamen, quamuis sit cancellata aliqua clausula de contentis in concordia, seu mandato ad resignandum; nihilominus resignatio admis-

87 sa, quoad reliqua remanet valida, † & firma, vt fuit resolutum in vna Abulen. beneficij 20. Nouembris 1551. teste Caputaqu. decisione 89. parte tertia, vbi resignans dederat mandatum ad resignandum beneficium, reseruata in sui fauorem pensione 100. ducatorum, cum facultate transferendi, & Datarius noluit concedere istam clausulam transferendi, Immo illam à supplicatione cassauit, quia non datur, nisi cum maxima difficultate, & nihilominus procurator consensit, sine dicta clausula. Dubitatum fuit; An resignatio valeret? ex quo non videbatur seruata forma mandati, & fuit tentum, quòd resignatio valuit, & quòd erat seruata forma mandati:

88 Quia clausula transferendi, tamquam † impossibilis, & quæ solet omnibus denegari, videbatur pro non apposita in mandato. l. apud Iulianum. §. constat. ff. de legat. primo, vbi Alexan. & Ias. Et vbi diligentia est

89 frustratoria, tunc non est opus aliqua † diligentia. Felinus in cap. ex transmissa. num. 2. & 6. de præscriptionibus, & propter denegationem clausulæ transferendi, non infertur ad denegationem consensus, quoad reliqua, si per Sedem Apostolicam non concedebatur, quamuis clausula hæc esset posita in mandato. hactenus Caputaqu. dicta decisione 89. p. 3.

Pariter fuit resolutum in vna Corduben. concordiæ 29. Octobris 1601. coram R.P.D. meo Litta, me obtinente, quòd quamuis de concordia inita inter Capitulum Corduben. & Marchionem de Pliego, sub beneplacito

90 Sedis Apostolicæ † confirmanda, essent in confirmatione cancellatæ nonnullæ clausulæ, non substantiales: ac additæ aliæ clausulæ, quæ aut tacite inerant, aut modici momenti erant: Non propterea deficiebat consensus partium, nec corruebat concordia, sed potius, tanquam valida, & firma erat exequenda, prout factum fuit.

Sic etiam Paulus Parisius consilio 15. *circa dubiorum*, numero 14. & 15. libro quarto,

consuluit, quòd erat valida alia resignatio facta per procuratorem, vigore cuiusdam
91 mandati, habentis certam clausulam † vitiosam, & simoniacam, vt talis resignatio fieret medio vitioso: si procurator omisso vitioso medio, resignationem liberam in manibus legati fecerit. Quoniam mandatum effectualiter fuit exequutum, solum diuersitas consistit inter mandatum, & eius formam, & executionem illius à procuratore factam: nam mandatum erat, vt resignatio fieret medio, & forma vitiosa, & procurator executus est omisso medio vitioso, libere resignando, & sic resignatio, ita executa valuit; nam procurator exequutus est vtilius, & melius, quam Dominus mandasset, propter quod non potest dici, quòd egressus fuerit fines mandati: & hoc, quod
92 vtiliter † gessit, debet attendi, & non quod omisit, quia illud non debet esse in consideratione, & allegat pulchrum consilium Ancharani 28. incipit, *rationes inductæ.* num. 3. cum sequentibus.

Similiter in vna causa Ispalen. pensionis 21. Octobris 1575. fuit resolutum in Rota, teste Cæsare de Grassis decisione decima, de præbendis, vbi quidam dedit mandatum ad resignandum beneficium in fauorem N. in euentum, quòd ille consentiat reseruationi pensionis soluendæ, litteris non ex-
93 peditis, accedente † Papę beneplacito: & porrecta supplicatione, Papa deleuit illa verba supplicationis, *litteris non expeditis*, & procurator consensit: fuit dubitatum. An reseruatio pensionis esset valida? & resolutum, quòd sic, ex eo, quòd illa verba mandati, *accedente beneplacito*, referuntur etiam ad clausulam, *litteris non expeditis*, quę clausula cadit sub verbo, *obligari teneatur*, vnde cum resignans voluerit, quòd ita demum apponatur hoc decretum de soluenda pensione litteris non expeditis, si Papa voluerit: quòd cum Papa noluerit, ex quo deleuit dicta verba, consequenter, cessat etiam in hoc sua voluntas, quia deficiente conditione perinde est, ac si actus à principio factus non fuisset, vt in dicta decisione 10. continetur.

Vbi numero finali respondet ad aliam decisionem Corduben. dimidiæ portionis coram Chiroga, sub die 14. Nouembris 1558. vbi fuerat decisum, quòd omnia contenta in mandato sunt seruanda, alias resi-
94 gnatio est nulla, cum forma mandati † seruata non sit, cap. cum dilecta, de rescript. cap. si cui de non sacerdotali, de præbend. libro sexto: & quia omnia contenta in mandato, seu concordia, sunt indiuidua, & tota concordia corruit ex defectu vnius Capitu-
95 li, † etiam minimi non confirmati. Caputaq. decisione 206. numero 4. & 5. parte 1. Mohedan. decisione 10. numero primo, de senten. & re iudicata.

Respondet (inquam) dicta decisio 10. numero finali, quòd in illo casu decisionis Corduben. constituens volebat omnia simplici-
96 ter † adimpleri, prout etiam fuit in casu dictę decisionis Putei 272. libro tertio, cum similibus: At vero in casu dictæ decisionis Hispalen. non simpliciter, sed restricte, & conditionaliter, nempe, accedente Papæ beneplacito, adiecta fuit d. clausula.

Addo etiam, quòd quando fit aliquod pactum illicitum in materia beneficiali; veluti in permutatione beneficiorum sub beneplacito Papę: si non postulato, nec obtento dicto beneplacito partes fecerint dictã permutationem coram Ordinario, com-
97 mittunt simoniam, † nec suffragatur aliquid dicta conditio beneplaciti Apostolici, eo ipso, quòd non fuit procuratum, nec obtentum beneplacitum. Mohedanus decisione 167. alias 1. numero secundo. sub titulo de simonia.

98 Nisi adiecta sit clausula, *quatenus opus † sit beneplacito Apostolico*, & postea verificetur, quòd necessarium non erat, vt dixit Rota decis. 519. sub numero 3. vers. *minus facit.* p. 1. diuersor.

Quid autem, si fuerit facta concordia sub beneplacito Sedis Apostolicæ, & confirmatio fuerit ab vno Papa denegata. An possit altera pars instare, quòd expectetur
99 ad voluntatem alterius † Papæ succedentis, cum Sedes Apostolica non deficiat, & non fuerit facta concordia sub beneplacito nominis proprij, sed dignitatis? vide Rotam decisione 290. numero secundo, parte tertia, libro tertio diuersorum, vbi habetur, quòd non, ex quo fuit semel denegata, & conditio defecit.

Et quando in secunda concordia censeatur tacite repetita conditio beneplaciti
100 Apostolici, † quæ fuerat appositа in prima, licet in secunda expressa non fuerit, lege decisionem 282. *in causa Toletana*, numero tertio, libro secundo, parte tertia diuersorum, & vide, quę in simili dixi in glossa sexta. numero 177.

Summaria §. 1. Glossæ 12.

1 *Dictionis* (vsque) *natura est, quòd regulariter includit, & non excludit, & numero secundo.*
3 *Concessio castri, vsque ad tertium gradum, includit tertium gradum.*
4 *Dictio* (vsque) *includit in materia fauorabili, secus in odiosa.*
5 *Substitutio facta, vsque ad vltimum filium, excludit illum.*
6 *Emphiteusis Ecclesiastica, vsque ad quartam generationem interpretari debet exclusiue.*
7 *Dictio* (vsque) *etiam in pœnalibus stat inclusiuè.*
8 *Priuatio filiorum hæretici, vsque ad secundam generationem includit nepotes ex linea masculina.*
9 *Declarans nihil immutat.*
10 *Opinio Bartoli de natura dictionis* (vsque) *tenetur à Rota.*
11 *Dictio* (vsque) *stat exclusiue, quando ex mente contrahentium, ita colligitur, vt in exemplo assignato.*
12 *Dictio* (vsque) *stat exclusiue, ratione absurdi vitandi ex parte rei, vt si quis dicit flumen, vsque ad ripam.*
13 *Vendens fundum, vsque ad viam publicam, vel sepulchrum excludit illa.*
14 *Terminus assignatus ad probandum, vsque ad diem Dominicam excludit illam.*
15 *Promittens dare vnam libram carnis, vsque ad diem Veneris excludit Venerem.*
16 *Coadiutor datus tutori, vsque ad pubertatem pupilli excludit pubertatem.*
17 *Tutor, nec Curator dari non potest pupillo, nisi durante tempore pubertatis.*
17 *Dictio* (vsque) *contenta in regula de annali, qualiter concipiatur.*
18 *Dictio* (vsque) *stat exclusiue, quando ex violentia verborum colligitur, vel quando inclusio esset inimica dispositioni, nu. 19. vel repugnaret alteri legi, & nu. 20.*
21 *Dictio* (vsque,) *&* (Ad) *denotant terminum, ad quem, & sunt eiusdem naturæ, & numero 29.*
22 *Dictiones* (A, Ab, ex) *denotant terminum a quo, & regulariter sunt exclusiuæ, & separatiuæ, numero 23. nisi ex materia subiecta, vel vt euitetur absurdum, vel correctio aliter intelligatur, & nu. 24.*
25 *Statutũ disponens, quòd a pulsu campanæ de sero nemo incedat cum armis stat exclusiue; secus si de mane, & nu. 26.*
27 *Lex Hispana dicens, quòd post pulsatam campanam quietis, non afferantur arma, intelligitur post finitum pulsum campanæ.*
28 *Testis disponens vidisse post sonum campanæ, si non addit finitum, non concludit.*
29 *Dictio* (ad) *includit, & ponitur pro* (valde) *numero 30. & denotat causam finalem, numero 31. & capitur alijs multis modis, num. 32. & 33.*

§. 1. gl. 12. vbi agitur de natura dictionis (vsque,) & dictionis (ad.)

CVM in hac glossa 12. contineatur ista dictio (*vsque*) visum fuit mihi aliqua de
1 illius natura † dicere, priusquam ad sequentem glossam transeam.

Natura igitur istius dictionis (*vsque*) est, quod regulariter stet inclusiue, & sic includat, non autem † excludat. l. patronus 35. §. Sempronius. ff. de legat. 3. l. cum clericis. §. memorati. C. de Episcopis, & Clericis, l. ideſt vsque ad duos aureos. 10. & ibi gloss. ff. de dolo malo. l. post dies. C. de aduocat. diuers. Iudicum. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamen. cum alijs pluribus allegatis à Oldrado, cons. 48. *consueuit dubitari.* nu. 3. Bart. in d. l. patronus, §. Sempronius, vbi latissime. Archidiaconus, Ioannes Andreas, & Geminianus, per tex. ibi in cap. si gratioſe, num. 7. Philippus Franchus, num. 2. de rescript. lib. 6. Alexand. cons. 101. num. 20. lib. 3. & cons. 114. num. 5. vers. *quia.* lib. 5. Philippus Probus in additione ad Ioann. Monach. in cap. fin. num. 33. de exception. lib. 6. Brunus cons. 109. nu. 16. volum. 1. Purpuratus cons. 389. num. 1. Magon. in decis. Florentina 8. num. 2. cum pluribus sequentibus. Rota decis. 170. *Domini dixerunt.* num. 1. parte secunda diuersorum, vbi fuit resolutum, quòd concessio Castri, vsque ad
3 tertium gradum includebat tertium † gradum, tradit etiam Corbul. de causa priuationis ob lineam fœmininam, num. 278. vers. *extenditur quarto.* Socinus consil. 25. *Dominus Franciscus*, num. 2. & 3. lib. 1.

Quod quidem procedit in materia fauorabili, nam in odiosa, & pœnali non includit,
4 sed potius † excludit. glossa 1. in d. l. ideſt vsque. ff. de dolo malo. l. a Caligato, vbi Bal. num. 4. & 5. C. de nuptijs, cap. 1. vers. *si enim.* de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit

Episco-

Episcopatui, iuncta glossa ibidem, verbo *vsque*. Oldrad. cons. 49. sub n. 5. Decius in cons. 511. *vise testamento*. nu. 3. vbi tenet, quòd substitutio facta vsque ad vltimum filium, non
5 comprehendit, sed excludit filium † vltimum, quia fideicommissi grauamen cõtinet onus, & odium, & sic excludit, post Cinum, & Baldum, quem allegat in authentica hoc amplius, propè finem. C. de fideicommissis.

Vnde Felinus in cap. per tuas, num. 9. de probationibus, & Corbul. vbi supra, num. 56. vers. *quia verba dubia*. cum alijs per eos allegatis dicunt, quòd emphiteusis Ecclesiastica, data vsque ad quartam generationem, cum sit odiosa respectu Ecclesiæ, debet in-
6 terpretari † exclusiue in fauorem Ecclesiæ, vt quanto citius fieri possit, inuestitorum numerus finiatur, & hanc distinctionem admittit Tiraquell. de vtroque retractu. §. 1. glossa vndecima, num. 45. vers. *etiam ex simplici præsumptione*.

Cæterum prædictam distinctionem impugnat Bart. in l. patronus, §. Sempronius, sub numero 1. colum. 1. vers. *vt ergo liqueat*. ff. de legat. 3. per tex. in l. saccularij. §. sunt quædam. ff. de extraord. crimin. vbi tractatur de pœnis, quæ sunt odiosæ, & tamen dictio (*vsque*)
7 † ponitur inclusiue. Idemque est in casu. l. si cum exceptione. §. quatenus. ff. quòd metus causa: & quamuis ipse Bartolus dicat, quòd possit responderi, quod in illis casibus est certum de mente legis, volentis includere: tamen asserit dictam dictionem confundi, per tex, in c. quicumque. iuncto, cap. statutum. de hæreti. lib. 6.

8 Nam in d. cap. quicumque † sancitur, quòd hæretici, & eorum filij sint priuati omni honore, & officio publico, vsque ad secundam generationem: & postea d. cap. statutum declarando d. capit. quicumque dicit, quòd prædata pœna, vsque ad nepotes extendatur in linea masculina, & in linea fœminina ad solos filios, vbi glossa verbo, *volumus*, dicit, quòd dum loquitur tex. de linea masculina, declarat tantum ius vetus in d. cap. quicumque, dum vero loquitur de linea fœminina statuit ius nouum, & bene: nam qui declarat
9 nihil immutat, aut alterat: † sed tantum id, quod est propalat. & certum facit, l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testament. Antonius Gabriel, titulo de regulis iuris, conclusione 3.

Et quamuis ad dictas decretales posset responderi, quòd d. cap. statutum, aliquid de nouo induxit, si non quoad rem ipsam, nec mentem Pontificum, saltim quoad vim verborum, certamque illorum significationem, de qua agimus: vel quòd sit speciale in odiũ tanti criminis, prout etiam contra Bartolum respondet, & tenet Modernus Polidorus Ripa in tracta. de nocturno tempore, c. 63. nu. 29. cum multis seqq.

Nihilominus opinio Bartoli videtur tenenda, saltim, quando hęc dictio (*vsque*) est
10 adiecta gradui, vel numero, & ideo Rota † d. decis. 170. num. 5. parte secunda diuersorum, reprobat dictam distinctionem, & sententiã Decij in d. cons. 511. numero 3. & affirmat, quòd dicere, quòd in materia odiosa dictio (*vsque*) non includit, loquitur contra communem Doctorum.

Quo circa occurrendum est ad distinctionem Bartoli in d. §. Sempronius, vbi distinguit, quòd quandoque hæc dictio (*vsque*) ponitur simpliciter, non autem respectiuè: quandoque respectiuè, scilicet respectu termini à quo, ad terminum ad quem, quod potest contingere quatuor modis. Nempe respectu loci, respectu temporis, respectu numeri, & respectu gradus, vt in exemplis, & legibus per ipsum Bartolum assignatis, & allegatis. Et nihilominus in prædictis casibus dictio (*vsque*) vt plurimum ponitur inclusiuè, & de hoc est regula constituenda.

Nisi quando ex coniecturis, vel ex mente disponentium aliud appareat, veluti si vendo fundum vsque ad domum, quia potest esse domus de fundo, & tunc ex quantitate
11 pretij † est præsumendum, Vtrum domus includatur, vel non. argumento tex. in l. semper in stipulationibus 34. ff. de regulis iuris. Bart. in d. §. Sempronius. Ioannes Andreas, num. 11. Abbas, num. 7. in cap. 1. de ordinat. ab Episcopo, qui renunciauit. Gregorius Lopez in l. 2. glossa *valer tanto*. titulo finali, Partita septima.

Vel ratione euitandi absurdi, siue ex parte rei: nam si quis dicit flumen vsque ad ri-
12 pam, ipsam excludit, † ex parte, & natura rei, l. 1. §. in publico flumine, & l. penultima. ff. de fluminibus. Baldus in d. l. a Caligato, num. 5. vers. *exemplum de secundo*. C. de nuptijs, vbi etiam ponit exemplum de vendente fundum
13 vsque ad viam † publicam, vel vsque ad sepulchrum, quia via publica, nec sepulchrum, vendi non possunt.

Siue oriatur absurdum ex parte temporis, veluti si litiganti assignetur terminus ad probandum, vsque ad diem Dominicam, il-
14 la dies Dominica stat † exclusiuè, quia alias resultat absurdum, & prauus intellectus. Nã in die Dominica iudicia conquiescunt, cap. fin. de ferijs. Rota d. decis. 170. numero tertio, parte 2. diuersorum.

Item ratione verisimilitudinis, vt si promitto dare tibi vnam libram carnis vsque
15 ad diem Veneris, ponitur † exclusiuè, quia in die Veneris caro non comeditur. Bartolus in dicto §. Sempronius, versic. *item ex verisimilitudine*.

Nec

Nec non, quando de necessitate res debet esse separata, verbi gratia, do Titium coadiu
16 torem tutori, vsque ad pubertatem† pupilli, quia pubertas non includitur, cum de necessitate pubertas debeat esse separata a pupillari ætate, l. quæsitum. ff. de tutelis. Et quia pupillo non potest dari tutor, nec curator, nisi durante tempore ætatis pupillaris, alias
17 actus erit† nullus, l. curatorem. ff. de tutoribus, & curat. datis ab his. Caputaquen. decis. 158. nu. 3. & 4. par. 1.

Prout etiam dicta dictio (*vsque*) contenta in regula 35. de annali, dum dicit (vsque ad sententiam inclusiue prosequi debeat) est intelligenda, vt sufficiat, si pars instet, & per illam non stet, quamuis sententia intra annum pronunciata non fuerit. Mandosius ibidem, quæst. 75. num. 4. vers. *quintus*. Crescen. decis. 5. numero 3. & per totam de exceptionibus.

Item, non stabit inclusiue, sed potius exclusiue hæc dictio (*vsque*) quando ex nimia vio-
18 lentia verborum hominis, vel legis, aliter† colligatur. text. in l. sunt quędam. ff. de extraord. crimin. l. item si cum exceptione. §. quatenus autem. ff. de eo, quod metus causa. Polidorus Ripa post Bartolum, vbi supra, numero 34.

Nec quando inclusio esset inimica, & non
19 consonans legi,† vel dispositioni, quia tunc stabit exclusiue memorata dictio (*vsque*) Abbas in d. cap. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit, num. 5. Marian. Socin. cons. & numero 28. Berous consil. 148. numero 48. libro secundo.

Idem etiam esset, quando in vna lege apponeretur ista dictio (*vsque*) & nisi sumeretur exclusiue repugnaret dispositioni alterius le
20 gis,† vt probat tex. in l. 1. vers. *sed & si ea sit causa*. ff. an per alium causæ appellationis redi possint, iuncto text. in l. absentem, versic. *melius statuetur*. ff. de pœnis, & bene declarat Menochius de arbitrarijs, libro 1. quæst. 80. numero 92.

Eadem etenim, quæ diximus de hac dictione (*vsque*) militare videntur
21 in dictione (*ad*)† nam vtraque dictio denotat terminum, ad quem. Oldrad. cons. 49. num. 3. & num. 5. vers. *de (ad)* vbi etiam ponit, quòd pariter apponatur regulariter inclusiue, l. non putabam. ff. de condition. & demonstration. Archidiacon. in c. Præsbyter, in princ. 78. distinct. & prosequar inferius, a num. 29. vsque ad 33.

Quo vero ad dictiones denotantes terminum, a quo, vt sunt dictiones (*a, ab, ex*) Bart. in d. § Sempronius, in fine dicit,
22 quòd pariformiter regulantur, vt stent† inclusiue, vel exclusiue, secundum distinctiones traditas, quoad dictiones (*vsque*) & (*ad*) quę significant terminum, ad quem. Oldrad. d. cons. 49. num. 1.

Regulariter tamē istæ dictiones (*a, ab, ex.*) denotantes terminum a quo, suapte natura
23 sunt exclusiuę,† & separatiuę. Magonius d. decis. Florentina 8 *frequens est*. num. 7. vers. *& maxime si terminus*. Castrensis in l. 1. num. 2. Alex. num. 18. ff. si quis cautionibus. Alexan. cons. 42. *in causa*. num. 5. vers. *quia statutum*. volum. 3. & cons. 114. *visa*. numero 2. vers. *& sic propter dictionem*. lib. 1. Tiraq. de vtroq; retractu. §. 1. glossa 11. num. 51. 52. & 53. Polidorus Ripa d. cap. 63. a num. 1. & sequen. & a num. 42. Rota decis. 75. num. 2. parte 2. diuersorum, & decis. 710. num. 4. p. 1. diuers.
24 Nisi aliud materia subiecta,† vel natura actus, aut mens disponentium, seu fauor, aut odium, vel vt euitetur absurdum, vel correctio persuadeat, nam tunc stabit inclusiue. Bald. cons. 457. num. 3. ante medium, vers. *aut qualitercumque*. lib. 1. Tiraquel. vbi supra, num. 33. cum pluribus sequentibus. Rota d. decis. 75. num. 3. vsque ad num. 10. par. 2. diuersorum, vbi loquitur in terminis regulę de infirmis resignantibus 18. alias de viginti.

Vnde dixit Ioan. de Ferra. in sua praxi in forma cap. quando testes producantur ad æternam rei memoriam, & Firmanus in verbo *A*. vers. *hanc theoricam*. quòd stante sta-
25 tuto, vt a pulsu† campanæ de sero nullus incedat cum armis, vel vadat per vicos, sub certa pœna, statutum illud, est intelligendum, exclusiue, post finitum pulsum campanæ: stāte vero alio statuto, vt a pulsu cāpanæ de mane quilibet possit incedere cū armis,
26 vel exire, dictio (*A*) stabit† inclusiue: & hoc non alia ratione, nisi quia prior statuti dispositio est odiosa, tendens ad condēnationē, & pœnam: posterior vero sanctio est fauorabilis absoluens, & in libertatem quodammodo, redigens, vt tradit Polidor. Ripa d. cap. 63. n. 46. & 47.

Lex autem nostræ Hispanię 6. titulo 6. lib. 6. recopilationis, quæ prohibet arma portari de nocte, non loquitur per dictas dictiones (*a*) nec (*ab*) nec (*ex*:) sed dicit, quòd post pulsatam campanam quietis arma non deferantur: intelligenda tamen erit post finitum pulsum campanę, & sic exclusiuè, ita vt
27 quamdiu duret pulsus† cāpanæ cesset prohibitio, vt mitius interpretetur, & delictum excludatur. Baldus in l. 2. §. creditum, sub nu. 1. ante finem, vers. *& facit ad statutum*. ff. si cert. petat. vbi firmat, quòd si statutum dicit, quòd post sonum campanę tertię, pœnæ duplicentur, & testis dicit post sonū, non tamen adie-
28 cit finitum, † non concludit ad pœnam duplam, quia debet intelligi de sono finito. Burgatus cons. 141. incipit, *legi seriosum*. numero 2. vers.

L. 6. tit. 6. lib. 6. recop. de non portandis armis pōst certam horam declaratur.

vers. *tum rursus.* volum. 2. & ita practicari vidi, licet Socinus ad d. §. creditum, num. 6. pro contraria opinione Baldum alleget. Credo tamen, quòd littera Socini sit minus correcta, & deficiat hæc dictio (*non*) ita vt, vbi dicit, quòd sufficit, debeat dicere, quòd non sufficit, prout ipse Bald. per eum allegatus, dicit, secundum quem est intelligendus Socinus, iuxta doctrinam Bartoli in l. non solum. §. libertus, numero septimo. ff. de libera tione legata.

29 Rursus hæc dicta dictio (*ad*) includit † tempus, numerum, vel actum, cui adijcitur, vt probatur Genes. cap. fin. versus finem, ibi, *vidit etiam filios vsque ad tertiam generationem.* Cicero pro Cecina dicit, *cum amicis ad diem veni in castellum.* l. 3. §. qui habebat. ff. de seruitut. rustic. prædior. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 11. num. 67.

30 Nec non hæc dictio (*ad*) auget, † & accipitur pro (*valde*) vt 2. Regum, cap. 14. *adaugeat Dominus Deus tuus, ad Populum tuum, &c.* l. non putabam, & ibi gl. Albericus, & Bald. ff. de condi. & demonstra. Oldrad. cons. 49. *consueuit.* col. 2. sub num. 3. Felinus in c. cum vigesimum, post. num. 7. vers. *sed quid si dicatur, cum perueniat ad annum* 18. de officio delegati.

Item ista dictio (*ad*) denotat causam finalem, † & substantialem. Baldus in l. ex annali, numero tertio. C. de action. empt. Rota decis. 37. numero secundo, parte secunda diuersorum.

31

Item dictio (*ad*) denotat quemdam accessum, vt docet diuus Thomas, parte 3. quæst. 58. articulo 3. super illis verbis, *Sedet ad dexteram Patris.*

Aliquando accipitur pro (*intus*) vt in rubro, & nigro. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.

Aliquando pro (*cum*) vt Exodi, cap. 32. ibi, *sicut loqui solet homo ad amicum suum.*

Aliquando significat idem, quod (*pro*) l. cui muneris 12. cum glossa. ff. de muneribus, & honoribus.

Aliquando capitur pro (*in*) vt Iudicum, cap. 5. ibi, *quia non venerunt ad auxilium Domini ad Orientem,* & Paralipom. cap. 5. ibi, *in omni plaga, quæ respicit ad Orientem.*

32 Aliquãdo accipitur (*ad*) † pro (*iuxta*) l. quidã Hiberus. ff. de seruitut. vrban. prædior. Bartol. in l. militis codicillis. C. de milit. testamento.

Aliquando significat idem, quòd (*post*) l. qui duos, ff. de manumiss. testamento.

Aliquando ista dictio (*ad*) accipitur pro

33 (*contra*) † l. 1. iuncta glossa 1. ff. an per alium caus. appell. red. l. cõmissa, & ibi gl. in verbo *ad hæredem*, idest contra hæredem. ff. de publican. l. item apud Labeonem, vers. *proinde si quis ad domum tuam.* ff. de iniurijs.

De qua dictione (*ad*) vide etiam Bartol. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo (*ad.*) Albericum in dictionario, verbo *ad.* Alexan. in l. si cui legauit, num. 3. ff. de legat. 1. Tiraquell. de retract. lignager. §. 1. glossa vndecima, numero 67.

Summaria Glossæ 13.

1 *Regula nostra excludit beneficia in Romana Curia vacantia.*

2 *Vacare in Romana Curia, quæ beneficia dicantur.*

3 *Beneficia consistentia in Vrbe spectant ad collationem Papæ, qui dicitur Episcopus Romæ, nu. 4. & 6.*

5 *Nominibus pluribus Papa appellatur.*

7 *Vrbis beneficiorum collatio est charior Papæ.*

8 *Vrbis beneficia impropriè dicuntur reseruata, cum nemo sit, qui Papam præueniat; & numero nono, & vndecimo, & num. 28. declaratur, & num. 75.*

10 *Priuatio non intrat, nisi habitus precedat.*

12 *Cancellaria est organum mentis, & vocis Papæ.*

13 *Cancellaria non solet expedire litteras beneficiorum de Vrbe, tamquam de reseruatis.*

14 *Reseruatio cap. 2. de præbend. in 6. non procedit in beneficijs de Vrbe, nisi sit Curialis ille per quem vacant, nu. 15. ne irrogetur grauamen alteri ordinario, nu. 16. vel quando Curia est extra Vrbem, & nu. 17.*

18 *Vinculum duplex concurrit in beneficijs de Vrbe per curialem vacantibus, & numero 19.*

20 *Cardinales habent ordinariam iurisdictionem in suis Ecclesiis titularibus, si sunt præsentes in Vrbe.*

21 *Canonicatus, & præbendæ Sancti Ioannis Lateranen. Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe reseruantur a Papa, ad maiorem cautelam, n. 22. vel ad tollenda priuilegia, & indulta prouidendi, & n. 26.*

23 *Reseruatio vnius, est præseruatio alterius.*

24 *Exceptio iudicat regulam in contrarium, quando constat de iure præseruato, & n. 25.*

27 *Cappellaniæ Cappellæ Gregorianæ, non includuntur sub indultis conferendi, concessis Archipresbytero, & Capitulo Sancti Petri de Vrbe.*

29 *Vacare in Vrbe Romana dicuntur, beneficia vacantia apud sedem.*

30 *Beneficia vacantia apud sedem ante cap. 2. de præbendis*

præbendis in 6. per quem conferebantur, & num. 31.

32 Vacare apud sedem beneficium, quando dicitur & nu. 33. remissiue.

34 Clementina prima, vt lite pendente, venit ad declarationem, cap. 2. de præben. in 6.

35 Vacationis apud sedem reseruatio est efficacior omnibus, & non includitur in facultate conferendi, cum clausula motus proprij, & n. 36.

37 Reseruatio vacationis apud sedem non includitur in indultis Cardinalium, nec in regula de triennali, & nu. 38.

39 Vacantia beneficia apud sedem difficilius Papa concedit, cum intendat illa semper dilectis personis conferre.

40 Legatus de latere non potest conferre beneficia apud sedem vacantia.

41 Reseruatio c. 2. de præben. in 6. an includat beneficia regularia.

42 Vacare dicuntur in Curia beneficia per resignationem, vel permutationem in manibus Papæ factam.

43 Vacare dicitur in Curia beneficium resignatum in manibus proprij Episcopi, etiam ex causa permutationis, & n. 44.

45 Vacare dicitur in Curia beneficium illius, qui præsens, vel absens per contumaciam fuit ex aliquo defectu priuatus.

46 Vacare dicuntur in Curia omnia beneficia reseruata per extrauag. ad regimen, vel alio quocumque modo, & nu. 47.

48 Vacare beneficium apud sedem, aliud est, & aliud vacare in Curia, & numero 49. & 50. & 53.

51 Vacare apud sedem, & in Curia idem est, impropriè loquendo, & n. 52.

54 Regula nostra dum excepit beneficia vacantia in Curia, de quibus intelligat.

55 Vacatio in Curia per excellentiam intelligitur de vacatione iuxta cap. 2. de præbend. in 6. sicut ius ciuile, de iure Romanorum, nu. 56. & per Poetam Virgilius, nu. 57. & per Apostolum Paulus, & n. 58.

59 Potentiori, & à digniori sumitur denominatio.

60 Verba extra Rom. Curiam. contenta in concordatis, & indultis Cardinalium, qualiter intelligantur, & nu. 61.

62 Vsus communis loquendi semper attenditur.

63 Vacare in Curia dicuntur beneficia, quæ vacant in Vrbe, & nu. 65.

64 Regula nostra octaua non comprehendit Cardinales.

66 Reseruatione vna data, secunda reseruatio est inanis, & nu. 74. & 79.

67 Reseruationis causa cessante, cessat, & reseruatio.

68 Paria sunt, vacare in Curia beneficium, vel esse alias reseruatum.

69 Plenitudo repletione non indiget.

70 Dominium ex vno titulo acquisitum non potest amplius ex alio titulo acquiri, & secundus titulus nullius est momenti, & nu. 71.

72 Superflua omnia reprobantur.

73 Vacatio prima impedit vacationem sequentem.

75 Papa non censetur beneficia a se ipso, sibi reseruare.

75 Legare, nemo potest a seipso, sibi.

76 Constituere reseruationem, & illam destruere sunt correlatiua.

77 Exceptio debet esse de regula.

78 Mensis expressio non est necessaria, quando beneficium est alias reseruatum.

80 Potestas semel sublata nō est auferēda de nouo.

81 Reseruationes plures concurrere possunt super eodem beneficio, quòd potest esse tripliciter reseruatum, & nu. 87. & 88.

82 Excommunicatus semel, potest iterum excommunicari, sicut semel ligatus, potest nouo vinculo ligari, & nu. 83.

84 Lucerna coram Sole non lucet.

85 Dispensatio super vno impedimento, non sufficit si aliud remanet.

86 Mens Papæ est consideranda ad inspiciendum, si voluerit de nouo reseruare beneficium, iam reseruatum, & n. 89.

90 Effectus quis resultet ex eo, quod regula nostra de nouo reseruet beneficia prius reseruata, & num. 91.

91 Multiplicata reseruatio exprimi debet, alias gratia non tenet.

92 Vincula plura, fortiora sunt vno, & existentibus pluribus impedimentis, vno sublato aliud remanet, & nu. 93.

94 Seruitutibus duabus existentibus, vna sublata remanet altera, idemque est in iure renunciato, & num. 95.

96 Duplex prohibitio statuti, & testatoris, si concurrit, non potest filia agere ad supplementum.

97 Dispensationes tot requiruntur, quod obstacula.

98 Obstacula plura si concurrunt, non sufficit clausula generalis.

99 Derogatio indultorum Cardinalium non suffragatur, quando Cardinalis est ordinarius collator, nisi exprimatur.

100 Qualitates si plures requiruntur, omnes concurrere debent.

101 Indultum ad conferendum beneficia reseruata, an extendatur ad reseruata duplici reseruatione.

Extra Romanam Curiam.glossa 13.

REGVLA nostra reseruat omnia beneficia, vacãtia extra Romanam Curiam,& consequenter vacantia in Romana Curia
1 non includuntur † in reseruatione regulæ nostræ.

Vnde in primis videre necesse est,quę sint
2 beneficia vacantia in Curia Romana : & postmodum inspiciemus,de quibus vacationibus intelligatur regula nostra, & quis effectus ex hoc sequatur.

Primo dicũtur in Curia vacare omnia be-
3 neficia in Vrbe Romana consistentia, † quæ spectant ad collationem solius Papæ, cũ ipse solus habeat intentionem fundatam in iure illa conferendi,tamquam Episcopus Romæ.
4 † c.si quis Episcopus, post principium, ibi, *dignetur Episcopus Romanus,&c.*2.quæst. 16.& in suprascriptione,c.transmarinos 98. distinctione,& in suprascriptione, c.si quis Episcopus 7.quęst. 1. nec non in suprascriptione. l. inter claras 8.C.de summ.Trinit.& fid. Cathol. Alphonsus Soto glossator antiquus in reg.Cancellariæ 7.pagina 2.vers. *sed bene reperio,quòd vocetur Vrbis Romæ Episcopus.* Æneas de Falconibus in tracta.de reseruationibus. 2. q. principali,n.9.Ludouicus Gomezius in reg.de trienn.q.31.num.14.in fine.Mandos. in reg.7.Cancellarię,nu.2.Hieronymus Gabriel cons.200.nu.5.lib.2.

Beneficia cõsistentia in Vrbe, an dicantur vacare in Curia, & plura de illis.

Ideo dicit Geminianus consilio 93.*Clemens VII.* num 22. quòd Papa quandoque dicitur
5 † Romanus, vel Romanæ Ecclesię Episcopus; aliquando Vrbis Romæ Archiepiscopus; aliquando Papa Vrbis Romæ, aliquando Patriarcha; aliquando simpliciter Episcopus; quandoque Vicarius Beati Petri; aliquando Rector vniuersalis Ecclesiæ, &c. refert etiam Mandosius in dicta regula 7.sub num.3.& plenissime per Ludouicum Gomezium in cap. 1. de constitutionibus in 6. ex numero 1.cum 48. sequentibus per totum illud primum notabile,& tetigi in gl.1.in fin.

Cum igitur solus Papa sit Vrbis Episcopus,& Archiepiscopus, & Patriarcha, ipse
6 solus potest † conferre beneficia in Vrbe consistentia Romana, & ad ipsum dumtaxat pertinet illorum collatio, vt supradicti Doctores tradunt.

Hinc dicit Gomezius in dicta regula de annali,quæst.3. nu. 18. vers. *sic itaque*, quod beneficiorum Vrbis collatio est Papæ ma-
7 gis † chara,quam existentium extra Vrbem, & in Curia vacantium, nam beneficia Vrbis Papa confert iure proprio,& ordinario.

Quocirca ista beneficia consistentia in
8 Vrbe, impropriè dicuntur reseruata.† Nam reseruatio ideo fit propter timorem prę uentionis, quando alius à Papa potest conferre,
9 & ne Papam † præueniat, ac se intromittat: vt dicit Gomezius vbi supra, num. 15. vers. *merito igitur ad Papam tantum*. Æneas de Falconibus de reseruationibus, secunda parte, de reseruatione legati de latere,præludio 2. num. 1.vers.*propterea reseruatio.* Quia non se-
10 quitur priuatio,nisi prędecedat † habitus,quem præsupponit,l.decem 116.ff.de verbor.obligation.l.remittit. ff. de iur. iuran. Sed ista beneficia nullus alius pręter Papam potest conferre,nisi subsint titulis Cardinalium, igi
11 tur non cadit † in illis reseruatio, vt tradit Alphonsus Soto super dicta regula 7.ante finem, vers. *& ex ista regula sequitur.* Æneas de Falconibus in dicto tractatu, secunda parte principali sub num.9.vers. *idcirco ad ipsum.*& sentit Gomezius in regula de triennali,q.31. num. 24.in fine,vers.*ratio est.*

Vnde Cancellaria Apostolica, quæ est or-
12 ganum mentis, & vocis † Papæ,vt dicit Cassadoru†,decis.3.num. 3.de reseruationibus, ante medium, vers. *pro qua interpretatione*, & decis.2.num.7.de vnionibus,non solet expedire litteras gratiarum de beneficijs de Vr-
13 be,tamquam de reseruatis † nisi aliud vinculum,ex quo reseruatio inducatur concurrat, vt tota die fieri videmus.

Sequitur etiam, quòd reseruatio, de qua in cap. 2. de prębendis, lib. 6. de beneficijs vacantibus apud sedem,
14 locum non habeat † in huiusmodi beneficijs de Vrbe:& hoc non ex eo, quòd possint magis conferri ab alio,quam à Papa, ac si in dicta reseruatione includerentur; sed ideo, quia cum non detur concursus alterius collationis, non sit necessaria reseruatio ex supradictis, & ita sentit Æneas de Falconibus in dicto 2.prędudio,num.9. iuncto, num. 10. vers. *secundus casus.* nec non Mandosius in d. regula 7. quęst. 1.num. 2. cum sequentibus: dum loquendo de istis beneficijs de Vrbe, & probando, quòd collatio spectet ad solum Papam,nec dicit, quòd sint reseruata inspecto iure communi, nec allegat dictum capit. 2.de prębendis, lib. 6: & colligitur etiam ex decis. Ægidij Bellamerę 654.alias 655.incipit. *Cappellam S.Petri de Vrbe.* in principio, & expresse firmauit Rota in vna Romana beneficiatus, sub die 27. Ianuarij an. 1593.coram Illustrissimo Blanchetto, & in alia Romana beneficij, seu Clericatus Sancti Petri 27. Nouembris huius anni 1602. coram R.P.D.meo Pãphilio Rotę meritiss. Decano.

Pro

Pro quo etiam ego pondero gloss. in cap. præsenti 34. in §. sanè, verbo, *moreretur*, de præbend. lib. 6. dum declarando tex. ibidem, qui venit ad interpretationem dicti cap. 2. & explicandum, quando dicetur beneficium vacare apud Sedem: cum tex. in d. §. sanè dicat, quòd si quis in loco, vbi degit curia, suæ originis domum habens, diem claudit extremum, ipsius beneficia non aliter includantur sub reseruatione d. cap. 2. eodem tit.
15 nisi curialis † esset antea, & ibidem occasione curię moreretur. gl. (inquam) ibidem verbo, *moreretur*, rationem assignat, quoniam aliàs graue præiudicium inferretur loco, seu Ordinario, vbi degit curia, si omnia
16 beneficia ibidem vacantia haberent † solum conferri per Papam: & sic manifeste declarat, quòd dicta reseruatio de beneficijs vacantibus apud Sedem, de qua in dicto capitulo secundo tunc locum habet, quando datur alius ordinarius collator, prętер Papam, veluti quando Papa, & curia, esset
17 extra † Vrbem Romanam, vt non raro contingere solet: non autem loquitur de beneficijs de Vrbe, vbi solus Papa est ordinarius, & nulli irrogatur præiudicium. Et miror, quòd scribentes super d. cap. 2. ita frigide, & sicco pede transierint, quòd nullus eorum, quem ego viderim hoc declarauerit, licet Io. Monach. n. 1. Butrius n. 5. aliquid insinuent in d. cap. præsenti.

Neque ad hoc obstat, quòd dicit Gomezius in dicta regula, de triennali. quæst. 31. num. 18. vers. *sic itaque ex præmissis*, dum dicit, quòd in beneficijs consistentibus in Vr-
18 be concurrit duplex † vinculum; Vnum vinculum ex eo, quòd Papa sit solus Ordinarius, & Episcopus in Vrbe; Et aliud ratione reseruationis d. c. 2. de præbend. lib. 6. Quoniam hoc procedit, quando beneficium in Vrbe consistens vacaret per cessum, vel de-
19 cessum alicuius curialis: † nam tunc intraret reseruatio d. c. 2. & consequenter, secundum vinculum, vt fuit resolutum in d. causa Romana beneficiatus S. Petri 27. Ianuar. an. 1593. coram Illustriss. Blanchetto.

Cardinales in suis Ecclesijs titularibus habent ius conferendi.

Diximus, quòd in beneficijs de Vrbe nullus alius, prætер Papam habet conferendi facultatem, nisi subsint titulis Cardinalium: quia in Ecclesijs titularibus Cardinalium, Cardinales habent ius conferendi, & ordi-
20 nariam iurisdictionem. † c. his quæ, & ibi plene per Felinum. num. 1. de maioritat. & obedien. post Pauinum, & alios plures, quos allegat. Gambarus de officio, & potestate legati, lib. 10. n. 433. Gomezius in d. reg. de trienn. q. 31. n. 17. vers. *& eodem modo*. Mandos. in regul. 7. Cancellariæ. q. 2. per totam.

Quod tamen intellige, quando Cardinales sunt præsentes in Vrbe. Nam si absint non possunt conferre beneficia vacantia in suis Ecclesijs titularibus, quandiu absentia durauerit; sed solus Papa prouidebit illa, tan quam reseruata, ratione dictę absentiæ, vt in reg. 7. Cancellariæ disponitur.

Cæterum contra prędicta, quatenus diximus, quòd solus Papa habet ius conferendi beneficia in Vrbe consistentia, cum ipse solus sit Episcopus Vrbis, & ordinarius collator (saluis titulis Cardinalium) & quòd propterea improprie cadat reseruatio in istis beneficijs, non leuiter vrget præfata regula 7. Cancellariæ, dum per
21 illam Papa sibi reseruat, † quoscunque Canonicatus, præbendas, & dignitates, personatus, & officia in S. Ioannis Lateranen. & S. Petri, & Beatę Marię Maioris de Vrbe Ecclesijs consistentia: Ex quo sequitur primo, quòd in dictis tribus Ecclesijs, quamuis nulla earũ sit titularis alicuius Cardinalis, adsit alius collator, prætер Papam, nam alias frustra fieret reseruatio ex supradictis.

Sequitur & secundo, quòd in beneficijs de Vrbe cadit proprie reseruatio, & sic contra supradicta.

Cui difficultati respondeo, quòd dicta reseruatio est necessaria ad maiorem cautelam, † & dubia remouenda, ne Archipresbyteri dictarum trium Ecclesiarum, qui sunt Cardinales, (quamuis non titulares earum) prætenderent, quòd possent disponere de istis beneficijs, & abundans cautela non nocet. Ita respondent Alphonsus Soto glossator antiquus in dicta reg. 7. post princip. Æneas de Falconibus in d. 2. p. principali. nu. 9. vers. *dico quòd facta fuit ad cautelam*. Ludouicus Gomezius in d. regula de triennali. q. 31. sub n. 16. vers. *tamen videtur, quòd hodie non sit superflua*. Mandosius in d. reg. 7. q. 1. sub n. 3. vers. *in contrarium, quòd esset necessaria*, quibus conferunt ea, quę dixi in glossa sexta, à numero 26. vsque 32.

Adhuc etiam potest instari, & dici, quòd eo ipso, quòd Papa solum reseruat in dicta regula 7. dignitates, & Canonicatus, & maiora beneficia consistentia in dictis tribus Ecclesijs, non autem alia inferiora, veluti portiones, cappellanias, & similia, quæ etiam in dictis Ecclesijs consistunt: præsupponere, & fateri, videtur, quod quoad ista inferiora beneficia sit aliquis ordinarius collator, cui Papa non intendit auferre collationem, & dispositionem istorum inferiorum beneficiorum. Nam reseruatio vnius,
23 est prędeseruatio † alterius. l. tribunus. §. finali. ff. de militar. testam. Rota decisione 50. de rescriptis. in antiquis. Caputaquen. decisione 75. numero 7. & 8. p. 3. Et exceptio
24 iudicat regulam † in contrarium, vt in authentico de non alienandis. §. vt autem.

collatione 1. Decius in l. 1. numero 27. ff. de reg. iur. & latius dicam in gl. 54.

Sed huic obiectioni respondeo, dupliciter. Primo, quòd regula habens, quòd derogatio, seu reseruatio vnius sit præseruatio alterius, & quòd exceptio iudicat regulam in contrarium, locum non habet, quando non constat de iure præseruato, † sub regula comprehenso: vel quando induceretur iuris communis correctio, quoad alios casus non exceptos, vt eleganter, & plene tradit Felinus post alios, in cap. quoniam frequenter in principio. num. 2. & num. 3. vers. *limita secundo*, vt lite non contestata. Alexander cons. 145. nu. 2. volum. 7. additio ad Decium, in dicta l. 1. sub numero 21. littera C. ff. de regulis iuris.

25

In casu autem nostro non constat de iure, saltim claro, quòd Archipresbyter, nec alius possit huiusmodi inferiora beneficia conferre ordinaria auctoritate: & sequeretur correctio iuris communis, disponentis, quòd solus Papa est Episcopus, & Ordinarius Vrbis, vt in principio diximus, ergo.

Vel secundo potest responderi, quòd ideo fit reseruatio, solum quoad maiora beneficia istarum trium Ecclesiarum Patriarchalium, & non quoad inferiora, quia Archipresbyteri, & Capitula dictarum Ecclesiarum habent certa priuilegia, & indulta à diuersis † Pontificibus concessa, conferendi beneficia illarum Ecclesiarum: & ne possint conferre dignitates, & Canonicatus, seu alia maiora beneficia, fuit inducta dicta reseruatio regulæ 7. Quoad inferiora autem beneficia noluit Papa aliquid innouare, sed voluit, quòd Archipresbyterorum, & Capitulorum priuilegia (quatenus adsint) præseruentur, & si se extendunt ad omnia beneficia inferiora, conferantur à Capitulo, & Archipresbytero: sin autem seruetur iuris communis dispositio, vt fuit resolutum in Romana Clericatus S. Petri 27. Nouembris 1602. coram R.P.D. meo Pamphilio, Ac nouissime me obtinente fuit resolutum in vna Romana Cappellanię S. Petri, sub die 9. Decembris anni 1602. coram R.P.D. meo Mellino, quòd quatuor Cappellaniæ fundatę per fel. recordat. Gregor. XIII. in sua cappella Gregoriana non includebantur † in priuilegijs conferendi, concessis Archipresbytero, & Capitulo S. Petri, de quo valde lætatus sum, quia d. resolutio fuit ad fauorem cuiusdam Ioseph de Dominicis amici mei, & Curati in eadem Basilica S. Petri valde benemeriti: nam post collationem de dicta cappellania factam alteri per Archipresbyterum, fuit de illa prouisus præfatus Iosephus, cui Rota concessit mãdatum de immittendo, ex eo, quòd d. Cappellania, nec alię tres similes à Gregor. XIII. fundatę non erant comprehensę in dd. priuilegijs, & ideo collatio Archipresbyteri subsistineri non poterat.

26

27

Quo fit, quòd in beneficijs de Vrbe cadit proprie reseruatio † inducta per d. regul. 7. Cancellariæ, tam in prima, quam in secunda eius parte; non tamen intrat proprie, & simpliciter reseruatio generalis inclusa in corpore iuris, de qua in d. c. 2. de præben. lib. 6. nisi alia noua causa, seu vinculum concurrat ex rationibus superius adductis.

28

Secundo loco dicitur vacare in curia beneficium, quando vacat apud Sedem Apostolicam, † vt disponitur in cap. 2. de præbendis. lib. 6. ad cuius text. declarationem emanarunt, etiam tex. in c. statutum 3. & c. præsenti 34. & c. si Apostolica 35. eodem titulo, de prębendis. lib. 6. & extrauagans ad regimen, de præbendis, inter communes: & de dd. cc. statutum, & si Apostolica tractauimus in §. 5. proœmiali, & ideo hic nihil repetemus. vacatio apud Sedem quãdo contingat.

29

Quamuis, ante promulgationem d. c. 2. non erat ius scriptum, super tali reseruatione, tamen de consuetudine † talia beneficia apud Sedem vacantia conferebantur à solo Papa. glos. in cap. finali, verbo, *vacantibus*, de consuetudine lib. 6: licet glossa in verbo, *per se ipsos*, in c. 3. de præbend. in 6. contrarium dicere videatur, dum scribit, quòd solebant Episcopi ante promulgationem dicti capit. 2. prœuenire † Papam in beneficijs vacantibus in curia, mediantibus procuratoribus ibidem ad conferendum existentibus.

30

31

Dictus autem textus in dicto cap. præsenti, cum omnibus suis §§. optime declarat, quando dicetur beneficium apud Sedem Apostolicam vacare, † & est semper memoriæ cõmendandus, quia ponit quinque casus satis notabiles in hac materia, Et nõ dicuntur vacare in curia omnia benef. omniũ decedentiũ † apud Sedẽ, nisi cõcurrant qualitates ibidẽ requisitæ, & bene etiã declarat extrauag. ad regimen. §. necnon quorũlibet, de pręb. inter cõmunes. Æneas de Falcon. q. 3. princip. n. 15. & Rebuf. in concordata, in forma mandati Apost. & in gl. verbo, *extra Romanam Curiam*, quę est similis huic glos. nostrę, in vers. *postremo*, vide etiam reg. 5. Cancell. & ibi post glossatorem antiquum, Mandos. in proœmio, & in pluribus quæstionibus, quas ponit, & præsertim in q. 2. per totam, & quæ dicam in glos. 51. casu 1. & casu 19.

32

33

Venit etiam ad declarationem † d. c. 2. de præbendis, lib. 6. tex. in clementina 1. vt lite pendente, vbi ponit casum, quando duo litigãtes super benef. decedunt, quãdo dicatur benefic. vacare in curia, & quando extra curiã, per bonas distinct. ibi assignatas, & vltra

34

Doctores

Doctores, ibi, tradit Couarruuias in q. practica. c. 36. n. 7. per totum, de quo etiam vide Lambertin. de Iurepatron. lib. 2. p. 1. q. 6. art. 22. nu. 1. & 2. ac per totum, & dixi aliquid in glos. 6. ex n. 150. cum sequentibus.

Reseruatio vacationis apud Sedem est fortior omnibus.

Ista vtique reseruatio vacationis apud Sedem, est † fortior, & vehementior, & amplioris prærogatiuæ, omnibus alijs reseruationibus. Cassador. decis. 23. num. 8. de prębendis. Gomezius in regula de triennali. q. 31. in principio. Et propterea, nisi de illa fiat specialis, & indiuidua mentio non censetur comprehensa in quacunque dispositione Papę, vel narratiua, vt probat ipsemet tex. in dicto cap. 2. in vers. *eadem auctoritate statuimus*, Rota decisione 4. de prębend. in nouis. Æneas de Falconibus, in tractatu de reseruationibus. quęst. 4. principali, effectu 36. per totum, & effectu 43. Gambarus de officio legati. lib. 3. n. 122. cum sequentibus. Mandosius in additione ad Lapum, allegatione 84. sub littera D. Simoneta, de reseruatione. q. 73. num. 1. & quęst. 83. num. 4.

35

Quod adeo procedit, vt neq; per clausulã, † *motus proprij*, in facultate conferendi quęcunque beneficia reseruata contentam, non veniunt beneficia vacantia apud Sedem. Geminian. in d. cap. 2. nu. fin. ad medium, vers. *sed quid si Papa*, & Franchus ibi vltimo notabili. num. 3. Anton. Gabriel cum alijs allegatis per eum, in tit. de clausulis, conclus. 2. effectu 8. n. 90. Simonet. de reseruat. c. 26. nu. 9. iuncta additione, & q. 83. n. 3.

36

Ita vt neque indultorum Cardinalium † vigore possint Cardinales conferre beneficia vacantia in Curia. Put. decis. 36. *in vna Leoden.* lib. 2. Simoneta vbi supra, num. 10. vbi à num. 6. plura adducit. Et ideo in omnibus indultis Cardinalium adest clausula, *extra Romanam Curiam vacantia*. Quod à fortiori procedit hodie stante constitutione Gregorij XIV. de ann. 1591. incipit, *Sanctissimus*, per quam declarat. Vt nulla indulta concessa Cardinalibus, etiam collatoribus ordinarijs, suffragentur, quoad beneficia vacantia in Curia; nisi sint de beneficijs in suis Ecclesijs titularibus de Vrbe, consistentibus.

37

Sic regula de triennali † nullo modo suffragatur, quoad beneficium reseruatum ratione vacationis in Curia, & illa verba regulę, dum dicit: *dummodo in beneficijs, si dispositioni Apostolicæ ex aliqua reseruatione generali in corpore iuris clausa, reseruata fuerint, se non intruserit*, dumtaxat verificantur in hac reseruatione, de qua in dicto capitulo secundo, de prębendis libro 6. cum sola illa dicatur reseruatio in corpore iuris clausa ad illum effectum, vt plene tradit Gomezius in eadem regula de triennali. q. 31. per totam.

38

Vbi numero decimonono, & finali idem Gomezius cumulat septem priuilegia specialia huiusmodi reseruationis, quæ videri possunt apud eum.

Ratio prædictorum est, quia Papa difficilius mouetur ad concedendum gratiam de his beneficijs vacantibus apud Sedem, cum semper intendat illa specialibus, † & dilectis personis, veluti suis familiaribus, & ministris in vinea Domini laborantibus prouidere. Rebuffus in praxi, in 3. parte signaturę, vers. *alia clausula*, num. 15. & finali. Ægidius decisione 654. alias 655. versic. *secundo casu est*, Gomezius in dicta quæst. 31. numero finali, ad finem, vers. *& ratio prædictorum colligitur*.

39

Sic neque Legatus de Latere potest conferre beneficia † in Curia vacantia. glos. fin. in fin. in c. 1. de officio legat. in 6. & dicam in gl. 24. super verbis, *non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium*. n. 32. cum sequentibus.

40

An autem d. c. 2. comprehendat beneficia † regularia vacantia in Curia, vide, quæ late dixi in glossa 8. super verbis, *& quorumuis ordinum regularia*. numero 11. cum sequentibus, & num. 20.

41

Tertio loco dicuntur in Curia vacare beneficia, quę resignantur, seu renunciantur † in manibus Papæ per procuratores absentium. glos. not. in clementina 1. verbo, *collatio*, vt lite pendente. Franchus post Archidiacon. & Ioann. Andream, in c. 2. n. 7. de præbendis, in 6. & in cap. præsenti. §. sane, sub n. 4. vers. *tertio adde*, eodem titulo. Roman. cons. 342. n. 2. Rebuff. cons. 38. num. 14. vers. *non obstat*, & in praxi, tit. de procuratore ad resignandum. num. 12. Paulus Paris. consilio 10. num. 1. volum. 4. Petrus Tolosan. de beneficio. cap. 28. num. 3. Flamin. Pariſius de resignatione lib. 9. quęst. 14. num. 1. cum sequen. Mandosius in praxi signaturæ gratię, titulo resignationes, colum. 3. vers. *beneficia*. Rota decisione 4. de præbendis, in antiquis. Simoneta de reseruatione. q. 28. num. 1. cum seqq. Put. decis. 36. incipit, *fuit dictum*, ad fin. n. 2. lib. 2. Couar. in pract. quæstion. c. 36. n. 4. ad finem, vers. *vacant autem in Curia*. Ferrettus cons. 93. n. 3. p. 1.

42

Idem esset, si resignarentur in Curia, non in manibus Papę, sed Episcopi † proprij, qui ibidem tunc præsens fuisset, vt firmat Couarruuias lib. 3. variar. c. 20. sub n. 9. vers. *illud profectò minime*, vbi idem dicit de permutation. Hieron. Gabriel cons. 187. num. 1. lib. 1. Vnde si duo Bononien. Clerici sunt in Curia Romana, vbi etiam est Episcopus non possunt permutare sua beneficia coram † illo, quia vacarent in Curia, vt dixit Andreas Gambarus in c. 1. de rerum permutatione, in 6. num. 147.

43

44

Item & quarto loco, quãdo aliquis præsens in Curia, siue absens, qui tamen
45 sit contumax, priuetur † ex aliquo capite, seu defectu, suo beneficio in Curia per sententiam, vel alio legitimo modo, dicetur tunc beneficium vacare in Curia. Rota decisione 35. de præbendis, in antiquis. Franchus in d.c. præsenti. §. sane, sub nu. 4. versic. *quarto adde*, de præbend. lib. 6. Abbas in 3. not. Felin. num. 2. in cap. ad petitionem, de accusationibus. Gomezius in regula de impetran. beneficia per obitum famil. Cardin. q. 7. n. 7. & 8. Caputaq. decis. 64. per totam p. 1. & decis. 48. n. 1. & 2. & decis. 325. & decis. 327. p. 3. Simonet. de reseruat. q. 29. n. 1. cum sequentibus. Mandosius in reg. Cancellariæ 32. q. 8. à n. 13. ac iterum tangam in glos. 15. §. 2. n. 16. cum sequentibus.

Rursus & quinto loco dicuntur vacare in Curia, omnia beneficia
46 reseruata per extrauagantem † ad regimen de prębendis inter communes, & extrauagantem execrabilis eodem titulo, quę extrauagantes quotidie renouãtur per omnes Papas in regul. 1. Cancellariæ. Philippus Franchus in d.cap. præsenti. §. sane, sub n. 4. vers. *secundo adde*, & vers. *tertio adde*, de præben. lib. 6. Simonet. de reseruat. q. 30. n. 3. Couar. vbi sup. vers. *item beneficia familiarium*, & latius de istis extrauagantibus dicam in glo. 51.

Denique & sexto loco omnia beneficia affecta, seu † reseruata
47 dicuntur vacare in Curia. Calderin. cons. 9. ad finem, vers. *item non est dubium*, de prębendis. Rota Fastoli, dubio 53. Rota decis. 17. de præbendis, in antiquis. Æneas de Falconibus in tract. de reseruationibus. q. 4. princip. effectu 2. n. 1. Couar. in d. c. 36. num. 4. ad fin. vers. *sic beneficia reseruata*. Simonet. de reseruatione q. 30. n. 4.

NEQVE est omittendum, quòd aliud est vacare beneficium apud Sedem Apostolicam, † & aliud est vacare in Curia, nam
48 apud Sedem proprie vacare dicuntur, dumtaxat beneficia reseruata per dictum cap. 2. de prębendis, lib 6. de quo, in secundo modo vacationis in Curia, paulò anterius diximus, à numero 29.

Reliqua autem beneficia vacantia in Vrbe, & reseruata ex alijs causis, & capitibus supradictis, prętерquam ratione reseruationis d. c. 2. de prębendis. lib. 6. quamuis dican
49 tur vacare in Curia, † non tamen vacant apud Sedem Apostolicam: ac propterea beneficia, quę vacant apud Sedem dicuntur vacare in Curia, non tamen è conuerso, beneficia, quę vacant in Curia dicentur apud Sedem vacare, nam minus est vacare in Curia,
50 † quam vacare apud Sedem: ita tradit erudite Ludouic. Gomez. in d. reg. de trienn. q. 31. post princ. n. 2. & 3. & 5. Couarru. in d. c. 36. practicar. quæst. sub n. 4. vers. *cæterum*. Simon. de reseruat. q. 26. nu. 11. & q. 30. nu. 4. Puteus decis. 36. n. 1. & per totam. lib. 2.

Contra hanc tamen distinctionem insurgit tex. d. cap. 2. de præben. lib. 6. vbi in principio dicit apud Sedem vacare, & in fine dicit in Romana Curia, & sic ponuntur ista verba, tanquam eandem rem significantia, & notantia. Præsertim cum glossa, verbo, *in Curia*, in cap. 3. sequenti eodem titulo dicat, quòd idem est dicere, vacat in Curia, & vacat apud Sedem Apostolicam, & ibi communiter omnes. Lapus allegatione 96. *beneficia vacantia in Curia*, in principio: facit etiam Rota decisione prima. numero 2. & 3. de electione, & decisione 43. numero 1. de appellation. in nouis. Mandosius in reg. 5. Cancellariæ. q. 1. n. 16.

Sed huic difficultati respondeo, quòd tex. in d. c. 2. non contradicit prędictę distinctioni, dum dicimus, quòd beneficia vacantia apud Sedem dicantur vacare in Curia, & potius hoc confirmat ipsemet textus, qui loquitur de vacatione apud Sedem.

Ad glossam vero in d. cap. 3. cum reliquis, respondeo cum Gomezio in d. quæstione 31. regulæ de triennali. num. 4. dicendo, quòd
51 improprie † loquendo idem est vacare in Curia, & vacare apud Sedem: & ideo vulgariter †
52 dici solet vacat in Curia ad dicẽdum, quòd intrat reseruatio d. cap. 2. de prębend. libro 6. ac ita est intelligenda dicta glossa, cap. statutum 3. de præbendis. lib. 6. ac Lapus, & cęteri.

53 Proprie † tamen loquendo locũ habet suprad. distinct. quam etiam approbauit Rota de mense Nouemb. 1533. vt refert idem Gomez. vbi supra n. 5. & Put. d. decis. 36. lib. 2.

Visis igitur multis modis vacationum in Curia Romana, videamus nunc An regula nostra, dum excipit beneficia vacantia in Curia, de qua vacatione loquitur, an de vacatione, de qua loquitur text. in d. c. 2. de prębendis. lib. 6. vel etiam de omni-
54 bus † alijs vacationibus in Curia? De qua vacatione in Curia, loquatur exceptio regulæ nostrę.

Etenim dicendum videtur, quòd sit intelligenda tantum de vacatione apud Sedem, de qua in d. c. 2. cum illa sit principalior, & potentior reseruatio, vt iam diximus: & sic
55 per excellentiã † sit intelligenda de illa vacatione, & reseruatione; Nã sicut cum de iure ciuili mentionem facimus, per excellentiã de iure tantum ciuili Romanorum intelligimus: † licet ius vniuscuiusque Ciuitatis, ius
56 etiã ciuile appelletur, vt in §. sed ius quidem ciuile. instit. de iure naturali gent. & ciuili, vbi etiã dicitur, quod Poetę appellation. per antonomasiã intelligitur apud Græcos egregius † Homerus, & apud nos Virgil. & ibi gl.
57 verbo,

verbo, *Virgilius*, similiter dicit, quòd appel-
58 latione Apostoli † venit Paulus, & appella-
tione sapientis intelligitur Salomon, & facit
Decius cons. 429. *licet in causis*. num. 5. Man-
dosius in reg. 16. q. 27. n. 2. & 3. Sic etiam cum
loquatur regula nostra de vacatione in Cu-
ria est intelligenda de potentiori, & digniori
vacatione, de qua in d. c. 2. nam à potentio-
59 ri, & digniori semper † fit denominatio. l. quę-
ritur. ff. de statu hominum. Ias. in l. 1. in prin-
cipio. num. 21. ff. de verbor. obligat. Roland.
cons. 13. ex num. 26. volum. 1.

Item quia Rebuf. in concordata, in forma
mandati Apostolici, dum declarat alia ver-
ba similia nostræ regul. videlicet, *extra Roma-*
60 *nam Curiam*, intelligit † de illa vacatione tan-
tum, de qua in d. c. 2. prout etiam in praxi. ti
tulo forma signaturæ simplicis prouisionis,
vers. *extra Romanam Curiam*.

Sicut etiam verba, *extra Curiam Romanam*,
61 † appositа in indultis Cardinalium intelli-
guntur de præfata vacatione, & reseruatio-
ne, vt obseruantia, & experientia docet.

Ac etiam communis vsus loquendi intelli
git vacationẽ in Curia, pro vacatione apud
Sedem, vt supra diximus, & communis vsus
62 semper est attendendus, † ita vt prę fertur
propriæ significat. verbor. l. libror. §. quod ta
men Cassius, vbi gl. ff. de legat. 3. Bart. in l. la-
beo. n. 1. & 5. ff. de suppellectil. legata. Felinus
ad plenum, in proœmio decretalium. ex nu-
mero tertio vsque ad numerum 13. Curtius
Iunior cons. 5. num. 12. Couarr. lib. 3. varia-
rum. capit. quinto, numero primo. Mantica
de coniecturis vltim. volunt. lib. 3. titulo 8.
per totum.

Exaduerso tamen facit, quia in primis
dicta verba, *extra Romanam*
Curiam, quæ sunt exclusiua, necessario sunt
intelligenda, etiam de vacatione in Vrbe,
63 † quoad beneficia in Vrbe consistentia, ex
quo nullus alius Ordinarius concurrit cum
Papa, vt diximus in primo casu: & sic reser-
uatio nostræ regulæ non potest adaptari ad
beneficia de Vrbe, cum nec mens, nec verba
conueniant. l. 4. §. toties. ff. de damn. infecto,
cum simil.

Nec dicatur, quòd concurrunt Cardina-
les, quoad beneficia consistentia in suis Ec-
clesijs titularibus, in quibus sunt ordinarij
collatores. cap. his quæ, de maioritat. & obe-
dient. cum supra allegatis: quia regula no-
stra non comprehendit Cardinales collato-
64 res, † vt patet in illis verbis, *non tamen S. R. E.*
Cardinalium, & dicam in glos. 24.

Vnde cum beneficia vacantia in Vrbe, di-
65 cantur etiam vacare in † Curia, vt tradit
Gomezius in d. q. 31. regulę de annali. n. 14.
vers. *nam si beneficia in vrbe vacant, vltra quod*
etiam in Curia vacare dicuntur, &c. necessario
dicendum est, quòd beneficia vacantia in Vr
be excluduntur à nostra regula, & quod illa
verba, *extra Romanam Curiam*, sint etiam in-
telligenda de beneficijs vacantibus in Vrbe,
quamuis vacantia in Vrbe regulariter non
dicuntur vacare apud Sedem, nec esse pro-
prie reseruata, vt in principio huius glossæ
firmauimus. à num. 8.

Rursus dicta verba, *extra Romanam Curiam*,
pari ratione non videntur comprehendere
reliquas reseruationes, de quibus in 3. 4. 5. &
6. casibus diximus, ita vt regula nostra de
nouo non reseruet illa beneficia, quę iam
sunt reseruata.

Tum quia talis noua, & secunda reseruatio esset inanis, & superuacua: nam regula nostra solum tendit ad auferendum potestatem Ordinarijs conferendi beneficia vacantia in octo mensibus Apostolicis, vt Papa
66 possit † de illis pauperibus Clericis, & alijs
benemeritis personis prouidere, vt in proœ-
mio nostræ regulæ disponitur, à quo regula-
tur tota dispositio. l. fin. ff. de hæredibus insti-
tuen. Gomez. in proœmio regulę de annali.
quæst. 1. Caputaquen. decis. 16. num. 1. p. 2.
Sed quando adest alia reseruatio iam sunt
inhibiti, & prohibiti Episcopi, & alij qui-
cumque collatores inferiores, vigore illius
reseruationis, & non possunt se intromitte-
re, & cessat ratio, & causa reseruationis à no
stra regula inductę, ergo consequenter debet
67 cessare † illius reseruatio, & effectus. l. adige-
re. §. quamuis. ff. de Iurepatronat. cap. cum
cessante, de appellation.

68 Tum quia paria † sunt vacare in Curia be-
neficium, vel esse reseruatũ. Petrus de Vbal-
dis in tract. de permut. benefic. n. 3. cum alle-
gatis supra, vers. *denique, & fexto loco*. n. 47.

Tum etiam, quia sicut plenitudo non indi-
69 get repletione. † c. si omnia 6. q. 1, cap. bene
quidem, in principio 96. distinct. Rota deci-
sione 32. n. 5. de concess. præbend. in antiq. Ti
raq. in l. si vnquam, verbo, *reuertatur*. §. fin. n.
10. C. de reuocand. donation. & de vtroq; re-
tractu. §. 3. glos. 1. n. 16. & de retractu conuen
tionali. glos. 1. & vnica. n. 4.

Nec dominium acquisitum ex vno titulo
70 † potest amplius ex alio tit. vel causa de no-
uo acquiri. §. sic itaq; institut. de actionibus,
& in §. sed & si. institut. de legat. l. quiuis 18.
& ibi late Ias. ff. de verb. oblig. c. inter dile-
ctos. §. ex pluribus. de fide Instrum. vbi Felin.
n. 17. & 19. cap. vt qui duas 25. de elect. lib. 6.
Cassador. decis. 21. n. 4. & 5. super regul. Can-
cellariæ, & decis. 3. n. 8. & decis. 9. n. 1. de con
cess. prębend. Selua de beneficio 3. p. q. 19. n.
1. & per totam.

Quoniam si ex primo titulo, vel causa do-
miniũ † acquiritur, secundus titulus, vel cau
71 sa est superflua, & nullius momẽti, gl. verbo,

superfluum, in Clementina prima, in principio, de summ.Trinit. & fide Cathol.d.l.quæuis 18. ff. de verbor.obligat.vbi plene Iason. Maranta de ordine cognition. tit. de appellationibus.num.135.

72 Et omnia superflua sunt † reprobata. l. 1. §.quibus.C.de nouo codice componen. l. finali. C. qui admitti ad bon. possession. & in procemio decretalium,ibi, *resecatis superfluis*, Clementin.exiui. §.quamuis, vbi Cardinalis numero 20. de verborum significatione. Felinus in cap. cum ordinem. num.2.& 3.de rescriptis. Mandosius in regula 1.Cancellarię.q.5.num.4.

Ac prima vacatio impedit vacationem
73 † sequentem. cap. susceptum. de rescriptis. libro sexto. Ægidius decisione 735.numero 5.Felin.in cap.2. sub numero 23. vers. *& dixit Rota*, de rescriptis. Flaminius Parisius de resignatione.lib.9.quæstione 25.num.43. & lib.12.q.14.num.35.

Sic etiam cum ex vnica reseruatione sit satis ligata, ablata,& impedita omnium inferiorum potestas, & Papę acquisitum ius plenum, vt ille solus conferat, & non alius; secunda reseruatio regulę nostræ, vti
74 impertinens, † & superflua non est admittenda, nec inducenda, vt benè tradit Rota decisione 32. numero secundo de prębendis in antiquis.

Tum etiam, quia Papa non censetur be-
75 neficia sibi antea reseruata, à se ipso sibi † reseruare, cum impossibile videatur, sicut est impossibile à se ipso sibi legare.l.plane.§. si duobus.l.legatum.§.1.l.& quidem totum. ff.de legatis 1.Ripa responso 6.sub n.8.in tit. de constitutionibus.

Tum denique,quia regula nostra hoc docere videtur in illis verbis secundæ partis, *dummodo aliàs dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint*. Ex quibus patet,quòd alternatiua non conceditur Episcopis, quoad beneficia, quę aliàs reseruata, vel affecta fuerint;sed dumtaxat respectu beneficiorum per regulam nostram reseruatorum: & ideo regula nostra reseruatoria in eius prima parte, tunc locum habere debet, quando non adest alia reseruatio, secus vero si adsit: nam construere reseruationem, vt in prima parte nostræ regulæ, & illam destruere,seu moderare, vt in secunda parte, sunt
76 correlatiua,† & eiusdem naturæ, & validum est argumentum à natura correlatiuorum.l. fin.C.de indicta viduitate tollenda. Euerardus in loco à correlatiuis.n.1.& 2.ac per totum,& dixi late in glossa 56. in fine.

77 Itē quia exceptio debet esse † de regula.l. nam quod liquide.§.fin.ff.de pen. legat. Decius cons.656.n.6.& 7.Cassador.decis.8.n.3. de concess. prębend. Couarruuias libro secundo variar.cap.5.numero 5.

Comprobatur etiam, quia quamuis regula nostra disponat, quòd exprimatur mensis in omnibus gratijs, vt in §. volens,continetur, tamen si beneficium est aliàs reseruatum, quamuis vacet in mense Apostolico, non erit necessaria talis mensis expressio.
78 † Rota decis. 122. *proponente*. libro 1.p. 3.diuersorum,& decisione 54.lib. 2. eadem p. 3. diuers. Puteus decis. 25. lib. 3. vbi rationem assignat in hæc formalia verba, *quia cum Papa reseruet in octo mensibus beneficia vacantia ad effectum, vt prouideat de ipsis pauperibus Clericis, vt interim ordinarius in collatione ipsorum,se nō in-*
79 *tromittat, frustratorie † fuit facta dicta reseruatio, respectu beneficiorum aliàs reseruatorum; cum de beneficijs alias reseruatis, clarum sit, quòd Ordinarius se intromittere non possit*, & plenius, Deo dante, dicam in glossa 32.

Ecce igitur qualiter Puteus in d.decisione 25. aperte declarat, quòd regula nostra non intrat, quando aliàs sunt beneficia reseruata, & consequenter verba regulæ nostræ, (vt arbitror) non solum sunt intelligenda de reseruatione vacationis apud Sedem, vt in capitulo 2. de prębendis libro sexto sed etiam de omnibus alijs reseruationibus.

Denique in indiuiduo regulę nostrę, ita respondit consultus Ripa,responso 6. sub titulo de constitutionibus. num. 2. 3. & 4. ac per totum.

Neque obstat Rebuffus pro contraria parte allegatus, nam loquitur in valde diuerso casu, scilicet, quando alicui confertur potestas conferendi quęcumque beneficia reseruata, quę extra tamen Romanam Curiam vacare contigerit, vt disponitur in dictis concordatis,& in indultis Cardinalium:tunc enim solum intelligun tur exclusa beneficia vacantia apud Sedem; nam alias gratia esset inanis,& frustratoria: quod secus est in casu nostro,in quo non agitur de concedendo indulto conferendi; sed de auferenda facultate prouidendi, & non
80 est necessarium auferre † potestatem, quam ordinarij stantibus alijs reseruationibus nō habent,ad legem.Itaq; Fullo.12.vers.*nam qui non habet quod perdat*.ff.de furtis. cap.1.in fine principij de restitutione spoliator. libro sexto,cum similibus:& in terminis reseruationis dicit Rota decisione 32. numero 2. de prębendis in antiquis, & facit Gaspar de Perusio in tractatu de reseruationibus, cap. 2. numero 13.

Neque obstat dicere, quòd possunt con-
81 currere duę, pluresue † reseruationes super vnō beneficio in eodem tempore, vt si ex aliqua causa prima reseruatio habeatur pro infecta, remaneant nihilominus ligatę manus inferioris propter 2.reseruationē:Sicut vnus excom-

excommunicatus poterit iterum excommu-
82 nicari, † & data absolutione vnius excom-
municationis, adhuc remanet alia excom-
municatio, quę tunc incipit habere effectum,
cum absoluitur à prima. c. Engeltrudam 3. q.
4. & glossa 1. ibidem, cap. ita quorumdam, &
ibi gl. verbo *excõmunicatio*. de Iudęis. & cõmu-
niter omnes, vbi d. gl. adducit exẽplũ de liga
83 to † vna forti cathena, qui postea ligatur alia,
nam quamuis prima ligatura remoueatur
operabitur secunda. Felinus in cap. postula-
sti, num. 2. de rescriptis. Cassador. decis. 9.
sub num. 4. de prębendis, & vide Tiraquel-
lum de retractu conuentionali. §. 2. gloss. 1.
sub n. 21. & 67. Nauarr. cons. 16. n. 1. de rescr.

Nec sufficit dispensatio ad contrahendum
84 matrimonium pro vno † impedimento, si
aliud remanet. Cassad. post Abbatem d. de-
cis. 9. num. 4. Mandosius in praxi signaturæ
gratię, titulo dispensationes matrimoniales,
circa finem, vers. *reliquum est*. Et sicut quan-
85 do sol bene lucet, si accendatur lucerna † ni-
hil operatur, quoad effectum illuminandi. c.
si omnia, 6. quęst. 1. & tamen obscurato sole
remanebit lumen, & operatio lucernæ, prout
in proposito reseruationis tradit, & tenet Ro
ta in dicta decisione 32. num. 5. & 6. de præ-
bendis, in antiquis, & Æneas de Falconibus
de reseruationibus, quæst. 3. principali, nu.
14. Simoneta loquens de reseruatione, & af-
fectione, quæst. 64. nu. 7. & 8. vbi dicit, quòd
extincta reseruatione remanet affectio, & q.
80. per totam. Cassadorus dicta decisione 9.
num. 5. de præben.

Quia respondeo, quòd illud procedere po
86 test, quando constaret de mente † Papæ, vo-
lentis vnicum beneficium pluribus reseruа-
tionib' esse abnoxiũ, seu materia subiecta sic
postulet, veluti quando familiaris Papæ ha-
bens primam dignitatem post Pontificalem,
apud Sedem, diem suum clauserit extremũ;
tunc vtiq; negari non potest, quòd in eodem
tempore concurrit, quoad hoc beneficium
87 triplex † reseruatio. Vna ratione personæ,
quia erat familiaris. Alia ratione ipsius be-
neficij, quia est prima dignitas post Pontifi-
calem, reseruata per regulam tertiam Can-
cellariæ. Et tertia ratione loci Curię, & sedis
Apostolicæ, apud quem decessit. Ferretus
consilio 17. num. 2. Simonet de reseruationi-
bus, quæst. 64. num. 13. vbi ad hoc allegat c.
dudum de prębendis: nam reseruatio gene-
ralis ex prædictis tribus casibus oriri potest,
88 nempe ratione personæ, † & loci, ac ratione
beneficij, vt adnimaduertit dictus Æneas
de Falconibus de reseruation. 2. quæst. prin-
cipali, nu. finali, in fine.

In casu vero nostro, non solum non con-
89 stat de mente † Papę, volentis includere in
reseruatione regulæ nostræ beneficia, alias
reseruata; sed potius apparet de con-
trario, eo ipso, quòd excludit benefi-
cia in Romana Curia vacantia: Et cum om-
nia beneficia reseruata dicantur vacare in
Curia, vt iam dixi: nulla potest dari vera di-
uersitatis ratio, quare exclusio intelligatur
magis de beneficijs vacantibus apud sedem
in terminis, capit. secundi, de prębendis,
lib. 6. quam ex alijs beneficijs, ex alijs causis
reseruatis, de quibus, annuente Deo, dicemus
in gloss. 51. & 52.

Ex quibus resultat, qualis fuerat effe
90 ctus † sciendi. An regula nostra includat beneficia alias reseruata, vel non, videlicet, quia si non includit non erit necesse in gratijs facere mentionem de reseruatione nostræ regulæ, nec exprimere mensem vacationis, vt in regula nostra di-
sponitur: aliter vero esset necessaria expres-
91 sio mensis, & reseruationis † per regulam nostram inducte, vt Papa de omnibus reser-
uationibus notitiam habeat, & illis non ob-
stantibus gratiam cõcedat: ne gratia sit sub-
reptitia, & nulla, prout esset ipso iure, nisi de
omnibus reseruationibus mentio fieret, cum
Papa stantibus pluribus reseruationibus, &
obstaculis se difficiliorem ad concedendum
reddat, vt in terminis docent Cassadorus de-
cis. 9. num. 5. de prębendis. Æneas de Fal-
conibus quęst. 4. principali effectu 44. per to
tam. Parisius cons. 138. num. 8. lib. 4. Capu-
taquen. decis. 85. num. 4. parte 2. Simonet.
de reseruationibus, quæst. 14. num. 12. iuncta
additione, facit Mandosius in regula Can-
cellariæ 32. quæst. 14. num. 1. cum sequenti-
bus, & in praxi de signatura gratię, titulo in-
dultum conferendi beneficia reseruata, vers.
an autem, & titulo, de prouisionibus, col. 3.
vers. *nisi apponantur*. vbi alios allegat.

Effectus qualis resultet ex proposita quęstione.

92 Clarum etenim est, quòd plura vincula †
fortiora sunt vno. §. affinitatis. instit. de
nuptijs. l. cum inadoptiuis. C. de adoption-
ibus. Et funiculus triplex difficilius disolui-
tur, cap. 1. de treuga, & pace.

Et impedimẽtis duobus existentibus, vno
93 sublato † remanet alterum, cap. pastoralis,
de priuilegijs, cap. ex tuarum, de auctorita-
te, & vsu pallij. Prout etiam dicimus, quòd
94 seruitutibus duabus appositis, † seu cõsisten
tibus, vna sublata, altera remanet, l. si domus
tua 20. ff. de seruitutibus vrban. prædior. l. si
prius. in principio. ff. de aqua pluuia arcen-
da. Plura tradit Nauarrus consilio 16. & 17.
de rescriptis

Et iuribus pluribus competentibus, vno
95 renunciato, † seu vno sublato, aliud rema-
net. l. suum heredem. C. de iure deliberan. l.
quoties duplici. ff. de reg. iuris. Decius cons.
266. ad exclusionem, nu. 3. & cons. 625. vers.
elegantii. num. 8.

Hinc

96 Hinc si concurrit duplex prohibitio,† statuti, & testatoris, non potest filia agere ad supplementum legitimæ. Bald. in authentica res quæ, num. 16. & 17. C. communia, de legatis. Aimon. cons. 11. num. 15. Parisius cons. 26. num. 88. lib. 3. Cæsar de Grassis, cum pluribus, decis. 2. num. 8. & 9. de constitutionibus. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria 2. casu 149. nu. 2.

97 Hinc tot sunt necessariæ dispensationes,† quot sunt obstacula. Geminianus consil. 33. *pro examinatione*. num. 8. Franchus in cap. non potest. §. fin. num. 5. de præbendis. Cassador. decis. 9. num. 4. de præbendis. Rota decis. 233. num. 22. parte prima diuersorum. Puteus decis. 39. & decis. 41. lib. 3. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria 3. casu 203. nu. 13. Decius cons. 206. num. 19. Io. Gutierrez in q. Canonica 15. num. 14. lib. 1. Nauarrus cons. 17. de rescriptis.

Sic quando sunt plura obstacula, non sufficit † clausula generalis, sed de singulis de-
98 fectibus debet fieri mentio. Baldus in l. 1. sub num. 22. ante finem, vers. *vnum etiam scias*. C. de furtis. Felin. in c. nonnulli, nu. 21. vers. *quinta conclusio*. de rescriptis.

Item si fit derogatio indultorum Cardinalium, non suffragatur, quando Cardinalis erat ordinarius collator, nisi fieret expressa
99 mentio † de hoc, quòd esset ordinarius collator, cum sit duplex vinculum, & obstaculum, vnum ratione Cardinalatus, & aliud ratione ordinariæ collationis. Puteus decis. 422. *in vna Toletana*. lib. 2. & dicam in glossa 24. numero 42.

Accedit, quòd quando plures qualitates
100 insimul concurrere debent, non sufficit, † si vna adsit, nisi omnes concurrant. l. si hæredi plures. ff. de condition. institut. §. penultimo, institut. de hæred. instituen. cap. fin. de verborum signific. libro 6. Dec. in c. 2. n. 11. de rescriptis. Simonet. de reseruatione, quæst. 35. num. 1. Parisius cons. 48. num. 9. & 18. & 19. volum. 4. Tiraquel. de retract. lignag. §. 8. gloss. 7. num. 1. cum sequentibus. Ioannes Gutierrez cons. 2. num. 5. & cons. 4. num. 1. cum sequentibus, & cons. 26. nu. 4. & 10. Mascardus de probationibus, conclus. 1254. numero 9. & 10.

Rursus quia indultum concessum ad conferendum beneficia reseruata, non extendi-
101 tur ad reseruata duplici † reseruatione, vel capite, vt tenet Mandosius in praxi signaturæ gratiæ, titulo, indultum conferendi beneficia reseruata, col. 2. versic. *an autem vigore huius indulti*. Felinus in cap. in nostra, corollario 6. ad finem, de rescript. cum alijs per d. Mandosium allegatis: licet Simoneta de reseruationibus, quæst. 83. quem Mandosius non allegat sequendo opinionem Rotæ, de qua per Ægidium decis. 425. in contrariam sententiam se inclinet, & Gomezius in regula de impetrantibus benef. per obit. famil. Cardinal. vacan. quæst. 56. num. 7.

Summaria §. 1. Glossæ 13.

1 *Curia Romana est idem, quòd Curia Papæ.*
2 *Curia Romana ibi est, vbi est Papa.*
3 *Roma ibi est, vbi & Papa.*
4 *Romana Curia potest esse in diuersis locis, sicut & Papa.*
5 *Papa quòd Romæ sit, iustum est.*
6 *Patria ibi dicitur esse, vbi est Papa.*
7 *Roma est communis Patria.*
8 *Curia Papæ est communis forus.*
9 *Apostolorum limina sunt visitanda, vbi est Papa, & non vbi sunt corpora Sanctorum.*
10 *Curia ibi est vbi est Rex.*
11 *Curiæ appellatione per excellentiam intelligitur de Romana.*
12 *Romana Curia est mater, & magistra aliarum Curiarum.*
13 *Curiam habere dicuntur alij Prælati inferiores à Papa.*
14 *Vacare in Curia, ad effectum reseruationis non dicuntur beneficia, quæ vacant in Curia Legati, & Nuntij.*
15 *Romanæ Curiæ plures laudes remissiue.*
16 *Curia in Romana, Episcopi nequeunt voluntariam iurisdictionem exercere.*
17 *Curia dicitur a cura, vel cruore.*
18 *Dictio (Curia) plures habet significationes.*
19 *Curiales ad effectum reseruationis, qui dicantur.*
20 *Curiales quando sint ab spolio Ecclesiæ exẽpti.*

§. 1. gl. 13. vbi agitur, quid sit Curia Romana, & vbi dicitur esse, & qui dicantur curiales, &c.

Plura notabilia de Curia, & fauore Curialium dicuntur.

CVRIA Romana significat idem, quòd Curia †PP. siue locus sedis Apostolicæ, c. 2. c. præsenti, de præben. lib. 6. Mandosius in regula 5. Cancellariæ, quæst. 1. numero 16. & in regula

regula 16. quæst. 27. numero tertio in fine.

Et ibi dicitur esse Romana Curia, vbi est
2 Papa, † & non vbi est audientia, vel concilium Papæ. Innocen. in capit. ego N. ante finem, de iureiurando, & Abbas ibi num. 6. Felinus num. 9. Franchus in cap. 2. sub num. 2. notab. 3. de prębendis, lib. 6. & Geminianus ibi, num. 4. in principio, & in cap. vbi periculum, notab. 5. de electione eodem libro, Clementina ne Romani, & ibi omnes, de electione. Rebuff. in concordata, titulo de forma mandati Apostolici, verbo, *extra Romanam Curiam*, vers. *& aduerte, quòd ibi est Curia Romana*. fol. mihi 637. in parua impressione. Gomezius in regula de verisimili notitia, q. 7. & in regula de triennali, q. 31. n. 14. Mandosius in regula quinta Cancellariæ, quæst. 2. num. 1. & per totam. Cardinal. in clem. 1. num. 8. de magistris, & in clem. auditor, num. 1. de rescript.

3 Sicut vbi est Papa, ibi dicitur † esse Roma, vt tradit Ioannes Monachus in cap. vbi periculum, num. 3. de electione, lib. 6. Baldus in l. 2. §. legatis, vers. *nota, quòd licet Roma*. ff. de Iudicijs, & in l. 2. §. miles, num. 2. de his, qui notantur infamia. Abbas in cap. ego. N. num. 6: vers. *ex hoc nota*. & Felinus sub num. 9. post principium, vers. *ex quibus nota, quòd D.* Abbas, in dicto capite ego N. de iureiurando.

Sicut enim Papa potest esse in diuersis lo-
4 cis, sic & Romana † Curia. Cardinalis in clemen. 1. num. 8. de magistris: licet iustum sit, quòd semper debeat esse in Vrbe Roma-
5 na, † & non extra. Oldrad. cons. 85. per totum.

6 Item vbi est Papa, ibi dicitur esse patria. Bald. in l. rescripta, n. 7. vers. *vndecimo*. C. de precibus imperator. offerend. Philippus Probus in additione ad Ioan. Monachum in cap. vbi periculum, sub num. 5. vers. *& vbi est Papa*, de electione, lib. 6. Sicut etiam Roma
7 dicitur communis † patria, l. Roma 33. ff. ad municipalem. Iason in l. qui Romę, num. 12. cum sequentibus. ff. de verborum obligatione. Et Curia Papæ est communis † forus. Martinus Lauden. in tracta. de principibus, quæst. 384.
8

Similiter in eo loco dicuntur esse limina Apostolorum, qnę Episcopi visitare tenen-
9 tur, † vt disponitur in d. cap. ego N. de iure iurando, vbi est Papa, qui fungitur ipsorum Apostolorum auctoritate, non vero vbi sunt sancta corpora, de quibus non loquitur d. c. ego N. vt docet Abbas ibidem d. numero 6. vers. *quæro quid intelligitur hic appellatione liminum*. Felinus in dicto numero 9. in principio. Abbas in cap. dura, num. 2. ad finem de crimine falsi.

10 Nec non vbi est Rex, † ibi etiam est Curia Regis. Matthæus de Afflictis decis. Neapolitana 265. *Illustrissime*, numero 50. Probus ad Monachum in d. cap. vbi periculum, num. 4. vers. *item in simili*. de electione, lib. 6. Rebuff. in concordatis, titulo forma mandati Apostolici, in glossa, verbo *extra Curiam Romanam*. vers. *item etiam dicimus, ibi Curiam Franciæ esse*. Ioan. Montaigne in tracta. magni consilij, par. 1. num. 12.

Vnde appellatione Curiæ per excellen-
11 tiam intelligitur de Romana † Curia, tamquam digniori, vt tradit Mandosius in reg. 16. Cancellariæ, q. 27. nu. 1. & 2. vers. *contrarium est concludendum*.

Nam Romana Curia est mater, & magi-
12 stra † aliarum Curiarum, prębertim Ecclesiasticarum, tex. in l. 1. §. sed & si quę leges. C. de veteri iure enucleando, & post alios tradit Philippus Probus in additionibus ad Io. Monachum in cap. vt animarum, num. 57. de constitutionibus, in 6. & habetur etiam in constitutione 6. Alexandri Sexti, & constitutione 83. Pij Quarti in principio. Et vti talis est ab omnibus sequendă. Gigans de pensionibus quęst. 58. num. 2. & 3. ac tetigi in gl. 6. num. 211.

Alij namque Prelati inferiores à Papa, dicuntur etiam Curiam habere, & tunc Curia
13 sumitur pro tribunali, seu loco, † vbi ius redditur, & pro ipsismet iura reddentibus, iuxta tex. in cap. Romana, in 1. responso, in fine, ibi, *ad Remanensem Curiam appellandum*. de appellationibus in 6: prout etiă dicere vulgariter solemus, causa est in Curia Capitolina, vel in Curia Auditoris Camerę, hoc est, agitatur in illis tribunalibus.

Tamen quamuis legatus, seu Nuntius Apostolicus habeat Curiam, non ideo beneficia
14 vacantia in Curia Legati, vel Nuntij † dicentur vacarę in Curia Romana ad effectum reseruationis, de qua agimus, quia Papa tantum, quoad hoc habet Curiam. Rebuffus in dicta glossa, *extra Romanam Curiam*. versiculo, *ideo beneficia vacantia eo loco, vbi est legatus*.

Et plures laudes, & excellentias Curię
15 Romanæ † cumulat Ioann. Lupus Hispanus in tracta. de matrimonio, & legitimatione, 2. par. num. 37. & finali.

Vnde quamuis Episcopi possint exercere voluntariam iurisdictionem extra territorium suum; tamen si sunt in Romana
16 Curia † non possunt cōferre beneficia in suis mēsibus ordinarijs vacantia, quādo ibi est Papa, sed opus est ad hoc extra Vrbis muros exire: ita seruari videmus, ac tradunt Gomezius in regula de non iudicando, quæst. 3. per totam, & plenius Couarru. plures allegans, libro 3. variar. cap. 20. num. 9. vbi dicit hunc stylum non aduersari iuri communi ex

ni ex l. 2. de officio Proconsulis, l. vltima. ff. eod. tit. vbi Proconsul Vrbem ingressus deponit imperium.

17 Curia autem dicitur a cura, † quia in Curia de multorum agitur cura, seu cura de cunctis administratur, vt tradit Oldradus cons. 211. *ad propositum fratruum*, num. 5. vers. *circa secundum*, & per Archidiaconum in c. si quis clericus 11. q. 1. Mandos. in reg. 5. Cancellarię, q. 1. nu. 11. Nicolaus Boherius in additionibus ad Io. Montaign. in tracta. de parlamẽtis, additione prima, sub n. 5. vers. *& ideo dicta est Curia*: vbi allegat plures tenentes, quòd dicatur Curia a cruore, idest sanguine, quia ministri seculares inferentes pœnas sanguinis, Curiales dicuntur. Mandosius tamen vbi supra ab hac denominatione recedit, prout etiam non placuit Zasio in l. 2. post principium in vers. *Curias*, in fine, num. 19. ff. de origine iuris.

Sumitur autem multipliciter hęc dictio
18 (*Curia*,) † quia est nomen ęquiuocum, vt in l. penult. ff. de Iustitia, & iure, & in d. l. 2. in princ. ff. de origine iuris: nam aliquando sumitur pro curte, aliquando pro prętorio, aliquando pro Senatu, aliquando pro loco, vbi sacrorum cura tractabatur, aliquando etiam pro loco, vbi conueniunt, & morantur Decuriones, aliquando pro tribunali, siue audientia, vt Oldra. d. cons. 211. *ad propositum*, sub numero quinto vers. *circa secundam*. Bartholomęus Cæpolla de seruitut. vrban. prædiorum, capite 46. sub titulo de Curia, Socinus consil. 56. *in causa Communitatis*. numero quinto, in secunda conclusione, volumine primo. Mandosius in dicta quęst. 1. regulæ quintæ, numero primo cum multis sequen. Nicolaus Boherius vbi supra, nu. 5. 6. & 7. Mandos. latius super facultatibus Auditoris Camerę, in §. sane in verbo *Curiæ*.

Qui autem dicantur Curiales ad effe-
19 ctum reseruationis, † de qua agitur, & in terminis, capit. præsenti 34. de præbendis, libro sexto, & extrauagantis ad regimen. §. ac etiam simili modo, de prębendis, inter communes, & regulę quintæ Cancellarię? dic, quòd omnes familiares, & qui seruiunt summo Pontifici, & Cardinalibus, insuper omnes Iudices, omnes Notarij, omnes Aduocati, & Procuratores, & causarum, & expeditionum sollicitatores, vt tradit Mandosius in dicta regula quinta, quęstione prima, numero 18. & quęst. 3. numero quinto, in fine, quibus in locis alios plures modos Curialium ad alios effectus adiungit. Reliqua de vacatione in Curia dixi in principio huius glossæ. Et de priuilegio Curialium circa facultatem testan-
20 di, de bonis, etiam intuitu † Ecclesię acquisitis, vide in gl. 6. n. 274. cum tribus seqq.

Summaria Glossæ 14

1 *Resignationis ex causa, beneficia vacantia, non reseruantur per regulam nostram.*

2 *Regula octaua excipiens beneficia vacantia ex causa resignationis, de qua resignatione loquitur.*

3 *Resignatio simplex, seu pura qualis sit.*

4 *Resignatio conditionalis qualis est.*

5 *Resignatio conditionalis de tempore Alexandri III. nec Innocentij III. nec Bonifacij VIII. quando factæ fuerunt decretales, adinuenta non erat.*

6 *Resignationis mentione facta, in quacumque dispositione, intelligitur de simplici, non autem de conditionali.*

7 *Creatio in Canonicum per cessum intelligitur de cessione simplici, nec non regressus, num. 8. ac facultas ꝓniendi per vacationem ex cessu, num. 9. & 10.*

11 *Concordata dum agunt de vacationibus per cessum ad fauorem graduatorum intelliguntur de simplici.*

12 *Indultum Pij V. ad fauorem sancti Officij Inquisitionis de supprimẽdis primis Canonicatibus vacantibus per cessum, intelligitur de simplici resignatione.*

13 *Reseruatio de primo beneficio vacaturo per resignationem, intelligitur de simplici, idemque est in vacatione parrochialium, quoad concursum, num. 14. & in expectatiua, num. 15. & in indulto conferendi beneficia vacantia in Curia per cessum, numero 16. ac in indultis Cardinalium, numero 17.*

18 *Resignatum beneficium in Curia non cadit sub clausulis generalibus, contentis in impetratione per matrimonium, vel professionem.*

19 *Regula 31. de impetrantibus non procedit in resignatione conditionali, nec ex causa permutationis, & num. 20.*

20 *Resignatio conditionalis non impleta conditione nihil est.*

21 *Resignatio beneficij in fauorem fieri non potest coram ordinarijs, & sic regula nostra non potest verificari in illa, & nu. 22.*

23 *Resignationem simplicem in manibus ordinarij factam potest admittere ordinarius, & vacat tunc beneficium.*

24 *Resignatum beneficium pure in manibus ordinarij, quando possit ipse conferre attenta constitutione Pij V. & nu. 25.*

26 *Regula 8. dum excipit vacationes ex causa resignationis, videtur solum intelligenda de resignatione conditionali.*

27 *Resignatum beneficium in manibus Papæ, nullus inferior potest conferre.*

28 *Resignatum beneficium in fauorem alterius, non potest alteri conferri.*

Regula

29 *Regula nostra 8. quatenus excipit vacationem ex causa resignationis, est intelligenda de vtraque resignatione, pura, & conditionali, quia generaliter loquitur, & nu. 30.*

31 *Mense in quolibet, possunt ordinarij conferre beneficia coram illis resignata, seruata tamen constitutione Pij V.*

32 *Permutationis ex causa vacant beneficia.*

33 *Permutationes fieri possunt hodie coram ordinarijs, nec obstat constitutio 42. Pij. V. & nu. 34. & 35. dummodo sint alias licitæ, de iure communi, & num. 36.*

37 *Mutatum quòd non est, quare stare prohibetur.*

38 *Permutatio si fit coram ordinario, an possit ipse ex officio reseruare aliquam pensionem ad coe quandos fructus.*

39 *Permutare aliud est, & aliud resignare.*

40 *Permutatio est quædam reciproca resignatio.*

41 *Resignationem ex causa permutationis includit dispositio de resignatione loquens, & numero 42.*

43 *Permutationis admissio, continet in se tacitam collationem, ita vt non requiratur alia expressa collatio, num. 44. licet de facto contrarium seruetur, & num. 48.*

45 *Collationis vim habet traditio possessionis facta, ab habente potestatem conferendi.*

46 *Collatio nulla reuiuiscit ex tollerantia collatoris, & num. 47.*

49 *Permutatio duo continet, resignationem, & nouam collationem.*

50 *Vacare non dicitur proprie beneficium ex causa permutationis resignatum.*

51 *Permutatio ad certos effectus, discrepat a resignatione conditionali.*

52 *Permutantium nemo dicitur aliquid de nouo acquirere.*

53 *Resignatione ex, in fauorem, maior occasio fraudis nascitur, quam ex permutatione.*

54 *Permutio est fauorabilis, & resignatio in fauorem odiosa.*

55 *Permutare non prohibetur, qui est prohibitus de nouo acquirere.*

56 *Dispensatus ad vnum beneficium tantum, an sit dispensatus ad aliud subrogatum, ex causa permutationis, & num. 57.*

57 *Regula de infirmis, an procedat in resignatione ex causa permutationis.*

58 *Permutatio triangularis, nec quadrangularis non potest fieri coram ordinario.*

59 *Permutationes fraudulentæ reprobantur de iure communi.*

60 *Permutationes triangulares non vult admittere Papa, neque reseruationem pensionis super beneficio iam collato, nisi ad fauorem scholaris, & nu. 61.*

62 *Regula nostra quatenus excipit vacationes per resignationem, an loquatur de sola expressa, vel etiam de tacita?*

63 *Resignatio tacita, quæ dicatur cum exemplis.*

64 *Resignatio tacita, an sit paris conditionis sicut expressa.*

65 *Resignatio tacita habet suas species proprias, & distincta nomina continentes, & nu. 66.*

67 *Nomen speciale vacationis, quando non adest, sumendum est a nomine generali.*

68 *Stellionatus crimen locum habet, quando delictum non habet aliud nomen.*

69 *Specie potius, quam in genere verba sunt intelligenda.*

70 *Generalia vocabula solent causare confusionem, & obscuritatem.*

71 *Verba regulæ nostræ* (aliàs quam per resignationem) *sunt æquiuoca.*

72 *Reseruatio generalis regulæ nostræ multum restringeretur, si exceptio loquens de resignatione intelligeretur de tacita, & in assecutione declarauit Rota, & num. 74.*

73 *Resignatio tacita non requirit auctoritatem, nec admissionem superioris.*

75 *Vacans per permutationem, non dicitur vacare per cessum; nec decessum ad effectum permutationis.*

76 *Ratio quæ fuerit, quia regula nostra excipit vacationes per resignationem?*

77 *Vacatio per resignationem pendet a mera voluntate, & resignantis facultate, & num. 78. & datur consilium ibidem.*

79 *Resignare volens non semper potest expectare mensem ordinarium.*

80 *Resignare libere volentes pauci reperiuntur.*

81 *Ratio sufficiens est dicere* (sic placuit legislatori,) *& n. 82. vel* (ita scriptum est,) *& num. 83.*

84 *Dictio* (alias) *multis modis capitur, vt hic, & numero 85. 86. & 87.*

Aliàs quam per resignationem. gl. 14.

PER regulam nostram excipiuntur vacationes per resignationem, & sic beneficia, quę vacauerint ex causa resignationis † in quocumque mense anni
1 non erunt reseruata, nec inclusa in reseruatione istius regulæ. Rota decis. 624. num. 1. par. 3. diuers. & tradit Thomas Tribius in decis. Veneta 54. sub nu. 15. vers. *nec excusantur*, lib. 2.

De qua resignatione loquitur regula nostra.

Sed quæro primo de qua resignatione † loquitur regula nostra.
2 An de simplici, vel de resignatione in fauorem, seu potius de vtraque?

Declaro prius, quòd resignatio simplex, seu
3 pura † est, quoties beneficium pure, & simpliciter

pliciter resignatur in manibus superioris, absque aliqua reseruatione in fauorem resignantis.

Conditionalis vero resignatio est, quæ fit in fauorē alterius, & non aliter, nec alio mo-
4 do, † nisi vt de beneficio resignato fiat gratia illi, in cuius fauorem fit resignatio, reseruata resignanti aliqua pensione, aut iure, vel non reseruata; Ita tradunt Cauarru. in practicis quæstionibus, cap. 36. sub num. 9. vers. *nono ad eadem Regia edicta*. Rebuff. in praxi titulo de resignatione expressa, pura, & conditionali, num. 2. Rofinian. de beneficio, cap. 14. nu. 3. vers. *prior*, latissime Parisius de resignatione, lib. 1. quæst. 2. ex num. 1. & per totam illam quæstionem; vbi num. 3. post Puteum decis. 428. lib. 1. dicit, quòd istæ resignationes in fauorem, non erant inuentæ de
5 tempore † Alex. III. Innoc. III. ac Bonif. VIII. & Clementis V. quando compilatæ fuerunt decretales, & clemētinæ, & ideo in illis nulla fit mētio de huiusmodi resignationibus conditionalibus; sed dumtaxat de simplicibus.

Resignationis appellatione venit sola simplex resignatio.

Videtur igitur, quòd regula nostra solum intelligatur de resignatione pura, & simplici, non autem de conditionali, quia quando in aliqua dispositione fit mentio de resignatione, quotiescumq; materia subiecta postulat, intelligitur de so-
6 la simplici † resignatione, & non de resignatione conditionali. Cassadorus decis. 3. n. 1. & per totam, de renunciatione, vbi fuit resolutum, quòd prouisio, & confirmatio creationis in Canonicum per cessum, vel decessum intelligitur de cessu, idest de resignatio-
7 ne simplici, † non de conditionali in fauorem certę personę. Puteus decis. 354. num. 2. libro 1.

Vnde quando reseruatur regressus per cessum, vel decessum alicuius, intelligitur de
8 cessu puro, † & non conditionali. Puteus decis. 314. num. 1. & per totam, lib. 1. Paleotus decis. 33. in manuscript.

Sicut facultas vniendi beneficium primo vacaturum per cessum, vel decessum, intelligitur de beneficio vacaturo per simplicem
9 resignationem † tantum. Puteus decis. 357. nu. 1. & per totam, lib. 1.

Hinc quatenus Concilium Tridentinum, sess. 23. de reformatione, c. 18. post medium, concedit facultatem vniendi beneficia primo vacatura, etiam per resignationem: intelligitur de resignatione simplici, non au-
10 tem de conditionali † in fauorem certæ personæ, vt Sacra declarauit Congregatio Concilij Tridentini, & tradit Flaminius Parisius de resignatione, lib. 10. q. 7. num. 17.

Similiter beneficia vacātia per resignatio-
11 nem conditionalem, † in mensibus graduatorum, & nominatorum; iuxta concordata Franciæ, non debentur nominatis, & graduatis, vt consuluit Rebuffus cons. 40. num. 11. vbi dicit respectu mandatariorum, quòd illis talia beneficia non debeantur.

Consuluit etiam Hieronymus Gabriel cons. 199. num. 1. & per totum, volum. 2. quòd Priuilegium concessum à Pio V. in fauorem
12 inquisitionis Hispanię, ad supprimendum in qualibet Ecclesia Cathedrali, & collegiata vnum Canonicatum primo vacaturum per cessum, vel decessum, etiam in mensibus reseruatis, per regulam nostram, vt fructus applicarentur sancto Inquisitionis Officio, quòd non vendicabat sibi locum in vacatione ex causa permutationis, cum sit cessus in fauorem, & non purus, nec simplex.

Item reseruatio facta de beneficio primo vacaturo per resignationem, procedit in va-
13 catione ex simplici † resignatione, non in conditionali, ex causa permutationis. Cassadorus decis. 1. num. 1. & per totam, de rerum permutatione.

Rursus dum Concilium Tridentinum, sess. 24. de reformatione. cap. 18. disponit, quòd omnia beneficia curata per obitum, vel resignationem prouideantur per concursum iuxta formam illius decreti, non habet locum
14 in resignatione, quæ fit in fauorem, † sed in resignatione simplici. Flaminius Parisius de resignatione beneficiorum, lib. 10. q. 7. num. 13. 14. & 15. & declarauit Sacra Congreg. Concilij, dicens huiusmodi.

Decretum Concilij Tridentini, quòd dicit vacationes omnes de Ecclesiis Parrochialibus, etiam per resignationem, examine per concursum præuio, fore conferendas, locum non habet, in resignationibus factis in manibus Papæ in fauorem certæ personæ, cum non possint dici proprie vacare, & dixi in gl. 6. a num. 121. & 122.

Ad hæc, gratia expectatiuę, cum primum per cessum, vel decessum vacauerit, non ca-
15 pit beneficium resignatum ex causa † permutationis, tex. in cap. 1. de rerum permutatione, lib. 6. Puteus decis. 263. numero 3. libro secundo.

Pręterea priuilegium concessū Magno Magistro Hierosolymitano ad conferendum beneficia sui Ordinis, vacantia in Curia per cessum, vel decessum: interpretatur de ces-
16 sione, & resignatione simpliciter † in Curia facta; non autem de ea, quæ fit in fauorem, vt firmat Mandosius in tractatu de signatura gratiæ, titulo resignationes, col. 3. vers. *nec Papa consueuit*. Puteus decis. 177. die 14. *Nouembris*. num. 1. & per totam, lib. 3.

Pariter indultum concessum Cardinali-
17 bus, † ad conferendum beneficia vacantia in Curia, per cessum, vel decessum: non comprehendit vacantia per resignationem conditionalem. Puteus decisione 523. *indul-*

tum

tum Cardinalis. libro tertio. numero primo.

Quibus accedit, quòd beneficium resignatum in Curia non cadit sub clausulis generalibus † positis in impetratione per contractum matrimonij, & ingressum religionis, vt tenuit Rota, teste Bellamera decis. 251. incipit, *in causa mea Burdegalen.* 18

Pro hoc, quia regula Cancellariæ 31. de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiarium Cardin. non habet locum in vacatione ex causa resignationis † in fauorem factæ, vt tradit Gomezius super eadem regula. quæst. 4. & fuit resolutum in vna Hispalen. portionis 14. Aprilis 1599. coram Quiroga. 19

Demum si beneficium reseruatur per cessum, seu resignationem vacaturum, reseruatio non capit vacationem causatam ex causa permutationis, aut resignationis conditionalis. † Puteus decis. 262. n. 4. lib. 2. Paris. de resignat. lib. 1. q. 4. nu. 29. cum seqq. 20

Quorum omnium summa ratio est, quia resignatio in fauorem est conditionalis, si beneficium conferatur illi, ad cuius fauorem fit; si ergo non confertur, & conditio non adimpletur, nihil dicitur actum, & beneficium remanet, vt prius penes resignantem. Rota decis. 7. de renunciat. in antiquis. Puteus decisione 48. & 270. libro 1. & decisione 410. lib. 3. Caputaquen. decis. 83. p. 3. Mohedanus decisione 25. & 36. de renunciat. latè Flaminius Parisius de resignatione libro 1. quæst. 3. per totam. 22 23

Cum igitur illud verbum, *per resignationem*, intelligatur de sola resignatione simplici, vt in casibus prænarratis: sic in casu nostro videtur, quòd limitatio nostræ regulæ, de qua in glossa ista, sit intelligenda de sola resignatione simplici, non de resignatione conditionali, & in fauorem.

Resignatio in fauorem non potest fieri coram Ordinario.

Vlterius hoc comprobatur, quia coram Episcopo, seu Ordinario non potest fieri resignatio conditionalis, † & in fauorem. Nam aliàs esset simoniaca, vt post glossam, verbo, *dimittere*, in cap. ex parte 12. & omnes ibi, de officio delegati, resoluit Ferret. conf. 95. numero 13. Caputaquen. decisione 192. numero secundo. parte secunda. Gomezius in regula de triennali. quæstione 16. numero tertio. vers. *postremo*. Felinus in cap. ad audientiam. il 2. numero tertio post principium, & numero quarto ante finem. vers. *omnia autem ista procedunt*. de rescriptis. Milius in repertorio, verbo, *renunciatio beneficij simoniace facta*. vers. *dicitur simoniace renunciari*. Mandosius in regula de annali. quæstione 46. numero 2. Caccialup. de pensionibus. quæst. 19. num. 15. Nauarrus in manuali cap. 23. numero 107. vers. *ad decimum*. Rebuffus in praxi, tit. de pura, & simplici resignatione, vers. *& quamuis pura resignatio*, & in titulo de resignatione conditionali. numero primo. Petrus Baisius in directorio election. p. 3. cap. 1. numero 4. Rodoanus de simonia. 1. p. cap. 26. & 2. p. cap. 22. num. 14. cum sequentibus. Roffinia. de beneficio. c. 27. num. 8. & 9. & expresse disponitur per constitutionem Pij V. 58. de mense Aprilis an. 1568. in vers. *caueant autem Episcopi*, Quamuis Couar. aliàs vir doctissimus, minus bene in contrariam sententiam (ante dictę constitutionis Pij V. promulgationem) se inclinauerit. lib. 1. variar. resolutionum. c. 5. ante medium, & per totum. 21

Vnde si resignatio conditionalis non potest fieri in manibus Episcopi, & illa median te beneficium vacare non potest, cum actus nullus, nullum operetur effectum, & sine vacatione non detur prouisio Ordinarij: resultare videtur, quòd regula nostra in parte, de qua agitur, solum sit intelligenda de vacatione per resignationem simplicem, † quæ potest fieri in manibus Ordinarij, & inducere vacationem, ita vt prouisioni ordinariæ locus sit.

Quando enim beneficium simpliciter resignatur in manibus Episcopi, tunc Episcopus potest talem resignationem admittere, & beneficium vacans ex huiusmodi resignatione alteri conferre, † si alias reseruatum non sit. Rota decis. 4. num. 1. & sequentibus, de renunciatione, in nouis. Paris. conf. 76. num. 4. & conf. 93. numero 25. volum. 4. Mandosius in regula 30. q. 7. nu. 1. & per totam. Put. decis. 468. lib. 2. Flamin. Parisius de resignat. lib. 1. q. 4. nu. 1. cum seqq. & nu. 64. 24

Constitutio Pij V. sup resignationib.

Licet hodie hoc fit modificatum per constitutionem Pij Quinti, quæ est in bullario 58. inter suas constitutiones sub data Kalen. Aprilis ann. 1568. per quam constitutionem disponitur, quòd ex tunc Episcopi, & alij Ordinarij nullas admittant, nec recipiant resignationes beneficiorum, nisi † illorum, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij, censuriśq; Ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inseruire, seu qui vnũ aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud cõtingerit promoueri, religionẽ quoq; ingressuri, vel matrimoniũ contracturi, si statim postea id re ipsa exequãtur, & in alijs casibus contentis in c. nisi cum pridẽ. de renunciatione, qui etiam, ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere securi. 25

Insuper cauetur in eadem constitutione, in versiculo, *cæterum præcipimus*, ne Episcopi, † vel alij collatores de beneficijs ex prædictis causis renunciatis, aut renunciantium,

aut ipsorum Episcoporum, vel collatorum consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum, audeant prouidere, alias prouisiones sint eo ipso nullæ, & in graues pœnas per eand. cõstit. inflictas collatores incurrant, de cuius constitut. explanatione, vide Flam. Paris. de resignat. benefic. li. 5. q. 6. per tot. vbi latiss. & Marcũ Anton. Genuen. in sua praxi Archiepisc. cap. 64. per totum. Gregor. Branden. ad concordata Germaniæ. q. 12. n. 10. cum seqq. vbi ponderat. nu. 14. & 15. regul. nostram, vt non procedat in vacationibus per liberam resignationem in manibus Ordinariorum factam.

Pro contraria vero parte, quòd regula nostra non loquatur,
26 nisi de beneficijs resignatis in fauorẽ † facere videtur; nã intẽtio Papę ea videtur esse, quod benef. omnia quocũq; modo vacatura includantur sub reseruat. nisi alias sint reseruata, quia frustratorium esset reseruare iam reseruata: Vnde sicut regula nostra noluit reseruare beneficia vacantia in Rom. Curia, vt latè diximus in gl. præced. eodem modo tendit ad non reseruandũ benef. vacãtia per resignat. in fauorem. Tum, quia beneficia non possunt resignari conditionaliter, & in fauorẽ, nisi in manibus Papę, vt supra diximus n. 21. & quã
27 do resignantur in manibus Papę nullus alius inferior potest se intromittere, † cum in Curia vacare dicantur. Simonet. de reseruat. q. 28. n. 1. cum seqq. Rota decis. 4. de præb. in antiq. cum adductis in glo. 13. præced. n. 2. Tum,
28 quia non possunt conferri alteri, nisi illi, † in cuius fauorẽ fit resignatio, & sic non est propria vacatio. c. 1. de rer. permutat. in 6. Flamin. Paris. de resignat. li. 1. q. 4. n. 18. cũ seqq. Mascard. de probation. conclus. 1401. n. 1. & 6. quapropter Papa noluit reseruare beneficia ex tali vacatione vacantia, quia reseruatio esset inanis, & frustratoria.

Comprobatur, quia si regula nostra intelligeretur de vacatione ex causa simplicis resignationis; ita vt Episcopus posset prouidere omnia beneficia sic vacantia in omnibus mensibus, nulla profecto adinueniri potest congrua ratio, quare ista vacatio sit magis priuilegiata, quam reliquæ omnes: quo fit, vt de hac sola vacatione per resignationem in fauorem, regula nostra intelligenda videatur.

Regula ista intelligitur de vtraque resignat.

Cæterum breuiter arbitror, quòd verba nostrę regulæ intelligan-
29 tur de vacatione ex causa vtriusq; † resignationis, tam purę, & simplicis, quã conditionalis, & in fauorẽ, quia dicta verba, *alias quã per resignationem*, possunt adaptari ad vtrãq; resignationem. Et cum regula nostra indistin-
30 cte, & generaliter loquatur, generaliter † est de vtraq; resignatione intelligenda. l. de precio, cum similibus. ff. public. in rem actione, & in isto casu militant diuersæ rationes, quam in casibus superius relatis.

Vnde dicit Rota decis. 624. nu. 1. p. 3. lib. 3. diuersor. quòd regula nostra excipit resignationes, idque siue in Curia fiant, siue in partibus, & sic vtrumque casum comprehendere videtur, facit etiam decisio 475. n. 3. & 4. eadem 3. p. diuersor. & decisio 700. in fin. ibid.

Hinc infertur, quòd in quolibet mense
31 anni † potest Episcopus, & quilibet alius Ordinarius conferre beneficia corã illo libere resignata, dummodo resignentur ex causis contentis in d. constitut. 38. Pij V. supra relata, & nõ conferantur consanguineis, vel affinibus, aut familiaribus resignantis, nec collatoris. & firmat Gregor. Branden. in loco supra allegato n. 25.

Infertur etiam, quòd quamuis per permu
32 tationem beneficia vacare † dicantur. Rota decis. 7. de rerum permutatione, in antiquis, tex. in c. vnico de rerũ permut. li. 6. vbi Probus post alios. nu. 10. Gomezius in regula de publicãdis. q. 3. n. 3. Tamen in quolibet mense anni possunt permutari beneficia corã Episcopis, & Episcopi possunt admittere resignationes in fauorem ex causa permutationis,
33 quas faciunt permutantes, & eorum cuilibet collationem de beneficio resignato facere; si quidem permutationes non fraudulentę beneficiorum, licite fieri possunt coram Episcopis, si ex aliquo capite beneficia permutata reseruata non sunt. c. cum olim. c. cum vniuersorum, de rerum permutatione. c. vnico, eodem titulo lib. 6. vbi omnes tradunt, & præsertim Petrus Andreas Gambar. n. 110. cum sequentibus. clement. 1. eodem titulo de rerum permutatione, & ibi Vitalin. nu. 16. Federicus de Senis in tractat. de permutat. beneficiorum. num. 30. cum sequentibus. Rota decis. 1. nu. 6. & per totam, de rerum permutatione, in nouis, & decis. 10. eodem titulo, in antiquis. Rebuff. in praxi, titulo de permutatione beneficiorum. num. 36. Fuscus in tract. de visitation. c. 28. n. 32.

Permutatio potest fieri corã Ordinario in omnibus mẽsibus.

Nec obstat dicere, quòd hodie non possunt Ordinarij admittere resignationes beneficiorum, quia Pius Quintus in sua constitutione 42. incipit, *officium creduæ*, suspendit facultates Ordinariorum recipiendi hu-
34 iusmodi permutationes † beneficiorum, donec detur modus: & quòd in dicta constitut. 58. eiusdem Pij V. datior forma in resignationibus, & non in permutationibus, & consequenter suspensio durat in permutationibus, vt tradit Flaminius Parisius in tractatu de resignatione beneficiorum. lib. 5. quæst. finali. num. 231. vbi num. 232. addit, *nec dicas, quòd mortuus est Pius V. Papa, qui fecit*

suspen-

suspensionem, quia durat Sedes Apostolica. cap. si gratiose, de rescript. lib. 6.

Quoniam potius est veritas in contrarium, nam ipsemet Pius Quintus in dicta
35 Constitutione 58. substulit de medio † præfatam suspensionem, & expresse approbauit permutationes fiendas coram Ordinarijs, prout de iure communi licebat, vt constat in illis verbis eiusdem constitutionis 58. *Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur.*

Ecce igitur, qualiter hodie possunt fieri
36 dictæ permutationes,† quę alias de iure cõmuni permittuntur coram prędictis Ordinarijs, & ita practicari vidi: Quòd enim non
37 mutatur, quare stare † prohibetur? l. præcipimus, in fine, cum similibus. C. de appellationibus. Caputaquen. decis. 8. n. 7. & 8. p. 2. plene Menochius de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 38. per totam.

Immo quando beneficia permutata sunt
38 inæqualia † potest Episcopus ex officio mandare (cessante pacto) quòd recipiens beneficium pinguus soluat aliquam pensionem, suo tempore duraturam, ad coæquandos fructus vtriusque beneficij permutati, ita consuluit Ancharan. cons. 279. *quæstio proponitur.* nu. 1. & per totum. Felin. in c. quia verisimile. sub n. 1. vers. *& subdit signanter.* de præsumption. Nauarrus cons. 43. incipit, *Caius*, num. 4. de simonia, dicens, quòd potest hoc efficacius probari, quam illi probant, & vide, quæ dixi in gl. 5. §. 5. ex n. 27.

Minus obstat si dicatur, quòd regula nostra non excipit vacationes ex causa permutationis, sed solum excipit vacationes ex causa resignationis: & aliud sit resignatio, aliud permutatio. nam differunt nomine, & re, & ex titulis diuersis, nam titulus de renunciatione ponitur in primo libro decretalium, & titulus de permutatione, in lib. 3. Gomezius in regula, de publican. q. 3. nu. 11. Quia respondeo, quòd permutatio habet in
39 ventre resignationem † in fauorem permutantium, ita vt permutatio nihil aliud sit,
40 nisi quædam reciproca † resignatio, quę ad inuicem inter permutantes fit. tex. in d. cap. vnico, de rerum permutatione, li. 6. & in clemen. 1. eodem tit. Cassad. decis. 1. n. 2. de rer. permutat. Rota decis. 16. n. 3. de rerum permutat. in antiquis. Romanus cons. 465. Flaminius Parisius de resignatione beneficior. lib. 11. q. 5. num. 19.

Et omnis dispositio loquens de resignatione, includit in se regulariter resignan-
41 tem ex causa † permutationis, ex eo quòd permutatio est vera resignatio. Rota decisione 16. num. 3. cum sequent. de rerum permutatione, in antiquis, & plenè, ac eleganter tradit multa adducens Gomezius in regula de publicandis. quæstione tertia. numero secundo, & tertio. Rebuffus in eadem regula de publicandis. glossa tertia. num. 2. vbi tenet, quòd regula de publicandis resignationibus locum habet in resignatione ex causa permutationis.

Hinc resignationis appellatione permu-
42 tatio † includitur, vt dicit Flaminius Parisius de resignatione beneficiorum. lib. 12. q. 5. num. 19.

Prout etiam dicitur, quòd in permutatione non est necessaria aliqua expressa col-
43 latio † noua, ipsis permutantibus, de permutandis beneficijs facienda; sed statim, quòd ex causa permutationis beneficia resignantur, & superior resignationem admit-
44 tit, † absque alia collatione transfert illa inuicem in alterutrum, & in continenti permutatio, eo ipso perfecta remanet. absq; alia noua collatione. Nam illa admissio habet vim tacitę collationis, vt post Innocentium in cap. inter cætera. n. 3. post principium, vers. *posset etiam dici*, & Ancharan. ibidem, de prębendis, tradit Rota decisione 16. sub nu. 6. vers. *Immo etiam plus dicitur*, de rerum permutatione, in antiquis, & decisione 1. num. 3. eodem titulo. in nouis. Federicus de Senis, in tractatu de rerum permutatione. nu. 44. quæst. 27.

Sicut etiam traditio possessionis, facta ab habente potestatem conferendi, per necessarium antecedens habet, & continet in se
45 tacitam, & virtualem collationem. Rota decis. 16. de concess. præbend. in nouis. Puteus decis. 120. & 125. lib. 3. Acchiles decis. 4. de præbend. Couarruuias lib. 3. variarum cap. 16. numero 10. Caputaquen. decis. 81. numero 5. parte prima, & Rebuffus plures similes casus adducens, de pacif. possess. num. 12. vsque ad 18. & tetigi in glossa 5. in principio, num. 54.

Dixit etiam Ignatius de Salcedo in praxi Bernardi Diaz. cap. 21. de illiteratis, sub littera G. in fine, quòd licet sit nulla collatio beneficij facta illiterato: si tamen postea litteras ille adiscat, & is qui contulit non pœniteat pristina collatio, tacita quadam
46 collatione reuiuiscit † ex his, quę adducit Felinus in capit. cum ex officij. numero 36. de præscription.

47 Ac sæpe tollerantia sola habet vim † collationis tacite, vt plene Selua de beneficio tertia parte, quæstione decima, in principio, & num. 24.

Licet de facto in permutatione, contrarium seruetur. Nam vt securius permutatio expediatur, post admissam resignatio-
48 nem fit collatio † cuilibet, vt dicit Rota d. decis. 16. vers. *sed licet ista conclusio*. Federic.

d. nu. 44. Et secundum hoc est intelligendum illud, quòd dicitur, quòd permutatio continet in se duos actus, videlicet renunciatio-
49 nem, & permutationem, seu nouam † collationem, vt dicit Boherius decis. 2. num. 16. latè Flaminius Parisius de resignatione lib. 11. c. 5. à n. 59. & videas quę dixi in gl. 15. §. 2. q. 10. ad finem ex num. 57.

Et sic concludendum videtur, quòd regula nostra quatenus excipit vacationes per resignationem, similiter excludat, & excipiat vacationes ex causa permutationis: maxime vt minus quam fieri possit euitetur reseruatio, & iuris communis correctio, ad cap. cum expediat cum similibus, de electione lib. 6.

Præsertim quia ad effectum reseruationis,
50 non dicuntur beneficia vere † vacare ex causa permutationis, & sic non comprehenduntur sub reseruatione, vt dicit Hieronymus Gabriel cons. 199. nu. 4. & 9. lib. 2. licet num. 10. dubitet. & merito per ea, quæ superius dixi à num. 12.

Rursus non obstat dicere, quòd si non potest fieri resignatio in fauorem coram Ordinario, vt supra docuimus, consequenter nec potest fieri permutatio, cum in permutatione, quilibet permutans resignat ad inuicem, in fauorem alterius, vt probatur in dicto cap. 1. de rerum permutatione. lib. 6. & in clementina 1. eodem titulo. Rota decis. 4. & 7. & decis. 16. num. 3. de rerum permutatione, in antiquis. Parisius de resignatione beneficiorum. lib. 1. quæst. 4. num. 23. Vitalinus in clementina vnica. nu. 90. de rerum permutatione,

Quoniam permutatio ad hunc effectum, ratione materiæ proportionabilis, & subiec-
51 tę, longe distat † à resignatione in fauorem, sine permutatione. Nam in resignatione in fauorem, ille, qui non habet beneficium acquirit illud, ex voto, & voluntate resignantis, & resignans remanet sine illo; in permutatione vero secus est. Nam datur beneficium pro beneficio, & nemo permutan-
52 tium dicitur perdere, nec de nouo † acquirere, cum in permutatione alterum beneficium, loco alterius subrogetur.

Hinc in resignationibus in fauorem ma-
53 iores occasiones fraudis † dari possunt, quam in permutatione, vt benè animaduertit Gomezius in regula de publicandis. q. 3. ad finem, vers. *quinto in simplici resignatione*, num. 17. Mandosius in regula 19. de infirmis resignan. q. 12. sub nu. 1. & sequentibus, vbi post alios dicit num. 3. & 4. quòd permuta-
54 tio est † fauorabilis, quia per eam prouidetur beneficijs potius, quam personis: & resignatio in fauorem certę personæ est odiosa, quia per eam prouidetur personæ, & non beneficijs, vide etiam eundem Mandos. in eadem regula. q. 13. sequenti.

55 Vnde qui est prohibitus acquirere, † non prohibetur permutare. Geminian. & Franchus per tex. ibi in cap. 1. num. 2. de excessibus Prælator. lib. 6. Tiraquel. de vtroque retractu. §. 32. glossa 1. nu. 28. vbi plura in proposito cumulat, & Molina de primogenijs Hispanorum. lib. 4. c. 5. à n. 47. cum sequentibus, & ferè per totum illud caput.

Sicut etiam in puncto iuris dispensatus ad vnum beneficium tantum, potest illud
56 permutare † pro alio, vt Ioann. Andreas, & Ancharanus, ac alij relati per Franchum in cap. non potest. §. illud. num. 6. & 7. de præbend. lib. 6. tenent: & sequitur Petrus Andreas Gambarus in cap. 1. de rerum permutat. lib. 6. nu. 79. Crescentius decis. 1. nu. 6. de rebus Eccles. non alienan.

Quamuis de stylo Curię contraria opinio sit in praxi seruanda, vt Rota decis. 1. de filijs Præsbyterorum, in nouis. Crescentius dicta decisione 1. numero 6. & 7. de rebus Eccleſię non alienandis.

Rursus licet resignatio facta ab infirmo, seu non superuiuente per viginti dies non teneat, vt in regula de infirmis resignantibus, quæ accepit spiritum vitæ à capit. 2. de renunciatione, in sexto; tamen permu-
57 tatio æqualis benè † tenet, cum in illa cesset occasio fraudis, & per infirmum vacare poterit beneficium, quod loco dimissi accepit. Ludouicus Gomezius in regula de infirmis, quęst. 19. per totam, cuius opinio est magis æqua, & benignior, teste Mandosio super eadem regula. quęst. 13. num. 13. Licet Rota contrarium iudicauerit. Puteus decisione 235. lib. 3. Acchilles decisione vnica super d. regula de infirmis, & Rebuffus ibidem glo. 4. n. 1. Nec mirum cum ipsa reg. de infirmis contineat illa verba, *sine ex causa permutationis*.

Et propterea de iure permittitur fieri corã Ordinario simplex permutatio beneficiorũ, absq; alijs pactis, vel conditionibus. Resignatio autem in fauorẽ fieri prohibetur, tã quã simoniaca, vt superius in vtroque casu probatum relinquimus ex n. 21. & 32. & bene tradit, ac distinguit Bonifacius Vitalinus in dicta clementina vnica. num. 22.

Prout neq; potest fieri permutatio coram Ordinario, quando non est simplex, sed trian-
58 gularis, † vel quadrangularis, veluti si ego resigno meum beneficium in fauorẽ Ioann. vt ipse Ioann. resignet suum beneficium non in fauorem mei, sed in fauorem alterius, quia esset simoniaca talis permutatio triãgularis. Bonifac. Vital. n. 43. Imol. n. 40. in clemen. 1. de rerum permut. Caputaq. decis. 325. n. 1. & per tot. p. 2. & decis. 203. & 227. p. 1. Acch. de

Grassis

Grassis decis. 2. de rerum permutatione. Nauarrus cons. 43. incipit, *Caius*, nu. 3. in fine, de simonia.

Iste etenim permutationes, & omnes aliæ
59 fraudulentę, † sunt de iure communi prohibitæ. Rota Fastoli dubio 22. Mandosius in regula 19. q. 13. num. 5. Quando autem præsumantur fraudulentæ resignationes? vide Rebuff. in praxi, titulo de permutatione. num. 42. vsque ad 48. cum ibi allegatis, & Mascardum de probationibus, conclus. 178. *beneficij permutatio*, per totam.

Immo nec Papa temporibus nostris has triangulares, vel quadrangulares permu-
60 tationes admittere vult, † nec admittit re-
61 seruationem pensionis in fauorem tertij, † non resignantis; nisi studiorum causa pro scholari paupere, ad cuius fauorem admittit reseruationem pensionis 50. ducat. annuorum de Camera tantum, de consensu possessoris beneficij.

An reg. nostra loquatur de resignatione expressa, vel soli de tacita.

Secundo & principaliter quęro. An regula nostra quatenus excludit vacationes per resignationem, loquatur
62 de resignatione expressa † tantum; An vero non solum loquatur de vacationibus causatis per expressam resignationem; sed etiam de causatis ex tacita resignatione, vel renunciatione?

Premitto quòd resignatio expressa est illa, quæ fit verbis expressis, de qua in præcedenti quęstione diximus, siue sit simplex, siue conditionalis, aut ex causa permutationis.

Tacita vero renunciatio dicitur, quæ ip-
63 so iure † fieri intelligitur, absque alia verborum expressione, vt adipiscendo secundum beneficium incompatibile, tacite renunciat primo. cap. de multa. c. quia in tantum, de præbendis.

Item beneficiatus, qui contraxit matrimonium, tacite videtur renunciare beneficijs, quæ obtinet. c. quod à te, vbi glos. & omnes. de Clericis coniugatis. Nauarr. cons. 3. nu. 1. de renunciatione. Caputaquen. decis. 215. num. 2. p. 1. Mascardus de probation. concl. 182. num. 3.

Vel si efficiatur miles secularis, quia videtur renunciare beneficio, quod obtinet. glo. in cap. vltimo, verbo, *redierint*, de Clericis non residentibus. Gigans de pensionibus q. 55. nu. 2. Rebuff. in tract. de nominationibus. q. finali. Iulius Clarus in praxi criminali. §. fin. q. 73. vers. *item Clericus*.

Rursus si non promouetur infra annum ad beneficium curatum. cap. licet Canon, de electione, in sexto, quem tex. bene declarat Rebuff. in praxi. titulo de non promotis infra annum.

Et deniq; in alijs pluribus casibus congestis per Rebuff. in praxi, titulo de tacita renunciatione, per totũ. Flaminium Parisium de resignatione beneficiorum. lib. 1. q. 1. n. 9. vsq; ad num. 28. de quibus etiam latius agemus in glossa sequenti.

Videbatur etenim, quòd regula nostra loquatur, non solum de expressa resignatione, seu renunciatione; sed etiam de tacita; quia tacita resignatio eundem habet effe-
64 ctum, sicut expressa, † & taciti, & expressi idem est iudicium. l. cum quid. ff. si cert. petat. vbi Iason num. 5. Euerardus in loco 27. de expresso ad tacitum. Paris. cons. 19. num. 153. cum sequentibus. volum. 2. & cons. 69. num. 11. volum. 3. & cons. 76. n. 1. volum. 4. Roland. à Valle, cons. 99. n. 4. lib. 4. Melchior Pelaez in tract. de maioricat. p. 1. q. 38. nu. 1. cum sequentibus. Lancellot. de attent. 2. p. c. 4. limitat. 5. n. 20. cum sequentibus.

Item, quia isto modo regula nostra minus restringebat ordinariorum potestatem, minusq; ius commune lędebat, si omnes vacationes, causatę ex resignatione tacita, & expressa, in reseruatione nostræ regulę nõ comprehenderentur. l. si quando. C. de inof. testamento. c. cum dilectus, & ibi gl. verbo, *nec iuri*, de consuetudine. Menochius de præsump. lib. 6. præsumpt. 38. à num. 2.

Cęterum contraria sententia est vti vera tenenda, nempe, quòd regula nostra non excludat tacitas resignationes, sed dumtaxat excipiat expressas.

Tum, quia, quęlibet ex prædictis tacitis renunciationibus habet suum nomen singula-
65 re, & expressum † vacationis, ac distinctam naturam, videlicet per assecutionem, seu execrabilitatem, per matrimonium, per ingressum religionis, per militiam, per non promotionem, & sic de similibus, prout latius in glossa sequenti dicemus. Vnde cum illa sint propria peculiaria, specialia, & poten-
66 tiora nomina vacationum, debent † præponderare; ita vt vacatio non dicatur per resignationem; sed per assecutionem, matrimonium, aut religionem, &c. nam à famosiori, & digniori fieri debet denominatio. l. cũ aurũ 19. §. fi. ff. de auro, & argẽto legato. l. sanci mus. §. ne autẽ. C. de donation. c. per tuas, de arbitris. c. 2. de consacr. Eccl. vel altaris. Alexand. cons. 178. n. 19. li. 2. Ægid. decis. 206. Roland. cons. 23. n. 26. cum pluribus seqq. lib. 1.

Tum quia, quando adest nomen speciale, & proprium vacationis, illud est assu-
67 mendum, & non nomen generale † renunciationis, vel resignationis tacite, argumento. l. 1. & 2. ff. de præscriptis verbis, vbi probatur, quòd quando contractus habet certum nomen, & speciale, tunc est actio denominanda à nomine ipsius contractus, & non intrat, actio generalis, de præscriptis verbis, textus etiam in l. tertia. ff. de

crimine ſtellionatus, vbi diſponitur, quòd tunc habet locum actio de crimine ſtellionatus, quando delictum proprium, & ſpeciale
68 nomen † non habet; ſecus vero ſi proprium nomen non deficeret.

Tum etiam, quia in qualibet diſpoſitione verba in dubio capi debent in ſpecie,
69 † & non in genere, bonus text. in l. hoc legatum 45. & ibi Bartolus numero primo. ff. de legat. 3. Gomezius in regula de publican. quæſt. 3. numer. 13. Et vocabulum æquiuocum potius ponitur pro ſpecie, quam pro genere. Corneus conſ. 229. *licet claram.* numero 8. volum. 4. Decius in l. in toto iure 80. numero 3. ff. de regulis iuris. Nam vocabula generalia ſolent cauſare confuſio-
70 nem, † & obſcuritatem pariunt. l. prætor edixit, in principio. ff. de iniurijs. Decius conſ. 20. num. 3. verſ. *quinto.* Rota deciſ. 23. poſt principium, de prębendis, in nouis. Caputaq. deciſ. 328. n. 4. p. 2.

Et propterea verba, (*alias quam per reſignationem,*) noſtræ regulæ, quæ ſunt æquiuocæ,
71 & generalia, † vt late reſoluit Flaminius Pariſius de reſignatione beneficiorum. libro primo, quęſt. 1. numero 66. 67. & 68. ſunt capienda, & intelligenda in ſpecie, hoc eſt de expreſſa reſignatione; non autem in genere de tacita, vt confuſionem inducant.

Tum denique, quia aliàs ampliſſima reſeruatio noſtræ regulæ, loquentis per vniuerſalia verba, (*quocunq; modo vacatura,*) val-
72 de reſtringeretur †, cum omnes fere vacationes contineant tacitam renunciationem, vt in exemplis adductis per Rebuff. & Flaminium Pariſium, vbi ſupra: & ſic ratione ſubiectę materię, generalia verba ſunt reſtringenda, vt per Rotam deciſione 343. numero 2. & 3. & deciſione 591. numero finali. p. 1. diuerſorum.

Accedit, quòd communis vſus loquendi ſemper intelligit vacationem per reſignationem, de expreſſa reſignatione, quæ fit in manibus ſuperioris, & cum illius auctoritate: & ſic de propriori, & ſpeciali ſignificatu; non autem de tacita reſignatione, quæ
73 non requirit auctoritatem ſuperioris, † vt tradit Benedictus Capra in clementina gratię. n. 5. de reſcriptis, nec in latiori, ac minus propria ſignificatione. Et communis vſus loquendi ſemper eſt attendendus. l. cum delanionis. §. optimum. ff. de fundo inſtructo, cum alijs adductis ſupra in gl. 11. n. 69.

Vnde fuit reſolutum in vna Tiraſonen. Canonicatus coram R. P. D. meo Decano 24. Maij huius anni 1602. quòd per aſſecutionem vnius Canonicatus de menſe Maij, vacauerat (ipſo iure) primus Canonicatus, tanquam incompatibilis in menſe Apoſtoli-
74 co, & quòd erat per regulam † noſtram reſeruatus: & ſic clare dixit Rota, quòd exceptio regulæ noſtrę non eſt intelligenda de tacita reſignatione, quæ per aſſecutionem, & incompatibilitatem inducitur, nam alias non intraret reſeruatio regulę noſtræ.

Sic etiam Rota Faſtoli, dubio 40. determinat, quòd non dicitur vacare per ceſſum, vel deceſſum, quod vacat per priuationem,
75 † nec reſeruatio ad vnum caſum capit aliud. Simonet. de reſeruat. quæſt. 65. numero 1. & per totam. Æneas de Falconibus de reſeruation. quęſt. 1. principali. num. 4. & quęſtione tertia. numero 12. Puteus deciſione 25. lib. 1. Gomezius in regula de impetr. benef. familiar. Cardin. q. 7. Mandoſ. in reg. 32. quęſt. 8. per totam.

Quare regula non capit vacationę ex cauſa reſignationis.

Tertio principaliter quæro, quęnam
76 fuerit ratio, † quare regula noſtra magis exceptuauerit, ac excluſerit ab illius reſeruatione, vacationes, ex cauſa reſignationis, quã omnes alias? ſæpe cogitaui, & nullam concludentẽ rationẽ reperire potui.

Poteſt forſan dici, quòd cum nulla alia va-
77 catio pendeat, ita à mera voluntate, † ſicut illa, quæ cauſatur ex reſignatione: nam debet eſſe prorſus libera, & ſpontanea ad voluntatem reſignantis, & Ordinarij admittentis. e. ſuper hoc de renunciatione. cap. ad audientiam, de his quę vi. Rota deciſ. 5. n. 2. de renunciat. in nouis, & deciſ. 6. n. 2. eod. titulo, in antiquis. Quia de facili poſſent elidi, & defraudari menſes Apoſtolici, expectando ad menſes ordinarios, ad reſignandum in illis. Ideo Papa voluit excludere vacationes per reſignationes.

Et pro hoc facit Rota deciſione 805. incipit *Gerundien.* ad fin. lib. 3. p. 3. diuerſor. dum dicit, quòd facilius conceditur Nuntio facultas diſponendi de benef. vacan. per reſignat. quam per obitum, cum vacatio per reſigna-
78 tionem pendeat à ſola facultate † reſignantis; conſuluit etiam Geminianus conſ. 136. *ſuper primo,* num. fin. verſ. *vel poteſt dici.*

Hinc dixit Nauarrus conſ. 18. n. 3. de prębendis, quòd prudenter aget expectans ad capiendam poſſeſſionem beneficij incompatibilis in menſe ordinario, vt ceſſet reſeruatio alterius beneficij vacantis.

Sed ratio iſta non ſatis placet. Nam vltra quòd non militat, quoad reſignationem in fauorem, quæ dumtaxat fieri poteſt in manibus Papę, niſi ſit ex cauſa ęqualis permutationis, vt ſupra numero 21. non ſemper reſignare volentes poſſunt commode, tandiu differre reſignationes, vt prius menſes
79 † Apoſtolici elabantur, propter moræ periculum, quod ſæpè contingere ſolet. Et quia volentes libere reſignare, (quod raro
80 † accidit, vt dicit tex. in d. cap. ſuper hoc, ibi, *quod vix fieri de voluntate propria creditur.*

de re-

de renunciatione) eo ipso, quòd tenentur seruare tenorem constitutionis 58. Pij V. superius memoratæ, parum interest illorum, quòd magis prouideat ordinarius, quam PP.

Vel dicamus, quòd sic placuit Papę non cõprehendere in reseruatione, vacationes ex causa resignationis, vt minus onerosa, & riguroſa Ordinarijs appareat reseruatio: & fuit illi arbitrarium vnam, vel aliam, aut nullam vacationem excludere: & ideo si exclusit vacationem ex causa resignationis, non est
81 alia quærenda ratio, nisi, quòd sibi † ita placuit. Nam in arbitrarijs ratio quærenda non
82 est; † sed sufficit dicere, sic volo, sic iubeo sit pro ratione voluntas. §. furtiue, & ibi gl. verbo *furtiuarum*. instit. de vsucapion. Cassad. decis. 2. n. 4. de priuilegijs. Sufficit etiam dicere, quando ratio legis reddi non potest, ita
83 scriptum † est. l. prospexit. ff. qui, & a quibus. Felin. in c. si quando, n. 11. de rescript. & non omnium, quę a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest. l. non omnium 20. ff. de legibus.

Quatenus gl. nostra continet illam dictionem (*alias*) addo, quòd ista dictio (*aliàs*) diuersimode sumitur, † vt docet Bar. in l. 1. n. 12. ff.
84 de condition. & demonstrat. vbi dicit, quòd quandoq; facit conditionem, sicut dictio (*alioquin*) vt in l. diuortio. circa princ. ff. de negot. gestis, & tunc resoluitur in (*si non*) vt notatur in d. l. diuortio, l. alias. ff. de iureiurando.

Quandoq; ista dictio est aduerbium loci, &
85 ponitur (*alias*) id est (*alio loco*) † vt in d. l. adeo 7. §. quod si toto. ff. de acquir. rerum dominio.

Quandoque est aduerbium temporis, & ponitur (*aliàs*) id est (*aliquando*) vel (*alio tempore.*) l. dicere. ff. de arbitris. l. 3. ff. de conditione sine causa.

Quandoq; est aduerbium qualitatis, & po
86 nitur (*aliàs*) id est (*aliter,*) vel (*alio modo*) † l. denique. §. vtrum. de peculio legato. l. 1. §. illud. ff. de aqua quotidiana, & æstiua.

Quandoque ponitur (*aliàs*) id est (*alio casu*) l. qui testamento 20. §. mulier testimonium. ff. de testamentis. Caputaq. decis. 210. nu. 5. p. 1. Puteus decis. 170. in fine. lib. 3.

Itaque ex natura orationis, in qua hęc dictio ponitur, potest quisq; faciliter cõprehen
87 dere, † qualiter hęc dicto (*aliàs*) capi debeat, vt dicit idem Bart. vbi supra d. nu. 12. in. fin.

In casu autem nostro ex natura orationis ponitur ista dictio (*aliàs*) vt in duobus vltimis casibus, hoc est (*aliter*) vel (*alio modo*) seu (*alio casu,*) videlicet, quòd regula nostra reseruat omnia beneficia quocumque modo vacatura, aliter, seu alio casu, vel modo, quam per resignationem, vide quæ dixerim in gl. 49.

Summaria Glossæ 15.

1 *Reseruatio nostræ regulæ includit omnes vacationes, duabus exceptis.*
2 *Vacationes omnes comprehendit generalis reseruatio, licet non apponatur dictio* (quocumque modo.)
3 *Vacare dicitur per obitum beneficium.*
4 *Mors omnia soluit.*
5 *Morte vsufructuarij, finitur vsusfructus.*
6 *Mortuus licet resurgeret, non recuperaret beneficia per illius obitum vacantia.*
7 *Vacare desinit beneficium per mortem in tribus casibus.*
8 *Vacat beneficium per resignationem.*
9 *Vacat beneficium per assecutionem, & pro declaratione plurium iurium, & Concil. Triden. constituuntur quinque tempora, & num. 10. 11. 12. & 13 ac 14.*
15 *Concil. Triden sess. 7. cap. 4. interpretatur, & adducuntur plures declarationes Sacræ Congregationis, & Rotæ decisiones, & numero 16. & 17.*
18 *Canonicatus Cathedralis, & Collegiatæ, ac portiones hodie inducunt incompatibilitatem, ac omnia alia beneficia, quæ requirunt residentiam. & nu. 19.*
20 *Residentia non præcisa, sed causatiua non inducit incompatibilitatem ad effectum vacationis.*
21 *Residentia est triplex, continua, discontinua, & causatiua.*
22 *Residentia discontinua, aut causatiua non inducit incompatibilitatem.*
23 *Incompatibilitas respectu tituli, requiritur, vt primum beneficium vacet per assecutionem secundi.*
24 *Concil. Triden. c. 4. sess. 7 & constitutio sinodalis Calagurritana intelliguntur de incompatibilitate ratione tituli, & nu. 25.*
26 *Concil. Triden. sess 24. c. 17. non inducit vacationem ipso iure.*
26 *Residentiam requirere simplicia beneficia non præsumitur, ex vniuersali consuetudine.*
27 *Obtentorum expressio non importat dispensationem super pluralitate, & nu. 28.*
29 *Regula Cancellariæ 50. super dispensationibus quid disponat.*
30 *Obtenta beneficia, si non exprimuntur, inducitur subreptio.*
31 *Dispensationem non inducit expressio eorum, quæ si tacita essent, gratia vitiaretur*
32 *Dispensatio non inducitur ex clausula* (non obstantibus) *sed ex verbis claris, & pluribus concurrentibus, & nu. 33.*
34 *Papa propter importunitatem sæpe concedit non concedenda.*
35 *Concil. Trid. c. 17. sess. 24 procedit in prouisionibus Apostolicis.*

Conci-

36 *Conciliaris dispositio, vt censeatur deregata, requirit expressiorem derogationem.*

37 *Concil. Trident. omnia decreta, continent decretum irritans.*

38 *Cancellatio verborum supplicationis declarat mentem Papæ, vt concedere non intendat.*

39 *Pluralitas beneficiorum non semper est prohibita.*

40 *Dispensationem habere expressam super pluralitate beneficiorum, securius est.*

41 *Vacationis per assecutionem de materia, plures Doctores citantur: Vbi etiam remissiue de incompatibilitate ratione eiusdem tecti.*

42 *Mensem ordinarium expectare ad capiendam possessionem beneficij incompatibilis, consultius est.*

43 *Matrimonium per verba de præsenti inducit vacationem beneficiorum, ipso iure, etiam si sit alias nullum, & nu. 44.*

45 *Professio Religionis causat vacationem, ipso iure, & adducitur regula 45. Cancellariæ, & num. 46.*

47 *Vacat beneficium ob non promotionem ad ordines infra annum.*

48 *Vacat ipso iure beneficium ob translationem Prælati n. 49. & ob non præstitum consensum electioni intra mensem, nu. 50. vel non petitam confirmationem infra tres menses, & numero 51.*

52 *Electus ante confirmationem administrans priuatur, eo ipso, iure sibi quæsito.*

53 *Vacatio, ipso iure, inducitur per promotionem ad Episcopatum.*

54 *Vacatio, ipso iure, inducitur per militiam secularem.*

55 *Vacatio, ipso iure, an inducatur per delationem habitus secularis, & n. 56. & an per electionis cassationem, ibidem.*

57 *Beneficium dicitur vacare, ipso iure, per postulationem, repulsionem, &c.*

58 *Vacat ipso iure, per violentam occupationem.*

59 *Vacat, ipso iure, beneficium per violationem sequestri appositi, vigore sententiæ latæ in petitorio, vel possessorio, vt num. 60. secus si sit appositum sequestrum ratione attentatorum, & num. 61.*

62 *Vacat, ipso iure, beneficium per non ostensionem tituli.*

63 *Vacat, ipso iure, beneficium per alienationem probibitam rerum Ecclesiæ.*

64 *Item si beneficium habetur pro derelicto.*

65 *Item propter crimen hæresis, vel Apostasiæ, & num. 66.*

67 *Hæreticorum filij priuantur, ipso iure, beneficijs obtentis.*

68 *Hæreticorum ad preces, beneficia collata vacant, ipso iure.*

69 *Simoniæ realis propter crimen vacat, ipso iure, beneficium; secus si sit sola conuentionalis, & num. 70.*

71 *Pensionis augmentum promittens, vt ad Ecclesiam promoueatur debet spoliari, & vide numero 92.*

72 *Vacat, ipso iure, beneficium per crimen læsæ maiestatis, & falsitatis litterarum Apostolicarum, & num. 73.*

74 *Vacat, ipso iure, beneficium propter percussionem Cardinalis, vel Episcopi, & num. 75.*

76 *Assassinij crimen, inducit, ipso iure vacationem beneficij.*

77 *Rectorem Ecclesiæ percutiens, aut occidens, perdit, ipso iure, beneficia.*

78 *Homicidium committens in personam fratris, aut consanguinei Rectoris Ecclesiæ, an perdat ipso iure beneficium.*

79 *Homicidium non facit vacare, ipso iure, beneficium, & quid de Parricida, & num. 80.*

81 *Vacat, ipso iure, beneficium carcerantis alium donec resignet.*

82 *Vacat, ipso iure, beneficium ingerentis se administrationi, tempore suspensionis.*

83 *Sodomiæ crimen, an inducat, ipso iure, beneficij vacationem.*

84 *Vacat, ipso iure, beneficium resignantis, & non superuiuentis per 20. dies.*

85 *Vacat, ipso iure, beneficium ob non factam publicationem.*

86 *Clausula* (vel alio quouis modo) *licet comprehendat omnes vacationes; non tamen ob non factam publicationem, & nu. 87.*

88 *Vacat, ipso iure, beneficium ob non seruatam formam constitutionis Pij V. super prouisione parrochialium.*

89 *Examini pro alijs se subijcientes, perdunt ipso iure, beneficia; nec non vacat, ipso iure, beneficium obtinentis aliud, cum intentione resignãdi, cum pensione, vel sine illa.*

90 *Constitutionis 33. Pauli IV. tenor.*

91 *Simonia, an sit, si quis accipit beneficium, cum intentione dimittendi.*

92 *Simoniam committit, qui ad obtinendum beneficium promittit maiorem pensionem, iusta.*

93 *Vacat ipso iure, beneficium per obitum collatoris, conferentis ad beneplacitum illius.*

94 *Vacat, ipso iure, beneficium ad certum tempus collatum, illo lapso.*

95 *Collatio ad tempus potest fieri ab ordinario, in septem casibus.*

96 *Vacat, ipso iure, beneficium manuale per reuocationem prouidentis.*

97 *Item per depositionem, & priuationem.*

98 *Vacat, ipso iure, beneficium per apprehensionem possessionis de beneficio, ante litterarum expeditionem.*

99 *Item detinentis indebitè scripturas, vel bona ad Cameram Apostolicam spectantia.*

100 *Vacat, ipso iure, beneficium offendentis litigantes in Romana Curia, aut illorum Procuratores, vel Aduocatos.*

101 *Insordescentia in excommunicatione, an inducat*

ducat, ipso iure, vacationem beneficij, & numero 104.

102 Insordescens per annum in excommunicatione declarabitur pro hæretico, etiam si excommunicatio procedat, ex debito ciuili, nu. 103. sed contra, nu. 106. & 107.

105 Insordescentia solum operatur tacitam confessionem delicti.

108 Sententia declaratoria priuationis, ipso iure, ob insordescentiam, ex causa ciuili fuit reuocata per Rotam.

109 Vacat ipso iure, beneficium iuxta formam Decreti per Papam appositi.

110 Decretum vacationis, ipso iure, ob non obtentam nouam prouisionem, quando apponitur in indultis Cardinalium.

111 Tempus dimittendi, vel nouam prouisionem obtinendi quando currere incipiat, & n. 112. dicitur, quòd a die notitiæ habitæ de capta pacifica possessione, & nu. 115.

113 Terminus obtinen. nouam prouisionem incipit currere, a die habitæ integræ notitiæ reseruationis.

114 Fama publica non sufficit, ad probandam scientiam reseruationis, ad effectum priuationis.

116 Intrusio alterius excusat prouisum a mora obtinendi nouam prouisionem, etiam si intrusio superueniat.

117 Clausula apposita in breui de capienda possessione nomine Cameræ. Videlicet, de litteris expediendis infra sex menses, qualiter intelligatur. Et ibidem, de clausula, quòd prouisus intra annum promoueri teneatur.)

118 Molestia quælibet excusat a pœna Decreti de dimittendo, & quid in appositione, nihil transeat? cessare tamen debet fraus.

119 Decreto de dimittendo, in manibus Sanctiss. satisfieri potest per æquipollens.

120 Vacatio noua inducitur, ob non seruatam formam Decreti appositi in indultis, Cardinalium, non vero vacat vt prius.

121 Collatio Cardinalis, vigore indulti extinguit illam vacationem.

122 Impetratio (certo modo) dicitur, quæ fit ob non obtentam nouam prouisionem, iuxta formam indulti Cardinalium.

123 Narratiua tota est verificanda per impetrantem, certo modo, ad effectum immissionis.

124 Impetratio certo modo, est contra humanitatem, & est plenè probanda.

125 Beneficium dimittendum in manibus Sanctiss. iuxta formam Decreti, debet dimitti libere, & sine vlla conditione; interdum tamen admittitur renunciatio in fauorem, nu. 126. & ibi dicitur. An hoc decretum habeat vim Decreti irritantis, quoad effectum inficiendi possessionem?

127 Vacat, ipso iure, beneficium per malam promotionem ad ordinem, & num. 128. Sed hodie secus erit cum constitutio Sixti Quinti sit derogata.

129 Vacat, ipso iure, beneficium per confidentiam.

130 Vacationes nouas, ipso iure, potest fundator apponere in fundatione, & n. 131. Nec non statutum municipale, & n. 133.

132 Vacare dicitur beneficium per nouam erectionem.

132 Beneficia non nascuntur, sed creantur.

133 Vacat beneficium ob malam expressionem valoris.

134 Vacatio, non, ipso iure, sed per priuationem inducitur in multis casibus, de quibus hic, & num. 135.

136 Priuationis beneficij pœna, non imponitur, nisi in casibus à iure expressis, & num. 138. & 139.

137 Priuationem beneficij nulla condemnatio includit, nisi exprimatur.

140 Effectus plures resultant ex eo, quod vacatio sit, ipso iure, aut per sententiam; tum ratione mensis, vt num. 142. tum vacationis, vt num. 143. tum resignationis, vt num. 146. & in alijs casibus, & n. 151.

141 Vacatio per matrimonium, vel professionem in vno puncto consistat.

144 Vacatio secunda impeditur a prima vacatione, & num. 145.

147 Resignari non potest in fauorem beneficium, quod prius, ipso iure, vacauit.

148 Impetrari potest beneficium, ipso iure, vacans, non vero vacaturum per priuationem, nisi exprimatur, & num. 149.

150 Fructus suos non facit, qui, ipso iure, perdidit beneficium.

152 Effectus 104. resultant ex eo, an pœna sit ipso iure, vel per sententiam.

153 Pœna, ipso iure, regulariter non intelligitur, nisi per sententiam, nisi in 76. casibus remissiuè.

154 Priuationem, ipso iure, quæ verba importent, & quæ per sententiam.

155 Declaratoria sententia requiritur in vacationibus, & priuationibus, ipso iure.

156 Ordinarij possunt conferre in suis mensibus, quomodocumque vacantia beneficia.

157 Prouideri non possunt de beneficijs vacantibus, aliter, quam per obitum, qui fuerint Iudices Causarum dictarum vacationum, nec illorum consanguinei, familiares, aut Procuratores, &c.

158 Constitutionis 20. Pij IV. tenor.

Quo-

Quocumq; modo vacatura. gl. 15.



1 OMNES beneficiorum vacationes, † quocumque modo contingant (exceptis vacationibus in Curia, & per resignationem) reseruantur per regulam nostram. Nam quamuis non essent apposita generalia verba *quocumque modo*, comprehenderentur † omnes mo-
2 di vacationis, vt per Æneam de Falconibus de reseruatione, quæst. 1. principali, sub nu. 2. vers. *vacaturi*: & sic a fortiori veniunt stante vniuersalitate dictorum verborum, vt dixi in gl. 8. Casus autem, seu modi vacationum, ipso iure, plures sunt.

Primus & potissimus vacationis beneficij modus est per obitum, &
3 mortem † naturalem, tex. in cap. susceptum, & ibi gloss. penult. verbo, *non morte*. de rescri-
4 ptis, lib. 6. Nam mors † omnia soluit. authẽtico de nuptijs. §. deinceps, collatione 4. Et
5 sicut vsusfructus finitur † morte vsufructuarij, l. 3. §. final. ff. quibus modis vsusfruct. amittatur. §. finitur Institut. de vsufruct. ita etiam vacat morte beneficium, cum beneficiatus, vsurario, vel vsufructuario comparetur, cap. fin. de officio ordinarij, lib. 6. & ibi gloss. verbo *reseruari*. Rebuffus in praxi, titulo requisita ad bonam collationem, num. 48. Gregorius Tholosanus in institutionibus rei beneficiariæ, cap. 32. num. 1. cum sequentibus. Franciscus Pauinus in tracta. de officio, & potestate Capituli, præludio 7. nu. 4. Vbi dicit, quòd ita vacat per mortem beneficiũ,
6 quòd si miraculose resurgeret † non recuperaret illud, & Siluester in summa, verbo, *diuortium*. num. 5. in fine, & prius dixerant. gl. verbo, *vacantium*. ante medium in extrauaganti, suscepti, ne Sede vacante, & in c. licite, verbo, *nunquam* 32. quæst. 7.

Et tres casus, in quibus beneficium non
7 vacat † per obitum, vide per Felinum in c. cum accessissent, num. 1. & 2. de constitut. Nempe, quando est vnitum, vel de mensa, vel Ecclesia non est numerata, vt dixi in glos sa 9. §. 3.

8 Secundo vacat beneficium per renunciationem, † seu resignationem, vt per tot titulos, de renunciatione in decretalibus, sexto, & clementinis, etiam ex causa permutationis, c. 1. de rerum permutatione in 6. clem. 1. eodem tit. & dixi late in gl. 14. præcedenti.

9 Tertio modo vacat beneficium, ipso iure, per assecutionem † alterius beneficij incompatibilis, cap. referente 7. cap. præterea 14. cap. de multa 28. de præben. cap. quia nonnulli, de Clericis non residentibus, extrauagans execrabilis. §. qui vero, de præbendis. Concil. Trid. sess. 7. c. 4. Staphil. de litteris gratiæ, tit. de varijs mod. vacation. §. tertius vacationis modus, num. 1. & per totum, & in reg. 57. Cancell. De vacatione per assecutionem plura singularia, & noua dicuntur vsque ad nu. 41.

Priusquam tamen ad alium modum vacationis descendam, prouera intelligentia istorum textuum, tam in theorica, quàm in praxi, quia aduersari videntur sunt quinque tem
10 pora † constituenda.

Primum tempus est ex c. referente, & cap. præterea, de præbendis, vbi habens duas dignitates, vel beneficia curata, vnam, vel vnum, quam, vel quod maluisset dimittere tenebatur; nullum tamen illorum, ipso iure,
11 vacabat, sed dabatur † electio dimittendi, quod magis vellet.

Secundum tempus est ex d. c. quia nonnulli, de clericis non residentibus, vbi obtinens secundum beneficium incompatibile, non poterat eligere, quòd malebat; sed erat
12 priuandus secundo, † quia non dabatur vacatio, ipso iure.

Tertium tempus est ex dicto capite de multa, de præbendis, vbi primum beneficium curatum, ipso iure, vacabat per assecutionem secundi, & si vtrumque retinere contendebat, priuabatur etiam † secundo,
13 per sententiam, non autem ipso iure.

Quartum tempus est ex extrauaganti execrabilis. §. quæ tamen, & §. qui vero, de præbendis, vbi non solum vacat primum beneficium. ipso iure; sed etiam vacat secundum similiter, ipso iure, si vtrumque retinere †
14 præsumpserit, & obtinens remanet inhabilis ad ordines, & ad omnia alia beneficia obtinenda.

Et ista quatuor tempora pro conciliatione dictorum iurium diuisit Cardinalis cons. 3. nu. 3. Abbas in c. quia nonnulli, num. 4. de Clericis non residentibus. Cassadorus decis. 1. num. 1. de constitution.

Quintum tempus est hodie ex Concilio Tridentino, sess. 7. cap. 4. quia quamuis iura antiqua, quoad vacationes, ipso iure, solum loquebantur in dignitatibus, & beneficijs curatis, nõ autem in simplicibus, quam-
15 uis personalem † residentiam requirerent; tamen hodie per dictum Concilium extenditur, non solum ad curata; sed etiam ad omnia quæcumque incompatibilia beneficia, quamuis curata non sint; dicit enim Concilium huiusmodi. *Quicumque de cætero plura beneficia curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, seu com-*

commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine, & titulo contra formam sacrorum Canonum, & præsertim Constitutionis Innocentij III. quæ incipit, de multa, *recipere, ac simul retinere præsumpserit, beneficijs ipsis iuxta ipsius Constitutionis dispositionem, ipso iure, etiam præsentis Canonis vigore, priuatus existat.*

Et quamuis non defuerunt, qui tenuerunt dictũ decretũ Concilij in nihilo ampliare iuris communis dispositionẽ; sed dumtaxat in-
16 nouare,† vt Rota dubitauit decis. 483. num. 4. & 5. ac tenuit decis. sequenti 484. num. 4. p. 1. diuersorum. Hojeda de incompatibilitate 1. p. cap. 17. num. 39. iuncto, nu. 40. vers. *istis tamen non obstantibus*. Flaminius Parisius de resignatione beneficiorum, lib. 3. q. 3. num. 132. cum sequentibus, vsque ad fin. Nauarrus cons. 10. incipit: *An per adeptionem*. nu. 1. & 2. & consilio 24. & consilio 25. *an habens*, de præbendis.

Attamen, quia Sacra Concilij Tridentini Congregatio postea declarauit, d. cap. 4. locum habere, etiam in beneficijs simplicibus personalem residentiam requirentibus, in hæc verba.

Quod de incompatibilibus beneficijs dicitur in hoc capite 4. Idem intelligendum est de omnibus beneficijs residentiam requirentibus, vel duobus Canonicatibus, vel Canonicatu, cum Parrochiali, & iterum sic.

Congregatio Concilij censuit in residentiam requirentibus, aut aliàs quomodocumque incompatibilibus, etiam si Canonicatus sint, vel portiones, induci vacationem primi, per adeptionem secundi, per decretum Concilij Tridentini sessione, 7. cap. 4. iuxta dispositionem cap. de multa, de præbendis.

17 Hodie indubitanter † tenendum est, quòd quamuis non sint beneficia curata, nec dignitates; sed simplicia beneficia personalem residentiam requirentia, vt sunt Canonicatus, vel portiones in Cathedralibus, & Col-
18 legiatis, quæ † hodie requirunt residentiam ex eodem Concilio Tridentino, sessione 24. de reformatione, cap. 12. vers. *præterea obtinentibus*. & fuit resolutum in vna Zamoren. Canonicatus de Toro 18. Maij 1598. coram Reuerendissimo D. Corduba Episcopo Pazen. meritissimo. Nec non alia quæcumque beneficia, etiam Cappellaniæ,
19 † quæ ex fundatione, vel consuetudine dictam residentiã requirant, & inferius dicã, n. 130. & 131. Sẽper per obtentionẽ secundi, vacabit, ipso iure, primum beneficium, & fuit resolutum in Rota in vna Salmantina dimidiæ portionis, die 11. Decembris 1585. coram Orano, & in alia causa Toletana Cappellaniæ de Verajios 15. Decembris 1591. corã Illustriss. D. Pãphilio hodie 9. Iun. 1604. meritiss. in Cardinalẽ promoto, & in Tarraconen. Archidiac. 22. Martij 1593. coram R. P. D. meo Litta, & in dicta causa Zamoren. Canonicatus de Toro nuper allegata.

Intellige tamen id, quòd supra diximus, videlicet, quòd primum beneficium vacet per assecutionem secundi, etiam in beneficijs simplicibus personalem residentiam requirentibus, quamuis non sint beneficia curata, nec dignitates, nec Canonicatus, seu portiones in Cathedralibus, & Collegiatis: quando requiritur præcisa, & simplex residentia, & incompatibilitas est præcisa, respectu tituli; Secus autem si residentia non est præcisa, & simpliciter obligatoria; sed causatiua, †iuxta distinctionem traditam ab
20 Innocentio, num. 1. Hostiense, num. 4. Ioan. Andreas, num. 6. Antonio de Butrio, num. 6. & Abbate, num. 4. in cap. finali, de clericis non residentibus. Imola, num. 13. ibidem, vbi prædicti Doctores, & præsertim Butrius, & Imola, d. num. 13. triplicem †differentiam,
21 & modum residentiæ assignant, nempè: quòd quandoque requiritur continua residentia præcisa, sub priuatione tituli: quandoque requiritur residentia non continua, sed in certis temporibus: & quandoque requiritur residentia continua, non tamen simpliciter, sed causatiuè, & solum respectu priuationis fructuum; Ita quòd licet non residendo priuetur fructibus, titulo tamen priuari nõ possit, firmat etiam post Cardinalem, cons. 3. Rota decis. 487. num. 1. par. 1. diuersorum.

In primo igitur casu, quando residentia est pręcisa, & continua simpliciter, & respectu tituli, si vtrumque simplex beneficium, quamuis non sit Canonicatus, nec portio in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesijs, talem residentiam requirat, habebit quidem locum, (vt arbitror,) dispositio Conc. Trid. & primum beneficium simplex vacabit, ipso iure, per assecutionem secundi.

In alijs autem duobus casibus, quando re-
22 sidentia non est perpetua; sed † ad certum tempus, vel non est præcisa; sed causatiua, respectu priuationis fructuum; non autem tituli, beneficium non dicitur incompatibile, nec vacat primum beneficium per obtentionem secundi, vt Imola, & Doctores supra citati tradunt, nec non Ancharanus cons. 17. n. 2. & 3. Benedictus Capra in reg. 99. nu. 11. Nauarrus in cons. 4. num. 1. de clericis non residentibus.

Et quòd consideretur incompatibilitas respectu tituli: non autem respectu ammissio-
23 nis fructuum, tenuit † Rota in vna causa Calagurritana beneficij de Amarita 25. Octobris 1577. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in alia causa Calagurritana beneficij de Subijana 30. eiusdẽ mẽsis Octobris 1577. vbi fuit resolutum, quòd narratiua facta,

cta, quòd impetrans haberet duo beneficia patrimonialia, residentiam non requirentia, non nocebat, quamuis in absentia fructus non perciperentur, quia non erat incompatibilitas, respectu tituli beneficij; sed respectu fructuũ, quòd non obstabat: & in eadẽ decis. Calag. de Subijana fuit responsum ad Cõcilium Tridentinum d. sess. 7. cap. 4. quòd loquitur in beneficijs incompatibilibus, † ratione tituli, non in alijs: & idem etiam fuit responsum ad constitutionem sinodalem Calagur.† quę est prima sub titulo de Clericis non residentibus, dum dicit in fine, quòd omnia beneficia illius diœcesis sunt seruitoria, quia est intelligenda non respectu incompatibilitatis, ratione tituli; sed respectu fructuum, quia non residentes illos non percipiunt.

Vnde dictum Concilium Tridentinum, sessione 24. de reformatione, cap. 17. quatenus statuit, vt in posterum, vnum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur; non plura, etiam si simplicia sint: non inducit vacationem primi ipso iure, † per obtentionem secundi, si vtrumque personalem residẽtiam non requirit, vt dixit Rota in d. decisione Calagurritana beneficij de Subijana, & Nauarrus consilio 10. & cons. 13. ex num. 3. sub titulo de præbendis, & ita praxis vniuersalis, ac obseruantia communis declarat. Potest tamen ordinarius priuare plura beneficia obtinentem, iuxta dispositionem d. cap. 17. vt eadem decis. Rotæ declarat, & tradit Gutierrez cons. 10. num. 1. & 3. cum sequentibus. Puteus decis. 230. libro 3. & Nauarrus, vbi supra.

Et in dubio omnia beneficia simplicia, (seclusis dignitatibus, Canonicatibus, & portionibus in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis consistentibus,) præsumũtur libera a personali residentia, ratione vniuersalis consuetudinis. Imola in cap. fin. num. 9. de Clericis non residentibus. Felin. in cap. dilectus il 2. num. 1. de rescriptis. Rebuffus in praxi titulo de dispensatione de non residendo, n. 8. Ferrettus consilio 112. num. 1. & fuit sæpe in Rota decisum.

Nec omittere libuit, quòd ad hoc, vt nõ obstet dispositio d. cap. 17. sess. 24. Concil. Triden. plura beneficia contra formam dicti decreti obtinenti, non sufficit, quòd in vltima, vel in vltimis prouisionibus Apostolicis, fuerint narrata omnia beneficia prius obtenta. Nam ex tali narratiua non inducitur dispensatio † ad pluralitatem, cum illla expressio, solum operetur excusationem subreptionis ob non expressionem obtentorum, prout de iure fieri debet; non autem operatur dispensationem, tex. est expressus in cap. non potest 21. §. fin. de præbend. lib. 6. cuius tenor est. *Cum vero tibi [non obstante, quòd aliud beneficium obtinere noscaris] a Sede prædicta de aliquo beneficio prouideri contingit, per hoc tecum, vt primum beneficium cum secundo retinere valeas, non intelligitur dispensatum. Hoc enim solum præfata operatur expressio, quod facta tibi gratia nequeat subreptitia iudicari,* per quem tex. & alias rationes, quas adducit ita firmiter tenet Nauarrus in suo tractatu de oratione, cap. 22. Miscellaneo 16. num 64. & 65. vbi subdit in hoc decipi plures, credentes ex tali narratiua dispensatos remanere, & quòd si sua Sanctitas plura obtinenti beneficia, alia de nouo concedit, non ideo intentionem habet dispensandi contra dictum decretum; sed quia credit, † quòd omnia beneficia ad congruam supplicantis, sustentationem necessaria sint, & quòd aliter confessarij non absoluent eos, nisi dimissis his, quibus non egent, vel concepto firmo proposito ea dimittendi.

Expressio obtentorũ non inducit dispensationem ad plura beneficia.

Et hanc Nauarri sententiam sequuntur Ignatius de Salcedo in additione ad praxim Bernardi Diaz, cap. 48. in glossa (quamuis simplicia.) Emanuel Rodriguez in sua summa. cap. 31. nu. 2. Hojeda de incompatibilitate benef. 2. p. cap. fin. num. 72.

Quibus in primis addo regulam 50. Cancellariæ in hoc fortiter vrgentem: dicit enim sic, *Dispensatio † non venit, sub quacumque signatura, in quauis gratia; nisi totaliter gratia effectum huiusmodi dispensationis concernat, vel aliàs nihil conferat, aut operetur.* Ideoque cum supplicatio vltima pro obtinẽda gratia alterius beneficij, non concernat totaliter effectum dispensationis ad plura; sed potius acquisitionem alterius noui beneficij respiciat, & obtentorum narratiua iam suum operetur effectũ, ne scilicet adsit subreptio, † cap. ad audientiam, il 2. cap. in nostra, cap. ad aures, de rescriptis, sequitur quòd dicta regula per omnes Pontifices Maximos renouata, intrare de plano in hoc casu videatur.

Item quòd expressio eorum, quæ si tacita †essent gratiam vitiarent, nullatenus dispensationem operatur. Rota decis. 33. num. 7. & 8. de præbendis in antiquis, vbi ad hoc ponderat d. c. non potest. §. fin.

Hinc clausula (*non obstantibus*) licet tollat subreptionem: non tamen † inducit dispensationem. Caputaquen. decis. 145. numer. 6. Nam de dispensatione apparere debet verbis claris, & non ambiguis. Felin. in capit. mandato, num. 4. de simonia. Caputaquen. in d. num. 6. & plene tradit in proposito dispensationis ad pluralitatem beneficiorum. Ferrettus cons. 32. nu. 53.

Ad hoc enim, quòd dispensatio tacita inducatur, concurrere debent insimul sex † requisita

quisita, quæ ponit Gomezius in regul. de non tollen. q. 18. n. 2. ac conferunt tradita per Cę sarem de Grassis decis. 3. n. 7. de rescriptis.

Rursus quia Papa propter importunitatem supplicantium sępe, præoccupatus,
34 vel circumuentus, non concedenda † concedit. l. 1. C. de petition. bon. lib. 10. cap. cum in iuuentute, de purgation. Canonica. capit. 2. de concessione prębend. in 6. Felinus in cap. cum olim. num. 5. de re iudicata. Gassadorus decis. 39. nu. 5. super regulis, quòd etiam ad hoc considerauit Nauarrus vbi supra, sub num. 65.

Nec dici potest, quòd Concil. Trid. in d. cap. 17. non procedat in prouisionibus Apo-
35 stolicis, Quia potius † contrarium colligitur ex eodem Canone 17. generalissimè loquente, & omnes personas maiores, & minores comprehendente, ad quod faciunt ea, quæ dixi in glos. 6. num. 120. & optima decis. Rotæ 48. n. 2. & 3. p. 1. diuersor.

Immo cum sit dispositio, & prohibitio
36 conciliaris † ad hoc, vt non obstet d. cap. 17. requiritur expressior derogatio. cap. ex parte, de cappellis Monachorum. Felinus in cap. nonnullis. num. 2. & 3. de rescriptis. Caputaquen. decis. 176. & 268. nu. 3. p. 1. Rota decis. 122. & 123. per totas. p. 1. diuersorum. Et dicam in glo. 18. num. 103.

Et omnia decreta Concil. Trid. continent
37 decretum irritans, † vt continetur in bullis Pij IV. & Pij V. super confirmat. & obseruat. eiusdem Concil. emanatis. Flamin. Paris. de resignatione lib. 4. q. 9. num. 24. Felinus vbi supra num. 2. Caputaquen. decisione 176. num. 2. & 3. p. 1.

Decretum autem irritans contentum in lege conciliari afficit, etiam manus Papæ, & ipsum ligat, quando de expressa derogatione non constat, vt late dixi in glo. fin. quæst. 2. n. 23. cum sequentibus.

Confirmatur quia si in supplicationibus, quę porriguntur pro obtinendis gratijs de alijs beneficijs, vltra expressionem obtentorum petitur dispensari, vt illa cum obtentis liberè, & licitè retineri valeant, semper fere solent talia verba dispensationem concernentia, cancellari de supplicatione: ex
38 qua cancellatione declaratur † mens Papæ, nolentis dispensare, vt plura beneficia, quam ea, quæ ad congruam sustentationem satis sint, retineri possint. Bartol. in l. si quis priore 29. n. 3. ff. ad Trebellian. l. Tribunus. ff. de militar. testam. Mohed. decis. 23. num. 2. & 3. de prębendis.

Bene quidem considero, quòd ista sententia pluribus Ecclesiastica beneficia diglutiętibus, ac sitim maioris, & amplioris pluralitatis, vsq; in infinitũ, numquã extinguętibus, maximè displicebit, & quòd statim dicent, quòd cõmuniter seruatur contrariũ: sed ad hoc respondeo, quòd quilibet sibi consulat, & si contrarias rationes, ac fundamenta potiora repererit, cũ quibus corruant supradicta, oppositã opinionẽ retinere poterit; sed ego tales rationes, aut iura, aut aliquem Doctorem contrarium tenentem, non inuenio: Et licet Quintil. Mandos. in addit. ad allegat. 117. Lapi sub littera B. ante finẽ, videatur cõtrarium sentire; tamen non meminit. d. c. non potest, de prębendis in 6. nec percutit prędictas difficultates. Ac propterea à Nauarri opinione recedere non audeo.

Loquor tamen, non simpliciter de pluralitatẽ beneficior. obtinentibus; sed de illis, qui
39 maiorem numerum, quàm ad suam vitam † honeste sustentandam sufficiat, habeãt. Quantum autem ad hoc opus sit? ex persona, qualitate, & locorum diuersitate, vnusquisque sibi ipsi Iudex erit, aduertens, quòd Deum fallere non potest, necnon consideret distinctiones super hoc traditas ab eodem Nauarro in d. tract. de oratione. c. 22. n. 73.

Et ad tollendam omnem difficultatẽ con-
40 sultius † faceret, qui obtineret, si posset, expressam à se Apost. super d. pluralit. dispẽsat.
41 Reliqua circa vacationem † primi beneficij, ipso iure, per obtẽtionem secundi, vide latissime per Petrum Dueñas, reg. 71. vbi ponit 6. ampliat. & 11. limitat. Benedictum Capram in d. reg. 91. per totam. Alphons. Hojedam in tract. de incompatibilit. beneficior. 1. p. c. 13. à n. 14. vsq; ad n. 59. vbi cumulat 9. ampliat. & 18. limitat. & plures declaration. ad quem addas supradicta; vide etiam Mascard. de probationib. conclus. 183. per totam. Rotam decis. 3. de prębend. in nouis.

Quando inducatur incompatibilitas, ex eo quòd vtrumque beneficium sit sub eodem tecto, & quid si non sunt beneficia vniformia, scripsi in glossa 10. ex numero 32. vsque ad 43.

Addo quod dicit Nauarrus cons. 18. num.
42 3. de prębendis, quòd prudenter † agunt beneficiarij, qui promouentur ad Ecclesias parrochiales, expectantes quantum de iure possunt, adeptionem possessionis pacificam, vsq; ad mensem Ordinariorum collatorum, vt beneficia vacantia ipsimet conferant viris idoneis, &c. & vide supra in gl. 14. nu. 78.

Quartus vacationis modus est per matrimonium per verba de prę-
43 senti contractum: † non autem per sponsalia de futuro. c. 1. & 3. de Clericis coniugatis, & in reg. 57. Cancellariæ. gl. verbo, *clericalis*, in cap. 1. de Clericis coniugat. lib. 6. Rot. decis. 1. eodem titulo, in nouis, & decis. 21. de probationibus in antiquis, Cappella Tholosana decis. 239. & ibi Aufredius. Staphilæus de litteris gratię, tit. de varijs modis vacationis.

§. quintus vacationis modus, per totum. Puteus decis. 459. lib. 2. Caputaquen. decis. 215. num. 2. parte 1. Rebuff. de nominationibus. quæst. finali. num. 13. plene tradit Mascardus de probationibus. concl. 182. & Staphileus vbi supra nu. 7. Gigans de pensionib. q. 54. à num. 11. & Io. Bernardus Diaz in sua praxi crim. cap. 80. num. 2. Gregor. Tholos. de benef. cap. 75. n. 5. Parisius de resignat. beneficior. lib. 1. q. 1. cum sequentib. Iulius Clarus, (Couarr. Menchacam, ac alios allegans) in praxi. §. fin. q. 73. n. 5.

Et adde, quòd quamuis matrimonium non teneat de iure, veluti, quia contraxit cum impubere, vel consanguinea, vel ex alio
44 defectu: † nihilominus est locus priuationi, ipso iure. Rota decis. 1. & 2. de sponsalib. in antiq. Roman. cons. 483. n. 5. & 6. & ibi additio Staphil. vbi supra n. 4. 5. & 6. Mascard. vbi supra num. 5. & 6. vbi plura hinc inde adducit, & vide quę dicam in glo. 57. ex num. 44.

Quinto vacat, ipso iure, beneficium per ingressum religionis profes
45 sione sequuta, † & nō antea. c. beneficium, de regular. lib. 6. Staphil. de lit. gratię. tit. de varijs modis vacationis. §. sextus vacationis modus, per tot. Pauin. de off. & potest. Capit. prælud. 7. n. 10. Greg. Tholos. d. c. 25. nu. 18. & probatur per regulam Cancellariæ 57.

46 Vnde emanauit reg. 45. Cancell. † quæ disponit, quòd non dentur litteræ super beneficijs vacaturis per ingressum religion. nisi ille ingressus precedat datā desuper petitionis.

Sexto per non promotionem, quādo obtinens aliquam Eccles. parroch.
47 non promouetur intra annum † ad sacerdotiū, tunc quidē elapso anno vacat d. parroch. ipso iure, c. licet canon, de elect. lib. 6. ad cuius tex. declarationem postea venere. tex. in cap. statutum 22. cap. cum ex eo 33. cap. commissa 35. eodem titulo, de electione, in 6. Rota decis. 38. de præben in antiq. & decis. 6. de rerum permutatione, in antiquis. Staphileus vbi supra. §. quartus principalis. Pauinus dicto præludio 7. n. 12. plena manu tradit Rebuffus in praxi, titulo de non promotis infra annum per totum, vbi ponit 10. ampliationes, & 21. limitationes. Ferrettus consilio 53. num. 4. & 5. Gregor. Tholos. de beneficio c. 25. à n. 8. Flamin. Parisius de resignatione lib. 3. q. 2. per totam.

48 **Septimo** per translationem † Prælati ad aliam Ecclesiam vacat prima Ecclesia. c. in apibus. §. translatis. 7. q. 1. c. quanto, de translatione Episcopi. c. cum singula. §. prohibemus, de præbend. lib. 6. Pauin. vbi sup. n. 6. in fi. & n. 7. Rebuf. in praxi. titul. requisita ad collat. n. 52. Ferret. cons. 11. nu. 2. cum sequentibus, vbi bene declarat.

Oportet tamen, quòd prius sint expeditæ litteræ secundæ prælaturæ, & ostendantur
49 Capitulo, † vt tunc vacet prima Ecclesia, quando iam cessat vacatio illius, ad quam fit translatio, iuxta tex. in extrauaganti iunctę, de electione inter communes. Abbas in cap. in nostra. num. 11. de rescriptis. Pauinus de officio, & potestate Capituli, sede vacante. 7. præludio. nu. 14. Flamin. Parisius de resignatione beneficior. lib. 7. q. 21. num. 14. & q. 23. num. 47. Rebuf. in praxi, tit. de simoniaca resignat. n. 31. & 40. Felin. in c. 1. n. 3. ante finem, de prescriptionibus, & late fuit resolutum in vna Burgen. Canonic. 3. Iunij 1583. coram Scipione Lancell. vbi fuit reprobata opinio tenentium, quòd sola expeditio litterarum sufficeret, & sola scientia absque præsentatione in Capitulo facta, & vide in §. 2. huius gloss. à num. 80.

Octauo si electus intra mensem à tempore electionis ei præsentatæ, vel à tempore sibi prestito non consenserit
50 † electioni. Nam tunc vacat prælatura. cap. quam sit. §. electus vero, de electione. lib. 6. extrauagans si religiosus, eodem titulo inter communes. Rota decis. 7. de electione, in nouis. Menochius de arbitrarijs. lib. 2. cent. 5. casu 477. per totum.

Nono si electus intra tres menses post consensum electioni præstitum
51 non petierit † confirmationem. Nam, ipso iure, priuatur iure sibi per electionem quęsito, vt probatur in d. c. quam sit. §. cæterum, de electione, in 6. lex 27. titulo 5. Partita 1. Petr. Gregor. Tholos. de benef. c. 25. n. 12. Rebuf. in concordata, in rubr. de regia ad prelat. nom. §. monasteria, gloss. verbo, *vacantibus*. vers. *duodecimo*, & vers. *decimotertio*.

Decimo quando electus, vel presentatus ante confirmationem, vel institutionem per se, vel alium se ingesserit,
52 † & administrauerit. Nam eo ipso priuatur iure sibi quęsito, & beneficiū vacat, vt prius, tex. in c. auaritię. 5. de electione. lib. 6. de cuius materia, & intelligentia, vide Lambertin. de iurepatron. lib. 2. p. 2. q. 5. princip. art. 11. Crescent. decis. 5. de Iurepatron. Hieron. Gabriel. cons. 199. à n. 4. cum seqq. lib. 1. Gomezium in regul. de triennali. q. 5. vers. *postremo*. Rotam iuncta additione Papazon. decis. 6. de electione, in nouis, & decis. 83. lib. 3. p. 3. diuersor. Puteum decis. 45. lib. 3. Menochium de arbitrarijs, lib. 2. cent. 5. casu 203. num. 1. & sequentibus.

Isti tamen tres modi vacationis, videlicet 8. & 9. & 10. sunt improprij, quia per electum non dicitur de nouo vacare beneficium; sed semper durat prima vacatio, ex quo collatio non adest, vt in §. 2. huius glossę latius dicam: sed ideo hos vacationis modos refero, quia Doctores etiam ponunt.

Vndeci-

Vndecimo vacat beneficium per promotionem † ad Episcopa-
53 tum, post adeptionem possessionis, & consacrationem secutam, vel postquam præfixum tempus ad consacrationem petendam lapsum fuerit, nam ex tunc vacant, ipso iure, beneficia obtenta. text. in cap. cum in cunctis. §. cum vero, de electione. Conc. Trident. sess. 7. cap. 9. & sess. 23. de reformat. c. 2. Gregor. Tholosan. d. c. 25. n. 12. & disponitur in d. l. 27. titulo 5. Partita 1. Nisi prorogatio, vel retentio obtenta fuerit. Couar. in pract. quæstion. c. 36. n. fi. Gigans de pension. q. 56. nu. 3. & per tot. Caputaq. decis. 303. & 304. & decis. 294. & 400. eadem p. 2. Acchiles decis. 2. de electione.

Duodecimo vacat, ipso iure, beneficium per militiam secu-
54 larem. † Nam eo ipso, quòd quis efficitur milestacite renunciare videtur beneficio, & vacat, ipso iure, gloss. verbo, *redierint*, in c. vlt. de Clericis non residentibus. Barbatia cons. 11. col. fi. vers. *præterea facit*. Imol. in d. c. fi. n. 6. de Clericis non resident. Gigans de pension. q. 55. per tot. Rebuf. in tract. de nomination. q. fin. sub nu. 19. vers. *item tacite dicitur renunciare*. Flamin. Paris. de resign. beneficior. lib. 1. q. 1. num. 22. Iulius Clarus in praxi criminali. §. fin. quæst. 73. num. 6. vers. *Item Clericus, qui est effectus miles*.

Non autem vacat de iure communi bene-
55 ficium per delationem publicam, † & continuatam habitus, & vestium laicalium, quia tales postquam moniti fuerint, si non cessauerint dumtaxat, ad certum tempus suspenduntur. clemen. 2. de vita, & honest. Cleric. Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 6. plene per Bernar. Diaz de Luco, in praxi crimin. c. 75. per totum, & ibi additionator. Menoch. de arbitrarijs. cent. 4. casu 392.

56 Hodie tamen secus erit, † quia per constitutionem 30. Sixti Quinti, incipientem *cum sacrosanctam*, sub quinto Idus Ianuarij anni 1588. imponitur pœna priuationis, ac vacationis, ipso iure, non solum beneficiorum, sed etiam pensionum, contra quoslibet beneficiatos, & pensionarios, tonsuram, & habitum Clericalem, vestes scilicet, talares non assumentes, vel iugiter non deferentes, vt latius in tenore d. constitutionis, de quo etiam vide constitutionem 31. eiusdem Sixti V. immediate sequentem.

Decimo tertio vacat, ipso iure, beneficium per electionis cassatio-
nem. c. considerauimus 10. cap. super eo 12. cum similibus, de electione.

Decimo quarto per postulationem, re-
57 pulsionem. † extrauagans ex debito. §. huiusmodi, de electione inter communes. cap. 2. & 3. de postulat. Prælatorum. Rebuff. in concordata. tit. de regia ad prælat. nomin. §. monasteria. in gl. verbo, *vacantibus*, vers. *tertio*, & vers. *quarto*.

Tamen isti duo modi 13. & 14. vacationis neque etiam possunt dici proprij modi vacationum, vt supra dixi in num. 52. in fine.

Decimo quinto, quãdo beneficium vio-
58 lenter occupatur, veluti, si quis vi ingreditur † possessionem beneficij, nam eo ipso perdit ius, quod ad illud habebat, & vacat, ipso iure, cap. eum qui 18. de præbendis lib. 6. Rota decis. 3. de præbendis, in nouis, & decis. 3. in antiquioribus Besigneti. Ripa in cap. sæpe. nu. 68. de restitut. spoliat. Couarruuias lib. 3. variarum. cap. 16. numero septimo, vers. *illud permittendum non est*. Pauinus vbi supra præludio 7. sub num. 10. vers. *sexto per ingressum*. Rebuffus in praxi, titulo de modis amittendi beneficia, numero 28. & sequentibus, & de pacificis possessoribus à num. 226. vsque 257. Menochius de recuperanda. rem. 9. q. 37. n. 273. cum sequentibus. Petrus Gregor. Tholosan. de benefic. cap. 25. num. 15.

Decimo sexto vacat, ipso iure, benefi-
cium per violationem seque-
59 stri † impositi, vigore sententiæ diffinitiuæ in Rom. Curia prolatæ, in causa benefic. clem. 1. de sequestratione possess. & fruct. Mohed. decis. 2. de sequestrat. possess. & fruct. vbi n. 1. & 5. etiam dicit, quòd statim violato sequestro beneficium impetrari potest, & quòd talis vacatio veniat sub clausula generali, *vel alio quouis modo*. Petr. Greg. Tholosan. de beneficio d. cap. 25. num. 14. Pauinus vbi supra d. præludio 7. vers. 11.

Intellige quando est prolata sententia super petitorio, vel possessorio: secus tamen
60 si sit prolata in causa attentatorum. † Lancellottus de attentat. tertia parte. cap. 28. num. 143.

Nec quando fuit appositum sequestrum
61 propter offensam Iudicis. Mohed. decis. 1. n. 3. & 4. de sequestr. possess. & fruct.

Decimo septimo vacat, ipso iure, bene-
ficium per non ostensionem ti-
62 tuli, seu dispensationis † coram Ordinario, postquam beneficiatus monitus fuerit iuxta tex. in c. ordinarij. §. quod si forte, iuncta glo. verbo, *eo ipso*, de off. ordinarij in 6. qui tex. renouatur à Conc. Trid. sess. 7. c. 5. extrauag. vt quos virtutis. §. quod si non fecerint. de off. Ordinarij inter communes. Pauinus d. præludio 7. nu. 12. vers. *decimo*.

Decimo octauo vacat, ipso iure, benefi-
cium per alienationem rerum
63 † Ecclesiæ, siue ipsius benefic. sine debita solemnitate factam. extrauagans ambitiose. §. inferiores vero, de rebus Ecclesiæ non alienandis, inter communes. Petrus Gre-

gorius Tholos. de benefic. d.c. 25. num. 16.

64 Decimo nono vacat, si habetur beneficium † pro derelicto, iuxta notata in c. ex parte, de Clericis non resident. & Abbas ibi num. 2. & in c. 1. de off. Vicarij. Pauinus de officio, & potestate Capit. præludio 7. n. 12. vers. *septimo si habeatur pro derelicto*. de quo vide Flamin. Paris. de resignat. beneficior. lib. 1. q. 15. nu. 21. Rebuf. in loco, de quo supra num. 57.

65 Vigesimo vacat, ipso iure, beneficium propter crimen † hæresis. c. ad abolendam. §. 1. ibi, *& sit omni beneficio spoliatus*, vbi notat glossa de hæreticis, tradit plene Rebuf. in praxi, titulo de modis amittendi beneficia. n. 4. vsq; ad nu. 23. Gregor. Tholos. de benefic. c. 26. n. 5. Bernard. Diaz de Luco in sua praxi crim. c. 114. nu. 2. & ibi Ignat. de Salcedo, illius additionator, vbi plures allegat contrariam sententiam tenentes, scilicet, quòd non vacent, ipso iure, beneficia hæreticorum, nisi per sententiam, & priuationem, Sed primam etiam sententiam tenet Iulius Clarus in praxi crim. §. hæresis. nu. 14. & in §. fi. q. 73. nu. 7. vers. *Item Clericus hæreticus*, eamdem etiã sententiam amplectitur R. P. D. meus Franciscus Pegna Rotę Rom. Dec. in comment. ad directorium inquisitorum, commentario 112. vers. *mihi tamen paulo diligentius rem contemplanti*.

66 Idem etiam à fortiori est in apostata † à fide, quia plusquam hęreticus est. Rebuffus in praxi, tit. de modis amittend. benef. nu. 47.

Et de hac vacatione vide constitutionem 29. Pij V. *cum ex Apostolatus*, & constitutionem 68. Gregorij XIII. *in Ecclesiis*.

67 Vigesimo primo; non solum vacant, ipso iure, beneficia hæreticorum, sed etiam vacant, ipso iure, beneficia filiorum † præfatorum hæreticorum, vt est communis opinio, teste Ioan. Lupo de regno Nauarræ 5. p. §. 8. per tex. in cap. felicis. §. quòd si quis, de pęnis lib. 6. & refert Couarr. lib. 2. variar. cap. 8. num. 4. vers. *cæterum quòd filij hæreticorum*. Ignatius de Salcedo in additione ad praxim Bernardi Diaz c. 114. vers. *quinimo filij hæreticorum*. Iulius Clarus in praxi. §. hæresis n. 14. Licet ipse dicat, quòd contraria sententia sit æquior, & benignior, quam post alios tenet Rebuffus in praxi, titulo de modis amittendi beneficia. nu. 25. & Simancas de Catholicis institutionibus. cap. 29. num. 20. Rota tamen sequuta fuit sententiam primam, videlicet, quòd propter hęresim patris vacent pensiones, seu beneficia filij, etiam prius obtenta, vt fuit resolutum contra Gundisaluum Perez filium Antonij Perez hæretici declarati per sententiam diffinitiuam in Sanctissimo inquisitionis officio prolatam. In vna Conchen. pensionis 6. Martij 1598. coram Peregrino. Quod etiam disponitur in Bulla 2. Nicolai Tertij, in fine. Concludunt etiam Hojeda de incompatibilitate beneficior. cap. 23. num. 11. Rojas de hęreticis. assentione 44. Ioan. Gutierr. in q. canon. 30. ex nu. 37. lib. 2. Menochius de pręsumption. lib. 5. præsumpt. 33. à num. 16. vsque ad finem, vbi late.

68 Vigesimo secundo vacant, ipso iure, beneficia, quæ ad preces hæreticorum, alię personę obtinuerunt: † & si scienter illa receperunt, vltra vacationem illorum, ipso iure, inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, per tex. expressum in c. 2. § ad hæc, de hęreticis. lib. 6.

69 Vigesimo tertio vacat, ipso iure, beneficium per crimen realis simoniæ † commissæ, vt disponitur in extrauaganti cum detestabile de simonia inter communes. Cassadorus decis. 5. num. 1. eod. titulo. Couarruuias in regula peccatum, 2. parte. cap. 8. num. 8. Caputaquen. decisione 201. p. 1. & decisione 238. p. 3. Emanuel Rodriguez in sua summa 2. p. cap. 56. à num. 16. Nauarr. in cap. si quando, in exceptione 4. de rescriptis. Bernardus Diaz de Luco, in praxi criminali. cap. 91. prope finem, & ibi Ignatius de Salcedo additionator sub littera D. Rodoanus in tractatu de simonia. 4. p. c. 9. nu. 30. & 3. p. c. 9. nu. 10. Rebuf. in praxi, tit. de modis amitten. beneficia ex nu. 33. latè Ioan. Gutierr. in q. Canon. 9. nu. 15. & per tot. p. 1. Rota decis. 405. p. 1. diuersor. vbi dicit, quòd ad hoc, vt sit simonia realis est necesse, quòd ex vtraque parte adimpleatur, & non sufficit, si ex vna parte adimpletur, vt sit locus vacationi, ipso iure.

70 Sola autem simonia conuentionalis † inhabilẽ reddit ad beneficia obtinenda; non autẽ inducit vacationem obtentorũ, ipso iure, vt vltra supradictos Doctores docet Put. decis. 80. lib. 2. Caputaquen. decis. 250. p. 2. Crescent. decis. 3. de simonia. Acchiles decis. 2. eodem titulo, apud quos omnes videas materiam d. extrauagantis.

Quibus adde textum in c. cum Clerici, de pactis, vbi qui promittit augere pensionem,

71 † vt ad Ecclesiam promoueatur debet spoliari, & Rebuf. de pacif. possess. nu. 265. vers. *octauo qui promittit*, & vide casum vacationis 47. de confidentia.

72 Vigesimo quarto vacat beneficium, ipso iure, per crimen læsæ maiestatis, † vt firmat Rebuf. in praxi. tit. de modis amittendi beneficia numero 32. & in tractatu de pacific. possessor. num. 201. ante finem, vide Bernardum Diaz, in praxi. capit. 119.

Vigesimo quinto vacat, ipso iure, beneficium propter crimen falsi-

tatis

73 tatis litterarum Apostolic. † c. ad falsario-
rum, de crimine falsi. Bernard. Diaz in sua
praxi. c. 117. nu. 1. & ibi additionator illius,
Gregor. Tholos. de beneficio. c. 26. n. 12. Re-
buf. de pacif. possess. nu. 204.

Vigesimo sexto vacant, ipso iure, be-
74 neficia percutientis † Car-
dinalem. c. felicis. §. si qua vero feuda, de pœ
nis. lib. 6. Rebuff. in praxi. tit. de mod. amit-
tendi beneficia. nu. 39.

Vigesimo septimo idem est, in occiden
75 te, vel percutiente † Episco-
pum. clement. 1. §. à feudis, de pœnis, Petrus
Gregor. Tholosan. de benefic. c. 26. num. 10.
Rebuffus vbi supra.

Vigesimo octauo idem est in assassino.
76 † c. 1. de homicid. li. 6. Hier.
Gabriel cons. 196. n. 5. lib. 1. Bernard. Diaz in
praxi criminali. cap. 96. num. 1.

Vigesimo nono vacant, ipso iure, be-
neficia occidẽtis Rectorem
77 † suę Eccleſiæ. c. in quibusdam 12. de pœnis.
Felinus in praxi, titulo de modis amittendi
benef. n. 45. quod etiam extendit Felinus, ad
occidentes quemlibet Clericum, vel paren-
78 tem, aut fratrem, † in cap. inquisitionis. n.
3. 4. & 5. Vbi ponit regulam, quòd regulari-
79 ter, propter homicidium † non vacet, ipso
iure, beneficium, & in d. n. 5. dicit, quòd fal-
lit in homicidio qualificato. Rebuff. vbi su-
pra num. 42. & 43. Gregor. Tholosan. d. cap.
26. n. 8. de quorum veritate vide Hieron. Ga
briel. cons. 96. nu. 5. & 6. ac per totum. p. 1. &
cons. 187. per tot. p. 2. & Bernardum Diaz de
Lugo, iuncto illius additionatore in praxi. c.
94. de homicidio, vbi infinitos allegat, &
plura in proposito adducit, vide etiam Pu-
teum decisione 233. lib. 2. Nauarr. cons. 43.
nu. 1. de homicidio, Iulium Clarum in praxi.
§. homicidium. num. 16.

Mihi autem magis placet opinio Hieron.
Gabrielis, vbi supra, vt neque in homicidio
qualificato, seu deliberato non inducatur va
catio, ipso iure, nisi quatenus expressum re-
peritur in iure, & text. in d. cap. in quibus-
dam, non est extendendus extra suos termi-
nos, prout etiam tenet Ioann. Igneus in l. ne-
cessarios. §. non alias. nu. 13. ff. ad Senat. cons.
Silanian. dicens, quòd omnes ferè Canoni-
stæ, & Legistæ hanc sententiam tenent, & Re
buf. de pacif. possess. n. 263. Flam. Paris. de re-
signat. lib. 3. q. 16. n. 32. vbi cum Hieron. Ga-
80 briele, vbi supra loquitur de parricidio, † &
tenet, quòd beneficium non vacet, ipso iure,
ob crimen parricidij.

Trigesimo si quis carcerauerit Cleri-
cum, donec resignauerit
81 beneficium suum. † clementi. multorum. §.
quod si inferiores, de pœnis.

Trigesimo primo, si quis se ingesserit
82 administrationi tempore suspensionis. † c. 1.
§. finali. cap. cupientes. §. cæterum, de ele-
ctione, in 6.

Trigesimo secundò, propter crimen
83 sodomię, † vt tradit Rebuf.
in praxi, titulo de modis amitten. beneficia
n. 38. Et licet hanc vacationem, inspecto iu-
re communi nullibi expressam reperiam, &
facit Nauarr. in cap. non inferenda. n. 37. 27.
q. 37. dum dicit, quòd sodomia non inducit ir
regularitatem, cum in iure expressum non
inueniatur: licet Couarruuias in clementi-
na si furiosus. parte prima. §. 2. numero 6. in
contrarium se inclinet; hodie tamen per
constitutionem Pij V. 70. incipit, *horrendum*,
sub data 3. Kalen. Septembris 1568. expres-
se ponitur pęna priuationis, ipso iure, & tra-
dit Ignatius Salcedo in additione ad praxim
Bernardi c. 86. sub littera C.

Trigesimo tertio vacat beneficium,
ipso iure, quando resignans
84 non superuiuit † per viginti dies, iuxta regu
lam 18. de viginti, nisi fuerit dictæ regulæ de
rogatum, vt late tradunt ibidem Gomezius,
& Mandosius, & post illos latissime Flami-
nius Parisius de resignatione beneficiorum.
lib. 12. per totum.

Trigesimo quarto vacat, ipso iure, be-
neficium ob non publica-
85 tionem resignationis, † iuxta formam con-
stitutionis Gregorij XIII. de publicandis re-
signationibus, quæ constitutio est 87. inter
constitutiones eiusdem, & plenissima manu
declarat Flaminius Parisius de resignatione
libro 11. per totum.

Et ista vacatio est ita fortis, & potens, vt
quamuis reliquæ omnes vacationes com-
prehendantur sub clausula, *vel alio quouis mo-*
86 *do*. † Rota decisione 1. iuncta additione, de
rescriptis, in nouis, & decis. 52. de concess.
præbend. in antiquis. Gomezius in regula de
infirmis. q. 54. Cassador. decis. 5. in princ. de
præbendis. Mandosius in regula de infirmis
resignan. q. 17. num. 4. cum alijs cumulatis
per Flaminium Parisium de resignat. lib. 8. q.
7. ex num. 127. cum sequentibus. Rota decis.
305. n. 1. lib. 3. p. 3. diuersorum.

Tamen vacatio ista, ob non factam publi-
87 cationem, nullatenus comprehenditur † sub
quibuscunq; clausulis amplissimis, nisi specia
liter exprimatur, vt in d. constit. Pij V. vers.
illorum vero impetrationes sancitur.

Trigesimo quinto vacat, ipso iure, be-
neficium curatum, ob non
88 seruatam † formam constitutionis Pij V. quę
incipit, *in conferendis*, sub data 15. Kalen. Apri
lis anni 1566. & est in bullario 32. inter con-
stitutiones Pij V. de qua plura diximus su-
pra in glossa 6. verbo, *cum cura*, ex num. 125.
cum sequentibus.

Trigesimo sexto vacant, ipso iure, omnia beneficia illorum, qui pro obtinendis beneficijs, seipsos pro
89 alijs examini † supponunt, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro alijs, aut ab eis aliquid consequantur: vel quando impetrant pro se ipsis beneficia, cum intentione †
90 illa resignandi, reseruata sibi pensione, vel non reseruata, ad fauorem aliorum, vt cauetur in constitutione 31. Pauli Quarti, quæ incipit, *inter cæteras*, sub data 27. Nouembris 1557. vbi contra prædicta, aut eorum aliquid facientes, vltra excommunicationem latę sententiæ, soli Papę reseruatam, & nullitatem talium prouisionum, & inhabilitatem ad omnia beneficia, imponitur pęna priuationis omnium beneficiorum obtentorum, eo ipso, absque alia desuper facienda declaratione incurrenda: & ad hanc vacationem attendatur, quia paucis est nota, & plures incidunt in pęnas d. constitutionis, quam hic inserere placuit, vt sequitur.

Nota hûc modum vacationis.

Paulus *Papa Quartus motu proprio, &c.*

Inter cæteras curas, quibus ex Apostolatus officio assidue vrgemus, & præmimur, ea continuo animo nostro fixa fuit, vt beneficia Ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia personis conferantur idoneis, quæ vellent, & possent apud ea personaliter residere, scirentque eis laudabiliter deseruire. Et ad hoc dilectos filios nostros Bernardinum Sancti Matthæi Tranen. & Scipionem Sanctæ Potentiæ de Tissis, ac Ioannem Sancti Ioann. ad portam Latinam titulorum Reumanum nuncupatos Præsbyteros Cardinales, qui vna cum venerabili Fratre Francisco Episcopo Gebenen. Datario nostro, distributioni, & prouisioni beneficiorum huiusmodi præesse, iam dudum deputauimus. Verum cum audiamus eosdem Cardinales, & Datarium, licet in his eam, quam possunt maiorem semper adhibuerint, & in dies adhibeant diligentiam, personas, quibus beneficia ipsa conferenda sunt, super litteratura examinando, de eorum vita, & moribus, ac beneficijs per eos obtentis, alijsque ad præmissa facientibus accurate inquirendo, diuersimode tamen circumueniri, ac falli, & diuersas eis fraudes in præmissis fieri, aliquibus se alios esse simulantibus, & tanquam tales se in examine supponentibus; alijs beneficia pro personis sibi cognitis, & id ignorantibus, vt postmodum cum eis beneficia, etiam per simoniacam prauitatem contractare, & super eis pacisci possint; alijs beneficia, tam pro se, quam alijs personis, cũ oblatione diuersarum pensionum annuarum diuersis personis, etiã familiaribus, continuis commẽsalibus nostris, aut alijs, quos ipsi nobis gratos, & acceptos esse existimant, annuatim persoluendarum, & sic simoniacam hæresim incurrendo; alijs beneficia huiusmodi pro diuersis alijs, iub spe pensionem annuam, aut aliud commodum temporale, ab eis consequendi; alijs beneficia neficia ipsa pro seipsis animo, & intentione, & interdum pacto expresse firmato, de eis postmodum in fauorem aliorum, qui aliquando minus idonei, & non benemeriti existunt, cum simili pensione, aut commodo, aut sine illa, vel illo resignandis, & dimittendis, maxima cum instantia obtinere procurantibus. NOS præmissis fraudibus, & dolis, ac hæresi simoniacæ, quantum cum Deo possumus, efficaciter occurrere volentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, atque decernimus, quòd de cætero omnes, & singuli, qui post publicationem præsentium in locis infrascriptis faciendam, occasione beneficiorum obtinendorum se alios esse simulauerint, & tanquam tales se in examine supposuerint, aut beneficia pro personis id ignorantibus, seu pro se, vel pro alijs, cum oblatione alicuius pensionis annuæ, aut pro alijs cum spe, pensionem annuam, aut aliud quantumuis modicum temporale commodum ab eis consequendi, vel pro se ipsis principaliter, animo, & intentione, ea postmodum in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum, cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi obtinere procurauerint, cuiuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, etiam si Episcopali, aut alia maiori dignitate Ecclesiastica, vel Cardinalatus honore, seu mundana, etiam Regia, Ducali, aut Marchionali præbeminentia præfulgeant, excommunicationis, & anathematis, ac maledictionis æternæ sententiam, à qua nisi à nobis, aut à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti absolui nequeant: Necnon priuationis omnium, & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, & quorumuis ordinum regularium, per eos in titulum, vel commendam, aut aliàs quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnam eo ipso, absque alia desuper facienda declaratione incurrant; ita vt constito solum summarie, & extraiudicialiter, quod ipsi contra tenorem præsentium aliquid fecerint, per Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalem Auditorem, seu Viceauditorem, vel eius locum tenentem, pro talibus, & vt tales publicari possint. Et nihilominus, sicut præfertur obtentæ prouisiones, & commendæ, aliæque dispositiones nullæ sint, irritæ, & inanes, nullumque alicui ius in ipsis beneficijs, vel ad illa tribuant, nec aliquis earum vigore fructus suos faciat, sed ad eorum restitutionem teneantur, possintque beneficia, tam sic impetrata, quam per eos antea obtenta, tanquam modo præmisso vacantia à nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, dumtaxat libere impetrari. Volumusq; statutum, ordinationem, & decretum nostra huiusmodi, etiam quoad monasteria monialium, & alia beneficia per moniales, aut alias mulieres obtineri solitam locum habere. Non obstant. constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis priuilegijs, indultis, & litte-

litteris Apostol. quibusuis personis, etiam vt præmittitur qualificatis, etiam in forma confessionalis, & quòd interdici, suspendi, vel excommunicari nequeant, quomodolibet concessis, quæ eis contra pramissa in aliquo suffragari non posse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Cæterum ne quispiam statuti, & ordinationis, ac decreti nostri huiusmodi ignorantiam prætendere possit, volumus præsentes, quarum solam signaturam sufficere decernimus in ædium residentiæ præfati Datarij, & Cancellariæ Apostolicæ valuis & acie Campi Floræ per aliquem ex Cursor. nostris publicari, & earum exemplum inibi affigi, & dimitti, publicationemq; & affixionem huiusmodi omnes, & singulos arctare, perinde, ac si eædem præsentes illis personaliter intimatæ, & insinuatæ fuissent, contrarijs non obstan. quibuscumque.

Placet motu proprio. I.

Affixus fuit supradictus motus proprius die 27. Nouembris 1557. Triphon Victorellus Magister Cursorum.

Vnde hodie non est tutum cons. Nauarri 16. de Clericis non residentibus, & aduertit ibi illius additionator: nec procedunt, quæ dicit idem Nauarrus in manual. cap. 21. nu. 52. & de Oratione Miscellan. 49. num. 2. Ac in curia semper videmus, quòd exigitur iuramentum à petente beneficium, quòd non accipiat animo dimittendi, & refert Flamin. Paris. de resignation. libro 9. quæst. 10. num. 4. & 5.

Sic etiam dicitur simoniacus, si aliquis accipit beneficium, cum animo illud dimittendi, † Acchiles de Grassis decis. 1. num. 5. de
91 officio Vicarij, de quo vide Abbatem in c. relatum, nu. 7. de Cleric. non residen. vbi sentit contrarium.

Dicit etiam Gigans de pensionibus, quæst. 41. per totam per plura, quæ ibi allegat, quòd Clericus, qui vt facilius beneficium consequatur promisit soluere maiorem pen-
92 sionem, † quam beneficium ferre possit, quòd committit simoniam, & venit priuandus, & vide supra, num. 71.

Trigesimo septimo vacat, ipso iure, beneficium per adhęsionẽ, vt si quis adhæreat Antipapæ, aut hæreticis. Rebuff. in concordata in rubrica de regia ad præla. nominat. in glossa, verbo, *vacantibus*, ante finem, vers. *trigesimoprimo*. per tex. quem allegat in c. olim 25. de accusationibus, qui tex. meo videri hoc non probat.

Trigesimo octauo vacat, ipso iure, beneficium per obitum Papę collatoris, quando fuit collatum ad
93 beneplacitum illius. † cap. si gratiose de rescriptis, libro 6. & diximus latè supra in glossa duodecima.

Trigesimo nono idem esset, quando esset collatum beneficium per Papam ad certum tempus limita-
94 tum, & lapsum † fuisset illud tempus, quia tunc similiter vacaret beneficium, cum limitata causa limitatum habeat effectum, l. in agris. ff. de acquiren. rerum dominio, l. age cum Geminiano. C. de transact.

Prout etiam idem esset, si conferretur beneficium ad tempus per ordinarium, in septẽ
95 casibus licitis † congestis à Rebuff. in praxi, titulo requisita ad bonam collationem, ex n. 16. cum sequentibus.

Quadragesimo vacat, ipso iure, beneficium manuale
96 per reuocationem prouidentis, † vel conferentis ad nutum, vt diximus plenè in gl. 5. §. de beneficijs manualibus.

Quadragesimo primo vacat, ipso iure, beneficium per
97 depositionem, & priuationem. † cap. ex litteris, cap. graue, de excessibus Prælatorum. Rota decis. 35. de prębendis, in antiquis, & Felinus in cap. ad petitionem, num. 2. de accusationibus. Gomezius in regula de impetran. beneficia per obitum familiar. Cardinal. quęst. 7. num. 7. & 8. Caputaquen. decis. 64. par. 1. & decis. 48. & 325. & 327. p. 3. Simonetta de reseruationibus. quæst. 29. a numero 1. Mandosius in regula 32. Cancellarię, quæst. 8. a num. 13.

Quadragesimo secundo vacat, ipso iure, beneficium per apprehensionem possessionis de beneficio
98 collato a Papa, ante litterarum † expeditionem. Felinus in cap. veniens sub num. 3. ante medium, vers. *& adde quod intrans possessionem*, de accusationibus, de quo hodie habemus riguroſam constitutionem Iulij III. sub 27. Maij 1553. quæ est in bullario 33. inter constitutiones illius Papę: vbi etiam se extendit ad obtenta beneficia, de qua constitutione vide Mandosium in regula 17. de non iudicando, iuxta formam supplicationis, q. 3. a num. 3. & quæst. 4. a num. 2. vers. *verum hodie*, vsque ad finem, & rursus in cons. 66. num. 6. & per totum Rota decis. 205. num. 3. par. 1. diuersorum, vbi dicit, quòd dicta constitutio locum non habet in eo, qui continuat, vigore collationis ordinarię prius factæ; sed in eo, qui possessionem ingreditur, vigore supplicationis.

Quadragesimo tertio vacat, ipso iure, beneficium retinentis indebite scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, & † illas non restituen-
99 tis; nec non scientis, & non reuelantis, vt in constitutione 24. Iulij III. incipienti *cum acceperimus* ann. 1552. die vero vltima mensis Aprilis continetur, & de detinentibus bona

Palatij

Palatij Apostolici, vide constitutionem 6. Alexand. VI. & constitutionem primam Clemen. VII.

Quadragesimo quarto vacant, ipso iure, beneficia offen-
110 dentium litigantes in Romana Curia, † eorumque Iudices, Aduocatos, & Procuratores, Testes, vel Notarios, vt cauetur in constitutione Alexandrina, quæ est vndecima inter constitutiones Alexandri VI. incipit *in eminenti Sedis*, de qua constitutione tractat Puteus decis. 102. & 103. & 104. lib. 1. & Rota decis. 166. par. 2. diuersorum per totam. Mandos. cons. 60. & cons. 61. vbi plura circa declarationem illius.

Quadragesimo quinto vacat beneficium, ipso iure, quã
101 do aliquis insordescit † in excommunicatione per annum, & amplius, quia tunc excommunicatus citabitur coram Iudice, ad allegandum quas defensiones habeat, vt hæreticus declarari non debeat, iuxta tex. in c. cum contumacia, de hæreticis, lib. 6. cui concordat, l. 32. titulo 9. Partita prima: quòd si nullum alleget impedimentum, nec iustam causam, quæ ei suffragari possit declarabi-
102 tur hæreticus, † & consequenter esse beneficijs Ecclesiasticis priuatus, cum hæreticus, ipso iure, priuetur illis, vt supra in 20. casu vacationis, ipso iure: & hanc practicam docet Gundisal. Villadiego in tracta. de hæreticis, quæst. 12. in fine. Anania, & alij citati per Ignatium de Salcedo in additione ad praxim Bernardi Diaz, cap. 116. num. fin. in fine.

Vacatio propter insordescentiã quando procedat.

Et quòd facta dicta declaratione sit talis insordescens priuatus, ipso iure, beneficijs, etiam si causa excommunicationis processerit ex debito ciuili, † latè tradit, & resoluit
103 Menochius de arbitrarijs 2. par. centuria 5. casu 416. num. 52. 53. 56. & 61. vbi num. 54. ad hoc ponderat Concil. Triden. sess. 25. de reform. cap. 3. in fine, quo sancitum est, quòd contra quemcumque excommunicatum, qui per annum in excommunicatione insorduerit, procedi possit, tamquam de hæresi suspectum.

Cæterum ego hunc modum vacationis
104 beneficij, ipso iure, difficilem arbitror, † ac similiter difficiliter posse obtinere impetrantes talia beneficia, propter solam insordescentiam. Ratio est, quia nullibi textus expresse reperitur, dicens, quòd insordescens sit, ipso iure, ob solam insordescentiam priuatus beneficijs. Nam insordescentia solum modo operatur, quòd insordescens habeatur pro confesso, & conuicto de crimine, aut
105 causa, de qua accusabatur. † Abbas in cap. 1. num. 25. de Iudicijs, & ibi Ripa communem dicens, num. 77. Alciat. num. 54. Couar. in cap. Alma mater 1. p. §. 7. nu. 10. in princ. Menochius d. casu 416. num. 11.

Vnde aut procedebatur contra perseuerantem in excommunicatione, pro crimine inducente vacationem, ipso iure: & tunc non vacauit, ipso iure, beneficium, ratione ipsius perseuerantiæ, quæ solam confessionem delicti inducit; sed ratione ipsius delicti. Aut proceditur ob crimen, pro quo non est priuatus, ipso iure, sed venit priuandus: & tunc, ratione perseuerantiæ non inducitur priuatio, nec vacatio, ipso iure, & multo minus, si nec veniret priuandus, ratione delicti, vel causa
106 originalis esset ciuilis. † Abbas vbi supra, n. 24. & 27. & in c. contingit, n. 7. dedolo, & contumacia. Roman. singulari 307. Stephanus Aufredius in additione ad Cappellam Tolos. quæst. 365. *item addo.* ad medium. Couarr. vbi supra d. n. 10. vers. *secundo eadem ratione.* Ignatius de Salcedo in additione ad praxim Bernardi Diaz, c. 116. num. 4. ante fin.

Hinc excommunicatus ob causam ciuilẽ, & in excommunicatione perseuerans per plures annos, numquam perdet, ipso iure, be-
107 neficia, nec debet illis priuari. † Abbas in d. cap. 1. de Iudicijs, nnm. 27. in fine. Ripa d. num. 77. Roman. d. singulari 303. incipit, *de hoc heri.* Angelus de Clauasio in summa, verbo, *excommunicatio la vltima.* num. 17. quorum sententiam, vti veriorem confirmauit Rota in vna causa Segorbien. insordescentiæ 5. Iunij 1598. coram Illustrissimo D. Cardinali Se-
108 raphino, vbi propterea fuit resolutum, † sententiam prolatam ab Auditore Cameræ contra quemdam Iosephum Guerra, insordescẽtem in excommunicatione pro causa ciuili, ob non solutionem pensionis contra eum fulminatam, per quam fuit declaratum suis beneficijs priuatum, esse iniustam, & reuocandam: & quòd secundum supradictam distinctionem est intelligendum Concil. Tridentin. d. c. 3. in fine. sess. 25. Et quatenus Menochius vbi supra, num. 55. reprobauit dictam sententiam Abbatis, & aliorum, fuit a Rota reiectus, & pariter admitti non debet Ignatius de Salcedo, vbi supra, num. 13. in fine, dum sequitur Menochium, & dicit longe aberrasse Abbatem, & cæteros: & videas regulam Cancellariæ 25. de insordescentibus.

Quadragesimo sexto vacat, ipso iu-
re, beneficium per
109 decretum, † veluti quando Papa confert beneficium alicui, & apponit in ipsa collatione decretum, quòd infra sex menses primum beneficium in illius manibus dimittat, aliàs, eo ipso, vacet secundum, aut similis clausula de solutione facienda, aut litteris infra certum tempus expediendis, vel alias, sub eadẽ vacationis pœna apponatur: Nam si non adimplet cum forma decreti, ipso iure, vacat

Plura singularia de vacatione propter decretum

cat vltimum beneficium collatum, vigore dicti decreti. Ægidius decis. 755. in principio, & fuit resolutum in vna Vicen. Canonicatus 5. Iulij 1590. coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio, & in alia Illerden. Canonicatus 1597. coram eodem. Rota decis. 12. de re iudicat. in nouis. Rota decis. 8. nu. 1. & decis. 13. de rerum permutat. in nouis.

Idem etiam esset, ratione decreti, contenti in indultis † Cardinalium, nam in dictis indultis apponitur decretum, quòd prouisi à Cardinalibus de beneficijs reseruatis teneãtur de beneficijs excedentibus valorem 24. ducatorum, intra quatuor, si citra, si vero vltra montes collationes fiant, infra octo menses à die factæ collationis computandos, nouas prouisiones à Sede Apostolica impetrare, & litteras Apostolicas expediri, & iura Cameræ Apostolicæ cum effectu persoluere, alioquin lapsis eisdem mensibus beneficia ipsa vacare censeantur, eo ipso, & possint per alios à Sede Apostolica dumtaxat, libere impetrari, nisi ipsi prouisi de legitimo impedimento docuerint, Notario, & Testibus coram Datario, vel ipsis petentibus dictas nouas prouisiones, & coram eodem Datario protestantibus, quòd per eos non stat, contigerit illas eis denegari.

Et est aduertendum, quòd dictum tempus dimittendi, seu nouas prouisiones obtinendi, non incipit currere, nisi à die captæ pacificæ possessionis; non autem à die prouisionis, † sine possessione pacifica: ita vt verba decreti ciuiliter intelligantur, idest sequuta pacifica possessione. Caputaquen. decis. 51. numer. 1. & per totam, & decis. 110. lib. 1. & decis. 328. num. 1. & per totam, libro 3. Anastas. Germon. in tractat. de indultis. §. volumus, a num. 47. & 48.

Immo non solum, non incipiunt currere, nisi à die captæ pacificę possessionis; sed etiã est necessaria notitia † dictæ possessionis pacificę, vt incipiat d. termini cursus, vt latè fuit resolutum in vna Tirasonen. Canonicatus coram Orano 8. Nouembris 1596. vbi propterea fuit excusatus vnus à pœna dicti decreti de dimittẽdo infra quatuor menses primum beneficium, quia allegabat ignorantiam adeptæ possessionis de secundo, & in contrarium nihil releuans probabatur.

Item in casu decreti contenti in indulto Cardinalis d. tempus non incipit currere, nisi a die habitæ integræ notitię † de reseruatione, quando reseruatio est talis, quæ probabiliter potest ignorari, veluti ex vaçatione per obitum cubicularij, vel alterius officialis Cancellarię. Puteus decis. 112. lib. 1. & decis. 361. libro secundo. Anastas. Germo. vbi sup. a num. 59. Ita vt non sufficiat in tali casu probare scientiam reseruationis per publicam vocem, & famam, cum agatur de grauissimo præiudicio, scilicet de amissione iuris quæsiti. Puteus decis. 147. incipit *fuit dubitatum*, lib. 1. per totam. Et conducunt quę dixi latè in gl. 11. ex nu. 100.

Quod autem in casu dicti decreti possessio debeat esse pacifica, † vt dictus terminus currere incipiat, fuit decisum teste Mohedano decis. 8. de concessione prębendę. Rota decis. 148. par. 1. diuersorum. Puteus decis. 110. lib. 1.

Vnde intrusio alterius † excusat. Acchilles decis. 12. num. 2. & per totam, lib. 3. Mandosius in tracta. de signatura gratię, titulo indultum conferendi beneficia reseruata, vers. *disputatum alias fuit in Rota.*

Quod adeo verum est, vt quamuis intrusio, vel impedimentum non adsit de tempore captæ pacificę possessionis; tamen sufficit quòd superueniat ante lapsum † termini ad dimittendum, vel nouam prouisionem obtinendam. Mohed. decis. 8. ante nu. 1. & per totam, de conces. pręben.

Similiter in dicta causa Tirasonen. Canonicatus sub 8. Septembr. 1598. coram Orano fuit dictum, quòd ad effectum euitandi pęnam decreti, de non dimittendo primũ beneficium, sufficit quęlibet molestia; non solum super possessione, sed etiam super solo titulo: vbi etiam fuit habitum in cosideratione appositio *nihil transeat.* in Dataria, & Oppositio in actis dicendo *generalia contra, &c.*

Prout etiam clausula expediendi litteras infra sex menses apposita in breuibus † de capienda possessione nomine Cameræ, est intelligenda, quòd dicti sex menses computentur a die captæ possessionis pacifice per dictam Cameram Apostolicã, vt fuit decisum in vna Abulen. Cappellanię 6. Nouembris, an. 1562. coram Gropperio, & in Astoricen. Archidiaconatus 15. Decembris 1573. coram Illustrissimo D. Cardinali Seraphino, & in Ispalen. fructuum 19. Martij 1596. coram R. P. D. meo Litta.

Idem quoque pari ratione iudicandum erit de clausula solita apponi in gratia alicuius beneficij simplicis, continentis ordinem presbyteralem annexum, videlicet, *quòd prouisus promoueatur infra annum ad dictum ordinem.* Quia est intelligenda à die captę pacificę possessionis ex supradictis.

Quod tamen declara, nisi constaret de fraude, ac dolo, vt dixit Rota in vna Meliten. Canonicatus de ann. 1586. coram Illustrisimo Plato, & in alia Illerden. Canonicatus 13. Decembris 1593. coram Illustriss. D. Pamphilio.

Adde etiam, quòd decreto de dimittendo in manibus Sanctiss. satisfit per æquipollens, † vt fuit resolutum in vna Compostellana

Cano-

Canonicatus 10. Maij ann. 1600. coram R.P. D.meo Lancellotto, vbi propterea fuit resolutum, quòd dimissio facta in manibus Notarij Cameræ Apostolicæ, in executionem dicti Decreti, sufficiebat, quia omnis fraus cessabat, & fuit absolutus dimittens ab impetratione vltimi beneficij per alium facta, & facit decisio Putei 100. nu. 6. lib. 2.

Rursus circa decretum appositum in indultis Cardinalium, vt prouisi ab eis de beneficijs reseruatis, teneantur nouæ prouisiones obtinere, & expedire infra dictum tempus, aduerte, quòd quamuis sit morosus talis prouisus, & non adimpleat cum dicto decreto, non propterea durae prima vacatio,

120 † sed vacat de nouo beneficium ob non seruatã formam dicti decreti. Nam prima vaca-

121 tio iam fuit extincta per collationem † a Cardinali factam, ac propterea si non seruatur forma dicti decreti, de nouo vacat tale beneficium, ipso iure, & impetratio facta de illo dicetur impetratio *certo modo*. †

122 & fuit resolutum nouissime (me obtinente) in vna Hispalen. beneficij de Xerez 12. Maij huius anni 1603. coram R.P.D. meo Litta, vbi ideo fuit decisum, quòd talis impetrans teneatur totam narratiuam verificare, & quòd nõ

123 adimplementum decreti sit plene, †& concludenter probandum. Nam impetrans *certo modo*. & sic beneficium viuentis, contra bonos

124 mores, contra humanitatem, †& contra vsum Romanæ Curiæ plenissime, & concludenter probare tenetur. Mandosius alias decisiones allegans, cons. 20. num. 9. vers. *quæ tanto magis*.

Item quando beneficium dimittendum erit, iuxta decretum, dimitti debet libere, & sine vlla pactione, vel conditione, & ideo non satisfit Decreto, dimittendo beneficium

125 per resignationem in fauorem alterius, †vel per permutationem, gl. verbo *omnino*. & verbo *libere*. in cap. ex parte 1. de officio delegati. Rota decis. 8. num. 1. de rerum permut. in nouis. & decis. 13. & 14. eodem titulo in antiquis. Milius in repertorio, verbo. *gratiam beneficialem impetrans*. & fuit decisum in d. decis. Illerden. Canonicatus 13. Decembris 1594. coram Illustrissimo Domino Cardinali Camphilio.

126 Licet interdum ex aliqua iusta † causa solet Dataria rigorem d. decreti relaxare, & resignationem in fauorem admittere, vt dictum fuit in dicta decis. Illerden. & docet experientia.

An autem hoc decretum de dimittendo in manibus Papæ habeat vim decreti irritantis quoad effectum inficiendi possessionem, videas in gl. 67. & finali, nu. 68.

Quadragesimo septimo vacat, ipso iure, beneficium per

127 malam promotionem ad ordines, † veluti si beneficiatus, qui primam tonsuram, vel minores ordines habens promotus fuerit ad maiores, cum alias fuerit inhabilis ex aliquo vitio, crimine, aut defectu, vel extra tempora a iure statuta, vel absque veris sui ordinarij dimissorijs litteris, aut per saltum, vel furtiue, aut sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, aut ante ętatem, aut nõ seruatis temporum interstitijs, &c. quia si in dictis ordinibus ministrare præsumpserit, non solum efficitur irregularis, sed etiam beneficia obtenta vacabunt, ipso iure, vt nouiter sancitur per constitutionem Sixti V. incipientem *sanctum, & salutare*. sub data nonis Ianuarij 1588. quæ constitutio, si sit derogata, statim dicam in nu. sequenti.

Antea vero non inducebatur vacatio, seu priuatio, ipso iure, † sed talia faciens, ve-

128 niebat priuandus per sententiam, vt in constitutione Pij II. incipien. *cum ex sacrorum*, quę est in bullario in ordine 6. inter constitutiones eiusdem Pij II. & quotidie renouatur per regulam 23. Cancellarię, de male promotis.

Verum ista vacatio, ipso iure, hodie locũ habere non potest. Quia dicta constitutio Sixti V. est nouissime de medio sublata, & ad terminos iuris communis, ac Concilij Tridentini, & dictæ constitutionis Pij II. redacta per constitutionem S.D.N. Clementis VIII. sub pridie Kal. Martij ann. 1595. emanatam. Ac propterea dicta constitutio Sixti Quinti nihil operatur, quoad suspensionem, sine, aut cum ficto patrimonio ordinatorũ. Quòd adde ad gloss. 5. §. 10. num. 34. & reliqua, quæ ibidem dixi ex num. 22. vsque ad num. 33. firma remanent.

Quadragesimo octauo vacat, ipso iure, beneficium per confidentiam, vt pote, quando aliquis resi-

129 gnat alicui beneficium, sub confidentia, † quòd resignatarius postea resignet alteri per sonę resignanti dilectę, vel in alijs casibus contentis in constitutione 109. Pij IV. incipienti, *Romanum Pontificem*. sub data 17. Kalend. Nouembris ann. 1564. & in constitutione 87. Pii V. incipienti *intollerabilis*. sub data Kalen. Iunij ann. 1569. Quę constitutiones pœnam vacationis, ipso iure, inflingunt, de quibus constitutionibus plene scripsit Flaminius Parisius in suo peculari tractatu de confidentijs, & præsertim in tracta. de hac vacatione, in q. 58. per totam.

Quadragesimo nono vacat beneficium, ipso facto, in

130 omnibus casibus, in quibus fundator † illius, ita disposuit, veluti ob non residentiam, vel per assecutionem alterius simplicis beneficij, residentiam non requirentis, ac in alijs casibus

casibus fundatori benè visis. Caputaquen. decis. 290. numer. 1. & 2. parte 2. Nam fundator potest in fundatione beneficij ponere
131 leges, & † conditiones, quas voluerit c. præterea, il 2. de iurepatronatus, cap. quanto, de censibus. Rota decis. 1. de præbend. in nouis. Ioannes Gutierrez cons. 1. num. 1. & cons. 2. num. 1. bene Nauarrus in cons. 8. de præbendis, incipit, *Ecclesia Collegiata*. nu. 1. & 3. cum alijs adductis in gl. 5. in princ. nu. 103. ac dixi in gl. 29. num. 3.

Quinquagesimo vacat beneficium, ipso iure, per no-
132 uam erectionem, & creationem. † Bonifacius Vitalinus in clemen. fin. num. 18. de rescriptis, post gl. fin. ibidem, & communiter omnes, Geminian. cons. 69. num. 1. & dixi in glossa 9. §. final. de beneficijs nouiter creatis, num. 50. Beneficia namque non nascuntur; sed creantur, & fiunt. Cassad. decis. 7. nu. 6. & 8. de iurepatron.

Quinquagesimo primo addi potest vacatio, ob malam
133 valoris † expressionem, iuxta ea, quæ dixi in §. 2. huius gl. nu. 77. & 78.

Quinquagesimo secundo vacat, ipso iure, beneficium, quando ex aliqua constitutione, vel statuto particulari, seu municipali, inducitur vacatio, ipso iure, alicuius beneficij per assecutionem secundi, quando aliàs non vacaret de iure communi. Ita consuluit Ferrettus consilio 112. incipit. *Dominus Caro*. num. 3. ac pet totum, lib. 1. vbi concluſit, quòd propterea in ciuitate Venetiarum vacant beneficia simplicia nullam residentiam requirentia per assecutionem Plebanatus: Idem-
140 que pari ratione dicendum erit de consuetudine. Ferrettus d. consilio 112. sub num. 1. & 2. & fuit decisum in vna Calagurritana
141 beneficij de Nauarrete 20. Iunij 1588. coram Illustriss. D. Pamphilio.

Si vltra supradictos casus inueniantur alij casus, in quibus beneficia vacent, ipso iure, superioribus addi poterunt, isti namque mihi nunc tantum occurrerunt.

Alij autem plures modi sunt, in quibus ob diuersa delicta,
142 quis non est, ipso iure, priuatus; sed venit † priuandus per sententiam, veluti homicida, publicus concubinarius, sacrilegus, incendiarius, periurus, residere nolens, bannitus, & alij plures, de quibus per Rebuffum in praxi titulo, de modis amittendi beneficia, à nu.
135 50. vsque ad finem. Item adulteri † incestuos, incorrigibiles, alleatores, fures, vsurarij, stupratores, & omnes alij grauia crimina perpetrantes, de quibus sigillatim videri potest per Bernardum Diaz in sua praxi criminali, sub titulis, cuilibet delicto, assignatis.

De vacatione per sententiam.

Neque est imponenda priuatio beneficiorum, nisi in casibus † à iure expressis, cap. 136
is qui 18. in principio, de sentent. excommunic. lib 6. glossa penultima, in fine, & ibi notat Abhas in c. fin. de iurepatronatus, gloss. in summa 15. quæst. 8. ad finem, glossa finalis in cap. Apostolus 80. distinct. Bernardus Diaz in sua praxi criminali, cap. 131. sub titulo (beneficijs priuari,) num. 2. Selua de beneficio 3. par. quæst. 2. num. 26. Rebuff. in praxi titulo, de ratione personæ, & rei, num. 2. Puteus decis. 228. ante fin. lib. 3. Nauarrus cons. 13: nu. 3. de præben.

Hinc nulla condemnatio, quamuis sit ad perpetuum carcerem se extendit ad priua-
137 tionem beneficij, nisi exprimatur. † Rota decis. fin. de sentent. & re iudic. & in antiquioribus Besigneti. Felin. in cap. inquisitionis ante num. 8. de accusation. Mandosius de monitorijs, quæst. 16. num. 1.

Quamuis alij dicant, quòd quotiescumq; delictum sit graue possit beneficio † priuari 138
per tex. in cap. satis peruersum, 56. distinct. Selua de beneficio 3. par. quæst. 3. num. 2. & 3. cum sequentibus. Rebuffus in praxi titulo de modis amittendi beneficia, num. 61. Intelligendũ tamẽ, est si exprimatur à iure, † alias
139 non. Rebuffus vbi supra, num. 62. late tradunt Tiraquel. in l. si vnquam, verbo *reuertatur*. nu. 249. & 250. & 251. Rolandus cons. 27. num. 14. vol. 1. Menoch. de arbitrarijs, lib. 2. centuria 3. casu 276. per totum.

Effectus autem resultantes ex eo. An beneficium vacauerit, ipso iure, vel sit tollendum per sententiam multiplices † sunt.

Primus quia si vacat beneficium, ipso iure, ratione alicuius capitis, ex supra relatis, vacat in ipsomet puncto, † quo contrahitur matrimonium, aut emittitur professio, committitur delictum, & sic de reliquis. Probus in additionibus ad Ioannem Monachum, cap. finali, num. 29. de consuetudine, in 6. & dixi in gloss. 11. nu. 27. Non autem quando de facto quis amouetur a dicto beneficio, tunc occupato, quòd prius, ipso iure, vacauerat: & propterea ad videndum, 141
beneficium vacauit in mense † Apostolico, vel ordinario est inspiciendum tempus vacationis, ipso iure, non autem amotionis ab iniusta detentione.

Effectus quales resultẽt eo, qđ vacatio sit ipso iure. Vel per sententiam.

Secundus effectus est, quia si pendente sententiam vacationem, ipso iure, antequam iam priuatus dimitteret possessionem decederet, tunc non vacaret beneficium per obitum † illius; sed per militiam, 143
professionem, incompatibilitatem, vel aliam causam præcedentem, ex supradictis. Ratio est, quia prima vacatio impedit sequentem,

& sic

144 † & sic per obitum vacare non poterat beneficium, quod non habebat, ex quo prius, ipso iure, vacauerat, cap. susceptum, de rescriptis, lib. 6. Ægidius decis. 735. num. 5. Felinus in cap. 2. sub num. 23. vers. *& dixit Rota.* de rescriptis. Flaminius Parisius de resignatione, lib. 9. quæst. 25. num. 4. & lib. 12. quæst. 14. num. 35. Rota decis. 267. num. 1. par. 1. diuersorum.

Secus autem esset, si beneficium non vacaret, ipso iure, Ac pari ratione dicendum idem est, in alijs modis vacationum, quã per obitũ, quia si prius vacauit beneficiũ ex vno
145 capite, † nõ potest postmodũ vacare ex alio sequenti, cum iam fuerit abdicatum ius, & consequenter ex capite sequenti nihil potest vacare, cum ipse tunc nihil iuris habuerit in beneficio, ex supradictis, & latius dicam in §. 1. sequenti huius glossæ.

Tertius effectus est, quia beneficiũ, quod semel vacauit, ipso iure, non
146 potest resignari in fauorem † alterius, quia nemo potest resignare, nec renuntiare quod non habet, cap. qui perfectionem 7. quæst. 1. cap. quod autem, in fine, de iurepatronat. plene Flaminius Parisius de resignatione, lib. 1. quæst. 15. nu. 1. & per totam, & lib. 2. quæst. 22. num 2. cum sequentibus. At vero si non vacauit, ipso iure, sed beneficiatus veniret priuandus per sententiam, veluti homicida, & alij similes, posset vtique resignare beneficium
147 † in fauorem alterius, ante priuationem per tres sententias conformes subsecutam, glossa in cap. 2. verbo *finita.* in cap. 2. vt lite penden. lib. 6. Rota Besigneti decis. 5. de re iudicata. Probus in additionibus ad Monachum in cap. Alma mater, num. 6. de senten. excom. lib. 6. Bartholom. Cassaneus cons. 44. num. 22. Gomezius in regula de annali, quæst. 42. num. 3. & in regula de subrogan. quæst. 3. in principio. Hieron. Gabriel. cons. 197. num. 1. cum sequentibus, volum. 1. & cons. 187. per totum, volum. 2. Ignatius de Salcedo iu additione ad praxim Bernardi, cap. 94. Couarru. in clemen. si furiosus 2. par. §. 3. num. 6. & 7. Crescentius decis. 6. num. 3. de renunciatione. Rebuffus in praxi, titulo, de modis amittendi beneficia, nu. 51. & de pacif. possessor. num. 262. tradit pleniſſime Flaminius Parisius, de resignatione beneficiorum, lib. 3. quæst. 16. per totam, & fuit resolutum in vna Virdunen. beneficij 6. Martij 1593. coram Illustrissimo D. Pamphilio, & in Legionen. Canonicatus 15. Februarij 1593. coram Illustrisimo Arrigonio, apud quos ad longum huiusmodi materia tractatur.

Quartus effectus est, quia si beneficiũ vacauit, ipso iure, potest sta-
148 tim impetrari, † tanquam vacuum; si vero venit priuandus, nullatenus potest vti vacuum impetrari, cum re vera non vacet ante priuationem per tres sententias conformes: nisi in impetratione esset adiecta clausula, † quòd statim, quòd vacaret per priua-
149 tionem, vel cessum, impetranti conferatur beneficium; quia tunc valeret gratia, non vti de beneficio vacanti, nisi tanquam de vacaturo, Rebuffus in praxi, titulo, de modis amittendi beneficia, num. 52. & 53. Staphilæus titulo de varijs modis vacationis. §. considerandi, num. fin. Ignatius de Salcedo post Couarru. & alios in praxi Bernardi Diaz, cap. 94. sub littera A. vers. *fuit etiam.* Gambarus in tractat. de officio, & potestate legati, lib. 10. num. 28. & 29.

Quintus effectus est, quòd quando beneficium vacat, ipso iure, ex
150 tunc beneficiatus non facit fructus † suos, & ad illorum restitutionem tenetur, secus vero si per sententiam, quia illos percipere de iure potest, donec per sententiam priuetur d. beneficio, glossa finalis, in cap. fraternitatis 12. quæst. 2. Felinus in cap. 1. sub. num. 42. cum sequentibus, de constitutionibus. Tiraquellus in l. si vnquam, verbo *reuertatur*, numero 291. cum seqq. C. de reuocandis donationibus. Couarru. in 4. decretal. 2. par. cap. 6. §. 8. à num. 10. cum sequentibus. Simancas de Catholicis Institution. cap. 9. a numero 157. vsque 191. Nauarrus in manuali, cap. 23. num. 66. in principio. Antonius Gabriel lib. 7. de delictis, conclus. 12. num. 10. Acebedus in l. 1. num. 23. & 24. titulo primo, lib. 2. recopilation. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, cap. 13. num. 61. parte 1. Ignatius de Salcedo in additione ad praxim Bernardi cap. 94. sub littera A. vers. *ex quibus omnibus.*

151 Alios septem effectus in proposito ponit † dictus Alphonsus Hojeda in præfato cap. 13. a num. 59. vsque 67. cum pluribus per eum relatis.

152 Et centum, & quatuor effectus, † & discrimina vacationis, seu priuationis, ipso iure, vel per sententiam, copiosissima manu cumulat Tiraquell. in l. si vnquam, verbo *reuertatur.* ex nu. 268. vsque ad num. 463.

Vbi a num. 20. ponit regulam negatiuam, quòd numquam in dubio præsumatur, nec
153 intelligatur priuatio, ipso iure, † nisi per sententiam, prout etiam tradit Acchil. decis. 1. de pœnis. Puteus decis. 129. lib. 3. Gambarus de officio, & potestate legati, lib. 5. num. 163: Et a num. 42. vsque ad num. 244. ipsemet Tiraquellus congerit septuaginta, & sex limitationes dictæ regulę, & dixi superius, num. 136.

Et per quæ verba intelligatur vacatio ip-
154 so iure, † vel per sententiam, vide pleniſſime

per

per Felinum in c. Rodulphus, de rescriptis, ex num. 24. vsque ad 41. & Tiraquel. vbi sup. à n. 41. vsque 244. & aliquid dicam in gl. 55. vbi in 3. limitat. vers. *quinimo*, dixi etiam in
155 priuationibus, ipso iure, requiri † sententiam declaratoriam.

Addo etiam, quòd eodem modo, sicut per regulam nostram reseruantur beneficia, quocunq; modo vacatura in mensibus Apostolicis; sic etiam Ordinarius potest illa con-
156 ferre, quomodocunque vacent † in suis quatuor mensibus ordinarijs, vel in sex mensibus alternatiuis, si gaudeat alternatiua, cum ipse innitatur iure communi ad prouidendum in quibuslibet vacationibus, nisi quatenus reperiatur prohibitus, vt palam est. & in specie tradit Nauarr. cons. 18. incipit, *an beneficium simplex* n. 3. & per totum, iuxta impressionem Romanam, de præbendis, ac diximus in §. 5. proœmiali.

Postremo omnino animaduertendum est, quòd quotiescunq; beneficium vacat, ipso iure, vel per sententiam ex aliqua causa de supradictis, vel alio modo, seu vacatione occurrenda, nullatenus pos-
157 sunt prouideri de tali beneficio, † nec à Sede Apostolica, nec ab Ordinarijs, vel alio quocunque collatore, illi qui fuerint Iudices ciuiles, vel criminales dictarum causarum, siue sint Cardinales, vel Rotæ Auditores, aut Referendarij, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, vel quiuis alius similis, aut dissimilis Iudex; neque etiam dictorum Iudicum nepotes, consanguinei, seu affines, solicitatores, procuratores, domestici, & familiares, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint. cum decreto irritanti, &c. Vt sanctissime constitutum fuit (ad obuiandum fraudibus, & iniustitijs, ac delinquendi occasionibus in priuãdo aliquem innocentem, vel esse priuatũ declarando, vt aliquis ex antedictis personis de tali benefic. prouideretur) per Bullã Pij Papę IV. sub 5. Idus Octob.
158 anno 1. cuius constit. tenor est, vt † sequitur.

Pius *Papa IV. motu proprio.*

Cupientes vnicuique iustitiam, pro vt par est æqua lance ministrari, & omnem delinquendi occasionem ab ipsius iustitiæ ministris, præsertim Iudicibus in beneficialibus, ac etiam criminalibus priuationem beneficiorum Ecclesiasticorum concernentibus causis, tam à Sede Apostolica, ac eius Legatis, & Vicelegatis, quam alias quomodolibet, & à quibuscumque pro tempore deputatis: seu ad quos illarum cognitio, tam de iure, quam de consuetudine, etiam ratione eorum, quæ obtinent officiorum, & alias quomodolibet pertinet, & pertinebit, seu quibus causæ ipsæ, tam Apostolica, quam alia auctoritate commissæ sunt, & pro tempore committentur, penitus remoueri: ac eorum fraudibus obuiari, & animarum saluti, quantum cum Deo possumus salubriter consulere. Ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine decernimus, & declaramus, quoscumque Iudices, etiam S. R. E. Cardinales, necnon causarum Palatij Apostolici Auditores, seu locum tenentes, & vtriusque, vel alterius signaturæ Referendarios, & quosuis alios, etiam Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia etiam maiori dignitate, etiam legationis munere fungentes, ad audiendum, cognoscendum, & decidendum causas, super quibusuis Ecclesiis, Monasterijs, Prioratibus, & beneficijs Ecclesiasticis, tam in Romana Curia, quam extra eam quomodolibet hactenus motas, etiam priuationem earundem concernentes, & in futurum mouendas, tam a dicta Sede, eiusque Legatis, seu Vicelegatis prædictis, ac tam Apostolica, quam ordinaria, aut alia auctoritate, & a quibusuis in dicta Curia, & extra eam, vel alias vbilibet pro tempore deputatos, seu ad quos similium causarum decisio, seu qualiscumque cognitio, etiam quomodolibet, vt præfertur spectat, & spectabit in futurum, aut quibus illas quouis modo audiendas, cognoscendas, & decidendas, & vt præfertur, alias committi contigerit. Necnon eorumdem Cardinalium, Auditorum, Locatenentium, Referendariorum, ac aliorum, vt præfertur qualificatorum Iudicum huiusmodi, nepotes, consanguineos, affines, procuratores, sollicitatores, ac domesticos, vel familiares, cuiuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, & etiam ex quorum sententijs priuationes Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, & beneficiorum huiusmodi, aut alias emanauerint, ac emanabunt, eorum per priuationem eandem, aut alias quomodolibet occurrenda vacatione: nullo vnquam tempore à nobis, seu Sede, aut alijs Legatis prædictis, vel quibusuis illorum ordinarijs collatoribus impetrare, aut ab alijs impetrari, seu sibi conferri, & de illis prouideri facere, quoquomodo posse, seu debere, sed illos penitus ad illa in posterum obtinenda inhabiles fore, & esse: ac quascumque impetrationes sic ab eis, etiam vt præfertur qualificatis, necnon collationes, & prouisiones, ac quasuis alias dispositiones, aut alias concessiones de Ecclesiis, Monasterijs, Prioratibus, & beneficijs huiusmodi, etiam per nos, aut prædecessores nostros, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus hactenus quomodolibet factas, & in posterum faciendas, nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris, & momenti existere, nullumq; per illas eis ius quæsitum fuisse, fore, aut esse, seu dici, vel censeri: ac de annali, & triennali possessore, aut alias Cancell. Apost. regulas, seu alias cõstit. eis aduersus præmissa nullatenus suffragari posse; Sed illos eis sic impetratis omnino priuatos, & ab eis amouendos esse, prout nos harum serie priuamus, & amouemus, ac priuatos, & amotos esse denunciamus. Et ita per eosdem Cardin. Auditor. Locatenentes, ac alios quoscumq; Iudices, quauis auctoritate fungentes sublata, &c. iudicari, &c. debere, irritum quoq; &c. decernimus, & declaramur. Non obstãtib. si opus sit, de non tollendo iure quæsito, & alijs

quibusuis constitutionibus, & ordinationibus, Apostolicis statutis, &c. etiam iuramento, &c. roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, quibus in genere, vel in specie, etiam iuramento, &c. ac motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, concessis quibusuis omnibus in litteris latissime exten. etiam si de eis, & c. tenore, &c. hac vice specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque, cum clausulis opportunis, & consuetis.

Fiat I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum quinto idus Octobris anno primo.

Summaria §. 1. Glossæ 15.

1 *Regula nostra 8. an intelligatur de vacatione de solo iure, vel de solo facto, vel de vtraq;*
2 *Vacationum genera sunt tria.*
3 *Vacatio de iure, & de facto, quando contingit.*
4 *Vacatio de solo iure, quando fit.*
5 *Vacatio de solo facto, qualis sit, cum exemplis, & num. 6. & 7.*
8 *Vacare potest beneficium per obitum vnius de iure, & alterius de facto, & num. 77.*
9 *Vacationis appellatione intelligitur de facto, & de iure, & de vtraque vacatione sunt verba verificanda, & num. 10.*
11 *Vacatio de iure, & de facto est verior, naturalior, & potentior.*
12 *Vacare proprie non dicitur, nisi quando à nemine detinetur beneficiũ de iure, nec de facto.*
13 *Plenum tunc dicitur beneficium, quando possidetur ab aliquo de iure.*
14 *Vacatio dicitur per obitum habentis ius, non per obitum solam possessionem habentis.*
15 *Collatio sola dat plenũ ius, etiã sine possessione.*
16 *Duobus res vẽdita, præfertur prior in possessione, licet posterior in venditione; secus tamen est in beneficij collatione. & n. 17.*
18 *Beneficium dicitur esse habentis ius in illo, licet alius de facto possideat. & n. 29.*
19 *Collationem faciendam impedit sola non vacatio de iure.*
20 *Verba de vacatione loquentia, sunt ad iuris. intelligentiam, non ad factum, referenda.*
21 *Beneficium si semel de iure vacauit, non est considerandа alia vacatio de facto.*
22 *Vacare non dicitur benef. per non habentẽ ius.*
23 *Conditio, si vacat, verificatur in vacatione de iure, & non de facto.*
24 *Ius in beneficio habere sufficit, licet possessione careat, ad effectum consentiendi pensioni.*
25 *Obtinere, verbum intelligitur de iure potius, quam de facto, & num. 58. contra.*
26 *Vacatio in Curia contingit per solũ habentẽ ius,*
27 *Regula de subrogandis, potius loquitur de iure, quam de possessione; necnon regula de impetrantibus, & num. 28.*
30 *Mendicantes dicuntur, qui sunt mendicantes de iure, non autem de facto.*
31 *Ius consideratur, non autem possessio ad effectum regulæ 4.*
32 *Vacare dicitur beneficium per obitum habentis ius ad regressum beneficij dimissi.*
33 *Vacare dicitur beneficium per habentem solam prouisionem, sine vlla possessione, nec litterarum expeditione. & num. 34.*
35 *Prouisus de beneficio vacante per habentem solam collationem, sine litterarum expeditione, potest expedire litteras defuncti ad probandam vacationem.*
36 *Præuentio intrat ratione solius vacationis de iure.*
37 *Parrochus non dicitur, qui non habet de iure, sed de solo facto, qualitates necessarias.*
38 *Possessio sola non attenditur in beneficialibus,*
39 *Vacans beneficium de solo iure potest ab Ordinario valide conferri, sine vlla citatione possidentis de facto, non tamen potest priuari possessione inauditus. num. 40.*
41 *Collatio præsupponit vacationem.*
42 *Vacatio dicitur in loco, vbi persona moritur; nã persona habet ius, & ius sequitur personã.*
43 *Patronus potest præsentare ad beneficium, quòd vacat de iure.*
44 *Mensis expressio debet fieri, etiam in vacatione de solo iure; & num. 62. dicitur, quòd sufficit de facto.*
45 *Vacatio de solo facto sufficit ad effectum reseruationis, & nu. 71.*
46 *Interdicto supponendum Castrum alicuius, habet locum; licet de solo facto possideatur.*
47 *Reseruatio per contractum matrimonij verificatur in sola vacatione de facto.*
48 *Potestas conferendi beneficia, non intelligitur de benef. vacantib. de solo iure, & nõ de facto.*
49 *Narratiua sufficit, si de solo facto verificetur, ita vt sufficiat probatio facti, carens adminiculo iuris. & num. 50.*
51 *Verificare sufficit petenti beneficium ex causa permutationis, possessionem de solo facto.*
52 *Acceptare nolens beneficium, quòd vacat de solo iure, non est in culpa.*
53 *Error communis facit ius.*
54 *Vacatio per obitum decedentis in possessione attenditur ad effectum iuris conferendi.*
55 *Possessor præsumitur Dominus, quando de Dominio incidenter agitur.*
56 *Reseruatio non includit beneficia, quæ de facto grauatus conferre non potest.*
57 *Quasi possessio consideratur ad effectum iuris conferendi, & præsentandi.*

Vacatio

59 *Vacatio de facto attenditur ad effectum reseruationis regularum Cancellariæ.*
60 *Verificatio*, constiti, *breuis de capienda possessione, sufficit de solo facto, idest, quòd decesserit in possessione. & n. 61. & 81.*
63 *Regula nostra proculdubio intelligitur de vacatione de iure, & de facto, & de solo iure. & num. 64.*
65 *Vacatio narrata, si de solo iure verificatur, non adest subreptio.*
66 *Possessionis alterius mentio fieri debet, in impetratione.*
67 *Clausulæ* (dummodo non sit alteri ius quæsitum) & (amoto quolibet illicito detentore) *supplent defectum taciturnitatis possessionis alterius. & nu. 68.*
69 *Intrusionis alterius expressio solummodo fit ad solum effectum, non soluendi dimidiam annatam.*
70 *Litteræ expeditæ sub intrusione, non habent paratam executionem, donec sint tres conformes, aut res iudicata.*
70 *Intrusionis narratæ verificatio, non est necessaria, quando non fuit expressa in supplicatione.*
71 *Vacatio de solo facto regulariter sufficit ad effectum regulæ nostræ, nisi in certis casibus, & num. 72.*
73 *Vacatio de solo facto non sufficit, quando ius per alium detinetur.*
74 *Papa liberiorem potestatem habet in beneficio vacanti, quam in pleno.*
75 *Iuri tertij nunquam intendit PP. præiudicare.*
76 *Decisio Rotæ 12. n. 6. de præbendis in antiquioribus explanatur.*
78 *Prouisus in locum habentis solum ius, præfertur prouiso in locum habentis solam possessionem, & casus practicus narratur.*
79 *Succedens in locum alterius, iure illius vti debet.*
80 *Proprietas potentior est possessione, & illam absorbit, & num. 89.*
81 *Immissionis ad effectum præferri debet prouisus in locum solam possessionem habentis, vel alias quilibet successor, & num. 82.*
83 *Immissionis ad effectum sola ciuilis possessio, vel detentatio sufficit.*
84 *Possessio infecta, ratione reseruationis, an aliquo casu suffragetur.*
85 *Immissionem in beneficialibus non impediunt exceptiones altiorem indaginem requirentes.*
86 *Reseruatio tangit petitorium.*
87 *Immissionem impedit, docens incontinenti de bono iure suo.*
88 *Immissionem impedire potest, qui tempore mortis testatoris non possidebat.*
90 *Possessoria remedia sæpe sunt conscientiæ periculosa; ideo Aduocati, & Procuratores sibi consulant, & num. 91.*
92 *Ludouici Gomezij doctrina dicentis, quòd causa beneficialis nunquam sit disperanda; sed semper defendenda, non admittitur ab Auctore.*
93 *Clausula* (arbitrio Rotæ) *quando detur à signatura.*
94 *Vacatio de facto nihil valet, quando contingit per possessorem violentum, vel intrusum.*
95 *Collatio facta ab intruso in beneficio reseruato nihil prodest.*
96 *Contractus gesti cum intrusis sunt nulli.*

§. 1. gl. 15. in quo agitur, de qua vacatione loquatur nostra reg. an de iure, vel de facto, vel potius de vtraq; ?

VIDEAMVS nunc quatenus regula nostra reseruat beneficia vacatura, de
1 qua vacatione † est intelligenda. An de vacatione de iure, vel de vacatione de facto, seu potius de vtraque, tam de iure, quam de facto?

Pro clariori intelligentia præmitto, quòd
2 genera vacationis reducuntur ad † tria, Aut enim vacant de iure, & de facto, prout
3 accidit per mortem naturalem, † vel per resignationem illius, qui verum titulum, & possessionem habebat, ex quo tunc apud neminem remanet ius, neque possessio, sed sunt vacua. cap. susceptum, de rescriptis, lib. 6. cap. quamuis tibi 38. de prębendis, eodem lib. cap. finali, de verborum significat. in 6. & tradit Rebuffus in praxi, titulo requisita ad bonam collationem. num. 56. Gregor. Tholos. de benefic. c. 28. n. 1. Mandos. in reg. 30. Cancellariæ, q. 7. sub nu. 4. vers. *de iure autem, & de facto*, idem Mandos. in cons. 4. nu. 21. 22. & 23.

4 Aut vacat beneficium de iure: † non autem de facto, veluti per assecutionē alterius incompatibilis, vel alio modo, ex 52. relatis in princ. huius gl. in quibus perditur, ipso iure, beneficium. Nam quamuis primū benef. vacet, ipso iure, per assecutionem secundi: quamdiu tamen non dimittitur illius possessio, sed potius continuatur ab eodē, qui secūdum beneficium fuit assequutus, tunc nō dicitur vacare de facto, quia de facto est semper occupatum, de quo est bonus textus in cap. cum nostris, ibi, *cum Præpositura illa*

non vacaret de facto, quia talis possessio plus habet facti, quam iuris, de concessione prębendæ, & ibi notat glos. verbo *de facto*, & communiter omnes. text. etiam in cap. litteras, prope finem, ibi, *cum igitur, si ita est, præbenda illa, & si non de facto, de iure tamen vacare noscatur*, eodem titulo, de concessione præbendę, in cap. licet Episcopus 28. de præben. lib. 6. lex 10. tit. 16. Partita 1. Rebuff. & Mandos. vbi sup.

Vel quando quis se intrudit de facto, absque Canonico titulo, quia tunc de facto est occupatum beneficium, de iure tamen semper vacat, vt exemplificat d. lex 10. Partitę. vers. *e de fecho, e non de derecho*. titulo 16. Partita 1. Lapus allegatione 16. & ibi Mandosius in glossa 1.

5 Tertio modo beneficium vacat de facto; † non autem de iure, quando quis longo tempore est absens à beneficio, & ignoratur, vbi sit, tunc dicitur vacare de facto, quia ibi nullus est, qui de facto illi beneficio seruiat, pro quo facit tex. in c. 2. & in c. ex parte 1. de Clericis non residentib. Rebuf. vbi supra nu. 58. Gregor. Tholos. de beneficio. c. 27. nu. 3.

Item quando aliquis habet collationem, & canonicum titulum, nondum tamen pos-
6 sessionem † fuit adeptus, quia tunc adhuc possessio est vacua, & vacat beneficium de facto, vt exemplificat prędicta. lex 10. ante finem. titulo 16. Partita 1. & Gregor. Tholos. cap. 27. num. 4. vbi alios duos modos ponit, videlicet, quando quis deiectus fuit à possessione, & nemo eam occupauit, vel si coactus renunciauit.

Vel potius, quando ille, qui non habet iustum titulum, nec ius: sed solam possessionem, aut detentationem cedit, vel decedit.
7 † Nam tunc per renunciationem, vel obitum illius, solummodo vacat beneficium de facto, ex quo non potest vacare, nisi quòd ipse cedens, vel decedens habebat, & desiuit habere. cap. Raibertum. 1. quæst. 7. cap. qui perfectionem 7. quęst. 1. tradit copiose Flamin. Parisius de resignatione lib. 1. q. 15. num. 13. cum sequentibus, vsque in fin. Rebuffus cons. 38. num. 1. 2. & 3.

Vnde fuit dictum in vna causa Compostel lana pensionis coram Illustriss. D. meo Seraphino, quòd potest vacare beneficium per
8 obitum vnius de † facto, & per obitum alterius de iure, quod etiam probat Rota decis. 12. num. 6. in fine, de præbendis, in antiquioribus Besigneti.

Quibus sic præsuppositis oportet inspicere, de qua vacatione loquatur regula nostra.

In primis etenim videtur, quòd dumtaxat loquatur de vacatione de iure, & de facto insimul, quia in dubio va-
9 cationis appellatione † intelligitur vacatio, tam de iure, quam de facto. text. in d. c. cum in nostris, de concessione præbendæ, vbi probatur, quòd impetratio facta de beneficio, quod vacabat de iure per obtentionem secundi incompatibilis; non tamen de facto, quia semper erat occupatum, est subreptitia, ex quo non fuit facta mentio de possessione, seu detentatione, quia Papa nemini prędiudicare intendit in iure, neque in possessione, & ibi notant Ioannes Andreas nu. 5. & sub num. 24. Anton. de Butrio nu. 6. Imola num. 7. Abbas num. 4. vbi etiam dicunt, quòd verba, quæ possunt verificari de iure, & de facto non sufficit, si verificentur de al-
10 tero, † nisi quoque verificentur de vtroque, probat etiam tex. in cap. litteras, eodem titulo, de conces. præbendæ, & in cap. licet Episcopus, de præbendis lib. 6. Franciscus Pauinus in tractatu de officio, & potestate Capituli sede vacante, 7. præludio. num. 7. post principium, & num. 17. post Lapum, quem allegat allegatione 16. Felinus in cap. in nostra, corollario 36. num. 34. & sequen. de rescriptis. Selua de beneficio 3. p. q. 11. num. 111. Puteus decisione 290. *fuit decisum in vna Salmantina*. num. 4. lib. 1. Quintilian. Mandos. cons. 4. num. 10. in fine, & num. 24. vbi dicit, quòd ista vacatio de iure, & de-
11 facto est verior, naturalior, † potentior, & plenior vacatio: & ideo verba cuiuslibet dispositionis sunt intelligenda de illa, & in potiori significatu, Quia proprie vacare non di-
12 citur, nisi à nemine detineatur de iure, nec de facto, Pauinus vbi supra d. num. 17.

Tunc namq; dicitur plenum beneficium,
13 quando possidetur ab aliquo de iure. Rota decis. 18. de prębend. in antiquis.

Cæterum quòd in casu, & ad effectum nostræ reg. sufficiat vacatio de solo iure, quamuis non sit de facto, ex sequentibus ostenditur.

Primo, quia vera vacatio est per obit. vel
14 resignationē illius, qui habet ius, † non autē per habentē possessionem, sine tit. c. si gratio se, in princip. iuncto fine, de rescript. lib. 6. c. vnico, iūcta gl. verbo, *obtinendis*, de eo, qui mittitur in possesion. in 6. reg. beneficiū, de regul. iuris eod. lib. Milius in repertor. verbo, *obtinere dicitur, quis beneficium, an ille*. Bellēcin. in tract. de charitatiuo subsid. q. 121. n. 1. Paris. cons. 74. n. 21. vol. 4. Cassad. decis. 5. n. 5. de priuilegijs. Rota decis. 53. lib. 2. p. 3. diuers.

Per solam namq; collationem acquiritur
15 ius plenum, & perfectū in beneficio, quamuis possessio non capiatur. c. fi. in fin. de conces. præb. lib. 6. gl. fi. in c. penult. eod. lib. Milius in repertorio, verbo, *beneficium acquiritur*. n. 20. Couarr. lib. 3. variar. c. 16. num. 1. & 10. Rota decis. 87. num. 1. & 2. de rescript. in antiquis, & inferius dicetur num. 33.

Ita

Ita quod, quamuis si aliqua res vendatur duobus, vni primo, & alteri postea, si isti secundo fiat prius traditio, sit ille præferen-
16 dus primo emptori, † iuxta tex. in l. quoties. C. de rei vendicatione; Tamen in beneficiorum collatione secus est. Nam ille, cui prius fuit facta collatio est prę ferendus; licet sit in
17 possessione † posterior, ex eo quòd sua collatio est anterior, & per illam fuit illi quæsitum ius plenum, & perfectum, vt post plures tradit Iaſ. in dicta l. quoties. num. 12. C. de rei vendicatione, & probatur in cap. si à sede 3. de præbend. in 6. de quo late dixi in §. 3. procœmiali.

Beneficium enim dicitur esse illius, qui
18 ius † habet in eo, licet alius de facto possideat illud. cap. si tibi absenti. vers. *licet*, ibi, *ius in ipso beneficio, vt tuum dici possit*, de præbend. libro 6. & ibi notat glossa, verbo, *habueris*. cap. cum inter Canonicos, vers. *discretioni*, de electione. Mandosius in regula 3. quæst. 12. num. 5.

Ideo sola non vacatio de iure impedit col
19 lationem † faciendam. Philipp. Probus in c. vnico. n. 21. de rerum permut. in 6.

Vnde verba nostræ regulę, loquentis de
20 beneficijs vacaturis sunt ad ius, & iuris † intelligentiam, non ad factum, factique vacationem, referenda. Cassadorus decisione 5. num. 4. de priuilegijs.

Sic diximus in principio huius glo. n. 147. quod si semel beneficium vacauit de iure,
21 † quòd non sit consideranda vacatio de facto postea contingens.

Hinc non dicitur vacare beneficium,
22 † in quo alius ius non habet, vt tradit Petrus de Vbaldis in suo tractatu de rer. permutatione. num. 100.

Huc pertinet, quòd si executor Apostolicus contulit beneficium, sub conditione, si
23 vacat, & solum vacabat de iure, † non autem de facto, quia Ordinarius nulliter illud alteri (non obstante reseruatione) contulerat, erit valida dicta executoris collatio, vt plene tradit Geminian. in c. si tibi absenti. nu. 8. cum sequentibus, de præbendis, in 6.

Necnon, quòd sufficit habere ius in beneficio, licet non sit in possessione, ad efficien-
24 dum validum consensum, causa † pensionis præstitum, vt post Mohed. & Put. tradit Rota decis. 678. n. 2. lib. 3. p. 3. diuersorum.

Sic verbum, *obtinere beneficium*, potius in-
25 telligitur de iure, quam † de facto, vt plene tradit Milius in repertorio, verbo, *obtinere quis dicitur beneficium, an ille*. Bellencin. de charitatiuo subsidio. q. 120. nu. 1.

Ex quo infert ipse Bellencin. in num. 3. quòd capit. prę senti, de præbendis libro 6. dum vult, quòd beneficia, quę obtinent curiales morientes apud Curiam per duas dietas sint reseruata, tanquam vacantia in
26 Curia, habet locum, etiam, si ius † solum habeant in illis beneficijs, licet nunquam eorum possessionem habuerint.

Ideo regula de subrogandis collitigantibus, quæ est 28. loquitur de subrogatione facienda in iure, vel ad ius defuncti, & sic po
27 tius loquitur de iure, † & proprietate, quam de possessione. Rot. decis. 42. n. 29. p. 2. diuer.

Similiter regula 31. de impetrantibus beneficia per obitum familiar. Cardin. loqui-
28 tur de iure † competente, vt ibi, *in quibus, vel ad quæ priori ipsa familiaritate durante, ius eis competierit*. & ibi tradit Gomezius in quæst. 23. rationem adducens in num. 2. quia bene-
29 ficium dicitur esse illius, † qui ius habet; licet alius de facto possideat, tradit etiam Æneas de Falconibus, de reseruationibus. q. 4. principali effectu 45.

Rursus regula 22. de mendicantibus trā sferendis, loquitur de solis Religiosis, qui
30 mendicant, qui de iure, † & secundum constitutiones Apostolicas dicuntur mendicantes, non autem de religiosis de facto mendicantibus, vt firmat Mandosius in regula 23. quę st. 3. num. 5. & per totam, vbi plura cumulat.

Pariter regula 4. Cancellarię reseruat beneficia collectorum, seu subcollectorum vnicorum, in quibus, seu ad quę ius eis tunc
31 competierit, & sic solum ius † consideratur, non autem possessio, & ponderabit Bellencin. q. 122. num. 2.

Præterea, si ego moriar, antequam regrediar ad 1. beneficium, quòd dimisi, ex causa permutationis, quando beneficium mihi datum, non est certum, dicetur hoc beneficium vacare per obitum meum, cum ha-
32 buerim ius, † quamuis alius illud possideat. Lapus nu. 1. Ancharan. nu. fin. in fine. Geminian. num. 9. Franchus nu. 5. in cap. si beneficia 20. de præbend. lib. 6.

Quocirca licet prouisus de aliquo beneficio decedat ante apprehensam possessio-
33 nem, dicitur vacare † per illum beneficium. Rebuf. cons. 48. nu. 1. Puteus decis. 360. nu. 1. & 5. lib. 2. Simonet. de reseruat. q. 55. per totam. Flamin. Parisius de resignatione beneficiorum lib. 10. quæst. 6. à num. 54. Nauarrus de oratione. c. 7. nu. 29. & tetigi superius in hoc §. num. 15.

Immo hoc procedit, quamuis collatio sit
34 facta à Papa, & litterę non sint expeditę, † quia si supplicatio signata est registrata; quamuis litterę expeditę non sint per obitum illius qui iam habuerat signatam supplicationem, vacabit beneficium. Rota decisione 87. numero quarto de rescriptis, in antiquis. Felinus in rubrica de constitutionibus numero quinto, post medium,

Cassadorus decis. 8. nu. 9. de restit. spoliator. Gomezius in regula de impetran. benef. per obit. famil. Cardin. quæst. 23. num. 5. Mandosius in regula Cancellar. 27. q. 14. nu. 4. ad finem: licet Cancellariam aliter seruare dicant, propter interesse illius, tradit etiam Flaminius Parisius de resignatione benefic. lib. 2. quæst. 24. nu. 6. & Simonet. de reseruatione. quæst. 55. num. 12. & dicam latius in §. sequenti. quæst. 9.

Et quatenus opus esset, ad docendum de vacatione per obitum illius, qui litteris nondum expeditis decessit, producere litteras, cum aliter gratia probari non possit, iuxta regulam de non iudicando, & constitutionem Iulij III. de qua diximus in principio huius glossæ, casu 42. num. 98: posset impe-
35 trans † per obitum illius expedire dictas litteras gratiæ sui antecessoris, vt docet Simonet. d. q. 55. sub num. 12.

Item ratione solius vacationis de iure in-
36 trat præuentio, † iuxta ea, quæ dixi in §. 3. procem. q. 4. num. 77.

Deinde non dicitur parrochialis, quæ non
37 habet de iure, † sed de solo facto essentialia requisita ad parrochialem, vt dixi in glossa 6. illatione 12. num. 95.

38 Neque in beneficialibus attenditur † possessio; sed vera prouisio. cap. 1. de regul. iur. in 6. Rota decisione 678. numero 3. libro 3. p. 3. diuersorum.

Videmus etiam, quòd eo ipso, quòd vacat beneficium de iure, licet non de facto potest
39 valide conferri, † absque aliqua citatione occupantis de facto: licet ad hoc vt priue-
40 tur possessione debeat citatio præcedere. † text. expressus in cap. licet Episcopus, de prębendis, in 6. vbi Geminianus num. 5. Franch. nu. 3. Bellamera decis. 85. latè tradit Mandos. ad Lapum, allegatione 16. sub littera A. & sub littera H.

41 Et collatio præsupponit vacationem, † sicut priuatio præsupponit habitum. c. nulla, de conces. præben. Mascardus de probationibus. conclus. 1401. *vacationem*. nu. 8.

Item quod non sit necessaria vacatio de facto, vt beneficium vacare dicatur, probat tex. expressus in clement. 1. §. neutro. vt lite pendente, quem ad hoc allegat Simonet. de reseruatione. quæst. 50. num. 9. Et per d. §. neutro, notat Imola ibidem num. 7. quòd va-
42 catio dicitur in loco, vbi persona † moritur. Nam persona habet ius, & ius sequitur personam. l. fin. C. de præscription. longi temporis.

Immo patronus potest presentare ad be-
43 nefic. quod vacat de iure, † licet non de facto. Rota decis. 9. de iurepatron. in antiquis.

Postremò regula nostra, dum mandat fieri mentionem de mense vacationis habet lo-
44 cum in vacatione de solo iure. † Rota decisione 102. lib. 1. p. 3. diuersorum, & decisione 53. lib. 2. p. 3. diuersorum, & dicam in glo. 32. ampliatione 6.

Quod autem ad effectum reseruationis, de qua in regula nostra, sufficiat sola vacatio de facto, quamuis non vacet de iure suadetur ex pluribus.

Primo per decisionem Rotę 8. sub titulo de electione, in antiquis, vbi fuit dubita-
45 tum. An reseruatio † facta de beneficio, quod obtinet Titius, de quo erat, ipso iure priuatus, per assecutionem secundi incompatibilis, capiat dictum beneficium, ex quo de solo facto illud obtinebat, & fuit resolutum quòd sic, quia dicta verba, *quæ obtinet*: non solum intelliguntur de obtentione iuris, sed etiam de sola obtentione facti, dummodo habeat possessionem, seu detentationem. Sicut quando mandatur interdicto supponi terram alicuius Domini, extenditur mandatum ad terram, quam tenet Domi-
46 nus † de facto & non de iure, vt tradit Archidiaconus in c. si sententia. num. 2. de sentent. excommunic. in 6. Simonet. de reseruat. q. 50. num. 6. Æneas de Falconibus, de reseruationibus. quæst. 4. principali, effectu 18.

Secundò habemus decisionem Rotę Besgneti 12. sub titulo de prębend. num. 6. & 7. in antiquioribus, vbi fuit dictum, quòd à
31 Papa Clemente fuit declaratum, quòd si Papa reseruaret, vel conferri mandaret beneficium, quod obtinet Titius, per contra-
47 ctum matrimonij, † vel aliàs quouis modo: quòd si Titius obtinet illud non de iure, sed de solo facto, quòd includitur in reseruatione, quamuis de iure vacaret ex persona alterius, & ex persona Titij solummodo possit vacare de facto.

Tertio, quia similiter habemus decisionem 11. iuncta additione numero tertio, sub titulo de præbendis, in nouis, vbi habetur, quòd si alicui datur facultas ad prouiden-
48 dum de beneficio vacaturo, † talis potestas non extenditur ad beneficium, quod vacat de iure, & non de facto per text. in d. capit. cum in nostris, de conces. prębend. & sic vacatio de facto est potius consideranda, quam vacatio de iure.

Quarto quia notissimum est in Rota, quòd ad verificandum narratiuam vacationis in gratia beneficiali, sufficit illam veri-
49 ficare de solo † facto, licet non verificetur de iure, vt in vulgata decisione Ægidij Bellamerę 116. in fine, incipit, *si petens*, Crescentius decisione nona, in finalibus verbis, de præbendis. Caputaquen. decisione 407. parte 2. & fuit dictum in vna Salmantina pensionis 6. Iunij 1582. coram Bubalo, & in alia Mediolanen. beneficij 5. Iunij 1596.

coram

coram Illustriss. D. Cardinali Seraphino, & in Tirasonen. Canonicatus 24. Maij huius anni coram Illustriss. D. Cardinali Pamphilio, & alias passim.

Sic dicit Rota decis. 9. num. 10. par. 2. diuersorum, quòd ad verificandam narrati-
50 uam gratiæ, sufficit probatio facti † carens adminiculo iuris, & decis. 208. num. 2. par. 1. diuersorum: vbi secus esse dicit, si ageretur de inferendo perpetuum præiudicium Ecclesiæ, vt in casu illo, de quo loquitur, scilicet de mutando statu Ecclesiæ.

Quinto accedat Rota decis. 4. de rerum permutatione, in nouis, & decis. 10. eodem titulo, in antiquis, vbi habetur, quòd petenti beneficium ex causa permutationis, sufficit probare, quòd compermutans possi-
51 debat † beneficium de facto, & pro tali beneficiato reputabatur.

Præterea, & sexto facit Rota decis. 51. & decisione 57. de concessione prębendæ, in antiquis, vbi fuit decisum, quòd habens gratiam expectatiuæ ad primum beneficium vacaturum, non est in culpa, si nolit accepta-
52 re beneficium, quòd de iure vacabat; † de facto vero non, quia possidebatur ab alio. Æneas de Falconibus de reseruat. 3. p. principali, num. 28.

Septimo huc pertinet communis regula, quæ habet, quòd communis error, & repu-
53 tatio † facit ius. l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætoris. Rota decisione 1. numero 5. de officio Vicarij, in nouis, & decis. 6. de Procurator. in nouis, cum cumulatis latissime per Antonium Gabrielem, titulo de probatianibus conclus. 8. per totam. Puteus decis. 36. lib. 1. Mohedan. decis. 5. ante finem, de appellation. Flamin. Parisius de resignatione, lib. 7. q. 24. num. 33. vsque ad 50. & in nostris terminis docet Simonet. de reseruat. beneficiorum, q. 50. num. 16.

Rursus consonat tex. in clemen. 1. §. quod si vnum, vt lite pendente, vbi probatur, quòd si duobus litigantib⁹ super aliquo beneficio, vterq; decedat vnus in Curia, alius extra dicetur vacare in Curia, vel extra eam, per obi-
54 tum illius, qui decedit in possessione, † nulla habita distinctione, an bonum ius habuerit, nec ne, vt ponderat ibi glossa, verbo *possidebat*. & communiter omnes; Semper enim pos-
55 sessor præsumitur † Dominus, quando de dominio incidenter agitur. l. 2. C. de probationibus, glossa verbo *fuerint*, in l. 2. C. de edicto Diui Adriani tollendo. Imola in d. clemen. 1. num. 3. dixi in §. 3. procem. a num. 55.

Insuper reseruatio non includit beneficia,
56 quę de facto † conferre non potest grauatus, veluti si Papa reseruat sibi beneficia spectantia ad collationem Episcopi Perusini, non comprehendentur ea beneficia, quorum collationem habet de iure; non autem de facto, quia Archipresbyter Perusinus, de facto sibi occupauit. Calderinus in cons. 23. sub titulo de præbend.

Item conducit, quia ad effectum, vt quis possit conferre, præsentare, eligere, & fructus percipere, solum consideratur, quis pos-
57 sideat, & † de facto obtineat: non autem quis bonum ius habeat, cap. quærelam, de electione, cap. consultationibus, de iurepatronatus, cap. cum olim, de causa possession. Rota decis. 14. de iurepatron. in antiquis, & decis. 7. eodem titulo, in nouis, & decis. 49. de rescript. in antiquis, & decis. 5. de prębendis, in antiquioribus, cum alijs adducendis in glossa 45. §. 2.

Vbi num. 19. ponderaui decisionem Putei 348. lib. 3. satis ad hoc facientem.

Ad hæc, quia hoc verbum *obtinere*, verifica-
58 tur in sola detentione de facto. † Mohedan. decis. 6. ad medium, & per totam, de locato, vbi fuit resolutum, quòd verbum *obtinere*. positum in obligatione de soluenda pensione durãte tempore, quo obtinuerit beneficium verificatur in sola detentione, qua stante semper tenebitur ad pensionem, tam ipse, quam fideiussores eius. Simonetta de reseruatione, quæst. 50. num. 12. & 13. & quæst. 52. num. 1.

Item, quòd verbum, *vacans*, verificetur in vacatione de facto tradit Gomezius in regula de impetrantibus beneficia per obitum familiar. Cardin. quęst. 6. in fine, & in reg. de non tollendo, quæst. 1. num. 18. ante finem, vbi latius.

Quapropter regulæ Cancellarię 3. 4. 5. & 6. reseruantes beneficia familiarium, & officialium Papę locum habent, & intrat illarum reseruatio; licet verificetur vacatio de
59 solo † facto, vt firmat Simonet. de reseruatione, q. 51. num. 4. 5. & 6.

Denique quia videmus, quòd Papa in suis breuibus, quę concedit, quando beneficium est reseruatum super capienda possessione nomine Camerę, vel ad fauorem litterarum, in *constito* verificando, priusquam ad executionem procederetur, non dicit (constito vobis, quòd dictum beneficium, de iure va-
60 cauerit † per obitum N. de tali mense) sed semper dicere solet (constito, quòd N. de tali mense in possessione huiusmodi beneficij obierit, &c.) ad quod facit bene consilium Ferretti 206. num. 6. p. 1.

Ideoque vult Papa, quòd dicta vacatio potius verificetur de facto, quam de iure, quia non mandat verificari, quòd defunctus de tali mense ius habuerit, vel de iure
61 vacauerit; sed quòd in possessione † obierit, & sic de solo facto vacauerit, & vide infra, num. 81.

Tandem

Tandem quia ipsamet regula nostra, dum præcipit fieri narratiuam de mense vacationis, locum habet in sola vacatione de facto.

62 † Rota decis. 102. lib. 1. p. 3. diuers. & decis. 53. lib. 2. eadem par. 3.

Ecce igitur, qualiter ex supradictis appareat, quòd regula nostra sit intelligenda de vacatione de iure, & de facto; nec non de vacatione de iure tantum, ac etiam de vacatione de facto tantum.

Quid ergo est tenendum?

Conclude primo, quòd regula nostra procul dubio locum habet

63 in vacatione de iure, & de facto, † & de hoc nulla est controuersia.

Conclude secundo, quòd similiter regula nostra procedit in va-

64 catione de iure † tantum, ex his, quæ diximus circa hanc vacationem, ex num. 14. vsque ad num. 44.

Neque obstat tex. in d. cap. cum in nostris, & cap. litteras, de concessione præbendæ, vbi Papa declarauit, quòd gratia de beneficio vacante de iure, & non de facto erat nulla, & subreptitia: quia non fuit declarata gra-

65 tia subreptitia, † ex eo, quod vere beneficiū non vacaret, vacando de iure; sed quia non fuit facta mentio de possessione, seu deten-

66 tore alterius de facto, quæ taciturnitas † poterat forsan retrahere Papam, vel saltim tardiorem, & difficiliorem reddere super concessione dictæ gratiæ, vt ipsemet tex. in d. cap. cum in nostris, in vers. *eo quod per falsi, &c.* iuncta glossa, ibidem, verbo *de facto.* Cassadorus decis. 6. in fine, de præbendis. Caputaquen. decis. 217. parte tertia. Antonius Gabriel, lib. 5. tit. de acquirend. possessione. concluf. 3. Simonet. de reseruatione, q. 93. per totam. Put. decis. 199. in fin. lib. 3.

Hodie autem in omnibus litteris Apostolicis apponuntur plures clausulæ, quæ sup-

67 plent defectum † præfatæ taciturnitatis, scilicet clausula (*Dummodo non sit alteri ius quæsitum.*) Felin. in c. super litteris, n. 11. de rescriptis, & in c. in nostra, nu. 42. vers. *primo nota.* eodem tit. Selua de beneficio 3. p. q. 11. num. 103. Gomezius in tracta. de expectatiuis, nu. 110. ad fin. Menoch. de arbitrarijs lib. 2. centuria 3. casu 201. num. 140.

Nec non clausula (*amoto quolibet illicito detentore.*) † Rota decis. 38. & decis. 69. de rescriptis, in antiquis. Felin. in d. c. in nostra, num.

68 32. vers. *secundo nota.* Io. de Selua vbi sup. nu. 104. Menoch. d. casu 201. nu. 141.

Et propterea nemo solet facere mētionē de intrusione alterius; nisi quando se vult excusare ab onere soluendi dimidiam annatam

69 † pro expeditione litterarum, donec capiat possessionem, quia tunc expediuntur litteræ sub intrusione possessoris, & apponitur clausula (*vocatis vocandis,*) quæ impedit executio-

70 nem † litterarum; donec sint tres sententiæ conformes, vel vna, quæ fecerit transitum in rem iudicatam. Rota decis. 30. de rescript. in nouis, & decis. 32. eodem titulo, in antiquis. Card. cons. 63. *Dominus noster.* num. 1. & 2. Felin. in cap. super litteris, sub n. 11. de rescriptis, & in c. exhibita, n. 4. de Iudicijs, & in c. fin. n. 33. vers. *ex hoc,* & sub n. 34. & 36. de præsumptionibus, & fuit resolutum in vna Barchinonen. Parrochialis 10. Decembris 1601. coram R. P. D. meo Sacrato, & aliàs sępius.

Vnde narratiua intrusionis contenta in solis litteris; non autem in supplicatione, non indiget verificatione, quia solummodo intelligitur facta ad effectum excusandi solutionem annatæ, vt fuit decisum in vna Calagurritana de Arriola 26. Iunij 1595. coram Gypsio, & in Corduben. præstimonij 6. Nouembris 1596. coram R. P. D. meo Litta, & alias pluries.

In tertio autem casu, scilicet quoad vacationem de solo facto, maior est difficultas, ita vt plures tenuerint contra decisiones Rotales superius allega-

71 tas, † vt per Mandosium in regula 3. q. 12. sub n. 1. & sequentibus, vers. *verior, & æquior conclusio videtur contra Rotam.* quorum sententiæ, & ipse adhæret.

Sed nihilominus conclude, quòd regulariter regula nostra pariter locum habeat in

72 vacatione de solo † facto, ex his, quæ pro ista parte latissimè adduximus, ex nu. 45. vsque ad num. 62.

Quādo vacatio de solo facto suffragetur, vel nō. Late discutitur.

Temperari tamen, & limitari hoc debet. Primo, vt procedat, & locum habeat, quando beneficium vacauerit de solo facto, & ius, seu iustus titulus beneficij non reperitur penes ipsum, per quem vacauit de facto, nec penes

73 alium: † sed similiter ipsum ius vacabat, vt concordando dictas opiniones contrarias bene tradit Bellencin. de charitatiuo subsidio, q. 122. nu. 8. cum sequentibus, & sequitur Cassad. decis. 2. num. 2. de constitutionibus: & hanc distinctionem esse satis rationabilem dicit Mandosius, vbi supra sub nu. 6. ante finem, & Rota in d. decis. 102. in vna Lucana, n. 2. lib. 1. p. 3. diuers. & decis. 53. in fine, lib. 2. eadem p. 3. diuers. Ratio est, quia licet Papa habeat plenissimam potestatē in beneficialibus, c. 2. de præbend. in 6. cum alijs, tamen li-

74 beriorem habet potestatē in beneficio † vacanti, quam in beneficio pleno, & non vacāti, saltim ex mente sua, quia non præsumitur velle derogare iuri alterius, cap. super eo, de officio delegati, cum similibus. Præiudicare-

75 tur autem iuri tertij, † penes quem est titulus beneficij, si potius attenderetur ad vacationem de facto, quam de iure, & impedire-

tur

tur titulum habens, quòd non posset permutare, nec iure suo vti, vt prefati Doctores tradunt.

Et licet cõtra hanc declarationem vrgeat
76 decisio Rotæ 12. n. 6. ante finem de prebend. in antiquioribus Besigneti, vbi dicitur, quòd intret reseruatio ex sola vacatione de facto, etiam si de iure nõ potuerit vacare per personam ipsius, sed vacauerat aliàs ex persona alterius: & propterea Simonetta recedat ab opinione Bellencin. in suo tractatu de reseruatione, q. 50. num. 9. 10. & 11.

Ego tamen adhæreo d. sententiæ, quia vltra, quòd præfati Doctores eam sequuntur: verior ex supradictis, & infra dicendis de iure videtur: & ad d. decis. 12. responderi potest, quòd immo ipsa facit pro ista parte, ex quo in illa dicitur, quòd tunc vacabat, tã de iure, quã de facto, licet ex diuersis personis, & sic titulus nõ reperiebatur penes aliquẽ.

Ex quo sequitur, quòd si per personam vnius vacet beneficium de iure in mense ordinario, & per personam alterius vacet beneficium de facto in mense Apo
77 stolico, † verbi gratia, Nuntius Apostolicus habens limitatam facultatem ad sola beneficia valoris viginti quatuor ducatorum, & extra Ecclesias Cathedrales, & Collegiatas, de facto contulit A. vnum beneficium vacãs in mense reseruato, ad quod suæ facultates non extẽdebantur, & prouisum in possessionem misit: vel alias ille, ad quem collatio nõ spectabat illud contulit alicui, subsecuta possessione. Similiter Papa, ad quem solum collatio spectabat contulit illud B. & sic titulus verus est penes B. prouisum à Papa; Deinde decedit idem B. sine possessione in mense ordinario, & Ordinarius fecit prouisionem illius C. Nec non decedit A. in possessione dicti beneficij in mense Apostolico, & Papa per obitum illius contulit idem beneficium D. post prouisionem tamen factam ab ordinario, prefato C. per vacationem ex persona B. In tali itaque casu concurrentibus, & litigantibus C. & D. super dicto beneficio. Arbi-
78 bitror, quòd C. est preferendus † D. Quia sicut si B. litigaret cum A. vinceret illum, quia ipse B. habebat ius, & titulum: similiter C. qui succedit in ius memorati B. debet vincere, & superare D. succedentem in locum A. qui ius nõ habebat, nisi solam possessionem, seu detentionem, ex regula vulgari, quòd qui suc-
79 cedit in ius alterius, iure † eius vti debet, l. si aqueductus. ff. de contrahend. emptione. l. qui in ius 137. ff. de regul. iuris, c. Eleuterius 18. q. 2. cap. dilecti, de foro competenti, reg. Is, qui in ius 47. de reg. iuris, in 6. Sicque habens gratiam ex vacatione de iure, est preferendus habenti illam ex causa vacationis de solo facto, quia sicut proprietas est po-
80 tentior † possessione, & illam vincit, & absorbit, c. cum Ecclesia Sutrina, cap. cum dilectus, de causa possess. & statim dicemus; sic vacatio de iure est potentior vacatione de solo facto, & absorbit illam, ac prevalere debet.

Quod tamen intelligendum, & sublimi tandum puto, quoad petitorium videlicet, quod C. obtineat contra D. in iudicio proprietatis. Nam in iudicio possessorio, †ad effectum immissionis in possessionẽ,
81 secus esse credo, ex eadem regula, de qua supra, quia sicut A. habebat possessionem, ita etiam D. qui intrat in locum A. per vacationem de facto ex illius persona est anteponendus in iudicio possessorio. Præsertim cum ad effectum immissionis, & verificationis constiti, contenti in breuibus Cameralibus sufficiat probare possessionem authoris, vt supra diximus circa vacationem de solo facto, num. 60.

Quod etiam regulariter procedit in quocumq; alio remedio adipiscendæ, vt locũ habeat, stante sola possessione sui antecessoris,
82 † prout videmus in remedio. l. 2. C. de edicto diui Adriani tollen. vt d. l. 2. iuncta gl. ibi verbo *fuerunt*. declarat, vbi post alios Decius n. 17. Zuccardus n. 146. Paris. cons. 54. nu. 2. lib. 3. Tiraquell. in tracta. de morte p. 4. declaratione 1. Menoch. de recuperanda rem. 4. quæst. 45. num. 363.

Immo sufficeret sola possessio ciuilis, vel
83 sola detentio † antecessoris, per quem de facto vacauit beneficium, vt prouisus per eius vacationẽ de facto sit immittendus in possessionem beneficij: sicut etiam sufficit in remedio d. l. 2. C. de edicto diui Adriani tollendo, vt tradit d. glossa verbo *fuerunt*. in d. l. 2. vbi Castrensis, n. 12. Alexander, n. 22. Ias. nu. 23. Tiraquell. vbi supra p. 3. declarat. 4. nu. 3. Menochius in loco nuper citato, nu. 264. & nu. 368. cum sequentibus.

Vnde forsan in isto casu non obstabat dicere, quod A. non habebat possessionem, ni-
84 si nudam detentionem, †ex eo quòd reseruatio non solum inficit titulum, sed etiam possessionem, vt dico late in gl. 31. verbo *reseruauit*. & infra n. 94. Nam sufficit ad hunc effectum probare vacationem per obitum putatiui beneficiati. Ferrettus cons. 15. num. 3. & 208. nu. 16. lib. 1. vbi plures allegat. Maxime si in continenti non docetur concludenter de tali reseruatione, aut articulus sit in facto turbidus, & difficilis.

Hinc exceptiones concernentes titulum,
85 non impediunt immissionem † in possessionem in beneficialibus, nam D. prouisus immissionem petens, non iuris, sed facti executionem petere dicitur. Abb. in c. cum olim, num. 15. de causa possession. & proprietatis,

idem

Praxis d. quæstionis.

idem Abbas in c.post cessionem,n.6. & n.13. ante finem, vers. & *ideo*.de concessione præbendæ,& tradunt Doctores,in d.l.2.C,de edicto diui Adriani tollend. vbi Bald.n.42.vers. *sexto opponendo*.Decius n. 19. Tiraquel. in d. tracta.de morte p.6.declaratione 5. num. 4. Aimon.cons. 258.n.9.& cons.312.n.1.Menochius de adipiscend. remedio 4. quæst. 88. num.747. cum sequentibus, & rem. finali, q. 9.num. 46. cum sequentibus, & passim seruat Rota.

Pro hoc, quia reseruatio tangit petitoriũ.
86 † Rota decis. 3.sub num. 1.circa medium dẽ restit. spoliat.in nouis, & decis. 11. de restit. spoliat. in antiquis.

PRÆFATAM tamẽ sublimitationẽ declara, nisi d.C.citatus doceret incontinenti clare de iure suo, & sui antecessoris,† & sic de
87 defectu iuris D.& antecessoris sui, nam tunc impediret immissionem D.Bald.in d.l. 2. C. de edicto diui Adriani tollen. num.42. vers. *sexto opponendo*.post Bart.ibi n.11. Decius nu. 20.ibidem.Bald.in l.vnica,nu.6.C. si de moment. possess. vers. *adducit etiam*. Abbas in c. post cessionem, n.13. ante finem,de concess. præbendę,& in c.constitutus,il 2.n.15. de appellat.& ibi Imola, num.14.Felin.in c.accedens 3. notab. ad fin. de accusation. Cassad. decis.1.num. finali de restitutione spoliator. Ferrettus cons.4.num.5. & cons.10. num. 9. volume 1.

Et in terminis reseruationis est decisio Rotę 3.de restit.spoliat.in nou. tradũt Franchus in c.licet Episcopus,nu.7. in fin.de præbendis,lib. 6. Mascar.de probation. conclus. 1276.num 12.& 13. Rota decis. 11. de restitut. spoliat.in antiquis. Neguzan.cons. 79.n. 9.& cons. 80.num.40. Aimon cons.258.a nu. 9. Natta cons.234.num. 7. lib. 2. Ferrettus cons.3.n.14.& cons.7.n.3.Puteus decis. 316. n.2.lib. 2. Menoch. de adipiscen. possession. rem.4.nu.622.& 751.& remedio vltimo,nu. 48. Roland.cons.2.nu.35.lib.3.Parisius cons. 53.n.110.volum.3.& probat lex 2.titulo 14. Partita 6.in vers.*fueras ende*. Parladorus, lib. 2.rerum quotidian.c.5.n.4.& sequentib.qui num.10.resoluit,quòd remedium d.l.2.C.de edicto diui Adriani tollen. potest impediri etiam ab eo, qui tempore mortis testatoris
88 possessor non† erat. Menochius d.rem.4. n. 616.vers.*primus casus*.Licet Anton.Gomez.in l.45.Tauri.sub num.145.vers.*aduertendum tamen*,contrarium voluerit, qui tamen est intelligendus,quando nec possederit, nec citatus fuerit,iuxta ea, quæ adducit Menochius vbi supra ex n.556.vsque ad n.560.

Proprietas enim in casu præcedenti clare
89 probata absorbit † causam possessionis,c.cũ dilectus,de causa possess.Abbas in c.consultationibus,num.9.de iurepatron.Decius cons. 127.num.1.& cons.149.nu.2.post medium, vers. *& retenta ista conclusione*. Crescentius decisione 21.de senten. & re iudicata. Rota decis.167.num. 10.p.2.diuersorum,vbi plures citat.

Et hic applicari potest,quod traditur nẽpe remedia possessoria esse periculosa in cõ-
90 sciẽtia,†si adest defectus proprietatis,vt per Sarmient lib.2. selecta. c.13.n.5.& 6.vbi plura de hoc, etiam contra Aduocatos, & Pro-
91 curatores, tales † possessiones defendentes. Io.Gutierrez cons.6.num.12.

Possessoria remedia aliquãdo sunt in conscientia periculosa, & quid in causis benefic. ialib.

Et quamuis Ludouicus Gomezius in regula de non iudicando, in compendio signaturę,in procemio sub num. 2. dicat, quòd in causis beneficialibus possint Aduocati, & Procuratores indifferenter ex debito conscientiæ illas defendere, propter varia iura, quæ quotidie emanant, cum litigando acquiratur ius, & sic non peccabunt in illarum pa-
92 trocinio;hoc tamen difficultate † non caret: quia ad considerandũ si causa sit iusta,vel nõ præsens status est inspiciendus, non autem, quod euenire poterit in futurum,l.1.§.1.ff.
93 de vsuris. l. anterius.§. in hoc iudicio. ff. de aqua pluuia arcend. l. cum quidam 30.§. suum.ff de acquiren.hæred.Puteus decis.62. ante finem,lib.2.

Quo fit, vt si dictus C.docuerit incontinenti de suo iure potentiori, & meliori, & Iudex executor nihilominus cõcesserit immissionẽ D.aduersario,& ipse appellauerit,& causam appellationis in Rota committi petierit, quòd signatura,(vt arbitror) experientia docente,committet causam appellationis,cum
93 clausula(*arbitrio † Rotæ*)hoc est, quòd Rota arbitretur.An d.D.sit immittendus,non obstante appellatione in possessione dicti beneficij,vel potius supersedendum,& de bono iure agendum, & tunc Rota de hoc iudicabit, prout de iure. Cæsar de Grassis decis.7.nu.7. & decis.8.nu.2.de re iudic. Rota decis.348. n.4.p.1. & decis.641.lib.3.p.3. de quo latius dixi in gl.9.in annotationibus contra nullit. & atten.ex num.285.

Secunda limitatio assignari potest dictę regulæ, quòd non sufficiat vacatio de facto ad effectum reseruationis, de qua agitur,quando ille, per quem beneficium vacauit de facto erat violẽtus occupa-
94 tor, † vel intrusus, & de hoc euidenter constabat. Nam ex quo talis detentio iuris adminiculo caret,considerari non debet,vt post collectaneum in cap.finali,quęst. 10.de sortilegijs, firmat Simonetta Rotę Auditor in suo tracta. de reseruatione, quæst. 50. num. 17. & 18.

Quod confirmatur ex decisione Rotæ 4.de præbendis in antiquioribus Besigneti, vbi fuit decisum, quòd licet collatio spectet ad

posses

possessorem; non autem ad bonum ius habentem, vt in c. consultationibus, cum similibus, de iurepatronatus; tamen si collatio sit facta ab intruso in beneficio reseruato non
95 tenet,† quia talis intrusus caret possessione, & omni iuris adminiculo, & sic non facit fructus suos, quamuis sit habitus, & reputatus pro tali beneficiato, quod etiam firmauit Rota decis. 20. de præbendis, in antiqus. Simonetta in dicto tractat. quæst. 44. num. 2. & per totam.

Prout etiam contractus confecti ab intru-
96 sis sunt nulli,† vt post alios tradit Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 11. q. 1. n. 23. quia quando titulus est notorie nullus sola possessio nihil operatur. Cassad. decis. 1. n. 10. de restitut. spoliat. Alia etiam plura in proposito, vide in glossa 31.

Summaria §. 2. Glossæ 15.

1 *Vacare an dicatur beneficium per habentem solum ius ad rem, & resoluitur, quòd non, & numero 2.*

3 *Vacare non dicitur in Curia beneficium per obitum electi non confirmati.*

4 *Vacare, an in aliquo casu dicatur beneficium per solum ius ad rem habentem.*

5 *Acceptatio expectantis, an extinguat vacationem.*

6 *Vacare non dicitur beneficium per eum, cui facta fuit in absentia collatio, ante acceptationem.*

7 *Collatio si effectum non habet, poterit iterum collator conferre.*

8 *Vacare dicitur in partibus beneficium existentis in Curia, & per Procuratorem possessionem alterius incompatibilis assequentis; secus si per amicum, vel gestorem, & num. 12.*

9 *Vacare ibi dicitur beneficium, vbi apprehenditur possessio.*

10 *Mori nemo potest, nisi in loco, vbi est persona.*

11 *Mors ficta trahitur ad locum possessionis.*

13 *Beneficia vacantia per assecutionem iunt reseruata, si vltimum beneficium fuit ab ordinario collatum, secus si a Papa, & nu. 14.*

15 *Matrimonium contractum per Procuratorem in partibus, ab existente in Curia, dicitur vacare in partibus, & non in Curia.*

16 *Priuatus beneficijs in Curia, si aliquis sit, dicuntur in Curia vacare; licet ipse sit in partibus, & cessat reseruatio nostræ regulæ, & num. 17.*

18 *Vacare dicuntur in partibus beneficia priuati in partibus, licet ipse fuerit in Curia.*

19 *Vacatio, de qua in regula nostra, non procedit in beneficijs Ecclesiæ non numeratæ.*

20 *Vacare non dicitur beneficium per obitum commendatarij; sed vt prius.*

21 *Deuoluta beneficia, non dicuntur vacare de nouo, aliquando tamen sic, quoad certum effectum, & num. 23.*

22 *Deuoluta quoad beneficia, Papa vtitur iure communi, & non potestatis plenitudine.*

24 Vacare *verbum plures habet significationes.*

25 *Vacare præsumitur in dubio beneficium in loco Domicilij, vel ordinariæ habitationis, & num. 26.*

27 *Mori præsumitur quis, vbi degere solebat.*

28 *Vacatio in Curia non præsumitur in dubio.*

29 *Maritus cum vxore habitare præsumitur, & Clericus in sua Ecclesia, & n. 30.*

31 *Vacatio expirat per collationem, etiam sine possessione, aut litterarum expeditione, & numero 32.*

33 *Supplicatio signata debet esse registrata, vt dicatur ius quæsitum, aliàs non, quia potest lacerari.*

34 *Conferri potest ab Ordinario beneficium decedentis extra Vrbem in mense Ordinario, quamuis non habeat, nisi registratam supplicationem.*

35 *Casus pulcher in materia vacationis narratur.*

36 *Permutatio intelligitur facta sub conditione, si alteri beneficium acquiratur, aliàs remanet ius penes resignantem, & nu. 37.*

38 *Permutare debens, remanet cum vtroque beneficio ex fortuna sua, quando compermutans prius decessit; secus si postea, & nu. 51.*

39 *Vacare dicitur per obitum meum, beneficium, quòd dimisi, ad quod regressum habebam.*

40 *Permutanti nullum ius competit ad beneficium dimissum, post præstitum consensum, & numero 41.*

42 *Consensus ex præstatione, permutans desinit facere fructus suos.*

43 *Ingressus vnius est egressus alterius.*

44 *Permutans vnum beneficium pro alio, numquam habet animum vtrumque retinendi.*

45 *Consensus præstatio facit, vt non dicatur amplius per obitum resignantis vacare beneficium.*

46 *Regressus non datur semel abdicanti, & resignanti beneficium.*

47 *Permutatio non desinit valere, quamuis alter compermutans propter superuenientem mortem non habuerit beneficium, & nu. 48. secus si ex culpa, & n. 49.*

50 *Permutans vnus, si non publicauerit, non ideo desinit valere permutatio, quoad alterum, qui publicauit.*

52 *Permutatio resoluitur, euicto beneficio alterius.*

53 *Vacare non dicitur beneficium, ob non publicationē, quādo ille, qui publicare tenebatur decessit*

cessit infra tempus publicandi, & num. 54.

55 *Vacare dicitur in Curia beneficium, ob resignationem factam in manibus Papæ.*

56 *Ius ad rem acquiritur, dumtaxat ex mandato de prouidendo.*

57 *Permutationis admissio operatur mutuam transfusionem vnius ad alterum ad inuicem; Ita vt nulla sit necessaria collatio, quamuis contrarium de facto seruetur, & n. 58.*

59 *Permutatio requirit collationem; sufficit tamen tacita collatio.*

60 *Ordinarius habet pleniorem notitiam permutantium, quam Papa.*

61 *Collatio non facta declaratur eo ipso, quòd Papa fieri mandat.*

62 *Expressum facit silere tacitum.*

63 *Expressio sæpe facit mutari effectum rei.*

64 *Reseruatis beneficijs vacaturis, an censeantur reseruata beneficia vacantia.*

65 *Vacationis modus in Cancellaria exprimendus non admittitur.*

66 *Vacatio in Curia nihil operatur, ad effectum, vt prouisus præferatur in stallo, nisi cæteris paribus, & num. 67.*

68 *Narratiuam facere de beneficio obtento statim vacaturo necesse non est, dummodo vacet, ipso iure, non ex sola voluntate impetrantis.*

69 *Vacationis narratiua de mense Februarij præterito, cum deberet dicere de præsenti, non nocet.*

70 *Dies, mensis, & annus exprimitur de stylo in vacationibus in Curia.*

71 *Ordinarius potest de facto priuare beneficium, quod vacauit de iure: licet collatio sit Apostolicæ Sedi reseruata.*

72 *Vacanti beneficio in mense Ordinario, potest Episcopus aliquod iustum onus imponere, & licet impositio non teneret, quia iusta non esset; non tamen esset simoniaca.*

73 *Vacatio non præsumitur, nisi probetur.*

74 *Vacatio sola fama probatur.*

75 *Vacatio in mense reseruato est plene probanda, nisi in certis casibus, & n. 76.*

77 *Vacare non dicitur ob malam expressionem valoris, stante clausula augen. & diminuen. a tempore datæ supplicationis: sed a tempore malæ expeditionis, & interim impetratio facta erit nulla.*

78 *Valoris si ob malam expressionem vacet beneficium, potest obtineri ab eo, qui male expressit gratiam, perinde valere, nec obstabit impetratio per alterum medio tempore obtenta.*

79 *Vnio si declaratur nulla semper durat prima vacatio.*

80 *Vacare quando desinat Sedes Episcopalis, vel Abbatialis, & concluditur, quòd hodie durat vacatio vsque ad præsentationem litterarum, & plures Doctores declarantur, num. 81. 82. 83. 84. 85. 86. & 87. Et desuper adducuntur plures casus practici, n. 88. & 89.*

90 *Regula 2. Cancellariæ reseruans beneficia vacantia, Sede Episcopali, vel Abbatiali vacante, &c. declaratur, nu. 91. & nu. 92.*

91 *Vicarius Episcopi defuncti potest conferre, si aliàs habeat facultatem ante notitiam obitus.*

§. 2. glossæ 15. vbi nonnulla materiam vacationis concernentia enucleantur.

QVÆRO nunc primo. An ad effectum nostræ regulę dicatur vacare beneficiū per habentem dumtaxat ius ad rem? † verbi gratia, vnus fuit electus, aut præsentatus ad aliquod beneficium, ex qua electione, vel præsentatione fuit quæsitum ius ad rem. Rota decis. 6. num. 3. de electione, in nouis, & decis. 7. num. 2. de iurepatronatus. Æneas de Falconibus de reseruatione, q. 4. principali, effectu 47. num. 5. & 6. Gomezius in regula de non tollendo iure quæsito, q. 1. num. 27. & 29. Flaminius Parisius de resignatione beneficiorum, lib. 7. q. 1. ex num. 78. cum sequentibus, & per totam & lib. 2. q. 23. per totam illam: quibus in locis præfati Doctores cumulant decem modos acquirendi ius ad rem. Intrat igitur dubium si habens solum ius ad rem ad aliquod beneficium, tam in dictis duobus casibus, quam in alijs octo, vel quia habuit gratiam in forma dignum, de qua etiam dicam inferius, numero 56. decedat in vno ex mensibus Apostolicis. An dicatur beneficium tunc vacare, ita vt intret reseruatio nostræ regulæ? 1

Respondeo negatiuè. † Ratio est, quia per electionem, vel præsentationem, cum nō acquiratur ius perfectum, non dicitur plenum beneficium, nec extincta prima vacatio; sed adhuc vacat beneficium, vt prius, & ideo beneficium non vacat per obitum electi, vel præsentati, gl. fin. verbo *collatio.* in c. penultimo, de præbend. lib. 6. Rota decis. 6. num. 2. de electione, in nouis, vbi fuit decisum, quòd si electus ante confirmationem decedat in Curia Romana, quòd per eius obitum d. beneficium non vacat in Curia † Romana, nec extra Curiam; sed per obitum primi, & sic durat prima vacatio, & prius tenuerat gl. in clem. 1. verbo *collatio.* vt lite pendente, & ibi 2 3

Vacatio non datur per habentē solum ius ad rem.

Bonifac.

Bonifac. Vitalin. num. 47. & omnes. Philippus Franchus in cap. quam sit. §. 1. sub num. 1. ante finem, de electione lib. 6. Gomezius in dicta reg. de non tollendo. quęst. 1. num. 28. Felinus in cap. cum Bertoldus. num. 3. vers. *dixit etiam*, de re iudicata. Pauin. de off. & potest. cap. Sede vacan. prælud. 7. n. 16. in fine. Couar. in pract quæstion. c. 36. n. 7. vers. *primus casus constituitur*. Rota decis. 182. n. 1. p. 2. diuersorum. Nauarr. cons. 17. de celebratione missarum. n. 2. & 3. Puteus decis. 116. *die 4. Martij.* num. 1. lib. 2.

4 Quoad alios tamen effectus, † vt in terminis regulæ 3. & 31. non transit sine difficultate, quia in dictis regulis apponuntur illa verba, *seu ad quæ ius eis competit, vel competierit*, & intrare reseruationem firmat Æneas de Falconibus. quęst. 4. effectu 47. nu. 1. & num. finali. Gomezius tamen in dicta regula de non tollendo. quęst. 1. sub num. 28. ad finem, & in regula de impetrantibus beneficia per obitum famil. Cardinal. per totam arguit hinc inde, & nihil firmat. Mandosius vero in dicta regula 3. quæst. 13. concludit contra Æneam, vbi supra, necnon Rota decis. 427. num. 4. & 5. p. 1. diuersorum, firmat quòd ad effectum dictę regulę 31. de impetran. beneficia per obitum famil. Cardinal. quòd non dicitur vacare beneficium per obitum obtinentis ius ad rem, quamuis sit ex causa de præterito. Et hoc verius est.

Et, An per acceptationem expectantis cesset vacatio, †ac dicatur beneficium plenum,
5 vide Gomezium in reg. de publicand. q. 18. num. 5. vers. *non obstat*.

Secundo quæro, absenti fit collatio alicuius beneficij, vt in casu. c. si tibi absenti 17. de præbend. lib. 6. & post factam collationem, ante tamen acceptationem ipse moritur, in vno ex mensibus reseruatis, An tunc intret regulę nostræ reser-
6 uatio? Conclude quòd non, †& ratio assignatur in d. cap. si tibi absenti, quia per collationem huiusmodi donec absens illam ratam habuerit ius in ipso beneficio, vt suum dici valeat, non acquirit. Si igitur non acquirit ius consequenter non potuit vacare per eum; sed semper prima vacatio durabit, & collatio spectat ad eum, ad quem prius spectabat, ita consuluit Oldradus cons. 57. incipit, *Papa reseruauit*, vbi dicit, quòd si Papa sui familiaris beneficinm contulit absenti, qui antequam præstaret consensum collationi in partibus est mortuus, Papa iterum prouidebit, quia vbi collatio non habet ef-
7 fectum, † iterum collator poterit prouidere. cap. si electio. cap. si compromissarius, de electione lib. 6. Simonet. de reseruatione. quæst. 31. num. 1. & per totam. & quęst. 54. nu. 5. & q. 100. n. 7. Caputaquen. decis. 291. nu. 1. p. 1. & decis. 137. nu. 3. p. 2. Philippus Franchus in dicto cap. si tibi absenti 2. notab. de prębend. lib. 6. Parisius cons. 142. *quod reseruatio*, num. 10. volum. 4. Mandos. in regula 5. Cancellarię. q. 5. num. 3. cum sequentibus. Gomez. in reg. de annali. q. 30. n. 2. & in reg. de impetrantib. beneficia per obitum famil. Cardinal. q. 24. Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 16. n. 3. in principio.

Quæro tertio, ponamus, quòd N. in Curia Romana existens, & beneficium habens, personalem residentiam requirens, fuit prouisus in partibus ab Ordinario de alio simili beneficio, qui acceptauit collationem, & accepit mediante Procuratoris persona possessionem secundi incompatibilis, in mense ordinario; ita quòd vacauit, ipso iure, primum beneficium, vt diximus in principio huius glo. ex n. 9. cum se-
8 quentib. Dubitatur nunc, An collatio † primi beneficij incompatibilis vacantis in mense ordinario, spectet ad Ordinarium, ex eo, quòd in suo mense vacauerit, vel potius ad Papam ex eo, quòd d. N. tunc temporis existebat in Curia? Quæstio ista pendet ab hoc articulo, vbi dicatur vacare beneficium. An in Curia, vel in partibus: hanc quęstionem, immo fortiorem de confirmato in Curia existente, mouit glossa in clementina prima, verbo, *collatio*, ante medium, vt lite pendente, & tenet contra Archidiaconum, quòd dicatur vacare in partibus, & non in Curia, quoniam ibi dicitur vacare
9 beneficium, † vbi apprehenditur possessio, & attendendus est locus, vbi procurator exercet illud ministerium, vt tradit d. gloss. & Bonifacius Vitalinus, ibidem num. 73. Cardinalis num. 18. Imola num. 19. in fine, & counmmiter omnes. Et eadem glossa respondit tacitę obiectioni, scilicet, quòd talis possessio, quoad primum beneficium fingit illum N. mortuum, sed mori non potest,
10 † nisi in Curia, vbi personaliter est, vt dixi in §. 1. precedenti huius glossę. num. 42. ergo primum beneficium vacat in Curia. Quia respondet, negando esse vere mortuum; sed ficte, & illa fictio † trahitur ad locum,
11 vbi fuit capta possessio. Nam aliter sequeretur, quòd beneficium existentis in partibus renunciatum per procuratorem in Curia vacaret in partibus, & non in Curia, quòd falsum est, vt late diximus in glossa 13. in principio, vers. *tertio loco dicuntur in Curia vacare*, num. 42. & 43. ac tradit Imola in dicta clementina 1. num. 19: vbi num. 20. dicit, quòd aliud esset si possessio in partibus capta non fuisset, per Procuratorem, sed per amicum, vel gestorem, & postea esset ratificata per existentem in Curia, quia ante
12 † ratificationem non vacat, sed in ipsa die

Vbi dicitur vacare beneficium per assecutionę, vel matrimoniū.

ratificationis, & sic in Curia, & subdit quòd in hoc casu procedere potest opinio Archidiaconi.

Neque dicatur, quòd ideo non possit Ordinarius prouidere primum beneficium incompatibile vacans per assecutionem secundi, quia beneficia vacantia per assecutio-
13 nem † sint reseruata. Rota decisione 65. de rescriptis, in antiquis. Quia respondeo, hoc locum habere, quando secundum beneficium incompatibile esset collatum à Papa,
14 † vt dicta decisio 65. declarat, & extrauagans ad regimen ante finem, vers. *necnon etiam, quæ per assecutionem pacificam*, de præbendis, inter communes. In casu verò proposito non fuit collatum secundum beneficium à Papa; sed ab ordinario, de quo infra dicemus in glos. 51. casu 8. reseruationis, num. 36. & 37.

Ex qua resolutione, quòd in præcedenti casu collatio spectet ad Ordinarium, & non ad Papam, infertur, quòd si beneficiatus existens in Curia contrahat matrimonium per Procuratorem in partibus, prout fieri potest, vt in cap. finali de Procuratoribus, in 6. quòd beneficium dicetur vacare in partibus
15 † per contractum matrimonij; non autem in Curia, quia in loco vbi est Procurator, & mulier, est mutuus consensus, & ibi fit matrimonium, & sic ibi perficitur actus vacationis, vt in terminis docuit Vitalinus in dicta clement. 1. num. 70. vt lite pendente. Ac proinde si matrimonium sit contractum in mense Apostolico intrabit reseruatio nostrę regulæ; si vero in mene ordinario ad ordinarium collatio pertinebit.

Necnon infertur per contrarium, quòd si quis absens à Curia, priuetur suo beneficio in Curia per sententiam, vel alio modo legitimo, quòd tunc, cum per actum priuationis in Curia factum perficiatur vacatio,
16 dicetur beneficium vacare in Curia, † & non in partibus. Rota decis. 35. de præbendis, in antiquis. Abbas in cap. ad petitionem notab. 3. de accusationibus, & Felin. ibi num. 2. Gomezius in reg. de impetrantibus beneficia per obitum famil. Cardinal. quæst. 7. nu. 7. & 8. Caputaq. decis. 64. p. 1. & decis. 48. n. 1. & 2. p. 3. Gambarus in tract. de legat. lib. 3. nu. 124. & 125. cum alijs allegatis in gl. 13. vers. *Item quando aliquis*. num. 45.

Quo fit, vt in tali casu, non intret reseruatio nostræ regulæ, † sed indistincte spectet
17 ad Papam collatio, tanquam de beneficio vacante apud Sedem.

Sicut etiam è conuerso, si præsens in Curia in partibus priuetur suo beneficio, dicetur beneficium vacare in partibus, & intra-
18 uit regula nostra, † non autem in Curia, nam in illo loco dicitur vacare beneficium, in quo aliquis priuationis sententiam passus fuit. Simonet. de reseruatione. quæst. 29. nu. 1. & ibi additio sub littera A. Franciscus Pauinus de officio, & potestate Capituli Sede vacante, præludio 7. num. 8. vers. *quarto per priuationem*. Mandosius in regula Cancellariæ 32. quæst. 8. num. 13. Licet Gomezius in regula de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiar. Cardin. q. 7. in fine. nu. 8. contrarium velit.

Et ex dictis casibus dignosci potest, quid sit dicendum in alijs similibus vacationibus, nùm beneficium vacauerit in Curia, vel in partibus.

Quarto quæro. An regula nostra procedat in beneficijs consistentibus in Ecclesijs non numeratis? Conclude,
19 quod non, † cum talia beneficia vacare non dicantur, vt plene diximus in glos. 9. §. 3. de beneficijs Ecclesiæ non numeratæ.

Quinto quæro. An si Commendatarius perpetuus decedat in vno ex mensibus Apostolicis intret reseruatio
20 nostræ regulę? Respondeo † quòd non, sed semper beneficium vacat, vt prius, & ad solum Papam spectat collatio, vt scriptum reliquimus in glos. 5. §. 8. de commendis.

Sexto quæro. An beneficia deuoluta lapso semestri concesso ordinario ad conferendum, iuxta tex. in cap. 2. de concess. præbend. & totum titulum de supplend. negligen. Prælator. dicantur de nouo vacare, ita vt, si lapsus semestris finiatur in mense Apostolico, ex tunc intret reseruatio
21 nostræ regulæ? Conclude quòd † non, quia beneficium deuolutum non dicitur vacare de nouo; sed semper durat prima vacatio, & ideo non intrat reseruatio. Cassador. decis. 8. num. 3. & 8. de præbendis. Æneas de Falconibus in tractatu de reseruationibus. quæst. 2. principali. num. 12. in fine, & quæst. 4. principali, effectu 6. num. 7. Lapus allegatione 84. sub num. 5. vers. *de beneficijs*, & ibi additio Mandos. sub littera M. Caputaquen. decisione 63. num. 1. & 2. p. 1. Rota decisione 3. iuncta additione, num. 4. de officio delegati, & decisione 774. num. 2. p. 3. lib. 3. diuersor. Ferretus cons. 3. n. 5. vol. 1. Quamuis enim Papa quoad beneficia reseruata vtatur iure speciali, & ex quadam plenitudine potestatis; quoad beneficia vero deuoluta
22 vtitur iure † communi. Vitalin. in clem. si de beneficio. n. 15. & 16. de præben. Aliquando tamen ad diuersum effectum beneficium deuolutum dicitur vacare, puta ad effectum,
23 † vt tale beneficium comprehendatur vigore priuilegij concessi ad conferendum beneficia vacantia in Curia. Rota decisione 32. de concess. prębend. in antiquis, & vide quæ dixi in glos. 53. vers. *vnde opportune*.

Septimo

Septimo quæro, hoc verbum, *vacare*, quot habeat significationes?

14 Respondeo, quòd multipliciter † sumitur, nam aliquando idem significat, quòd intendere, & aliquando idem est, quòd abstinere, vt vtrumque probat tex. in cap. 1. 33. q. 4. Interdum capitur pro cessare, vt in l. qui tertiana. ff. de ædilitio edicto. Aliquando hoc verbum, *vacans*, exponitur, idest, inutilis, l. Quintus Cæcilius 28. ff. depositi. Aliquando accipitur, prout in proposito nostro, quando beneficium vacat de iure, & de facto, quia mortuus est Prælatus, & nemo in possessione reperitur: vel de iure tantum, seu de facto tantum, vt diximus in §. primo huius glossę, & bene prædicta tradit Romanus in cons. 350. *in casu positæ quæstionis*. nu. 21. Felinus in cap. in nostra, corollario 37. de rescriptis. Fabianus de Monte in tractatu de emptione, & venditione. quæst. 6. principali, sub num. 83.

Octauo quæro, vbi præsumitur in dubio beneficium vacare, dic, quòd in eo loco, in quo beneficiatus domi-

25 cilium † habebat, vnde si beneficium requirebat residentiam personalem, ibi præsumitur vacasse beneficium, vbi beneficium consistebat: si verò residentiam non requirebat, præsumitur vacatio in eo loco, in quo bene-

26 ficiatus ordinariam habitationem † habebat, quia vacat beneficium, vbi persona moritur, nam persona habet ius, & ius sequitur personam. Imola num. 7. & cęteri per tex. ibi in clementin. 1. §. quòd si vnum, vt lite penden. Et ibi præsumitur quis mori, † vbi

27 degere solebat, cum abfuisse non præsumatur, vt in terminis docet Oldrad. cons. 229. *hæc sunt dubia*. num. 3. vbi propterea dicit,

28 quod non præsumitur † vacare in Curia. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumptione 19. sub num. 4. & faciunt ea, quæ tradit Bartol. in l. 15. post num. 17. ff. de acquirend. hęred. Baldus in l. finali, post num. 15. vers. *sed sufficit*. C. si à non competenti Iudice. Alciatus de præsumption. reg. 2. præsumpt. 15. num. 1. & 2. Corneus cons. 46. num. 16. lib. 2.

29 Et quemadmodum maritus cum vxore † habitare præsumitur. cap. 1. qui matrimonium accusare possunt, ita Clericus in Ecclesia

30 sua, residentiam facere præsumendus est, † cap. ex tuæ, de Clericis non residentibus, & ibi Abbas, Alciatus de præsumption. reg. 1. præsumption. 35. num. 1. Mascardus conclusione 1277. num. 2. & vide late in glossa 43. ex num. 88.

Nono quæro, quando expiret, & cessat vacatio ad effectum, vt cesset reseruatio? dic quòd per prouisionem Papę,

31 quamuis possessio capta non fuerit. † Rota decis. 13. & 14. de præbend. in antiquis. Gaspar de Perusio, de reseruatione. §. tertio quæro. Æneas de Falconibus in eodem titulo. quęst. 4. principali effectu 26. & quęst. 5. principali per totam. Simonet. de reseruat. q. 55. cum quatuor sequentibus. Cassadorus decis. 4. de causa possess. num. 4. & decis. 9. n. 13. de præbend. Puteus decis. 146. nu. 4. lib. 2. Gomez. in regula de trienn. q. 30. nu. 2. & 3.

Quod etiam procedit, quamuis litteræ

32 non fint expeditę. † nam per solam supplicationem signatam est gratia perfecta, ante litterarum expeditionem. Rota decis. finali, n. 3. & 4. de rescriptis, in antiquis. Cassador. decis. 2. num. 10. de pensionibus, & decis. 8. num. 9. de restitut. spoliat. Puteus decisione 275. num. 2. libro 3. cum alijs adductis in glossa 12. vers. *quod etiam procedit*, ex n. 45.

Intellige tamen, quando supplicatio est

33 registrata, & parti tradita. † Nam antea non dicitur aliquod ius considerabile quæsitum, & de facili potest talis supplicatio signata lacerari. Ludouicus Gomezius in regula de non tollen. iure quæsito. quæst. 20. in fine. Rota decis. 791. n. 5. p. 1. diuersor. Flam. Paris. de resign. lib. 8. q. 8. n. 186. & fuit decisum in vna Oxomen. Archipresbyteratus 6. Aprilis 1576. coram Robusterio.

Quo fit, vt si prouisus à Sede Apostolica de beneficio reseruato post signatam, & registratam supplicationem decedat extra Curiam in mense ordinario, quòd dicatur va-

34 care per illum beneficium, † & possit Ordinarius de illo disponere, & vide etiam, quæ dixi in hac glossa. §. 1. num. 34.

Decimo quæro de pulchra dubitatione, dum hæc scriberem, vt pro veritate responderem, delata, videlicet, Philippus obtinebat beneficium curatum in diœcesi Compostellana. Alphonsus habebat beneficium simplex in diœcesi

35 Hispalen. vterque permutare † volens, suum beneficium pro altero, porrexit supplicationem in manibus Sanctissimi, in qua (prout moris est) resignauit ex causa permutationis, ac supplicauit pro admissione, & mutua collatione: signata per Papam supp. & præstito consensu, ac litteris expeditis, non in forma gratiosa, sed in forma dignum, seu commissaria, ac ad Hispan. vbi permutantes erant transmissis: Alphonsus suas litteras præsentauit Ordinario Compostell. qui verificata narratiua, & constito de idoneitate, illarum vigore fecit illi collationē de d. parro chiali, ac immisit in possessionē de an. 1598. qui per trienniū, & amplius illā continuauit, ac publicationem in tēpore fecit. Dictus vero Philipp. receptis litt. priusquam gratiam verificaret, nec collationem reciperet, nec publicaret; intra tamen tempus publicandi, obijt in partibus de mense Sept. d. ann. 1598.

Quæst. notáda

in permutatione. nu. 43. vbi alia plura in comprobationem adduxi.

58 Ita vt quamuis de facto seruetur † contrarium, scilicet quòd fiat expressa collatio, prout solitum est, & dicit dicta decisio 16. sub dicto num. 6. vers. *sed licet ista conclusio*, & tradit Paulus de Leazar, & Cardinalis nu. 19. in clementina 1. de rerum permutatione. Ac etiam dicat Vitalinus in dicta clementina 1. num. 17. quòd per eandem clementinam reprobatur opinio dicentium, quòd non sit necessaria collatio in permutatione.

Nihilominus eadem decisio Rotæ 16. sub eodem numero sexto dicit, quòd eadem conclusio sit vera, quod etiam tenuit Ancharan. & Abbas num. 5. Butrius num. 3. in fine, in capit. inter cætera, de præbendis: licet Imola ibidem dubitauerit, & dictam decis. Rotæ pro contraria opinione allegauerit.

Nec negatur non esse necessariam collationem, prout dicit Vitalinus, vbi supra, sed dicitur, quòd in ipso actu admissionis per superiorem factę, inest quædam tacita

59 † collatio, quæ sufficit, vt sit acquisitum ius in re, & tacita collatio æquipollet expresse, vt plene dixi, & multis comprobaui in d. glos. 14. ex nu. 45.

Considerabam autem, quòd quamquam dicta conclusio admittatur, vt vera, quoad permutationem factam coram Ordinario; tamen maior est difficultas in casu nostro, in quo permutatio fit coram Papa, nam Ordina-

60 rius habet plenam notitiam † permutantium, & de idoneitate illorum, quòd secus est in Papa, vt scripsi in glossa quarta, ex numero 179.

Item quia eo ipso, quòd Papa admittit permutationem, & concedit mandatum de conferendo in forma dignum, declara-

61 re videtur, quòd collatio † facta non sit, & quòd admissio resignationis ex causa permutationis per eum facta, nihil aliud operetur, quam illud, quòd cantant expressę litterę Apostolicæ in forma dignum, expeditæ, in quibus de collatione facta, nullum verbum continetur, sed ad conferendum

62 commissio conceditur: Nam expressum † facit silere tacitum. l. si fundum, sub conditione 81. §. stichum, vbi notat Castrensis numero primo. ff. de legat. 1. l. cum ex filio. ff. de vulgari, Et sæpenumero effectus rei mutatur ex expressione † eius, quòd absque

63 expressione intelligitur. l. nonnunquam 52. ff. de condit. & demonstrat. l. si quis Sempronium 68. ff. de hæred. instituen. Ac expressa nocent, non expressa non nocent. l. expressa 155. vbi Decius numero primo. ff. de regul. iuris, Sed quia etiam ista consideratio ex pluribus morderi facile posset, & lis adhuc sub iudice est. Ideo pro nunc cogitandum relinquo.

Vndecimo quæro. An reseruatis beneficiis vacaturis, censeãtur

64 reseruata benef. vacãtia? † cõclude quòd non, iuxta ea, quæ plenè resolui in glos. 11. q. 5. ex num. 48. vsque ad num. 82. vbi, & per totam illam glos. alia plura de materia vacationis reperies, quę in hac glossa repetere nolui.

Supradictis in hac vacationis materia annecte regulam 46. Cancellariæ, vbi disponitur, non valere gratiam super modo vacandi in Cancellaria exprimendo, † de qua meminit Felinus in capit.

65 nonnulli. num. 7. de rescriptis.

Item quòd licet vacatio in Curia consideretur respectu prouisionis à solo Papa faciendæ, iuxta text. in cap. 2. de præbendis, lib. 6. non tamen est alicuius considerationis, nec vacatio in Curia, nec prouisio Apostolica ad effectum, vt sic prouisus præferatur † in stallo, nec choro alijs antiquioribus.

66 Rota decis. 9. per totam, de consuetudine, in antiquis, & decis. 2. de priuilegijs, in antiquis. Mohedan. decis. 25. in fine, de prębend. Abbas in c. ex parte. n. 14. de cõcess. pręben.

In concursu tamen, data in omnibus paritate, semper prouisus à Papa erit præferen-

67 dus. † c. per tuas, & quæ ibi notant Doctores, præsertim Abbas. & Felinus, de maiorit. & obedien. Boherius in tract. de auctoritate magni Consilij, n. 81. & 92. vbi alios allegat. & dico in gl. 52.

Rursus adde, quòd beneficium vacaturum, tanquam incompatibile, per assecutionem secundi, non est opus narrari, vt obtentum in gratia secundi, † quia ex quo sta-

68 tim vacabit, cessat ratio expressionis, tanquam de obtento, vt fuit resolutum in Rota, teste Mohedano decis. 14. de præbend. alias decis. 171. Licet aliud esset, si non vacaret, ipso iure, primum, sed obtinens secundum habueret intentionem dimittendi primum. Nauarr. cons. 9. incipit, *an impetrans*, de reser.

Necnon adiunge, quòd narratiua vacationis de mense Februarij præterito, cum

69 deberet dicere de præsenti † non vitiat, quia est error, non dolus. Caputaquen. decis. 57. p. 2. vbi num. 2. etiam dicit, quòd in vaca-

70 tionibus in Curia de stylo Curiæ † exprimuntur in gratia dies, mensis, & annus vacationis.

Nec omittere libuit, quòd quando de iure vacat beneficium per promotionem, seu ex aliquo casu ex cumulatis in principio huius glossæ, & de facto detinetur ab ipso promoto, quòd potest Ordinarius procedere contra illum donec dimittat de facto prædi-

71 ctum beneficium, quamuis illius collatio † ad Ordinarium non spectet, vt postea prouideatur à Papa, siue ab eo, ad quem spectet.

spectet. Puteus decisione 330. *in causa Fundan.* lib. 3. & est tex. in c. Ordinarij, de officio ordinarij, lib. 6.

Præterea addo, quòd vacanti beneficio in mése Ordinario potest Ordinarius ante col-
72 lationem imponere aliquod onus † iustum, & honestum, quod alias non haberet. c. significatum, & ibi notant omnes, de præbendis, c. significasti, de electione, gl. penult. in fine, in cap. quia à nonnullis, de magistris. Caputaq. decis. 241. num. 5. par. 3. & decis. 277. par. 2. vbi secus esse dicitur, si vacasset in mense Apostolico.

Et dato, quòd dictum onus non sit iustum, & propterea actus impositionis, non teneat;
73 non tamen ideo † erit simoniacus. Acchilles de Gras. decis. 5. de simonia per totam, vbi rationem assignat, quia in dicto casu non fit pactum cum aliquo, & nemini datur, nec promittitur; sed simpliciter onus beneficio vacanti ante prouisionem, imponitur.

Nec præsumitur vacatio, nisi probetur.
74 † Ægidius Bellam. decis. 349. nu. 1.

Vacatio autem beneficij quomodo pro-
75 betur, dic quòd per solam † famam, seu alias semiplenè; ratio est, quia non agitur de magno prejudicio: nam si ille, per cuius obitum dicitur vacare, viuit, collatio erit nulla, & ipse suum retinebit beneficium. Bartol. in l. 1. §. si dubitetur. ff. quemadmod. testam. aperian. Felin. in cap. quoniam frequenter. §. fin. nu. 23. post medium, vt lite non contestata. Mohedan. decis. 77. alias 1. de probationibus. Guidobon. decis. 145. Thom. de Tanis decis. 75. Puteus decis. 185. *in vna Abulen.* lib. 2. Cæsar de Grassis decis. 14. num. 2. de probationibus, & fuit dictum in vna Pampilonen. Prioratus de Artajona 21. Iunij 1599. coram Illustriss. Pamphilio, & alias passim. Mascardus de probat. conclus. 1075. num. 1. & per totam.

Tempus vero vacationis ad effectum pro bandi reseruationem, vt puta de mense Apo
76 stolico est plenè, † & cõcludenter probandũ, cum agatur de graui præiudicio Ordinarij, & prouisi ab illo. Put. decis. 166. nu. 4. lib. 3. & dixi late in gloss. 11. quæst. finali, vbi pluribus modis limito.

Denique superadde, quòd si A. obtinuit gratiam beneficij, cum expressione valoris 110. cum clausula (*augendi, & diminuendi in litterarum expeditione*. & post modum lapso anno à data supplicationis dictæ gratiæ expediuit litteras cum expressione valoris in 130. sed adhuc in illis valor fuit ita male expressus, quòd esset locus regulæ 54. de exprimendo valore, si de illo medio tempore anni, inter datam supplicationis, & malam expeditionem, B. impetrauerit dictum beneficium ob malam expressionem, illius gratia, & impetratio erit nulla,
77 quia dictum beneficium nondum vacauerat † ob malam expeditionem, nisi a die, quo litterę fuerunt malè expeditę, & non antea, stante dicta clausula *augendi, & diminuendi*: Ac propterea si dictus A. obtinuit postea gra
78 tiam, † *perinde valere*. cum bona expressione, subsistet, prima gratia, nec gratia B. medio tempore obtenta impedimentũ aliquod præstat, quia vt dixi fuit nulla, cum de tempore datæ eiusdem gratiæ nondum vacaret ex dicto capite beneficium, vt fuit resolutum coram Peregrino in vna Alboren. sub 10. Aprilis 1551. & coram Chisanen. in vna Salmantina sub 9. Martij 1558. & in Cartaginen. de Almoraldi 2. Iunij 1559. coram Palęotto, quæ est in impressis decis. 541. incipit *Melchior.* num. 2. 3. & 4. lib. 3. p. 3. diuers. & vide in princ. huius gl. num. 148.

Nec non adiunge, quòd si aliqua vnio declaratur nulla, non datur noua
79 vacatio, sed remanet † antiqua. Licet secus esset, si vnio fuisset valida, & dissolueretur. Cassad. decis. 2. de vnionibus. Puteus decis. 13. lib. 3. & dixit Rota in Mediolanen. Parrochialis 25. Maij 1598. coram Illustriss. D. Seraphino.

Illud etiam obliuiscẽdum non est, quòd quamuis inspecto iure cõmuni Se- Vacatio Ecclesiæ Cathedralis quãdo cessat.
des Episcopalis, aut Abbatialis vacare desi-
80 nat † per confirmationem, institutionem, seu prouisionem à Sede Apostolica factam, gl. verbo *collatio.* in clemen. 1. vt lite penden. vbi Imol. num. 20. vers. *iuxta prædicta.* Pauinus de officio, & potesta. Cap. Sed. vacan. prędudio 7. nu. 16. in fin. Franchus in cap. quamuis. §. 1. num. 1. de elect. lib. 6. Felin. in c. cum Bertoldus col. 2. num. 3. vers. *dixit etiam.* de rei udic. Rota decis. 6. in principio, de elect. in nouis.

Ita vt per dictam confirmationẽ, institutionem, seu prouisionem, Prędatus acquirat exercitium iurisdictionis, ante apprehensio-
81 nem possessionis: † glossa communiter recepta in cap. penultimo, verbo *collatio.* de præbend. lib. 6. Abbas in cap. transmissam, n. 2. & 3. de elect. Felin. in c. ne Dei, n. 2. vers. *quarto.* de simonia. Petrus Baisius in suo tract. de elect. 3. par. cap. 44. num. 4.

82 Ac consequenter poterit beneficia † conferre Ioann. de Selua in tracta. de beneficio 3. p. q. 40. num. 1. & per totam. Petrus Baisius vbi supra, dicto cap. 44. num. 4. Rota decis. 182. num. 3. & 6. per totam, parte secunda diuersorum.

Cęterum hodie non cessat vacatio Sedis Episcopalis, aut Abbatialis, vel alia quęlibet, donec litterę confirmationis, institutionis, aut prouisionis Apostolicę sint expe-
83 ditæ, & prędentatæ † Capitulo, seu conuentui.

tui,cuius Prælati Sedes vacabat, vt expreſſe diſponitur per extrauagantem iniunctę, de elect. inter communes, & tradit Rebuff. in praxi tit.de ſimoniaca reſignatione,num.
84 31. & num. 40. & ſic debent intelligi † Doctores, dicentes, quòd litteræ debent eſſe expeditę, vt non dicatur Eccleſia vacare,ac Epiſcopus poſſit adminiſtrare; licet de præſentatione litterarum mentionem non faciant,prout ſunt gloſſ.in clem. 1. verbo *Sede vacante*.de hæreticis, & ibi Imol .nu. 9. verſ. *gloſſa vacante*.Cardin.in §. duro,d.clem. 1.n. 5.in fin.Vital.n.176.Pauinus in tracta.de poteſt.Capit.Sede vacante, præludio 7. nu. 14. Felin.in d.cap. in Dei timorem,num.3.verſ. *quarto limita*. de ſimon. Ioannes Selua de beneficio,par. 2. q. 15.in principio. Abbas in c. qualiter, in primo notabili, de elect. Caſſad. deciſ.8.num. 5.de reſtit.ſpoliat.Puteus deciſ. 275. incipit *dubitauit Dominus Peregrinus*, lib. 3. & tetigi in principio huius gloſſę, num. 49.

Quamuis enim dd.Doctores ſimpliciter loquantur, quòd ſit neceſſaria expeditio litterarum: non tamen excludunt illarum tranſportationem, oſtenſionem, & præſentationem: Immo illam preſupponunt, ex quo ad id probandum allegant d. extrauagantem iniunctę, quę de litterarum oſtentione, & præſentatione expreſſe diſponit, ac decretũ
85 irritans † continet, & graues pœnas; non ſolum vtenti iuriſdictione; ſed etiam Capitulo, ſeu Conuentui, admittenti ad poſſeſſionẽ,ſeu iuriſdictionis exercitium, ante dictarum litterarum præſentationem imponit.Dictum autem Doctoris ſemper intelligi debet
86 † ſecundum legem, quam allegat. Bart. in l. non ſolum.§. liberationis, num. 7. in fine. ff. de liberat. legat. cum alijs citatis in gl.8. n. 20. & ita fuit reſolutum, & declaratum in vna cauſa Burgen. Canonicatus 3. Iunij 1583. coram bon. mem. Scipione Lancellotto.

87 Per quam deciſionem fuit concluſum † eſſe validam collationem Canonicatus,in menſe ordinario vacãtis, factam a Capitulo Burgen. ſpreto Epiſcopo iam promoto expeditas litteras ſuę prouiſionis habente:nondum illas oſtendente, nec præſentante, quamuis alias D.Epiſcopus ſimultaneã habeat collationem cum Capitulo:quia cum adhuc duraret vacatio dictæ Eccleſię potuit collatio fieri a ſolo Capitulo,ſine vlla citatione,requiſitione,aut interuentione D.Epiſcopi promoti,iuxta tex.in c.1.ne Sede vacante, lib.6. & dicam in gloſſ.45.

Nec non, fuit receſſum ab alia deciſione in eadem cauſa prius facta ſub die 28.Ianuarij eiuſdem anni 1583. vbi contrarium fuerat deciſum, non bene conſiderata diſpoſitione d. extrauagantis iniunctę, quę deciſio eſt in impreſſis 182.p.2.diuerſ.

88 Vnde cauendum eſt à Flam.Pariſ. † in ſuo tractat.de reſign.benef.lib.7.quæſt. 23.num. 46.& 47.dicente,quòd ceſſat vacatio,& poteſtas Capituli,ſtatim poſt prouiſionem, ante captam poſſeſſionem, & ad hoc citat dictam deciſionem Burgen. factam 28. Ianuarij anni 1583.iam reuocatam per aliam contrariam factam die 3. Iunij eiuſdem anni, de qua dictus Pariſius non meminit; & iſta vltima deciſio fuit poſtmodum ſępius à Rota canonizata.

Et poſt hæc ſcripta nouiſſime contigit
89 alius ſimilis † caſus, in prouiſione vnius Canonicatus Cordub.a ſolo Capitulo,facta Sede vacante poſt litterarum expeditionem; ante tamẽ præſentationem illarum, de cuius prouiſionis viribus fui conſultus, ac reſpondi validam eſſe ex ſupradictis:& conſequenter eſſe nullam ſecundam prouiſionem,ad fauorem diuerſę perſonę poſtmodum factam de eodem Canonicatu inſimul ab Epiſcopo, & Capitulo, credente primam collationem eſſe nullam per id, quod ſcripſerat d. Flam. Pariſ.vbi ſupra.

Quæ omnia ſunt maximi ponderis, pro
90 materia regulę ſecundę Cancellarię † in fine, reſeruantis omnia beneficia liberę collationis,vacatura,Sede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante, de qua regula dicam in gl.51.in caſu 14.reſeruationis,a num. 52.

Similiter non eſt omittendum, quòd ſi hodie poſt d.regulam 2.Cancellarię vacaret aliquod beneficium in menſe Ordinario,Epiſcopo, vel Abbate viuente,& poſtmodum ante prouiſionem, extra diœceſim,vel Abbatiam in remotis partibus decedente: quòd ſi illius Vicarius,habens ſpecialem facultatem conferendi,poſt d.obitum;ante tamen illius notitiam tale beneficium contulerit, quòd col-
91 latio talis erit bona,† & legitima,non obſtante morte Epiſcopi, de qua notitiam non habuit,vt argumento legis Barbarius.ff.de officio Prętoris, concluſit Rota deciſ. 1.iuncta additione Antonij Marię Papazon. nu. 4.de officio Vicarij, in nouis.Mohedan.deciſ.215. alias deciſ.29.num.1.& per totam,de renunciatione. Puteus deciſ.370. incipit *in vna lacen.* lib. 2.vbi alia plura huius materiæ continentur,& dixi in §.5.proœmiali ex n. 103.

Neque in hoc caſu obſtat d.reg.2.Cancellarię, quia dumtaxat loquitur de beneficijs vacantibus,ſeu vacaturis, Sede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante; non vero Sede plena,
92 † vt ſcripſi in gl. 24. ſub q.6. num. 112. 113. & 114.

Sum-

Summaria Glossæ 16.

1 *Dictio* (collatio) *multis modis capitur, aliquando pro diuisione librorum, aliquando pro impositione publici muneris, vt nu. 2. aliquando pro disputatione, vt num. 3.*

4 (Collationem) *dictio accipitur pro communicatione rei propriæ, vel contributione, vt n. 5. vel comparatione, vt n. 6. vel læui comessatione, num. 7.*

8 *Dictio* (collatio) *accipitur pro assignatione beneficij Ecclesiastici.*

9 (Collationis) *dictio, est nomen generale comprehendens præsentationem, electionem, institutionem, & confirmationem, quod intellige, quando profertur a lege, vt num. 11. secus in rescriptis, vt num. 10. & ratione subiectæ materiæ, vt num. 12.*

Ad collationem, glossa 16.

1 HÆC dictio (*collatio*) multipliciter † capitur. Nam aliquando capitur pro diuisione librorum, seu pro ipso libro, vt patet ex libro authenticorum, in nouē collationes diuiso.

Secundo collatio dicitur publici muneris
2 † impositio. l. 1. C. de Episcopis, & Clericis, & in authentico de collation. collatione 9. & in rubrica de collatione donator. lib. 10. & de collatione ęris, eodem libro.

3 Tertio accipitur pro disputatione, † quam adinuicem faciunt Doctores, vel Scholastici conferendo de aliqua quæstione. Decius in rubrica. C. de collationibus, vers. *secundo pro disputatione*.

Quarto sumitur pro quadam communi-
4 catione † rei propriæ, causa diuidendi pro portionibus hęreditarijs, nam collatio est in commune latio. l. illam, §. finali, & per totum titulum. C. de collation. & C. de collatione dotis, & ff. de collatione bonorum. Vnde dicit Iureconsultus in l. apud Labeonē. §. conuitium. ff. de iniurijs. conuitium dici a concitatione, vel a conuentu, hoc est a collatione vocum, cum enim in vnum plures voces conferuntur.

Quinto accipitur collatio pro contribu-
5 tione † l. 1. iuncta l. amissę. ff. ad l. Rodiam. de tactu, vbi in vna lege dicitur contributio, & in alia collatio.

6 Sexto accipitur pro comparatione, † & concordantia scripturarum, vt in authentico, de instrumentorum cautela, in principio collatione 6. vbi gl. verbo *collatio*, & in §. si vero etiam, in authentico de his, qui in gradu apellationis, collat. 5.

7 Septimo accipitur pro leui † comessatione, seu refectione corporis, vt dicit Salicetus in l. si emancipati 22. num. 7. C. de collationibus, de quo nonnulla recensęt Polidorus Ripa in tract. de nocturno tempore. cap. 69. a n. 11. & sequentibus.

Octauo, & vltimo sumitur pro assignatio-
8 ne † beneficij Ecclesiastici, quam Prælatus facit alicui de aliquo beneficio vacante, quę proprie dicitur translatio, seu libera iuris concessio. Abbas in cap. auctoritate, num. 9. de institutionibus. Geminian. & reliqui in c. cum in illis. §. 1. de prębend. lib. 6. Et isto modo accipitur, quoad propositum nostrum: nam regula ista reseruat omnia beneficia spectantia ad collationem quorumcumque Ordinariorum in octo mensibus Apostolicis vacatura.

Siendum quoque est, quòd hoc nomen, *col-*
9 *latio*, est latum, † & comprehendit in se prę-sentationem, electionem, confirmationem, & institutionem, vt in rubro, & nigro, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. Clemen. vnica, iuncta glossa, verbo *conferantur*. in fine, vbi omnes, de reum permutatione. Ioannes Andreas in cap. ex tenore circa medium, vers. *die contra*. de concess. prębendę. Barbatia in cap. Abbatem col. penult. de rescriptis. Rebuff. super concordata. §. statuimus, il 2. in vltima gl. sub rubrica de collationibus. Mandosius in reg. 32. Cancellariæ q. 4. num. 2.

Contrarium tamen scilicet, quòd collationis appellatione nō veniat institutio, nec
10 confirmatio † probat tex. expressus in cap. cum in illis 16. §. cum autem, de prębend. lib. 6. dicit enim sic: *cum autem inter collationem, præsentationem, & institutionem differentia magna esse noscatur, si cui de beneficio ad alicuius collationem prouideri mandetur, de illo, quod ad eius præsentationem, vel institutionem pertinet, prouideri non poterit, nec è conuerso: expresso enim vno casuum prædictorum, mandatum super hoc factum, quod debet de sui natura restringi, ad alios extendi non debet.*

Pro concordia tamen conclude, quòd pri-
ma opinio habet locum, quando verbum *col-*
11 *latio* profertur a lege, † in qua non datur ambitio, nec restringendi occasio: text. vero in d. §. cum autem procedit, quando hęc dictio (*collatio*) profertur in rescriptis, quę tanquam ambitiosa sunt restringenda, c. quamuis, de prębendis, lib. 6. ita docet glossa penultima, in fine, in dicta clementina vnica, de rerum permutatione, & Cardinalis ibidem sub nu. 16. in oppositione 12. Caputaquen. decis. 36.

num.

num. 15. & 16. par. 3. quæ interpretatio potest etiam desumi ex regula nostra, dum dicit, quòd reseruat omnia beneficia pertinentia ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem, quorumcumque collatorum: & non dicit quorumcumque prouisorum, nec præsentatorum, nec electorum, nec dispositorum, sed dumtaxat dicit collatorum, ex eo, quod verbum *collationis* appositum in l. omnia supradicta comprehendit.

Aliquando tamen, etiam in rescriptis hęc dictio (*collatio.*) obliquatur, ratione subiectę
12 materię, † siue iuris consonantiæ, ita vt collatio accipiatur pro præsentatione, & è cõtra. Rota decis. 27. nu. 1. & 2. de præben. in nouis.

Summaria Glossæ 17.

1 Prouidere *verbum est latissimum, & comprehendit in se omnes modos, per quos Ecclesiæ prouidetur, ac etiam commendam, vt n. 2.*
3 *Clementina (Auditor) de rescriptis, quæ loquitur de prouisione, procedit etiam in institutione, & confirmatione.*
4 Prouidere *verbum sonat prouidentiam.*

Prouisionem, gl. 17.

NON solum voluit regula nostra apponere dictionem (*collationem,*) de qua in glossa præcedenti; sed etiam loquitur per hoc verbum *prouisionem*, quod est amplius, & generalius, ac latissimum, continens in se omnes modos,
1 † per quos Ecclesiæ prouidetur, scilicet nominationem, postulationem, electionem, præsentationem, confirmationem, institutionem, & collationem, gloss. verbo *prouisioni.* in Clemen. final. de electione, cap. vt circa, in principio, & ibi glossa verbo *electiones.* de electione, lib. 6. glossa verbo *prouisionem*, per tex. ibi in cap. 1. & in capit. quorumdam, verbo *prouisionibus.* eodem titulo, de electione, libro 6. Geminianus cons. 15. num. 3. idem Geminianus, Franchus, & reliqui in c. cum in illis. §. 1. de præbendis, lib. 6. Lambertinus, de iurepatronatus, lib. 2. p. 1. q. 1. principali, articulo 12. num. 1. & 2. Felin. in c. in nostra, corollario 32. nu. 28. de rescriptis. Cardinalis in clemen. causam quę, de electione, quæst. 4. Rebuffus in concordata, in rubrica de collationibus. §. præfati ordinarij, gl. verbo *prouisionem*, & in praxi beneficiali, tit. de forma Vicariatus, num. 5. Mandosius in regula Cancellarię 32. q. 4. num. 3. Rota decis. 791. nu. 9. par. 1. diuers.

2 Prout etiam includit commendam. † Geminian. in cap. nemo, nu. 7. & ibi Franchus, n. 5. prope finem, de electione, lib. 6. Rota d. decis. 791. n. 9. p. 1. diuers.

Vnde dixit Rota decis. 4. in fine, de iurepatronatus, in nouis, quòd Clementina Auditor
3 † de rescriptis, quę dat facultatem DD. Auditoribus Rotę, vt in causis beneficialibus coram illis pendentibus possint absque alia noua commissione, (vt euitetur circuitus) prouidere, quòd procedit etiam in institutione, & confirmatione, tradit etiam Ægidius Bellamera decis. 620. aliàs 621. Milius in repertorio, verbo *patronus si personam idoneam.* in fine. Caputaq. decis. 61. p. 1.

Hinc dixit Bal. in cap. finali, n. 22. de prescriptionibus, quòd hoc verbum *prouidere.*
4 † sonat prouidentiam, † non solum impetrantis, sed etiam Ecclesię impetratæ, per legem Theomponius 14. ff. de dote prælegata.

Summaria Glossæ 18.

1 *Præsentandi ius tollitur in octo mensibus reseruatis.*
2 *Iuspatronatus laicale non comprehenditur per regulam nostram 8. ne laici retrahantur a fundatione. & num. 3.*
4 *Clausula* (ad præsentationem) *non intelligitur de iurepatronatus laicorum.*
5 *Iuspatronatus Ecclesiasticum est, quando fundatur ex bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis.*
6 *Iuspatronatus Ecclesiasticum cadit sub reseruatione regulæ nostræ, & per solam simplicem collationem censetur derogatum, & numero 7.*
8 *Iurispatronatus mixti beneficia, non reseruantur per regulam nostram. & n. 14.*
9 *Iuspatronatus Ecclesiasticum, an tanquam dignius trahat ad se laicale.*
10 *Iuripatronatus mixto sæpe solet derogari.*
11 *Vsus patrisfamilias inducit argumentum.*
12 *Laicalis qualitas potius est attendenda.*
13 *Laicus propter Clericum non debet perdere suum priuilegium, nec in re indiuidua debet quis præiudicari ratione societatis communis.*
15 *Reseruatio regulæ 8. tollit iuspatronatus mixtum, quando Ecclesiasticum præponderat laicali.*

cali, quid maior pars attenditur, & n. 16.

17 Ecclesiastica iudicatur vniuersitas scholarium, si ex maiori parte sunt scholares Clerici.

18 Patronatus competentes ex præscriptione, vel priuilegio non tollunt reseruationem regulæ 8. & sunt sublati à Concilio Tridentino, n. 19. & num. 21.

20 Reseruatio omnis capiebat beneficia de iurepatronatus laicali, ex priuilegio, seu præscriptione.

22 Quasi possessio attenditur ad effectum præsentationis: hodie vero post Concil. Triden. secus est. & num. 23.

24 Iuspatronatus ex fundatione, vel dotatione habere prætendens, probare tenetur, etiam ad effectum annullandæ possessionis, & numero 25.

26 Iurepatronatus laicali ex fundatione, vel dotatione semel probato, & præuia causæ cognitione approbato, non indiget alia probatione; dummodo probatio sit facta post Concilium, & num. 29.

27 Causæ cognitio ad effectum probandi iuspatronatus ex fundatione, quando dicatur adesse.

28 Litibus aliquando est dandus finis.

30 Iuspatronatus ex fundatione, vel dotatione probandi, datur forma per Concilium.

31 Concilium Triden. distinguit modum probandi iuspatronatus, inter personas priuatas, & magnates, ac vniuersitates.

32 Iuspatronatus potest probari à personis priuatis tribus modis, & num. 33.

34 Instrumenta faciunt clarissimam probationem, & probationem probatam, & n. 36.

35 Authentica documenta, quæ dicantur.

37 Verba illa Concilij, & alijs a iure requisitis, quid denotent.

38 Instrumenta vt probent, quæ requisita continere debeant, & qualiter sint compulsanda, & num. 39.

40 Citatio ad dicendum contra iura requiritur, vt probet instrumentum productum in actis.

41 Instrumenta producta sunt recognoscenda, si de illorum fide dubitatur, nisi sint antiqua, num. 42. & in alijs casibus remissiue, & num. 43.

44 Iuspatronatus ex fundatione probatur, per immemorabilem præscriptionem.

45 Immemorabilis præscriptio si probetur, potest allegari melior titulus de mundo.

46 Immemorabili probatur iuspatronatus ex fundatione, quamuis non enuncietur, quòd sit ex fundatione.

47 Immemorabilis de materia tractantes citantur plures.

48 Tituli infecti si detur principium, non iuuat immemorabilis, cum constet de veritate, & cesset præsumptio, & nu. 49.

50 Verba Conc. Trid. aliasue secundum iuris dispositionem, quid significent, & nu. 51.

51 Dictio (alias) significat idem quod, alio modo.

52 Constructionis titulo probatur iuspatronatus, non tamen sufficit reparatio, nec reædificatio, sicut nec dotis augmentum, & num. 53.

54 Concil. Trid. nihil innouauit, quoad iuspatronatus personarum particularium.

55 Capitulum Ecclesiæ Cathedralis non comprehenditur inter personas magnates, aut vniuersitates ad effectum probandi iuspatronatus.

56 Iuspatronatus potest hodie probari per famam, iuncta longissima quasi possessione, & cum quadragenaria, & titulo colorato, & nu. 57.

58 Iuspatronatus potest probari, quoad particulares omnibus modis, prout de iure communi.

59 Probatio minor iurispatronatus sufficit, quando agitur contra tertium, quam si ageretur contra Episcopum, necnon quando agitur incidenter, num. 60. veluti de verificanda narratiua gratiæ, & num. 61.

62 Probatio semiplena sufficit, quando agitur de aliquo articulo incidenter.

63 Iuspatronatus magnatorum, & vniuersitatum præsumitur ex vsurpatione.

64 Iuspatronatus magnatorum debet, vltra immemorabilem probari instrumentis de præsentationibus effectuatis 50. annorum, & in hoc Concilium addit iuri communi, & n. 65.

66 Personæ magnates, quæ dicantur ad effectum probandi iuspatronatus, & n. 67.

68 Vniuersitates, & magnates pari passu ambulant ad effectum probandi iuspatronatus.

69 Vniuersitas parua comprehenditur à Conc. Triden. in materia iurispatronatus, non tamen certa pars vniuersitatis, & num. 70.

71 Testes legitimi non sunt personæ vniuersitatis, ad probandum iuspatronatus illius, ex speciali ratione, & num 72.

73 Præsentationes magnatorum, & vniuersitatum debent esse continuatæ, & non interpolatæ, & num. 74.

75 Præsentationes 100. vel 200. annorum non sufficiunt; si continuatæ non sunt, quia certa forma assignatur, & nu. 76. 79.

77 Forma si in minimo deficit, nihil dicitur actum, & ad vnguem est seruanda, & nu. 78.

80 Forma assignata a Concilio probandi per scripturas iuspatronatus, non potest adimpleri per quoscumque testes, & nu. 84.

81 Concilium Triden. non satis confidit de testibus in probatione iurispatronatus magnatorum.

82 Testibus si probetur scripturas esse deperditas. An sufficiat ad effectum iurispatronatus magnatorum, & nu. 83.

85 Præsentationes sortitæ effectum, quando dicantur, & num. 87.

86 Quasi possessio præsentandi non acquiritur, si præsentatio effectum non habuit.

88 Tempus 50. annor. ad probãdum per scripturas, non debet esse separatum a tempore immemorabili,

rabili, dummodo sit ante controuersiam, & numero 89.

90 *Præsentatio non concludit competere iuspatronatus, & ibi de consuetudine Mediolanen. & num.91.& 92.*

93 *Reseruatio nostræ regulæ, quando non tollat iuspatronatus ex priuilegio, ratione potentissimarum clausularum. Et adducitur priuilegium Marchionis Afloricen. & Ducis de Alua, num.94. & 95. & 96. Licet postea fuerit dubitatum, num.97. Et an tollantur per Concilium Tridentinum, agitur ex nu. 98. vsque ad num.106.*

100 *Princeps veritatem mutare non potest. Licet possit contra veritatem fingere, & quælibet dispositio intelligitur de re vera, non autem de ficta, num.101.& 102.*

103 *Conciliaris constitutio, nunquam censetur derogata, nisi exprimatur.*

104 *Conc.Triden. derogatio, an sit potentior, quam regulæ nostræ, & num.107.*

105 *Vincere quis potest ex alio, quod per se non potest.*

107 *Iuspatronatus, an præsumatur fundatum ex bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, vel potius de patrimonialibus. & n.108.*

109 *Possessio, & vltimus status iurispat. indicat ex quibus bonis fuerit fundatum iuspatronatus, & num.110.*

111 *Iuspatronatus laicale, non solum præseruatur a regula nostra, quoad præsentantes, sed etiam quoad instituentes.*

Præsentationem, gloss. 18.

RESERVAT regula nostra beneficia spectantia ad præsentationem, quorumcumque, & sic in hac parte tollit iuspatronatus, †competens patronis ad præsentandum; sed ne fallaris, & vt scias, quale iuspatronatus lædit regula nostra, & quale non, distingue tres casus. 1

Quãdo intret regula nostra in beneficijs iurispatronatus distinguitur.

Aut enim sumus in iurepatronatus laicali, & conclude quòd in illo reg.nostra locum non †habet, nec tale benefic.cadit sub reseruatione illius, sicut nec sub alijs reseruationibus generalibus, gloss. verbo *collatio*, in cap. 2. de præbendis, lib. 6. vbi Geminian.num. 11.& Franchus, num.8. Cardinalis cons. 117. incipit *casus talis*. num. 2. vers. *Item ex alio*.& in clemen.1.q. 7. in fine, de iurepatronatus. Alexand.cons.75.incipit, *visis, & ponderatis*. in principio, num. 1. volum. 4. Gaspar de Perusio in tractat. de reseruationibus, §. quæ autem beneficia reseruantur, num. 5. vbi veriorem opinionem affirmant. Felin.in tracta.quando litteræ Apostolicæ, in principio, limitat. 2. Rocchus de Curte de iurepatronatus, verbo *honorificum*, quæst. 4. num. 22.& 23.& quæst.24.num.54.Lambertinus in eodem tractat. libro secundo, parte prima, quæstione principali 9.articulo 22. Æneas de Falconibus de reseruationibus, quæstione 1. principali, num. 6. Ioann. Selua de beneficio 3.par.quæst. 21. Simonet.de reseruationibus, quæst.9.per totam. Cassad. decis. 6. num. 5.de iurepatron. Rebuffus in tracta.nominationum, quæst. 8. num. 22. & in praxi beneficiali, 3. par. signaturę, verbo *nec non iurispatronatus*. num. 20. Gomezius in regula de annali, quæst. 7. ante num. 5. Couarru. in practicis quæstionibus, cap. 36. ex num. 3. & 4. Gambarus in tracta. de legato, lib. 3. n. 242. fol mihi 72. Anton. Gabriel de clausulis, conclus. 2. illatione 5. num. 32. Mandosius in regula prima Cancellarię, quæst. 8. à nu. 6. cum sequentibus, & in reg. 32. quæst. 4. per totam, & in additione ad Lapum allegat. 84. sub littera N. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, par. 1. cap. 24. num. 109. facit Rota decis. 46. in principio, de concess. prebend. & decis. 3. de iurepatronatus, in antiquis, & expresse tenet Rota decis. 304. num. 1. p. 2. diuers. 2

Et in terminis nostrę regulæ est decisio Putei 319. *eadem die*. num. 1. & per totam, lib. 1. & decis. 108. num. 2. lib. 3 Acchilles de Grassis decis. 3. de iurepatronatus. Simonetta iuncta additione de reseruation. quæst. 9. nu. 6. & aliàs pluries tenuit Rota, & quotidie seruatur.

Ratio huius conclusionis est, ne laici retrahantur † à fundatione, constructione, vel dotatione Ecclesiarum, seu beneficiorum, vt omnes memorati Doctores recensent, & quia vt dicit Concilium Tridentinum, sess. 25, cap. 9. de reformatione, in principio, *patronorum iura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est.* 3

Vnde per clausulam nostram *ad præsentationem, &c.* non derogatur iuripatronatus † laicali. Lapus allegat. 84. num. 5. in fine, & num. 6. vbi additio littera N. Flamin. Paris. de resignatione, lib. 2. quæst. 4. a. nu. 37. cum alijs, quos citat. 4

Secundus casus est, quando sumus in Iurepatronatus Ecclesiastico, videlicet, quando ex bonis Ecclesię beneficium fundatur, seu dotatur, aut a laico donatur Ecclesię, aut ratione Ecclesię competit † alicui, iuxta glossam in clementina 2. verbo *præsentare*. de iurepatronat. gloss. verbo *in concessione*, in cap. dilectus 6. de officio legati 5

legati, vbi tradunt omnes. cap. 1. de iurepatronat. in 6. Rocchus de Curte, de iurepatronatus, verbo, *ius*, quęst. 7. Rebuffus de nominationibus. quęst. 8. n. 22. Lambertinus de iurepatronatus li. 1. q. 1. art. 5. per totum. Couarr. in pract. quęstion. cap. 36. n. 5. vers. *secundo*. Flaminius Parisius de resignatione lib. 2. q. 4. ex nu. 39.

In hoc itaque casu proculdubio reseruatio nostrę regulæ locum habet, ac compre-
6 hendit † beneficia iurispatronatus Ecclesiastici; ratio est, quia facile huic iuripatronatui prędiudicatur. cap. cum dilectus, de iurepatronatus. cap. dilectus, & ibi Abbas, & reliqui, de officio legati. Felinus in tractatu, quando litterę Apostolicę, limitatione 3. Æneas de Falconibus, de reseruationibus. q. 4. principali, effectu 14. vers. *idem, & multo fortius procedit*. Alphonsus Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. p. 1. cap. 24. num. 112. Mandosius in regula 1. quęst. 8. nu. 5. Cassadorus decis. 4. num. 2. de iurepatronatus. Couarruuias in practicis quæstionibus, cap. 36. num. 5.

Per solam enim simplicem collationem
7 † factam à Papa, censetur derogatum iuripatronatui Clericorum, absque alia derogatione. Cassadorus decis. 4. num. 11. de probation. & decisione finali, numero finali, de iurepatronat.

Sit & tertius casus, quando iuspatronatus est mixtum, partim laicale, partim Ecclesiasticum, & in isto casu, con-
8 cludo, quòd cessat † reseruatio nostrę reg. nec tale benefic. comprehenditur sub illa.

Quoniam licet prima fronte videbatur dicendum includi in regula nostra tale beneficium, vt tenuit Rota antiqua decisione 46. de concessione prębend. in antiquis, quam sequuntur Staphileus de litteris gratiæ, titulo de modo, & forma impetrandi. §. sed dubium est, num. 3. in paruis. Æneas de Falconibus, de reseruationibus. quęst. 4. principali effectu 18. ea ratione moti, quia iuspa-
9 tronatus Ecclesiasticum, tanquam † dignius trahit ad se laicale minus dignum, & pars Clerici trahit ad se partem laici. c. per tuas. cap. contingit, de arbitris. cap. 2. de consacratione Ecclesię, vel altaris. Et quia sæpe solet huiusmodi iuripatronatui mixto dero-
10 gari, † & sic arguendo ab vsu patrisfamilias
11 † videbatur tale beneficium iurispatronatus mixti inclusum in reseruatione, argum. l. Titia. §. qui Marco. ff. de annuis legatis, & l. Sempronio. §. fin. ff. de vsufruct. legato.

Nihilominus contraria opinio est verior, & tenenda. Nam in fauorabilibus, potius est
12 attendenda qualitas † laicalis, ne laicus propter Clericum perdat suũ priuilegium, hoc enim ęquũ est, quòd in re indiuidua nõ patia
13 tur quis † prędiudiciũ, ratione societatis, quę illi cum altero communis est: & ideo tale ius patronatus mixtum non cadit sub generalibus reseruationibus, vt expresse tenent Geminian. in c. vnico, in fin. lib. verbis, de iurepatr. lib. 6. Felin. in c. multorum. nu. 3. vers. *& ideo singulariter*, de Iudæis. Abbas in d. c. dilectus. n. 5. vers. *sed circa prædicta*, de off. legati. Cassador. decis. fi. ante n. 11. de probat. & decis. 7. de iurepatr. Selua de benefic. p. 3. q. 11. nu. 11. vers. *duodecima qualitas*, ibi, *licet illud ius præsentandi spectaret ad laicum, & Clericum simul*. Rocchus de Curte, de iurepatron. in verbo, *ius*, in 1. q. accessoria, 7. quæstioni princ. n. 23. vers. *contra istam conclusionem*. Lamber. in eod. tract. p. 3. lib. 2. q. 9. art. 9. in fin. Rebuff. in tractat. de nominationib. q. 15. nu. 7. Couarr. in pract. quęstionib. c. 36. sub n. 5. vers. *tertio opportune*. Mandos. in reg. 1. Cancell. q. 8. n. 6. Alphonsus Hojeda de incompatibilit. benef. p. 1. c. 24. n. 114. Gambar. de legat. lib. 3. n. 260. & fuit resolutum in Valentina beneficij Sancti Iacobi de anno 1577. coram Robusterio, quę est in impressis 574. num. 10. & per totam. p. 1. diuersorum, & in Firmana beneficij 13. Maij 1596. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.

14 Et loquendo in indiuiduo de regula † nostra fuit resolutum in Rota, teste Acchille de Grassis decisione 3. per totam, de iurepatronatus. & Puteo decisione 157. incipit, *dubitaui in vna Placentin.* num. 1. & per totam. lib. 3. vbi late respondetur ad dictam decisionem antiquam Rotę 46. de concess. prębend. in antiquis. Crescentius decis. 3. de iurepat. per totam. Verallus decis. 405. lib. 1. in manuscriptis, & fuit resolutum in vna Gerundien. beneficij 15. Decemb. 1599. coram R. P. D. meo Pegna Rotæ Decano doctissimo, & alias passim.

Quod tamen intellige, quando patroni lai
15 ci habent maiorem, vel saltim æqualem † partem vocum in dicto iurepatronat. mixto: secus tamen esset si pars vocum patronorum Ecclesiasticor. esset maior, & potentior, ac præponderaret vocibus laicorum, veluti si iuspatronatus ad vnum laicum, & ad duos Clericos spectaret: exemplum, si iuspatronatus pertineret ad Decanum alicuius Ecclesiæ, & ad Priorem Monasterij, & ad Prætorem laicum, certi loci; tunc vtique, vt arbitror, intrabit reseruatio nostræ reg. nam at-
16 tenditur maior pars prędominans. † l. quod maior. ff. ad municipalem. c. sedes. de rescriptis. l. sed & si rem. §. 1. l. quicquid. §. fin. ff. de acquirend. rer. dominio. Et semper à potentiori fit denominatio. l. quęritur. ff. de stat. hominum. Iason in l. 1. in principio. num. 21. ff. de verbor. obligation. Rolandus cons. 23. ex num. 26. volum. 1.

Vnde Felinus in cap. ex litteris. num. 3. de constitution. dicit vniuersitatem scholarium iudicari Ecclesiasticam, si ex maiore
17 parte † sunt Clerici, & è conuerso, quod prius dixerat Bart. in l. sodales. n. 14. & 15. ff. de collegijs illicitis, & plura in proposito legas per Lambert. de iurepatr. lib. 1. quæstione prima. artic. 7. num. 1. & per totum, & art. 10. num. 10.

Et quòd reseruatio comprehendat iuspatronatus mixtum, quando pro maiori parte est Ecclesiasticum, nobis scriptum reliquit Gambarus in tractatu de officio, & potestate legati, lib. 3. de potestate legati in conferen. benef. num. 368. vers. *fallit tamen*, cum multis sequentibus. Couarruu. in practic. quæstion. cap. 36. nu. 5. post medium, vers. *quod si iuspatronatus ad laicum vnum, & ad duos Clericos*. Crescentius decisione 3. in principio, de iurepatronat. & colligitur ex decis. 574. num. 7. 8. & 9. p. 1. diuers.

Rursus supradicta, quòd reseruatio regulæ nostræ non includat iuspatronatus laicale, seu mixtũ, intellige, quãdo tale iuspatronatus competit ex fundatione, constructione, seu dotatione, vel donatione facta, ab habente illud ex aliquo ex prædictis titulis. Nam reliqui patronatus compe-
18 tentes † ex præscriptione, consuetudine, vel priuilegio, vsurpatione, aut alio quocunque modo, non prodessent ad impediendam reseruationem nostræ regulæ.

Tum quia tales patronatus sunt hodie
19 † prorsus sublati, & abrogati per Concilium Tridentinum sessione 25. de reformatione cap. 9. dicit enim huiusmodi; *reliqui patronatus omnes in beneficijs, tam secularibus, quam regularibus, seu parrochialibus, aut dignitatibus, aut quibuscunque alijs beneficijs, in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, seu facultates, & priuilegia concessa, tam in vim patronatus, quam alio quocunque iure nominandi, eligendi, præsentandi ad ea cum vacant (exceptis patronatibus super Cathedralibus Ecclesiis competentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu Regna possidentes, aliosque sublimes, & supremos Principes (iura Imperij in dominijs suis habentes) pertinent, & quæ in fauorem studiorum generalium concessa sunt, in totum prorsus abrogata, & irrita, cum quasi possessione inde secuta, intelligantur.*

Tum etiam, quia tales patronatus ex præscriptione, consuetudine, vel priuilegio, &c. etiam ante Concilium Tridentinum in-
20 cludebantur in reseruationibus. † Cassadorus decis. 4. num. 5. de probation. & decisione 7. num. 5. de iurepatron. Aimon cons. 63. nu. 60. Æneas de Falconibus, de reseruationib. quæst. 4. princip. effectu 14. vers. *idem si iuspatronatus competit ex priuilegio*. Rocchus de Curte, de iurepatronatus, verbo, *honorificum*, quæst. 3. num. 12. Couarruuias plures adducens in practicis quæstionibus. cap. 36. num. 6. Flaminius Parisius de resignatione. lib. 2. quæst. 4. num. 51.

Et propterea, quòd regula nostra comprehendat in sua reseruatione beneficia de iurepatronatus laicali, quæ non sunt ex fundatione, dotatione, aut constructione; sed ex priuilegio, vel præscriptione fuit in spe-
21 cie † resolutum in vna Pampilonen. parrochialis de Zigaq; 18. Iunij 1551. coram Achille, & postea in Cæsaraugustana parrochialis 10. Iunij 1596. coram Gypsio, & nouissime in vna Cæsaraugustana Parrochialis de mense Iunij huius anni 1603. coram Illustrissimo Card. Pamphilio, & in Firmana beneficij 13. Maij 1596. coram eodem. Ac nouissime in Compsana iurispatronat. 23. Ianuarij 1604. coram R. P. D. meo Litta, & in Valentina Parrochialis de Carlet. 4. Iunij 1602. coram R. P. D. meo Lancellotto. Rota etiam decis. 415. lib. 3. p. 3. diuersor. vide tamen inferius à num. 93.

Hinc sequitur, quòd ad excludendam reseruationem nostrę regulę, ratione iurispatronatus laicalis, seu mixti, oportet docere de iurepatronatus ex fundatione, vel
† 1 constructione, aut dotatione; ita vt quamuis alias sit consideranda ad effectum præ-
22 sentationis sola quasi possessio. † cap. consultationibus, de iurepatronatus. cap. querelam, de electione. cap. cum olim, de causa possess. Rota decis. 7. de iurepatronat. in nouis, & decis. 14. eodem titulo, in antiquis, & decisione 49. de rescriptis, in antiquis, ac plene dicam in glossa 45. §. secundo, per totum.

Tamen hodie post Concilium Tridentinum in dicto cap. 9. non sufficit docere de
23 quasi possessione, † nisi doceatur de legitimo titulo. Ratio est, quia per dictum Concilium derogatur, non solum titulo; sed etiam quasi possessioni cuiuscunque iurispatronatus, aliter acquisiti, quam ex fundatione, constructione, vel dotatione: & ideo vt quasi possessio possit suffragari, est docendum de titulo legitimo, ita declarauit Sacra Concilij Tridentini Congregatio, dicens.

Quasi possessio præsentandi non est hodie post Conc. Trid.

Hoc decretum Concilij habet locum in petitorio, & in possessorio. Vnde admittenda non est præsentatio, aut præsentati institutio facienda; nisi prius verificato iurepatronatus ex decreto Concilij.

Quòd etiam tenuit Rota in vna Reatin. iurispatronatus 28. Octobris anni 1587. coram Robusterio, & in Auximan. iurispatronatus 25. Maij 1595. coram R. P. Domino meo Mellino integerrimo Rotę Auditore, & aliàs sæpe, & in Romana Parrochialis 21. Ianuarij 1600. coram Reuerendissimo D. Episcopo Pacen. & in d. causa Compsana iurispa-

iurispatronatus 23. Iunij 1604. coram R. P. D. meo Litta. Vbi etiam fuit resolutum cessare manutentionem, & alia quæcunque remedia possessoria, quandiu prætensus possessor iurispatronatus non docet de titulo: minimeque posse talem possessionem suffragari aduersus reseruationem regulæ nostræ, illam inficientis, vt dicam latius in glos. 31. & 67. Qui enim prætendit suum iuspatronatus esse ex fundatione, dotatione, aut constructione
24 probare tenetur. † Mohedanus decis. 20. n. 2. de iurepatronatus. Caputaq. decis. 132. n. 1. p. 2. vbi probatur, quòd ad effectum annul-
25 landæ pensionis, † ex eo quòd fuit reseruata super beneficio iurispatronatus laicalis, tenetur probare, quòd sit ex fundatione, vel dotatione.

Si vero semel vacatio contigerit, & Patronus laicus, seu mixtus præsentauit, & coram Ordinario docuit de suo iurepatronatus, iuxta formam dicti Concilij, & præuia causæ cognitione, ac seruatis seruandis, Ordinarius semel approbauit dictum iuspatronatus, & instituit præsentatum; tunc quamuis postea multoties idem beneficium
26 vacare contingat, non tenetur amplius † de titulo, saltim in possessorio iudicio docere, licet de eodem iurepatronatus controuertatur; sed sufficit patrono quasi possessio, quam habet; ita censuerunt Illustriss. Concil. Trid. Interpretes dicentes.

Item censuit Sacra Congregatio, non posse repelli à sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione super iurepatronatus post Concilium, Ordinarius à patrono præsentatum admisisset, etiam si post obitum eiusdem præsentati de validitate iurispatronatus contigerit dubitari; secus autem si simpliciter patroni præsentatio, absque causæ cognitione admissa fuerit.

Et postea subdit eadem Congregatio Sacra.

Item censuit, tunc demum debere intelligi adhi-
27 *bitam fuisse causæ cognitionem † in probando iurepatronatus, cum seruata fuit forma à Concilio tradita.*

Aliter namque, si in quacunque vacatione teneretur patronus de nouo de suo iure-
28 patronatus docere, nunquam daretur † litium finis, vt in hoc proposito tradit praxis Archiepiscopalis Neapolitana. c. 63. num. 3.

Non autem sufficit docuisse de fundatio-
29 ne, vel dotatione † ante Concilium, vt similiter dixit Sacra Cnngregatio Concilij.

30 Forma autem † probandi titulum iurispatronatus ex fundatione, constructione, aut dotatione assignatur ab eod. Conc. Trident. in d. c. 9. sess. 25. de reformatione in principio, dum dicit.

Decernit Sancta Synodus, vt titulus iurispatronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs à iure requisitis ostendatur, siue ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasue secundum iuris dispositionem. In his vero personis, seu Communitatibus, vel Vniuersitatibus, in quibus id ius plerumque ex vsurpatione potius quæsitum præsumi solet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur, nec immemorabilis temporis probatio, aliter eis suffragetur, quam si (præter reliqua ad eam necessaria) præsentationes etiam continuatæ, non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probetur. hactenus Concilium Tridentinum.

Itaque dictum Concilium distinguit mo-
31 dum † probandi titulum iurispatronatus, in personis priuatis, ab alijs personis magnatibus, Communitatibus, seu Vniuersitatibus, in quibus vsurpatio præsumitur.

Et quoad personas priuatas assignat
32 tres modos † probandi iuspatronatus. Primum ex authenticis instrumentis fundationis, vel dotationis. Nam
33 ex fundatione, aut dotatione † acquiritur iuspatronatus. cap. filijs. c. piæ mentis, & ibi glossa 16. q. 7. cap. 3. de iurepatronatus, latè Lambertinus post alios lib. 1. p. 1. q. 2. & 5. per omnes articulos illarum. Et eo ipso, quòd docetur de fundatione, aut dotatione per authentica documenta, & instrumenta
34 resultat † clarissima probatio.

Quia authentica documenta dicuntur il-
35 la, quorum probatio dicitur authentica, † & manifesta. c. 1. & ibi notant omnes, de fide instrument. Socin. Senior cons. 2. n. 2. volum. 3. Decius cons. 423. n. 10. Parisius cons. 54. n. 3. & cons. 104. num. 63. volum. 1. Rolandus à Valle, cons. 1. num. 30. libro 1. & cons. 40. num. 8. libro 2. Ioannes Gutierrez consilio 6. num. 4. & 5.

36 Necnon dicitur probatio probata. † Bald. in l. interesse. C. de solution. Caputaquen. decis. 421. num. 1. p. 2. & decis. 256. num. 5. p. 3. Roland. consilio 76. num. 8. & consilio 79. numero 49. lib. 1.

Adduntur etiam illa verba, *& alijs à iure requisitis*, † ad denotandum, quòd ad hoc, quòd
37 talia documenta authentica probent, debẽt continere omnia requisita à iure necessaria,
38 † tam in confectione, & celebratione; (quæ requisita cumulat plenè Felinus in c. 1. de fide instrum. à n. 2. vsque ad nu. 18. Parlador. lib. 2. rer. quotidianarum. c. 20. per totum.) Quam etiam in extractione, & compulsa-
39 tione, † in qua sunt necessaria octo requisita, quæ congerit Abbas in capit. cum P. Tabelio, numero primo, de fid. instrumentor. Auiles. in cap. 19. prętorum. glossa, *trasladen*, Couarruuias in practicis quæstion. cap. 21.

Qualiter probetur hodie iuspatronatus quoad personas priuatas.

per totum. Menochius de arbitrarijs,lib.2. cent.2.casu 187.per totum.

Necnon est citanda pars ad dicendum con
40 tra iura † tempore productionis. Nam alias talia instrumenta non probant, nec dicuntur de actis. Rota decis.1.n.3.de fide instrumen. in nouis. Caputaquen.decis.99.n.1.p. 2.& decis.117.n.5.p.3.Cæsar de Grass. decis. 16.n.4.de probationibus. Felin. in cap quoniam contra.num.40.de probation.Cassadorus decis.8.num. 6.de rescriptis, & decis.12. num.12.super regulis.

Ac etiam sunt recognoscenda post produ-
41 ctionem, † si de illorum fide opponatur, vt per Doctores in c. 1. de fide instrumen. tradunt Oldrad.cons.227.n.6.Socinus cons.32. vers. *secunda conclusio*, libro primo. Parisius consilio 115.num.4.& 5.lib.5. Caputaquen. decis.99.num.2.p.2.

Licet in instrumentis antiquis, vltra 70. annos talis recognitio non sit necessaria.
42 †Caputaquen.decisione.5.p.3. Puteus decis. 151. lib. 1.

43 Neque in alijs casibus, de quibus † per eundem Puteum decisione 359. lib. 2. Boherium decisione 154. num. 5. Felinum in capit.post cessionem,à numero 8.cum sequentibus, de probationibus, vbi ponit duodecim fallentias. Parladorum li.2.rerum quotidianarum. cap.finali. §. 11. ampliatione 3. num. 15. cum sequentibus, de qua recognitione, Deo dante, loquar in glossa 64. super verbo, *recognitis*.

Secundum modum probandi titulum iurispatronatus in personis priuatis assignat Concilium in dicto c.9. in vers. *siue ex multiplicatis, &c.* nempe per multiplicatas præsentationes à tempore im-
44 memorabili, † siue per præscriptionem immemorabilem præsentandi:Qua probata, potest allegari fundatio, & dotatio, & alius
45 melior titulus † de mundo. c. super quibusdam. §. præterea, & ibi gloss. de verborum signific. Rota decis.4. num.2. de testibus, in antiquioribus Besigneti. Gozadinus cons.8. num.37.Bertrandus cons.120.nu.3.volum.2. Parisius cons.111.num.43.& 49. & cons.27.n. 77. volum. 1. plenissime Antonius Gabriel lib. 5. commun. opinion. titulo de præscriptionibus. conclusione 1.ex num.44. cum sequentibus. Puteus decisione 205.numero 2. & 3. lib.1.Rota moderna decis.717.nu.2.p.1. diuers, tradit optime in materia nostra Acchil.de Grass.decis.4.de iurepatron. vbi allegat infinitos.Mohedan.decis.3. eod. tit. de iurepatron. Rota decis.199.nu.5.p.1.diuers. & fuit resolutum in Mediolanen. iurispatr. 21. April.1589.coram Comitulo.Hieron.Gabriel cons.88.n.17. cum sequen.lib.1.

Quod procedit, licet neque per instrumenta præsentationum, neque per testes de immemorabili deponentes, nulla fiat enun-
46 ciatio, † nec mentio de fundatione, vel dotatione, vt declarauit Concilij Tridentini Sacra Congregatio in hęc verba.

Iuspatronatus ex solis præsentationibus continuis, vltra hominum memoriam probatur; licet in eis nulla fuerit facta mentio de fundatione, aut dotatione.

Prout etiam tenuit Rota,teste Acchile de Grassis decis.4.n.7.de iurepatronatus. Rota decis.792.n.11.p.1.diuers.

47 De qua materia † dictę præscriptionis, seu consuetudinis immemorabilis, & quomodo sit articulanda, & probanda, & per quos testes, & quantum sit tempus immemorabile, ac alia ipsam materiam concernentia, vltra glossam, & Doctores in cap. 1.de prescriptionibus. lib.6.& l.41.Tauri, ac vtrobique scribentes. vide plene per d. Antonium Gabrielem in d. tit. de prescriptionibus, conclus.1.per totam,& prȩsertim à n. 71. vsque ad finem. Balbum de prescriptionibus.2.p.3.partis.q.6.à nu.12. cum sequentibus. Couarr.in reg.possessor.2.p.§.3.nu.6. & 7. Molinam de primogenijs Hispanorum. lib.2.cap.6.per totum illud, ac vide, quæ dicam in glos.33.

Immemorabilis cõsuetudo quando literaliter articuletur, & probetur.

Non tamen omitto, quòd si constaret de iniusto, & inualido titulo, & infecto principio; tunc quidem non suffragaretur immemorabilis, † quamuis legitime sit probata,
48 vt censuit Sacra Concilij Tridentini Congregatio 2.Aprilis 1572.& tradit Flaminius Parisius in tractatu de confidentia, numero 28. sub numero 240. vers. *& illud non prætermittam*, & late decisio Veneta Thom.Tribij 55.numero 69.cum sequentibus libro secundo. Couarruuias in regula possessor. secunda parte, §. tertio, numero septimo ante finem. Molina de primogenijs Hispanorum, libro secundo, capit.sexto, ex num. 60. vsque 74.

Ratio est, quia cum constet de veritate infecti principij, & sic simus in claris,cessat
49 præsumptio, † quæ ex immemorabili resultat præscriptione, vt tradunt Aimon consil. 134.n.24. Caputaq.decis.304.nu.1. & decis. 314. per totam p.3.Crescen.decis.21.n.4.de probation. Puteus decis. 189 n.5.lib.1.& decis.221.lib.3.& decis.436.lib.2. Couarru. in regula possessor.2.p.§.3.num.7.de regul. iuris, in 6.decisio Veneta, vbi proxime. Rota decis.731.ex num.18.p.1.diuersor.

Tertius modus probandi iuspatronatus in personis priuatis elicitur ex illis verbis d. cap. 9. ibi, *aliasue secun-*
50 *dum iuris dispositionem*, quæ verba † possent referri ad immemorabilem prȩscriptionem, de qua, verba prȩcedentia loquuntur,

hoc

hoc est, quòd dicta immemorabilis probetur, secundum alia requisita iuris communis; Non autem ad nouum modum probandi dictum titulum. Sed ista interpretatio non videtur admittenda, quia esset nimis restringere probationem tituli in personis particularibus, atque etiam sequeretur, quòd excluderetur titulus ex constructione, vel saltim daretur dubitandi occasio: cum aliàs dicatur, quòd omnis dispositio loquens de fundatione, vel dotatione, ex identitate rationis extenditur ad constructionem, vt plene per Cassadorum decis. 6. num. 1. & per totam, de iurepatronatus, & statim dicam nu. 52.

Quocirca dicta verba intelligenda videntur de alijs legitimis modis probandi titulum, scilicet, fundationis, dotationis, aut constructionis, prout de iure communi disponitur. Nam illud verbum, *aliàs*, significat
51 idem, quòd alio modo, † Bartol. in l. 1. num. 22. ff. de condition. & demonstrationibus. Caputaquen. decis. 210. nu. 5. p. 1. Puteus decis. 170. in fine. lib. 3. & dixi in gloss. 14. num. 87. & latius in gloss. 49.

Vnde si probatur titulus constructionis, quamuis non exprimatur expresse à Concilio, nihilominus sufficeret, † & satisfactum
52 esset illius dispositioni. Nam non minus acquiritur iuspatronatus ex constructione, quam ex fundatione, & dotatione, gloss. 1. vers. *efficitur autem*, in cap. piæ mentis 16. q. 7. cum adductis per Lambertinum. lib. 1. p. 1. q. 2. articulo 2. num. 1. cum sequentibus. Caputaquen. decis. 133. p. 2. Rota decis. 598. num. 1. p. 1. diuersor. Cassadorus melius decis. 6. n. 7. & per totam, de iurepatron.

Aliud tamen est in reparatione, seu reædificatione, quia tunc non acquiritur iuspatronatus, nisi reædificatio esset adeo neces-
53 saria, quòd Ecclesia esset † omnino diruta, & noua egeret consacratione. gloss. in cap. quoniam, verbo, *fundationis*, de iurepatron. Rocchus de Curte, de iurepatron. verbo, *construxit*. q. 8. n. 12. Lambert. p. 1. lib. 1. q. 6. principali, art. 31. num. 11.

Prout etiam qui ex dotatione de nouo facta, prætendit acquirere iuspatronat. debet docere, dotem primam fuisse reductam de esse, ad non esse. Feli. in c. venerabilis. n. 37. de exception. Rocchus vbi sup. verbo, *dotauit*. q. 3. n. 5. Beroius cons. 4. n. 26. vol. 1. Et fuit decisum in vtroq; casu, in vna Sarzanen. benef. 5. Iulij 1599. coram R. P. D. meo Mellino, & in Placentina Parrochialis vlt. Ianuar. 1594. coram Orano, & in Compsana iurispatron. 23. Ianuar. 1604. coram R. P. D. meo Litta.

Sic in terminis dicit Flamin. Parisius de confidentia. quæst. 28. num. 240. ad finem, vers. *& illa verba posita*, quòd præfata verba, *aliasue secundum iuris dispositionem*, includunt probationem constructionis.

Ex quo primo infertur etiam, quòd Concilium Tridentinum nihil
54 † innouauit, nec immutauit in d. c. 9. quoad modos probandi titulum iurispatronatus, ex fundatione, dotatione, aut constructione in personis priuatis, & particularibus; sed dum taxat, quoad personas potentes, & magnates, communitates, & vniuersitates, vt firmauit Rota in vna Sabinen. beneficiorum 15. Decembris 1581. quæ est decisio 199. nu. 5. vers. *& quamuis verum sit*, p. 2. diuersorum, & decis. 331. num. 1. eadem p. 2. diuersorum, & decisione 798. sub nu. 4. vers. *non obstat Concilium Tridentinum*, p. 1. diuersor. Vbi etiam di-
55 citur, quòd Capitulum † Ecclesiæ Cathedralis non comprehenditur inter personas magnates, aut vniuersitates, in quibus præsumitur vsurpatio.

Secundo infertur pari ratione, quòd hodie post Concilium, personæ particulares possunt probare dictum iuspatronatus, per famam † fundationis, aut
56 dotationis, vel constructionis, iuncta longissima quasi possessione, sicut & ante Concil. probari poterat. Cassad. decis. 3. de probat. Acchilles de Grass. decis. 7. & 8. per totas, de iurepatronat. Put. decis. 140. 6. *Iulij*. lib. 1. Aimon. cons. 322. n. 2. Bursatus cons. 324. n. 8. & 10. Mascardus de probat. conclus. 959. incipit, *iurispatronatus*. n. 20. Rota decis. 792. n. 1. & sequen. p. 1. diuersorum, & fuit resolutum in Aretina Cappellaniæ 16. Decembr. 1598. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & alias sæpe.

Tertio infertur, quòd similiter possit probari a persona particulari dictus titul. iurispatronat. per præscriptio-
57 nem quadraginta † annorum, cum titulo colorato. Nam ista probatio tantum valet, quãtum immemorabilis. c. 1. de præscription. lib. 6. c. 2. de restit. spoliat. eod. lib. c. cum personæ. §. quod si tales, de pruileg. lib. 6. gl. verbo, *iustus titulus*, in c. si diligenti, de præscription. & ibi Abb. n. 33. Felin. n. 7. & 11. Balbus de præscriptionibus 2. p. 3. p. principalis. q. 6. nu. 11. Molina de primogenijs, lib. 2. cap. 6. num. 52. cum sequentibus.

Quarto infertur, quòd hodie, quoad personas priuatas admittantur
58 omnes probationes † tituli, ex fundatione, dotatione, vel constructione, quæ ante Conc. admittebantur, de quibus videas plene per Mascard. in d. conclus. 959. incipienti, *iurispatronatus*, per totam.

Quinto infertur, quòd quando non agitur de iurepatronatus contra Ordinarium, contra quem ius commune resistit, sed contra alium tertium, prætendentem iuspatron. vel inter plures præsentantes,

59 longe minores probationes † sufficiunt, quam si ageretur contra Ordinarium, vt fuit resolutum in vna Pampilonen. beneficij de Ianzi. 10. Aprilis 1595. & 20. Nouembris eiusdē anni coram Illustriss. Mantica, & alias sæpius. Cassador. decis. 1. n. 1. de probationibus. Mohedanus decis. 5. de appellationibus num. 3. post medium. Caputaq. decis. 137. nu. 1. & 2. p. 1. Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 93. vers. *sexto quæritur*, in fine, de causa possessionis.

60 Sexto infertur, quòd quando agitur incidēter de probando † iurepatronatus, veluti de verificanda narratiua contenta in gratia Apostolica, quòd beneficium sit de iurepatronatus laicali: quamuis debeat verificari d. narratiua, aliàs gratia erit
61 nulla. † Puteus decisione 120. & decisione 404. lib. 2. & decis. 36. lib. 3. Cassadorus decis. 7. de iurepatronatus. Mascardus de probationibus, concl. 177. per totam. Tamen pro verificatione illius, leuiores probationes sufficiunt, vt fuit resolutum in Romana Parrochialis 21. Ianuarij 1600. coram Reuerendissimo Domino Episcopo Pacen. & aliàs sæpius. Quia semper, quando tractatur de aliquo articulo, non principaliter, & de directo; sed incidenter sufficit minor, & se-
62 miplena † probatio. Rota decis. 3. de probationibus, in nouis. Cassadorus dicta decis. 1. in principio, eodem titulo. Ægidius decis. 570. Rota decis. 803. num. 1. parte 1. diuersorum, & dixi in glossa 45. §. secundo ad finem.

Iuspatronat. magnatorum qualiter probetur.

Descendendo nunc ad modum probandi iuspatronat. ex fundatione, dotatione, aut constructione in Magnatibus, Vniuersitatibus, & Communitatibus, in quibus id ius præsumitur
63 † acquisitum ex vsurpatione. Anton. de Butrio in cap. dilectus, vers. *quæro secundo*. nu. 12. de officio legati. Rocchus de Curte, de iurepatronatus, verbo, *ipse*, *vel is*, prope finem, vers. *pro hac etiam opinione*. Mohedanus decis. 10. num. 2. de iurepatron. Caputaquen. decis. 128. n. 1. p. 2. Acchilles de Grassis decis. 4. num. 4. de iurepatronat. Puteus decis. 59. num. 1. lib. 1. & fuit dictum in vna Paduana iurispatronat. vltima Maij 1591. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino. & in Melphen. iurispatronatus 19. Ianuarij 1598. coram Illustriss. Cardin. Mantica, & in Comprana iurispatronatus 23. Ianuarij 1604. coram R. P. D. Litta, & adde Gregor. Lopez in l. 6. gl. verbo. *deuenlos seruir*, tit. 25. Partit. 4.

In his enim personis, & communitatibus Concilium Tridentinum in dicto c. 9. voluit, quòd quando non doceretur per authentica documenta de ipsamet fundatione, dotatione, aut constructione: quòd vltra immemorabilem præscriptionem, seu consuetudinem, quam omnino probare tenentur: insuper docere debent per authenticas scripturas de præsentationibus continuatis, & effectum suum sortitis, per tempus conti-
64 nuum † quinquaginta annorum. In hac enim parte Concilium Tridentinum addidit
65 iuri † communi, & illud immutat, ex quo sola probatione immemorabili non contentatur, vt dixit Rota decisione 199. num. 5. & decisione 331. numero secundo, parte secunda diuersorum.

DICIT enim Concil. *in his vero personis, vniuersitatibus, seu communitatibus, &c.* perso-
66 næ istæ sunt † omnes domini Ciuitatum, Castrorum, aut locorum, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alij quilibet Domini, perpetuam iurisdictionem habentes, vt censuit Sacra Congregatio Concilij per hæc verba.

Congregatio censuit Barones, & alios Dominos, iurisdictionem perpetuam habentes comprehendi in hoc decreto.

Fuit etiam resolutum in vna Sabinen. beneficiorum 15. Nouembris 1582. coram Sanctissimo D. N. Clemente VIII. Flamin. Parisius in tract. de confidentia. q. 28. nu. 143. vbi etiam dicit habere locum in Episcopatibus
67 possessis † per Cardinales: & quòd etiam procedit quamuis dicti Domini recognoscant superiorem.

Et pari ratione idem disponitur in vniuer
68 sitatibus, & Communitatibus † propter illarum potentiam. Puteus decis. 205. in principio, & per totam. lib. 1. Quod etiam procedit, quamuis Vniuersitas sit parua, vt fuit dictum in vna Bononien. iurispatronatus de Barignana 20. Martij 1585. coram Gypsio, & in nullius Archipresbyteratus 2. Maij 1588. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio. Licet secus esset, si non tota
69 Vniuersitas; sed certa pars † illius prætenderet iuspatronatus, vt sacra Congregatio nouissime declarauit.

Vnde non erunt in hoc casu legitimi te-
70 stes, personæ † Vniuersitatis, nec subditi dictorum Dominorum, ad probandum iuspatronatus ipsius Vniuersitatis, vel Domini. Caputaquen. decisione 136. parte secunda. Parisius in dicta quæst. 28. num. 252. & fuit resolutum in vna Forosemproniani, seu nullius Parrochialis 15. Decembris 1593. coram Illustriss. Card. Pamphilio. Quòd videtur esse de mente d. Concilij Tridentini,
71 propter potentiam, † & dominationem, quā vniuersitas habet super personis illius, & Dominus super suis vassallis, & subditis, quicquid in oppositum dicat auctor praxis Archiepiscopalis Neapolitanæ capit. 63. motus ex regulis generalibus, quia in hac

hac re sumus in speciali casu, & tãquam in ta
72 li † Concilium exigit insolitas, & exactas probationes, nec contentatur cum probationibus, quę de iure communi admittuntur,

Etenim exigit Concilium pręsentationes continuatas per quinquaginta annos, & ideo
73 oportet, quòd nulla adsit interpolatio; † nisi quòd in omnibus vacationibus contingentibus, vna præsentatio sequatur alteram: nam
74 ita ostendit illud verbum *continuate*. † cap. accedentibus iuncta glossa 1. in fine, de priuilegijs. Speculator titulo de probationibus. §. 1. incipit *probare*, num. 32. & 33. late Marcus Antonius Bardus in tracta. de tempore vtil. cap. 2. num. 1. & cap. 8. Stephanus de Federicis de interpretatione iuris, parte prima, num. 126.

Quo fit, vt si nõ adesset dicta continuatio, non sufficerent præsentationes centum, nec
75 ducentorum, †& amplius annorum, cum forma dicti Concilij non seruaretur. Quoniam Conc. in hac parte assignat certam formam,
76 † quę est præcise seruanda l. non aliter. ff. de legatis 3. cap. cum dilecta, vbi late Felinus de rescriptis, cap. si cui de non sacerdotali, de præbendis, lib. 6. Parisius cons. 12. num. 47. & cons. 15. num. 23. volum. 2. Rota decis. 13. nu. 2. de conces. prębend. in nouis, & decis. 8. de dolo, & contumacia, in nouis.

77 Ita quòd, si in minimo deficiat † forma, nihil actum dicatur, & totus actus corruat. Felinus in d. cap. cum dilecta, nu. 10. de rescriptis. Mohed. decis. 17. n. 1. de caus. possess. Caputaq. decis. 250. p. 1. & decis. 143. n. 5. p. 3. Mandosius in regula 27. quęst. 20. a nu. 16 & num. 17.

78 Et ad vnguem † est seruanda. Decius cons. 532. num. 4. & 5. Tiraquellus de retractu conuention. §. 4. gloss. 6. num. 31. cum sequentibus.

QVOD autem assignetur pro forma, quòd
79 ista probatio fiat per scripturas, † declarauit Sacra Congregatio Concilij in hæc verba.

Congregatio communi omnium consensu censuit, requiri pro forma, vt probatio fiat per authenticas scripturas, & regulam esse constituendam, quòd probatio per testes non sufficiat.

Hinc est, vt quatenus dictum Concilium disponit, quòd doceatur de istis continuatis pręsentationibus quinquaginta annorum, per authenticas scripturas, nullatenus sufficeret, si per testes probarentur, deficienti-
80 bus † scripturis, vt fuit in terminis resolutum in Rota in vna nullius Archipresbyteratus 2. Maij 1588. coram Illustriss. Pamphilio, & in alia Forosempronian. seu Nullius 15. Decembris 1593. Rota decis. 199. nu. 4. par. 2. diuers. vbi rationem assignat, quia Concilium de testibus omnino non confidit,

81 † quando agitur de iurepatronatus harum personarũ, & vniuersitatum: & propterea nõ sibi satisfieret, si istę pręsentationes probarẽ tur per testes, seu ęquipollens, & non per scri pturas; sed voluit vtramque probationem, testium, & scripturarum, quòd fuit etiam nouissime decisum in vna Sorana beneficij 28. Aprilis anni 1603. coram Illustrissimo Pamphilio.

Ex quibus dubito de veritate opinionis moderni auctoris praxis Archiepiscopalis d. cap. 63. num. 12. dum tenet, quòd si per te-
82 stes probaretur esse deperditas † scripturas, & deponerent de tenore illarum, in quibus continebantur continuatę pręsentationes, quòd tunc satisfieret menti Concilij per tex. in cap. cum olim essemus, de priuilegijs. Quoniam eo ipso, quòd Concilium non confidit de testibus, consequenter etiam remanet excluśa ista probatio: nam aliter de fa-
83 cili eluderetur † dispositio dicti Concilij, quòd etiam sensit Rota in Sabinen. Iurispat. 15. Nouembris 1582. coram S. D. N. Clem. VIII. & in dicta causa Forisempronian, seu Nullius.

Vnde si non probaretur ex eisdem scriptu ris authenticis, quòd omnes prędictę prędentationes continuatę sortitæ fuerunt effectũ,
84 prout Concilium disponit, non releuaret † talis probatio. Rota in d. decis. 199. num. 3. p. 2. diuersorum, & in Sabinen. beneficiorum 15. Nouembris coram S. D. N. Clemente VIII. tunc Rotę Auditore.

ET TVNC dicũtur prędętationes sortiri ef
85 fectum, † quando Ordinarius illarum vigore instituit prędentatũ à patrono, & prędętatus, & institutus acceptauit, possessione subsecuta. Calderinus cons. 12. de iurepatron. Caputaquen. decis. 131. nu. 1. & 2. & decis. 418. par. 2. Crescentius decis. 5. de iurepatronat. Oldradus cons. 229. numer. 2. Rota decis. 147. num. 1. & decis. 167. nu. 1. par. 1. diuersorum, & latius, Deo dante, explicabo in glossa 45. §. 3.

INTER sex requisita necessaria ad acquirendũ quasi possessionem prędentãdi, vnum, & potissimum est, quòd prędentatio effectum
86 † habuerit; non autem euanuerit, vt Calderinus in dicto cons. 12. de iurepatron. Ripa in capite cum Ecclesia Sutrina, numero 92. & 92. de causa possession. Caputaquen. decis. 337. numero secundo, & decis. 338. & decis. 339. num. 1, par. 2. Rebuffus in concordata, in rubrica de annatis, verbo *possessionem*. Puteus decis. 136. num. 3. lib. 3. & fuit resolutum in vna Pampilonen. prędeminentiarum corum Illustriss. Pamphilio, sub 17. Aprilis 1592: & de alijs requisitis loquar, Deo dante, in gl. 45. §. 2.

Adde etiam, quòd quando constat de mul

tipli-

tiplicatis, & continuatis prę ſentationibus longiſsimi temporis, & quòd per vacationem ex perſona vnius præſentati, prę ſentatur † alius, tunc eo ipſo conſtat illas ſortitas fuiſſe effectum, vt loquendo in terminis Conc.Trid.dixit Rota deciſ.545.nu.2. & per totam.p.1.diuerſorum. 87

Rurſus adde, quòd iſtud tempus quinquaginta annorum non requiritur, quòd ſit ſeparatum à tempore conſuetudinis immemorabilis; ſed poteſt eſſe incluſum † in illo, & de eodem tempore, vt ex verbis Concilij colligitur, & notat praxis Archiepiſcopalis d.c. 63.num. 11. 88

Prout etiam non requiritur, quòd dicta immemorabilis probetur de tempore ante Concilium Tridentinum: ſed ſufficit, quòd probetur de tempore ante controuerſiam, † de qua agitur, vt ipſius Concilij Triden. interpretes cenſuerunt dicentes. 89

De prę ſẽtatione ad iuſpatronat. non fit illatio.

Congregatio cenſuit, vt ad conficiendam immemorabilem concurrant anni elapſi, vſque ad terminum controuerſiæ motæ, & non tempus decurſum, vſque ad publicationem Concilij tantum attendendum ſit.

ADVERTENDVM etiã eſt, quòd quãuis Parrochiani ex antiqua conſuetudine præſentauerint Epiſcopo Rectorem gratum, vt illum prouideat, & ſemper ſolitus fuerit prouideri ad preces, & ſupplicationem illorum: non propterea † ex hoc competit dictis Parrochianis aliquod iuſpatronatus; ſed dumtaxat eſt quædam honorantia nominandi ſibi Rectorem beneuolum, & gratum. Ita conſuluit Dominicus Geminian. conſ. 45. incipit, *conſuetudo eſt Mutinæ*. nu. 4. Decius conſ. 129. incipit, *& pro tenui*. ſub num. 2. verſ. *tertio reſponderi poteſt*. Ferrettus plene conſ. 33. nu. 4. & conſ. 212. num. 4. pro quo bene faciunt ea, quæ dixi in gloſſa 4. num. 164. cum tribus ſequentibus. Et ſecundum hæc eſſe intelligendam conſuetudinem † Mediolanen. vbi ad petitionem Parrochianorũ inſtituuntur Rectores, ſcripſit Rocchus de Curte de iurepatronatus, verbo *competens*, ſub quæſt. 15. nu. 60. & Lambertinus in eodem tract. lib. 1. p. 1. quęſt. 10. artic. 8. nu. 4. & in eadem q. 10. art. 5. nu. 21. & num. 47. verſ. *limita ſeptimo*. 90 91

Nec ſequitur, competit mihi ius præſentandi, † ergo habeo iuſpatronatus, vt ſcripſi in gl. 45. §. 2. nu. 18. & ita ſæpe reſpondi. Maxime quando redditus Eccleſiæ, & beneficiorum dumtaxat conſiſtunt in Decimis, & primitijs de iure diuino debitis. 92

INSVPER addo, quòd quãuis reſeruatio regulæ noſtræ comprehendat regulariter omnia beneficia de iurepatronatus ex priuilegio, vt ſuperius, num. 18. tradidimus. Tamen quando in priuilegio ſunt ampliſſima verba continentia, quòd tale iuſpatronatus habeatur perinde, ac ſi ex vera dotatione, & fundatione competeret, & quòd niſi de toto tenore, & data præſentium plena, ſpecifica, & indiuidua, & expreſſa, de verbo ad verbum, non per clauſulas generales idem importantes, mentio fiat, & priuilegiati ad id accedat conſenſus, derogari non poſſit, nec derogatum cenſeatur: tunc non intrabit † dicta reſeruatio, vt fuit reſolutum in vna Aſtoricen. Archidiaconatus 19. Martij 1576. coram Illuſtriſſimo Seraphino, vbi fuit reſolutum, quòd indultum Marchionis Aſtoricen. continens clauſulas ſupradictas, non erat † derogatum per regulam reſeruatoriam Pauli Quarti, & ponderatę fuere optime omnes clauſulæ dicti indulti, & in fine dicitur, quòd idem fuerat deciſum in eadem cauſa per alias antiquas deciſiones, quę deciſio eſt in impreſsis 137. p. 1. diuerſorum, & deciſ. 468. num. 1. & per totam, & deciſ. 530. in fine, p. 1. diuerſorum: Idem etiam fuit deciſum in alia Aſtoricen. Canonicatus 17. Maij 1579. coram Illuſtriſſ. Lancellotto, quæ eſt in impreſsis deciſ. 304. p. 2. diuerſorum. Et ratio aſſignatur per dictas deciſiones, quia in hoc caſu conſideratur iuſpatronatus, tanquam ex mera fundatione, & dotatione †, & ceſſat dicta reſeruatio, ex defectu voluntatis, ac intentionis Papæ, ex quo in regula reſeruatoria non fit talis derogatio, & de conſenſu priuilegiati; prout in tenore priuilegij exprimitur. 93 94 95

Sicut etiam præſeruatur aliud ſimile indultum conceſſum à Pio V. Duci de Alua †, ad prę ſentandum certa beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis. Rota deciſ. 442. per totam, p. 1. diuerſorum. 96

Scio tamen, quod nouiſſime nonnulli ex D D. Rotæ Auditoribus dubitarunt de ſubſiſtentia † dictarum deciſionum Aſtoricen. & quòd in quadam cauſa Compſana iuriſpatronatus 23. Ianuarij huius anni 1604. corã R.P.D.meo Litta fuit per tranſennã dictum, quòd à dicta deciſione Aſtoricen. fuit iam receſſum per Rotam in vna cauſa Placentina Parrochialis de Mirabel, ſub die vltima Ianuarij anni 1594. coram Orano; Sed in dicta deciſione Placentina nullum verbum reperitur, quoad regulam noſtram: & ideo dum Rota expreſſe ſententiam non mutauerit, dictaſque deciſiones reuocauerit, illis inherendum erit. 97

Solum namque in dicta deciſione Placentina agitur. An per Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 9. fuerunt ſublati omnes patronatus ex priuilegio, quamuis contineant clauſulas, quod habeantur, & regulentur, perinde, ac ſi competerent ex vera fundatione, & dotatione, &c. cum alijs clauſulis efficaciſſimis, &c. & fuit deciſum, quòd ſic, prout etiam ſę-

pe de-

pe declarauit Sacra Concilij Tridentini Congregatio. Ratio est quia dictum Concil. Triden. sustulit omnia priuilegia, tam in vim patronatus, quam alio quocumque modo concessa, vt ex illius lectura ostenditur. Vnde nihil operantur dictæ clausulæ concessionũ, maxime ponderando illa verba *tam in vim pa*
98 *tronatus*, quæ veniunt in † indiuiduo ad destruen. illam clausulam priuilegiorum, videlicet. *quod habeantur perinde, ac si competerent, ex vera fundatione, & dotatione.* quia negari non potest, quòd tale iuspatronatus, re vera sit
99 ex mero priuilegio : † licet Princeps fingat esse ex vera fundatione, & dotatione.
100 Nam Princeps veritatem mutare † non potest; licet possit contra veritatem fingere, vt per Paul. Castren. cons. 340. incipit *præmissis.* nu. 2. volum. 1. & dixi in §. 1. proœmiali, nu. 74. & 75. & in glossa 51. num. 25. & sequentibus. Et quatenus Concilium Tridentinum loquitur de fundatione, & dotatione, intelli-
101 gitur de vera : † non autem ficta. l. 3. §. hæc autem verba, vbi Bart. ff. de negotijs gestis. idem Bartolus in l. si is qui pro emptore, numero 33. & ibi Iason numero 120. cum sequentibus. ff. de vsucapion. cum adductis in glossa 43. huius regulæ, numer. 13. cum sequentibus.

Sic etiam fuit decisum in vna Corduben. Iurispatronatus 20. Nouembris 1566. coram bon. mem. Ioann. Aldobrandino, quòd si ex mero priuilegio competeret alicui iuspatro-
102 nat. in cuius cõcessione disponatur, † quòd sit eiusdem naturæ, ac iuspatronatus ex fundatione, & Regum : quòd non obstante dicta clausula, & quòd Concil. Trident. præseruat iuspatronatus ex fundatione, nec non ex priuilegio, quando est Regibus concessum, erit nihilominus derogatum, & sublatum tale iuspatron. per d. Concil.

Fuit etiam dictum in dicta decisione Placentina, quòd non obstabant clausulę insertę in priuilegio derogantes, quibuscumque futuris constitutionibus, &c. quia non porri-
103 guntur ad constitutiones conciliares, † nisi nominatim illarum mentio facta fuerit, cap. ex parte, de cappellis Monach. Oldrad. cons. 326. num. 1. Calderin. cons. 11. de priuileg. Archid. in cap. 1. num. 2. ante finem, de constit. in 6. Barb. cons. 23. num. 6. volum. 3. Felin. in cap. nonnulli, num. 2. & 3. de rescript. Caputaquen. decis. 176. num. 1. & per totam, & decis. 268. nu. 3. p. 1. Rota decis. 122. nu. 1. & decis. 123. num. 1. cum seqq. par. 1. diuers. ac tetigi in gl. 15. in principio, num. 36.

Ex quibus apparet, quòd derogatio facta per Concil. Trid. sit potentior, quam dero-
104 gatio † inducta per regulam nostram : licet non sit ita generalis. Nam illa solummodo loquitur de iurepatronatus, aliter quam ex fundatione, dotatione, aut constructione cõpetente : Regula vero nostra, non solum tollit de medio, quoad menses Apostolicos præfatum iuspatronatus ; sed etiam omnia quęcumque iura conferendi, & disponendi de beneficijs, siue competant de iure communi, siue de iure speciali.

Similiter sequitur, quòd concessiones iurispatronatus factæ ante Conc. Trid. (dato, quòd non essent sublatæ per regulam nostrã, quia illius derogatio illas non caperet, ex eo quòd forent admodum efficaces, vt in casu dicti priuilegij concessi Marchioni Astoricen. vt supra dixi a num. 93.) essent tamen sublatę per Concil. Triden. & consequenter intrat reseruatio regulæ, cum iam non reperiat aliquod obstaculum, nec impedimentum; sed inueniat viam exemptam, & apertam, mediante derogatione d. Concil. Et sic
105 quod ex se non potest † vincere, & superare regula nostra; vincit tamen, & superat ex dispositione Concil. Trid. argumento c. auctoritate. §. licet enim, de concess. præben. in 6. & l. Claudius. ff. qui potiores. l. petendę, in fine. C. de temp. in integ. restituen. Rota decis. 23. sub num. 3. de re iudicata, in nouis.

Sicut enim in dicta decisione Placentina non dubitabatur, nec disputabatur de reseruatione regulæ nostræ : sic etiam in dictis decisionibus Astoricen. citatis in num. 94. non disputabatur, nec controuertebatur de dispositione Concil. Triden. illiusque derogatione. Poterat vtique esse, quòd præfatum priuilegium concessum Marchioni Astoricen. fuisset concessum, vel saltim ex certa scientia confirmatum à Sede Apostolica post promulgationem d. Concil. Trid. ac propterea cum fuisset d. Concil. derogatum, † &
106 non obstaret, intrabat dubitatio. An obstaret regula nostra?

POSTREMO, vt huic glossæ vltimũ calamũ imponã, quęro de quæstione, quæ sæpe in praxi mihi contingit, quidam Clericus fundauit quandam cappellaniam, seu beneficiũ,
107 & non liquet † de quibus bonis illam fundauerit. An de acquisitis intuitu Ecclesiæ, vt dicatur de iurepatronatus Ecclesiastico, & sic intret reseruatio nostræ regulę. An vero de proprijs bonis patrimonialibus, vt sit de iurepatronatus laicali, ac consequenter
108 cesset reseruatio, † iuxta ea, quę notat glossa verbo *præsentare* in clementina plures, de iurepatronatus. Rocchus de Curte de iurepatronat. verbo *ius*, num. 22. Lambertin. lib. 1. p. 1. q. 1. art. 2. Rebuff. in praxi 3. par. signaturæ verbo *necnon iurispatronatus*. num. 7.

Qua in re breuiter conclude, quòd aut pa-
109 tronus laicus est in quasi possessione † iurispatronatus, & tunc præsumitur lacale, &

fun-

fundatum ex bonis proprijs, & patrimonialibus, ac non erit locus reseruationi nostræ regulæ: Aliter autẽ sic, quia præsumitur fun-
110 datum ex bonis acquisitis intuitu† Ecclesiæ, & sic de iurepatronatus Ecclesiastico. Puteus decis. 228. *in vna Placentina* num. 1. & per totam, lib. 2. & decis. 90. lib. 3. Mohedanus decis. 9. de iurepatronatus. Acchilles de Grassis decis. 1. eodem titulo, de iurepatronatus. Crescentius decis. 9. eodem quoque titulo. Mascard. de probation. conclus. 960. nu. 12. apud quos videri possunt plura, quæ in proposito scribunt.

Rursus adiungo, quòd non solum beneficia iurispatronatus laicalis, vel mixti sunt exempta, & libera a reseruatione nostræ regulæ, respectu Patroni, propter cuius fauorem cessat reseruatio; sed etiam respectu Or-
111 dinarij, † ita quòd institutio potest fieri, prout quotidie fit ab ordinario: nec sit opus occurrere ad Papam pro illa obtinenda, vigore præsentationis, nec expeditionum sumptus facere, vt bene animaduertit Couarru. in terminis regulę nostræ loquens, in practicis quęstionibus, cap. 36. num. 5. in principio R.P.D. Anastas. Germon. in tractat. de indultis Cardinalium. §. volumus autem, n. 29.

Summaria Glossæ 19.

1 Electionis *dictio contenta in regula* 8. *an fuerit necessaria, & nu.* 10.
2 *Præsentatio Patroni Ecclesiastici habet vim electionis.*
3 *Clausula* (ad collationem) *contenta in indultis Cardinalium capit beneficia electiua.*
4 *Electiuum beneficium, an possit acceptari, vigore gratiæ ad vacatura.*
5 *Electiua beneficia, quando non veniant sub collatione, prouisione, & præsentatione, &c.*
6 *Electiua beneficia sunt speciali nota digna.*
7 *Electiui beneficij debet fieri mentio.*
8 *Electiua beneficia non veniunt in reseruatione speciali, secus in reseruatione per viam legis, & num.* 9.
11 *Electiuum beneficium dicitur, quando prouidetur per electionem confirmatione indigentem.*
12 *Electiuum beneficium dicitur, quando fit electio à Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, aut Collegiatæ; non autem per beneficiatos Ecclesiarum Parrochialium. & n.* 13.
14 *Electiuum beneficium, nec Ecclesiam collegiatam, non faciut plures Clerici congregati ad sonum campanæ in asserto Capitulo Ecclesiæ Parrochialis.*
15 *Capitulum, nec Collegium, nec vnicum corpus, non constituunt plures beneficiati Ecclesiæ Parrochialis, ad instar Capituli congregati, & num.* 16.

Electionem, gl. 19.

SVPERFLVVM videtur apponere hãc dictionem, † & in specie declarare, quòd reseruantur beneficia spectantia, ad electionem, cuiuslibet, cã verba præcedentia *collationem, & prouisionem* includant, etiam electionem, vt in glossis 16. & 17. diximus: præmaxime, quia, vt in præcedenti glossa scriptum relinquimus, reseruantur omnia beneficia, de iurepatronat. Ecclesiastico, & sic consequenter censentur reseruata beneficia electiua; ratio est, quia præsentatio patroni Ecclesiastici, & ele-
2 ctio à pari procedunt† & talis præsentatio dicitur electio c. cum autem de iurepat. Rota decis. 1. nu. 2. de institutionibus, in antiquis, & decis. 27. de prębendis, in nouis. Put. decis. 181. num. 3. lib. 3.

Vnde Cardinalium indulta, habentia clausulam *ad collationem, &c.* capiunt beneficia
3 electiua, † quamuis expressa mentio de illis non fiat. Puteus decis. 190. nu. 2. lib. 3. Acchilles decis. 10. de priuilegijs.

Sic etiam dicit Rota, decis. 11. in nouis, quòd habens gratiam ad beneficium vacaturum in certa Ecclesia, quod duxerit acce-
4 ptandum, potest † acceptare beneficium vacans, quamuis sit electiuum.

Cæterum quia dispositio tex. in cap. cum in illis 16. §. illis vero, de præbendis, lib. 6. difficultatem causare poterat, dum dicit, quòd mandatum de prouidendo, de personatibus, vel dignitatibus, etiam si curam habeant animarum ad collationem, prouisionem, præsentationem, vel dispositionem spe-
5 ctantibus quibuscumque, non extenditur† ad beneficia electiua, vbi glossa verbo *electionis.* dicit, quòd electio non includitur sub verbo *prouisionis, vel dispositionis,* cum inter ista tria sit differentia.

Et propterea dicitur, quòd beneficia ele-
6 ctiua sunt speciali † nota digna. Felinus in c. in nostra, corollario 31. num. 25. Gomezius in regula de annali, quæst. 11. num. 3. in fine. Caputaquen. decis. 41. num. 1. par. 3. & quòd habent suam determinationem, & differentiam ab alijs beneficijs, vt notatur in d. §. illis vero. Gomezius vbi supra dicta quęst. 11. ante num. 4.

Hinc

Hinc in impetrationibus debet fieri mentio, si beneficium, quod impetratur est electiuum; † aliter vero gratia esset nulla, & 7 subreptitia. Rota decis. 41. incipit, *nota quod vbi Papa*, de rescriptis, in antiq. & decis. 13. num. 5. de præbend. in antiquioribus Besigneti, & decis. 67. de concess. præbend. in antiquis. Ioan. Selua de beneficio 3. par. quæst. 11. num. 79. Felinus vbi supra d. num. 25. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria 3. casu 201. num. 84.

Quo fit, vt beneficia electiua non veniãt in reseruat. benef. ad cuiuscumq; collationem, 8 prouisionem, seu dispositionem † spectantium, vt tradit Æneas de Falconibus de reseruationibus, quæst. 3. principali, num. 21. vbi respondet ad d. decis. 11. Rotæ de prębend. in nouis, quòd ibi nullus modus vacationis erat expressus.

Et quamuis ad supradicta posset responderi, quòd locum habent, quando verba *ad collationem, prouisionem, &c.* apponuntur in rescriptis, quia rescripta sunt ambitiosa; secus tamen est, quando sunt appositа, & inserta 9 in lege generali, iuxta † distinctionem assignatam in glossa 16. sub verbo, *ad collationem*.

10 Nihilominus ad maiorem cautelã, † & dubitationis tollendæ causa meritò fuit expressum in regula nostra, & appositum verbum, *ad electionem*. ex his, quę plene diximus in gl. 6. ex num. 26. cum seqq.

DICITVR autem beneficiũ electiuum, quãdo in eo proceditur per electionem, que exi- 11 git confirmationem † superioris; secus autem si confirmatio superioris necessaria non esset, glossa in verbo *electionem*. in clem. quia contingit. §. vt autem, & ibi Cardinalis, num. 2. de religiosis domibus. Felin. in cap. in nostra sub num. 25. vers. *hoc autem, quòd debet fieri mentio*. de rescriptis. Rota decis. 1. de electione, in antiquis. Ioann. Selua de beneficio p. 1. q. 3. Rebuf. de nominationibus, quæst. 15. num. 32. Æneas de Falconibus in tracta. de reseruatione beneficiorum 3. par. quæst. 3. principali, num. 21.

Rursus vt beneficium dicatur electiuum 12 fieri debet electio per Capitulum † Ecclesię Cathedralis, aut Collegiatę, seu Conuentualis; Secus autem, si fiat per beneficiatos Ec- 13 clesiarum † Parrochialium, quia tunc impropriè vocabitur beneficium electiuum, vt fuit resolutum in vna Calagurritana beneficij 22. Maij 1551. teste Caputaquen. decis. 295. num. 1. & per totam, p. 1. vbi etiam dicit, quòd Congregatio in asserto Capitulo 14 † Ecclesiæ Parrochialis, nec sonus campanæ non facit beneficium electiuum, nec Ecclesiam Collegiatam.

Non enim faciunt propriè Capitulum, nec Collegium plures beneficiati alicuius Ecclesię Parrochialis, quamuis ad instar Capituli 15 congregentur, † sed solum faciunt Congregationem, cap. dilecta 14. de excess. Prælatorum. Cęsar de Grassis decis. 4. de his, quæ fiunt à Prælato, num. finali, & fuit dictum in vna causa Calagurritana Cappellaniæ de Nagera 14. Maij 1593. coram Orano.

Prout neque tales clerici, & beneficiati 16 constituunt † vnicum corpus, tex. in d. c. dilecta, de excess. Prælat. iuncta gl. verbo *vnum corpus*. vbi omnes.

Summaria Glossæ 20.

1 Dispositioni, *verbum latissimam habet significationem, ac includit omnem modum prouidendi, ac optionem, & num. 2.*

3 *Dictio* quamuis, *est vniuersalis, & includit omnem speciem prouisiuam; non tamen dissimilem, & num. 4.*

5 Ordinare *verbum importat totalem dispositionem, nisi agatur de præiudicio tertij, & num. 6. & 7.*

8 Assignare *verbum importat prouisionem, seu collationem.*

Et quamuis aliam dispositionem, gl. 20.

AD maiorem comprehensionem, non fuit contentus author nostræ reg. apponere prægnantissima verba præcedentia, scilicet *ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem*, sed etiam addidit verba supra dicta, *& quamuis aliam dispositionem*. Nam *dispositionis* verbum latissimam habet significatio- 1 nem. & † omnẽ modum includit prouidendi, gl. verbo *dispositionem*. per tex. ibi in clemen. vnica de supplend. neglig. Prælat. & Cardinalis, ibi nu. 2. cap. cum in illis. §. illis vero, vbi tradunt Doctores, de prębend. lib. 6. Geminian. cons. 65. incipit *circa primum*. post principium, vers. *verbum dispositionis*. Ioannes Selua de beneficio 3. p. quæst. 1. num. 36. Iason in rubrica. ff. soluto matrimonio 2. lectura; num. 30. Puteus decis. 472. num. 4. lib. 2. & decis. 190. num. 2. p. 3. Rebuffus in concordata sub rubrica de collationibus. §. præfati Ordinarij, in verbo *dispositionem*. Mandos. in reg. 32. quæst. 4. num. 5.

2 Comprehendit etiam optionem. † Nam qui optat dicitur disponere. Ægidius decis. 1. &

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

1. & decis. 63. Æneas de Falconibus de reseruatione, q.4.principali, effectu 5.sub num. 2.post medium.

Præsertim stantibus illis verbis, *& quamuis aliam*. Nam propter dictionem *quamuis*, vniuersalem, & generalem additam termino
3 dispositionis, facit includi omnem speciem † prouisiuam. Geminianus cons.15. incipit *super primo*. num.3. Mandosius vbi supra sub d. num. 5. Rebuffus in loco nuper allegato, & dixi in glossa 8. verbo, *& quorumuis*. circa finem.

Non tamen includit alias prouisiones dis-
4 similes † præcedentibus, veluti de iurepatronatus laicali, nec collationes ad personas Regias spectantes, vt, Deo dante, dicemus in glossa 24.quæst.8.nec alias, quas diximus in diuersis locis, non comprehendi sub reseruatione nostræ regulæ: Nam illa dictio *aliam*, est repetitiua similium, vt loquentes de huiusmodi clausula tradunt Rebuffus, vbi supra in principio dictæ glossę, verbo *dispositionem*. Puteus decis. 226. num. 8. lib. 3. & dixi plene in glossa tertia, verbo *& alijs*. præsertim ex num. 24.

5 Et de verbo *ordinare*.† quid importet, vide cap. super eo, & ibi gl. verbo *ordinet*, & Doctores de officio delegati. Geminian. in cap. cum singula. §. fin. num. 5. de præbendis, lib. 6. cap. si absenti, ibi, *ordinare nequiuit*. de præbend. lib. 6. vbi Geminian. num. 4. Æneam de Falconibus de reseruatione 4.p.principali, effectu 5. num. 5. in fine, vbi dicit, quòd verbum *ordinare*, est latius verbo, *conferre*, & Iasonem in rubrica soluto matrimonio 2. lectura, sub num. 30. & tex. in cap. fin. §. in prębendis, ibi, *cum de ipsis per Romanum Pontificem ordinatus*, de consuetudine, lib. 6. vbi Geminianus, num. 2. Franchus, num. 4. vbi habetur,
6 quòd hoc verbum importat totalem † prouisionem, & dispositionem. Quòd limita, nisi
7 agatur de præiudicio tertij, † vt in d.cap. super eo, de officio delegati, vbi verbum *ordinare*, restringitur, ne patrono prębentanti infe ratur iniuria.

8 Denique adde, quòd verbum *assignare* † importat idē, quod conferre, seu prouidere, ratione subiectę materiæ, glossa verbo *inuestiuit*, in vers. *vel facias competens beneficium assignare*, in cap. pro illorum 22. de præbend. vbi post Innocentium, & alios tradit Abbas numero 13. Felinus in cap. fin. nu. 33. ante medium, vers. *Adde etiam prædictis Archidiaconum*. de præsumptionibus.

Summaria Glossæ 21.

1 *Collator vnicus, ita comprehenditur sub regula nostra, sicut plures.*
2 *Pluralitas resoluitur in suas singularitates.*
3 *Viro, & vxore sua bona donantibus, vt post mortem illorum Ecclesiæ restituantur, mortuo altero Ecclesia succedet, quoad bona illius.*
4 *Cappellania fundata à viro, & vxore, in qua vocatur in patronum proximior consanguineus eorum, quomodo intelligatur, & numero 5.*
6 *Clausula* (si pro alijs non scripserim) *verificatur in vno.*
7 *Pluralis reseruatio regulæ 3. resoluitur in suas singularitates, necnon regulæ 4. & nu. 8.*
9 *Statutū puniens inducentem falsos testes, procedit contra inducentem vnum tantum.*
10 *Hæres grauatus, vt vendat fundum duobus, si vnus noluerit emere, alteri vendere suam partem tenetur.*
11 *Statutum disponens, quòd nemo vendat domum, nisi prius denuntiatis conductoribus, qualiter intelligatur, & n. 12. vbi etiam, an singularitas resoluatur in pluralitatem.*
13 *Pluralitas nō resoluitur in suas singularitates, quando diuersa militat ratio, vel mens disponentis repugnaret, num. 14. vel absurdum sequeretur, num. 15. nec in indiuiduis, n. 16. vel si pro forma requiritur, num. 17.*
18 *Collatores ex priuilegio, vel iure speciali includuntur sub regula nostra, nisi potestas ad conferendum data sit ad modicum tempus, & num. 19.*
20 *Parum habens, si in illo grauatur, multum illi detrahitur.*
21 *Læsione enormissima stante, competit restitutio in integrum post quadriennium.*
22 *Læsio vt dicatur enormissima, est habendus respectus ad totum patrimonium, & non ad solam rem, de qua agitur.*
23 *Monasterium cadens a iure conferendi, non dicitur enormissime læsum, sed contra numero 24. & 25. concordatur, numero 26. & 27.*
28 *Læsio si adsit magna, vltra dimidiam iusti pretij, audiri debet decœptus post tempus a lege præfixum.*
29 *Præiudicium maius irrogatur ex reseruatione habenti alternatiuam temporalem, quam perpetuam.*
30 *Derogatoria clausula remouet obstantias perpetuas; non autem temporales.*
31 *Priuilegium non potest dici proprie, quòd perpetuum non est.*
32 *Collatores ordinarios, & extraordinarios comprehendit regula nostra.*
33 *Ordinarij collatores, qui dicuntur, & nu. 34.*
35 *Collatores extraordinarij, qui sint.*

Episco-

36 *Episcopus renuncians suo Episcopatui, reseruato sibi iure conferendi, non dicitur ordinarius collator.*

37 *Legati de latere dicuntur in suis prouincijs ordinarij, improprie tamen, quia sunt extraordinarij, & superindicti. & n. 38.*

39 *Collator ex fundatione includitur sub regula nostra.*

Quorumcunq; collatorum. glos. 21.

IDEM etiam est, quando
1 vnus † tantum est collator, & non plures, vt in simili clausula, videlicet, *reseruamus beneficia ad collationem quorumcunq; spectantia*, quod locum habeat reseruatio, licet non ad plures, sed ad vnum tantũ collatio pertineat. consuluit Bal. cons. 242. incipit, *factum tale est.* n. 1. lib. 3. & tradit Simonet. de reseruat. q. 67. nu. 1. & 2.

Ratio est, quia pluralitas resoluitur in
2 suas singularitates. † l. falsa 33. §. fin. ibi, *nam hunc sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, ac si separatim dixisset stichum, &c.* ff. de condition. & demonstrat. l. Lucius 78. §. Caio Seio. ff. ad Trebellian. vbi cõmuniter omnes. l. penultima. C. de impuberũ. gl. 1. in c. omnes leges. 1. distinct. vbi latissimè Feli. ex n. 1. cum multis seqq. in additione, quam facit ad Abbatem per quatuor columnas integras, c. significauit, de appellationib. c. cum iam dudum, de præb. Rota decis. 20. n. fin. ante fin. de concess. præb. in antiq. Euerard. in loco, à vi numeri, n. 8. & seqq. Curtius Iun. cons. 228. *præsupponitur.* nu. 6. & 7. cum seqq. Salazar in tractatu de vsu, & consuetudine. cap. 4. à nu. 21. cum sequentib. Paris. in terminis regulæ nostræ loquens, cons. 42. num. 9. lib. 4.

Vnde dicit tex. in c. vt priuilegia 24. de priuilegijs, in §. fin. huiusmodi verba, *quia licet pluraliter dictum sit, quòd in eorum iucundo aduentu Ecclesiæ aperiantur; non tamẽ ad Ecclesias eiusdem loci diuisim, sed prædictorum locorum coniunctim sano referendum est intellectu, ne si hoc modo singulas eiusdem loci visitaret Ecclesias, nimium vilipendi, contigeret sententiam interdicti*, & ibi glos. verbo, *pluraliter*, & omnes bene notant.

Hinc si Titius, & eius vxor donauerũt sua bona post mortem, Ecclesię, vno ex eis decedente, Ecclesia debet habere partem moriẽ-
3 tis. † tex. in d. l. Lucius. §. Gaio. ff. ad Trebellianum, vbi notat Bartol. & omnes. Aretin. num. 3. ante fin. Ioan. Faber. num. 2. in fine, in §. 1. instit. de iure personarum.

Sic etiam, si vir, & vxor fundant Cappellaniam, & mandant, quòd præsentet proximior consanguineus eorum, tanquam patronus, est intelligendum, quòd proximior consanguineus viri habeat dimidiam partem iurispatronatus, & proximior consanguineus
4 vxoris aliam dimidiam, † nisi aliud colligatur ex mente fundatorum, vt per Ioan. Gutierrez cons. 4. n. 5. in fine, & n. 6. & in cons. 2. nu. 8. dicit idem, respectu Cappellanorum, nam si sunt vocati Cappellani de parentela
5 eorum, sufficit, quòd Cappellanus † sit de parentela alterius, & vide §. 2. procem. num. 34.

Similiter si Papa mandauit prouideri alicui de beneficio, cum clausula, *si pro alijs non scripserimus*: gratia nullius erit momenti, si
6 pro vno † tantum reperiatur scripsisse. Bald. in c. mandatum. n. 4. in fin. & n. 5. de rescript. cum alijs congestis per Tiraq. in l. si vnquam verbo, *susceperit liberos*, n. 255. & 256.

Hinc quoque manat, quòd regula 3. Cancell. dũ reseruat omnes dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus, & Metropolitanis Ecclesijs, & principales in Collegiatis, dũtaxat intelligitur reseruare vnam
7 dignitatem † maiorem in qualibet Cathedrali, vel Metropolitana, & vnam principalem in Collegiata; non autem plures dignitates maiores, nec principales, quãuis in vna Ecclesia plures sint, vt pluralitas resoluatur in suas singularitates, vt resoluit plura adducens Mandos. in d. reg. 3. q. 3. per totam.

Prout etiam dum regula 4. Cancell. reseruat beneficia quorumcunque Collectorum, & vnicorum, in quacunque Ciuitate, vel diœcesi Subcollectorum, est intelligenda, vt illa pluralitas resoluatur in suas singularitates; Ita vt in vna Ciuitate, & diœcesi vnicus
8 tantum † debeat esse subcollector; non verò plures, vnus in Ciuitate, & alius in diœcesi, vt latius dicam in gl. 51. casu 18. ex n. 73.

Ex eodem fonte fluit quæstio de statuto puniente præsentantes falsos testes; vt habeat etiam locum in præsentante vnicum te
9 stem † falsum, vt post Bart. & alios in l. 3. §. negotia. ff. de itinere, actuq; priuato, resoluit Euerardus in dicto loco à vi numeri. num. 9. vbi in proposito alias octo illationes facit. Tiraquel. vbi supra. num. 248. vbi à nu. 241. vsque ad num. 260. alia quamplura more solito cumulat.

Necnon, quòd si hęres est grauatus, vt vendat fundum duobus, & vnus ex illis nolit
10 emere, tenetur hęres alteri † suam partẽ vendere. l. vxorem. §. agri plagam. ff. de legat. 3.

Accedit, quòd stante statuto, quòd locator nõ possit vendere rẽ locatam, nisi prius denunciauerit cõductoribus, si emere velint:
11 si vnus † sit tantũ conductor, tenetur illi denunciare, Et è contra, si statutum mandat denunciari conductori, & sint plures, omnibus

12 † fieri debet denuntiatio. Alexan. consˀ. 106. *visis his.* n. 1. in fine. lib. 5. Ioseph. Ludouicus decisˀ. Perusina 112. num. 2.

Sicut etiam aliquando singularitas resoluitur in pluralitatem. Menoch. cum alijs, de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 125. n. 23.

Quam traditionem, quòd pluralitas resoluatur in suas singularitates, intellige, quando
13 eadem militat ratio † in vno, quod in pluribus, prout bene verificatur in proposito nostræ regulæ, cum par ratio sit, quòd collatio pertineat ad vnum, quam quòd ad plures, secus tamen esset, vbi non quadrat eadē ratio, sed diuersa. Curtius Iunior d. consˀ. 128. *præsupponitur.* n. 7. Tiraquel. in d. l. si vnquam, verbo, *susceperit liberos*, num. 260. cum ibidem allegatis.

Neq; etiam habet locum, vbi repugnaret
14 † menti disponentis. Socin. Senior. consˀ. 43. n. 1. vol. 1. Iasˀ. in l. quamuis. in fi. C. de impuberum, & alijs. Lancellot. Politus in tract. substitution. 6. partic. n. 46. & 47.

Nec minus, quando sequeretur absurdum,
15 † aut prauus intellectus, aut repugnaret materia subiecta, vel iuris consonantia. Iason in l. si seruus. §. si plurium. num. 2. ff. si quis cautionibus.

16 Neque etiam in rebus indiuiduis, † vt per text. in d. l. falsa. §. fin. ff. de condition. & demonstration. firmat Ioan. Gutierr. in d. consˀ. 4. num. 10. 11. 12. & 13.

Et denique dicta regula non procedit,
17 quando pluralitas † alicubi pro forma requiritur, quia tunc nunquam pluralis numerus resoluitur in singularem, ita docuit Baldus in consˀ. 123. cuius principium est, *Reuerendissimus Pater*. nu. 3. in fine. lib. 5. per textus, quos allegat in l. Pedius. §. in seruum, cum lege sequenti. l. sicuti tribus. ff. de arbitris. l. Pomponius. ff. de re iudicata. Tiraquellus in dicta l. si vnquam, verbo, *susceperit liberos*. num. 262.

ET CIRCA clausulã nostræ glosˀ. animaduertendum est, quòd reseruatio nostræ regulę, vigore clausulæ, *ad quorumcunque collationem, &c.* capit etiam collatores ex priui-
18 legio, vel iure speciali, † vt docet glossa, verbo, *spectat*, in c. cum Clericus 11. §. fin. de præbendis. lib. 6. vbi Geminian. sub num. 5. post medium, versˀ. *glossa super verbo spectet*, Franchus sub num. 3. Simonet. de reseruatione, quæst. 68. num. 2.

Vbi num. 4. limitat post supradictos, quando ius conferendi non esset perpetuum, sed
19 limitatum, & ad modicum tempus † duraturum, veluti ad quatuor annos, vel aliquid plus, vel minus. vt glosˀ. verbo, *perpetuas*, in c. fin. de rescript. lib. 6.

Ratio est, quia cum sit temporale, est minus prędiudiciale, & quia parum habens, si ex illo paruo aliquid detrahitur magis gra-
20 uatur, † quam si multum haberet, gl. verbo, *lumine*, in l. illicitas. §. nec potentiores. ff. de officio prędis, quæ dicit, quòd auferens rustico porcellum eruit oculum. Roman. singulari 706. Puteus decisˀ. 47. incipit, *Nicolaus* 5. num. 19. lib. 1.

Prout in simili, per contrarium, non dicitur enormissima lęsio ad hoc, vt competat re
21 stitutio in integrum post quadriennium, † iuxta tex. in c. 1. iuncta gl. verbo, *causa*, in fine, de in integrum restitutione, in 6. Dec. consˀ. 39. n. 7. Cassador. decisˀ. vnica. n. 5. de empt. & vendit. Couarr. lib. 1. variar. c. 3. n. 10. respectu rei, de qua agitur, sed respectu totius patrimonij, & substantiæ; verbi gratia, quis habet in bonis decem millia, fuit lęsus enormissime prędscriptione, vel sententia ratione alicuius rei, de qua controuertitur, cuius rei valor est duorum millium, lapso quadriennio vult docere de enormissima lęsione, vt sibi in integrum restitutio concedatur, quam læsionem enormissimam probat respectu d. rei; non vero respectu totius patrimonij, & dubitatur, an sit habendus respectus ad rem, de qua agitur; an vero ad totum patrimonium? & concludendum est, quòd sit habenda ratio
22 † ad totam substãtiam patrimonij, quia non potest dici eminentissime, nec enormissime læsus ad hũc effectum, cum valor rei, de qua agitur, non excedit duo millia, & remanent in patrimonio octo millia, & sic dempta re, de qua agitur, non potest dici, quòd parum remaneat in bonis, & non habeat vnde viuere possit, ita concluſit consulendo Bartholomęus Socinus consˀ. 276. incipit, *in causa, quæ vertitur.* n. 24. & 25. lib. 2. Natta consˀ. 525. n. 50. lib. 3. quam opinionem seruat Rota, vt per Anton Augustinum decisione 601. libro tertio. Caputaquen. decisione 151. incipit, *læsio enormissima*, parte 2. Acchilles de Grassis decisione 84. aliàs 6. de in integrum restitutione, & fuit resolutum in vna Burgen. decimarum 25. Ianuarij 1573. coram Sanctiss. D. N. Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, quę decisio est in impressis 428. num. 3. p. 1. diuersorum, & in alia Burgen. de Carranza 23. Februarij 1590. coram Bubalo, vbi propterea fuit decisum, quòd quamuis Monasterium de Oña, ratione cuiusdam sententię iniustę caderet à iure prouidendi beneficia, quod prius habebat, non ideo pote-
23 rat dici enormissime † læsum ad hunc effectum petendi restitutionem in integrum post lapsum quadriennium, ex quo remanent illi bona, ex quibus commode viuere possit, nec multum referat, quoad diminutionem reddituum Monasterij, an dictum ius conferendi beneficia pertineat ad Archiepiscopum Burgen. vel ad Abbatem dicti

dicti Monasterij. Idem etiam fuit decisum in alia Burgen. pensionis, me obtinente, hodie 31. Maij 1604. coram R.P.D. meo Lancellotto. Quod est bene notandum, ac digito ligandum, propter magnam excellentiam, & auctoritatem tãti tribunalis Rotalis, licet alij Doctores; non tamen memores dictarum decisionum Rotalium contrarium tenuerint, &
24 quòd totum hoc iudicantis arbitrio † reliquatur, vt per Couar. d. lib. 1. variar. c. 3. sub nu. 11. vers. *secundo ex his*. Socin. Iun. cons. 84. nu. 43. vers. *sunt etiam* lib. 2. Sfortia Oddus in tract. de in integ. restitutione. q. 19. nu. 68. cum sequentibus. Menochius de arbitrarijs. cent. 1. casu 74.

Immo in nostra Hispania, meo videri, est contra præfatam Rotæ sententiam expressa
25 lex, † fin. titulo 19. Partita 6. vbi postquam dixit, quòd Ecclesiæ, & alijs personis priuilegiatis competit remedium restitutionis in integrum intra quadriennium petendum, subiungit hæc verba: *pero si el menos cabo fuese tan grande, que montase mas de la mitad del precio, que valia alguna de las cosas sobredichas, que fuese enagenada, entonces bien puede demandar enmienda, e restitution fasta treinta años*, & sic dicta lex aperte demonstrat, quòd ad petendam restitutionem post quadriennium, ratione enormissimæ læsionis, dumtaxat sit habendus respectus ad rem, de qua agitur.

36 **Possunt** cõcordari † dictę opiniones sic, quòd opinio Socini, quam Rota sæpe canonizauit procedat in actu, in quo semper, aut ferè semper de sua natura adest læsio in tota re, de qua agitur, & non in sola parte: veluti in prescriptione alicuius rei, quæ si locum habet, non solum aufert partem rei, sed etiam totam rem præscriptam, & in hoc casu præscriptionis loquitur Socinus, ac dicta decisio facta coram Sanctiss. D. N. quæ est 428. p. 1. diuersorum, vbi nu. 3. dicit, quòd dicta præscriptio semper lædit in totum. Idemq; esset in læsione resultante ex sententia iniusta, quæ fere semper lædit in totum, prout allegando Socinum, vbi supra, declarat Acchilles de Grassis decis. 6. n. 6. de in integrum restitutione, vbi sub num. 2. dicit sic: *Quia fere semper quis amittit totam causam, prout declarat Socinus cons. 266. num. 24. lib. 2.* in quo casu etiam loquitur d. decisio Burgen. de Carranza coram Bubalo; Idemque esset in alijs casibus similibus.

Posterior vero sententia, ac dicta lex Partitę tunc sibi vendicet locum, quando actus est talis, in quo lęsio non contingit semper, nec fere semper in tota re, vel causa, sed in parte graui, vel grauiori, veluti in emptione
27 † in permutatione, & in alijs contractibus, & actibus similibus: in quibus si adsit læsio enormissima, nulla ratione suaderi potest, quare etiam post quadriennium non competat restitutio in integrum, habita sola consideratione ad ipsam rem, nam ratione respectus consideratur effectus. Bald. in l. ad probationem. num. 3. C. locati, cum alijs adducendis in gloss. 48. in fin.

Ac propterea dicit Greg. Lopez in d. l. fin. tit. 19. Partit. 6. in gl. fin. in fin. quòd quamuis intra quadriennium debeat decęptus vltra dimidiam iusti pretij, vti remedio. l. 2. C. de rescind. venditione, & postmodum audiri nõ debeat, vt disponitur in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. quòd si ex argumentis constaret de dolo ex proposito, vel læsio ita esset enormissima, quòd excederet nimis vltra dimidiam iusti pretij; quòd tunc etiam lapso quadriẽnio
28 posset agi intra triginta † annos, quam opinionem sequuntur Matienzus in d. l. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. gl. 8. n. 49. & Acebedus ibidem n. 32. Gomez. de Leon. in cent. in forma. iuris. cap. 96. Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum. c. fin. 5. p. n. 14. Felicianus Solis in tract. de censibus. lib. 2. c. 1. num. 40.

REDEVNDO igitur ad propositã nostrũ, de quo aliquantulum digressus fui, pro adducendis, ac concordandis dictis opinionibus, facit etiam Puteus dicta decis. 47. n. 9.
29 10. & 11. quatenus dicit, † quòd maius fit præiudicium habenti alternatiuam temporalem, quam habenti perpetuam, sic etiã clausula generalis derogatoria remouet obstan-
30 tias perpetuas, non temporales. † Calderin. cons. 1. de rescriptis. Rota decis. 2136. incipit, *Lucana*. lib. 3. p. 3. diuersorum.

Facit etiam, quia non potest dici proprie priuilegium, cum non sit perpetuum, nisi
31 temporale, † quia priuilegij natura est, quòd sit perpetuum. reg. decet, de regul. iuris, in 6. Acchill. decis. 11. n. 2. de priuilegijs. Quod bene nota, quia videtur singularis limitatio ad nostram regulam, & vide ea, quæ dixi in glo. 9. §. 4. de monocularibus benef.

Addo etiam, quòd regula nostra dum dicit, *quorumcunque collatorum*, comprehendit tam ordinarios, quam extraordinarios
32 † collatores, vigore dictę dictionis. *quorumcunque*, glossa in clementina 1. verbo, *quodcunque*, de vita, & honestate Clericorum, & in terminis nostræ regulæ fuit resolutum in Rota, teste Crescentio decis. 20. n. 2. de præbendis.

33 **Et ordinarij** collatores proprie dicuntur † Episcopi in suis diçcesibus, vel allj habentes beneficia cum collatione. cap. is cui 42. de electione, in 6. extrauagans execrabilis, §. cęterum ordinarios, de præbend. Ioan. 22. Cardinal. in clem. 2. num. 13. de officio Ordinarij, post gloss. ibidem. glossa in verbo, *ordinario*, in dicta extrauagan. execrabilis. §. statuimus, de

Ordinarij collatores qui sint?

prębendis. Decius in cap. post cessionem. n. 2.notab. 1.de probation. Rebuf.in concordata,titulo de collationibus. §.prędicti ordinarij, in gl.verbo, *ordinarij*, & in tract.de nomination. q.8.n.2. vbi etiam dicit,quòd dicuntur ordinarij collatores omnes, qui à Papa,
34 vel lege, seu consuetudine † habent potestatem conferendi benef.Ecclesiast.etiam si sint inferiores Episcopo,& ordinariam iurisdict. non habeant.gl.verbo,*ordinarium*, in clem.1. vt lite penden. vbi Imola num.24. Cardinal. q.14. & cæteri. Mandos.cons.37. num.19. & 21.cum sequentibus.

Sed reliqui collatores præter Episcopos in suis diœcesibus, veluti, qui ex aliquo indulto,vel priuilegio Apost. haberent ius conferendi, minus proprie Ordinarij † dicuntur.
35 Dec.in d.c.post cessionẽ.n.2.de probat. post Felin.& alios ibid. Acchilles de Grassis, decis.1.num.1.2.& 3. de officio Ordinarij. Puteus decis.164. incipit, *in vna Florentina*. nu. 2.& per totam. lib.3.

Vbi fuit resolutum, quòd Episcopus, qui renunciauit suo Episcopatui, reseruato sibi
36 iure conferendi, non dicitur † proprie ordinarius collator, cum iam Episcopus non sit.

Hinc quamuis Legati de latere in suis pro
37 uincijs dicantur Ordinarij, † vt in cap.2.de officio legati,& ibi glossa, verbo, *reputantes*.

Tamen sunt improprie Ordinarij, &
38 quasi extraordinarij, † & superindicti, & accidenter, quoad effectum conferendi beneficia, gl. verbo, *nolumus*, per tex. ibi in clem.2. de officio Ordinarij, vbi omnes notant,Crescentius decis.20.n.1. de præbend.

Adde etiam,quòd huius regulę reseruatio
39 locum habet, quamuis † collator sit in fundatione nominatus, & in eadem fundatione disponatur,quòd in tali beneficio non intret reseruatio ex his,quæ dixi in gl.5.in princ.n. 42.43.& 68.Dum tamen,tale benefic. non sit iurispatr. laicalis,aut mixti, vt dixi in gl.18.

Summaria Glossæ 22.

1 *Collatrices includuntur sub regula nostra.*
2 *Masculinum includit in se fœmininum, etiam in materia pœnali,& num.3. non tamen proprie, & num.9.*
4 *Superfluum reprobatur, nec lex debet habere sillabam superfluam, & num.5. nisi, &c.& num. 11.*
6 *Fœminæ sunt incapaces iurisdictionis.*
7 *Priuatio non sequitur, nisi præcedat habitus.*
8 *Qualitates nullæ, sunt non entis.*
10 *Masculinum non includit fœmininum, quando agitur de correctione iuris communis. Ideoque in præscriptione statutaria creditorum appellatione, creditrices non veniunt, & ibidem agitur de statuto Vrbis 158. lib.1. & de lege Hispana 9.titul.16. lib.4.recopilat.*
12 *Fœminæ possunt habere ius conferendi, ratione dignitatis, quam habent, vel ex Apostolico priuilegio. & n.13.& 21.*
14 *Abbatissa potest habere curam animarum.*
15 *Abbatissa potest habere dupplicem turnum conferendi cum Decano.*
16 *Fœminæ possunt esse Canonicæ regulares, etiam nulla facta professione. & num.17.*
18 *Fœmina possidens beneficium iuuatur regula de triennali.*
19 *Abbatissa est capax iurisdictionis Episcopalis; licet non possit excommunicare.*
20 *Fœminæ succedunt in Regnis.*

Et collatricum. gl.22.

1 RESERVAT regula nostra; non solum beneficia virorum collatorum; sed etiam quæ sunt ad collationem fęminarum † collatricum.

Sed contra verba nostræ glossę duo obstare videntur. Primum
2 quòd masculinum † includit in se fęmininũ. l.1.ff.de verbor.signif.l.si quis id quod, vers. *Sed vtrum*. ff.de iurisdiction. omn.iudic. l.qui domum. iuncta l.si mater.ff.de adulterijs, & pro regula tradit Socinus, in reg. 255. incipit, *masculinum regulariter*, & plene per Tiraquel.de retractu lignag.§.1.glos.9.num.177. cum pluribus sequentibus, vbi post alios firmat procedere, etiam in materia † pęnali,
3 & odiosa, & Gaspar Baheza, in tractatu de non melioran. filiabus, ratione dotis, cap. 11. ex num. 17. cum sequentibus. Igitur frustra regula nostra ponit supradictam dictionem, *collatricum*, cum sit superflua, ex quo iam dixerat de collatoribus, nam omne superfluum † est à iure reprobatum, vt in
4 proœmio decretalium, ibi, *resecatis superfluis*. l.1. §.quibus. C.de nouo Codice componen. Neq;lex debet habere vnam sillabam superfluam,& vacuam.† glo.verbo, *tanquam*, in c.
5 solite,de maiorit.& obedien.Mandos.in reg. 9.Cancell.q.4.n.4.& per tot. & in proposito nostro tradit Ioan.Selua de benef.2.p.q.5.n. 11.late Tiraquel.de retractu lignag.gl.9.§.1. ex num.199.vsque ad 240.

Secunda difficultas est, quòd fęminis est de iure prohibitum beneficia Ecclesiastica
6 conferre, † & quamcunq; iurisdict. habere. text.in l.2. ff.de reg.iuris.cap.mulierem 33. quęst.

quæst. 5. cap. 2. vbi notant omnes de iudicijs. Ioan. Selua de benefic. 2. p. q. 5. n. 2. Si ergo beneficia conferre nequeunt, quorsum regula nostra inutiliter reseruat beneficia pertinentia ad collationem quarumcunque collatricum, quia non sequitur priuatio, nisi præ-
7 cedat † habitus. l. decem 116. ff. de verborum obligationibus. Caputaquen. decis. 108. num. 10. p. 2. Euerardus in loco à priuatione
8 ad habitum: & non entis, † nullæ sunt qualitates. l. eius qui in prouincia. §. quoniam. ff. si cert. petat.

Cæterum prædictis non obstantibus, consulto regula nostra inseruit dictam dictionem, *collatricum*, Nec nocet prima difficultas; quia licet sit verum, quòd regulariter masculinum concipiat in se fœmininum: non tamen proprie; sed exten-
9 siua † significatione desumpta, ex mente disponentis, l. cum in adoptiuis. §. quę in filio. C. de adoptionibus. glos. in l. seruis legatis, in principio. ff. de legatis 3. & tradit gl. & docto res in l. 1. ff. de verbor. signif. Gaspar Baheza, vbi supra num. 2. & sequentibus. Nec procedit, quando agitur de correctione iuris com-
10 munis, † vt post Bald. in l. quicunque. n. 15. C. de seruis fugitiuis, tradit Socinus in d. regula 255. fallentia 9. & plenissima manu de more cumulat Tiraquellus de retractu lignag. glos. 9. §. 1. ex num. 179. vsque 199. Corneus cons. 14. num. 6. cum sequentibus. volum. 2. Socin. Iunior consil. 1. num. 102. Io. Baptista Boui, de præscriptione statutaria Vrbis. gl. 3. ex nu. 34. vsque ad finem, vbi concludit cum Corneo, & Socin. vbi supra, ac alijs, quos allegat, quòd statutum huius Vrbis Romanæ 158. lib. 1. disponens, quòd creditor, qui negligens fuerit in petendo debitum per annos 16. lapso dicto tempore illud exigere non valeat, & quòd præsumatur iuris præsumptione facta solutio, &c. locum non habeat in mulieribus creditricibus. Quod si verum esset à fortiori locum haberet in triennali præscriptione, de qua in lege Hispana 9. tit. 16. lib. 4. recopilat. & adde Ant. Gabr. lib. 6. tit. de verbor. signif. concl. 6. per tot. vbi ponit reg. cum 11. ampliat. & 14. limitat. & pluribus declaration. & illation.

Quo fit, vt cum in regula nostra agatur de correctione iuris cõmunis, quia aufertur ordinarijs facultas conferendi in omnibus mẽsibus, quam habent de iure communi: meritò, ex hoc, & vt dubitandi occasio cessaret fuit adiecta illa dictio, *& collatricum*.

Immo quamuis esset superflua, adhuc esset tolleranda, quia illa, quę dicuntur dubitatio-
11 nis tollendæ causa, † ius commune non lædunt, & tollerantur, licet superflua sint. l. qui mutuam. ff. mandati. l. quę dubitationis 81. ff. de regul. iuris. Abb. in c. certificari. n. 10. in fine, de sepulturis, & in c. solite, sub nu. 7. ad medium, de maior. & obedien. cum alijs adductis in gl. 6. ex num. 26. cum sequentibus.

Similiter, secunda non obstat difficultas, quia & si de iure communi sit prohibita fœminis iurisdictio, & ius conferendi beneficia; Nihilominus tamen varijs ex causis illam, & illud obtinere valent.

12 Veluti ratione dignitatis, † quam fœmina habeat, vt in terminis collationis beneficiorum est tex. expressus, in cap. dilecta, & ibi notat glo. 1. in vers. *item ratione suæ iurisdictionis*, de maiorit. & obedien. vbi Abb. nu. 5. Felin. n. 1. tex. etiam in c. fin. de institutionib. in c. dilecti, de arbitris, vbi tradunt omnes. Decius in l. 2. nu. 8. in fine, & ibi additio, verbo, *beneficiorum*. Tiraq. de primogenijs. q. 10. num. 13. cum sequentibus.

Item ex priuilegio Apostolico possunt fę-
13 minæ habere ius † conferendi beneficia Ecclesiastica. c. dilecto 40. vbi post Innocen. Hostien. Ioan. Andream, Antoniũ de Butrio, notant Abb. n. 1. & Feli. sub eod. n. 1. post princ. de testib. Ioan. Selua de benef. 2. p. q. 5 nu. 1. cum 4. seqq. & q. 23. n. 2 ibidem. Rebuf. in concordata, tit. de collationib. §. præfatiq; ordinarij in gl. verbo, *ordinarij*, in fin. & de nominationib. q. 15. num. 9. cum sequentibus. Boher. decis. 32. num. 10.

Ideo dicit Rota decis. 21. nu 3. & 4. de præbendis, in antiquioribus Besigneti, quòd Ab-
14 batissa potest habere curam † animar. licet eam debeat per Vicarium exercere.

Similiter Rota decis. 3. de concess. pręben. in antiquioribus Besigneti, refert de quadam Abbatissa, habente concordiam cum certo Decano, quòd Abbatissa gaudeat in conferen-
15 do beneficia Ecclesiastica, duplici turno; † Decanus vero dumtaxat vno.

16 Rursus fęminæ possunt esse Canonicæ † Regulares, vt in d. cap. dilecta, de maioritate, & obedien. ibi, *Canonicas suas*, vbi glos. verbo, *Canonicas*, dicit, quòd de consuetudine Theutonicorum sunt Canonicæ seculares, quæ nunquam faciunt professionem, nec
17 renunciant † proprijs: Immo quandoq, contrahunt matrimonium: de quo vide tex. in c. indemnitatibus 44. §. supradicta, de elect. in 6. Rotam decis. 8. de iudicijs, in nouis, & decis. 2. de senten. excommun. in antiquioribus Besigneti. Lambertinum de iurepatron. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 6. num. 4. vbi plura.

Sic etiam fęmina possidens beneficium, seu dignitatem Ecclesiasticam sibi à Papa collatam, iuuatur regula de triennali. † Go-
18 mezius in regula de triennali. q. 3.

Dicit etiam Abbas per tex. ibi in d. c. dilecta, de maiorit. & obedien. n. 2. quòd Abbatis-
19 sa est capax iurisdictionis Episcopalis, † licet excommunicarę non possit.

Prout & fœminæ succedere possunt in Re-
20 gnis, & plenissimam iurisdictionem, † tanquam Reges masculi exercere, vt in dicto cap. dilecti, de arbitris. l. 2. tit. 15. Partita 2. l. 4. tit. 4. Partita 3. Molina de Hispanor. primogen. lib. 1. c. 13. n. 14. & 15.

Quapropter cum fœminæ varijs ex causis
21 habere possint † ius conferendi, merito regula nostra loquitur, non solum de collatoribus, sed etiam de collatricibus.

Summaria Glossæ 23

1 *Secularia beneficia sunt à secularibus collatoribus conferenda.*
2 *Collatores seculares sunt Papa, & Legati de latere. & num. 3. ac Nuntij intra limites suarum facultatum, & num. 4.*
3 *Cardinales habent in suis Ecclesiis titularibus ordinariam potestatem conferendi.*
6 *Seculares collatores sunt in suis diœcesibus Patriarchæ, Metropolitani, Archiepiscopi, & Episcopi, & num. 7.*
8 *Secularis collator dicitur Capitulum, & quando num. 9.*
10 *Seculares Collatores sunt Canonici, & Vicarius generalis cum facultate conferendi, & nu. 11.*
12 *Coadiutor datus Episcopo dicitur collator secularis, & quilibet Prælatus inferior, & nu. 13.*
14 *Collator secularis dicitur Rotæ Auditor.*
15 *Auditor Cameræ non est collator, nec habet iurisdictionem in beneficialibus.*
16 *Auditor Cameræ non comprehenditur in dispositionibus clem. auditor, de rescrip, nec clem. 1. de sequestrat. poss. & fructuum.*
17 *Sequester iuris conferendi, dicitur secularis collator.*
18 *Seculares collatores dicuntur Reges, Principes, & alij laici, ad hoc priuilegia Apostolica habentes.*
19 *Seculares collatrices dicuntur fœminæ, vigore suorum priuilegiorum.*
20 *Regulares collatores sunt, quoad beneficia conuentualia Prælatus, & Conuentus; quoad non Conuentualia Abbates, Priores, Magistri, & alij Prælati, & num. 21.*
22 *Regularia beneficia non exempta possunt ab Episcopis conferri de iure communi, & instituere, in regularibus collegiatis, & numero 23.*
24 *Episcopus de iure communi habet fundatam intentionem, tam in ciuilibus, quam in criminalibus contra Abbates regulares.*

Secular. & quorumuis ordinum regular. glossa 23.

SICVT regula nostra superius expresserat, quòd reseruabat omnia beneficia secularia, & quorũuis ordinũ regularia, sic etiam nunc repetit eadem verba, respectu collatorũ secularium, & quorumuis ordinũ regularium, Nã sicut secularia benef. sunt secularibus, & regularia regularib. conferenda, vt diximus in gl. 7. & 8. eodem modo regulariter secula-
1 ria beneficia sunt † à secularibus collatoribus, & regularia à regularibus, conferenda.

Collatores seculares sunt, præter Papam,
2 Legati † de latere in sua prouincia. c. 1. de offic. legati. lib. 6. c. si à Sede, de præben. in 6. c. dilectus, de off. legati, c. cum dilectus, de iure patronatus, plene per Petrum Andr. Gambarum, in tractatu de officio, & potestate Legati de latere. lib. 3. per totum. Selua de beneficio, 2. p. q. 3. per totam.

Idem est etiam in Nuntijs Apost. habenti-
3 bus † potestatem Legati de latere, vt sunt Nuntij Hispaniar. & similes. Nam cum habeant eandem potestatem, sicut Legati de latere, pariformiter conferre possunt, vt consuluit Decius cons. 128. *Licet in casu proposito.* n. 1. & per totum, Paris. cons. 17. *de bono iure,* à n. 1. vsque ad 11. vbi impugnat Gundisaluum Villadiego contrarium tenentem: Hodie tamen in suis facultatibus conceditur illis potestas conferendi benefic. quæ non excedunt
4 valorem 24. ducatorum, † computatis distributionibus, extra tamen Metropolitanam, & alias Cathedrales, & Collegiatas Ecclesias. vt per Cæsar. de Grass. decis. 7. & 9. de præb. vbi in 1. præsupposito d. decis. 7. ponitur tenor facultatum d. Nuntij circa collationes beneficiorum. Et licet tunc non computarentur in valore 24. ducat. quotidianæ distributiones: hodie vero sic, vt dixi in §. 2. proœmiali, ad finem, ex num. 56.

5 Item omnes Cardinales † habent ordinariam potestatem conferendi beneficia in suis Ecclesijs titularibus, in quibus habent Episcopalem iurisdict. c. his quę, & Felin. ibi late, de maiorit. & obedien. Mandos. in reg. 7. Canc. q. 2. per tot. & dixi in gl. 13. post princ.

Istos tamen Cardinales collatores non in-
cludit reseruatio nostræ regulę, vt in illa legitur, & in glossa sequenti dicemus.

6 Item Patriarchę, † Metropolitani, & Archiepiscopi. c. 2. c. quia, de concess. prębend.

Item

7 Item Episcopi † cap. 2. cap. ex parte. cap. constitutus, de concess. prębendę, cap. omnes Basilicæ 16. q. 7. cap. ordinarij, de officio Ordinarij, in 6.

8 Item Capitulum potest conferre † interdum, cap. proposuit, de concess. præbendę, c. eam te, de rescriptis, cap. si capitulo, de concess. præbendę, lib. 6. Et quandocumque Epi-
9 scopus, & † Capitulum insimul, cap. cum Ecclesia Vulterana: de electione, c. postulasti, de concessione prębendę. Cassadorus decis. 22. de præbendis. Aliquando etiam alternatiue, & per turnos, cap. cum in illis. §. finali de prębend. lib. 6. de quo etiam latius, Deo dante, loquar in gloss. 45. tam in princ. quam in §. 1.

10 Item solent sępe singuli Canonici † conferre per menses, aut hebdomadas, c. fin. de prębendis, lib. 6. Rota decis. 3. & 4. de concess. prębendę, in antiquis, & decis. 4. de constitution. ibidem.

11 Item confert beneficia Vicarius † generalis, habens ad hoc speciale mandatum, c. finali, de officio Vicarij, lib. 6.

Item coadiutor datus Episcopo, vel alte-
12 ri † collatori in firmo, vel aliàs impedito. Oldrad. cons. 44. n. 3. vers. *propterea*. Geminian. numer. 4. Ancharan. numer. 8. in cap. vnico, de Clerico ęgrotante, lib. 6. cum alijs allegatis in glossa 5. §. 9. de coadiutoris post principium.

Item potest conferre quilibet alius Prę-
13 latus † inferior, aut Clericus, qui ex fundatione, prescriptione, vel priuilegio habet ius conferendi Ecclesiastica beneficia, cap. finali, de institution. cap. cum contingat, de foro competenti, & Abbas ibi, nu. 32. Selua de beneficio. 2. p. q. 8. num. 1. & per totam, & q. 20. num. 1. & 2.

14 Item potest conferre Auditor Rotę † beneficia, de quibus coram illo litigatur. clemen. auditor, de rescriptis. Selua vbi supra. q. 13. per totã, & vide in gl. 31. a n. 51. Non tamen Auditor Camerę, quia in beneficialibus iu-
15 risdictionem non habet, † nisi specialiter illi detur. Aegidius Bellamera decis. 210. & 508. Rota decis. 5. de officio ordin. in antiquis. Acchilles decis. 24. num. 2. de appellationibus. Mandosius in regula 31. quæst. 4. n. 2. & sępissime fuit decisum, ac seruat signatura, quicquid voluerit Gallesius in forma oblig. Cameralis, particula 5. in principio, num 5. & Mandosius sibi contrarius in gloss. ad faculta. A. C. §. fitque, verbo, *generalis*. Lancellottus de attentat. 2. par. c. 4. in prefatione, ex num. 373.

Ac propterea dispositio d. clem. Auditor de rescriptis, nec clemen. 1. de sequestratione possess. & fructuum, nõ procedunt in Au-
16 ditore Camerę, † vt fuit resolutum in vna Gerunden. beneficij, decimatertia Octobris anni. 1600 coram R. P. D. meo Pegna.

17 Itẽ potest conferre sequester, † penes quem est sequestrata aliqua dignitas, seu beneficium, cui ius conferendi competat. Rota decis. 5. de electione, in antiquis. Felin. in c. cum Bertoldus, num. 3. & finali, de senten. & re iudicata. Ioannes Selua de beneficio secunda parte, quęst. 9. num. 8. & 9. ac per totam.

18 Item possunt conferre beneficia laici, † ad hoc Apostolica Priuilegia tenentes, vt sunt Reges Hispaniarum, & Francię, & alij Principes seculares, cap. cum inter, de consuetudine, cap. dilectus, il 3. de prębendis, cap. regali, de electione, lib. 6. cum alijs per Ioannem Seluam, vbi supra, quæst. 23. numer. 1. & per totam illam, & dicam in glossa 24. quęst. 8.

19 Nec non fœminę, † vigore priuilegij Apostolici, vel dignitatis, tale ius conferendi habentis, vt dixi in gl. 22. prędcedenti.

Regulares autem collatores sunt in beneficijs regularibus exemptis, si sunt beneficia conuentualia, Prędatus,
20 † & Conuentus simul. capite finali, de regularibus, libro sexto. Ioannes Selua de beneficio 2. parte, quæst. 22. numero 51. Si vero conuentualia non sint, sunt collatores
21 Abates, † Priores, Magistri, & alij Prędati regulares, tex. in clem. vnica, de supplenda negligen. Prędator. vbi plene notatur, Selua vbi supra, num. 45. cum sequentibus, & tetigi in glossa 7. num. 7.

In benficijs autem non exemptis, licet sint regularia. Episcopus est collator, & de iure
22 † communi † habet fundatam intentionem in iure conferendi, cap. Abbate, & Abbas ibi num. 3. de verborum signific. Vitalin. in dicta clemen. vnica de supplend. neglig. Prędatorum, num. 16.

Prout etiam Episcopus instituit ad prę-
23 sentationem † Monachorum in beneficijs subiectis Ecclesijs regularibus collegiatis, vt per Felinum post alios, in capit. cum venerabilis, num. 36. de exceptionibus, vide quę dixi in gl. 8. huius reg.

Nec non Episcopus habet de iure communi intentionem fundatam, tam in ciuilibus, quam in criminalibus contra Abbates, & re-
24 gulares, † vt tradunt Io. Andreas, Butrius, Anchar. & alij in c. quanto, de officio Ordinarij. Cappella Tholos. decis. 308. Guidopap. decis. 559. Dec. in c. tua nobis, notab. 4. de confir. vtil. vel inutil. Rota decis. 78. nu. 1. & per totam, p. 1. diuersorum, vbi declarat Concil. Trid. sess. 25. de reform. c. 14. Licet per particulares exemptiones, & priuilegia, aliud ferè semper hodie seruetur.

Sum-

Summaria Glossæ 24.

1 Cardinales excluduntur a reseruatione regulæ nostræ, propter prærogatiuam, & n. 2

3 Cardinalium plures excellentiæ remissiuæ.

4 Cardinales vocantur filij primi gradus Papæ, pars corporis illius, fratres, consiliarij, columnæ Ecclesiæ, Reges, maximi Principes, Orbis Cardines, Patres spirituales, Senatores, & post Papam maiores.

5 Cardinales si non essent exceptuati, an comprehenderentur sub reg. nostra & nu. 29. 30. & 31. concluditur, quòd sic.

6 Cardinales non ligantur regula secunda Cancellariæ, nec extrauaganti iniunctæ, de electione, & num. 7.

8 Cardinales non ligantur regulis de idiomate, nec de reuocatione facultatum, n. 9. nec regula de valore, num. 10. nec alijs constitutionibus, num. 11. & 12.

13 Cardinales non ligantur per secundam editionem regularum, per primas regulas sic.

14 Cardinalis comprehenditur sub noua regula, quando per verba prægnantia fit mentio de Cardinalibus.

15 Cardinales includuntur sub constitutionibus, & regulis de publicandis, & moderatoria indultorum, num. 16. & de non impetrando per obitum viuentis, numero 17. & reuocatoria facultatum. num. 18. & alia qualibet lege generali. & num. 19.

20 Cardinales ligantur reseruationibus Papæ.

21 Legatus de latere non potest conferre beneficia reseruata.

22 Legati de latere sunt Cardinales.

23 Reseruationes, si non comprehenderent Cardinales frustratorium esset indultum illorum.

24 Cardinalium indulta, nihil de nouo concedunt illis, nec ampliant, nisi quatenus tollunt de medio reseuationum obstacula, & num. 66.

25 Indulta Cardinalium, dumtaxat sustinentur, quatenus ad ius commune reducunt.

26 Cardinales, vigore suorum indultorum conferre non possunt beneficia vacantia in Curia, nec litigiosa, & num. 27.

28 Indulto Cardinalis, an debeat expresse derogari in concessione coadiutoriæ.

32 Cardinales, dum per regulam nostram excipiuntur, an debeant esse ordinarij collatores, & nu. 38. concluditur affirmatiue, & num. 46.

33 Regula nostra dum excipit Cardinales generaliter loquitur.

34 Regula 8. comprehendit omnes collatores, tam ordinarios, quam extraordinarios.

35 Exceptio debet esse de regula.

36 Ordinarij dicuntur legati de latere, & si regula nostra illos excludere voluisset expressisset, & num. 37.

39 Legati de latere, si non comprehenderentur per regulam nostram frustratoria esset reseruatio, & num. 40. & 44.

41 Beneficium vnum, & idem non debet esse partim reseruatum, & partim non.

42 Derogatio indultorum Cardinalium intelligitur de extraordinarijs collatoribus, non de ordinarijs, & num. 43.

44 Legati de latere ligantur, & comprehenduntur per regulam nostram, & declaratur.

45 Legati de latere, & Nuntij conferentes beneficia reseruata, non conferunt iure ordinario; sed tanquam delegati.

47 Cardinalis an possit solus conferre beneficia simultaneæ collationis, & n. 52.

48 Alternatiua acceptata per Episcopum; licet olim proderat Capitulo, nunc vero non, num. 49. & 57.

50 Cardinalis si non confert solus, grauatur.

51 Limitatio concessa ad fauorem vnius, alteri suffragari non debet.

53 Communitas operatur in indiuiduis, vt priuilegium vnius suffragatur alteri, & late declaratur, num. 54. & 55.

56 Priuilegium proprie dici non potest, limitatio nostræ regulæ, Cardinales excludens.

58 Capitis ex commodo, corpus participare debet.

59 Alternatiuam acceptare potest Episcopus inuito Capitulo.

60 Reseruatis beneficijs ad collationem cuiuslibet spectantibus, præterquam Episcopi, non comprehenduntur beneficia spectantia ad Episcopi, & Capituli simultaneam collationem.

61 Cardinalis habens indultum, an possit conferre solus, vigore indulti, beneficium, quòd est simultaneæ collationis, & n. 66.

62 Aliud est non comprehendi Cardinalem sub reseruatione, & aliud comprehendi, sed posse conferre vigore indulti.

63 Indultum an tollat reseruationem, vel potius aperiat facultatem de reseruatis, & numero 98.

64 Indultum ad conferendum beneficia reseruata ad suam collationem alias spectantia, an capiat spectantia ad sui, & alterius, & nu. 69.

65 Indultum non ampliat iurisdictionem in præiudicium Cardinalis; licet secus in præiudicium Capituli.

67 Indultum conferendi concessum Cardinali, constituit eum, in eodem statu, prout ante reseruationem.

68 Cardinalis conferens vigore indulti, dicitur conferre potestate ordinaria, & propria auctoritate, & num. 100.

70 Indulta hodierna Cardinalium loquuntur, etiam de simultaneis collationibus, &c. dummodo non conferat Cardinalis vti Canonicus dumtaxat, & num. 71.

71 Alternatiua nostræ regulæ non intrat quoad Cardinales ordinarios collatores, quia non ligatus liberari non potest.

72 *Indulta Cardinalium moderna sex casus excludunt.*

73 *Indultum Cardinalis augetur, vel minuitur, vel Pontificum mutatione, vel affectione ad Cardinalem.*

74 *Indulti Cardinalis tenor est inspiciendus.*

75 *Indulti Cardinalis facultas extenditur ad beneficia vacantia per obitum alterius Cardin.*

76 *Cardinalis potest conferre vigore sui indulti beneficia patrimonialia.*

77 *Indulti decretum, quòd prouisus teneatur nouam gratiam obtinere qualiter intelligatur.*

78 *Cardinalis Episcopus, si non confert beneficium aliàs vacans in mense Apostolico, an collatio deuoluatur ad Archiepiscopum, vel potius ad solum Papam, & n. 89. concluditur, quòd ad Archiepiscopum, & n. 97.*

79 *Regula nostra excipiens Cardinales considerat solummodo fauorem illorum, & num. 84.*

80 *Fauor limitatus limitatum habet effectum, & alia plura in proposito remissiue, & num. 81.*

82 *Lucrum ex persona alterius quis non consequitur, nec potest opponere de iure tertij, & num. 99.*

83 *Statutum excludens fœminam propter masculum, intelligitur masculo stante, & succedente, & num. 101.*

85 *Deuolutio ad solum Papam, quando fiat, ratione exemptionis inferioris, & numero 88. & 103. & 107.*

86 *Cardinalis an possit de nouo conferre, quando prima collatio non habuit effectum, quia prouisus non obtinuit nouam prouisionem, & num. 87.*

90 *Vacatio de nouo non inducitur per deuolutionẽ.*

91 *Beneficium a principio non reseruatum, semper remanet nõ reseruatum, & n. 92. ne sit partim reseruatum, partim non, n. 93. & 115.*

94 *Semel excluſa fœmina a succesſione, semper remanet excluſa.*

95 *Semel excluſa vna linea in maioricatu, ſemper remanet excluſa.*

96 *Semel excluſa reſeruatio, sẽper remanet excluſa.*

102 *Cardinalis pertinentia potius consideratur, quam ipse actus collationis.*

104 *Ordinarij interest, quòd eius collatio habeat effectum.*

105 *Commodum consequi non debet quis ex actu, in quo apponitur pœna.*

106 *Infinitas de iure reprobatur.*

108 *Cardinalis, an possit conferre beneficium, quod vacauerat ante eius promotionem in mense reseruato, & 109.*

110 *Cardinali decedente ante collationem beneficij vacantis in mense aliàs reseruato, an possit illud conferre Episcopus non Cardinalis de nouo ingrediens, & num. 114.*

111 *Papa sibi reseruat beneficia vacantia Sede Episcopali vacante, & numero 119. declaratur regula 2. Cancellariæ.*

112 *Beneficium, quod cæpit vacare ante obitum Cardinalis collatoris, qui non prouidit de illo, dicitur etiam vacare post eius obitum, & numero 113.*

114 *Succedens in ius alterius, iure illius vti debet.*

116 *Vacationis tempus inspicitur ad considerandum, si beneficium sit reseruatum.*

117 *Ratio eadem est contrariorum.*

118 *Exprimere si Papa desiuit, ergo noluit, valet consequentia, & n. 120.*

121 *Cardinalis absens à Curia, an includatur sub reseruatione regulæ nostræ, & nu. 136.*

122 *Regula 7. Cancellariæ aufert ius conferendi Cardinalibus absentibus à Curia, & declaratur num. 143.*

123 *Cardinales de iure communi tenentur residere in Curia, nisi adsit licentia Papæ, nu. 124. & 125. & 133.*

126 *Cardinales ex officio suo debent assumere pondus diei, & stus, & ideo priuilegijs honorantur, num. 127.*

128 *Cardinalis habens Episcopatum, an teneatur residere in conspectu Papæ.*

129 *Cardinalis residens in Curia equiparatur stellis fixis, absens vero planetis.*

130 *Cardinalis in Vrbe magis honoratur, quam extra illam.*

131 *Cardinalis ideo pollet fauoribus, quia adsistit Papæ, & sunt illi chariores, & n. 132.*

134 *Cardinales solent habere indultum, vt conferant in omnibus mensibus, etiam si absint à Curia*

135 *Regula moderatoria indultorum Cardinalium absentium solebat fieri ad sex menses alternatiuos.*

137 *Cardinalis non confert in mensibus reseruatis, vti Cardinalis, sed vti Episcopus.*

138 *Cardinalis Episcopus residere debet in sua Ecclesia Cathedrali, sicut maritus cum vxore.*

139 *Residentia Episcopi in propria Ecclesia est de iure diuino.*

140 *Cardinalis Episcopus residens in propria Ecclesia, habet tacitam licentiam recedendi à Curia.*

141 *Cardinalis tenetur residere in propria Ecclesia, quando est Episcopus.*

142 *Cardinalibus sex antiquioribus, sunt destinati sex Episcopatus.*

144 *Regula nostra 8. non corrigit regulam 7. præcedentem, sicut nec regula 8. corrigitur per regulam 15. sed quælibet procedit in suis terminis, & num. 145.*

146 *Regula nostra indistincte excipit Cardinales, siue residеant in Curia, siue non, nec vllibi reperitur contrarium.*

147 *Decretum Pauli III. super residentia Cardinalium apud suas Ecclesias, quid continebat.*

148 *Indulta Cardinalium non dant facultatem, quoad beneficia vacantia in mensibus reseruatis,*

uatis, quia esset superflua talis facultas, & num. 149.

150 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*

151 *Dispendium nemo debet pati vnde meretur præmium.*

152 *Indultis Cardinalium, an censeatur derogatum, per clausulam* (quorum tenores, &c.)

153 *Regula nostra* 8. *an includat Reges, & Principes collatores, & nu.* 155. *concluditur, quòd non, & num.* 159.

154 *Reges Hispaniæ, Franciæ, Angliæ, Siciliæ, Vngariæ, & Apuliæ, necnon Imperator confert beneficia ex Apostolicis priuilegijs.*

156 *Reges, & Reginæ semper sunt præseruati propter eorum prærogatiuam, & excellentiam, & num.* 157.

158 *Regium iuspatronatus præseruatur per regulam Cancellariæ, & per Conc. Trid. etiam si sit ex priuilegio, & nu.* 160.

161 *Cardinales S. R. E. dicuntur ad distinctionem Cardinalium Compostellan. & Rauennaten. ac Mediolanen.*

162 *Cardinales Compostellan. & Rauennaten. dicuntur abusiue Cardinales ad instar Regis Scacorum.*

Non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium gloss. 24.

1 REGVLA nostra expressè excipit Cardinales : † ita vt quoad illos reseruatio eius ligatas habeat manus, vt nihil iuris adimat Cardinalibus. Rota decis. 537. num. 10. lib. 3. par. 3. diuersorum, & fuit dictum in vna Hispalen. portionis 19. Ianuarij 1594. coram Illustriss. Pamphilio, ac est optimum responsum Ripæ 6. sub titulo de constitutionibus, vbi in terminis, nouissime etiam fuit decisum in vna Hispalen. beneficij de Xerez 12. Maij 1603. coram R.P.D. meo Litta: Licet de hoc non memineritD. Anastasius Germonius in suo tracta. de indultis §. volumus, nu. 2. cum sequentibus, vbi præsupponit regulam nostram includere Cardinales, & deinde nonnullas illationes sub falso fundamento facit.

Et meritò non comprehenduntur propter
2 illorum prærogatiuam, & sublimitatem, † vt dicit tex. in cap. 1. in fine, de officio legati, in 6. ibi *quod in fratribus nostris legatione fungentibus nolumus obseruari, quia sicut honoris prærogatiua lætantur; sic eos auctoritate volumus fungi ampliori.* tex. etiam in extrauaganti execrabilis. §. itaque, de prębendis, Ioann. 22. dum dicit *Cardinalibus tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, qui circa nos vniuersali Ecclesiæ seruiendo, singularium Ecclesiarum commoditatibus se impendunt, ac Regum filijs, qui propter sublimitatem eorum, ac generis claritatem sunt potioris prærogatiuæ gratiæ attollendi, dumtaxat exceptis.* & ibi glossa verbo *sublimitatem* cumulat nouem † excellentias, &
3 priuilegia specialia Cardinalibus concessa, de quibus vide Gomezium in procemio regularum Cancellariæ, quæst. 4. num. 1. cum quatuor sequętibus, vbi alia plura scribit, & Andream Barbatiam in suo copioso tractatu de præstantia Cardinaliũ. Manfredium in eodem tractatu, & R.P.D. Anastasium Germonium in suo tractatu de indultis Cardinalium in descriptione. §. Episcopus, ex num. 7. & in tracta. de sacror. immunitatibus, lib. 3. cap. 6. per totum. Flaminium Parisium de resignatione. lib. 7. quæst. 12. per totam, vbi post alios scribunt, quòd Cardinales vocan-
4 tur † filij primi gradus Papæ, pars corporis illius, fratres Papæ, consiliarij eius, columnæ Ecclesiæ, Reges, maximi Principes, Senatores, & post Papam maiores, ac patres spirituales, & Orbis terrarum Cardines, &c.

Immo videbatur, quòd quãuis Cardinales nõ essent saluati, ac exceptuati per regulam nostram: adhuc non includen-
5 rentur † in illa, quia reseruatio nostræ regulæ est exorbitans à regulis iuris communis, & tenderet in prędiudicium iurisdictionis Cardinalium, & esset illis odiosa, iuxta distinctionem traditam per Gomezium in d. q. 4. procemiali, in secundo, & tertio casu, sub nu. 6. quam distinctionem sumpsit à Barbatia vbi supra, 2. par. quæst. 7. in fine: licet illum non referat.

An Cardin. cõprehẽderentur in reg. nostra si excepti non fuissent.

Et propterea Cardinales non ligantur per
6 regulam secundam † Cancellarię, dum reseruat beneficia vacatura Sede Archiepiscopali, vel Episcopali vacante, donec de nouo prouisus capiat possessionem: nam respectu Cardinalium sufficit, quòd adsit prouisio: licet possessio capta non fuerit, nec litterę fuerint ostensæ. Quia sicut extrauagans iniunctæ, de electione, inter communes, (quę idem
7 ferè disponebat) non ligabat Cardinales, † & illa non obstante poterant conferre, & iurisdictionem exercere ante captam possessionem, & ostensionem litterarum, vt tradit Bellencin. dicens ita fuisse resolutũ in Rota, in suo tractat. de charitatiuo subsidio, quæst. 66. & Gomezius in d. quæst. 4. num. 9. & fuit resolutum in vna Burgen. Canonicatus 3. Iunij 1583. coram bo. me. Cardinali Lancellotto.

lotto. Ita etiam nec dicta regula Cancellariæ ligat in hac parte hodie Cardinales collatores, vt fuit resolutum in vna Toletana Parrochialis 3. Iulij 1595. coram Illustriss. Seraphino, & iterum in causa Hispalen. beneficij 19. Aprilis anni proximi 1602. coram R.P.D. meo Iusto.

8 Item nec regula † de idiomate comprehendit Cardinales, vt per Gomez. super illa, q. 3. num. 8.

Nec regula 14. de reuocatione facultatum † conferendi beneficia reseruata, ligat Cardinales, vt ipsa declarat.

10 Item nec regula de exprimendo valore † non ligat Cardinales in Curia residentes, vt resoluit Gomezius in regula de valore. q. 1. n. 11. dum distinguit inter Cardinales residentes, & non residentes, vt primi non comprehendantur: alij vero sic. Gigans de pensionibus, quæst. 9. num. 7.

Et quòd regulariter regulę Cancellarię, nec aliæ constitutiones generales non includant † Cardinales, tradit Iason cons. 117. incipiente *in causa, & lite*. num. 2. vers. *tertio principaliter*. lib. 4. Hieronymus Gigans d. quæst. 9. num. 7. Romanus cons. 498. num. 1. & per totum, & firmat Mandosius post longam disputationem, in regula de infirmis, quæst. 2. num. 4. in fine, & per totam, vbi concludit, quòd non solum illa regula non includit Cardinales, sed neque reliquę regulæ † Cancellarię, cum alijs pluribus relatis per Horatium Mandosium in additionibus ad Romanum d. cons. 498. sub littera C. Gomezius in regula de idiomate, quæst. 3. num. 6. & plene de hoc vide Bellencin. in tractatu de charitat. subsidio, quęst. 66. per totam. Consuluit etiam Ferrettus cons. 315. num. 7. vol. 2.

Cæterum exaduerso vltra fundamenta, quæ pro contraria parte adducit Gomezius in d. quæst. 4. proœmiali, fortiter vrget regula 67. Cancellarię, dum dicit, quòd Cardinales non comprehendantur sub alijs regulis, post æditionem istarum faciendis, & sic comprehendere videtur illos sub istis † primis regulis editis, & publicatis, vt fuit resolutum in Rota teste Mohedano decis. 23. in fin. de renunciatione. Puteo decis. 195. *die* 13. num. 4. lib. 1: & dictam regulam 67. declarat Cassador. decis. 36. super regulis, & concludit, quòd non procedit, † quando in 2. regula fit mentio de Cardinalibus per verba prægnantia.

Ac ideo ligantur Cardinales per regulas, & constitutiones de publicandis † resignationibus. Put. d. decis. 195. n. 1. & in fine. Paris. de resignat. lib. 11. q. 4. nu. 5. cum seqq. vsque ad num. 18.

Sicut etiam regula antiqua moderatoria indultorum super nominatione ad collationes, † facienda, ligabat Cardinales, Puteus decis. 436. incipit *dubitaui*. lib. 1.

Item reg. 20. de non impetrando beneficium † viuentis, vt Gomezius ibi q. 6.

Nec non regula reuocatoria † facultatum circa legitimationes, & dispensationes, comprehendebat Cardinales. Rota decis. 248. & decis. 252. p. 2. diuers.

Item quòd lex generalis liget † Cardinales, nisi in certis casibus tenuit Gambarus in tractatu de legato, lib. 4. a num. 144. vsque 147.

Rursus quòd reseruationes factæ per Papam ligent † Cardinales: licet de illis mentio non fiat, colligitur ex decisione 3. num. 3. iuncta additione, & per totam, de officio legati, in nouis, & decis. 1. eodem titulo, in antiquis, vbi probatur, quòd legatus † de latere non potest conferre beneficia reseruata, quia obstabat illi reseruatio, prout etiam tradit bene Gambarus in tracta. de officio, & potestate legati, lib. 3. num. 116. cum sequentibus, & expresse tenet Crescentius decis. 20. num. 5. de prębendis. Acchilles decis. 1. num. 5. in fine de offic. ordinar. & vide infra num. 44.

Sed legati de latere semper sunt Cardinales, † cap. Ecclesia habet Senatum 16. q. 1. & notatur in cap. 1. de officio legati in 6. Flaminius Parisius de resignatione beneficiorum, lib. 7. q. 13. ergo reseruatio comprehendit Cardinales.

Vlterius si reseruatoriæ regulæ non comprehęderent Cardinales, sequeretur esse inutilia, & superflua indulta † Cardinalium, quę vt plurimum illis conceduntur, ad conferendum quęcumque beneficia, non obstantibus reseruationibus, cum clausulis amplissimis, vt in illis continetur, & explicat R. P. D. Anastasius Germonius in suo tractatu de indultis.

Quæ indulta nihil de nouo † concedunt, nec augent faculatem conferendi de iure communi concessam; sed solummodo tollunt de medio obstaculum inductum ad conferendum, per regulas, & constitutiones reseruatorias, ac propterea nihil aliud operantur, nec sustinentur, quamuis habeant prægnantissimas † facultates. Cassadorus decis. 8. num. 6. & 10. de præbendis, & decis. 3. nu. 2. & 4. & decis. 4. sub nu. 2. de priuilegijs. Puteus decis. 206. incipit *coram D Mariscano*. num. 2. lib. 1. & decis. 93. num. 2. & decis. 190. num. 3. lib. 3. Caputaquen. decis. 214. par. 2. Mohedan. decis. 12. ad finem, de prębendis, & decis. 1. & 8. de priuilegijs, & fuit latè resolutum in Hispalen. portionis 19. Ianuarij 1594. coram Illustriss. Pamphilio, & in Romana beneficiatus Sancti Petri 8. Aprilis 1595. & 5. Nouembris 1596. coram Gypsio, & in

& in eadem 5. Nouembris 1597. coram Reuerendiſſimo D. meo Corduba, nunc meritiſſimo Epiſcopo Pacen. & colligitur ex proœmio ipſorum indultorum, ibi, *per quæ ſublatis impedimentis.* ac tradit etiam R.P.D. Germonius in ſuo tracta. de indultis. §. per quæ ſublatis, ex numer. 87. cum ſequentibus, & in §. etiam ex eo, num. 22. & 23. Thomas Tribius deciſ. Veneta 54. num. 13. lib. 2. inter criminales deciſiones. Rota etiam deciſ. 537. nu. 7. & 8. & 9, lib. 3. par. 3. diuerſorum, & inferius, num. 68.

Vnde vigore dictorum indultorum, nequeunt Cardinales conferre beneficia va-
26 cantia apud Sedem, † cum iſta reſeruatio ſit de iure communi, vt in cap. 2. de præbendis, libro 6.

Nec minus poſſunt conferre beneficia litigioſa, † ſeu quoad ius, vel poſſeſſionem
27 defuncti, vel decedentis collitigantis, ſubrogare, ex quo de iure communi prohibetur per cap. 2. vt lite pendente, lib. 6. & clemen. 1. eodem titulo, & tradit Lancellottus de attentatis 2. par. cap. 4. in præfatione, ſub nu. 304. ibi, *ita vt comprehenderetur ſub indulto Cardinalis, qui beneficia conferre poterat, præterquam litigioſa.* in vltima impreſſione. Gomezius in regula de impetrantibus per obitum famil. Cardin. quæſt. 8. num. 7. Puteus deciſ. 84. num. 4. lib. 3. & fuit reſolutum 20. Februar. anni 1604. coram R. P. D. meo Litta in vna Hiſpalen. beneficij de Xerez, & alias ſæpius.

Et an ſit neceſſaria derogatio indulti Car-
28 dinalis in conceſſione † coadiutoriæ cum futura ſucceſſione de beneficio ad Cardinalis collationem ſpectante, vide quę dixi in gl. 5. §. 9. de coadiutorijs paulo poſt principium, ex num. 12.

Denique quòd regula noſtra comprehen-
29 deret Cardinales, † ſi exceptuati non fuiſſent, fuit expreſſe reſolutum, teſte Creſcentio, in deciſ. 217. aliàs 20. num. 4. & 5. de præbendis.

Immo cum regula noſtra reſeruatoria octo menſium de tempore Clementis VII. non exciperet Cardinales, prout hodierna excipit, fuit reſolutum ſub die 17. Iunij 1538. in vna Toletana Parrochialis Sancti Ioannis de Ocaña coram Marco Antonio, quòd indultum conceſſum Archiepiſcopo Toletano de conferendis beneficijs, non derogaret regulæ Clementis reſeruatoriæ octo menſium:
30 † licet in indulto eſſent appoſita illa verba, *non obſtantibus regulis æditis, & ædendis.* vt atteſtatur Gomezius in proœmio regular. Cancellarię, q. 6. ſub num. 3. ſeu 4. verſ. *& ita concluſit Rota.*

31 Quapropter fuit neceſſarium, † quòd in regula noſtra fieret expreſſa exceptio, quoad Cardinales, vt comprehenſi non cenſerentur.

Quæro nunc primo, vtrum regula noſtra dum excipit Cardinales intelligatur de Cardinalibus ordinarijs col-
32 latoribus tantum, † veluti de Cardinalibus Epiſcopis, vt poſſint in ſuis diœceſibus, vel titulis conferre in omnibus menſibus; an verò loquatur indiſtinctè de omnibus Cardinalibus, etiam legatis de latere in ſuis Prouincijs? An reg. noſtra loquatur de Cardinalibus Ordinarijs collatoribus tantum.

Quòd omnes Cardinales, etiam legatos de latere comprehendat dicta exceptio, fa-
33 cit primo, quòd generaliter, & indiſtincte loquitur regula noſtra † in dicta exceptione, & ſic generaliter eſt intelligenda, l. de pretio cum ſimilibus. ff. de publiciana in rem actione.

Deinde, quia ſicut reſeruatio noſtrę regulę comprehendit omnes collatores, tam
34 ordinarios, quam † extraordinarios, vt patet ex latiſſima ſignificatione illorum verborum, *quorumcumque collatorum.* & dixi ſupra in gl. 21. num. 22. cum ſequentibus. Pari ratione exceptio noſtræ regulæ, dum excludit Cardinales, debet intelligi de omnibus Cardinalibus collatoribus, tam ordinarijs,
35 quam extraordinarijs. Nam exceptio † debet eſſe de regula, & illius genere, l. nam, quòd liquide. §. finali. ff. de pœnu. legata. Decius conſ. 656. num. 6. & 7. Caſſador. deciſ. 8. num. 5. de conceſſ. præben.

Item quia legati de latere dicuntur ordi-
36 narij. † c. 2. de officio legati in 6. licet minus proprie, vt dixi in gl. 21. ad finem.

Aliter namque, ſi regula noſtra voluiſſet talem diſtinctionem facere inter dictos Car-
37 dinales expreſſiſſet, c. † ad audientiam cum alijs de decimis.

His tamen non obſtantibus contrarium
38 eſt tenendum, † prout fuit reſolutũ in Rota pro maiori parte Dominorum, teſte Creſcentio deciſione 217. alias 20. de præbendis; ea nempe ratione, quia Papæ intentio eſt, vt non patiantur præiudicium Cardinales in ſua ordinaria collatione: quòd ſecus eſt in collatione legati, quæ dicitur quaſi extraordinaria, & accidentalis, & ſuperindicta, gloſſa penultima in clemen. finali de officio ordinarij. Aliàs enim generaliter intelligendo regulam, etiam de legatis, quoad ſuam Prouinciam in partibus Italiæ, & maximè in terris Pontifici immediate
39 ſubiectis: eſſet fere dicta regula † fruſtratoria, cum in omnibus Prouincijs adſint legati, & quia in eiſdem locis, in quibus legati valent prouidere, ſunt etiam ordinarij, vt dictum eſt. Vnde certum eſt, quòd quantum ad ordinarios, beneficia in menſibus Apoſtolicis vacantia eſſent reſeruata, & ſic intelligendo

gendo exceptionem de Cardinalibus Legatis, daretur, quòd Legatus Cardin. posset de dictis benefic. reseruatis prouidere, quòd es-
40 set irregulare, † & incongruum, cum sit illis prohibitũ conferre benef. soli Papæ reseruata. Rot. decis. 3. n. 3. de off. legati, in nou. Franchus in c. 1. nota. 2. de off. legati. li. 6. & paulo antea diximus; Sequeretur etiã, quòd vnum, & idẽ beneficium vacans esset reseruatum,
41 † & nõ reseruatũ, & sic vario iure cẽseretur, contra tex. in c. quia circa 22. in fi. de priuil.

Quod etiam comprobatur alia ratione. Nam derogatio Indultorum Cardinalium super conferendis beneficijs, quamuis simpliciter, & indefinite fiat, dumtaxat intelligitur de Indultis concessis Cardinalib. collatorib.
42 extraordinarijs, † non autẽ de concessis Cardinal. ordinarijs collatorib. qui sunt fauorabiliores. Put. decis. 422. *in vna Toletana*. li. 2. & decis. 93. *aliàs*, *in vna Toletana*, per tot. lib. 3. Acchilles decis. 348. aliàs 2. nu. 1. & per totam, de priuilegijs, quòd etiam prius dixerat Ferrettus conf. 315. n. 3. & 4. volum. 2. & tetigi in glossa 13. num. 99. Ac propterea sicut in derogatione Indultorum censetur præseruata iurisdictio Cardinalis ordinarij collatoris. Similiter etiam in regula nostra
43 † censetur dumtaxat præseruata iurisdictio illorum; non autem Cardinalium extraordinariorum collatorum, quorum priuilegia facilius derogantur.

Vnde sequitur primo, quòd reseruatio nostræ regulæ, non solum afficit Episcopos, & alios ordinarios collatores, qui Cardinales ordinarij non sunt in suis diecesibus: sed etiam afficiat, & liget manus Car-
44 dinalium † Legatorum, quoad suas prouincias. Vitalin. in clem. 1. nu. 67. de rerum permutatione, & tenuit in indiuiduo Rot. in vna Regien. Canonicatus 17. Nouemb. 1595. coram Illustriss. Card. Pamphilio, vbi ad hoc allegat Gambarum in tract. de off. & potest. Legati. lib. 3. n. 116. & facit bene decis. Rot. 29. n. 2. de præben. in nouis, vbi probatur, quòd potestas Legati de latere, non se extendit ad benef. reseruata. Ripa expresse in responso 6. num. 1. sub titul. de constitut. & concludit Ferrett. conf. 4. n. 7. & conf. 320. n. 7. D. Anastas. Germon. in tract. de Indultis. §. ac irritũ ex nu. 44. cum seqq. Vnde quatenus ipse Ferrettus conf. 25. n. 4. dicit. Quòd Legatus Apostol. potest conferre benef. vacantia in mensibus Papæ, est necessario intelligendus, quãdo habet speciales ad hoc facultates, aliàs non, & vide, quæ dixi in §. 2. procem. ex n. 52.

Secundo sequitur etiam, quòd beneficia, quæ conferunt Legati de latere, vel Nuntij vigore suarum facultatũ, quando vacant in mense reseruato non dicũtur conferre, & prouidere tanquam Ordina-
45 rij; sed vti delegati, † vt dixit Rot. decis. 148. incipit, *eadem die*. n. 2. lib. 3. p. 3. diuers.

Tertio sequitur, quòd regula nostra, dum præseruat Cardinales sit intelligenda de Cardinalibus, qui sunt ordinarij collatores; Secus autem esset, si Cardinales, qui Legati non sunt, haberent ali-
46 quod ius speciale ad conferendum † in mensibus reseruatis in alijs diœcesibus, in quibus nullam iurisdictionem ordinariam haberẽt: tum ex supradictis, tum etiam ex his, quę adducit Rota decis. 537. lib. 3. p. 3. diuersor.

Quæro secundo. An in beneficijs, quæ sunt simultaneæ collationis Episc. & Capit. veluti in prębẽdis Cathedraliũ, iuxta decis. 22. Cassad. cũ similib. si vacant in mense Apost. & Episc. est Cardin. quem non comprehendit reseruatio nostræ regulę, debeat facere collationem so-
47 lus Cardinalis † Episcopus, an vero Episcopus, & Capitulum simul.

An exceptio quoad Cardinal. capiat ét simultaneos collatores cũ eisdẽ.

Et quidem videbatur quòd solus Cardin. quia reseruatio ligat manus Capituli, ita vt prouidere non valeat, & cum solus Cardin. sit exceptuatus, ille solus debet conferre, in cuius fauorem cessat reseruatio; limitata enim causa limitatum habet effectum, l. in agris. ff. de acquirend. rer. domin. l. age cum Geminiano. C. de transaction. Crescen. decis. 9. num. 3. & 4. & 5. de priuilegijs, & inferius etiam dicemus.

48 Item quia quamuis olim alternatiua † acceptata per Episcopum prodesset, etiam Capitulo, vt insimul cum Episcopo posset prouidere in mensibus alternatiuis. Calderinus conf. 22. de prębendis. Puteus decis. 88. incipit, *in vna Tiraſonen*. lib. 3. Acchilles decisione 3. de præbendis. Simonet. de reseruatione. quæst. 71. à num. 3. Hieronymus Gabriel conf. 197. num. 2. lib. 1. Rota decis. 11. lib. 3. p. 3. diuers. Hodie vero quãuis Episcopus acceptet alternatiuam, & quamuis beneficia sint simultaneæ collationis, & collatio sit diuisa per menses, alternatiua Episcopi, non
49 prodest † Capitulo, vt fuit resolutum in vna Salmantina alternatiuæ 27. Nouemb. 1581. coram Robusterio, & in Lunen. Zarzanen. Canonicatus 13. Octobris 1598. coram Illustrissimo D. Cardinali Seraphino, & palam declarat regula nostra, ac dixi in glossa 42. in principio. Igitur sicut priuilegium alternatiuè concessum Episcopo, non prodest Capitulo, sed soli Episcopo; ita etiam fauor concessus per nostram regulam Cardinali Episcopo, debet illi soli suffragari, & non Capitulo.

Prętерea, quia si Capitulum deberet simul conferre cum Episcopo Cardinali resultaret in lęsionem illius, quia ex hoc diminui-
50 tur † Cardinalis potestas. Abbas in capit.

scriptum. nu.3. de electione. Felinus in cap. cum omnes,sub num.18. vers. *tertio fallit*, de constitutionibus,post alios,quos allegat.Ergo cum limitatio nostræ regulæ sit ad fauorem Cardinalis,non debet dare occasionem,
51 † quòd Capitulum aliàs impeditum, debeat conferre cum illo, & sequatur Cardinali non modicum præiudium ad l. nulla iuris ratio. ff.de legibus.l.quòd fauore.C.eod.tit.c.quod ob gratiam,de regul.iur.in 6.

Sed nihilominus contraria sententia est
52 verior, & tenenda † per text. in l. si communem fundum 10.ff. quemadmodum
53 seruitutes amittantur,*si communem*, † inquit, *fundum ego, & pupillus haberemus; licet vterque non vteretur;tamen propter pupillum, & ego viam retineo*, & sic quamuis non vtendo via,seruitus amittatur, & maior deberet illam amittere: tamen quia præscriptio non currit contra pupillum, priuilegium pupilli suffragatur maiori, & maior retinet per socium minorem in re communi, & indiuidua, quòd per se non potest. Ad cuius tex. mate-
54 riam, & apparatum videre † non te pigeat Hippolytum de Marsilijs, in rubrica de fideiussoribus à n.130. cum sequentibus, & in singulari 180. Iasonem in l.emancipati.C.de collationibus. Felinum in c.1. à n.6.de præscriptionibus, vbi congerit 26.illationes super materia d. legis si communem, & Lambertinum de iurepatronatus, lib. 1. q.1. articulo sexto, per totam, vbi à numero quarto, vsque 26. alia plura adducit, quę omiserat Felinus. Rebuffum in tractatu de priuilegijs scholarium, priuilegio 106. per totum, vbi cumulat 57. doctrinas in proposito. Couarruuias in practicis quæstionibus. cap.34. & per totum.

Cum igitur constet, quòd non priuilegiatus potiatur priuilegio priuilegiati in cau-
55 sa communi,† & indiuidua,vt etiam in materia priuilegij docuit Franciscus de Aretio cons. 25. sub numero 3. vers. *circa secundum*, quem citat Lambertinus, vbi supra numero 15.consequenter dicendum est, quòd in casu nostro Capitulum gaudeat in iure conferendi communi,& indiuiduo, priuilegio Cardinalis Episcopi.

Quòd à fortiori procedit in nostro casu, cum non versemur in propria materia priuilegij, vt dicam in glos. 56. limitatione 3.
56 vers. *quo fit*, & in glos.58. † sed in pręseruanda iurisdictione,quæ competit de iure communi, & sic in actu mere fauorabili ad l. si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pactis,glos.in cap. statutum,de prębend.lib.6.Cassadorus decis.1.num.2.de pactis.

Comprobatur ex decis. Putei 88. libro 3. supra allegata, vbi probatur, quòd alternatiua concessa soli Episcopo, prodest Capitulo in beneficijs spectantibus ad collationem
57 † vtriusque, quia cum Episcopus sit caput, & Capitulum corpus. c. nouit. cum alijs, de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli: corpus debet participare ex commo-
58 do, † & vtilitate capitis. Paris. etiam cons. 143.n.13.lib.4.dicit,quòd Capitulum in consequentia priuilegiatur per alternatiuam Episcopo concessam.

Immo quamuis Capitulum impugnaret acceptationem alternatiuæ in collatione communi; nihilominus valebat acceptatio
59 † facta ab Episcopo, vti capite, & digniori, renuente Capitulo.Puteus dicta decis. 88.n. 2.Acchilles de Grass. decis.266. aliàs decis. 3.nu.3.de prębendis, & dicam infra in glos. 42.in principio.

Et deniq; in proprijs terminis nostrę quęstionis, ita firmauit Rota in vna Hispalen. portionis 19.Ianuarij 1594.coram Illustriss. Card.Pamphilio, vbi fuit resolutum, quòd collatio cuiusdam portionis vacątis de mense Augusti, aliàs reseruato spectabat ad simultaneam collationem Archiepiscopi, & Capituli,ex quo reseruatio nostrę regulę nõ includebat d.Archiepiscopum, vti Cardinalem,& collatio erat communis Archiepiscopo, & Capitulo, maxime si Capitulum esset in tali quasi possessione insimul cum d. Cardinali Ordinario conferendi.

Pro quo facit cons.22.Calderini,de præb. & Simonet. de reseruat. q.71.n.1.vbi habetur,quòd reseruatis beneficijs ad collationẽ
60 cuiuscunq; prętерquam Episcopi, † si beneficia sint ad collationem Episcopi, & Capituli simul,non intelliguntur reseruata.

Quæro tertio eodem themate retento, videlicet. An idem quod dicimus in resolutione præcedentis quęstionis circa reseruationem nostrę regulę, vt Capitulum debeat conferre cum Episcopo Cardinali beneficia simultaneæ collationis,vacantia in mensibus Apost.procedat
61 respectu aliarum † reseruationũ,quas de medio tollit Indultũ concessum Cardinalibus? Similis quæst.

Et quidem videbatur, quòd in isto casu diuersa militet ratio, quia in casu prędeenti non intrat reseruatio, nec est necessa-
62 rium Indultum, quod secus est † in isto casu: nam Indultum non tollit reseruationem; sed dat facultatem prouidendi, perinde ac si non esset reseruatio, vnde non fingit sublatum vinculum, sed aperit facul-
63 tatem de reseruatis, † ac si talia non essent. Cassadorus decis.8. n.10.& 11. cum sequenti,de prębendis.

Quinimo eo ipso,quòd conceditur per Indultum Cardinali, quòd non obstantibus prędictis reseruationibus possit conferre beneficia ad suam collationem spectantia; non solum

solum non posset conferre Capitulum, vi-
64 gore dicti Indulti, sed neque Episcopus † Cardinalis posset conferre tale beneficium simul taneæ collationis, nisi aliter esset expressum in Indulto, per text. in cap. cum in illis. §. finali, vbi notant Geminian. & Franchus, de præbendis lib. 6. Caputaq. decis. 88. nu. 4. p. 2.

Pro hoc facit benè decisio Putei 190. nu. 3. lib. 3. vbi dicitur, quòd quamuis Indultum non ampliet iurisdictionem in prejudicium Cardinalis; secus tamen est in prejudicium
65 † Capituli.

66 Contrarium tamen verius apparet, † quia prædictum Indultum nihil confert de nouo Episcopo Card. sed solummodo remouet obstaculum, vt supra diximus num. 24. & 25. & ideo ius conferendi remanet in eodem statu, prout ante
67 reseruationem: † & sicut tunc debebat fieri collatio per Episcopum, & Capitulum simul, sic etiam fieri debet post obtentum Indultum, quod iurisdictionem non ampliat: Ita vt quamuis diceret, quòd conferebat vigore indulti, adhuc dicetur fieri collatio po-
68 testate † ordinaria conferentis, Paris. cons. 42. n. 5. volum. 4. Ioan. Paulus decis. 27. Thomas Tribius in decis. Veneta 54. nu. 15. lib. 2. inter decisiones criminales. Et ita etiam in hoc casu tenuit Rota in dicta causa Hispalen. portionis superius allegata, in qua dum opponebatur de Indulto Cardinalis, respondit huiusmodi verba, *præsertim quod illius Indulti virtute, non magis potuit Archiepiscopus solus conferre, quam sine eo potuisset, cum nihil de nouo tribuat, sed remoueat tantum obstaculum reseruationum, & præseruet Ordinario tantum partem suam, quando collatio est ei communis cum Capitulo*. hactenus Rota. Vnde tenendum est, quòd idem sit in isto casu, quòd in præcedenti. Cassadorus decisione 8. num. 10. de præbend. & probat decisio Mohedani 1. nu. 2. in fine, de priuilegijs.

Neque obstat text. in dicto cap. cum in illis. §. fin. de præbend. lib. 6. quia procedit in
69 commissione, seu priuilegio † dato aliàs non habenti iurisdictionem, nec potestatem ordinariam conferendi, & sic quando iure speciali fieret collatio. Cassadorus decis. 8. num. 5. de præben. Casus autem noster multum distat, quia, vt sæpe dixi, dictum Indultum nihil de nouo tribuit, nec dicitur proprie priuilegium. Cassador. decis. 3. num. 2. & 4. & decis. 4. num. 2. de priuilegijs cum alijs supra citatis.

Item decisio Putei non loquitur in casu nostro, sed in valde diuerso, in quo Capitulum, qui potuit eligere fuit negligens in eligendo, vt ex lectura d. decis. constat.

Præterea Indulta hodierna exprimunt, quòd Cardinalis possit conferre quęcunque beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorumuis ordinum re-
70 gularia, ad suam, & cum † alio, vel alijs collationem, prouisionem, presentationem, electionem, seu quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem spectantia, ratione suę Ecclesiæ titularis, & dignitatis Episcopalis: & ideo non potest applicari dispositio d. c. cum in illis. §. fin. de præbend.

Aduerte tamen, quòd Indultum datum Cardinali ad prouiden. omnia beneficia spectantia ad collationem sui, & Capituli communiter, & diuisim, non procedit in beneficio spectante ad Episcopum, tanquam ad
71 Canonicum, † & ad Capitulum, quia Indultum datur Cardinali, vt Episcopo, non vti Canonico vnam vocem habenti. Mohedanus decis. 1. num. 1. & 2. de priuilegijs, vbi etiam aliam rationem reddit.

Et de dicta decisione Cassadori 8. num. 10. pro contraria pate allegata, loquar in glossa 53. vers. *vnde opportune*, à num. 26. Vbi nu. 44. dico, quòd Cardinalis non gaudet alternatiua, ex quo reseruatio nostræ regulæ illum non ligat, & sic non est illi necessarium beneficium alternatiuæ, cum omnes menses habeat liberos, prout de iure communi. l. vnica. C. de thesaur. libro 10. Et non intrat restitutio, vbi nulla datur ablatio. Nec dici potest liberatus, qui numquam fuit ligatus. l. decem 106. vbi late Iaf. num. 17. & 18. ff. de verbor. obligat. l. sub conditione. ff. de solution. Nam relaxatio presupponit vinculum. c. ad dissoluend. de despon. impub.

Addo etiam, quòd in Indultis modernis Sex casus in quibus cessant indulta Cardinal.
72 ponuntur sex limitat. † & casus, ad quos non se extendunt. Primus de beneficijs vacantibus in Romana Curia, vt superius dixi. Secundus quoad dignitates maiores post Pontificalem in Cathedrali, & principales in Collegiatis. Tertius quoad beneficia regularia consistorialia, vel Conuentum habentia, & quorum fructus in libris Cameræ taxati reperiuntur. Quartus quoad beneficia, quę vacauerint per veros, & actuales familiares, & continuos commensales Papæ, qui tam tempore Pontificatus, quam Cardinalatus, priusquam ad apicem Pontificatus assumeretur, fuerunt. Quintus quoad commendas cessantes in dignitatibus, seu officijs claustralibus. Sexto, & vltimo quoad beneficia vacãtia, tam in Curia, quam extra illam per obitum familiarium S. R. E. Cardinaliũ, iuxta formam constit. fel. rec. Greg. XIV. de ann. 1591. ęditam, moderatoriam Indultorũ eisdem Cardinalibus cõcessorum. Ita legitur in tenore ipsorũ Indultorũ, ac plura desuper adducit R. P. D. Anastasius Germonius in suo tract. de indultis, in §. præterquam, cum §§. sequentibus, & in §. etiam si sæcularia.

Et quia aliquando sunt ampliora, & aliquan
73 do restrictiora, Pontificum mutatione, † & ad Cardinales amore, & affectione: erit sem-
74 per illorum tenor † diligenter inspiciendus. c. porro. c. recepimus, de priuilegijs, & dixit in his terminis Franciscus Pauin. in tract. de off. & potest. Capit. Sede vacante. p. 1. q 10. n. 23. post medium, & latè Rebuf. in proœmio concordatorum ad finem. in verbo, *tenor*.

Et extenditur dictum indultum ad beneficia vacantia per obitum aliorum Cardina-
75 lium, †quia licet sint familiares Papę, non tamen sunt continui commensales, vt plene Crescen. decis. 83. aliàs 3. de priuilegijs.

Necnon ad prouisionem beneficiorum
76 patrimonialium. † Acchilles decisione 5. de priuilegijs.

Item ad beneficia electiua. Acchilles decisione 10. de priuilegijs. Puteus decis. 190. num. 2. lib. 3.

77 Alia concernentia decretum appositum † in indultis Cardinalium, de impetrando nouas prouisiones, vide in glos. 15. in 46. modo vacationis, ex num. 109. vsque 126.

Deuolutio à Cardinali negligente ad quę fiat.

Quarto quæro ponamus, quòd Cardinalis collator non contulit beneficium, quod vacauit in mense, aliàs Apostolico infra sex menses; Ita quòd sit locus deuolutioni ad superiorem, iuxta c. 2. de concess. præbend. & rubrum, & nigrum, de supplend. negligen. Prælator. An tunc possit conferre Archiepiscopus, qui Cardinalis
78 †non est, seu alius ad quem de iure competit deuolutio. An vero solus Papa, tanquam beneficium reseruatum: ita vt Archiepiscopus, aut alius cuius manus ligat reseruatio nostræ regulæ, conferre non possit.

Quod deuolutio fiat ad solum Papam, & non ad Archiepiscopum, nec Capitulum sua detur, quia verba nostrę regulæ, *non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium*, sunt dum-
79 taxat apposita ad fauorem † Cardinalium, & ideo cum per negligentiam Cardinalis, in conferendo desinat esse beneficium ad illius collationem, consequenter cessat fauor, & limitatio regulæ, & intrat reseruatio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatron. cap. cum
80 cessante, de appellationib. Limitatus † etenim fauor, & priuilegium, limitatum habet effectum. l. 2. ff. de seruis exportan. l. cum seruo 67. ff. de contrahen. emptione. gl. 1. in c. cum ordinem, de rescriptis, vbi plene per Felin. in d. c. cum ordinem. n. 4. 5. & 6. vbi cumulat
81 in proposito triginta, & sex † illationes, quæ possunt bene casui nostro adaptari.

Secundo facit bonus tex. in l. nonnunquam 14. ff. de legatis prestandis, vbi loquens de filio emancipato instituto, qui volebat admitti ad bonorum possessionem contra tabulas, ex beneficio alterius filij pręteriti, dicit hu-
iusmodi verba: *nec enim occasio emancipatio*
82 *præteriti debet institutum lucro † afficere; licet præteritus iure suo non vtatur*: sic in proposito, occasio negligentię Cardinalis, non debet lucro afficere Archiepiscopum; licet Cardinalis iure suo non vtatur in prouidendo.

Tertio facit simile de statuto excludente feminam propter masculum. Nam quamuis masculus existat; si tamen succedere † no-
83 lit; fęmina non excluditur, sed potius ad successionem admittitur. Bartolus in l. siue ingenua. §. sed si sint sui, per text. ibi num. 1. ff. ad Senatusconsul. Tertullianum, Roman. in l. apud Iulianum. §. finali, n. 9. ff. ad Trebellianum, cum alijs congestis per Antonium Gabrielem lib. 6. commun. opinion. tit. de clausulis, conclus. 4. limitat. 2. num. 22. Sic in casu nostro fauor Cardinalis excludit reseruationem, sicut masculus fęminam; tamen, si Cardinalis noluerit, prouidendo in tempore congruo vti suo fauore, intrat reseruatio, & solus Papa, & non Archiepiscopus succedit in deuolutione.

Non enim videtur iustum, nec menti Pa-
84 pæ consonum, quòd si Papa se priuat † dictis prouisionibus mediante reseruatione, sibi competentibus, ob solum Cardinalis fauorem, quòd si ipse Cardinalis nolit vti dicto fauore, alius priuet, & pręueniat ipsum Papam in conferendo.

Quarto facit glossa in clement. 1. verbo, *sua*, in fine, de supplend. neglig. Prælator. & Vitalin. ibi num. 31. & cæteri, vbi habetur,
85 quòd si ob negligentiam Prælati exempti † fit deuolutio ad Episcopum, data etiam negligentia in Episcopo, non deuoluitur collatio ad Archiepiscopum, sed ad Papam.

Quinto supradicta sententia confirmatur per decisionem Putei 356. incipit, *Cardinalis Farnesius*. lib. 2. & in decisione 361. num. 4. eodem lib. 2. vbi stante clausula indulti concessi Cardinali, continente, quòd posset ipse Cardinalis conferre omnia beneficia, etiam reseruata per obitum familiarium Cardinalium extra Curiam vacantia; ita tamen, quòd si beneficia reseruata excederent valorem 24. ducat. prouisi tenerentur infra sex menses nouas prouisiones expedire, & iura Cameræ Apostolicæ soluere, alioquin beneficia collata per Cardinalem, eo ipso, vacare censeantur, &c. & quòd Cardinalis contulit vnum beneficium curatum, (aliàs reseruatum) cuidam Francisco, qui non expediuit nouam prouisionem infra sex menses, & sic collatio non habuit effectum, quia fuit resoluta; contigit dubitari: An secunda collatio de eodem beneficio curato spectaret, & deuolueretur ad ipsummet Car-
86 din. † qui primam collationem fecit, ex quo ipse non fuit in culpa non expediendi in tem-

pore,

pore, vel potius spectaret ad Papam. Et tandem post lõgam disputationem fuit tentum, quòd secunda collatio deuolueretur ad Papam, & non ad primum collatorem: licet de d. decisione non meminerit, dum in contrariam sententiam tendit. R. P. D. Germonius de indultis Cardinal. §. volentes. nu. 49. cum
87 sequentibus. Et similiter hodie † in indultis concessis Cardinalibus apponitur expressa clausula, quòd prouisi ab eis, de beneficijs reseruatis teneantur infra quatuor menses & infra octo, si vltra montes fuerint nouam prouisionem obtinere à Sede Apostolica, & litteras expedire, aliàs talia beneficia possint à Sede Apost. prouideri, dum taxat ni si doceatur de legitimo impedimento, &c. vt dixi late in glos. 15. casu 46. ex n. 109. Si igitur in casu d. decis. in quo nulla culpa, nec mora aderat Cardinalis, collatio non deuoluitur ad ipsum, sed deuoluitur ad Papam, à fortiori, in casu nostro, in quo datur culpa, & negligentia Cardinalis deuolutio fieri debet, non ad Archiepiscopum, sed ad Papam.

Sexto, quia sicut quando sumus in exem-
88 pto, deuolutio fit ad solum Papam, † cum non superior nequeat supplere negligentiam alterius. cap. licet, de supplend. negligen. Prælator. Abbas in c. 2. n. 7. in fin. de concess. præben. tex. etiam in clem. 1. vers. *in exemptis.* de supplend. negligen. Prælator. Ita etiam cum Cardinalis in hac parte iudicetur exemptus, occasione dicti indulti, deuolutio non potest fieri ad Archiepiscopum, refert Cassadorus decisione octaua, de præbendis, numero 4. & 7.

Ex aduerso vero, quòd deuolutio fiat ad Archiepiscopum iuxta terminos dicti cap. 2. de concess. prebendę, probatur, quia tale beneficium nunquam
89 fuit † reseruatum, cum regula nostra Cardinales collatores non comprehendat, & ideo ad effectum, de quo agitur est perinde, ac si reseruatio nostræ regulæ in rerum natura non fuisset. Cassadorus decis. 8. sub n. 8. ad medium, ibi, *perinde ac si regulæ non emanassent*, de præb. & consequenter data negligentia inferioris intrat deuolutio, prout de iure communi, cuius deuolutionis vigore collatio pertinet ad Archiepiscop. vt in d. c. 2. de concess. præben. cum similibus, cauetur.

Præterea quia beneficia per deuolutio-
90 nem non vacant de nouo, † sed semper durat prima vacatio. Cassadorus decis. 8. num. 3. & 8. de prædendis, cum allegatis supra in glos. 15. q. 6. num. 21. quo fit, vt cum beneficium à principio non fuerit reseruatum, quia vacauit in tempore, in quo Cardinalis erat ordinarius collator, ita etiam remanet
91 non reseruatum † in perpetuum. Cassador. decis. 8. n. 8. ante finem, vers. *& si semel fuisset liberum*, de præben. Sicut per contrarium dicimus, quòd beneficium semel reseruatum semper remanet reseruatum. Rota decis. 12. & 13. de prębendis, in nouis, cum adductis in §. 5. procem. n. 79. & 80. & 94.

Deinde sequeretur (si opinio contraria admitteretur) quòd idem beneficium ex eadem vacatione esset vno tempore liberum, videlicet, antequam labantur sex menses,
92 † in quibus poterat Cardinalis conferre, & alio tempore, hoc est elapso semestri, quando deuoluitur ad Archiepiscopum, efficeretur reseruatum, quod admittendum non est, quia de iure reprobatur, quòd eadem res sit
93 partim libera, † & partim serua, seu reseruata. l. duobus 30. ff. de liberali causa. l. iudicatæ 29. & ibi glossa, verbo, *pro parte*, ff. de exception, rei iudicatæ cum adductis in §. † 6. procem. ex num. 65.

Accedit etiam exemplũ de statuto excludente fęminam propter masculum, nam si semel extitit masculus, qui successit, quamuis
94 postea deficiat, nunquam amplius † admittitur fęmina, quia fęmina semel excluſa, semper remanet excluſa. Bartol. in l. fin. §. quando in pendenti. nu. 2. ad finem, vers. *sed si poneremus.* ff. ad Tertullianum, cum alijs infinitis relatis ab Antonio Gabriele, sub titulo de statutis, concluſ. 4. num. 1. & sequentibus.

Necnon in materia maioricatuum, quando semel est excluſa vna linea, semper rema-
95 net † excluſa. tex. in cap. 1. de natura succeſſ. fęudi in vsibus fęudorum. Paulus Castrens. cons. 164. num. 11. lib. 2. Ruinus cons. 19. nu. 6. lib. 2. cum cumulatis à Ludouico Molina de primogenijs Hispan. libro tertio, cap. 4. num. 13.

Conferunt etiam in proposito alia plura, quæ dixi in glossa sexta, à num. 91. vsque ad numerum 201.

Ita etiam in nostro proposito, cum semel fuerit excluſa reseruatio, & Papa abdicauit semel à se ius conferendi priuatiue, semper
96 † remanere debet excluſa reseruatio, & excluſum ius conferendi priuatiue, ac Archiepiscopus conferre poterit.

Ex quibus ista posterior sententia resultat verior, & tenenda
97 † prout eam amplexa fuit in proprijs terminis maior pars Rotæ, videlicet, quinque Domini ex octo votantibus, alijs tribus oppositum sentientibus, vt in decis. 774. incipit, *Tullen. parrochialis*, lib. 3. p. 3. diuersorum, per totam: & ad hoc non suffragatur decis. 8. Cassadori, de præben. vbi fuit dictum, quòd si Cardinalis fuit negligens in conferendo vigore indulti, beneficium aliàs reseruatum, quòd collatio deuoluebatur ad Pa-
98 pam iure † deuolutionis, & sic non iure reseruationis, quia deuoluta beneficia, reseruata

non dicuntur, vt in d. decis. 8. n. 3. & 8. Caputaq. decis. 63. p. 1. Sed quia d. decis. Cassadori obscurè loqui videtur, & in nu. 10. dicit non tolli reseruationem, sed aperiri viam de reseruatis, ideo vide quod dicam in gl. 53. vers. *vnde opportune*, ex num. 26.

Neque obstant pro contraria parte adducta, & primum non obstat dum dicebamus, quòd cessante fauore, & prouisione Cardinalis, quòd cessabat impedimentum, & intrabat reseruatio: quia satis liquidè apparet de contrario ex adductis pro vltima opinione, vbi probauimus, quòd beneficium, quòd semel fuit liberum, numquam amplius efficitur reseruatum.

Minus obstat tex. in d. l. nonnunquam. ff. de legatis præstandis, quia casus illius legis est longè diuersus, cum filius emancipatus prætenderet non soluere legata à Patre relicta impugnando Patris voluntatem, non ex iure proprio, quia illud non habebat, ex quo institutus erat: sed ex iure tertij, hoc est fratris emancipati, qui licet præteritus fuerat non impugnabat patris testamentum: & propterea dicit textus, quòd non debet audiri, quia occasio emancipati præteriti, non debet institutum lucro afficere, cum præteritus iure suo non vtatur, Nam prohibitum est opponere de iure tertij. † l. vti frui. ff. si seruitus vendicetur. Oldradus consil. 39. num. 3. Cæsar de Grassis decisione 3. num. 1. de constitutionibus; In nostro vero casu cum nulla adfuerit reseruatio, Archiepiscopus prouidendo non vtitur iure alieno, † sed proprio: & indultum sibi à iure beneficium non est illi auferendum, reg. indultum 17. cum similibus, de regul. iuris, in 6.

Tertium non nocet, quia statutum excludens fœminas propter masculos considerat actualem † successionem masculi, & nisi actualiter masculus succedat non excluditur fœmina: nostra autem regula non considerauit collationem Cardinalis, sed pertinentiam † collationis, ad quam innititur iure communi, vt dixit Rota in dicta decisione 774. num. 9. p. 3. lib. 3. diuersor.

Quartum minus obstat, quia in illo casu non deuoluitur collatio ad Episcopum vti Ordinarium, neque ipse potest conferre iure deuoluto, tanquam Ordinarius, sed vti delegatus: & propterea data negligentia Episcopi, collatio deuoluitur ad Papam: † non vero ad Archiepiscopum: quod secus esset si ad Episcopum spectaret collatio, vti Ordinarium, vt in casu nostro, glos. fin. in fin. & ibi Hostiens. & Abbas n. 15. & 16. in c. ad abolendam, de hereticis.

Decisio 356. Putei lib. 6. non obstat, quia ibi fuerat concessum indultum sub conditione expediendi infra sex menses; hic vero nulla adest conditio, sed præseruatio iuris communis, fuit pura. Item in illo casu moti fuerunt Domini ex eo, quòd annullatio actus erat pœna, etiam respectu ipsius Ordinarij, cuius interest, † quòd collatio ab eo facta sortiatur effectum. Rom. singul. 733. *quidam*. Mascardus de probationibus, conclusione 315. num. 1. & 2. cum his, quæ dixi in §. 4. proœmiali ex num. 54. cum sequentibus. Vnde inconueniens videbatur, quòd ex illo actu, in quo Ordinario pœna † imponebatur, deberet aliquod commodum, de nouo conferendo, reportare.

Item quia aliàs sequeretur præiudicium expeditoribus Cancell. necnon daretur occasio, quòd procederetur in infinitum, & infinitas de iure reprobatur. † l. qui bona. §. fi. ff. de damno infecto. Abb. in c. 1. n. 4. de priuilegijs. Alexan. cons. 19. n. 9. volum. 4.

Præterea in casu dictę decisionis Putei non erat Cardinalis Episcopus Abulen. qui vigore indulti contulit beneficium, & ideo intrauit reseruatio ex eo, quòd vacauit in vno ex mensibus reseruatis, vt patet ex lectura dictæ decisionis: in nostro vero casu secus.

Ad sextum respondetur negando Episcopum Cardinalem † esse exemptum ab Archiepiscopo, saltim ad effectum, de quo agitur.

Quinto quæro ponamus quòd Episcopus, qui Cardinalis non erat decessit infra duos menses post vacationem alicuius beneficij in mense reseruato, deinde successit modernus Episcop. qui Cardin. erat, antequam d. beneficium esset plenum. Dubitatur. An dictus Cardinalis possit illud conferre? breuiter concludo, quòd cessante indulto, non potest † illud conferre: nam cum vacauerit de tempore, in quo collator non erat Cardinalis, fuit semel reseruatum, & semper durat reseruatio, licet cesset causa reseruationis. Rota decis. 14. de præbendis, in antiquis. Cassadorus decisione 9. num. 3. de concess. præbend. Gomez. in regula, de infirmis. quæst. 32. num. 3. & ita in terminis videtur tenere Rota, licet littera sit minus correcta in decis. 774. num. 9. in fin. vers. *ego autem dicebam*, & n. 10. lib. 3. p. 3. diuersorum, quibus conferunt, quæ dixi in §. 5. proœm. ex n. 6. in quæst. 2. Bona quæst.

Si vero dictus Cardinalis haberet indultum solitum, ad conferendum beneficia reseruata, tunc illius vigore posset tale beneficium conferre, si indultum caperet † beneficia iam vacantia, alias secus.

Sexto quæro quid sit è conuerso, veluti si post vacationē alicuius beneficij in mēse, alias reseruato infra duos, vel tres menses decedat, ante collationem Ordina- Similis quæst.

Ordinarius collator, qui erat Cardinalis, deinde succedat alius Episcopus non Cardinalis. Num iste modernus Episcopus non
110 Cardinalis poterit illud † conferre, si à Papa iam præuentum non sit?

Et videtur, quòd non, per regulam 2. Can-
111 cellariæ, in fine, dum Papa sibi reseruat † omnia beneficia, quæ vacauerint Sede Archiepiscopali, vel Episcopali, aut Abbatiali vacante, iuncta dispositione textus, in c. si Apostolica 35. de præbend. lib. 6. vbi postquam dicitur, quòd Parrochiales vacantes in Curia Sede Apostolica vacante, possint per ordinarios prouideri, ne diutina vacatio sit damnosa, subiungit idem tex. verba huiusmodi. *Idem volumus, & de illis, quæ ibidem, ipso Romano Pontifice viuente vacabunt, si de ipsis per eum, ante ipsius obitum non fuerit ordinatum.* de quo tex. latius scripsi in §. 5. proœmiali, ex num. 125. & sic videtur, quòd in hoc casu intret reseruatio dictæ regulæ secundæ Cancellariæ.

Maxime quia beneficium, quod cæpit vacare ante obitum Cardinalis, cum non fuerit
112 plenum, illius vita durante, similiter vacat † post obitum illius, ac dicitur in futurum vacare. Simonetta late de reseruatione, quæst. 74. per totam. Æneas de Falconibus in eodem tractatu, quæst. 4. principali, effectu 13. cum alijs adductis in §. 5. proœmiali, ex num. 60. & in gl. 11. nu. 48. vsque 77. & nunc addo Franciscum Pauinum de officio, & potestate Capituli Sede vacante, par. 1. quæst. 10. num. 23. ante medium, ibi *etiam si vacasset viuente Prælato. quia verum est dicere, quod etiam vacet eo mortuo, ex quo non prouidit donec vixit.*

Et eo magis ponderando vltima verba dictæ regulæ 2. Cancellariæ, dum dicit, *quo-*
113 *modocumque vacant, & vacabunt † in futurum.* quę videntur comprehendere casum nostrũ, nam dicere *quomodocumq; vacant.* & postea addere, *& vacabunt in futurum.* nihil est aliud, nisi comprehendere tam beneficia, quæ vacauerant ante obitum collatorum, & ab eis prouisa non fuerunt, & sic de præsenti vacant, nec non ea, quæ post illorum obitum vacabunt in futurum.

IN CONTRARIVM tamen, nempe quòd Episcopus de nouo promotus possit prouidere tale beneficium, quòd vacauit de tempore antecessoris facit.

Primo, quòd ipse modernus Episcopus successit in locum defuncti, & sic iure eius vti de-
114 bet. † l. si aquędu&is. ff. de contrahend. emptione. l. forma. §. quamquam. ff. de censibus. l. qui in ius 137. ff. de regul. iur.

Secundo, quia dictum beneficium vacauit tempore congruo, quando nulla aderat reseruatio, & sic beneficium semel post vaca-
115 tionem liberum, † semper remanere debet liberum. Cassadorus decis. 8. num. 8. ante finem, de prębendis, quia considerabatur tem-
116 pus † vacationis. Cassadorus d. decis. 8. nu. 9. de prębendis. Rota d. decis. 774. nu. 3. & 10. lib. 3. par. 3. diuers.

Tertio quia sicut in casu contrario, & correlatiuo quęstionis prędecedentis non potest conferre Cardinalis, ita è conuerso in isto dicendum est, quòd successor possit confer-
117 re, cum contrariorum eadem sit ratio. † §. 1. instit. de tutelis, Et quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito, & è contra. l. & si contra. 35. ff. de vulgari. Cassadorus decis. 8. nu. 8. in fine, de præbend. Antonius Gabriel tit. de legibus conclus. 3. per totam.

Quarto, quia tantum abest, quòd tex. in d. c. si Apostolica 35. de prębend. lib. 6. faciat pro contraria parte, quod potius retorquetur, ac suffragatur huic opinioni, nam ideo ibi dispositio dicti tex. extenditur, ad beneficia, quę vacarunt viuente Romano Põtifice, quando per eum nõ fuerat de ipsis prouisum ante eius obitum, quia hoc voluit, & expressit Papa conditor d. tex. nàm si non expressisset secus † esset, vt benè docent ibidem Do-
118 minicus Geminianus n. 3. Franchus nu. 2. in fine, notantes per eundem tex. quòd Constitutio prouidens circa occurrentia sede vacante, non includit facta occurrentia ante, licet sint pendentia, nisi aliud exprimatur expresse.

Hinc potest responderi ad regulam secundã Cancellarię, quòd illa verba *Quomodocunque vacant, & vacabunt in futurum,* intelligan-
119 tur, † tam de quacumque vacatione, quę tempore datę dictæ regulę iam contigerat, post obitum Archiepiscoporum, Episcoporum, & Abbatum, & adhuc durabat, quam de illis, quę in futurum contingent, & vacabunt: non autem de vacationibus contingentibus ante obitum dictorum collatorum, quia aliàs repugnarent illa verba ipsius regulę *post illorum obitum, &c.* quę reguntur a dicto verbo *vacant, & vacabunt.*

Comprobatur quia si aliud voluisset Papa
120 expressisset; † sicut fecit in casu d. cap. si Apostolica l. 3. ff. de officio prędis, c. ad audientiam, de decimis.

Et vt minus quam fieri possit inducatur correctio. l. præcipimus, in fine. C. de appellationibus.

Ad id, quod diximus, quòd beneficium vacans ante obitum collatorum, dicitur etiam vacare post illorum obitum, si prius non fuerat de illo prouisum, potest dari responsio, ex his, quę diximus in glossa 11. vers. *ad contraria potest responderi.* ex num. 52. vsque ad num. 77.

Qua-

Quapropter ista vltima sententia mihi magis placet, & secundum eam semel consul tus pro veritate de simili casu, respondi.

Septimo quæro. An fauor nostræ regulæ, quòd eius reseruatio non includat Cardinales, extendatur ad Cardinales absentes a Curia, † vel solum procedat in residentibus in Curia. 121

An reg. nostra loquatur etiã de Cardinalibus absentib⁹ a Curia

Difficultatem facit regula 7. Cancellarię, dum per illam Papam reseruat sibi omnia beneficia pertinentia ad collationem Cardinalium à Romana Curia absentium, quæ durante absentia vacauerint, † ratione 122 suorum Episcopatuum, Cardinalatus, ac titulorum, tam in Vrbe, quàm extra illam.

Quæ regula habet quandam concomitantiam cum iure cõmuni, quia Cardinales inspecto iure communi tenentur residere † in 123 Curia apud Summum Pontificem, cap. bone, il primo, de postulatione Prælatorum, ibi, *Cardinalis præsentia vtilior, &c.* cap. 2. de Clericis non residentibus, vbi fuit depositus Cardinalis non residens in suo titulo, & expresse tradit Caputaq. decis. 8. num. 2. p. 2. allegans ad hoc c. fin. de rescript. lib. 6.

Hinc Cardinalis non potest se absentare à 124 Summo Pontifice, † absque expressa licentia. Hostiensis in cap. Ecclesia, il 2. in ordine 57. de electione sub nu. 5. vers. *tum quia Cardinalis magis habet alas ligatas, quam Episcopus, cum* 125 *sine licentia non consueuerit † exire Curiam, &c.* Quia ex eorum officio debent assumere pon- 126 dus, † die, & stus, sicut illi, qui sunt vocati in partem sollicitudinis, cap. decreto 2. q. 7. & 127 ob eam causam merito priuilegijs † honorantur, secundum Oldradum conf. 48. incipit *ius commune.* num. 2.

Ita vt quamuis Cardinalis habeat Episcopatum: nihilominus in Curia, & conspe- 128 ctu Papæ residere † tenetur. Abbas in d. cap. bone, il primo, 3. notab. num. 6. de postul. Prælat. vbi Baldus, num. 4. dicit, quòd Cardinalis residens in Curia æquiparatur stel- 129 lis † fixis, quæ non mouentur, nisi motu orbis, sed Cardinales legati, & alij absentes æquiparantur constellationibus, siue planetis, quę mouentur motu proprio nutu diei.

Sic etiam dixit idem Baldus in rubrica de officio proconsulis, in fine, & Gambarus in tractatu de officio, & potestate legati, de latere, lib. 2. cap. 1. num. 102. quòd Cardina- 130 les in Vrbe magis honorantur †, quam extra illam, de quo plura adducit Cassaneus in cathalogo gloriæ mundi 4. par. considerat. 16. quo in loco ponit decem considerationes, ex num. 10. vsque ad 19. de prælatione inter ipsos Cardinales.

Cardinalibus namque Papa concedit fauores ex eo, quòd secundum eorum officium 131 assistunt † Papæ consulendo, & in arduis Sedis Apostolicæ negotijs operosè agendo, c. fundamenta. S. decet, de electione, in 6.

Cessante igitur præsentia, cessat causa priuilegij, & amoris, cum nec tunc illustrantur comitatu lateris Principis, cuius merito 132 Cardinales assistentes eidem sunt cæteris † chariores. l. 1. C. prępositis laborum, lib. 12. & plene tradit Gomezius in regula de impetran. beneficia vacantia per obitum famil. Cardinal. quęst. 17. num. 3. 4. & 5. & in regula de valore quęst. 1. ad finem, & per Mãdosium in dicta regula 7. quæst. 3. per totam: vbi ipse dubitat, an sufficiat ad effectum dictę regulæ, quòd resideat Card. vel in Curia, vel in propria diœcesi, & se inclinat magis, quòd sit ne- 133 cessaria residentia in Curia, † vt cesset illius reseruatio, quod satis apparet ex lectura ipsius regulę, dum dicit, *à Romana Curia absentium.* & non dicit à Romana Curia, vel diœcesi absentium.

Accedit etiam decisio Putei 305. *die 5. Maij.* lib. 3. vbi dicitur, quòd in casu illius decis. Idultũ, Clem. VII. dabat Card. Hispalen. 134 potestatẽ conferendi in omnibus mẽsibus, † prout omnes Card. præsẽtes, &c. si ergo erat necessariũ indultum ad conferendum in omnibus mensibus, prout Card. pręsentes, clarũ est, quòd secluso indulto, Cardinales absentes conferre nequeunt, & quòd prędicta reseruatio nostrę regulę non procedit, quoad Cardinales absentes à Curia.

Sic etiam antea solebat fieri regula moderatoria indultorum Cardinalium absen- 135 tium ad solos sex menses † alternatiuos, vt per Puteum decis. 86. *in vna Tiraſonen.* lib. 3.

Cæterum pro contraria parte facit, quòd regula nostra generaliter, & sine distinctione † loquitur, & sic com- 136 prehendit, tam Cardinales absentes à Curia, quã prędentes, Et si Papa conditor nostrę regulę contrarium voluisset, expressisset, l. item apud. S. ait prætor. ff. de iniurijs, prout expressit in regula 3. de impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardin. & sæpe alias.

Et ideo cum in mensibus reseruatis non conferat tanquam Cardinalis, sed vti Epi- 137 scopus, & non vigore indulti; sed nitatur iure communi, quamuis sit absens à Curia debet esse valida collatio.

Item quia Cardinalis Episcopus residere debet in sua Ecclesia Cathedrali; † tanquam 138 maritus cum coniuge. cap. inter corporalia, de translatione Prælatorum: & dicta obligatio residendi in propria Ecclesia est de iure diuino, † vt plene tradit Ferrettus conf. 32. 139 num. 14. 15. 16. 17. & latius dicam in glossa 41. 2 num. 9.

Iuuatur etiam ex regula nostra, dum in secunda eius parte inuitat Episcopos ad residendum

sidendum apud suas Ecclesias, aut diœceses, concedendo illis alternatiuam, si residerint, & alias non, & ibi latius (Deo volente) dicemus super glossam 43

Rursus quia, eo ipso, quòd Cardinalis residet in propria Ecclesia Cathedrali, in qua præest, à communiter accidentibus habet li-
140 centiam † tacitam, vel expressam Papæ recedendi à Curia.

Quinimo hodie expresse disponitur per Concil. Triden. sess. 23. de refor. cap. 1. quòd omnes Patriarchę, Archiepiscopi, & Episcopi, etiam si sint Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
141 Cardinales, in proprijs Ecclesijs residere † teneantur,

Breuiter distinguendũ esse puto: quòd aut loquimur de beneficijs vacantibus in Ecclesijs titularibus Cardinalium de Vrbe, siue in sex diœcesibus sex Epi-
142 scoporum † Cardinalium antiquiorum, quorum † Episcopatus sunt annexi Cardinalatibus, & optãtur per sex antiquiores Cardinales Presbyteros, qui in Vrbe tempore vacationis reperiuntur, vt sunt Episcopatus Hostien. Portuen. Prænestin. Tusculan. Sabinen. & Albanen. & tunc fauor nostrę regulę non conceditur talibus Cardinalibus absentibus, quia obstat reseruatio regulę se-
143 ptimæ præcedentis, quę non loquitur de omnibus † Cardinalibus Episcopis; sed de Episcopatibus Cardinalatuum supradictorum, vt insinuat Mandosius in dicta regula septima, quæst. 3. sub num. 3. vers. *accedit quòd cum Episcopatus Cardinalium sint vicini Vrbi, &c.* & in num. 9. in fine, & ostenditur ex illis verbis regulæ, *ratione suorum Episcopatuum Cardinalatus, aut ipsorum Cardinalium titulorum.*

Nque est dicendum, quòd regula nostra,
144 sequens corrigat † regulam septimam precedẽtem incontinenti. l. nam ad ea 89. & ibi gl. verbo, *præsens.* ff. de condition. & demonstr. Baldus in l. fin. num. fin. C. per quas personas. Alciatus de præsumption. reg. 2. presumptione 28. a nu. 1. Menoch. in eodem tractat. lib. 6. presumption. 37. Rota decis. 763. nu. 14. p. 1. diuersorum.

Sicut & regula nostra, quatenus concedit fauorem alternatiuę Episcopis residentibus,
145 non corrigitur per regulam 14. † sequentem reuocantem facultatem conferendi beneficia reseruata. Crescentius decis. 194. alias 11. de priuilegijs. Puteus decis. 215. num. 4. lib. 1. & dicam in gl. 53. ad finem.

AVT verò loquimur de beneficijs vacãtibus in alijs diœcesibus, vbi Archiepiscopi, siue Episcopi accidentaliter sunt Cardinales; non autem sunt Episcopi ratione Cardinalatus, prout hodie sunt in Hispania Illustriss. Archiepiscopi Toletan. & Hispalen. & in Italia Illustriss. Archiepiscopi Neapolitan. & Mediolanen. & alij similes, qui sunt absentes à Curia, & in suis Ecclesijs, ordinariè residẽt; In hoc casu cum cesset reseruatio dictę regulæ septimę, & nullibi expresse cautum
146 † reperiatur contrarium, dicendum erit, quòd prędicti Cardinales Archiepiscopi, aut Episcopi, quamuis absentes, gaudeant fauore, & limitatione nostræ regulæ, ita vt indultum aliquod ad hoc necessarium non sit, & ita seruari videmus.

Pro quo facit, quòd Paulus III. 18. Februarij 1547. fecit quoddam decretum Consistoriale, † per quod declarauit Cardinales ab-
147 sentes à Curia esse priuatos indultis conferendi, nisi de licentia Papę apud suas Ecclesias Cathedrales, in quibus prefati fuerint, residẽant. teste Caputaquen. decis. 86. num. 2. p. 2. Ponderando: tùm quod de iure communi non erat ita declaratum: tùm quia loquitur de indultis, & priuilegijs conferendi, in quibus non versamur, vt dictum est: tum etiam quia saluat residentiam in propriis Ecclesijs.

Ac propterea in indultis, quę dantur hodie dictis Cardinalibus absentibus, in suis diœcesibus residentibus nulluni verbum fit,
148 quòd possint conferre beneficia in omnibus mensibus, † licet quoad alias reseruationes adsint ampliss̃ima verba, & clausulę: Nam
149 frustra precibus impetratur, quod à iure communi † conceditur. l. 1. C. de thesauris, lib. 10.

Absurdum enim esset, si ex residentia in propria diœcesi, & implemento sui officij, (quod nemini † debet esse dãnosum,) ius con-
150 ferendi perderent, & quòd dispendium patiantur, † vnde pręmium merentur, l. si seruus communis. §. qui vero. ff. de furtis, cap. 2. de fideiussoribus.

Et ad decisiones Putei 86. & 305. lib. 3. potest responderi, quòd forsitan regulę illorum temporum erant aliter formatæ, ita vt regula nostra reseruatoria non excludebat Cardinales, prout hodie excludit, vt sentit Rota decis. 537. num. 7. lib. 3. par. 3. diuersorum, Nec nũc est regula moderatoria Indultorum Cardinalium absentium, prout tunc erat.

Et an censeantur derogata Indulta Cardinalibus concessa per clausulam, *quorum te-*
152 *nores*, † lege Io. Selua de beneficio 3. p. q. 14. per totam.

Octauo quæro, cum supra in principio dixerimus nu. 4. quòd Cardinales dicuntur Reges, & magni Principes, non erit ab re, nunc videre; An sicut regula nostra excipit, & non comprehendit Cardinales collatores; similiter etiam non includat Reges, & Principes † col-
153 latores beneficiorum, quę non sunt de iure patronatus laicali, vel mixto, veluti Inui-

An Reges, & Principes, includantur sub reg. nostra.

ctissi-

154 ctiſſimum Regem Hiſpaniarum, † qui diſpo-
nit de quampluribus beneficijs in ſuis Re-
gnis Granaten. & Neapolitan. & Siciliæ, & in
partibus Indiarum, ac alijs in locis ſuorum
Regnorum, conſiſtentibus: & Sereniſsimum
Regem Franciæ, qui in ſuo Regno dicitur Or-
dinarius collator: Ioann. de Selua de benef.
2. par. quæſt. 23. per totam. Nec non Reges
Anglorum, & Hungariæ, qui conferunt in ſuis
Regnis. Felinus in cap. dilecto, in principio,
de teſtibus. Lambertinus de iurepatronatus,
lib. 1. par. 1. quæſt. 10. art. nu. 3. vbi idem
dicit de Regibus Siciliæ, & Apuliæ, & alijs
Principibus habentibus facultatem conferē
di ex priuilegijs Apoſtolicis, & Mandoſius in
regula 11. queſt. 13. num. 4. & 7. Mohedanus
deciſ. 12. & 13. de priuilegijs. Palatius Ru-
beus in rubrica de donation. inter virum. in
proœmio. §. decretalis, num. 28. Acchilles
de Graſsis deciſ. 9. de reſtitut. ſpoliat. qui lo-
quitur de Imperatore habente facultatem
conferendi ex Apoſtolico priuilegio, prout
etiam ex eodem Apoſtolico priuilegio con-
ferunt omnes ſupradicti Principes, vt late
ſcribit Corſettus in tracta. de poteſtate, &
excellentia Regia, 2. par. queſt. 11. ex num.
9. cum ſequentibus. Gigans de penſionibus,
queſt. 21. num. 5. R. P. D. Germonius in tra-
ctatu de indultis. §. in quibuſcumque, ex nu.
1. cum ſequentibus.

155 Concludo breuiter, quòd non, † quia eo
ipſo, quòd de dictis Regibus, & Principibus
non fit expreſſa mentio, non cenſentur com-
prehenſi in reſeruatione regulę noſtrę, pro-
pter altitudinē, & excellentiam illorum, tex.
in c. fin. in principio; de officio delegati, in 6.
ibi, *Regibus, & Reginis, qui ſicut dignitatis al-*
156 *titudine præheminent: ſic prærogatiua* † *gratiæ ip-*
ſos conuenit anteferri, dumtaxat exceptis. c. ne re-
liqui, ibi, *illis, per quæ Regibus, & Reginis, eorum-*
que filijs. de priuilegijs, lib. 6. c. ſolite, ibi, *Re-*
gi tamquam præcellenti. de maioritate, & obe-
dientia. extrauagans execrabilis. §. nos, ita-
que, ibi, *ac Regum filijs.* de prębendis. Pariſius
conſ. 112. *in hac materia.* lib. 4. in fine. Staphi-
leus de litteris iuſtitię. §. petenti committi,
numero 8.

157 Præcepta namque Canonica relaxantur †
propter Regum, & Principum prerogatiuam
cap. Principes, cap. Regum 24. q. 5. c. per ve-
nerabilem. §. rationibus, qui filij ſint legiti-
mi, & plene per Ioannem Seluam de benefi-
cio 2. par. quæſt. 23. num. 52.

Sicut etiam videmus in derogatione iuriſ-
patronatus Regum, quia nunquam cenſetur
derogatum ſub quibuſcumque derogationi-
bus iuriſpatronatus laicalis, niſi exprima-

158 tur, † vt in reg. 41. Cancellarię, & late Couar.
in practicis queſtion. cap. 36. num. 3.

Et in terminis reſeruationis, quòd non
159 comprehendātur † beneficia Regalia, quæ ad
Regum collationem pertinent ex priuilegio
Apoſtolico, tradunt Archidiacon. & Ioannes
Andreas communiter recepti, in cap. 2. de
præbendis lib. 6. ſub num. 5. ad medium, qui
loquuntur in fortiori omnium reſeruatione,
ratione vacationis apud Sedem. Gaſpar de
Peruſio de reſeruationibus. §. quæ autem be-
neficia, numer. 12. Aeneas de Falconibus in
eodem tractatu, quæſt. 3. principali, num. 3.
vbi idem, & a fortiori dicit in Imperatore,
& in Duce Mediolanen. qui in ſuo Ducatu
obtinet vices Imperatoris, & Regis. Couarr.
in d. c. 36. ſub n. 4. paulò poſt principiū, verſ.
quæ quidem beneficia Regalia. Rebuffus in tra-
ctatu de nominationibus, queſt. 15. num. 9.
Mandoſius in dicta regula 11. queſt. 13. per
totam, vbi firmat, quòd licet illa regula re-
uocatoria expectatiuarum, & reſeruatio-
num, coadiutoriarum, & facultatum nomi-
nandi, quę tunc fiebat comprehenderet Car
dinales, vt in ipſa legitur; non tamen com-
prehendit Reges.

160 Prout etiam Concil. Triden. † dum dero-
gat in cap. 9. ſeſſ. 25. de reformatione, omni-
bus iuribus patronatus, pręterquam ex fun-
datione, & dotatione, ſaluat Reges, vt in illis
verbis, *exceptis patronatibus, quæ ad Imperato-*
rem, ſeu Reges, ſeu Regna poſſidentes, alioſque ſu-
blimes, & ſupremos Principes iura imperij in domi-
nijs ſuis habentes, pertinent.

Nono quæro quare dicit regula no-
ſtra *Sanctæ Romanæ Eccle-*
ſiæ. Reſpondeo quòd ad diſtinctionem alio-
rum Cardinalium, qui non ſunt Sanctę Ro-
manæ Eccleſię, veluti Cardinalium Compo-
161 ſtellan. † & Rauennaten. qui cum ſint Cano-
nici, Cardinales etiam appellantur, vt tra-
dit Cardinalis in clemen. fin. nu. 1. de cele-
brat. Miſſar. gl. fin. in cap. pudor 32. quæſt. 2.
Nec non Canonici Mediolanen. qui etiam
Cardinales appellantur, vt tradit Ludouic.
Gomezius, poſt Rocchum de Curte, in reg.
de annali, q. 47. num. 5.

Sed tales Cardinales ſunt abuſiuè Cardi-
162 nales, ad inſtar † Regis Scaccorū, qui non di-
citur propriè Rex, ſed abuſiuus, vt dicit d.
gl. fin. in d. cap. pudor 32. queſt. 2. Gomezius,
vbi ſupra d. num. 5.

De modo autem conferendi beneficia fa-
163 miliarium, † & continuorum commenſa-
lium Sanctæ Romanę Eccleſię Cardinalium,
& ad quem ſpectet collatio, vide in gloſſ. 51.
caſu 17. ex num. 62. vſque ad 66.

card. §. R. E. di
cuntur ad di-
ſtinctio
nē alio
rū, qui
ſunt ad
inſtar
Regis
Scacco
rum.

Sum-

Summaria Glossæ 25.

1 *Concordata excipiuntur a reseruatione regulæ nostræ, & num. 7.*
2 *Concordatum quid sit, & vnde dicatur, & numero 3.*
4 *Concordata Germaniæ, quid contineant, & qui Doctores tractent de illis, & nu. 5.*
6 *Concordata Franciæ, cuius tenoris sint.*
8 *Concordata in nulla lege censentur comprehensa; sed semper excepta, cum in vim contractus transierint.*
9 *Concordata sunt fauorabilia, cum reducant ad ius commune.*
10 *Concordata, qua de causa facta fuerunt.*
11 *Concordata sunt fauorabilia Indultis Cardinalium.*
12 *Concordia, & pace pro conseruanda, multa specialia in iure reperiuntur.*
13 *Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.*
14 *Concordiæ confirmatæ à Sede Apostolica, non excluduntur per Concilium Tridentinum.*
15 *Concordata non impediunt, quòd Legatus Apostolicus non concurrat cum Ordinario in collationibus, nam tantum tollunt gratias præuentiuas, nu. 16. & num. 19.*
17 *Priuilegium concessum vni, alteri nocere non debet.*
18 *Concordatorum decretum non ampliat.*
20 *Concordata non auferunt concurrentiam Papæ tanquam ordinarij.*
21 *Concordata Franciæ. An comprehendant beneficium consistens extra Regnum, quando collator est de Regno.*
22 *Concordata non tolluntur per reseruationem, ratione fictæ familiaritatis Papæ, ad alios tamen effectus intrat talis reseruatio, & n. 23.*

Aut aliorum sub concordatis, inter Sedem Apostolicam, & quoscumque alios initis, glossa 25.

EXCIPIT regula nostra à vinculo reseruationis, per illam inductę, collatores beneficiorum, qui conferunt illa vigore concordatorum initorum inter Sedem Apostolicam, & ip

Plura de materia concordatorū.

1 sos. Nam talia bonef. non includuntur, † sed sunt libere conferenda, prout in prædictis continetur concordatis.

2 Est autem concordatum, quædam lex, † lata communi concordia Principum, videlicet Papę, & aliorum Principum secularium, super forma conferendi beneficia, arg. l. 1. §. conuentionis. ff. de pactis. l. si voluntate. C. de rescinden. venditione. Rebuffus ad concordata in rubrica de collationibus, in principio præfationis, in gl. seq. num. 5.

Concordia dicitur à coniunctione cordis,
3 † & concordare, idem est, quòd conuenire, idest vnius cordis fieri, seu animorum coniunctionem tenere. Ancharan. in cap. indemnitatibus, in fine, in verbo, *concordiam.* de electione, lib. 6. Alexan. in l. 1. sub num. 3. ff. de pactis. Felinus in c. causam quę, il 2. sub num. 1. circa medium, de testibus. Iason in l. de fideicommisso, num. 3. C. de transact. Rota decis. 119. num. 4. & 5. p. 2. diuersorum, vbi nu. 6. refert sententiam Baldi in d. l. de fideicommisso, notab. 1. & Alexan. ibi num. 4. cum alijs, dicentis, quòd concordia sit sedatio discordiæ.

4 Veluti in concordatis Germanię, † initis inter Sedem Apostolicam, & Federicum Imperatorem, & alios Principes Germaniæ, in quibus sancitur, in summa, quòd in Metropolitanis, & Cathedralibus, atque etiam immediatè non subiectis Ecclesijs, & Monasterijs immediatè subiectis Sedi Apostolicæ, fiant canonice electiones, quæ ad dictam Sedem pro obtinenda confirmatione deferantur, intra tempus constitutum per constitutionem Nicolai III. quæ incipit, *cupientes.* alioquin ad eamdem Apostolicam Sedem electiones deuoluantur, & si dictæ electiones Canonicæ fuerint, confirmantur à Papa, nisi ex rationabili, & euidenti causa, ac de Cardinalium consilio, de digniori, & vtiliori persona duxerit prouidendum.

Item Sedi Apostolicæ reseruantur Monasteria Monialium, quæ sunt exempta; minimè tamen non exempta.

In cæteris verò dignitatibus, & beneficijs quibuscumque, tam secularibus, quam regularibus (exceptis maioribus dignitatibus post Pontificales in Cathedralibus, & principalibus in collegiatis Ecclesijs, de quibus iure ordinario erit prouidendum, per illos inferiores, ad quos aliàs collatio pertinet) PP. sibi reseruat omnia prædicta beneficia vacatura in mensib. Ianuar. Martij, Maij, Iulij Septemb. & Nouemb. dummodo si non apparuerit, quòd infra tres menses à die notæ vacationis in loco beneficij, quod de illo Apostolica auctoritate prouisum sit, tali casu Ordinarius, vel alius, ad quem collatio pertineat de illo liberè disponere valeat.

In alijs verò sex mensibus nulla adest reseruatio, & aliàs, vt plenius in prima Bulla Nicolai PP. V. sub data septimo calendis Aprilis, anni 1447. incipienti, *ad Sacram Petri Sedem continetur.* quæ constitutio fuit renouata per

ta per constitutionem 46. Clementis VII. incipit, *admonet nos.* sub data Calend. Iulij, anni 1534. vbi etiam imponuntur grauissimæ pœnę contra violatores illius, & vsurpantes collationes ad Papam tangentes: Nec nõ fuit declarata per Bullam 42. Gregorij XIII. quæ incipit, *quæ in Ecclesiarum.* sub data Calen. Nouembris 1576. in illis verbis, *infra tres menses a die notæ vacationis.* videlicet, quòd dicti tres menses currere incipiant a die notę vacationis Sedi Apostolicę. De quibus concordatis
5 † Germaniæ, vide Cassadorum decis. vnica, de pactis, & Puteum decis. 108. & decis. 345. lib. 2. & decis. 226. *in vna Germana concordatorum.* lib. 3. Simonet. de reseruatione, q. 1. nu. 4. & q. 99. ex num. 4. cum sequentibus. Gregorium Tholosanum de beneficio, cap. 1. nu. 8. & cap. 20. num. 20. Crescentium decis. 2. de priuileg. & Gregor. Branden. in nouo opusculo ad concordata Germaniæ. Vnde fuit deceptus Rebuffus in praxi titulo de expectatiuis, num. 2. dum dixit, quòd in Germania Episcopi solummodo habent quatuor menses ad conferendum.

Similiter in Regno Franciæ sunt alia concordata cum Sede Aposto
6 lica, in quibus disponitur, † quòd Rex Frãciæ faciat nominationem ad Archiepiscopatus, & Episcopat. Abbatias, Prioratus, ac Monasteria, & Papa conferat; In alijs vero dignitatibus inferioribus, & beneficijs quibuscumque, conceditur ordinarijs collatoribus libera collatio in omnibus mensibus, iuxta iuris communis dispositionem; Ita tamen quòd vnum Canonicatum, & præbendam conferre teneantur in vnaquaque Ecclesia Cathedrali, & Metropolitana vni magistro licentiato, aut bachalaureo formato, in theologia, qui per decenniũ studuerit, cũ onere prædicationis, & Sacræ scripturæ lectionis; & tertiam partem omnium dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum vacantium in quatuor mensibus anni, videlicet primo, quarto, septimo, & decimo mense post acceptationẽ concordatorum; similiter viris litteratis, graduatis, & per vniuersitates nominatis conferre debeant: & quòd non solum, nullæ gratiæ expectatiuæ, nec reseruationes speciales, vel generales ad beneficia dicti Regni a sede Apostolica emanare possint; sed neque lites, & causę beneficiales in Romana Curia tractari, & agitari valeant, & alias, vt plenissimè in constitutione longissima Leonis X. legitur, quæ est in Bullario 16 inter constitutiones d. Papę, & incipit, *in eminenti*, sub data Romæ 14. Calend. Ianuarij 1516. quę concordata latissime declarat Rebuffus in glossa, ad illa.

7 Non itaque lędit reseruatio † regulę nostræ dicta concordata, nec alia similia. Cassadorus decis. 1. num. 1. de pactis. Crescentius decis. 2. de priuilegijs. Mohed. decis. 23. num. 4. de prębendis.

Neque vnquam est pręsumendum (licet
8 non exprimatur) quòd concordata † violentur, sed semper excepta censeantur, cum in vim contractus transierint. Crescentius decis. 2. & 5. de priuilegijs. Puteus decis. 47. *Nicolaus Quintus*, num. 3. lib. 1. Ioann. Paulus decis. 85. & decis. 109. Mohedan. d. decis. 23. in fine, de prębendis. Rota decis. 303. in fine, par. 2. diuersorum.

Et dicta concordata cum reducant ad ius
9 commune, sunt fauorabilia, † ac plenissime in ordinariorum fauorem, & contra concedentem interpretanda. l. item si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. l. non statim. ff. de peculio. l. fin. ff. de constitution. Princip. Cassad. d. decis. 1. num. 2. de pactis. Simonetta de reseruatione, quæst. 99. num. 24. Puteus decis. 108. num. 1. lib. 2.

Præsertim quia prędicta concordata facta
10 fuere causa † vnionis, pacis, & tranquillitatis inter Ecclesiam Romanam, & Principes, tam Ecclesiasticos, quam seculares dictarum nationum, vt attestatur. Puteus decis. 226. num. 1. lib. 3. & decis. 478. num. 7. lib. 2. & patet ex ethimologia vocabuli, vt supra.

Ac propterea ista concordata sunt fauo-
11 rabiliora Indultis † Cardinalium. Put. decis. 478. num. 3. & 8. lib. 2. Rota decis. 10. num. 4. lib. 3. p. 3. diuersorum.

Nam pro conseruanda pace, & concordia
12 multa de iure conceduntur, quę aliàs licita non essent, cap. nisi essent, de præbendis, cap. hisque, ibi, *pro bono pacis.* de maioritat. & obedientia, cap. 2. de arbitris, cap. 1. de mutuis petitionibus, ibi, *concordia terminetis.* cap. fin. de transactionibus. l. equissimum. ff. de vsufructu, Romanus cons. 332. num. 13. & sequenti. Barbatia cons. 1. incipit. *magnus*, col. antepen. & penultima. Felinus in cap. 2. nu. 2. & 3. de prędscription. cum alijs congestis per Alphonsum Hojedam de incompatibilitate beneficiorum, cap. 23. num. 6. & 7. cum sequentibus. Flaminius Parisius de resignatione, lib. 5. cap. 3. num. 165. & sequentibus. Gomezius in regula de annali, quęst. 2. num. 3. cum sequentibus, & Horatius Mandos. in additione ad Romanum cons. 306. *in casu.* sub littera D.

13 Concordia namque paruę res crescunt, † discordia maxime dilabuntur, Sallustio attestante, vt refert post illum, & alios. Barthol. Socin. in cons. 165. *visis.* numero 19. in fine, lib. 2. vbi plura. Ioannes Andreas in cap. indemnitatibus 43. num. 3. de electione, libro 6.

Hinc non multum distat, quòd disposita à Conc. Trid. c. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25. de refor-

reformatione, super visitatione, & correctione Capitulorum Cathedralium, & illarum personarum per Episcopos, iuxta illorum formam facienda, non obstantibus quibuscunque exemptionibus, consuetudinibus, etiam immemorabilibus, sententijs, iuramentis, & concordijs, quę tantum suos obligent auctores: locum non habent in concordijs à Sede Apostolica, ex certa scientia confirmatis, † vt per glossam in clementina 14 dudum. §. nos etenim, verbo, *pacta*, de sepulturis, & de sententia Sacræ Congregationis Concilij Tridentini fuit sæpe in Rota decisum, teste Acchille de Grassis, decisione 3. num. 2. de pactis. Cęsar de Grassis decis. 2. num. 7. de iureiuran. Put. decis. 172. nu. 2. p. 3. & fuit resolutum in vna Burgen. iurisdictionis 3. Maij 1589. coram Illustrissimo Domino Cardinali Seraphino, & in Saguntina iurisdictionis 27. Aprilis eiusdem anni coram eodem. Ac propterea Capitula Burgen. & Saguntin. & alia similia; neque etiam post Concilium possunt visitari, nec corrigi, iuxta illius formam, quia ante dictum Concilium habebant cum Episcopis desuper concordias à Sede Apostolica ex certa scientia confirmatas, & vide in glossa 31. numero 42.

Aduerto tamen circa concordata Germanię. quòd Legatus Apostolicus illarum partium potest concur- 15 rere † cum quolibet Ordinario in sex mensibus ordinarijs, per concordata assignatis in collatione beneficiorum, cum ipse Legatus dicatur, etiam Ordinarius in sua prouincia, cap. 1. de officio legati. cap. 2. eodem titulo libro 6. cap. si à Sede, de præbend. lib. 6. Crescentius decis. 180. aliàs 8. de priuilegijs. Puteus decis. 345. *in vna Augustana*. nu. 1. & 2. lib. 2. Petrus Andreas Gambarus de officio, & potestate Legati lib. 3. p. 3. ex nu. 78. vsque ad 79. & num. 207. Qui dicunt hoc procedere, non obstantibus concordatis Germaniæ, quoad alternatiuam concessam Ordinarijs per dictam Bullam Nicolai V. quia concordata tollunt tantum gratias 16 præuentiuas, † non tamen impediunt, quòd Legatus possit concurrere cum Ordinario in mensibus ordinarijs: neque in dictis concordatis dicitur, quòd in mensibus ordinarijs soli Episcopi conferant, sed quod per quamcunque expectatiuam, reseruationem, seu quamuis aliam dispositionem Papa non intendit, quòd in dictis mensibus impediantur illi, ad quos beneficiorum collatio, seu prouisio pertinebat: & sic remouet tantum gratias præuentiuas; non autem excludit Legatos quominus ipsi tanquam Ordinarij iure suæ legationis, sicut antea (cessantibus gratijs præuentiuis) poterant concurrere cum Ordinarijs: Ita etiam hodie remotis eisdem gratijs præuentiuis per concordata, possunt Legati, sicut quilibet alius Ordinarius conferre: ne dicamus quòd priuilegium 17 concessum vni noceat alteri, † vt Puteus, & Gambarus vbi supra, & fuit late resolutum in terminis in vna Virdunen. Canonicatus 19. Iunij 1595. coram Illustrisimo D. Cardinali Pamphilio: Vbi etiam fuit dictum, quòd non obstat decretum irritans positum in concordatis, quia sortitur naturam 18 † principalis dispositionis, quoad gratias præuentiuas tantum, & non ampliat dispositiones; minimè vero tollit facultatem Legati de latere de iure communi concessam. Puteus decisione prima, libro primo, cum alijs adducendis in glossa finali huius regulę. Et sic excluditur opinio Gregor. Branden. super concordat. Germaniæ. q. 12. n. 9. & 10. contrarium volentis.

Pariter etiam in terminis concordatorum Franciæ legatus potest concurrere cum 19 † Ordinarijs, & iure præuentiuo conferre, non obstantibus dictis concordatis ex rationibus supra relatis, vt tradit Rebuff. ad concordata in rubrica de collationib. §. si quis, verbo, *alium superiorem*, post principium, ita iudicatum fuisse asseuerans.

20 Ac à fortiori poterit concurrere † Papa tanquam Ordinarius, & præuenire post vacationem, sine vlla violatione concordatorum, & late diximus in §. secundo proœmiali nu. 31. & per totum, & in §. tertio. nu. 144. tradit etiam Gregorius Branden. super concordatis Germaniæ, notabili 1. num. 2. cum sequentibus.

Alia plura de concordatis, vide per Rebuffum ad concordata, in rubrica de collationibus, in præfatione, ac Branden. vbi supra, & quę volente Deo, in tribus sequentibus glosis dicemus.

An autem includatur sub concordatis 21 Franciæ beneficium consistens extra † Regnum, quando collator est de Regno, vide supra in gl. 10. n. 30. vbi concluſi affirmatiue.

Accedit, quòd ficta familiaritas Papę non 22 excludit † concordata. Rot. decis. 303. nu. 1. & 2. p. 3. diuersor. & dixi in gl. 51. n. 27. Quod intellige quatenus concernit præiudicium cõcordatorũ, ne augeantur reseruationes beneficiorum vacantium in mensib. collatorib. ordinarijs Germaniæ concessis, per dicta concordata, & non vltra. Nam ad alios diuer- 23 sos effectus † posset libere Papa augere, & multiplicare reseruationes per fictas familiaritates. Quo fit vt si Papa concedat alicui facultatem conferendi aliqua beneficia Germaniæ vacatura in suis sex mensibus Apostolicis, seu obstaculum reseruationis ratione mensium remoueat, quòd tali casu

non possit conferre beneficium aliàs reseruatum ex aliqua ficta familiaritate Papę, cum in suis mensibus Papa possit facere gratias præuentiuas, & ad libitum suum disponere, ac reseruationes multiplicare; Ita quòd idem beneficium sit multiplici reseruatione reseruatum, & vna reseruatione deficiente, alia operetur suos effectus. Rota decisione 3. in primo dubio, de prębendis, in antiquis, cum alijs adductis plene in glo. 13. ex num. 81. & 87. & 88.

Summaria Glossæ 26.

1 *Concordata vt non comprehendantur per regulam nostram, debent esse acceptata.*
2 *Lex non acceptata non ligat, nam habet tacitam conditionem, si sit vsu recepta, & n. 3.*
4 *Leges multæ non conueniunt Patriæ moribus.*
5 *Concordata habẽt naturã contractus, & n. 28.*
6 *Contractus ad eius perfectionem, requirit acceptationem.*
7 *Lex 2. tit. 16. lib. 5. recopil. quid disponat.*
8 *Acceptata si non est donatio, erit locus pœnitentiæ.*
9 *Acceptatio requiritur, vt alteri per alterum obligatio acquiratur.*
10 *Acceptatio notarij non sufficit, si à parte ratificata non est, vt pœnitentiæ locus non sit.*
11 *Priuilegium concessum, non dicitur perfectum ante acceptationem.*
12 *Alternatiua concessa Episcopis non suffragatur, si non est acceptata.*
13 *Gratia beneficij absenti facta ante acceptationem non est perfecta. Et ibi quid de præsentatione.*
14 *Absenti facta collatio dat illi ius ad rem, ante acceptationem, & quare magis, quam in contractu, ibidem.*
15 *Absenti seruo concessa libertas, non prodest ante acceptationem.*
16 *Litteræ missiuæ transmissæ non obligant ante acceptationẽ, & interim pœnitentiæ locus erit.*
17 *Litteras missiuas transmittens, si ante acceptationem moriatur nihil acquiritur.*
18 *Pœnitere potest dans mandatum ad matrimonium contrahendum.*
19 *Maioricatus fundator potest, pœnitere ante acceptationem.*
20 *Expectatiua non dat ius ante acceptationem.*
21 *Acceptatio requiritur, vt legatum perfecte acquiratur, sicut, & in hæreditate, & n. 22.*
23 *Acceptatio requiritur in omnibus actibus humanis à duorum voluntate dependentibus.*
24 *Acceptatio est mentis declaratio.*
25 *Acceptatio potest verbis aut factis fieri, nisi requiratur certa forma, vt num. 27.*
26 *Acceptatio vnius donatarij suffragatur alteri.*

Et per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerint acceptatis. gl. 26.

REQVIRIT regula nostra, quòd ad hoc, vt eius reseruatio non includat concordata sint acceptata † per eos, qui illa acceptare debuerint: & rationem adducit Rebuffus ad Concordata Francię, in rubrica de collationibus, in §. prefatique ordinarij, in glos. *post præsentium acceptationem*, videlicet quòd hoc ideo dicit, quia lex, vel dispositio Principis non acceptata, † nec moribus vtentium comprobata non ligat subditos, quando non fuit obseruata, sciente & tollerante Principe, glossa singularis in cap. 1. verbo, *frangere*, de treuga, & pace. gl. etiam similis in summa 24. q. 1. quam ibi notant doctores. Felin. late in d. c. 1. de treuga, & pace, n. 6. & 7. & per totum, vbi cumulat plures illationes, & ponit septem bonas declarationes. Nauarrus in cons. 1. de constitution. nu. 23. cum sequentibus. Alexand. cons. 6. *viso themate*. num. 2. & cons. 132. *visa facti narratione*. num. 4. lib. 1.

Acceptationis de materia plura in hac glossa cumulantur.

1

2

Habet enim lex quandam tacitam conditionem, si illa † moribus vtentium recipiatur. cap. in istis. §. leges, vbi docent omnes. 4. distinct. & Felinus post Hostiens. in d. c. 1. sub nu. 12. vers. *intellige quarto*, de treuga, & pace. Puteus decis. 1. ante num. 1. lib. 1.

3

Quoniam multæ leges, moribus patriæ non conueniunt, † ideo permittitur cuilibet Prouinciæ abundare sub sensu. Ancharanus cons. 218. *iuxta ordinem*, sub nu. 1. ante fin. Felin. vbi supra, sub num. 6. vers. *rationem*.

4

Alia tamen ratio mihi videtur, & fortassis melior, quare sit necessaria acceptatio in concordatis, nempe quia concordata habent naturam contractus, † cum sint lex lata de communi concordia partium, vt dixi in principio glos. præcedentis, num. 2. & expresse tradit Crescentius decis. 2. de priuilegijs. Puteus decisione 47. *Nicolaus*, num. 3. libro 1. Mohedanus decisione 23. in fine, de prębendis. Rebuf. ad concordata, in rubrica de collationibus, in principio, vers. *contrarium credo verius, quia concordata contractus vim habent*.

5

In contractibus autem ad eorũ perfectionem, & substantiam, requiritur acceptatio † tacita,

6

cita, vel expressa. l. si ego. ff. de negot. gestis. l. qui absenti. l. quod meo. §. si furioso. l. si seruus communis. §. 1. l. quemadmodum. ff. de acquiren. possess. l. absenti. ff. de donationibus, vbi probatur, quòd non est valida donatio facta absenti, nisi per nuncium, vel epistolam, aut aliàs acceptauerit. Roman. cons. 295. per totum, ac dixi in gl. 12. ex n. 84. & in glos. 63. quæst. 3. a num. 22.

Et nostri Doctores Hispani tradunt, quòd etiam stante l. 2. titulo 16. lib. 5. recopilatio-
7 nis disponente, † quòd quocunque modo constet, quòd quis voluit se obligari alteri, remaneat obligatus, in omnibus contractibus, etiam inter absentes, nec sit necessaria aliqua solemnitas stipulationis; sed obligatio valeat ex pacto nudo, vt de iure Canonico cauetur. cap. 1. cap. 3. de pactis; Si igitur stante dicta lege, quis absenti donauerit per publicum instrumentum iuratum, fortissimas clausulas continens, licet donatio valeat; tamen quia non perficitur ante acce-
8 ptationem, † potest à donante reuocari priusquam fuerit accepta, & locus erit pœnitentiæ. Couarruuias lib. 1. variar. cap. 14. num. 13. post principium. Gregor. Lopez in l. 4. tit. 4. Partit. 5. in glossa, *no le puede hazer*. Auendañus de exequen. mandatis. 2. p. c. 29. nu. 11. Burgos de Paz cons. 14. n. 20. & cons. 33. n. 12. Molina de primogenijs. lib. 4. c. 2. n. 58. Pelaez in tract. de maioricatu. p. 1. q. 36. n. 2. & q. 68. n. 1. Anton. Gomez. in l. 45. Tauri n. 82. & 83. Tellus Ferdinan. in l. 17. Tauri, n. 3. Ioann. Gutierr. in cap. quamuis pactum, in principio n. 56. & sequentibus, de pact. lib. 6. & Acebedus in d. l. 2. titulo 16. lib. 5. recopilationis, nu. 20. cum pluribus sequentibus, & vide inferius num. 26.

Comprobatur ex adductis per Castren. cons. 171. n. 5. lib. 2. Alex. cons. 126. n. 11. lib. 5. Curt. Iun. cons. 120. nu. 2. dum dicunt, quòd si statuto cauetur, quòd alteri per alterum acquiri possit obligatio, illud intelligendum
9 est interueniente absentis acceptatione, † quia acceptationem excludere non potest.

Quod etiam procedit, quamuis notarius instrumentalis acceptauerit nomine absentis, quia ante ratificationem per absentem
10 factam, semper erit locus † pœnitentiæ, vt per Tiraquell. de iure constituti 3. p. limitat. 30. n. 49. & 66. Couar. in rub. de testamen. 3. p. num. 3. in fin. & lib. 1. variarum resolution. cap. 14. nu. 11. Molina, vbi supra nu. 67. vsque ad n. 72. Rota decis. 663. n. 2. & 683. n. 4. p. 1. diuer. Tiberius Decian. cons. 1. nu. 23. lib. 3.

Similiter priuilegium concessum non dicitur perfectum, nec habet vires, donec is,
11 cui conceditur, si absens est, illud † acceptet. cap. 1. §. ex parte, de concess. præbend. lib. 6. Alexan. in l. qui absenti, in princ. nu. 3. ff. de constitut. princip. Paris. cons. 88. num. 15. lib. 3. Menochius de arbitrarijs. lib. 2. casu 185. num. 30. cum sequentibus.

Hinc est, quòd alternatiua concessa Epi-
12 scopis residentibus, † per regulam nostram, minime suffragatur illis, ante acceptationē, vt reg. nostra declarat, & dicam in glos. 65.

Nec gratia beneficij concessa absenti est
13 perfecta, † donec absens acceptet. cap. si tibi absenti 17. de præbendis lib. 6. cui concordat l. 7. titulo 16. Partita 1. & explicat plenè Couarr. lib. 3. variar. c. 16. n. 1. & per totum, vbi num. 3. infert, quòd non dicitur vacare beneficium per obitū absentis, cui fuit collatū, si in vita non fuit acceptatū, & dixi in gl. 15. §. 2. q. 2. Et Lamber. li. 2. p. 1. q. 11. art. 5. a n. 1. vbi loquitur de presentatione, quę si non acceptatur, nihil prodest, & intrat deuolutio.

Bene tamen verum est, quòd in isto casu de beneficio collato absenti acquiritur ius ad rem, etiam ante acceptationem,
14 † vt Geminian. in d. cap. si tibi. nu. 17. in fine. Franchus num. 7. Gomezius in regul. de non tollendo. q. 1. num. 35. & propterea collatio reuocari non potest, quamuis acceptata non sit, vt in d. cap. si tibi absenti disponitur: & rationem differentię inter hunc casum, & alios, quære à Bart. in l. absenti, num. 2. post medium de donationibus, & ab Abbate in cap. accedens, sub num. 3. de præbend. Couarruu. post alios plures. li. 3. variar. c. 16. n. 1. ante fin. dum dicunt, quòd ideo in hoc casu non est locus pœnitentiæ, quia Episcopus confert ex necessitate, cum sibi retinere non posset, & iam functus est officio suo; secus vero est in donatione, & alijs actibus, qui ex mera voluntate fiunt.

Immo neque libertas data seruo absenti
15 suffragatur illi, donec ipse acceptet. l. si absenti. ff. de acquiren. possess. vbi notant Bart. & Alexan. nu. 2. Ioan. Andreas in c. si tibi absenti. n. 4. de præbend. lib. 6.

Nec litteræ missiuæ transmissæ obligant ante acceptationem eius, ad quem dirigun-
16 tur, & interim est locus pœnitentię. † Felin. in cap. ex parte Decani. nu. 18. de rescriptis. Alexand. in d. l. si absenti. ff. de acquir. possess. Hippol. de Marsilijs in l. is, qui in bello, num. 42. vers. *Item vltra prædicta*. ff. ad legem. Cornel. de falsis. Puteus decis. 114. *in vna Masanen.* lib. 1. vbi idem pari ratione dicunt in nuncio, ac dicam in glos. 63. q. 4. num. 42. & 43.

Hinc si scribens litteras ante receptionē, & acceptationem illarum, mortuus esset, ta-
17 les litteræ euanescunt, † ac nullius momenti erunt. Ruin. cons. 131. n. 6. vol. 1. Alexand. cons. 24. nu. 9. vol. 5. Marsilijs in rub. C. de probat. nu. 265. cum sequentibus, & in singulari 373. Mascardus de probationibus conclusione 471. num. 7. & 8.

18 Idem etiam procedit † in matrimonio, quia est locus pœnitentię.cap.final. §.fin.de procuratoribus.lib.6. Couarr.in 4.decretalium.2.p.c.4.nu.8.& 9. Burgos de Paz cons. 6.n.5.& per totum.

Item maioricatus fundatus per contractum inter viuos ad fauorem certæ personę, cum obligatione non reuocandi, & reseruatione vsusfructus, ac clausula constituti, potest similiter ante acceptationem reuo-
19 cari, † vt plenissime resoluit Ludouicus Molina de primogenijs libro 4. cap. 2. ex num. 58. vsque ad num.70. qui omnibus melius, & copiosius hanc acceptationis materiam peragit, & Pelaez in tractatu de maioricatib.p.1.q.36.& q.68.ferè per totas, & sæpe consului, & obtinui.

Et vigore gratiæ expectatiuę non acquiritur vllum ius,sed post acceptationem †
20 factam infra mensem (de quo in clement.1.de prębend.& clem.1.de conces.prębend.) acquiritur ius ad rem. Rota decis.26. nu.4. de conces.præbend. in antiquis, & decis.7. eodem titulo, in antiquioribus Besigneti. Gomezius in regula de non tollendo iure quæsito.q.1.num.30.

Similiter legatũ non acquiritur perfecte,
21 † nisi sequuta acceptatione. l.cum pater 78. §. surdo, & ibi glos. verbo, *quæritur*. ff. de leg.2. l.neminem,cum l. sequenti,eodem titulo, glos.in d.cap.si tibi absenti, verbo,*non acquiras*, de pręben.lib.6.

22 Item videmus in hæreditate, † vt per totum titulum.ff.de acquiren.vel omitten.hæreditate,& de iure deliberandi.

23 Denique in omnibus actibus humanis, † à voluntate duorum dependentibus requiritur vtriusq; consensus, & acceptatio. l.labeo.ff.de verbor.significat.l.ædiles. ff.de ædilitio edicto. l.consensu, cum sequentibus, ff. de actionibus,& obligat. cum similib.

Et acceptatio nihil aliud est, quam men-
24 tis,& voluntatis † declaratio. Rota decis. 7. in fine,& decisione 15.nu.4.de conces.præb. in nou.& decis.19.n.2.eodem titulo, in antiquis, ac dicam in glos.58.

Ac propterea non solum probatur absen-
25 tis acceptatio † verbis,aut factis,aut signis, aut alijs coniecturis, & adminiculis. Rota decisione 690. *opponebatur*, p.3. lib.3. diuers. Sed etiam sufficit sola scientia cum taciturnitate ad probandum acceptationem ex l. qui patitur. ff.mandati, & l.paulis. ff.rem ratam haberi; & per tradita per Couaruu. in rubrica de testamen. 3.p. num. 13. versic. *verum si donatarius*, circa medium, & Molinam in d.libro 4.cap.2.num.76. & in terminis fuit decisum in Rota in vna Romana successionis 28. Ianuarij 1577. coram Robusterio, quæ est decisio 663.num.1. & 2. p.1. diuersorum: vbi etiam dicitur qualis debeat esse dicta scientia, & quando, & ex quo tempore præsumatur: & in decisione 683. num. 8.ibidem, dicitur,quòd quando donatio fuit facta insimul duobus absentibus, quòd acce-
26 ptatio † vnius suffragetur alteri condonatario, vt non sit locus pœnitentię,per tex.in l. quoties. C.de donationibus,quę sub modo.

Quod intellige, nisi in acceptatione requi-
27 ratur certa forma,† prout regula nostra requirit in acceptatione alternatiuæ, vt patet in vers. *illi vero*, ac dicam in glos.58.cum sequentibus vsque ad fin. gl.64.

Igitur siue dicamus,quòd ista concordata sapiãt donationem quandam: siue dicamus, quòd habent naturam priuilegij,aut gratię, aut libertatis: siue etiam dicamus,quòd sint species contractus: Nam istorum omnium
28 participationem † recipiunt, necessario fatendum est, quòd ad substantiam concordatorum requiratur acceptatio, ac propterea merito in regula nostra verba istius glossæ, inserta fuere.

Summaria Glossæ 27.

1 *Concordata sunt indiuidua.*
2 *Concordia, si in parte non seruatur, corruit in totum.*
3 *Correspectiuum,quando dicitur esse.*
4 *Correspectiuorum, vno corruente omnia corruunt.*
5 *Concordia ex correspectiua,nemo potest iuuari, nisi prius doceat pro sua parte adimpleuisse.*
6 *Emptionis à contractu receditur, ob non solutionem vnius denarij.*
7 *Transactionis non seruatæ exceptio,impedit immissionem in possessionem.*
8 *Regula de triennali non suffragatur immisso,vigore concordiæ non seruatæ.*
9 *Spolij remedium competit cadenti à possessione, ratione concordiæ non seruatæ.*
10 *Concordiæ non adimpletæ exceptio,est exceptio litis finitæ.*
11 *Exceptionibus omnibus sublatis,non est sublata exceptio violatæ concordiæ.*
12 *Locator, si pactum non seruat, nec conductor seruare tenetur.*
13 *Pactum non exhæredandi intelligitur,nisi causam dederit.*
14 *Promissio non offendendi intelligitur,nisi causam dederit.*
15 *Promissio fidelitatis seruandæ Domino feudi, non durat sublato feudo.*

Depositum

16 *Depositum non est tradendum, contractum non seruanti*, etiam *si adsit clausula*, omni exceptione remota.
17 *Seruati pacti conditio inest, in omnibus promissionibus.*
18 *Acceptatio laudi habet vim pacti, nisi ab altera parte non seruetur.*
19 *Mora cessat, vbi altera pars non adimplet.*
20 *Morosus moram opponere non potest.*
21 *Contractum nemo ex parte sua adimplere tenetur, donec pars impleat ex altera.*
22 *Transactionem rescindere volens, non auditur, nisi prius restituat receptum.*
23 *Salarium, si non soluitur Doctori, potest desistere, & si ob defectum pecuniæ non potest legere, debet habere integrum salarium, & n. 24.*
25 *Fides non est seruanda, illam non seruanti, sed frangere licet, & n. 26. & alia plura in proposito vsque ad num. 33.*
27 *Dicens, quòd vult, audit quod non vult, & qui prius fuit in culpa de se quæri debet, & suo se gladio iugulauit, nec de dolo dolosus opponere potest, & c. & num. 28.*
29 *Errori causam præbens, errorem alteri imputare nequit.*
30 *Culpa stante spoliati, cessat spolium.*
31 *Consilium iniquum faciens deuoluetur super ipsum, & alia plura huius farinæ.*
32 *Expectare quisque debet illud, quod fecit.*
33 *Exemptione non gaudet, qui interdicto causam dedit.*
34 *Notarius conficiens instrumentum simoniacum, non potest opponere de simonia.*
35 *Opponere non potest de viribus mandati, qui habet simile mandatum.*
36 *Opponere non potest de nullitate, nec attentatis, auctor nullitatis, & attentatorum, & numero 37.*
38 *Opponere non potest appellans de iniustitia suæ appellationis.*
39 *Nullitas actus, quando non excusat à pœna.*
39 *Impeditus facto aduersarij restituitur, & morosus non dicitur.*
40 *Contumaciæ pœna cessat, si creditor dat debitori causam fugæ.*
41 *Vxor dans causam diuortij, non participat de lucris viri, constante matrimonio acquisitis.*
42 *Dotans tenetur de dote deteriorata ex culpa sua.*
43 *Culpa imputari non debet marito, faciendo inspici vxorem fingentem esse prægnantem.*
44 *Culpa beneficiati in non seruiendo non excusat à solutione pensionis.*
45 *Impedimentum ex culpa aduersarij prouenies est iusta causa restitutionis in integrum.*
46 *Impedimentum alteri præstans non gaudet possessionis anterioritate.*
47 *Impedito culpa, vel fraude aduersarij, non currit tempus instatiæ, nec terminus probatorius, nec datus ad dicendum contra articulos, vel producendum iura. & n. 48. nec currunt fatalia, & num. 49.*
50 *Lis dicitur contestata, quando reus subterfugit, ne contestetur.*
51 *Terminus assignatus ad retrahendum, licet aliàs curat etiam contra ignorantē; secus est, si culpa, & malitia venditoris causatur ignorantia.*
52 *Concordatorum obseruantia præsumitur, nisi contrarium probetur.*

Et obseruatis. gl. 27.

Obseruantiæ ex vtra que parte de materia quā plura cumulantur, necnō de correspectiuita te.

AD hoc vt regula nostra nō includat concordata requiritur, quòd per eos, qui illa obseruare debuerint, sint obseruata; Nam cum cōcordata sint indiuidua, † & correspectiua. arg. l.
1 cum proponas. C. de pactis. l. Pedius. §. fin. ff. de arbitris. Bartol. in l. græce. §. illud. n. 4. ff. de fideiussoribus. Alexand. in l. 1. §. sed si mihi. nu. 5. & ibi Alciatus n. 16. ff. de verbor. oblig. Paris. cons. 12. n. 74. lib. 2. & est bona de cis. Mohed. 10. n. 1. de sent. & re iudic. & decis. 1. sub nu. 1. & decis. 5. ad fin. de simonia. Roland. cons. 69. *pro fundamento*. nu. 44. lib. 4. Caputaq. decis. 206. num. 6. p. 1.

Si concordata non seruantur in parte, pariter nec Papa illa seruare tenetur, quia data inobseruantia conuentionis in vno capi-
2 tulo, † tota conuentio redditur nulla. Bartolus in l. scire debemus 29. in principio, nu. 4. ff. de verborum obligation. Alexand. cons. 105. num. 24. lib. 3. & cons. 143. num. 2. lib. 7. Rolandus cons. 69. num. 43. lib. 4. Nat. consil. 479. num. 26. libro 3. Cagnol. in l. si quis maior. num. 134. C. de transaction. Mohedan. d. decis. 10. in fine, de senten. & re iudicata. Caputaquen. decis. 316. n. 3. p. 3.

Et correspectiua, quæ fiunt, scilicet vnum,
3 contēplatione † alterius, seu propter aliud, seu quando venit ad terminationē alterius, iuxta tradita per Bartolum in l. Aurelius 28. §. idem quæsiuit. numero 3. ff. de liberatione legata. Felin. in cap. cum inter. num. 7. de re iudicata. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo, *donatione largitus*. num. 118. C. de reuocan. donat. Rota decis. 491. num. 2. & 3. p. 1. diuersorum. Caputaquen. decis. 235. per totam. p. 1. Cęsar de Grassis decis. 1. ex num. 4. & per totam, de fide instrum. Anton. Gabriel in titulo de præsumption. conclus. 13. n. 4. cum sequentibus, pleniſſime Menochius de pręsumption. lib. 6. præsumpt. 12. num. 1. vsque ad finem.

Corruente vno ex correspectiuis, cor-
4 ruunt omnia. † l. fin. C. de acceptilationibus. Ancharan. cons. 434. *ex narratis*. post num. 3.

vers. *præterea aduertendum.* Aimon. conf. 16. n. 4. & conf. 153. num. 8. & conf. 179. n. 13. Rota decis. 677. n. 2. & 8. p. 1. diuers. Corneus conf. vlt. lib. 1. num. 1. & conf. 36. *in hac consultatione.* num. 14. lib. 2. Mandosius in regula 32. quæst. 51. num. 22. Menochius vbi supra nu. 2. cum sequentibus.

Ideo in correspectiuis nemo potest iuuari ex concordia, nisi docto pro sua parte adim-
5 pleuisse. † l. Iulianus. §. offerri. ff. de actionibus empti. l. cum proponas. la 2. C. de pactis. l. si quis maior. C. de transactionibus. l. siue apud. ff. de inoffic. testam. l. ædiles. §. finali. ff. de ædilitio edicto. Baldus in l. pacta conuenta 72. notab. 2. ff. de contrahend. emptione. Caputaquen. decisione 232. p. 1. & decisione 6. p. 3. Puteus decisione 357. *in vna Romana*, in fine, lib. 3. vbi etiam dicit, quòd propter vnum minimum Capitulum non seruatum obstat exceptio agenti, & Nat. conf. 673. n. 19. Roland. conf. 69. nu. 6. vol. 4. Magonius decis. Lucana 21. ex num. 16.

Ita vt à contractu emptionis recedatur, si
6 cessetur in solutione vnius denarij, † licet totum residuum fuerit solutum. Alexan. consil. 105. n. 19. & 20. volum. 3. post Bald. quem allegat in l. ædem. C. locati. Bero. consil. 144. num. 1. volum. 2.

Quo fit, vt exceptio inobseruatę transactionis, seu concordiæ impediat immissionẽ
7 in possessionem † non seruanti, neq; ipse violator potest impedire, quòd alius non immittatur, ex remedio legis finalis C. de ędicto diui Adriani tollendo, vt fuit resolutum in vna Romana hęreditatis 18. Decembris anni 1551. coram Fabio, teste Caputaquen. decisione 149. p. 2.

Prout etiam nec regula de triennali suffragatur possessori, vigore concordię, quam con-
8 trauenit, † vt fuit resolutum in vna Placent. Decanatus 21. Ianuarij 1597. coram R. P. D. meo Pegna Rotę Decano.

Hinc competit remedium recuperandi illi, qui ex voluntate sua cecidit à possessione, quando contractus non fuit adimpletus, iu-
9 xta conuentionem factam, † cuius vigore dimisit possessionem. Socinus in l. remque nobis, num. 8. vers. *quinto dubitatur*. ff. de acquiren. possess. Alexan. conf. 90. *in causa*. num. 6. volum. 5. Caputaquen. decisione 6. num. 1. & 2. parte tertia, & plene per Flaminium Parisium. de resignatione lib. 1. q. 3. nu. 66. cum sequentibus.

Vnde exceptio non adimplementi concor-
10 die, est exceptio † litis finitæ, & impedit litis ingressum. Paulus Castrensis in l. Iulianus. §. offerri, sub num. 6. ff. de action. empt. Aimon conf. 248. *Iniustitia, & nullitas*, sub numero 6. post medium, vers. *non obstat quòd proponitur*, cum alijs congestis à Menochio conf. 1. num. 365. volum. 1. Magonius in decisione Lucana 21. ex num. 16. & decis. 25. nu. 77. & decis. 61. nu. 1. 10. & 11. Corneus conf. 291. colum. fin. & conf. 297. per tot. volum. 3. Gallesius de obligatione Camerali p. 4. q. 1. numero 7.

Sic etiam, quamuis per statutum sint sublatæ omnes exceptiones, vt non impediant viam executiuam; tamen nunquam censé-
11 tur sublata ista exceptio, violatę † concordiæ. Baldus in l. ex prædijs. num. 2. C. de euictionib. Decius in cap. ex parte. il 2. sub num. 6. vers. 2. *prædicta limitatio*, de officio delegati. Iason in §. actionum num. 131. cum sequentibus. Institut. de action. Aimon conf. 127. num. 14. & conf. 151. n. 10. Roman. conf. 244. *pro euidentia*. num. 4. & 5. Corneus consil. 297. *in consilijs*, post num. 1. vers. *& regula est.* lib. 3. & conf. 245. in princ. vers. *tamen prædictis minime refragantibus*. lib. 4. Menoch. conf. 1. num. 366. lib. 1.

Item dicit tex. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati, quòd si locator non obseruat conductori pacta appositа in contractu locationis, & alia in eo contenta: nec similiter
12 † tenetur conductor obseruare locatori, quę promisit, vbi Bartol. sub num. 1. reputat illum tex. mirabilem ad omnes contractus, in quibus vltro citroque aliquid promittitur, & infert, quòd si promisi filium non exhęredare,
13 † intelligitur nisi causam exhæredationis dederit. l. quidam cum filium. ff. de verb.
14 oblig. Et si promisi te non offendere, † intelligitur nisi causam offensionis commisseris. l. qui seruum. ff. de verbor. oblig.

Ideo iurans seruare fidelitatem Domino fęudi, non tenetur seruare, fęudo sublato.
15 † cap. 1. de fęudis. cap. potuit, de locato, vbi notant omnes. cap. quemadmodum cum ibi notatis, de iureiurando.

Quare Ancharan. consuluit conf. 360. *ex serie facti*. num. 1. & per totum, quòd si ex duobus contrahentibus vnus deposuit pecuniam penes tertium, vt traderet alteri contrahenti secum, omni conditione remota, si ille contrahens venit contra contractum,
16 potest depositarius † ex tali contrauentione se tueri, & non tenetur soluere depositum, quia sicut principalis non tenebatur; ita nec ipse, cum sit eius minister: neque obstat, quòd erat contractus depositi, in quo exuberat bona fides, plusquam in alijs contractibus, quia non denegatur depositum illi, qui deposuerat, sed alteri, vnde illi potius, quàm alteri erat restituendum, quòd consilium allegat, & sequitur Felinus in cap. peruenit. il 2. num. 4. ante finem, vers. *& per istam regulam*, de iureiurando, licet dictum consilium minus correctè alleget, scilicet 154.

Facit

Facit etiam, quòd omnes promissiones, & renunciationes habent in se tacitam, &
17 subintellectam conditionem, si pacta † seruentur. Angelus cons. 59. n. 8. Flamin. Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 3. num. 44. & 45. cum sequentibus.

Ex hoc fonte procedit, quòd cum acceptatio laudi habeat † vim pacti. l. 2. C. communia; vtriusque iudicij, acceptatio facta de laudo intelligitur, si ab altera parte fuerit seruatum. Romanus cons. 175. incipit, *dictum vltimum*. sub num. 4. Matthæus de Afflictis decis. 117. in fine.

Huc pertinet, quòd si alia pars non adim-
19 plet, altera non dicitur esse in mora, † nec de tali mora potest accusari. Corneus consil. 245. *in præsenti consultatione*. n. 1. ante fin. Mohed. decis. 1. de pactis. Caputaq. decis. 108. n. 6. & 7. parte 2.

Sicut nec morosus moram † opponere
20 potest. Caputaquen. decis. 182. num. 4. par. 2.

Quoniam contractum nemo tenetur adim-
21 plere † ex parte sua, donec pars impleat ex altera. l. cum proponas, la 2. C. de pactis. Hieronymus Gabriel cons. 151. ex numero 23. libro 2.

Nec longe distat, quòd transactionem rescindere volens, non auditur, nisi
22 prius receptum, illius vigore restituat. † l. si diuersa de transactionibus. Afflictis decis. 220. num. 4. Puteus decis. 353. num. 6. lib. 1. & decis. 140. lib. 2. Caputaq. decis. 316. num. 1. & per totam. p. 3. Rota decis. 810. p. 1. diuer. & dicam in gl. 56. limit. 4.

Pro hoc, quia Doctor obligatus ad lectu-
23 ram, licite potest † desistere, si sibi non satisfit de salario promisso, & si ob defectum pecuniarum non potuit perseuerare in lectu-
24 ra, debet † habere integrum salarium, perinde, ac si legeret, vt docet Abbas in cap. peruenit, il 2. num. 4. de iureiurando, & Felinus ibidem, num. 3.

Subintrat etiam in proposito glossæ nostrę, quia cum alij concordata facientes, cum Sede Apostolica, fidem nõ
25 seruent, nec est illis seruanda, † nec concordata custodienda, ex vulgata regula, frangen-
26 ti fidem fides frangatur † eidem. l. cum proponas 21. ibi. *nec aduersario tuo transactione vti concedendum est, nisi ea quæ placita sunt adimplere paratus sit.* C. de pactis. cap. peruenit, il 2. ibi, *nec tu ei, etiam si promissum tuum iuramento, vel fidei obligatione interposita firmasses, aliquatenus teneris, si constat eum conditioni minime paruisse.* de iureiurando, cap. frustra sibi fidem, de regulis iuris, lib. 6. l. 28. titulo 11. Partita tertia. Puteus decis. 340. num. 2. lib. 3. Rolandus a Valle cons. 69. num. 5. 11. & 12. & 41. & 42. volum. 4. & pro regula tradit cum 4. ampliationibus, & quinque limitationibus. Decius in d. l. cum proponas, nu. 3. cum sequentibus, vsque ad finem, quas limitationes, seu declarationes accepit ex Felino in d. cap. peruenit, à num. 5. vsque ad fin. de iureiurando.

Fides an sit non seruanda.

Quibus annecto tex. in l. sed & partus. §. 1. ff. de eo, quod metus causa, ibi, *quod fecit passus est.* Et qui dicit, quòd † vult, audit quod
27 non vult, cap. Ecclesia. §. quibus autem 13. quæst. 1.

Item qui prius fuit in culpa, † de se quæri
28 debet. l. socius socio 72. ff. pro socio.

Item dicit tex. in l. Imperatores 34. ff. de iure Fisci, ipse te huic pœnæ subdisti, seu ipse te tuo gladio iugulasti.

Item dolosus de dolo opponere nequit. l. si duo 36. ff. de dolo.

Item patere legem, quam ipse tulleris. l. 1. ff. quod quisque iuris.

Item illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit. l. cum par. 196. §. illi debet. ff. de reg. iur.

Item quod quis ex sua culpa damnum sentit, non intelligatur damnum sentire. l. quod quis ex culpa 203. ff. de reg. iur.

Item errorem alteri imputare nemo po-
29 test, qui erroris † causam præbuit. gloss. fin. in l. 2. ff. quando actio, de peculio. Aimon. in tracta. de indemnitate mulierum, numer. 33. Item cessat spolium si spoliati culpa, & facto
30 † prouenit impedimentum. Aimon cons. 83. num. 2. Rota decis. 202. sub num. 6. Item in psalmo 7. dicitur. *incidit in foueam, quam fecit.* Et in cap. 27. Ecclesiastici legitur, *facienti iniquissimum † consilium super ipsum deuoluetur.* Itẽ
31 qui illicite facit, non potest alium arguere, qui ipsum impedit in simili actu. l. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loco publico. Item qui carpit mores, labe carere debet. l. in arenam. C. de inoffic. testam. Item quòd quis exigere debet ab alio, multo fortius à se ipso. l. si pupilli. §. videamus. ff. de negotijs gestis. Item nemo potest alium corrigere, qui tacitus respondeat, eadem commisisse, cap. 1. 21. distinct. cap. iudicet 3. quæst. 7. Item dixit tex. in cap. esto 95. distinct. *cur ergo te habeam, vt Principem, cum tu non me habeas vt Senatorem.* Item nemo recte reprehensoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnet, cap. nemo 81. distinctione. Item quod
32 quisque fecit, illud † expectet. l. 3. ibi, *quod fecit semper expectet.* C. de Episcopali audien. l. vnica. C. de raptu Virginum, dicit etiam Apostolus ad Colo. capit. 3. *qui iniuriam facit, recipit illud, quod inique gessit.* Item idem Apostolus ad Galatas, cap. 5. dicit, *quæ enim seminauerit homo, hæc, & metet.*

Similiter, exemptione gaudere non debet,
33 qui fuit in culpa † interdicti, c. licet 11. ad finem, de priuilegijs, lib. 6.

Nec

Nec Notarius conficiens instrumentum simoniacum, † potest opponere de nullitate illius, propter simoniam. Mohedan. decis. 2. de simonia. Acchil. decis. 2. de procuratoribus. Puteus decis. 330. lib. 2. Rota decis. 13. lib. 2. par. 3. diuersorum, & decis. 1262. par. 3. lib. 3. diuersorum. Rota decis. 4. num. 19. de renunciatione, in nouis, iuncta additione, & facit c. ex litteris, de transactio.

Item nec potest opponere de viribus man-
35 dati, † qui habet simile mandatum. Caputaq. decis. 182. num. 4. par. 2. & vide in gl. 9. de annot. contra null. & atten. num. 73.

Nec author nullitatis potest de nullitati-
36 bus † dare. Ferret. cons. 155. n. 6. in fine, & nu. 7. Lancellottus de attentatis 2. p. c. 4. in præfatione, num. 102. in vltima impressione. Aim. in tractat. de indemnit. mulierum, n. 33.

37 Idemque procedit in attentatis, † quia dans causam attentatis, nequiuit opponere de illis. Lancellottus de attentatis, 3. p. c. 25. num. 44. & c. fin. num. 14. & num. 289. vers. *vigesimaquinta sit pœna.*

Sicut neque appellans potest dare de iniustitia suæ appellationis. Acchil. decis. 34. nu. 6. de appellation.

Pariter licet nullitas actus soleat à pœna excusare; non tamen hoc locum habet, quando nullitas
38 † procedit ex culpa partis, propter quam actus redditur nullus. Baldus in l. ea quidem, num. 3. C. si mancip. ita fuerit alien. Felin. in cap. ex tenore, num. 9. de rescriptis. Molina de primogen. Hispanor. lib. 2. cap. 16. num. 19.

Itidem impeditus facto aduersarij prosequi excusationem, elapso tempore illam pro
39 sequitur, tex. † & ibi Bartol. nu. 1. in l. si cum ipse. ff. de excusa. tutor. Sicut nec dicitur morosus culpa aduersarij impeditus. Caputaq. decis. 108. num. 4. cum sequentibus. p. 2.

Sic etiam si creditor dat debitori iniuste
40 causam fuge, non intrat contumaciæ pœna. † Decius cons. 410. num. 3. Tiberius Decianus responso 8. num. 200. lib. 1. & fuit dictum in vna Bononien. spolij 14. Iunij 1599. coram R. P. D. meo Lancellotto.

Nec non si ob culpam vxoris fuit factum diuortium, non debet ipsa participare de lu-
41 cris † acquisitis constante matrimonio, iuxta dispositionem legis Hispaniæ, pro dimidia, talia lucra diuidi mandantis, vt plenè tradit Ioannes Lupus de Palatios Rubios in rubrica de donationibus inter virum, & vxorem. §. 64. num. 1. & per totum, vbi magnum numerum doctrinarum accumulat in proposito.

Item licet dotans non teneatur de dote deteriorata; tamen si deterioratio sua culpa
42 † contingit, bene tenebitur. Rota decis. 56. num. 7. & 8. p. 2. diuers.

Sicut etiam, si maritus post diuortium, fecerit inspici vxoris ventrem, an esset prægnans, vel non, si non inueniatur prægnans non tenetur maritus actione iniuriarum, quando mulier tali inspectioni causam de-
43 dit, † fingendo se esse prægnantem. l. 1. §. si omnes, in fine. ff. de inspiciendo ventre.

Ac etiam si culpa beneficiati in non residendo fructus non percepit, non ideo excu-
44 satur † a solutione pensionis. Gigas de pensionibus, q. 62. num. 9. Intellige tamen secundum ea, quæ dixi in gl. 5. §. 5. a num. 44.

Et impedimentum ex culpa aduersarij
45 proueniens, est iusta † causa restitutionis in integrum, cap. ex litteris, de in integrum restitutione. l. Diuus. ff. eodem titulo. Oddus in in suo tractat. de in integrum restitutione, quæst. 12. num. 1. & per totam. Flaminius Parisius de resignatione beneficiorum, lib. 11. quæst. 13. num. 101.

Omnis actus habetur pro facto in præiudicium impedimentum præstantis.

Nec potest gaudere anterioritate suę pos-
46 sessionis, qui præstit † alteri impedimentum ne prius possessionem acciperet, vt plene dixi in §. 3. procœmiali ex nu. 23. vsque ad 43. & præcipue nu. 40. 41. & 42. Immo habetur pro possessore, qui per aduersarium fuit impeditus ne caperet possessionem. Ferret. cons. 3. num. 16. & 17. vol. 1. vbi plenè.

Sic quando ex forma statuti causa debet expediri intra certum tempus, alioquin periret instantia, non currit id tempus illi, qui
47 impeditur † per moras, dilationes, aut subterfugia aduersarij. Bal. n. 3. Salicetus, nu. 7. in l. fin. C. de adulterijs. Iason cons. 35. *in quæstione.* num. 2. lib. 1.

Item tempus alicui prefixum ad proban-
48 dum, non currit † illi, quandiu aduersarius differt respondere eius positionibus, glossa, verbo, *post dationem.* in clemen. sæpe. §. & quia positiones, de verborum significatione, vbi Cardin. sub nu. 14. quæst. 9. & Imola nu. 45. Iason d. cons. 35. sub num. 2. Plene Tiraquell. de retractu lignagier. §. 12. gloss. 2. n. 1. 2. & 3. cum sequentibus: vbi idem dicit de termino assignato ad dicendum contra articulos in num. 5. Et de termino ad producendum iura num. 6. & plures allegat.

Sicut nec instantia prosequendę appella-
49 tionis † currit appellanti, dum appellatus impugnat appellationem, seu dicit esse desertam. Decius in cap. ex ratione, num. 10. de appellation. facit Rota decis. 15. num. 2. de appellat. in nouis, & decis. 10. nu. 3. & decis. 79. num. 1. eodem titulo, in antiquis.

Nec prætermitto, quòd quando reus sub-
50 terfugit, ne lis contestetur, † aut non respondet, siue alio modo moram facit litis contestationi, tunc in illius prejudicium habetur lis pro contestata. l. si eum. §. qui iniuriarum, & ibi Alberic. num. 3. Bald. num. 4. Iass. plenius,

nius, num. 9. 10. & 11. vbi alia plura in proposito adducit. ff. si quis cautionibus. Ripa in l. si insulam, num. 34. ff. de verborum obligation. Tiraquel. late de retract. lignagier. §. 14. glossa 2. nu. 5. cum pluribus sequentibus.

Accedat, quòd quamuis tempus 9. dierum datum ad retrahendum rem venditam de suo patrimonio, vel parentela currat contra minores absentes, & ignorantes, iuxta l. Hispanam 8. titul. 11. lib. 5. recopilat. tamen
51 si culpa, & malitia † venditoris, consanguineus, cui competit ius retractus, vēditionem ignorauit, veluti quia exiuit venditor ad celebrandum contractum extra locum habitationis, seu fuit rogatus de instrumento aliquis Tabellio foraneus, aut aliàs apparet de fraude venditoris, tunc non currit d. tempus nisi a die scientiæ. Didacus Perez in rubrica tit. 11. lib. 3. ordinam. q. 48. col. 740. Acebed. in l. 7. tit. 11. lib. 5. recopilat. n. 63. Tiraq. de retract. lignag. §. 11. gloss. 2. num. 1. cum sequentibus, & ita sæpe practicaui.

Vlterius paria sunt, Episcopum prouidere in mense reseruato, vel prouiso Apostolico impedimentum præstare, vt dicam in gl. 55. & adde quæ dixi in gl. 15. a num. 49.

Denique alia possem infinita cumulare ad probandum, quòd si culpa aduersarij concordia non seruatur ex sua parte, neque debet illi fides, & concordia seruari: & ideo merito regula nostra obseruantiam concordatorum requirit.

52 Rursus addo, quòd in dubio præsumitur † obseruantia dictorum concordatorum, & contrarium alleganti incumbit onus probandi inobseruantiam. Decius cons. 534. incipit, *procedendo*. nu. 9. vers. *non obstat*. Roland. à Valle cons. 90. nu. 53. & 54. vol. 1. Crescentius decis. 79. aliàs decis. 4. num. 1. & 2. de priuil. Anton. August. in epitome, titulo de constitution. nu. 3. Caputaquen. decis. 220. num. 2. & 3. p. 1. Herculan. de negatiua, nu. 26. Mascard. de probation. conclus. 1338. n. 3. Acchilles de Grassis decis. 1. de probationibus. Rota decis. 56. num. 4. & decis. 97. nu. 2. p. 1. diuersorum, & decis. 67. num. 1. & 3. p. 1. diuersorum, & aliàs sępissime tenuit Rota, & magis in terminis firmat Greg. Branden. super concordat. Germaniç, q. 2. & 3. & 4. vbi late, & pręcipue d. quæst. 4.

Summaria Glossæ 28.

1 *Concordata lædere Papa non intendit, & num.* 21. & 24.
2 *Tertij sine præiudicio censetur omnis dispositio.*
3 *Præiudicium tertij, vt euitetur, quælibet leuissima interpretatio sufficit, etiam si verba verificentur in sola potentia, & num.* 4.
5 *Excommunicationis appellatione venit maior, nisi resultet tertij præiudicium.*
6 *Obliuio potius præsumitur in Principe, quam vt censeatur alicui præiudicare.*
7 *Præiudicio de paruo est intelligenda dispositio, præiudicare volens.*
8 *Clausula* (non obstante collatione alteri facta.) *intelligitur de nulla.*
9 *Præiudicium tertij, vt euitetur sunt verba improprianda, nec non potius præsumendum re scriptum falsum, & num.* 10.
11 *Pacti vim habent concordata.*
12 *Princeps obligatur de iure naturali propter consensum.*
13 *Contractus obligat Principem, cum sit de iure gentium.*
14 *Princeps si nollet seruare contractum, nullus cum illo contraheret.*
15 *Disponere nemo potest contra substantiam actus illo remanente.*
16 *Correlatiuorum natura est, vt æqualitas obseruetur.*
17 *Nostrum quod est, sine facto nostro auferri non potest.*
18 *Mendacium est abominabile, maxime in Principe.*
19 *Princeps in contractibus consideratur, vt priuatus.*
20 *Obseruanda sunt quæ partibus placuerunt.*
22 *Priuilegium pecunia comparatum auferri non debet, cum transeat in contractum, sed contra num.* 25. *concordatur, nu.* 26.
23 *Priuilegium concessum ob remunerationem laborum, non est auferendum.*
27 *Compositiones, quæ soluuntur in Dataria, non inducunt causam onerosam propriè loquendo, & num.* 28.
29 *Priuilegio cum compositione obtento, nemo fraudari debet.*
30 *Compositionis ratione, an dicatur Papa quasi contrahere.*

Quæ lædere non intendit comprehensorum, gl. 28.

1 NON intendit Papa lædere † concordata, acceptata, & obseruata. Nam regulariter omnis dispositio Principis censetur facta sine præiudicio, † & lęsione tertij. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quis in loco publico, cap. cum dilectus,

Tertij prejudicij nunquã intelligitur irrogatum.

dilectus, de consuetudine. c. dudum, de priuilegijs. c. super eo, de officio delegati. c. quamuis, in fine, de rescriptis, lib. 6. regula Cancellariæ 17. de non tollendo iure quęsito, l. 12. titulo 18. Partita tertia. l. 11. in fine, titulo 25. Partita quarta, l. 1. & per totum titulum, titulo 14. lib. 4. recopilationis. Rota decis. 21. num. 5. de prębendis, in nouis. Decius cons. 271. num. 1. Marsilijs singulari 440. Curtius Iunior cons. 174. a num. 21. Alciatus de pręsumptionibus, reg. 3. pręsumptione 11. per totam. Lambertinus de iurepatronatus, lib. 2. par. 3. quęst. 9. per omnes articulos. Gomezius, Rebuffus, & Mandosius in dicta regula de non tollendo iure quęsito. Antonius Gabriel lib. 3. commun. opinion. tit. de iure quæsito, conclus. 1. per totam, cum septem conclusionibus sequentibus. Menochius de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 9. ex num. 11. & de pręsumptionibus, lib. 2. præsumpt. 9. num. 5. & per totum, bene Acebedus in l. 2. ex num 3. vsque 53. titulo 14. lib. 4. recopil. qui omnes latè istam materiam pertractant, & plures limitationes ponunt. Rebuffus in regula de non tollend. gloss. 6. a num. 11. vsq; 36. vbi decem limitationes cumulat, & Acebedus, ac Gabriel, vbi supra, qui ponit, septem ampliationes, & 14. limitationes.

Et quælibet interpretatio, & etiam leuissima † occasio admittitur, vt tertij præiudicium, & damnum euitetur. Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo, *donatione largitus*. num. 208. C. de reuocan. donation. Rota decis. 27. num. 4. par. 2. diuersorum, vbi num. 6. post Tiraquell. vbi supra, num. 206. dicit, quòd ad euitandum præiudicium præsumatur error in facto proprio.

Sufficit etiam, quòd verba verificentur in sola potentia, † vt tertij præiudicium excludatur. Acchilles de Grassis decis. 2. num. 5. de priuilegijs. Vel quòd in aliquo, licet non in toto verificentur. Puteus decis. 66. num. fin. lib. 1.

Vbi num. 2. dicit, quòd. licet appellatione excommunicationis † intelligatur de maiori. cap. penultimo, de sent. excommunicat. tamen, vt cesset tertij prejudicium sufficit, si in minori † excommunicatione verificetur.

Et potius presumitur obliuio Papæ, quam quòd censeatur tollere alteri ius quæsitum. Rota decis. 33. num. 5. & num. fin. in fine, & per totã, de pręben. in antiq. & decis. 3. nu. 8. de præbendis, in antiquioribus Besigneti.

Ideo quãuis in dispositione intẽderet Princeps præiudicare tertio, & esset in cõcessione expressũ tertij præiudicium: esset intelligenda, dumtaxat de præiudicio paruo, † non de graui. Iason post alios in l. fin. num. 24. ff. de consti. princip. vbi a num. 19. cum sequentibus plura adducit. Pinel. in rubrica de rescid. venditione, quęst. 88. num. 11. Cephalus cons. 1330. nu. 102. 116. & 118. lib. 1. Molina de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 24.

Vnde clausula (*non obstante collatione alteri facta*.) intelligitur de collatione inualida, & nulla; † non autem de valida, vt late per Felinum in cap. causam quę, a num. 19. vsque ad 26. de rescriptis. Ioannem Selua de beneficio 3. par. quęst. 13. per totam. Mohedan. decis. 7. num. 6. de restitut. spoliat. & decis. 4. nu. 3. de fid. instrum. Iason. in l. fin. num. 21. ff. de constitutionibus.

Sic etiam sunt improprianda verba, vt euitetur tertij † præiudicium, tex. in c. super eo, de off. deleg.

Nec non est potius pręsumendum rescriptum falsum, † quam quòd voluerit Princeps tollere ius tertij, ita docuit Abbas in c. ex parte, il 2. num. 7. & finali, de officio deleg. Menochius de pręsumption. lib. 2. pręsumpt. 9. num 9.

RVRSVS tanto minus intendit PP. ledere concordata, quia cum sint in vim pacti, † vt dicit Crescentius decis. 2. de priuilegijs, & Put. decis. 47. nu. 3. lib. 1. & diximus in gl. 26. etiã Princeps illa obseruare tenetur. Nã de iure naturali † obligatur Princeps pactũ seruare propter consensum. l. 1. ff. de pactis. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurator. cap. 1. de pactis. Et ideo consensus non potest per Principem tolli, nec suppleri. Abbas. c. cum vigesimum, num. 2. de officio deleg. Staphil. de signatura iustitię. §. postremo quoad hanc signaturam, num. 5. Gomezius in compendio vtriusque signaturę, num. 71. Acchilles decis. 8. num. 2. de priuil.

Item quia contractus sunt de iure gentium, & ius gentium obligat † ipsum Principem. l. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure. §. final. institut. de legitima agnator. tutela. cap. 1. de probationibus. cap. posteaquam 25. quęst. 6.

Et quia aliter nullus vellet cum Principe † contrahere, & qui est Princeps, omnium commertio careret, quòd ei esset graue, & quasi pœnale, argumento, tex. in l. quòd si minor. §. 1. ff. de minoribus, & loquendo de simili concordia tradit Baldus in l. digna vox, num. 3. C. de legibus. Alexander cons. finali, num. 24. volum. 4. Ias. in l. si pecuniam, nu. 13. ff. de conditione causa data. Romanus cons. 352. num. 24.

Rursus quia nullus potest contra substantiam † actus (illo remanente) disponere, l. cum pręcario. ff. de pręcario, l. vbi. ff. de donation. causa mortis, glossa verbo, *officiali*. in cap. 2. de consuetudine, lib. 6. sed substantia contractus est, vt sit vltro citroque obligatorius. l. labeo, cum similibus. ff. de verborum obligatione. Ergo Princeps contrahendo

substan-

substantię contractus se subijcit, alioquin non esset contractus, sicut in simili dicitur in cap. cum ad Monasterium, de stat. Monachorum.

Aliàs enim, si Princeps non obligaretur ex suo contractu, pari ratione, nec obligaretur contrahens secum, ex natura, tam con-
16 tractus, † quàm correlatiuorum. l. 2. C. de indicta viduitate tollenda, & ibi notat Iason, Antonius Gabriel in tit. de legibus, conclus. 3. num. 1. & per totam.

17 Accedit quia id, quod nostrum † est, sine facto nostro à nobis auferri non potest. l. id, quod nostrum. ff. de reg. iur. sed per contractum nobis quęritur, ergo non potest auelli sine facto nostro.

Præterea quia non seruare fidem contractus, est mentiri. l. dolus. ff. mand. & menda-
18 cium est † abominabile, maxime in ore Principis. Baldus cons. 24. incipit, *Ius Abbatialis.* sub num. 1. vers. *tertio probatur.* vol. 2.

Vlterius in contractibus Princeps consi-
19 deratur, vt priuatus, † qui a principio contrahere potest, vel non; sed post factum contractum obseruare tenetur. l. sicut. C. de actionibus, & obligation. l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publico. Decius cons. 286. *in causa.* numer. 7. Palatius Rubeus in rubrica de donationibus inter virum. §. 69. nu. 17.

Denique quia naturalis ratio vult, vt quæ
20 contrahentibus placuerunt, ea seruare † teneantur d. l. 1. ff. de pactis. l. non minorem. C. de transaction. c. 3. de pactis, Et quę procedunt de labijs meis non faciam irrita, vt in Psalmo 88. Et Deuteronom. c. 23. dicitur, *quod semel egressum est de labijs tuis obseruabis.* Et viro bono non conuenit, vt quòd semel dixit postea reuocet. Ægid. decis. 3. Guido p. 2. p. decis. 254. Caputaquen. decis. 198. num. 1. p. 1. Nam graue est fidem fallere. l. 1. ff. de constitu. pecunia.

21 Igitur dicendum est, quòd nunquam † Papa intendat ledere dicta concordata; sed potius illa seruare, prout tradunt omnes Doctores per textum, ibi in cap. 1. de probationibus, vbi post alios Felinus, & Decius, vterque num. 1. Roman. cons. 52. num. 3. & cons. 109. *in propositu.* circa medium, & cons. 252. num. 3. Parisius cons. 2. num. 230. volum. 4. & plenissime resoluit cum infinitis Anton. Gabriel lib. 3. commun. opinion. titulo de iure quæsito non tollendo, concluf. 5. per totam, vbi ponit regulam cum 11. ampliationibus, & 6. limitationibus. Rolandus cons. 69. num. 17. cum sequentibus, lib. 4. Mohed. decis. 6. de priuilegijs. Rodericus Suarez allegatione 8. & 9. Anton. Gomez. 2. tomo variarum, cap. 1. num. 1. Afflict. decis. 2. num. 2. vbi eius additio. Tiraqu. de primogenitu. quæst. 35. per totam. Acebedus in l. 3. tit. 10. lib. 5. recopil. num. 6. cum seqq. Gomezius in cap. 1. num. 141. cum sequentibus, de constitut. lib. 6.

Quod etiam procedit in priuilegio pe-
22 cunia comparato, † quia tale priuilegium transit in contractum, & est à principe propter pecuniam, seu compositionem illi solutam, custodiendum. Aimon cons. 241. num. 10. Rebuffus in regula de non tollendo iure quæsito, gloss. 6. num. 16. Antonius Gabriel in titulo de iure quæsito non tollendo, concluf. 5. num. 5. Acebed. in d. l. 3. titulo 10. num. 11. lib. 5. recopilationis. Grammaticus decis. 85. num. 25. & seqq. Mohedanus decis. 6. num. 2. de priuil. Rodericus Suarez in allegat. 9. Antonius Gomezius in l. 43. Tauri, num. 3.

23 Et in priuilegio remuneratorio † laborum. Romanus cons. 436. incipit, *quod indultum.* nu. 14. & 15. vbi loquitur de priuilegijs concessis DD. Auditoribus Rotæ, in remunerationem laborum, quos pro vtilitate Reipublicæ continuo potiuntur. Rebuffus ad concordata in præfatione ad rubricam de collationibus, ante finem, vers. *Item quando priuilegium concessum est ob remunerationem.*

24 Et loquendo de concordatis, † de quibus in regula nostra, quòd regulariter reuocari non possint, firmant Rebuff. in concordata, sub rubrica de collationibus, in præfatione. Horatius Mandosius in additionibus ad Romanum cons. 352. in addit. vltima. Mohed. decis. 23. in fine, de præbendis. Puteus decis. 47. num. fin. lib. 1.

Sed Quintilian. Mandos. in reg. 2. Cancellariæ, quæst. 2. sub num. 12. vers. *Immo etiam in*
25 *Gallia.* contrarium † tenet, & Ptholomæus decis. 85. & in hanc sententiam inclinat. Simonet. siue eius additionator, in tractatu de reseruatione, quæst. 1. num. 5. & quæst. 99. nu. 23. & 26. tenet etiam Gregor. Branden. in concordat. German. quæst. 8. vbi dicit, quòd ex parte Germanorum concordata habent vim contractus: secus vero ex parte Papæ, quia continent meram gratiam.

26 Conciliari possunt istę opiniones † fedele distinctionis, quòd prima procedat, quando nulla adest iusta causa; secunda vero opinio vera sit, causa iusta suadente, ex traditis per Cephalum cons. 168. n. 29. vol. 2. Iason cons. 1. num. 4. vol. 1. Afflictis decis. 361. num. 6. Molinam de primogenijs Hispan. lib. 4. c. 3. num. 17. Antonium Gabriel in titulo de iure quæsito non tollendo concluf. 5. n. 38. & 43.

ADDE etiam, quòd Rota dixit in vna Lucana Decanatus, quæ in impressis est decisio 457. num. 17. parte prima diuersorum, quòd in componendis, quę soluuntur in Dataria
27 semper fuit obseruatum, & practicatum, † quòd non obstante tali solutione, concessiones

An cõpositio soluta faciat actum onerosum.

nes dicuntur gratiosę, & illas obtinens non dicitur habere ex causa onerosa, ratio est, quia illud, quod soluitur, non æquipollet ei, quod sibi conceditur.

28 Quod tamen ego intelligerem propriè, † & strictè loquendo: secus autem latè, & minus propriè, quia negari non potest, quòd tales concessiones mediante compositione obtente non sapiant, & quasi vim habeant contractus, vt dixit Rota Cassadori decis. 1. num. fin. vers. *ratione autem compositionis.* de pactis.

Dixit etiam Puteus decis. 322. num. 3. lib.

29 1. quòd nemo debet fraudari priuilegio, † cum compositione obtento.

Item tradit Staphilæus de litteris iustitię.

30 §. quando, num. 7. quòd quasi contrahit † Papa in concessione gratię, quando accipit magnam pecuniam pro compositione, & ideo de iure gentium seruare tenetur.

Adde etiam huic glossæ ea, quæ dixi in §. 4. proœmiali.

Summaria Glossæ 29.

1 *Collatio beneficiorum de iure communi competit Episcopis.*

2 *Collatio beneficiorum competit de iure speciali, ratione fundationis, vel præscriptionis, aut consuetudinis, numero 5. aut priuilegij, & num. 6.*

3 *Fundator beneficij potest apponere conditiones sibi bene visas.*

4 *Reseruatio regulæ nostræ non comprehendit beneficia de iurepatronatus laicali, vel mixto.*

Quomodolibet pertinentia, gl. 29.

VERBA huius glossę intelligo, siue collatio competat de iure † communi, & ordinario, veluti in Episcopis, & alijs ordinarijs collatoribus, qui de iure communi fundant suam intentionem in iure conferendi omnia beneficia existentia in sua diœcesi, & territorio, cap. ex frequentibus, de institutionibus; cap. conquerente; de officio Ordinarij. Felinus in c. cum venerabilis, num. 32. cum sequentibus de exceptionibus; cum alijs adductis in §. 1. proœmiali, num. 21.

Siue pertineat de iure speciali, vigore ali-

2 cuius fundationis † disponentis, quòd collatio, seu dispositio spectet ad aliquem, ad quę

3 aliàs de iure non pertinet; nam fundator † potest apponere quascumq; velit conditiones, & leges, cap. præterea, in 2. de iurepatronat, cap. quanto, de censibus, cap. significatum, de præben. Rocchus de iurepatronat. verbo, *pro eo, quod.* num. 25. Lambertin. lib. 1. p. 1. quæst. 9. principali, a num. 49. & per totam, & disponitur à Sacro Concilio Tridentino sess. 25. c. 5. de reformatione, & sess. 22. c. 9. de reformatione. Rota decis. 1. de præben. in nouis. Caputaquen. decis. 290. par. 2. Ioannes Gutierrez cons. 1. num. 1. & cons. 2. nu. 1. & tetigi in gl. 15. in principio, num. 31.

Intellige tamen, nisi sint de iurepatronatus † laicali, vel mixto, vt diximus in gl. 18. 4 sub verbo, *præsentationem.*

Siue etiam competat ius conferendi ex 5 prescriptione, † seu consuetudine, quia ex his modis potest acquiri: vt post alios latè tradit Felinus in cap. auditis, num. 8. de prescriptionibus, & in cap. cum venerabilis, num. 35. de exceptionibus. Ioannes Selua de beneficio 2. par. quæst. 8. num. 5. & per totam, & quæst. 22. num. 56.

6 Vel competat ex priuilegio † Apostolico. Felinus in d. cap. cum venerabilis, num. 35. Geminianus sub num. 5. Franchus sub num. 3. in cap. cum Clericus 11. §. fin. de prebendis, lib. 6. Simonet. de reseruatione, quęst. 68. num. 2. Ioannes Selua de beneficio 2. p. q. 20. num. 1. & 2. & quęst. 22. num. 56. & dixi in gl. 23. verbo, *secularium.* vbi tetigi, an intret nostra regula, quando ius conferendi competit ex iure speciali.

Modo igitur competat ius conferendi ex 11 prædictis iuribus, siue aliàs, reseruatio nostrę regulæ locum habet.

Summaria Glossæ 30.

1 *Reseruatio nostræ regulæ 8. dicitur generalis, & num. 13.*

2 *Clausula (exceptis beneficijs generaliter reseruatis) comprehendit reseruationem regulæ 8. & num. 19.*

3 *Dictio,* generaliter. *apposita in l. declarat dispositionem esse generalem, & n. 14.*

4 *Generalis reseruatio dicitur, quando vnico verbo reseruantur plura beneficia.*

5 *Generalis reseruatio, quando dicitur.*

6 *Reseruatio regulæ 8. dicitur specialis ex sententia plurium.*

7 *Generales reseruationes sunt, dumtaxat inserta*

in corpore iuris, quamuis in regulis apponatur dictio, generaliter, *& num.* 28.

9 *Effectus est considerandus, quia non est uis in verbis.*

10 *Dictio*, generaliter, *intelligitur respectu locorum, aut personarum.*

11 *Generalis dicitur dispositio c. primi de locato, quoad omnes de Bononia, licet aliàs sit specialis, ad instar interdicti, vt num.* 12.

15 *Velle quilibet censetur id, quod loquitur.*

16 *Sillaba vna non debet vacare in Constitutione, & multo minus in regulis Cancellariæ.*

17 *Regulæ Cancellariæ, quando fiunt, Papa non vadit venatum, vt secum non habeat sapientes quia in illis fiendis conueniunt plures, vt numero* 18.

20 *Dictio*, generaliter, *adest ferè in omnibus regulis Cancellariæ, & ideo illarum reseruationes sunt generales, & num.* 21

22 *Generalis reseruatio ex tribus casibus oritur.*

23 *Speciales reseruationes hodie raro, aut nunquam dantur.*

24 *Effectus quinque sequuntur ex eo, quòd reseruatio sit generalis, vel specialis.*

25 *Reseruatio an sit generalis, vel specialis hodie parum attenditur.*

Dispositioni suæ generaliter, glos. 30.

An reseruatio nostra regulæ sit generalis.

1 IX supradictis verbis patet, quòd reseruatio nostræ regulæ, est † generalis, & generaliter facta, vt in specie tradunt Mohedan. decis. 12. & 13. de priuilegijs. Puteus decis. 472. num. 6. lib. 2. in quibus decisionibus fuit resolutum, quòd Indultum Regis Scotiæ ad conferendum beneficia vacatura (exceptis
2 generaliter reseruatis) non extenditur † ad beneficia vacantia in octo mensibus Apostolicis per regulam nostram reseruata; tradit etiam Cassadorus loquens de alio simili Indulto, concesso Maximiliano Romanorum Regi, in decisione 3. num. 1. & per totam, de reseruationibus.

3 Cum enim in regula nostra apponatur † ista dictio, *generaliter*, manifeste resultat, quòd Papa illius auctor declarare voluit, quòd eius reseruatio non sit specialis, sed generalis, vt docet Cassadorus dicta decis. 3. n. 1. super regulis. Geminian. cons. 12. n. 2. & 3. Simonet. de reseruatione. q. 4. nu. 6. & 14. Alphonsus Soto glossator antiquus in regula 1. Cancellariæ, vers. *Item dico*, Hieronym. Gabriel cons. 182. n. 25. lib. 2.

Et quotiescunque vnico verbo, seu oratione reseruantur plura beneficia, tunc di-
4 citur generalis † reseruatio, vt post alios firmat Rebuffus in praxi, titulo de reseruationibus, tam generalibus, quam specialibus, num. 1. cum sequentibus.

Vbi numero 11. dicit, quòd tunc etiam di-
5 cuntur generales reseruationes, quando † omnium Regni, vel certi loci, beneficiorum, aut dignitatum fieret amplissima reseruatio. Quæ omnia concurrunt in reseruatione nostræ regulę; consuluit etiam Ægidius Bellamera consil. 24. incipit, *suppositio statuto*, vers. *ad tertium*, & eum sequitur Æneas de Falconibus in tractatu de reseruationibus. q. 2. principali, sub n. 2. post medium.

Cæterum quòd reseruatio inducta per nostram regulam, & omnes alias regulas Cancellariæ sit specialis, & non
6 generalis, tenuit † Rota decisione 22. de prębendis, in nouis, vbi etiam dicit, quòd ita tenuerunt Domini de Cancellaria, & quòd per Rotam, & Cancellariam fuit concorditer ita conclusum, & secundum hoc sæpe pronunciatum; Idem etiam dixit Rota in decisione 10. ad finem, incipit, *beneficia collectorum*, eodem titulo, & decisione 28. de præbendis, in antiquis. Nicolaus Millius in repertorio, verbo, *Reseruatio, quando dicatur generalis, & quando specialis*. Felinus in cap. in nostra nu. 15. corollario 5. de rescript. Bellencin. licet aliquantulum dubius in tractatu de charitatiuo subsidio. q. 117. Petrus Andreas Gambarus in tract. de legato lib. 3. n. 120. & 121. Caputaq. decis. 75. n. 2. & per totam, p. 3. reprobans contrariam sententiam. Simonet. de reseruationibus. q. 3. ex nu. 11. & per totam.

Qui omnes affirmant, quòd reseruationes generales sunt dumtaxat illę, quę sunt inser-
7 tæ in corpore † iuris communis, & quod illę reseruationes, quę perpetuę non sunt, non dicuntur generales, sed speciales: ac proinde cum inductæ per regulas Cancellarię, sint temporales ad vitam Pontificis illas edentis, consequenter dicuntur speciales, & non generales.

Et hoc etiam extendunt, quamuis in di-
8 ctis regulis dicatur, quòd generaliter † fit reseruatio, prout in regula nostra dicitur, rationem reddentes, quia non est vis in ver-
9 bis, † sed effectus est considerandus. cap. Marchio, & Basiliues 1. q. 1. cap. final. & ibi glossa 1. de off. delegati. l. 2. in fine. C. communia, de Legatis, & præsertim hoc dicunt Millius, Felinus, & Bellencinus in locis supracitatis.

Respondent quoque, quòd illud verbum, *generaliter*, in regulis contentum, stat im-
10 proprie, & est intelligendum † respectu locorum, aut personarum omnium, idest

vt generaliter comprehendat beneficia, vbique locorum existentia, & per quascunque personas vacantia, non autem, quòd reseruatio sit generalis, cum perpetua non sit, vt vltra supradictos dicit Simonet. de reseruatione.q.4.aliàs q.3.num. 3.& sub num.13.

Et adducunt exemplum ex cap.1.de loca-
11 to, quia constitutio illa est specialis † respectu Ciuitatis Bononię, & tamen appellatur etiam generalis, quoad homines illius Ciuitatis: prout etiam interdictum vnius villæ
12 tantum, appellatur generale, † quoad personas illius villæ, & illos generaliter comprehendit.c.cum in partibus, de verb.significat.

Prædictis tamen non obstantibus affirmandum, & concludendum est, quòd reseruatio nostræ regulę sit generalis,
13 † cum in illa expresse dicatur, quòd generaliter reseruat. Nam certe, aut dicendũ est, quòd est exponendum album pro nigro, intelligẽdo verbum generaliter, idest specialiter, aut negari nõ potest, quòd reseruatio nostræ regulæ sit generalis, quia verbum (*generaliter*) generalem reseruationẽ significat, in quo nulla est dubitatio. l.ille, aut ille. ff.de legat. 3. Cassad.d.decis. 3.n.1.super regulis: de quo est tex.expressus in l.3.& ibi Baldus n.2.& 3. C.de legib. Vbi dicitur, quòd quãdo dubita-
14 tur, an aliqua lex sit generalis, † vel nõ, quòd inter alia quinque signa inspiciantur ad verba ipsius legis. Nã si dicit, quod generaliter seruetur, erit proculdubio lex generalis, quia à legislatoris voluntate pẽdet, quòd sit generalis, vel specialis, & illud cẽsetur, quis velle,
15 † quòd loquitur.l.labeo.§.nã quorsum. ff.de suppellectili legata, Et voluntas hominis consistit in verbis, sicut facies in speculo. Bald. cons. 102. *omnis*.num.6.in fine.lib.3.

Prętera si ista interpretatio non fieret, sequeretur absurdum superfluitatis in positione d. verbi (*generaliter*) quòd minime dicendum est, cum in constitutione, neque
16 syllaba † quidem frustra censeatur apposita. l.si quando. ff.de legatis 1. l.3. in principio, ibi, *nec frustra*. ff.de iureiurando.cap.si Papa. vers. *cum enim*, de priuilegijs, in 6. glossa in cap. solite, verbo, *tanquam*, de maioritate, & obedientia. Aimon.cons.183.num.24.Puteus decis.86.num.fin.lib.1. Rota decis.121. num.25.p.1.diuersorum.

Et multo minus in regulis Cancellariæ, quæ quando fiunt, Papa non vadit venatum,
17 † vt secum non habeat sapientes, ac possit errare, vt dixit Baldus in l.1.sub n.12.post princip.C.si contra ius, vel vtilitatem publicam. Felinus in c.in nostra, corollario 4.sub n.14. ante finem, de rescriptis.

Sed semper in istis regulis condendis con-
18 ueniunt † Abbreuiatores de maiori pręsidentia, duo Auditores Rotæ antiquiores, totidem Aduocati, & Procuratores magis docti, & practici. Cassador.d.decis.3.num.2.de reseruat.super regulis.

Denique sufficit, quòd in terminis nostræ regulę habeamus tres decisiones Rotales Cassadori, Mohedani, ac Putei in principio allegatas, vt minime dubitari possit: pro quo etiam facit decisio Mohedan.13.de præben-
19 dis, dum dicit, quòd clausula † apposita in alternatiua Episcopi (dummodo non sint generaliter reseruata) non refertur ad hanc regulam, & hoc non ex eo, quòd reseruatio huius regulæ non sit generalis; sed ratione, ne alternatiua sit inutilis.

Ad alias decisiones, & doctores exaduerso citatos, potest responderi, cum Cassadoro in dicta decisione 3.de reseruation. super regulis, sub num.3.quòd procedant, quando in regulis Cancellarię reseruatorijs non adsit dictio (generaliter) quod etiam dixerat Glossator antiquus in reg.1: secus tamen esse dicunt, si adsit d. verbum, vt in reg.nostra.

Vnde cum hodie ferè in omnibus regulis reseruatorijs Cancellarię adsit hoc verbum,
20 (*generaliter*) † vt est videre in reg. 2.& 3.& 4.& 6.& 7.& in nostra regula 8. & quamuis deficiat in regula 1. & 5. nihilominus reseruationes per illas inductæ sunt generales, quia regula prima solum renouat extrauagantem ad regimen, cuius extrauagantis reseruatio est generalis. Rota dicta decisione 22.post medium, ibi, *præterquam contentæ, & expressæ in extrauaganti Bonifacij, quæ incipit ad regimen*, de præbendis, in nouis. Et similiter reseruatio regulæ quintæ de beneficijs Curialium, dum Curia transfertur, habet originem à iure communi, in cap. præsenti, de præbendis, in 6. & ab extrauagantibus ex debito, & ad regimen de prębendis inter communes.

Proculdubio tenendum est, quòd omnes reseruationes inductæ per regulas Cancella-
21 riæ sint generales, † vt etiam tenuit Æneas de Falconibus, de reseruationibus, quęstione 2. principali, sub num.13.vers. *quartus casus*, vbi post longum discursum, & plures distinctiones, & modos reseruationum generalium, & specialium concludit, dicens, *Et breuius scias, quòd reseruatio generalis ex tribus*
22 † *casibus oritur, aut ratione loci, vbi vacant beneficia, aut ratione personarum, ex quibus resultat reseruatio, aut ratione ipsorum beneficiorum, vt de principalibus, seu maioribus dignitatibus*, cum quo transit Mandosius in proœmio regularum, quæstione finali, num.1.& pro hoc etiam facit, quòd dixi in glossa prima, numero 7.10.& 11.

Quinimò possumus dicere, quòd hodie ra-
23 ro dantur speciales † reseruationes, cum sint sublatæ per Concilium Tridentin. sess.24.de refor-

reformatione. cap. 19. vt dixi in §. 1. proœm. ad finem, & infra num. 25.

Effect. qui sequitur ex eo quod reseruatio fingenalis, an specialis.

24 Quis autem effectus resultet † ex cognitione, si reseruatio nostræ reg. sit generalis, vel specialis, dico quòd multiplex.

Primus propter Indulta, quę conceduntur ad conferendum quęcunque beneficia reseruata (exceptis generaliter reseruatis) vt dixi in principio huius glossæ num. 2.

Secundus quia si reseruatio est generalis, dicitur fauorabilis, & amplianda; secus verò si sit specialis. Simonet. de reseruatione. q. 5. num. 14. & per totam, & dixi late in §. 6. proœmiali huius regulę.

Tertius est effectus, quoad modum concipiendi narratiuam supplicationis, iuxta tradita in dicta decisione 22. de præbendis, in nouis, & per Felinum in cap. in nostra, corollario 5. n. 15. de rescriptis. Ioan. Selua de beneficio 3. p. q. 14. num. 3.

Quartus quia si reseruatio est specialis, & non fiat narratiua in supplicatione de speciali reseruatione, potest talis defectus suppleri per clausulas, quę in litteris Apostolicis concedi solent; secus verò si reseruatio sit generalis, iuxta regulam Cancellarię 55. de clausulis in beneficijs vacantibus ponendis, Licet hodie communiter in omnibus supplicationibus soleat apponi clausula, *etiam si sit generaliter reseruatum*.

Accedit etiam Hieron. Gabriel in consilio 182. num. 24. in fine, & num. 25. libro 2. dum dicit, quòd quando beneficium non est generaliter, sed specialiter dumtaxat reseruatum, quòd minus potest auferri Ordinario cognitio primę instantiæ, iuxta Conc. Trid. sess. 24. de reformat. c. 20. & dicam in gl. 52.

Quintus, quia quando reseruatio est generalis minus attenditur, si sit super certo corpore beneficij, vel incerto, vt per Lancellot. de attent. 3. p. c. 24. q. 9. num. 4. & 5. cum alijs per me adductis in gl. finali, n. 32. & 33.

25 Immo hodie parum curatur, † an sit reseruatio generalis, vel specialis, præsertim quia omnes speciales reseruationes sunt sublatæ, vt in d. gl. fin. nu. 35. & 36. & superius tetigi.

Summaria Glossæ 31.

1 *Reseruatio quid sit, & triplex diffinitio constituitur, & num. 2. & 3. & num. 4. declarantur verba vltimæ diffinitionis.*

3 *Reseruatio est potentior, ac penetrabilior gladio ancipite.*

6 *Reseruatio est tam malignæ naturæ, quòd destruit quicquid in oppositum inuenit.*

7 *Reseruatio nostræ regulæ non solum inficit, & annullat titulum; sed etiam possessionem, & numero 8.*

9 *Reseruatio beneficiorum vacantium in mensibus Martij, & Septembris Episcopo gaudente alternatiua, inficit possessionem.*

10 *Reseruatio incontinenti probanda idem est, ac si esset probata.*

11 *Opponens de reseruatione ad impediendam restitutionem spolij, admittitur ad probandum.*

12 *Possessio dicitur infecta, quando beneficia vacantia in mensibus ordinarijs, vigore alternatiuæ (Episc. non residente) prouidentur ab illo.*

13 *Cassadori decisionis 2. de restitutione spoliator. intellectus, & num. 14.*

15 *Alternatiuæ gratia non concedebatur de tempore Cassadori per legē generalē, sicut hodie, & sic decretum irritans illius inficit, & n. 16.*

17 *Reseruatio regulæ 8. impedit integram purgationem attentatorum.*

18 *Sequestranda est possessio attentata de beneficio reseruato, & n. 19. nisi probatio reseruationis sit turbida, & num. 20. & 21.*

22 *Sequestrationis ad effectum sufficit, si sit talis probatio, quæ animum iudicis moueat, maxime stante Constitutione Piana, & nu. 23.*

24 *Reseruatio regulæ 8. discolorat omnem titulum Ordinarij, nisi ad effectum regulæ de triennali, & num. 25. & de annali. num. 26.*

27 *Reseruatio regulæ 8. facit intrusum prouisum ab Ordinario, ita vt collatio per d. intrusum habita sit infecta, & nulla, & nu. 28.*

29 *Falsitatis origine dato, omnis actus sequens est nullus.*

30 *Fundamento sublato, totum ædificium corruit, & superædificari non potest, & num. 31.*

32 *Principio omisso, non potest fieri transitus ad extremum.*

33 *Collatio quartæ portionis, si sit nulla, consequenter erit nullus ascensus, vigore illius ad integram portionem: sicut & vitium attentati, quoad dimidiam inficit integram, & n. 34. & 44. vbi etiam de mortificata radice.*

35 *Antecedenti sublato tollitur consequens.*

36 *Error paruus in principio totam massam corrumpit.*

37 *Erroneo si ex fundamento aliqua proueniunt, constito de errore omnia corruunt: Et sublato præsuppositio, tollitur omne id, quòd ex eo sequitur: & ibidem agitur de præsentatione, vel electione nulla, an causet nullitatem institutionis, vel confirmationis.*

38 *Ordinatus metu non purgat illum, nec validat ordinem si exercuit per plures annos, credens ordinem esse validum, & potest matrimonium contrahere, & num. 39.*

40 *Matrimonium errore contractum, quando non ratificetur.*

41 *Consensus erroneus, quando non noceat, & adducitur pulcher casus, & num. 42.*

43 *Concordiæ confirmatæ à Sede Apostolica non sunt sublatæ per Concil. Trident. quoad correctionem Capitularium.*

44 *Causa prima semper representatur, & influit in secundam.*

46 *Origo à qua reliqua vim capiunt, magis attenditur.*

47 *Inconuenienti vno dato, plura sequuntur, vbi plura in proposito. Et abissus abissum inuocat, & num. 48.*

49 *Malum cui aduenit, non venit solum.*

50 *Primordium ad ituli, vel causæ, posterior quoque formatur euentus.*

51 *Reseruatio regulæ nostræ ligat Rotæ Auditores, vt non possint conferre vigore Clement. auditor. de rescript. & num. 52. quia succedunt in locum Ordinariorum. & n. 53. præsertim si agitur de præiudicio tertij, & num. 54.*

Reseruauit, glos. 31.

Reseruationis multiplex diffinitio.

1 RESERVATIO est † alicuius beneficij Ecclesiastici vacaturi, per habentem potestatem ad se facta auocatio, vt docet Æneas de Falconibus, de reseruat. q. 1. princip. nu. 1. & per totam: vel secundum Simonettam, iuncto suo additionatore in eodem tract. q. 1. n. 1. Reseruatio est Ecclesiasticę beneficialis collationis, electionisue, ab Ordinario per potestatem habentem, ad tertij etiam fauorem, facta ante vacationem auocatio. Mascardus de probationibus, conclusione 1276. num. 1.

Quoad propositum nostræ regulæ prima diffinitio non videtur bene quadrare. Nam prima diffinitio potius respicit specialem reseruationem, de qua nõ loquitur reg. nostra, vt dixi in gl. præced. Necnon comprehendit

2 reseruationem factam ab alio, † quam à Papa, vt d. Æneas scribit, vbi supra, sub n. 4. Reseruatio autem nostræ reg. est à solo Pontif. Max. facta, & ligat omnes inferiores, etiam Legatos de latere, vt dixi in glo. 24. Secunda diffinitio minus conuenit, quia est restricta ad auocationem factam ab Ordinario. In nostra autem regula non solum ligantur manus Ordinariorum; sed etiam omnium quorumcunque collatorum, quomodolibet ius conferendi habentium, vt dixi in glossa 29. Item regula nostra non loquitur de reseruationibus factis ad fauorem tertij, seu personæ certę, vt in ipsa diffinitione legitur.

Vnde in instituto nostro, aptior videtur

3 diffinitio, quòd reseruatio † sit prouisionis Ecclesiasticorum beneficiorum in certis mensibus vacaturorum, per Papam, ad se generalis facta auocatio.

4 Cuius diffinitionis partes verificantur, † ex supradictis. Nam dum dicimus prouisionis, declaratur in glos. 17: dum dicimus Ecclesiasticorum beneficiorum, declaratur in glos. 5: dum dicimus in certis mensibus, explicatur in glos. 11: dum dicimus vacaturorum in gl. 15: dum dicimus per Papam ad se, explicatur in gl. 12: dum dicimus generalis, in gl. 30: & denique dum dicimus auocatio, ostenditur in ista præsenti glossa.

Effectus reseruationis plures.

Ista autem auocatio, seu reseruatio est ita fortis, & potens, † quòd sit gla-

5 dio ancipite penetrabilior, & eius decretum omnia interiora afficit, ac adstringit. Æneas de Falconibus, in tractatu de reseruationibus, quęst. 4. principali effectu 1. sub num. 1. vers. *& propter hoc dixit*.

6 Necnon est tam malignæ naturę, † quòd quicquid inuenit in oppositum destruat, ac secum ducit. Gomezius in regula de annali. quęst. 23. nu. 4. Menochius de recuperanda. rem. 16. num. 444.

Vnde reseruatio nostrę regulę, non solum annullat, & inficit titulum beneficij in contrarium collati, sed etiam possessionem,

7 † ita vt talis possessor non possit iuuari ex aliquo remedio possessorio retinendæ, nec recuperandæ, vel aliàs. Nam talis possessio careret omni effectu, & est sine vllo iuris adminiculo. Rota decisione 3. per totam de restitutione spoliator. in nouis, & decisione 2. eodem titulo, in antiquis, & decisione 11. & 12. de causa possession. & proprietatis, in antiquis, & decis. 5. num. 3. vt lite penden. in antiquis. Ægidius Bellamera decisione 535. incipit, *in possessorio*. Lapus allegatione 29. num. 1. & allegatione 51. num. 9. Felinus in cap. in nostra. num. 12. de rescriptis. Æneas de Falconibus, in quæst. 4. principali effectu 11. & 47. Rebuffus in praxi, tit. de reseruatione, tam generali, quam speciali. nu. 40. Cassadorus decisione 1. numero 3. & decisione 2. per totam, de restitut. spoliator. & decisione 7. numero 3. & decisione 11. numero 5. super regulis. Gomezius in dicta regula de annali. quæst. 23. & in regula de triennali. quæst. 49. Mandosius in regula 1. quęst. 3. per totam, & alios plures adducens Menochius de recuperand. remed. 16. quęst. 35. nu. 443. cum sequentibus, vsque ad nu. 457. Ferrettus consilio 3. n. 18. & consilio 6. nu. 11 & cons. 21. n. 2. Simonet. de reseruat. q. 40. & 48. Mohed. decis. 15. num. 1. de causa possess. & decisione 13. numero 2. de restitutione spoliator. Caputaquen. decisione 325. p. 1. num. 2. & decisione 345. numero quinto, parte tertia. Lancellottus de attentatis, parte tertia, cap. 24. quęstione 9. numero 1. cum sequentibus.

Puteus

Puteus decisione 190. *in vna Fugubina*, nu. 5. & decis. sequenti lib. 3. Anton. Gabriel titulo de restitutione spoliat. conclusione 5. nu. 43. cum pluribus sequentibus.

8 Et loquendo in terminis regulæ nostræ † est decis. Cassadori 1. de restitut. spoliat. nu. 1. & per totam. Item decisio Rotæ 510. *vacauit*, num. 5. libro 3. parte 3. diuersorum. Puteus decisione 197. *die* 13. num. 3. libro 3. & fuit etiam decisum in vna Crotonien. Decanatus 20. Maij 1587. coram Orano, & in alia Regien. Canonicatus 17. Nouembris 1595. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio. In quibus decisionibus fuit etiam dictum, quòd quamuis decretum irritans contentum in regula nostra non cadat super certo corpore beneficij, nihilominus inficit possessionem, quia eadem ratio militat, quando decretum est iustificatum per probationem vacationis in mense reseruato. Nam tunc decretum dicitur notorium, ex quo, scilicet, incontinenti probatur, & discolorat titulum. Puteus decisione 197. num. 2. lib. 3. Simonet. d. quæst. 40.

Ex quo sequitur, quòd pari ratione idem dicendum sit in vacationibus contingentibus in mensibus Martij, &
9 Septembris, † stante acceptatione alternatiuæ, per quam ex mensibus ordinarijs efficiuntur Apostolici, & reseruati: si quidem decretum regulę nostræ pariformiter amplectitur hanc reseruationem causatam in dictis duobus mensibus, ratione dictæ alternatiuę acceptatæ, & eo ipso quòd constet de acceptatione, & vacatione in aliquo ex dictis mensibus reseruatio penetrat, & inficit dictam possessionem; Nam idem est, quòd re-
10 seruatio sit probata, vel incontinenti † probari possit. Rota decis. 11. de restitut. spoliat. in antiquis. Menoch. de recuperanda remed. 16. num. 453. Puteus dicta decisione 193. nu. 2. libro 3. vbi propterea dicunt, quòd opponens de tali reseruatione ad impediendam restitutionem, seu aliud remedium possessorium
11 admitti † debet ad probandum incontinenti de d. reseruatione.

Idem etiam pari ratione dicendum appa-
12 ret, † quoad beneficia vacantia in mensibus ordinarijs, vigore alternatiuæ (Episcopo non residente) iuxta ea, quæ dicimus in glos. 43. nam probata vacatione de tempore non residentiæ, tunc etiam erit infecta possessio.

Hinc oritur responsio ad decisionem Cas-
13 sadori 2. † de restitutione spoliatorum, vbi fuit resolutum, quòd decretum alternatiuæ concessę Episcopo non inficiebat possessionem, ea ratione, quia est super incerto beneficio, & non notorium, sicut decretum in corpore iuris, & regularum, quę publicantur in Cancellaria, vt in num. 3. dictę decisionis 2. legitur, & Anton. Gabriel in titulo de clausulis conclus. 3. num. 17.

Nam dupliciter respondeo, primo dicendo, quòd intelligatur quamdiu non constat de reseruatione: secus vero postquam sit probata, vt dicit dicta decisio Crotonien. Decanatus supra allegata, exemplum adducens de execrabili spoliato, qui restituitur,
14 † quando execrabilitas, de qua per extrauagantem execrabilis, de præbendis, probata non est; secus tamen est si execrabilitas est probata, quia tunc non restituitur. Caputaquen. late decisione 325. cum ibidem allegatis, p. 1. & 345. n. 5. p. 3. Crescentius decis. 6. de restitut. spoliator. & tradit R. P. D. Germonius in tractatu de Indultis. §. volumus. nu. 30. cum sequentibus, & vide quę dicam in gl. fin. ex num. 32.

Secundo respondeo, quòd de tempore Cassadori non concedebatur Episcopis al-
15 ternatiua per regulam Cancellariæ, † sicut hodie conceditur: sed regula reseruatoria mensium erat notoria; alternatiua vero non ita, quia solebat concedi per gratias, & breuia particularia, vt docet Franciscus Pauinus in tractatu de officio, & potestate Capituli Sede vacante. p. 1. q. 10. sub num. 23. & dixi in declaratione litteræ regulę nostrę, in principio, num. 4. quòd etiam insinuat idem Cassadorus in dicta decisione 2. numero 3. dum rationem assignat, ex eo, quòd tale decretum appositum in alternatiua non erat sic notorium, sicut decretum in corpore iuris, & regularum quæ publicantur in Cancellaria. Parisius in cons. 42. *quantum ad alternatiuam*, numero 1. & sequentibus, libro 4. & cons. 144. num. 1. eodem lib. 4. Cum igitur hodie concedatur alternatiua per nostram regulam Cancellarię, & etiam habeat de-
16 cretum irritans, † ac sit publicata, & nota, dicendum erit quòd talis reseruatio, quæ oritur in prædictis duobus mensibus Martij, & Septembris, ex eo, quod sit acceptata alternatiua inficiat possessionem, non aliter quam inficit reseruatio aliorum mensium Apostolicorum.

Aliter namque sequeretur, quòd d. decis. secunda Cassadori esset contraria decisioni primæ sub eodem titulo de restitutione spoliatorum superius allegatę, vbi habetur, quòd reseruatio regulæ nostræ inficit, non solum titulum, sed etiam possessionem, ac impedit restitutionem.

Rursus reseruatio nostræ regulę, non solum inficit titulum, & possessionem, sed etiam impedit integram reuoca-
17 tionẽ, & prorogationem attentatorum. † Nã si intrusus in benef. reseruato lite pendente spoliaretur à prouiso Apost. non potest remedio attẽtatorum petere, quòd restituatur, &

Fundamento deficiẽte reliqua corruunt, cumulantur plura singularia vsq; ad finẽ.

attentata plenè purgentur, sed constito de reseruatione, & attentatione, est auocanda possessio à reseruatario, qui attentauit: non tamen danda illi, qui fuerat passus attentata, quia per reseruationem apparet de non
18 iure suo, sed tunc est sequestranda † d. possessio. Simonet. in d.q.40.nu.12.& 13. & fuit resolutum in vna Auersana beneficij 5. Aprilis anni 1557. coram Iunio, & in alia Romana Archipresbyteratus 11. Maij 1584. coram Oradino, & tradit Lancellottus de attentatis 3.p.cap.24.q.9.n.12.& 13.& D. Anastas. Germonius in tract. de Indultis Cardinal. §. volumus. n.27.& 28.

Et secundum hæc est intelligenda decisio
19 † 11. de causa possessionis, in antiquis, & Ægidius decisione 101. dum dicunt, quòd exceptio reseruationis non impedit reuocationem attentatorum, ex eo quòd ad reuocationem obtinendam sola detentio sufficit, & non est necessaria possessio: quod etiam scribit Menochius in dicto remedio 16. nu. 455. Nam dicta reuocatio fieri debet ad effectum vt possessio sequestretur; non autem, vt attentata passo restituantur.

Quæ omnia sunt (vt arbitror) intelligenda, quando reseruatio benè, & concludenter probatur, prout requiritur, vt dixi in §. 7. proœmiali, & in glossa 11. ex num. 103. Secus autem esset, quando probatio non esset
20 plena, & reseruatio esset turbida. † Nam tunc spoliatus, & attentata passus deberet ante omnia restitui, & in sua possessione defendi, quia paria sunt non probare, & minus bene, ac obscure probare. l. de ætate. §. nihil. ff. de interrogator. actionibus. Rolandus consilio 8. numero 18. volumine tertio, & consilio 63. numero 28. volumine 1. Afflictis decisione 22. sub numero 3. Rota decisione tertia, sub numero 1. ad medium, ibi, *non conflabat clare, & notorie*, de restitut. spoliat. in nouis.

Pro quo facit doctrina Franchi, in cap. si à Sede, sub num. 6. vers. *in glossa finali*, ibi, *ex quo per aduersarium nihil in contrarium clare probatur*, de prębend. lib. 6. Caputaq. decis. 325. num. 7. 8. & 9. p. 1.

Et quod fuit resolutum in vna Oriolen. beneficij, seu Canonicatus 18. Iunij 1599. coram Reuerendissimo Domino Corduba, nunc Episcopo Pacen. vbi fuit dictum, quòd quamuis probata reseruatione non esset necessarium verificare totam narratiuam, sed dumtaxat possessionem defuncti, & Clericatum prouisi, vt etiam diximus in §. 7. proœmiali à numero 211. Tamen in dicta decisione fuit resolutum, quòd si probatio reseruationis non erat plena, & clara, † sed turbida, quòd tunc tota narratiua erat verificanda.
21

Verum tamen est, quòd talis potest esse reseruationis probatio, licet non sit clara, & concludens, quòd possit mouere animum
22 iudicis ad apponendum sequestrum † de dicto beneficio, ex his quæ late tradit Lancellot. de attentatis 3. parte. cap. 24. quæst. 19. num. 5. & 6. Cotta decisione 140. Paleot. decisione 201. in manuscriptis. Ac propterea super hoc, an sit apponendum sequestrum, vel non, pensatis, & consideratis omnibus, multum valet iudicantis arbitrium, vt dixi in §. 7. præm. num. 26. & 27.

23 Et hodie à fortiori erit locus sequestro, † cum ad hunc effectum sufficiat extraiudicialis, & minor probatio, ex constitutione Pij IV. 142. de qua ad longum tractauimus in d. §. 7. proœmiali, præsertim in quęstione finali, vbi diximus, quæ probatio sit necessaria, vt apponatur sequestrum, in num. 222. cum sequentibus.

Præterea dicta reseruatio, non solum habet præfatos effectus; sed etiam discolorat
24 † omnem titulum Ordinarij, ita vt neque pro titulo colorato deseruire valeat. Lapus allegatione 16. sub numero secundo, vers. *ex quo concludit*, dicens, quòd possidens beneficium reseruatum, vigore collationis Ordinarij, cuius manus erant ligatę, neque habet possessionem coloratam. Idem Lapus allegatione 103. num. 3. Felinus in cap. in nostra, corollario 36. num. 32. post principium, de rescriptis. Cassadorus decisione 7. num. 3. super regulis. Bertrandus consilio 2. *viso*, numero 21. libro 3. Parisius consilio 125. *an collatio*, in fine, libro 4. Ferrettus consilio 1. num. 5. libro 1. Simonet. de reseruatione, quæst. 48. num. 1.& 2.

25 Quod tamen limita, quoad effectum † regulę de triennali, quia ad illum effectum nulla alia reseruatio discolorat titulum, nisi sola reseruatio inducta per cap. 2. de præbendis lib. 6. de vacantibus apud Sedem Apostolicam, cum sola illa sit clausa in corpore iuris. Gomezius in eadem regula de triennali, quæstione 27. numero 7. & quęst. 31. & per totam, & quæstione 44. numero 3. & passim seruat Rota.

Sicut etiam ad effectum regulæ de annali.
26 † Nam dicta regula procedit, etiam in beneficijs reseruatis, vt nouissime fuit resolutum in vna Saguntina Canonicatus sub 28. Maij huius anni 1603. coram R. P. Domino meo Litta.

Vlterius reseruatio nostrę regulæ facit, vt prouisus ab inferiore de beneficio per illam reseruato dicatur verè in-
27 trusus. † Calderinus consilio 13. incipit, *intrusus*, in fine, sub titulo de verborum significatione. Simonetta de reseruatione, quæst. 48. numero tertio. Gomezius in regula de trien-

de triennali, quęst. 47. sub num. 2. vers. *quarto dicitur*. Mascardus de probationibus concluſ. 937. num. 20. Æneas de Falconibus de reſeruatione, quæſt. 4. principali, effectu 26. & 45.

Vnde consuluit Nauarrus conſ. 2. de iurepatronatus, quòd prouiſus ab Ordinario de beneficio vacante in menſe reſeruato, qui poſſeſſionem occupauit, non
28 poſſit, † tanquam intruſus præſentari ad beneficia pertinentia ad præſentationem illius beneficij, ſic poſſeſſi: & licet ipſe rationem reddat ex eo, quòd dicatur malæ fidei poſſeſſor, alia tamen, & fortior ratio eſt, quia nullam habet poſſeſſionem, cum reſeruatio noſtrę regulæ inficiat, etiam poſſeſſionem, ex ſupradictis. Rota deciſ. 4. de prębendis in antiquioribus Beſigneti. Simonet. de reſeruat. quæſt. 44. & q. 50. nu. 8. & 18. Aeneas de Falconibus de reſeruatione, q. 4. principali, effectu 26. Selua de beneficio 2. par. queſt. 12. per totam, & dixi in gloſſ. 15. §. 1. num. 94. cum ſequentibus.

29 Dato namque origine falſitatis, † actus omnis ſequens eſt nullus. l. ex initio. C. de falſis. Simonet. de reſeruat. q. 61. num. 7.

30 Et ſublato fundamento † totum ædificium corruit. l. egi tecum 26. ff. de exception. rei iudic. l. fin. ff. de conſtit. pecunia. l. vectigal. ff. de pignor. Rota deciſ. 10. in fine, de prębend. in antiquis.

31 Ac deficiente fundamento † ſuper ædificari non poteſt, cap. cum Paulus 1. q. 1. cap. veniens, de presbyt. non baptizato.

32 Nec omiſſo principio † poteſt fieri tranſitus ad extremum. l. final. C. vnde vi.

Sic ille, qui optauit beneficium integrum,
33 vigore vnius † quarti, quod habuit a principio, vel maiorem præbendam, vigore minoris præbendę, ſi declaratur poſtea eſſe nullam collationem factam de quarto, vel de
34 minori prębenda. Similiter corruit † integrum beneficium, & maior præbenda. Rota deciſ. 10. de prębend. in antiq. & dicam in gl. 34. quęſt. 16. & 17.

Pro quo etiam facit elegans Rotæ deciſio 6. n. 7. par. 2. diuerſorum: vbi fuit deciſum. Vitium attentati commiſſi circa dimidiam portionem neceſſario etiam inficere integram, tanquam conſecutiuam ad dimidiam & dependentem ab ea, quia non poteſt quis conſequi integram, niſi dimidiam habuerit.

35 Nam ſublato antecedenti, † tollitur conſequens, l. ſi cum te. ff. de pactis, cap. ad petitionem, de accuſationibus.

36 Et error paruus in principio, † totam maſſam corrumpit. Baldus in proœmio decretalium, ſub num. 3. ante finem principij, vers. *Nam error*. Et paruus error in principio eſt magnus in fine, ſecundum Philoſophum. Euerardus in loco ab abſurdo, num. 9. ante fin.

Hinc ſi cum erroneo fundamento aliqua
37 procedunt, † conſtito de errore, omnia corruunt. l. quod non ratione. ff. de legibus. l. ſi is, qui putat 15. cum l. ſequenti. ff. de acquirend. hæreditate. Acchilles de Graſsis deciſ. 1. num. 2. qui filij ſint legitimi. Rocchus de conſuetudine ſectione 4. num. 1. cum ſequentibus.

Sublato etiam prędſuppoſito, tollitur omne id, quod ex eo ſequitur l. mancipia. C. de furtis. Roman. ſingular. 489. Gutierrez conſ. 21. nu. 6. Decius conſ. 644. nu. 14. Rota deciſ. 589. nu. 1. p. 1. diuerſor.

Sic inſtitutio, ſeu confirmatio facta ad electionem, vel præſentationem nullam, eſt ſimiliter nulla. vt latè per Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæſt. 3. articulo 4. num. 2. & 3.

Sic consuluit Nauarrus conſ. 4. num. 9. & 10. ac per totum, ſub titul. de his, quæ vi, metve cauſa fiunt, quòd ſi quis vi cauſatiua, & non abſoluta, fuit ſacris ordinibus initiatus, & credens ordinem eſſe validum exercuit per nouem annos, non propterea
38 purgatur † metus, nec ordo reualidatur, cum exercitium ex errore proceſſerit, & ſic ratificationis præſumptio ceſſet, tradit etiam Rodriduez in ſua ſumma, quæſt. 205. de impedimento ordinis, nu. 6. Et in eadem cauſa, in qua conſuluit Nauarrus ſuper 2. nullitate ſuſceptionis ordinis, quæ intitulabatur Valentina nullitatis ſuſceptionis ordinis Subdiaconatus, emanarunt plures deciſiones Rotales, quæ ſunt 1. & 2. Cęſaris de Graſsis ſub eodē titulo, de his, quę vi, & deciſio 560. & 561. par. 1. diuerſorum, ex quibus apparet fuiſſe reſolutum pro nullitate dicti ordinis,
39 & poſſe ſic ordinatum matrimonium † contrahere, quamuis pro conſtanti haberent, ordinis characterem fuiſſe impreſſum, ex quo vis non erat abſoluta, ſed cauſatiua.

Idem in matrimonio per errorem con-
40 tracto, † conſuluit Ancharan. conſ. 229. incipit. *multa dubia*. nu. 3. cum ſequentibus, & conſ. 230. incipit, *præſupponitur*. quia ratificatio requirit veram ſcientiam, non ſolum facti; ſed etiam qualitatis. Puteus deciſ. 397. nu. 3. lib. 2. cum alijs, Et qui errat non conſentit. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.

Pro hoc etiam facit dictum Abbatis in c. ex parte, num. 10. de conceſſ. prębendę, notantis per textum ibi, quòd ſi poteſtas de aliquo diſponendi pertinet ad me, & ego cre-
41 dens ad te pertinere † conſenſi, quòd tu diſponeres, actus ſic explicatus non tenet; non ratione tui, quia non habebas poteſtatem, minus ratione mei, quia non intendebam.

Ideo fuit reſolutū in vna Burgen. iuriſdi-

ctionis

ctionis coram Rubeo 22. Iunij 1584. quòd quamuis Capitulum Burgen. per plures annos seruauerit Concil. Triden. dispositionem in sess. 6. de reformat. cap 4. & sess. 25. cap. 6. super visitatione, & correctione Capitularium, credens, quòd etiam † derogabat concordias à Sede Apostolica confirmatas: non propterea vti errans renunciauit cõcordiæ, quam habebat cum Episcopo à Sede Apostolica confirmatæ, quę per d. Concil. sublata † non fuerat. Acchilles decis. 1. de pactis. Cęsar de Grassis decis. 2. num. 7. de iureiurando. Puteus decis. 172. num. 2. lib. 3. & dixi in gl. 25. num. 14.

Sic etiam, quando defectus est in primo gradu, † & ille gradus est causa læsionis plurium successiue & gradatim: primo restituto, restituitur secundus aduersus tertium, & tertius aduersus quartum, & sic de singulis. Ancharan. in cap. si beneficia 20. per textum ibi, notabili 8. num. final. vbi Franchus, num. 4. de prębend. lib. 6. & dixi in gloss. 34. sub q. 17. ex num. 94.

Ac deficiente subiecto non est locus correlatiuo subiecti, gl. fin. in cap. 1. de fide instrum. Caputaq. decis. 214. num. 8. p. 2.

Conferunt ea, quę ex malo principio iniustæ carcerationis tradit Bartolus in sua q. 6. Et quæ de mortificata, & infecta radice dixi in gl. 5. in principio, n. 112. & 213. & in §. 9. eiusdem gl. num. 127.

Dicimus etiam, quòd semper causa prima representatur † in secunda in quam influit. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procuratoribus. Aimon cons. 131. nu. 15. & cons. 144. num. 1. volum. 1.

Et origo, à qua reliqua vim capiunt, magis attenditur, † & nobilior habetur. l. quidquid, in principio. ff. de noxalibus. Mandosius in regula 27. quæst. 20. num. 4. & in reg. 30. quęst. 2. num. 2.

Et dato vno inconuenienti † plura sequuntur. l. ratas. C. de rescind. vendit. vbi omnes. l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vendication. Probus in cap. fin. num. 1. de præbend. in 6. Et vno principio illicito dato plura mala sequuntur, authen. vt Iudices sine quoquo suffragio. §. 1. versic. *considerauimus*. collat. 2. gl. in extrauagan. 1. in principio, verbo, *Hydriæ*. de priuileg. inter communes, vbi post tex. ibi adducit exemplum Hydrę, cuius vno amputato capite, nascuntur septem. Accedit illud prouerbium, *nodum ligauit qui ansam soluisse credit*. cap. cum olim 24. de verb. sign. vbi gloss. verbo, *dum ansam*.

Sicut abissus abissum inuocat, & vnum absurdum sequitur † aliud absurdum, vt in Psalmo 40. gl. in l. diuortio, in principio, aliàs est §. Papinianus, verbo, *alioquin*. ff. soluto matrimonio, gloss. verbo, *putamus*, in l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris.

Ac propterea dici solet, quòd cui aduenit malum, non venit solum. † gl. in authentico, vt Iudices sine quoquo suffragio, in principio verbo, *illicito*. collat. 2.

Dicit etiam tex. in l. 1. in fin. C. de. Im. lu. descriptione, lib. 10. quoad primordium tituli, vel causę, posterior † quoque formatur euentus, & ibi gl. verbo, *primordium*. Quibus etiam adde quę dixi in gl. 5. in princ. ex n. 110.

Denique alios effectus reseruationis, vide per Æneam de Falconibus in tracta. de reseruatione, quęst. 4. principali, vbi quinquaginta & vnum effectus congerit.

Illud & superaddo, quòd reseruatio regulæ nostræ ligat, † etiam Auditorem Rotę, vt de beneficio reseruato conferre non valeat, vigore clemen. auditor, de rescript. nisi ad hoc habeat specialem PP. commissionem, & ita nuper respõdi in vna causa Tuden. Parrochialis: nam cum vacaret illa Parrochialis in mense reseruato, affixis edictis se opposuerunt A. & B. & præuio concursu, Ordinarius elegit A. qui obtinuit collationem Apostolicam, iuxta formam Conc. Triden. sess. 24. de reform. cep. 18. B. autem appellauit à mala electione Ordinarij, & commissa causa in Rota obtinuit declarari constare de irrationabili electione A. & illam reuocari debere, cum omnibus inde sequutis, vt tetigi in gl. 4. num. 143. & dubitabatur, An R. P. D. meus Sacratus Rotæ Auditor, & causæ Iudex posset conferre d. B. eamdem Parrochialem, vigore d. clem? dixi quòd non. Quia reseruatio regulæ nostrę ligat omnes, non solum Rotæ Auditores, sed etiam Cardinales Legatos † de latere, vt dixi in glossa 24. num. 29. & 39. & 44. Item quia Rotę Auditor † in casu dictæ clemen. succedit in locum Ordinarij. Cæsar de Grassis decis. 14. de prębend. & ideo sicut Ordinarius solummodo eligere poterat in hoc casu, sic & D. Rotę Auditor. Item quia resultaret aliter prędicium tertij, hoc est officialium Cancellarię, & quando resultat præiudicium tertij † Auditor delegatus conferre non potest, c. super eo, de off. deleg. latè Selua de benef. 2. p. q. 13. n. 1. & 6. ac per totam, vide in gl. 23. n. 14. & ita fuit seruatum, quia d. B. obtinuit de ordine Rotæ prouisionem Apostolicam de d. Parrochiali.

Summaria Glossæ 32.

1 *Mensis vacationis est narrandus in gratijs beneficialibus, ne Ordinarijs collatoribus fiat iniuria, num. 2. & num. 55.*

Mensis

3 *Mensis est exprimendus, etiam in gratijs ex proprio motu.*
4 *Motus proprius aufert subreptionem, non tamen supplet defectum intentionis, & num. 5.*
6 *Motus proprij de clausula, plures Doctores citantur.*
7 *Mensis narratiua debet fieri dispositiue, & quando dicatur fieri dispositiue, nu. 8. & 56.*
9 *Mensem dispositiue narrandi, quisnam effectus sit, & num. 59.*
10 *Mensis vacationis narratiua sub dictione, forsan, non releuat, quia nihil affirmat, & numero 11.*
12 *Mensis narratus cum clausula, vt asseritur, nihil prodest, quia nihil concluditur, & nu. 13.*
14 *Mensis vacationis expressus, semper est verificandus.*
15 *Mensis expresio non releuat, si fiat sub hac forma, vacauit de tali, seu alio veriori mense. Nec sub clausula, etiam si vacaret in tali mense, & num. 16.*
17 *Mensis narratiua dispositiuè fienda, est ad vnguem seruanda.*
18 *Mensem exprimendi dispositio obligationem inducens, est fauorabilis, quia tendit ad obuiandum fraudibus, & num. 19.*
20 *Mensis est exprimendus in noua prouisione.*
21 *Mensis est exprimendus in gratia si neutri, & num. 23. & 24.*
22 *Stultus non debet esse melioris conditionis, quam sapiens.*
25 *Mensis exprimi debet, siue vacatio sit de solo iure, vel de solo facto.*
26 *Mensis est exprimendus, non solum in vacatione per obitum, sed etiam in alia quacumque vacatione.*
27 *Reseruatio regulæ nostræ, sicut est generalis ad omnes vacationes; sic est obligatio narrandi mensem, & num. 28.*
29 *Clausula præcedens est tantæ, & maioris efficaciæ ad declarandum clausulam sequentem, quam sequens ad declarandum præcedentem.*
30 *Clausula sequens trahitur ad præcedentia.*
31 *Dataria quid seruat super expresione mensis in alijs vacationibus præter obitum.*
32 *Mensis est exprimendus in resignatione, quando quis intendit per clausulas generales includi vacationem, ne fraudis detur occasio, & num. 33. & narrantur plures casus.*
33 *Clausula (præterquam per obitum) adijcitur in resignationibus.*
34 *Cupiditas multorum, qui tanquam latrones rugientes, & lupi rapaces beneficia circumeunt, &c. est refrenanda.*
35 *Mensis si non exprimitur, gratia est ipso iure nulla.*
36 *Dictio, esse, denotat nullitatem ipso iure.*
37 *Nullum quod est, rescindi non debet.*
38 *Nulla an sit ipso iure gratia, vel veniat rescindenda, multiplex est effectus.*
39 *Mensis exprimi non debet, quando beneficium est reseruatum, vel affectum, aliter quam ratione mensis.*
40 *Mensem exprimere, an sit necesse, quando beneficium est litigiosum.*
41 *Mensis non est exprimendus in gratia reformatoria, si fuit narratus in prima.*
42 *Gratia reformanda semper inseritur in reformatoria.*
43 *Mensis non est exprimendus in resignatione, & num. 44. & 45.*
46 *Mensis expressio non est necessaria in collationibus ordinarijs.*
47 *Ordinarius præsumitur habere scientiam de mense vacationis, nisi contingat mors extra diœcesim.*
47 *Vacare in dubio præsumuntur beneficia in diœcesi, in qua consistunt.*
48 *Ordinarius semper prouidet motu proprio.*
49 *Mensis expresio non est necessaria, quando vacatio contingit in mense Apostolico, sed contra nu. 50. & 51. sed prima opinio firmatur, num. 52. & num. 53.*
54 *Mensis narratus, an sit verificandus, quando nulla adest prouisio ordinaria, declaratur, nu. 60. 61.*
57 *Narratiua est semper verificanda, quia est pars gratiæ, & num. 58.*
59 *Narratiua mensis reseruati facit, quòd tota gratia restringatur ad reseruationem.*
62 *Mensis non est exprimendus in impetrationibus per deuolutionem.*
63 *Mensem exprimendi obligatio non fuit inducta de iure communi.*

Volentes in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficijs tunc vacantibus, etiam motu proprio fient, de mense, in quo vacauerint dispositiuè mentionem fieri, alio quin gratias nullas esse, gl. 32.

1 IN hac clausula regulę nostrę sancitur, quòd in omnibus gratijs beneficialibus narrari debeat mensis † vacationis sub nullitatis pœna, & hęc sit conclusio generalis, quę vt commodius per ampliationes, & limitationes enucleretur opportunius esse censui, prefatam clausulam in plures glossas non diuidere, sed sub vnica glossa totam materiam concludere: quam conclusionem confirmant Puteus decis. 443. lib. 1. & decis. 179. lib. 2. & 475. lib. 3. Mohedan. decis. 4. de concessione

ne prębendæ. Caputaquen. decis. 136. parte 2. in manuscriptis, cum alijs inferius allegandis.

Cuius conclusionis ratio est, vt Papa scias. an vacatio contigerit in mense reser-
2 uato, vel Ordinario. Nam ordinarijs † collatoribus, in suis mensibus prejudicare non intendit. Puteus decis. 53. num. 5. lib. 2. Rota decis. 724. num. 6. parte 3. diuersorum, & decis. 9. num. 22. parte 2. diuersorum, & dixi in §. 4. proœmiali post principium, nu. 7.

Mensis vacationis est expri-mēdus in gratia, & quare assignatur regula cum 9. ampliation. & 8. limit.

Quæ conclusio ampliatur primo, vt non solum procedat in supplicationibus, & gratijs factis ad instantiam partis, sed etiam in concessionibus gratiarum, quæ
3 etiam, si ex motu proprio † fient, vt expresse docet littera nostræ glossę, ibi, *etiam motu proprio*. Ratio est, quia quamuis in gratia ex motu proprio concessa, cesset effectus subre
4 ptionis, † cap. si motu proprio, de prębendis, lib. 6. Clementina si Romanus, & ibi glossa fin. eodem titulo, vbi Vitalinus num. 44. Rota decis. 6. & decis. 7. de præbendis, in nouis, & decis. 71. de rescriptis in antiquis. Mohedanus decis. 4 num. 2. & decis. 9. num. 4. de priuilegijs. Puteus decis. 386. num. 3. lib. 1. & Staphilæus de lit. gratię, titulo de vi, & effectu clausularum, in §. subsequenter. Antonius Gabriel in titulo de clausulis, concluf. 2. num. 1. vbi plenè. Simonetta de reseruation. quęst. 45. num. 5.

Tamen dicta clausula non supplet defe-
5 ctum intentionis † Papæ nolentis concedere dictas gratias absque mensis expressione, ne Ordinariorum prouisionibus prejudicium irrogetur. Rota decis. 33. num. 6. 7. & 8. de prębendis, in antiquis. Cassadorus decis. 4. num. 4. de concess. prębendę. Simonetta de reseruationibus, quæst. 14. num. 6. vbi additio, verbo *intentionis*. plures adiungit. Puteus decis. 386. nu. 3. supra allegata, lib. 1. & decis. 307. lib. 3. Antonius Gabriel plures allegans, vbi supra, num. 18. & 19. cum sequentibus, vbi idem Gabriel ponit 27. effectus d. clausulę (motu proprio,) & omnes illas optime limitat, & declarat, & Rebuffus in concordata super forma mandati Apostolici, in glossa, verbo, *motu proprio*. aggregat 47. effectus huiusmodi clausulæ, & 17. limitationes: quarum octaua limitatio est, quòd talis clausula non tollat defectum intentionis concedentis, ad quos doctores semper est recurrē
6 dum super declaratione huius clausulę, † & videas Puteum decis. 70. lib. 3. Acchillem decis. 10. de probationibus. Acebedum supra. l. 3. titulo 14. num. 1. cum sequentibus, lib. 4. recopil.

Secundo ampliatur dicta conclusio, quòd narratiua de mense fie-
7 ri debeat dispositiuè, † dicendo affirmatiuè, simpliciter, & absolutè, quòd beneficium vacauit in tali mense, vt ostenditur ex littera nostræ regulæ; ibi, *dispositiuè mentionem fieri*. Rota decis. 475. num. 6. lib. 3. parte 3. diuersorum. Mandos. in tracta. de signatura gratiæ, titulo de prouisionibus, colum. 8. vers. *mensis mentionem dispositiuè, &c.* Et quando dicatur
8 narratiua dispositiua. † vide Ægidium Bellameram in decis. 125. incipit, *si appellatus*. Caputaq. decis. 188. num. 2. p. 1.

Effectus autem narrandi mensem dispositiue est, quòd narrans præcise †
9 teneatur ad verificationem illius, nec suffragantur clausulę generales: prout dicimus de deuolutione dispositiue narrata, quę si non probatur, reliquę clausulę generales corruunt, & non capiunt aliam vacationem, quia dispositiua expresio facit restringi gratiam ad illum modum vacationis. Cassadorus decis. 5. nu. 3. de prębēdis. Crescen. decis. 15. eodem tit. Mohedan. decis. 17. eodem titulo. Caputaquen. decis. 63. & decis. 253. p. 1. Puteus decis. 320. lib. 1. & scripsi in §. 4. proœm. n. 80. & vide infra, num. 14.

Ex quo primo infertur non esse satisfactum regulę nostrę, nec sufficeret, si narratiua mensis fieret dubitatiue, veluti, si dice-
10 retur, quòd forsan † vacauit in tali mense. Nam quando dictio *forsan*, vel *fortasse*. appo-
11 nitur nihil † affirmatur, & ideo non est necessaria verificatio eius, quòd per tales dictiones asseritur. l. in substitutione. ff. de vulgari, & pupillari substitutione. Cęsar de Grassis decis. 2. num. 7. 8. & 9. de probationibus. Alciatus cons. 25. num. 10. lib. 1. Rota decis. 212. num. 3. p. 1. diuers.

Secundo infertur, quòd non sufficit dice-
12 re, quòd (vt asseritur) † vacauit in tali mense, quia per illud verbum impersonale (asse-
13 ritur,) nihil concluditur, † & facit quòd perin de consideretur talis narratiua, ac si facta non fuisset. authentica, si quando. C. de constitut. pecunia, cum ibi notatis. Ac propterea non est necessaria verificatio huiusmodi narratiuę. Cassadorus decis. 4. numero 9. de probationibus, & decis. 6. num. 2. & 6. de iurepatronatus. Rota decis. 60. & decis. 77. de rescriptis, in antiquis, & decis. 6. num. 2. eodem titulo, in antiquioribus. Rota decis. 412. num. 3. par. 1. diuersorum. Cęsar de Grassis in dicta decis. 2. num. 4. de probationibus.

Mensis vero vacationis narratus, semper
14 † est verificandus. Caputaquen. decis. 136. par. 2. in manuscriptis, & supra num. 9. cum adductis in §. 7. proœmiali, num. 217. vbi diximus talem verificationem debere esse concludentem, & latius in gl. vndecima, ex num. 98. cum sequentibus, vbi nonnullis modis limitaui.

Tertio

Tertio infertur, quòd non fit satisfactũ regulæ nostræ, si expressio de mense fiat sub hac forma (vacauit de tali, vel tali, seu alio ve-
15 riori † mense.) Nam huiusmodi narratiua non est dispositiua, & clara, vt liquere possit Pontifici Maximo. An in suo, vel Ordinarij mense vacatio contigerit, ne Ordinario in suo mense præiudicium inferatur, & fraudis occasio euitetur. Rota decis. 575. num. 3. & decis. 700. par. 3. lib. 3. diuersorum. Puteus in dicta decis. 25. lib. 3. & in terminis docet Mandosius de signatura gratiæ. §. prouisiones, colum. 7. vers. *clausula de præsenti mense Martij, seu alio veriori in litteris exprimẽdo.* Quod intellige, nisi adsint aliqua signa, ex quibus liqueat, quòd Papa voluit (non obstante prędicta narratiua mensis minus legitime facta.) nihilominus præuenire, vt fuit decisum in vna Eluen. beneficij 21. Iunij 1604. coram R.P.D. meo Pegna meritissime Rotæ Decano, & conferunt ea, quæ dixi in gl. 9. §. 3. num. 24. & in gl. 34. num. 114.

Quarto infertur, quòd non sufficiat facere dictam narratiuam inter clausulas generales supplicationis, conditionaliter dicen-
16 do, etiam si vacet † in tali mense, nisi dispositiue in corpore sit expressa. Rota decis. 475, nu. 2. & 6. lib. 3. par. 3. diuersorum, & in specie tradit Mandosius, vbi supra, vers. *mensis mentio dispositiue faciendam esse vult regula Cancellariæ mensium: non autem per clausulas generales.*

Quinto infertur, quòd dicta mentio dispo-
17 sitiua est ad vnguem facienda † pro forma substantiali: Ita vt ne quid variari, vel immutari poterit, aut per æquipollens supplere. Mandosius post alios, vbi supra.

18 Tertio ampliatur prędicta conclusio, vt sit fauorabilis † in hac parte regula nostra, dum tendit ad obuiandum malitijs, & fraudibus, mandando, quòd dispositiue fiat dicta narratiua. Rota decis. 624. num. 2. & 4. & decis. 700. lib. 1. par. 3. diuersorum.

Quoniam omnis constitutio emanata ad
19 obuiandum fraudibus est † fauorabilis. Felinus in cap. de quarta, num. 15. ad fin. vers. *& sic est aliqua dispositio*, de præscriptionibus. Rota decis. 42, num. 9. par. 2. diuersorum. Caputaquen. decis. 215. num. 1. & seqq. p. 3. & dix. in §. 6. procemiali, vers. *vlterius regula ista*. num. 40.

Quarto ampliatur nostra conclusio, vt etiam procedat in gratia
20 nouæ † prouisionis, quando ab inferiore fit nulliter aliqua prouisio de beneficio vacante in mense reseruato, & postea ab eodem prouiso petatur sibi concedi à Papa noua prouisio eiusdem beneficij. Nam etiam in hac noua prouisione est exprimẽdus mensis, quia verba nostrę regulæ adaptantur nouis prouisionibus, vt concludit Gomezius in regula de annali, quæst. 28. ante num. 5. vbi refert, ita fuisse resolutum de mense Iunij 1539. Mohedanus decis. 4. de concession. prębendę, per totam. Puteus decis. 443. incipit, *quod mensis.* lib. 1. vbi fuit ad hoc ponderatum, quòd regula nostra; non solum loquitur de supplicationibus, sed etiam de alijs concessionibus. Rota decis. 475. num. 4. lib. 3. p. 3. diuersorum.

Quinto ampliatur, vt etiam procedat in gratia (si neutri) † quan
21 do in prima gratia non fuit facta mentio de mense, quia si postea non fit in gratia (si neutri) habebit locum dispositio regulæ nostræ,
22 ne sit melioris conditionis † stultus, qui in prima gratia non expressit mensem; quam diligens, cap. cum qui, de præbend. lib. 6. & ita sentit Gomezius in regula de annali. q. 28. num. 4. vers. *vt tamen.* vbi firmat, quòd regula de annali locum habeat in gratia (si neutri) & in simili adducit exemplum in reg. nostra mandante fieri expressionem mensis: & in terminis fuit resolutum in vna Aurien. Canonicatus 4. Iunij 1576. coram bon. mem. Scipione Lancellotto.

Comprobatur ex generalitate verborum
23 regulæ nostræ, dum indistincte † loquitur in omnibus impetrationibus, & concessionibus gratiarum beneficialium, & dubitari non potest, quòd gratia (si neutri) sit gratia beneficialis, & quòd in illa debeant omnia narrari
24 sicut in noua, † vel simplici prouisione. Rota decis. 24. de rescript. in nouis. Put. decis. 48. num. 5. lib. 1. cum allegatis per additionatorem d. decis. 24.

Quod à fortiori procedit, si tertius qui non fuit in lite, & nullam aliam habuit gratiam, præfatam gratiam (si neutri) obtinuerit.

Sexto ampliatur, siue vacatio sit de iu-
25 re, vel solo † facto, quia adhuc est exprimendus mensis. Rota decis. 102. incipit, *in causa Lucana.* num. 1. & 2. lib. 1. parte 3. diuersorum.

Septimo ampliabis conclusionem nostram, vt non solum procedat in vacatione per obitum, sed etiam in
26 alia quacumque vacatione, † in qua intret reseruatio nostrę regulæ, vt ipsamet regula declarat: Nam in verbis præcedentibus dicit, quòd reseruat omnia beneficia quocumque modo vacatura, & postea subdit, quòd fiat mentio de mense vacationis: vnde sicut reseruatio est generalis, sic etiam obligatio
27 † exprimendi mensem vacationis debet esse generalis, quocumque modo vacauerit beneficium, quia illa clausula præcedens (quo-
28 cumq; modo vacatura) censetur repetita † in §.

in §. volens,de quo nunc agimus, qui venit ad declarationem reseruationis præcedentis.l.nihil.ff.de coniungend.cum emancipat. liberis, glossa verbo, *consuetudine.* in clemen. statutum,de electione. Cassador. decis.6.nu. 11.super regulis. Rebuffus de nominationibus, quæst.5.n.21.facit etiam Cassad. decis. 8.num.1.& 6.de rescriptis,& Rota decis.43. num. 2.p.2.diuersorum.

29 Et clausula præcedens † est tantæ, & maioris efficacię ad declarationem sequentium, quantę clausula sequens ad declarationem præcedentium. Iason in l. pacta nouissima, num. 4. C. de pactis. Tiraquell. de vtroque retractu. §. 1. glossa 14. num. 25. & 26. vbi plura adducit.Io.Gutierrez cons.12. num.28.& cons.31.num.4.

30 Nec non clausula sequens†refertur,& trahitur regulariter ad omnia præcedentia.l.finali; & ibi Bartol. ff. de rebus dubijs, cap. secundo requiris 41.de appellationibus. Antonius Gabriel in tit.de clausulis,conclus.9. per totam, Et ideo clausula nostra,de expressione mensis trahitur, & refertur ad omnes vacationes quocumque modo contingentes,de quibus in verbis præcedentibus mentio facta fuerat.

31 Video tamen, quòd in Dataria † admittũtur supplicationes beneficiales,de alijs vacationibus(prętерquam per obitum)absque expressione mensis; non tamen in vacationibus per obitum, & ideo forsan praxis interpretatur regulam nostram, in solis vacationibus per obitum, quod & annuere videtur Mandosius in tractat.de signatura gratię. §. prouisiones.colum. 8.vers. *clausula de præsenti mense*. dum dicit hæc verba, *voluit Papa in collatione beneficiorum per obitum vacantium certior reddi de mense, &c.* & sic de alijs vacationibus (extra obitum) contrarium sentit, &c.

Cogita tamen de hoc, quia esset magna restrictio regulæ :& prima opinio, quòd sit exprimendus mensis in quacumque vacatione vera videtur, ac sensit Rota in vna Tirasonen. Canonicatus, citanda in 6.limitatione, num, 49. in qua ad oppositionem de non expressione mensis in vacatione per assecutionem,non respondit Rota, quòd talis expressio non esset necessaria in vacatione per assecutionem, sed potius præsupponendo necessariam,aliter respondit,vt in d.nu.49.

Ampliatur octauo dicta conclusio, vt etiam locum habeat in resignatione, quando resignatarius, seu impetrans prætendit competere sibi beneficium, non vigore resignationis, sed per clausulas
32 generales † in resignatione contentas: verbi gratia, vacauit vnum beneficium de mense Augusti reseruato,& A. se intrusit in illo beneficio, deinde lapso anno illud resignauit in manibus Papę in fauorem B.Postmodum.C. illud impetrauit, tanquam reseruatum ratione mensis,& litigabat contra B.resignatarium dicens, quòd gratia illius sit nulla, ex quo A. qui resignauit fuerat intrusus,& nullum ius habebat, ac consequenter nullum potuit resignare, nec transferre. Respondet B. quòd quando resignatio locum non haberet, quòd saltim sua gratia erat sustinenda virtute generalium clausularum, siue vacet præmisso, siue alio quouis modo, &c. Replicat C. quòd clausulæ supradictæ, nihil possunt operari, ex quo non est facta mentio de mẽse vacationis,vt in regula nostra disponitur: Duplicat B. quòd sua gratia principalis est gratia resignationis, in qua dicta regula nostra non habet locum. Cum casus iste contigisset in vna causa Corduben.S. Michaelis, & esset propositum desuper dubium coram Paleotto 2. Februarij 1560. nihil fuit resolutum,quia vota Dominorum erant contraria, vt patet in decis.575.p.3.diuersorum. Deinde fuit iterum propositum dubium 21. Iunij eiusdem anni, & neque tunc potuit capi resolutio, vt legitur in decis.624. eadem parte 3. diuersorum, in quibus decisionibus possunt videri multa,quę hinc inde adducebantur: Postea die 23. Aprilis del 1562. fuit repropositum idem dubium,& tandem fuit resolutum, quòd obstabat regula nostra, & sic gratia B. intrare non poterat vigore generalium clausularum, ea pręcipue ratione, ne
33 fraudum † occasio detur. Nam aliàs committerentur infinitæ fraudes, & ferè semper posset eludi prędicta regula nostra,per istos, & alios varios piscationis modos, vt constat ex decis. 700. incipit, *hoc idem.* lib.3.par. 3. diuersorum.

Idem etiam casus contigerat prius in alia Cartaginen.Parrochialis,& quãuis semel,& iterum propositum fuerat dubium,nõ potuit elici firma decisio,& 19. Decemb.1557. fuit tertia vice propositum, sed neque tunc fuit aliquid firmatum, vt est videre in decisione 475.incipit,*iam bis proposui.* eadem par. 3. diuersorum.

Et quod procedat ista noua ampliatio,est quoque decisio Cottæ 238.Anton. Augustin. decis. 771. lib.3. & decisio Putei 3. super ista nostra regula in manuscriptis, & fuit resolutum in vna Lucana Canonicatus, & prębendæ 7. Februarij 1571.coram Rubeis,ac conferunt tradita per Bursattum consilio 394. num. 18. volum. 5. & per Flaminium Parisium de resignatione, lib. 8.quęst. 7.nu.44. & 45.Hinc est,quòd Datarius ad obuiandum huiusmodi fraudibus solet adijcere clausulam, prętерquam per obitum. Rota decis. 624.nu.5. p.3. diuersorum.

Vt

Vt igitur refrenetur cupiditas multorum,
34 qui tanquam latrones † rugientes, & lupi rapaces dulcedine beneficiorum circumeũt, quærentes beneficia, sanguinem pauperum, varijs artibus piscari, aucupari, & diglutiri, vt in simili casu dicit Mandos. in regula 20. de non impetran. benef. viuen. q. 4. sub n. 12. merito factę fuere resolutiones prædictę.

Nono ampliatur dicta conclusio, vt non facta dicta expressione mensis,
35 gratia sit ipso iure nulla, † vt in illis verbis, *alioquin gratias nullas esse*. Nam illud verbum,
36 *esse*, † denotat nullitatem ipso iure. gloss. in cap. licet Canon, in fine, verbo, *priuatus*, de electione libro 6. gloss. in l. amissione. §. qui deficiunt, in verbo, *relegati*, in fine. ff. de capite minutis. gl. in c. quicunque inhibemus, verbo, *innodetur*, in fin. de hæreticis. Abbas in c. Clericis, n. fin. in fine, vers. *simile est*, *in verbo sit*, ne Clerici, vel Monachi, late Tiraquel. in l. si vnquam, verbo, *reuertatur*, de reuocand. donationib. num. 180. cum sequentibus.

37 Et sic non est opus rescisione, † quia quòd nullum est, rumpi non potest. l. nam & si. §. 1. ff. de iniusto rupto. c. ad dissoluendum, de desponsatione impuberum. Rebuffus in concordata, in rubrica de collationibus. §. si quis vero, in glos. verbo, *ipso iure nulla*.

Quę autem sit differentia, quòd gratia
38 sit ipso iure nulla, † vel veniat rescindenda, dixi in glossa 15. verbo, *vacatura*, ad finem, vbi citaui Tiraquell. vbi supra ex num. 289. vsque 462. ponentem centum, & quatuor effectus, & differentias.

Modo limita, seu declara memoratam conclusionem primo, vt minime
Incipit limitatio nes. 39 locum habeat, quando beneficium sit reseruatum, vel affectum ex alio capite, † quam ratione vacationis in mense Apostolico. Puteus decis. 25. incipit, *dubitauit*, lib. 3. vbi fuit resolutum, quòd non sit necessaria expressio mensis in beneficio vacante per obitum Auditoris Rotę, quod alias est reseruatum per extrauagantem ad regimen, de præbendis, & regulam primam Cancellariæ: & ibidem ratio assignatur, videlicet, quòd ideo mandatur fieri mentio de mense, ne Ordinarijs fiat prędiudicium in suis collationibus, sed Ordinarius nullum habet ius ad prouidendum beneficium aliàs reseruatũ, licet vacet in mense ordinario, ergo cessat ratio, & dispositio reg. nostræ, idem etiam disponitur in decis. 54. & decis. 122. lib. 1. p. 3. diuers. Accorambon. decis. 59. libro 2.

Comprobatur ex his, quę diximus in glo. 13. verbo, *extra Romanam Curiam*, ex n. 66. vbi tenuimus, quòd nec reseruatio nostræ regulę caperet beneficia ex alio capite reseruata, tradit etiam Mandosius de signatura gratię. §. prouisiones. colum. 8. vers. *an autem in prouisione beneficiorum*. Quæ autem reseruationes, vel affectiones sint vltra reseruationem regulę nostræ? reperies in glossa 51. & glossa 52.

Secundo limita in subrogationibus, quoad beneficium litigiosum
40 † in locum defuncti collitigantis, quia cum Episcopus stante lite conferre non possit. cap. 1. & 2. vt lite pendente, in 6. clement. 1. eodem titulo, nulla potest iniuria fieri Ordinario ex non expressione mensis, per easdem rationes contentas in limitat. præced.

Licet secus esset, si lite pendente nemo subrogaretur, sed expectato litis euentu, (vt dicta iura declarant,) constaret ad ordinarium collationem expectare, quia vacauit beneficium per cedentem, vel decedentem in suo mense ordinario: tunc vtique erit dicta narratiua mensis facienda.

Cęterum ista limitatio non est secura, & potius corruit ex quinta ampliatione huius glossæ, vbi remanet conclusum, quòd mensis sit exprimendus in gratia, si neutri: sed gratia si neutri præsupponit litem, sine qua nullatenus potest intrare. Rota decis. 24. de rescriptis, in nouis. Gomezius in regula de annali. quęst. 28. num. 2. Caputaquen. decis. 34. num. 2. p. 1. & decis. 42. p. 2. Ergo quamuis beneficium sit litigiosum est exprimendus mensis. Nec obstat dicere quòd Ordinarius non potest prouidere lite pendente, & sic nullum fiat illi prędiudicium, sicut dicimus, quando adest alia reseruatio. Quia aliud est esse beneficium reseruatum, & aliud esse litigiosum. Ita in indiuiduo fuit responsum per Rotam in vna Aurien. Canonicat. 4. Iunij 1576. coram Lancellotto, & dixi in §. 7. proœm. ex n. 116. & in glossa 6. à num. 146.

Tertio limita in gratia reformatoria, seu perinde valere, † facta à
41 Papa primæ gratiæ concessæ de beneficio reseruato. Nam si in prima gratia fuit facta mentio de mense non erit necessarium iterum facere expressionem in noua gratia reformatoria primæ. Caputaq. decis. 215. p. 2. Mohedan. decision. 4. in fin. vers. *neque obstat*, *Aegid.* de concess. prębend. & facit decis. Putei 387. sub n. 3. p. 3. Ferret. cons. 53. n. 12. & 13.

Præsertim cum semper solitum sit inserere † in supplicatione reformatoria, supplica-
42 tionem gratię reformandę, & sic potest dici, quòd semper in gratia reformatoria fiat expressio de mense, ex quo expressio contineatur in præinserta. Mohedan. decis. 5. de rescriptis. Staphilęus de litt. Iustitiæ. §. vlterius, num. 1. fol. 472. in paruis.

Quarto limita, seu potius declara, vt
43 prędicta conclusio in resignationibus † locum non habeat, & sic in benef. vacantibus per resignat. non est necessaria ex-

preſſio menſis.Rota deciſ.624.n.1.lib.3.p.3. diuerſor. cuius rei ratio eſt, quia regula noſtra non procedit in vacationibus per reſignationem, & dixi plene in gl.14.

Hinc eſt, quòd ſi in menſe reſeruato re-
44 nunciat, † ſeu reſignat quis ſimpliciter, non autem in fauorem, in manibus ordinarij, ſeu alterius inferioris (extra Romanam Curiam) beneficium, quod habet: & de illo alius obtineat prouideri à Papa ante prouiſionem ab Ordinario factam, quòd talis prouiſio ſit valida, quamuis de menſe vacationis per ſimplicem reſignationem mentio facta non fuerit.

Et dixi ſimpliciter, non autem in fauorem, quia coram alio, quam Papa non poteſt fieri reſignatio in fauorem, vt notaui in dicta gloſſa 14. ex num. 21. Si autem fit in manibus Papæ reſignatio in fauorem,
45 tunc eo minus † erit neceſſaria expreſsio menſis, quia vltra quòd erit vacatio in Curia, & in tali vacatione ceſſat regula noſtra, ex quo beneficium eſt ex alio capite reſeruatum, vt ſupra in limitatione prima, Iam Papa ſcit, de quo menſe vacatio contingat, cum ſit in illa hora, in qua ipſe reſignationis gratiam ſignat.

Declara tamen hoc vltimum, ſecundum ea, quę diximus in 8.ampliatione huius gloſſę, nempe quòd ſi reſignatio non teneret, nec haberet effectum, & vigore clauſularum reſignatarius intenderet conſequi beneficium, quòd tunc ſit neceſſaria menſis expreſsio, vt ibidem declarauimus.

Quinto limita præfatam concluſionem vt procedat in gratijs, & conceſsionibus Apoſtolicis; ſecus vero ſit in prouiſionibus, & gratijs Epiſcoporum, &
46 aliorum ordinariorum, † ſeu inferiorum in ſuis menſibus contingentibus. Nam in illis non erit neceſſaria menſis expreſsio ad validitatē collationis; Tum quia ceſſat ratio regulæ noſtræ, videlicet, ne ex prouiſionibus Papę (ſi non fiat mentio de menſe) reſultet prejudicium Ordinarijs in ſuis menſibus, vt dixi in principio huius gloſſę: & ceſſante ratione ceſſat diſpoſitio.l.adigere. §. quamuis. ff.de iurepatronatus, cap.ſuggeſtum, de decimis.

Tum quia in ordinarijs regulariter præſu
47 mitur ſcientia † de menſe vacationis. clem. vnica. §.ceterum, de conceſſ.præbend. Rota deciſione 6.num.3. de iurepatronatus. Puteus deciſione 395.libro tertio, cum traditis per Menochium de arbitrarijs. libro 2.centuria tertia.caſu 201.num.150.cum ſequentibus.

Preſertim cum ſemper preſumatur vacatio beneficij in ſua diœceſi, vbi beneficium conſiſtit. Oldradus conſ. 229. numero 3. & dixi in gloſſa 15.§.2.queſt.8.Secus tamen eſſet, ſi vacatio contingeret extra diœceſim in partibus remotis, & longinquis. Puteus deciſione 31. incipit, *in vna Leodicen.* libro 2. nam tunc non præſumeretur talis ſcientia menſis vacationis.

Tum deniq; quia Ordinarius ſemper pro-
48 uidet motu proprio, † non autem ad ſupplicationem partis. Felinus in cap. ad aures.n. 15. de reſcriptis. Ioann. Selua de beneficio 3.p.quæſt.12. num.58. Puteus in dicta deciſ. 395.libro 3. Menochius vbi ſupra num.155. Noſtra autem regula loquitur de Papa, qui ſolet prouidere, tam ad partium ſupplicationem, quam motu proprio, vt in illis verbis, *in ſupplicationibus, ſeu conceſsionibus gratiarum, &c.* & ideo cum verba de ſupplicationibus non conueniant Ordinarijs, noſtræ regulę diſpoſitio in Ordinariorum prouiſionibus locum non habet. l. 4. §.tories. ff.de damno infecto. c. indemnitatibus 43. §. fin. de electione lib. 6. Decius conſ.222. num.2. Mandoſius conſ.99.num.7.

Sexto limita, quòd mentio de menſe ſit neceſſaria, quando vacatio contigit in menſe ordinario: ſecus autem erit, quando contingeret in menſibus reſeruatis,
49 † quia ſi venit vacatio in menſe reſeruato, cum Ordinarius habeat ligatas alas, & concurrere non poſsit cum Papa, nec poſsit tunc inferri ei aliquod prejudicium, ſi aliàs probatur bene de vacatione in menſe reſeruato, non erit locus regulę noſtrę, quę ſolum fundatur in Ordinariorum præiudicio, vt dixi in principio huius gloſſę, & ita fuit nouiſſime dictum in vna Tiraſonen. Canonicatus 24.Maij 1602. coram Illuſtriſsimo Cardinali Pamphilio.

In qua deciſione reſpondetur oppoſitioni facte de hac regula ob non expreſsionem menſis in quadam vacatione per aſſecutionem, & dicitur ſic, *quia hic fuit narrata vacatio per aſſecutionem, quæ fuit in menſe Maij, qui ſemper eſt reſeruatus, & cum iſta reſeruatio ſit clara, ceſſat concurſus Ordinarij: & non eſt locus regulæ de menſe, quæ loquitur de his tantum beneficijs, de quibus poſſunt prouidere Ordinarij, non autem de reſeruatis, in quibus non conſideratur præiudicium Ordinariorum.*

Cęterum dicta interpretatio valde reſtringere videtur diſpoſitionem regulæ noſtræ, & illius verbis aliquo modo contraria. Nam noſtra regula in principio reſeruat octo menſes ordinarios, & nullam facit mentionem de quatuor menſibus ordinarijs. Et poſtea in §. volens, de quo in iſta gloſſa, dicit, quòd in ſupplicationibus, ſeu conceſsionibus gratiarum, quæ de dictis beneficijs tunc vacantibus, etiam motu proprio fient de menſe, in quo vacauerint diſpoſitiuè

mentio

mentio fiat, &c. ponderando illam dictionem, *tunc*, quæ refertur ad dictos octo menses reseruatos, ergo de dictis mensibus reseruatis, expressio fieri debet, vt expresse dicit dicta decisio Putei 53. lib. 2.

Immo ex hoc resultare videtur, quòd obligatio de expressione mensis procedat, & locum habeat in vacationibus contingentibus
50 in mensibus † reseruatis; non autem in mensibus ordinarijs, & hanc interpretationem tenuerunt tres ex quinque votantibus in casu dictæ decisionis Putei 53. lib. 2.

Alij vero duo votantes tenuerunt, quòd deberet fieri mentio non solum de mensibus Apostolicis, sed etiam de Ordinarijs, quia dum Papa reseruat octo menses tacitæ inclu
51 dit concessionem † aliorum quatuor mensium, ac propterea dicta dictio, *tunc*, non solũ refertur ad menses Apostolicos, sed etiam ad Ordinarios: Sicut etiã videmus, quòd quãuis mẽses Martij, & Septembris non fuerint reseruati expresse; tamẽ eo ipso, quòd Episc. vtitur alternatiua censentur tacitę reseruati; vt colligitur ex §. ac etiam voluit, huius regulæ, ibi, *vt præfertur reseruauit*, quæ verba referuntur ad tacitam reseruationem. Præsertim cum ratio vnica, quæ potest assignari, nempe vt sciat Papa in concessione gratiæ. An præiudicet Ordinario, vel non, pariformiter militat in mensibus ordinarijs, quia non est maior ratio quod Papa voluerit certificari magis, quòd beneficium vacaret in mense Ianuario, quam in Februario, sed voluit de omni mense mentionem debere fieri, vt sciret An Ordinario præiudicaret, vel non, vt legitur in dicta decisione Putei 53. libro secundo.

Ecce igitur tres opiniones diuersæ, prima quòd solum debeat fieri expressio de mense in vacationibus contingentibus in mensibus ordinarijs: secunda quòd non debeat fieri mentio de vacationibus in mensibus ordinarijs, sed de contingentibus in mensibus reseruatis: tertia opinio est, quòd debeat fieri mentio de omnibus, tam ordinarijs, quam reseruatis mensibus.

Qua in re tenendum est, quòd de mense ordinario semper est facienda mentio, ne possit aliqua iniuria collatoribus ordinarijs redundare, & de hoc non credo fore dubitandum ex supradictis.

An autem menses reseruati sint exprimendi? in hoc est maior difficultas, & videmus, quòd in Dataria nunquam admittitur supplicatio aliqua de beneficio vacante per obitum in mense reseruato, nisi de speciali mense vacationis fiat expressa mentio, & verba nostræ regulę huic intelligentiæ satis quadrare videntur.

Sed nihilominus adhęreo pro nunc primę
52 † opinioni, videlicet, quòd expressio mensis sit dumtaxat necessaria in mensibus ordinarijs; non autem in reseruatis, secundum dictam decisionem modernam Tirasonen. quod etiam concluſit Rota 27. Martij 1557. coram Accorambono, vt in decisione Accoramboni 70. libro 2. incipienti, *mensis non est*, aliàs est decisio 59. libro 2. tradit etiam Mandosius de signatura gratiæ. §. prouisiones. colum. 8. vers. *an autem in impetratione beneficiorum reseruatorum necessaria sit mentio mensis*, vbi etiam allegat dictam decisionem 70. Accoramboni, & dicit, quòd inter alias rationes illa potissima est, nempe quòd in be-
53 neficijs reseruatis cesset ratio finalis † nostrę regulæ, cum Papa solus de illis disponat, ac conducunt tradita in prima limitatione.

Septimo limita, & declara, quòd prouisus Apostolicus non teneatur verificare mensem narratum, quando
54 nullus adest † prouisus ab Ordinario, vt fuit resolutum in vna Corduben. beneficiorum de Castro 21. Aprilis 1559. coram bo. mem. Quiroga, ea ratione, quia Papa in litteris facit mentionem de mense obitus, tum respectu Ordinarij, ne illi irrogetur iniuria, vt superius diximus, tum respectu nostræ regulæ requirentis expressionem mensis. Vnde non apparente prouisione ordinaria, cum sit per expressionem satisfactum regulæ, videtur Papę intentioni satisfactum, cum ipse voluerit conferre beneficium, quomodocunque vacauerit.

Sed dicta decisio non transit sine difficultate, quia quandiu beneficium vacans in mense ordinario deuolutum non est, semper potest causari pręiudicium Ordinario,
55 † ex quo si non prouidit de tempore gratiæ Apostolicę poterit postea prouidere: & sic intrat mens, ratio, & littera nostrę regulę. Tum etiam quia aut mẽsis non est narratus dispositiuè, & talis narratiua vitiat totam gratiam, vt diximus in 2. ampliatione nostrę regulę. Aut mensis Ordinarius vacationis est narratus dispositiue, & tunc est sem-
56 per verificandus. † Caputaquen. decis. 136. parte 2. in manuscriptis, cum alijs adductis supra in hac glossa num. 9.

Regula namque certa est, quòd omnis narratiua, quamuis aliàs necessaria non es-
57 set, debeat verificari cum sit pars gratię. † Crescen. decis. 4. de concess. prębend. Mohedanus decisione 8. de rescriptis. Romanus consil. 33. num. 2. Cęsar de Grassis decisione 12. & decisione 20. de probation. Caputaquen. decisione 240. parte secunda. Parisius consilio 138. numero primo, libro quarto. Ideoque nihil releuat expressio mensis, si
58 non sit † verificata narratiua, nec dicitur

satisfactum reg. nostræ,nec intentioni Papę.

Præsertim quia sola narratiua in mense reseruato dispositiuè facta operatur, vt omnis
59 gratia restringatur † ad reseruationem, & non valet prouisio, si dicta narratiua mensis non verificetur, vt scripsi in §. quarto proœmiali, num. 80. & supra in hac glossa numero 9.

60 Potest tamen dicta decisio † Corduben. beneficiorum de Castro intelligi, vt non sit necessaria plena probatio in verificatione mensis reseruati narrati, quando possessio est vacans, ex his quæ dixi in glossa vndecima, ex num. 104.

Nec non potest sustineri dicta decisio, quando in gratia esset narratus mensis ordinarius vacationis dispositiue, & Papa non obstante quòd vacatio contigerat in mense
61 ordinario gratiam concessit. † Nam tunc satis constat de intentione Papæ volentis prœuenire, & conferre beneficium quomodocunque vacauerit, vt scripsi in §.4.proœmiali ex num. 70. & in glossa 9. §.3.ex num. 23. cum sequentibus.

Octauo limita, & declara, quoad impetrationes per deuolutionem,
62 † Nam in gratijs per deuolutionem cessat prorsus ratio, & dispositio regulę nostræ: Tum quia quamuis semper duret prima vacatio, vt dixi in glossa 15. §.2. num.21. Iam nullum potest fieri Ordinario prœiudicium, ex quo amisit conferendi potestatem, propter negligentiam suam, cap.2. de concess. prębend. & per totum titulum de supplend. negligen. Prælator. & si non imminet præiudicium Ordinarij cessat obligatio exprimendi mensem, vt supra dixi in num. 39. & 49. ac 52. Tum etiam quia regula nostra non loquitur de beneficijs deuolutis, & ideo intrat iuris communis dispositio, de quo talis
63 obligatio exprimendi mensem † non reperitur. l. prœcipimus, in fine. C. de appellationibus cum alijs vulgatis.

Summaria Glossæ 33.

1 *Consuetudines etiam immemorabiles regulæ nostræ contrariæ auferuntur.*

2 *Immemorabilis consuetudo nunquam censetur sublata, quamuis consuetudo tollatur, etiam si addatur dictio vniuersalis,* quæcunque, *& num. 3. Contra num. 8. concordatur num. 9.*

4 *Immemorabilis consuetudo habet vim priuilegij, & legis, ac veritatis, & pacti, & Imperatoriæ potestatis.*

5 *Immemorabilis consuetudo non est sublata per Concil. Triden. sess. 24. cap. 20.*

6 *Regula nostra 8. ante Sixtum V. non continebat verba,* etiam immemorabiles, *& ideo non erant derogatæ; hodie vero sic, & n. 7.*

10 *Consuetudine reprobata vti iniqua, non potest alia de nouo introduci, & n. 11.*

12 *Consuetudines non derogantur per regulam nostram, vti iniquæ.*

13 *Mediolanensis consuetudo, quòd Archiepiscopus conferat beneficia vacantia per matrimonium, &c. est per regulam nostram sublata.*

14 *Immemorabilis consuetudinis effectus, ac potentia qualis sit remißiue.*

Ac cõsuetudines etiam immemorabiles. gloss. 33.

REGVLA nostra de medio tollit omnes consuetudines, etiam immemo-
1 rabiles, † vt illis minimè obstantibus, habeat semper locũ eius reseruatio.

Ex quibus verbis contentis in gl.nostra,dum dicitur,*etiam immemorabiles,*colligitur comprobatio illius communis resolutionis,quòd sublata consuetudine nunquam sublata censeatur immemorabilis
2 † consuetudo propter illius excellentiam, & maximam prerogatiuam,de qua per glossam in authentico, vt de cætero commutationes. §.de cætero,verbo,*præscriptione*,collatione 5. Felinum in rubrica de præscriptionib. n.18. & finali,& in c.accedentes, sub num. 6.vers. *tertius casus est*, eodem tit.Ripã in l.nemo potest n.115.ff.de legatis primo,Carolum Ruinum cons.13.incipit,*videtur fortassis*,n.fin.lib. 2. Afflict.decisione 254.incipit,*sæpe fuit.n.5.* Decium cons.271. incipit,*in casu transmisso de Hispania*, num.15.& cons.496. *in causa*, nu.10. Philippum Probum in additione ad Ioannem Monachum in capit. 1. num.24. de prescriptionibus,Bertrand. cons.98. nu.12.vol. 1. Curtium Iuniorem cons.158. nu.12. Tiraquel.de retract.conuention. §.1.gl.2. nu.12. Couarr.lib.3. variar.resolution. cap.13.nu. 15.Auendan.in responso 16.n.4.Anton.Gab. in tit.de præscriptionib.concl.1.n.30.& cum alijs pluribus resoluit Ioan.Gutierrez in lib. 3.practicarum quæstionum.q.77.nu. fin.Rolan.à Valle cons.59.n.17.lib.4.& fuit resolutum in Burgen.Quindennior. 15.Maij 1600. coram Reuerendiss.D.Corduba,nunc Episc. Pacen. vbi aliæ decisiones Rotales citantur.

Immemorabilis consuetudo nunquã cẽsetur sublata nisi exprimatur.

Qui

Qui omnes procedere affirmant, etiam si
3 addatur dictio † vniuersalis, *quæcunque*, aut *quælibet*, quia nihilominus non censetur sublata consuetudo immemorabilis.

Nec mirum cum dicta immemorabilis consuetudo, seu præscriptio habeat vim priuilegij †
4 à Principe legitime concessi, & tituli melioris de mundo, & legis, ac veritatis, & pacti: ac denique eandem potestatem quam habet Imperator, quando cum causa procedit, vt plene traditur per Antonium Gabrielem, vbi supra numero 1. & 44. & 65. 66. 67. & 69. cum pluribus per ipsum citatis. Puteum decisione 205. num. 2. & 3. libro 1. Rotam decisione 717. num. 2. parte prima diuersorum.

Vnde quamuis Concilium Tridentinum
5 † sess. 24. de reformat. cap. 20. disposuit, quòd omnes causæ agnoscantur in prima instantia coram ordinarijs locorum dumtaxat, & sustulit aliorum inferiorum iurisdictionem, non obstantibus quibuscunque consuetudinibus: tamen quia consuetudo immemorabilis expresse derogata non fuit, censuit sæpe Sacra Concilij Tridentini Congregatio, quòd dictum decretum minime substulit immemorabilem consuetudinem, quæ declaratio fuit multoties in Rota canonizata, & obseruata.

Similiter quia in nostra regula octaua ante æditionem factam à Sixto Quinto non aderant dicta verba, *etiam immemorabiles*, fue-
6 rat resolutum † de illo tempore in Rota in vna Bononien. optionis de mense Ianuarij 1579. coram Lancellotto, & in alia Gadicen. iuris nominandi 11. Februarij 1582. coram Bubalo, quòd istius regulæ reseruatio non auferebat consuetudines immemorabiles prouidendi, vel optandi in quibuscunque mensibus, & tradit Anastasius Germonius in tractatu de Indultis, §. etiam ex eo, num. 16. & 17.

Hodie tamen cum habeamus verba clara nostrę regulę remouentis omnes consuetudines, etiam immemorabiles, non erit am-
7 plius † dubitandi occasio. l. ancillę. C. de furtis. l. ille aut ille. ff. de legatis tertio: & ita Rota hoc habet pro constanti, vt in dubium reuocari non valeat, & vide infra in glossa 35. quęst. 2. ex n. 21.

Sententiam tamen superiori oppositam videlicet, quòd sublata consuetudine, censeatur etiam sublata immemorabilis, quando additur dictio,
8 *vniuersalis*, † tenet glossa in Clementina finali, glossa finali de rebus Ecclesię, & Cardinalis, & Imola ibid. n. 6. vbi putant idem esse, & si non addatur dictio vniuersalis. Felin. in c. cum causam. n. 12. de senten. & re iudicata, & in cap. dilecti, numero 3. post principium de maiorit. & obedien. Rocchus de Curte quam plures referens, in cap. finali, de consuetudine, num. 525. & 526. Ruin. cons. 156. incipit, *primo videndum*, sub num. 8. volum. 4. Acebedus in l. 3. num. 21. titulo 1. lib. 2. recopilat. & in l. 5. titulo 9. lib. 7. recopilation. num. 2. Pelaez de Mierez in tract. de maioratibus. 4. p. quæst. 20. num. 51.

Concordabis autem memoratas opiniones, vt prima procedat, quando simpliciter tollitur consuetudo quęcunque, non au-
9 tem reprobatur vti iniqua, † & irrationabilis; Secunda vero opinio locum habeat, quando ab ipsa lege quęlibet consuetudo tanquam iniqua, & irrationabilis damnatur, & reprobatur. Nam tunc damnata consuetudine vti iniqua eadem ratione censetur damnata, & sublata consuetudo centenaria, & immemorabilis, vt post Rocchum, Felin. & alios tradit Couar. in d. lib. 3. variar. cap. 13. sub num. 5. ad medium, vers. *aduertendum tamen erit*. Duenas in regula 144. ampliation. 3. Acebedus in l. 3. titulo 1. libro 2. recopilat. num. 21.

Ita vt neque etiam in futurum, & de no-
10 uo possit introduci, † cum semper duret eadem causa reprobationis. Rocchus de Curte in dicto cap. finali, sub num. 527. vers. *cogita vtrum forte dici possit*. Antonius Gabriel in titulo de præscriptionibus, conclusione 1. num. 32.

Generalis namque regula est, quòd non valeat de nouo induci consuetudo contra le-
11 gem derogantem consuetudini, † tanquam iniquę. Abbas in c. finali. num. 22. & ibi Anton. de Butrio num. 53. de consuetudine, Ferdinandus Loasez in tractatu de matrimonio Regis Anglię in primo fundamento, pro parte affirmatiua num. 32. Petrus Duenas in regula 144. num. 1. Auendañus in cap. 6. prætorum. num. 7. lib. 1. & in cap. 14. numero 5. libro 2. Gregorius Lopez in l. 6. titulo 9. Partita tertia, in glossa, verbo, *tributos*. Tiraquell. de vtroque retract. in proœmio, num. 18. cum sequentibus. Couarruuias in dicto libro 3. variar. c. 13. nu. 4. vbi respondet ad glossam, in clemen. statutum, de electione, verbo, *consuetudine*, contrarium tenentem, cum alijs adductis per Tiraquellum, vbi supra num. 16.

In proposito igitur regulæ nostrę, cum non tollantur consuetudines tanquam ini-
12 quę, & reprobatæ † opportunum fuit addere illa verba, *etiam immemorabiles*, vt immemorabilis consuetudo sublata censeretur, Nec poterit de nouo introduci, cum per omnes Pontifices ista regula renouetur, ad Rotam decisione 702. sub nu. 7. vers. *non obstat*. p. 1. diuersorum. & dixi in gl. 9. §. 5. à n. 45.

Quo fit, vt quamuis sit immemorabilis

13 consuetudo Mediolanensis, † quòd Archiepiscopus debeat conferre omnia beneficia vacantia per vxorationem, vel interfectionem ipsorum Clericorum: de qua consuetudine meminit gl. verbo, *dictam consuetudinem*, in c. cum in Ecclesia 25. de præbendis, libro 6. & Rocchus de Curte, de consuetudine, sectione 4. n. 8. Quod nihilominus sit per regulam nostram præfata consuetudo, quoad menses reseruatos sublata, in quibus Archiepiscopus (si Cardinalis non fuerit) minime conferre poterit.

An autem ista consuetudo immemorabilis sublata intelligatur de solo iure optandi, vel etiam intelligatur de iure disponendi, vide in glossa 35. q. 2. Et de effectu, ac poten-
14 tia † d. consuetudinis immemorabilis, vide Anton. Gabrielem, Roland. & alios supra in num. 2. citatos.

Summaria Glossæ 34.

1 *Optandi consuetudo, & priuilegium remouetur per regulam nostram, & num. 4.*

2 *Optio impeditur per reseruationem, ex proprio motu, & per clausulas generales, & nu. 3.*

5 *Regula nostra dum tollit ius optandi in mensibus reseruatis, an fuerit necessaria, & numero 6.*

7 *Regula nostra antea non continebat illa verba*, ac consuetudines, etiam immemorabiles optandi, &c. *& num. 8.*

9 *Consuetudo optandi præbendas reseruatas valebat, quamuis Immemorabilis non esset.*

10 *Optio multa significat.*

11 *Optio aut est præter ius, aut contra ius, & declaratur, & num. 12. & 13.*

14 *Optio præter ius, acquiritur consuetudine decennali: contra ius autem 40. annis.*

15 *Optionis natura est, vt succesiue, & gradatim antiquior ascendat, & ideo stante statuto, quòd antiquior portionarius optet, intelligitur postquam Canonici optauerint, & nu. 16.*

17 *Optionis secundum naturam, & subiectam materiam, sunt verba interpretanda.*

18 *Optare nemo potest minorem præbendam, quam habeat, quia in beneficialibus licitus est ascensus, non descensus, & n. 19. contra n. 21. concordatur num. 23.*

20 *Maioribus honoribus functos, ad minores vocari non conuenit.*

22 *Melior præbenda est illa, quæ plus placet.*

24 *Consuetudo quæ disponit, quòd liceat optare maiores præbendas, non concedit optionem in minoribus, secus si simpliciter optio concedatur. & num. 25.*

26 *Optans minorem præbendam potest in alia vacatione optare maiorem.*

27 *Optare minorem præbendam quam quis habeat, rarò accidit, &c.*

28 *Optandi, statuto stante, non potest antiquior optare præbendam æqualem, quam minus antiquus prius optauit.*

29 *Optari si non potest beneficium vacans in mense reseruato, an possit optari Domus, vel Camera.*

30 *Domus tanquam accessoria præbendæ vacantis venit in reseruatione.*

31 *Optari si non potest beneficium reseruatum, ita nec grossi fructus, quod intellige stante annexione, aliàs non. & num. 32.*

33 *Præbenda, seu Domus, non annexa beneficio vacanti, non cadit in reseruatione beneficij, nec vacat cum illo, sed transit ad sequentem in gradu, & num. 34.*

35 *Optandi consuetudo, an impediat resignationem in fauorem, concluditur quòd non, nec ex causa permutationis, & num. 36.*

37 *Optare Canonicatum potest portionarius, qui etiam habet dignitatem.*

38 *Dignitatis quam habet ratione, nemo debet esse deterioris conditionis.*

39 *Optionis ad effectum seruitium necessarium non est, & ideo potest optare portionarius actualiter non seruiens.*

40 *Præbenda Titij reseruata, qui postea optauit aliam, & decessit, quæ præbenda erit reseruata, an prima, vel secunda, & num. 41.*

42 *Optare nemo impeditur, quamuis habeat reseruatum beneficium.*

43 *Optare potest maiorem præbendam, qui consensit pensioni super minori quam habebat, nisi adsit fraus, & num. 44.*

45 *Optans maiorem præbendam, an ipse, & eius fideiussores liberentur ab obligatione pensionis reseruatæ super prima dimissa, & resoluitur, quòd sic, si optatur titulus beneficij, aliàs non, & num. 46. & num. 48.*

47 *Pensio est onus reale, & sequitur primam præbendam, super qua fuit reseruata.*

49 *Optandi ad effectum quis dicatur antiquior, an interior in prouisione, vel in possessione, & num. 102.*

50 *Optans maiorem præbendam non perdit antiquitatem, sed illam conseruat.*

51 *Optans maiorem præbendam, an acquirat nouum titulum, & nu. 61. distinguitur, ac nu. 62. & 63. 64. 65. 66. & 67.*

52 *Optio non venit ex nouo titulo, sed ex antiquo.*

53 *Optio operatur transitum de vna præbenda ad aliam; non autem de vno titulo ad alium.*

54 *Optionis ex causa quis potest propria auctoritate rem annexam spirituali acquirere.*

55 Optio non extinguit antiquum titulum, nec dat nouum.
56 Optare potest excommunicatus, contra num. 59. & 72.
57 Optans mutat titulum, licet non Ecclesiam, & primam præbendam dimittit, & secundam consequitur, & num. 58.
60 Optare non potest cœcus. & nu. 73.
68 Optio licet sit contra ius; tamen habet iuris approbationem.
69 Optans admittitur ad maiorem præbendam per eum, qui Capitulo præst.
70 Optantis admissio à superiore facta, habet vim collationis.
71 Tollerantia superioris habet vim prouisionis.
72 Optare non potest irregularis, & consequenter nec morbo caduco laborans, & nu. 74.
74 Titulus nouus cum detur cæpto beneficiari in quolibet ascensu, ideo in quolibet ascensu debet examinari.
75 Optio intra quod tempus fieri debeat
76 Optare infra 20, dies non solum debet primus, sed etiam omnes.
77 Pœna interdum ponitur sine culpa, sed non sine causa.
78 Optare an possit Canonicus pœnitentiarius.
79 Pœnitentiarij officio, est perpetuò vnitus vnus Canonicatus.
80 Optare an possit Canonicus lector Sacræ Scripturæ.
81 Optare non potest ille, cuius præbenda dimissa, non potest ab alio optari.
82 Optare an possit Canonicus Doctoralis, vel magistralis, & num 83.
84 Optans malè maiorem præbendam, an possit ad minorem reuertere, & distinguitur, An fuerit in culpa, vel non, & n. 85.
86 Expectatiuam consumit, qui malè acceptat.
87 Optare qui semel tantum potest, si semel optat, & malè consumit ius optandi; secus si pluries, & num. 88.
89 Optare an possit absens in seruitio Papæ, vel Episcopi, stante statuto, quòd præsentes possint optare, & distinguitur, num. 90.
91 Optare an possint dignitates, stante consuetudine, vel statuto, quòd Canonici possint optare.
92 Optans vigore quartæ portionis nulliter sibi collatæ, cadere debet a beneficio optato.
93 Antecedenti sublato, & consequens tollitur.
94 Optat si vnus male, & deinde gradatim alij inferiores, & restituto primo gradu, cæteri etiam sunt restituendi, & nu. 95.
96 Radice ex infecta fructus non producitur.
97 Optare, an possit habens coadiutorem perpetuum cum futura successione, & distinguitur num. 98. & 99.
100 Optandi ad effectum non attenditur prærogatiua personæ, etiam si sit Cardinalis, sed antiquitas.
101 Optionis in materia nouus casus proponitur.
103 Possessio est quid facti, & non transfertur de persona in personam, etiam si sit hæres necessarius, & nu. 104.
105 Possessio Patris alia est, & alia possessio filij, quod procedit in Ecclesia, & Fisco, numero 106. & 107.
108 Possessio transfertur in iure præsentandi, nec alijs incorporalibus secundum opinionem aliquorum, sed contraria opinio est verior, & num. 109.
109 Possessio capta de vna re nomine aliarum, quando intelligatur capta de alijs rebus.
110 Subrogatus quoad possessionem defuncti in gratia beneficiali, non potest vti sine noua apprehensione remedio retinendi, nec recuperandi.
111 Possessio transfertur ciuiliter in nouem casibus.
112 Possessio sine fructibus dicitur inutilis, & de solo vento.
113 Breue de capienda possessione nomine Cameræ disponit, quòd post captam restituatur illi, ad cuius fauorem fuit capta: docendo prius de litterarum expeditione.
114 Obstaculũ omne iuris remouet PP. quãdo nar rata serie facti aliquid contra ius disponit.
115 Possessio capta nomine Cameræ Apostolicæ quodammodo dicitur capta ab ipso prouiso.
116 Pensio quando est reseruata ad commodum Itali in capite Hispani, Hispanus nihil aliud est, nisi nudus minister ad vtilitatem Itali.
117 Possessionis capiendæ nomine Cameræ Apostolicæ modus, quare fuit inuentus.
118 Manutentio sæpe conceditur à Rota illi, ad cuius commodum Camera Apostolica cæpit possessionem, & postea transtulit.
119 Possessio capta à Camera Apostolica, non potest tradi alteri, quam illi, ad cuius fauorem cæpit, & cum eisdem qualitatibus, & n. 120.
121 Possessio si aliter probatur nihil interest, quòd fructus non percipiantur.
122 Possidere aliud est, & aliud fructus percipere.
123 Optio potest fieri per procuratorem.
124 Optandi consuetudo, an possit introduci in Ecclesiis, vbi est certus numerus Canonicorum; non tamen distinctio præbendarum.
125 Optio vnius beneficij, an inducat vacationem, ipso iure, alterius beneficij.
126 Optandi ius habens, an habeat ius ad rem, & num. 127.
128 Optare an possit Canonicus, qui in sacris non est, & num. 129.

tum dicit Romanus, vbi supra, quòd lucratus fuit plus quàm 40. ducatos, prosequitur etiam latius Philippus Probus in additionibus ad Monachum in d.cap.fin. de consuetudine, in 6. num. 33. & vide quę dicam inferius, num. 124.

Secundo quæro, An sicut non potest optari beneficium reseruatum vacans in mense Apostolico; sic etiam
29 cesset optio respectu domus, † vel Cameræ, aut prædij, quam, aut quod defunctus habebat? Cardinalis in suo cons. 16. incipienti, *Dominus Papa.* ante numerum 1. vers. *sed alius cujus est.* mouet hanc quęstionem, & sub num. 3. concludit, quòd sic, ea
30 ratione, quia talis domus † tanquam accessoria præbendę vacanti venit in reseruatione, ac propterea concludit, quòd spectabit ad prouisum Apostolicum de beneficio reseruato: quem sequitur Æneas de Falconibus de reseruationibus, quæst. 4. principali, effectu 39. dicens, quòd licet in stallo, & choro debeat esse vltimus. Rota decis. 9. de consuetudine, in antiquis, & decis. 4. eodem titulo, in antiquioribus Besigneti; tamen secus est quoad dictam Cameram, seu domum, quam habebat defunctus, quia illam habere debet cum intret in locum defuncti.

Sic dicit decisio Rotæ 4. de consuetudine in nouis, quòd sicut non est locus optioni in beneficio reseruato. Ita nec grossi fructus per Canonicum defunctum obtenti, possunt
31 optari, † etiam si aliàs dicti grossi fructus redirent ad Capitulum, prout Gregorius XI. declarauit, Gigans de pensionibus, quæst. 63. num. 11. Franciscus Marcus quæst. 1268. p. 2. Millius in repertorio, verbo, *consuetudo optandi, sicut non potest fieri.* Franchus in cap. fin. §. in præbendis; num. 2. de consuetudine, in antiquis.

Intellige, quòd tradita per Cardinalem, & Æneã, vbi supra, procedãt, quando talis Do-
32 mus, aut Camera, seu prędiũ sũt vnita, & annexa † perpetuo prębẽdę, siue beneficio vacãti, ex rationibus per eos adductis; Secus vero esset, si non erant annexa, sed separata, & defunctus illa, iure optionis, vt antiquior ad solam suam vitam, prout plerunque fieri solitum est, possidebat, & docet Caputaquen. decis. 283. num. 1. par. 2.

Ideoque quoad istam domum, seu prębendam temporalem non intrauit † reseruatio
33 nostrę regulæ, per vacationem in mense Apostolico, quia licet vacet beneficium; tamen præbęnda, vel domus non vacant, cum bene-
34 ficio vacanti annexę non sint: † sed ad sequentem in gradu iure optionis spectant: nec in istis domibus, & præbendis temporalibus separatis intrat reseruatio, vt dixi in gl. 5. §. 1. de præbendis, & dicam inferius, numero 79. & 80. cum sequentibus.

Tertio quæro, An consuetudo optandi in quibuscumque vacationibus impediat resignationem in fauorem alte-
35 rius? respondeo quòd non, † quia ibi vacat beneficium, vbi fit resignatio, vnde cum ista resignatio fiat in Curia, & in manibus Papæ obstat reseruatio. Cassadorus decisione 4. numero primo, & 7. de concess. præbendæ. Caputaquen. decis. 282. parte 2. idemque procedit in permutatione. Rota decis. 1. num. 7. & 8. de rerum permutatione, in nouis, de quo vide late Flaminium Parisium, de resignatione, lib. 2. q. 20. per totam, & quę dixi in gl. 14. in verbo, *aliàs quam per resignationem.*

Ex quo sequitur, quòd in vacatione ex causa resignationis, vel permutationis nul-
36 la intrat optio, † sicut in vacatione per obitum, sed resignatarius (cessante consuetudine cõtraria, vel statuto) debet habere eamdẽ prębendam, quam resignans dimisit, cũ eadẽ prębenda conferatur illi per Papam. Maxime cum talis vacatio sit impropria, & nunquam ferè censeatur comprehensa, vt latè dixi in gl. 14. ex num. 16. cum seqq. & num. 50.

Quarto quæro dicit statutum, seu consuetudo, quòd antiquior portionarius possit optare Canonicatum vacantem, contingit, quòd vnus portionarius antiquior habet dignitatẽ in eadem Ecclesia, & propter dictam dignitatem nõ tenetur inseruire tanquam talis portionarius, An da-
37 ta vacatione Canonicatus poterit optare † vti antiquior portionarius? Fuit resolutũ in Rota, quòd sic, quia tunc non optat tanquam dignitas, sed vt portionarius, nec potest dici, quòd maior optat minorem. Item quia ra-
38 tione dignitatis † non debet esse deterioris conditionis. Acchilles de Grassis decis. 1. de consuetudine. Puteus decis. 100. & decis. 217. & decis. 219. & decis. 228. lib. 3. vbi fuit responsum non obstare, quòd non inseruiret tanquam talis portionarius, de tempore
39 optionis, nam talę seruitium † non est necessarium ad effectum optionis, & sufficere seruitia pręterita, & quòd antiquior fuerit: quia aliàs sequeretur, quòd simplex portionarius impeditus, actualiter non deseruiens, optare non posset, quòd verum non est, vt in d.decis. Putei 219. nu. 2. lib. 3. vide inferiu, nu. 122.

Quinto quæro ponamus, quòd Papa reseruat specialiter præbendam Titij, Titius de tempore reseruationis habebat vnam prębendam, & postea optauit aliam, & dimisit primam, An prima dimissa erit ręseruata, vel potius secunda optata, quam tempore mortis habebat? Conclude,
40 quòd vltima optata, † quã de tempore obitus possidebat includitur in reseruatione; non

autem

autem prima. Cardinalis cons. 126. numero 7. Rebuffus in additione ad regulam tertiam Cancellarię super verbo, *obtinet*. Simonet. de reseruatione, quæst. 35. num. 42. iuncta additione. Probus ad Monachum in d. cap. finali ante num. 28. sub littera B. Æneas de Falconibus in eodem tractatu, quæst. 4. principali, effectu 37. vbi aduertit, quòd si Papa reseruasset præbendam Titij, cum primum per cessum, aut discessum, aut aliam dimis-
41 sionem † vacauerit, quòd tunc fortè dicendum esset, primam præbendam cadere in reseruatione, quia vacauit vno de expressis modis: & reseruatio capit vacationem per optionem, & sic supradicti Doctores sunt intelligendi, quando simpliciter reseruatur præbenda Titij.

Ex quo infertur, quòd nemo impeditur
42 optare, quamuis habeat reseruatum † beneficium, ratione optionis dimittendum, puta ex eo, quòd fuerit subcollector, aut familiaris Papæ, aut ex alia quacumque causa: & illud durante officio, aut familiaritate obtinuerit. Cardinalis in d. cons. 126. incipit, *vacauerunt*. num. final. & fuit decisum in vna Salmantina integrę portionis 18. Octob. 1584. coram Vicecomite.

Sexto quęro vtrum ille, qui habet præbendam, super cuius fructibus
43 ipse voluntarie cōsensit pensionem † reseruari ad fauorem alterius, possit optare? fuit resolutum in Rota, quòd sic, teste Puteo decis. 155. lib. 3. quia consentiendo pensioni super sua portione, vel præbenda vtitur iure suo, cū in re propria sit moderator, & arbiter, & qui libet potest vti re sua ad sua commoda.

Quod tamen ipse Puteus limitat, nisi esset
44 aliqua coniectura fraudis, † veluti quòd ideo consenserit, quòd de proximo optare sperabat, vel infirmus esset per tex. in c. fin. de renunciat. lib. 5.

Septimo quæro. Ioannes fuit prouisus à Sede Apostolica de vna præbenda, super qua fuit reseruata pensio ducentorum ducatorum ad fauorem certæ personæ per Papam nominatæ, & ipse consensit reseruationi, ac se, & bona sua ad solutionem pensionis obligauit, aliosque fideiussores dedit: postquam ipse Ioannes possedit nonnullos annos dictam præbendam, aliam optauit, & illam dimisit. Dubitatur nunc, An
45 stante dicta optione † sit ipse Ioannes, & eius fideiussores liberati, à dicta obligatione, & sit exigenda pensio à successore in præbenda pensione grauata, vel non? Dico quòd sic, quā do ipse optat nouum titulum, & primum di-
46 mittit; secus vero esset si retento † primo titulo optaret aliqua bona, ratione antiquitatis, vt plenè tradit Gigans de pensionibus, quęst. 63. num. 1. cum tribus sequentibus, & fuit resolutum in Corduben. pensionis 30. Aprilis 1593. cōram Illustrissimo Blanchetto, & aliàs pluries: vbi assignatur ratio, quia
47 pensio est onus reale, & sequitur primam præbendam, † super qua fuit reseruata pensio, & possessorem, illius fructus percipientem: Ideo qui illam dimittit, vt in primo casu, est ab obligatione cum suis fideiussoribus liberatus. Mohedanus decis. 1. & 2. & 30. de renunciatione. Flaminius Parisius de resignatione, lib. 1. quæst. 8. num. 1. & per totam. Si vero si primum titulum non dimittit, licet aliqua bona optet, merito ad solutionem remanebit obnoxius, vt in 2. casu.

Fuit etiam in simili casu resolutum in vna Vallisoletana pensionis sub die 1. Martij 1602. coram Illustrissimo D. meo Pamphilio, vbi cum esset reseruata certa pensio super bonis, & fructibus Decanatus de nouo illi applicatis, quando fuit erectus in primā dignitatē post Pontificalem: Quamuis postea Decanus auctoritate Apost. permutauit dicta bona cum Capitulo pro duabus præbēdis, ac prætenderet non teneri ad dictam pēsionem ex quo non possidebat, nec dolo desiuerat possidere dicta bona, super quibus erat reseruata pensio. Rota censuit teneri ad dictā
48 pensionem, cum semper retineret † titulum Decanatus, & in locum bonorum dimissorum fuerant subrogatæ dictæ duę præbendæ, & vide Marchesan. de commission. 1. p. cap. 14. de commiss. appellat. in causa pension. §. occurrere, in similibus, ex num. 69. vbi satis obscure loquitur.

Octauo quæro, quis dicatur antiquior ad effectum optionis, an ille, qui prior fuit prouisus, & posterior in possessione, & admisione, vel potius, qui est anterior in possessione, & posterior in prouisione? Respondę, quòd ille, qui fuit prior in
49 possessione, † licet sit in prouisione posterior, cum sit antiquior in seruitio Ecclesię. gl. verbo, *antiquiores*. in cap. finali, de consuetudine, lib. 6. additio ad Rotam decis. 3. ad medium, ibi, *postquam fuerit antiquior in receptione*. de consuetud. in nouis, & plena manu dixi in §. 3. proœmiali, ex num. 22. cum sequentibus, vbi diuersas Rotæ decisiones per distinctionem concordaui, & secundum illa, est intelligendus Probus ad Monac. in c. fin. de consuetud. in 6. ante n. 28. sub litt. B.

Nec qui optat maiorem præbendam per-
50 dit antiquitatem, † sed potius illam conseruat, & auget. Rota decis. 411. ante num. 1. & sub num. 2. p. 1. diuersorum.

Nono quero An optans maiorem prę bendam acquirat nouum titu-
51 lum † in illa maiore præbenda optata, vel potius illam optet vigore primi tituli absque nouo titulo, & collatione?

In

In hac quæſtione reperio, quòd Rota deciſ. 15. de conſuetudine, in antiquis, dicit,
52 quòd optio non venit ex nouo † titulo, ſed ex antiquo, & allegat d.cap.finale, de conſuetudine, in 6. vbi hoc tradit Ioãnes Andreas ſub num. 2. verſ. *optionem tamen*. Ancharan. ſub num. 1. verſ. *opponitur*. Geminian. nu. 4. poſt principium. Franchus num. 6. Probus num. 27. in fine.

Item Rota deciſ. 10. ſub nu. 2. ad medium, de præbendis, in antiquis, & deciſ. 5. in antiquioribus, dicit, quòd in Eccleſijs, vbi habet locum optio, vel aſcenſus, ſeu permutatio præbendarum, fit tranſitus de vna ad
53 aliam. † abſque nouo titulo, & abſque noua prouiſione, vel collatione, virtute prouiſionis, ſeu tituli habiti in prima.

Rurſus Calderin. conſ. 7. de conſuetud. inter alias rationes, quas adducit ad probandum, quòd optio ſit cõtra ius, iſtam aſsignat,
54 quia per optionem poteſt quis propria † auctoritate rem ſpiritualem, aut ſpirituali annexam acquirere.

Prẽterea Caſſadorus deciſ. 17. num. 1. in fine, de præbendis, dicit, quòd per optionem
55 nõ extinguitur † antiquus titulus, nec nouus acquiritur: & in num. 2. ibidem recitat verba dictæ deciſionis 10. de præbendis, in antiquis, & refert ſecundum illam Rotam concluſiſſe, & allegat Cardinalem idem dicentem in conſ. 126. qui idem dicit in num. 4.

Hinc dicit Rota deciſ. 5. num. 2. de conceſſione prẽbendæ, in nouis, quòd licet excommunicatus nequeat acquirere nouum titu-
56 lum beneficij, optare † tamen benè poterit, & hoc non alia ratione, niſi quia non acquiritur nouus titulus.

Oppoſitam tamen ſententiam, immo quòd ex optione acquiratur nouus titulus, tenet Rota in ſæpe allegata deciſ. 6. ſub num. 6. verſ. *item ad rationem allegatam per Archidiaconum.* & in verſ. *licet iſte optans non mutet titulum Eccleſiæ, tamen ſuum ti-*
57 *tulum † primum bene mutat, cum Eccleſia habeat plures titulos, &c.* de conſuetudine, in nouis, quam deciſionem ad hoc allegat Geminianus conſ. 21. nu. 8. dicens, quòd Rota teneat hanc opinionem.

Item quia ſi per optionem dimittitur pri-
58 ma præbenda, † & optans ſecundam conſequitur, prout verum eſt, & ſuperius diximus: iam ſequeretur, quòd ſi optans non acquireret nouum titulum haberet beneficium Eccleſiaſticum ſine Canonica inſtitutione, contra regulam primam, de reg. iur. in 6.

Deinde firmat Æneas de Falconibus in tractatu de reſernationibus, quæſt. 4. principali, num. 4. & 5. poſt Gaſparem de Peruſio, & additionatorem ad Rotam deciſ. 5. ſub lit-
59 tera B. quòd ideo excommunicatus † eſt inhabilis ad optandum, quia per optionem nouus titulus acquiritur, tradit etiam additio ad Rotam deciſ. 3. ad finem, de conſuetudine, in nouis.

Vlterius fuit reſolutum in vna Salmantina integrę portionis 24. Aprilis 1582. coram Sanctiſſ. Domino Noſtro Clemente VIII.
60 tunc Rotæ Auditore, quòd cæcus optare † non poterat, quia cum eſſet irregularis, cap. hinc eſt enim 49. diſtinctione, non poterat, optare integram portionem vacantem, ac nouum beneficium, & titulum conſequi: & proſequitur additionator ad Simonet. de reſeruat. q. 45. ſub littera A.

QVARE pro cõcordia huius cõtrouerſiæ diſtinguẽdum eſt: Quòd aut agitur de optio-
61 ne præbendæ † temporalis, quę optatur vigore primi tituli, & illo ſemper retento, & procedant adducta pro prima parte: Aut agimus de optione noui tituli, & prębendæ ſpiritualis, vt potè quia Cappellanus aſcendit per optionem ad quartam portionem: & quartus portionarius aſcẽdit ad dimidiam: & dimidius ad integram: & integer ad Canonicum: & in qualibet optione iſtarum dimittitur primus titulus ſpiritualis, ac primum beneficium, & de nouo obtinet optans nouum, & diuerſum titulum, & beneficium: & in iſto caſu locum habent, quæ pro ſecunda, & contraria parte allegaui.

Hanc diſtinctionem ponit Cardinalis in conſ. 126. incipit, *vacarunt Canonicatus.* num. 4.
62 dicens, quòd ita debet intelligi, † quòd notat Ioannes Andreas in d. cap. finali, de conſuetudine. lib. 6. dum tenet, quod antiquior Canonicus ſine noua collatione optat, & permutat prębendas. Nam aliter non poſſet acquirere nouum titulum prębẽdę ſpiritualis ſine collatione: ſicut etiam non poſſet ſibi ipſi conferre prębendam, cap. fin. de inſtitutionibus. Idem etiam dicit Ancharanus in dicto cap. finali, ſub nu. 1. ad medium, verſ. *ſed hic non eſt optio rei ſpiritualis, ſed temporalis, puta domus, vel præbendæ, quæ in temporalitate conſiſtit.* ſentit etiam Geminianus ibidem ſub num. 4. poſt principium, dum dicit, quòd optans prębendam nouam, dimittit priorem, ſicut facit in domo præbendæ, quia exit domum antiquam, & intrat domum, quam optat, & conſonant etiam, quę dixi in gl. 5. §. 1. de prębendis, vbi latius de diſtinctione prębendarum, & tradit Puteus deciſ. 228. libro 3. dum dicit, quòd Capitulum debet pro-
63 uidere † in illo caſu beneficium vacans per optionem.

Neque huic diſtinctioni contradicunt de-
64 ciſiones Rotæ † 15. de conſuetudine in antiquis, & Caſſadorus deciſ. 17. num. 1. & 2. de præbendis, dum dicunt, quòd optio non venit ex nouo titulo, ſed ex antiquo, & quòd

per

per optionem non extinguatur antiquus titulus, nec nouus acquiratur. Quoniam omnia ista possunt quadrare cum antedicta distinct. & in præbenda temporali verificari.

Et secundum præfatam distinctionem intelligi potest illud, quod controuertitur. An
65 excommunicatus † possit optare, vel non, ex eo quòd per optionem non acquiratur nouus titulus, vt per Rotam decisione octaua, num. 4. 5. & 6. & 10. de senten. excommunic. in antiquis.

Cæterum quia decisio Rotę 10. de prębendis, in antiquis, & Calderinus dicto consil. 7. & Ioannes Andreas, & Franchus in dicto cap. finali videntur loqui de optione prębendę, & iuris spiritualis: Ideo pro potiori cautela, ac pro euitanda decisionum, &
66 Doctorum repugnantia possumus dicere, † Quòd supradicta distinctio procedat, & locum habeat in simplici iure, vel consuetudine optandi, de qua loquitur textus in dicto cap. finali de consuetudine. Nam vigore talis consuetudinis non potest optari noua prębenda spiritualis, & nouum beneficium sine acquisitione noui tituli, & dimissione primi, vt dicit glos. ibidem, verbo, *non fuerit*. Et ideo videmus, quòd si vnus Cappellanus optat dimidiam portionem, aut dimidius portionarius optat integram portionem, aut integer portionarius optat Canonicatum, semper in huiusmodi optionibus dari solet titulus nouus, & Canonica prouisio fieri, & dimittitur titulus antiquus: Nam aliter negari non posset, quòd sub eodem tecto retinerentur ab eadem persona plures prębendę spirituales, & plura beneficia contra clem. finalem, de præbend.

Decisiones vero, & Doctores loquentes de optione iuris spiritualis, absq; dimissione primi tituli, & acquisitione secundi, sunt
67 admittendi, data speciali † consuetudine optandi præbendam spiritualem absque assecutione secundi tituli, & cum retentione primi: Quia tunc valeret præfata consuetudo, quamuis esset contra ius, & requireret quadragenariam pręscriptionem vt superius declarauì in nu. 13. & 14. & insinuat dicta decisio Salmantina integræ portionis coram Sanctiss. D.N. Clemente VIII. sub 24. Aprilis 1584.

Et si aliquis dicat, quòd talis consuetudo non possit introduci ex eo, quòd sit contra ius diuinum, dicens, quòd nemo sibi sumat honorem, nisi qui vocatus fuerit à Deo, tanquam Aaron, vt in cap. qualiter 17. de electione, & quòd nulla consuetudo sit valida contra ius diuinum, capit. finali de consuetudine.

Respondere possumus dupliciter cum Rota decisione 6. num. 7. de consuetudine, in nouis. Primo quòd virtute consuetudinis optandi, præbenda vacans est debita optare volenti, vt in dicto capit. finali. Et licet sit contra ius illam optare, & consequi sine noua collatione; Tamen quia talis consuetudo
68 habet approbationem † iuris, vt in c. cum in Ecclesijs 33. cum ibi notatis, de pręben. li. 6. Ideo est valida, & tolleranda d. consuetudo.

Secunda responsio, & forsan melior sit, quòd iste Canonicus, seu præbendatus op-
69 tans est admittendus † per illum, per quem est assuetum, puta per Capitulum, vel per illum, qui præest Capitulo; Ista autem admissio, seu receptio vigore consuetudinis
70 optandi habetur † loco institutionis, & collationis, vt dicit ipsamet decisio 6. in fine, de consuetudine, in nouis. Nam receptio, & traditio possessionis facta ab eo, qui habet potestatem conferendi habet vim collationis per necessarium antecedens. Rota decisione 16. de concessione prębend. in nouis. Puteus decisione 125. libro tertio. Achilles decisione 4. de prębendis. Couarruias libro tertio variarum. capitulo 16. numero 10.

71 Immo sola tollerantia † Superioris certam scientiam habentis, habet vim collationis. argum. legis qui patitur 18. ff. mandati, & plene tradit Ioan. Selua de benef. 3. p. q. 10. sub num. 24. & per totam, & Millius in repertorio, verbo, *consuetudo optandi inducitur decennio*, & scripsi in gl. 14. num. 45. & 46.

Quo fit, vt etiam in isto vlt. casu non dici valeat, quòd omnino deficiat nouus titulus, saltim tacitus, quia quamuis non adsit expressa collatio, adesse videtur tacita, vt Millius in repertorio, in verbo, *consuetudo optandi inducitur decennio*, ad medium. Et sic semper in optione datur nouus titulus, aut expressus, aut saltim tacitus.

Ex quibus sequitur, quòd ille, qui est excommunicatus, aut irregularis, aut aliàs à iure prohibitus ad obtinenda Ecclesiastica
72 beneficia, minime possit optare † nouam prębendam spiritualem, & nouum, & distinctum titulum consequi. Et propterea in Ro-
73 ta fuit resolutum, quòd cęcus † optare non poterat, vt supra scriptum relinquo, nu. 60. & in illa decis. fuit responsum ad cons. Abbatis 47. li. 1. quòd non obstabat: nam loquitur in prophanis: Necnõ dicitur, quòd quãdo in optione requiritur noua collatio, requiritur capacitas, & idoneitas ad tale benef. perinde, ac si absq; optione esset illi conferendum.

Idemq; etiam respondi in alia Salmant. dimidię portionis, nempe quòd laborans mor-
74 bo † caduco optare non poterat dimidiam portionem habentem annexum ordinem sacrum, ac ministerium in altari, necnon nouã collationem requirentẽ, quia ad tale benef.

est irregularis, vt late per Rebuff. de pacific. possessor. num. 226. vers. 24. Maiolus de irregularitate lib. 2. cap. 16. de comitialis morbi irregularitate, per totum. Caputaquen. decision. 7. & 135. parte 1. & decisione 48. & 236. parte 2.

Hinc declarauit Sacra Concilij Trid. Congregatio quòd cępti beneficiari in quolibet ascensu, sint de nouo examinandi, & per Ordinarium approbandi, & fuit late resolutum in Calagurritana beneficij de Ornillos 28. Nouembris anni 1587. coram Illustriss. Pamphilio, & in alia Calagurrit. iuris ascendendi 28. Iunij 1599. coram Illustriss. Seraphino, vbi rationem adducunt, quia in quolibet ascensu datur nouus titulus.

75 Decimo quęro, intra quod tempus † debeat fieri optio? cõclude quòd infra 20. dies à die verisimilis scientiæ vacationis, vt probat tex. in d. c. fin. §. fin. de consuetud. li. 6. additio ad Rotam decis. 1. sub n. 7. de rerum permutatione, in nouis, & decis. 4. in fine, de consuetudine, in nouis: Vbi propterea dicitur, quòd optio locum non habet in beneficijs deuolutis.

Immo non solum primus, & antiquior debet optare infra dictos 20. dies, sed etiam
76 † omnes moderniores, in euentum quòd primus optare recuset, tenentur optare infra dictum tempus, glossa singularis penultima in dicto cap. finali, vbi ponit bonam praxim, Staphilæus de litt. gratiæ, titulo de vi, & potestate clausularum. §. succession. numero 3. & Doctores docent in dicto cap. finali, §. finali. Ac notat dicta glossa penultima, quòd iste est vnus casus, in quo quis punitur sine
77 † culpa, non tamen sine causa, vt etiam dicit textus in cap. quoniam frequenter. §. si autem de carnali, ibi, *in quibus coniuges sine culpa, sed non sine causa continere coguntur*, vt lite non contestata. Mandosius in regula de non impetran. benef. viuen. quæst. 4. num. 4. & ad dictam gloss. penultimam adde Tiraquellum cum multis, de retractu conuentionali. §. 2. glos. 1. sub num. 66. Si vero desuper adesset aliquod particulare statutum, aut consuetudo illud, aut illa seruari deberet ex supradictis.

78 Quæro vndecimo. An possit optare Canonicus † pœnitentiarius, de quo loquitur Concil. Triden. sessione 24. de reformatione. cap. 8. in fine? Et videbatur, quòd sic, quia non debet ipse esse deterioris conditionis, quam cæteri Canonici, qui in eadem Ecclesia optant, & ascendunt ad maiores prębendas. Contrarium tamen est tenendum, ratio est, quia officio pœnitentiarij
79 est perpetuo † vnitus vnus Canonicatus, & vna præbenda, & sic non possunt mutari, sed immobiles remanere debent, cum eodem officio pœnitentiarij, vt in d. c. 8. Concil. Trid. disponitur: Ac propterea nec Canonicus pœnitentiarius potest optare aliam prębẽdam, nec sua prębenda potest optari ab alijs, Ita consuluit insignis Nauar. cons. 14. de reb. Eccles. non alienand. iuxta impressionem Romanam, & declarauit Sacra Concilij Tridentini Congregatio dicens sic.

Pœnitentiarius nec retento, nec dimisso officio potest optare aliam præbendam, cuius officio fuit perpetuo vnitus vnicus Canonicatus, & certa præbenda.

80 Duodecimo quęro, quid erit in Canonico Lectore Sacrę † Scripturę, de quo loquitur Concil. Triden. sess. 5. cap. 1? Conclude idem quòd in Canonico pœnitentiario, ex eisdem rationibus, vt etiam declararunt Illustriss. Sacri Concilij Tridentini Interpretes in hęc verba.

Non potest optari præbenda, quæ fuit erecta, & deputata in theologalem pro theologo, à sequenti Canonico.

Si igitur ista theologalis prębenda non po
81 test ab alio † optari, consequenter, nec præbendatus theologalis, poterit illam dimittere, & aliam optare, quia idem operatur oppositum in oppósito, quòd propositum in proposito. l. & si contra tabulas 35. ff. de vulgari. cap. sciendum 8. q. 1.

Vnde si Canonicatibus Doctoralibus, & Magistralibus, de quibus plura loquutus sum in gl. 9. §. 2. huius regulæ, essent certę prębendę annexę perpetuo, similiter ipsi Canonici
82 alias prębendas optare † non possent, nec suę præbendę ab alijs; Si autem ita perpetuo
83 vnitę non sint, tunc erit locus † optioni, vt seruatur in Ecclesia Corduben. & in alijs pluribus, in quibus Canonici Doctorales, & Magistrales optare solent, maiores, & pinguiores præbendas, sicut & reliqui Canonici.

Quæro decimotertio. An optans malè
84 maiorem prębendam, seu beneficium pinguius, ita vt priuetur illo, quia erat reseruatum, possit redire ad primam prębendam, † aut beneficium, quod dimisit? distingue: Aut fuit in culpa in optando, quia sciebat, vel scire debebat non esse locum optioni (obstante reseruatione:) vel postea postquam sciuit, perseuerauit in possessione beneficij male optati, nec illud dimisit: & tali casu non poterit vlterius reuerti ad aliud
85 dimissum; Aut non fuit in culpa, † quia habebat iustam causam ignorantię, & cum primum certior effectus fuit de mala optione dimisit beneficium male optatum. Et tunc poterit ad primum redire, textus est expressus in cap. si beneficia 20. de præbendis libro 6. Calderinus cons. 6. de consuetudine. Romanus consil. 329. incipit, *præsens*,

sub

sub num. 5. Æneas de Falconibus de reseruatione. quæst. 4. principali, effectu 40. per totum. Geminianus cons. 78. num. 1. cum sequentibus, vsque ad nu. 4. Et adde, quę dico in glos. 56. limit. 3. ante finem.

Prout etiam, qui habet expectatiuam ad primum beneficium vacaturum, si male ac-
86 ceptat † consumit gratiam suam, & amplius illa vti non potest. Puteus decisione 268. nu. 1. & per totam libro 1. Caputaquen. decis. 339. num. 3. parte 1. Ferrettus cons. 16. num. 7. & seq. & plures referens Horatius Mandosius in additione ad Romanum cons. 329. sub littera F. & G.

Similiter qui semel dumtaxat, secundum statutum, aut consuetudinem potest opta-
87 re, si semel optauit, & male, † non potest vlterius optare, quia fuit iam consumptum ius optandi, quod habebat, vt pulcre docet Calderinus cons. 6. per totum, de consuetudine. Philippus Probus in d. c. fin. num. 32. vers. *hinc Calderinus*.

Si vero statutum, aut consuetudo non disponit, quòd semel tantum possit optari, sed simpliciter optionem permittunt. tunc non semel tantum potest optari; sed etiam plu-
88 ries. † Ægidius Bellamera decisione 229. incit, *primo quod ex consuetudine*. Philippus Probus ad Monachum, in cap. fin. n. 28. vers. *non enim semel*, de consuetud. lib. 6.

Decimo quarto quęro, dicit statutum, seu consuetudo, quòd præsen-
89 tes † possint optare. An absentibus in seruitio Papæ, vel Episcopi, competat hoc ius optandi? Conclude quòd aut sumus in consuetudine optandi præter, ius & absentes in prędicto seruitio, optare poterunt, quia haben-
90 tur † pro præsentibus. cap. ad audientiam, de Clericis non residentibus. Aut consuetudo optandi est contra ius, iuxta distinctionem traditam supra in hac glossa. num. 11. & 12. & tunc illa ficta præsentia nihil operatur. Ita docent Ioann. Andreas in d. cap. final. de consuetudine, in 6. num. 3. Geminianus num. 6. & 7. Franchus num. 7. & vide gl. 43.

Decimo quinto quæro, dicit statutum, aut consuetudo, quòd Cano-
91 nici possint optare. An locum etiam habebit in dignitatibus? † Calderin. cons. 5. hoc titulo consuluit, quòd non, quia in his, quæ sunt stricti iuris vno expresso non includitur aliud diuersum, cap. susceptum, de rescriptis libro 6. cap. quamuis, de præbendis, eodem libro. Probus ad Monachum, in d. cap. finali, num. 31. & 32.

Decimo sexto quęro, Pone quòd vnus fuit prouisus de vna quarta portione, cuius vigore optauit, & ascendit ad dimidiam, & postea ad integram portionem: postmodum declaratur, quòd collatio facta de quarta portione est nulla, vel quia erat reseruata, vel ex alio defectu. An debeat etiam priuari integra portione, quam habet? Con-
92 clude quòd sic, † nisi triennali possessione, vel alio nouo titulo se defendat. Nam sublato an-
93 tecedenti, & fundamento tollitur † consequens, & totum ędificium corruit. Rota decisione 10. de præben. in antiq. Philipp. in d. c. fin. n. 18. de consuetud. Geminian. cons. 21. n. 6. & 7. & 9. vbi latius. Cassador. decis. 17. n. 2. de pręben. & conferunt, quę dixi in gl. 31. super verbo, *reseruauit*, ad fin. ex n. 29. vsque ad num. 50. præcipue num. 34.

Decimo septimo quæro, vnus Canonicus Iunior optauit Canonicatum maiorem, & integer portionarius optauit Canonicatum dimissum, & dimidius portionarius optauit integram portionē dimissam, & quartus portionarius optauit dimidiam portionem, & de illa quarta portione dimissa, fuit vnus nouiter prouisus: post aliquod tēpus fuit euictus Canonicatus primo loco optatus, quia erat reseruatus, seu ex alia causa affectus: vtrum iste Canonicus, & reliqui omnes debeant gradatim restitui ad locum, & beneficiū ratione d. optionis dimis-
94 sum? Respōdeo, quòd sic, † nisi scienter male optassent, & sic prouisus de quarta portione remanebit sine illa, & inanis: pro hoc est textus in c. si beneficia 20. vbi notat Ancharan. notab. 8. n. fi. & Franch. n. 4. de pręben. lib. 6.
95 dicentes, quòd quando adest error † in primo gradu, & ille est causa erroris successiue in pluribus gradibus, primo restituto aduersus secundum, restituitur secundus aduersus tertiū, & tertius aduersum quartū, & sic de singulis. Nā quando ex vna radice multiplex vitium nascitur, consequens est, vt eadem lege tollatur. l. si libertā, in fi. C. de nuptijs. gl. verbo, *nouis*, in c. fraternitatis 17. de testib. & facit text. in c. inter vos, de re iudicata, ibi, *quæ de ipso causam, & originem acceperunt*. Vnde dici
96 tur, quod ex infecta radice † fructus non producūtur. Ancharan. cons. 339. incipit, *pro maiori*. n. 6. Et non bono peraguntur, exitu, quę malo sunt incohata principio. c. principatus 1. q. 1. ac tetigi in gl. 5. §. 9 num. 127. & videas, quæ adduxi in gl. 31. ante finem, ex num. 41. cum sequentibus, vbi latius.

Decimo octauo quæro. An Canonicus coadiutorem perpetuum cum futura succesione habens secundum ea, quæ
97 diximus in gl. 5. §. 9. possit optare † nouam, & maiorem prębendam, prout alij Canonici dicta coadiutoria carentes? Respondeo cum distinctione: Aut futura successio est concessa in gratia coadiutorię, quoad Canonicatum, & prębendam ordinariam illi annexam dumtaxat, absq; illa præbenda, seu præstimonio, in quo cadit optio: Aut est concessa suc-

Præsertim quia si effectum consideramus, possessio capta nomine Cameræ potest dici
115 quodammodo capta ab ipso † prouiso Apostolico, in cuius commodum fuit facta. Nam in hoc casu procurator Cameræ Apostolicę nihil aliud agit, nec intendit, nisi ipsum prouisum litteris expeditis in possessionem immittere, argumento. text. in l. quidam cum filium 46. ff. de hæred. instituend. Prout in simili dicimus de pensionibus reser
116 uatis ad commodum alicuius Itali † in caput vnius Hispani, nam Hispanus nihil aliud est, nisi nudus minister ad vtilitatem, & commodum Itali ex traditis per Rotam decision. 400. p. 1. diuersor.

Et quòd in hoc casu Commissarius Cameræ Apostolicę capiens possessionem nomine illius, seruiat de nudo ministro prouisi Apostolici, & capiat possessionem ad fauorem, & commodum eius, fuit post hæc scripta resolutum, me obtinente, in vna Queten. Archidiaconatus 15. Decembris anni 1603. coram Illustriss. Cardin. Pamphilio, vbi etiam dicit, sæpe hoc alias decisum fuisse.

Comprobatur quia iste modus capiendæ possessionis nomine Camerę fuit adinuen-
117 tus, † vt prouisus Apostolicus, qui nondum litteras expediuit, posset diligentias facere super capienda possessione beneficij, ne illi tarda, seu morosa expeditio aliquo modo noceret. Nam quando quis à principio vult litteras expedire, non datur breue nomine Camerę de capienda possessione, sed ad fauorem litterarum, vt ipsemet prouisus immittatur in possessionem, vt continetur in constitutione 24. Greg. XIII. incipit, *ad Romani*. sub 10. Iulij 1574. Quando igitur constat de expeditione litterarum, prout docuit præfatus Petrus perinde esse debet, ac si à principio non Camera Apostolica, sed ipse Petrus
121 possessionem cępisset, cum cessauerit causa, ob quam Camera Apostolica, & non ipse prouisus possessionem acceperit. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatronat.

Quapropter Rot. sæpissime resoluit in ter-
118 minis nostris, ‡ quòd eą sit virtus breuis de capienda possessione nomine Cameræ, vt facta cessione constituat eum, ad cuius cõmodum capta fuit, iustũ possessorem, ac vigore possessionis nomine Cameræ captæ, sit illi concedendum mandatũ de manutenendo nõ aliter, ac si ipse prouisus d. possessionẽ à princip. appræhẽdisset, vt fuit decisum in vna Firmana benef. 19. Martij an. 1593. coram Illustriss. Blanchetto, & in Lucana benef. 17. Iun. 1594. coram R. P. D. meo Litta, & coram eodem in vna Salmant. benef. 26. Iun. ann. 1598. tenuit etiam Rota in alia Aurien. Parrochialis de Pao 13. Aprilis an. 1600. coram R. P. D. meo Lancellotto, & in d. causa Queten. Archidiaconat. allegata n. 116. & alias sępius.

Hinc fuit resolutum in vna Burgen. S. Sepulchri 22. Nouembris 1562. coram Robusterio, quòd executor, qui nomine Camerę cępit possessionem restituendam ei, qui sibi litteras expeditas prędentauerit, non potest
119 tradere † possessionem alteri, quam ei, cuius intuitu cępit possessionem, vt etiam refert Lancellott. de attentatis 2. p. c. 4. in prędat. n. 510 in nouiori impressione. Dicit etiam ipse Lancellottus ibidem n. 453. quòd Commissarius Camerę capiens possessionem in casu prædicto, non dicitur tertius.

Dixit etiam Cęsar de Grassis decisione 2. sub num. 1. vers. *addentes maxime*, de verborum significatione, quòd possessio translata à Camera Apostolica, intelligitur cessa,
120 & translata cum eisdem qualitatibus, † cum quibus ipsa Camera Apostolica habebat.

Ex quibus aperte resultat, quòd dictus Petrus incepit esse possessor de mense Nouembr. anni 1599. quando Camera Apostolica accepit possessionem ad commodum eius: Et consequenter, cum non solum sit anterior in prouisione, sed etiam in possessione, omnibus alijs postmodum prouisis, & admissis sequitur, quòd vti talis antiquior debet omnes illos præcedere, tam in optione, quam in loco, & stallo, & alijs quibuscunque prędecessorijs.

Vnde non obstat dicere, quòd dicta possessio non potuit per Cameram Apostolicam in d. Petrum transferri, cum ex supradictis pateat veritas in contrarium.

Minus obstat dicere, quòd D. Petrus nullos fructus percepit, & propterea sua possessio sit sterilis, vt dixi in num. 112. Quia
122 vltra quod si voluisset statim à Curia recedere, ac residentiam facere, potuisset illos recipere: sufficit quòd aliter constet † de possessione, prout constat in nostro casu, vt etiam si fructus non percipiat, possessor nihilominus dici valeat. Bartol. in l. qui vniuersas. §. quod per Colonum. num. 1. & in l. quamuis. §. si conductus. num. 2. vbi notat Alexand. notab. vltimo, & cęteri. ff. de acquiren. possessione. Rota decis. 506. num. 4. p. 1. diuersorum.

Immo aliud est possidere, † & aliud fructus percipere, l. si quis autem 10. ff. de acquirend. possess. glossa verbo, *fructus*, in cap. si propter, de rescriptis, in sexto. Putaus decisione 558. ad medium libro 3. Caputaquen. decisione 34. num. 4. parte 3. Mandosius in regula de annali quęst. 30. num. 2.

Hinc suffragatur regula de annali, quamuis annalis possessor, nullos fructus percipiperet. Gomezius in eadem regula de annali quęst. 47. num. 6. & per totam. Mandos. ibidem. quęst. 31. num. 2.

Denique

Denique non obstat dicere, quòd alij portionarij postmodum recepti cęperunt prius inseruire Ecclesiæ, ac residentiam facere. Quia hoc tollitur ex his, quæ diximus in nu. 38. & 39. huius gl. vbi cum Puteo decis. 219. num. 2. lib. 3. scripsi, residentiam non esse de essentia optionis.

Vigesimo primo quęro, an optio possit fieri per Procuratorem?

123 † Respondeo quòd sic, vt probatur in dicto cap. finali, ibi, *per alios.* & ibi gl. verbo, *vel per alios.* & ibi, Geminianus nu. 5. Franc. nu. 3. dicentes requiri ad hoc speciale mandatum, vel secuta ratificatio.

Vigesimo secundo quęro, an in Ecclesijs, in quibus est certus numerus Canonicatuum; non tamen est distinctio præbendarum, optandi † consuetudo

124 introduci possit? conclude quòd non regulariter, vt per Millium in repertorio, in verbo, *consuetudo optandi non potest introduci.* & in vers. sequenti, vbi plures distinctiones ponit de hoc. Clarum etenim est, quòd vbi non datur maioritas præbendarum, optio intrare non potest quoad ipsas præbendas: Licet secus sit, quoad sedem, & locum, & similia.

Vigesimo tertio quæro, An per optionem alterius bene-

125 ficij vacet primum ipso iure? † Respondeo quòd per optionem ad maiorem prębendam vacat prima, si est incompatibilis de iure, iuxta ea, quę dixi in gl. 15. post princ. in vers. *tertio modo vacat benef.* Secus vero esset, quando non esset talis incompatibilitas, quæ induceret vacationem ipso iure. Nam tunc is, ad quem spectet optio, seu prouisio minoris prębendę, non potest optare, nec prouidere, nisi prius, qui optauit maiorem prębendam, seu portionem, aut voluntarie illam dimittat, aut ad dimittendum condemnatus fuerit. Put. decis. 228. ad medium, lib. 3. & fuit resolutum in vna Calagurritana de Amarita 18. Decembris 1579. coram bon. mem. Gypsio.

Vigesimo quarto quęro, An habens ius optandi dicatur habere

126 ius † ad rem? Respondeo quòd sic, vt tradunt. Æneas de Falconibus de reseruation. quæst. 4. principal, effectu 47. num. 9. Gomezius in regula de non tollendo iure quęsito, q. 1. nu. 27. additio Papazon. ad decis. 3. Rotę, in fine. de consuetudine, in nouis.

Quod intelligo de prębenda iam vacante,

127 aliàs secus. † Puteus decis. 235. num. finali, & per totam, lib. 2. Item postquam fuerit acceptata, iuxta ea, quę dixi de expectatiua, in gl. 26. nu. 20. & supra in hac glossa, n. 76. & vide gl. 9. §. 1. a num. 88.

Vigesimo quinto quęro, An Canonicus, qui non est in sacris †

128 possit optare? respondeo, quòd quamuis Canonicus, qui non est in sacris vocem, nec votum in Capitulo non habeat, vt in clementina, vt ij qui, de ętate, & qualitate. Concil. Trident. cap. 4. sess. 22. de reformatione. Tamen bene poterit optare maiorę prębendam, ac si esset in sacris, si statutum, vel consuetudo contraria non obuiet, cum ille actus optandi competat ex canonia, & præbenda

129 non ex voce † Capituli, gl. verbo, *in Capitulo.* & ibi tradunt omnes in d. clemen. vt ij qui, de ętate, & qualit.

Summaria Glossæ 35.

1 *Derogantur per regulã nostram, priuilegia & Indulta Apostolica, ad optandum, & disponendum de beneficijs, quatenus obstant d. reseruationi.*

2 *Priuilegium, & Indultum, an differant, & nu. 3. & 4. & 11.*

3 *Priuilegium est priuata lex contra generalem iuris communis dispositionem.*

6 *Indultum, seu Indulgentia dicitur lex, seu concessio priuata.*

7 *Priuilegium, & Indultum semper operantur aliquid specialitatis.*

8 Indulgemus, *verbum semper continet aliquid specialitatis.*

9 Indulgentia, *dictio, quinque habet significationes.*

10 *Vsus communis loquendi semper attenditur.*

11 *Indultum dicitur, quòd conceditur ad conferendum ordinarijs, qui per reseruationes sunt impediti.*

13 *Indultum est remotio obstaculi.*

14 *Indultum conferendi concessum ordinarijs collatoribus, non dicitur proprie priuilegium, & num. 15.*

16 *Alternatiua nostræ regulæ, abusiuè priuilegium dici potest.*

17 *Priuilegium lædens ius commune, est stricte interpretandum.*

18 *Priuilegium plus dat, & maioris est efficaciæ, quam Indultum.*

19 *Priuilegium distat a rescripto in tredecim differentijs.*

20 *Priuilegium differt ab exemptione, quia priuilegium est quoad quid; exemptio vero quoad totum.*

21 *Consuetudines immemorabiles, quatenus tolluntur per regulam nostram, an intelligantur sublatæ, quoad optiones, vel etiam quoad alias beneficiorum dispositiones, & num. 30.*

22 *Relatio debet fieri ad proximiora, præsertim, vt minus ius commune lædatur, & num. 23.*

24 *Dictio, &, est coniunctiua cum eisdem qualitatibus.*

25 *Dictio* etiam, *auget dispositionem.*

26 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, præsertim quando eadem militat ratio, num. 27. etiam si materia sit exorbitans, & num. 28.*

29 *Consuetudo immemorabilis, & priuilegium à pari procedunt.*

31 *Derogare non potest Papa, etiam sine causa priuilegijs, ad conferendum datis, & nu. 33.*

32 *Priuilegium ex sua natura continet tacitam conditionem, vt tamdiu valeat, quamdiu Princeps voluerit.*

34 *Priuilegia conferendi, & consuetudines non sunt in totum sublatæ per regulam nostram, sed quatenus obstant, & interdum nihil detrahitur illis, & num. 35.*

Nec non priuilegia, & Indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi beneficijs, glossa 35.

NVLLA priuilegia, nec Indulta Apostolica, circa optiones ad maiores, & pinguiores præbendas, ac etiam circa dispositionem † beneficiorum im-
1 mensibus reseruatis vacaturorum suffragari possunt contra reseruationem regulę nostræ.

Primo dum dicit in præfatis verbis regula ista, quòd tollit priuilegia, & Indulta Apostolica, vel saltim illorum effectum suspendit. Quęro an sit aliquod discri-
2 men inter priuilegium, † & Indultum? Quia regula nostra præsupponit, quòd differant, & tanquam diuersa ponantur: Nam de natura, est dictionis, *&*. quòd apponatur inter diuersa, gloss. in rubrica. ff. de iuris, & facti ignorantia, & ibi notat Bartolus, & Baldus, tex. & ibi notat Bartolus in l. si is, qui ducenta 14. in principio. ff. de rebus dubijs, & dixi in gl. 3. verbo, *& alijs.*

3 Et quia si diuersa non fuissent frustra † idē per idem repeteretur. Nam lex neque vllam sillabam superfluam, & vacantem continere debet, glossa, verbo, *tanquam*, in cap. solite de maioritate, & obedientia. Staphilæus de litteris gratię, titulo de vi, & potestate clausularum. §. & postremo, num. fin. Aimon. consilio 173. num. finali, & aliàs dixi in §. 7. proœmiali. nu. 127. & 128.

Qua in re, ego in iure non reperio aliquam
4 opportunam † distinctionem, quia sicut priuilegium est priuata lex contra generalem †
5 iuris communis dispositionem, & priuatis personis concessa, cap. priuilegium 3. distinctione, c. fin. 25. quæst. 1. l. singulare. ff. de legibus. Rebuff. plenè in praxi, titulo differentiæ inter priuilegium, num. 3. & 4. l. 2. titulo
6 18. Partita tertia. Similiter Indultum, † seu Indulgentia, quæ deriuantur ab hoc verbo, indulgeo indulges, dicitur lex, siue concessio priuata, contra regulas iuris communis, c. fin. vt lite pendente: vbi gl. verbo, *Indulgentiã*, ponit priuilegiũ, & indulgentiam pro eadem re, idem etiam probat tex. in c. dudum 31. de priuilegijs, & tex. in cap. ex ore, eodem titulo, vbi tex. ille vtitur vtraque dictione idem significante, & in clemen. finali, de sepulturis ad finem. §. nos enim, Romanus cons. 436. incipit, *quod Indultum*. num. 1. & seqq.

Hinc priuilegium, & indultum, aut indulgentia † semper operantur aliquid specialitatis, cap. in his 30. de priuilegijs. Hostien. per tex. ibi in cap. 1. num. 9. de rescript. Anastas. Germon. in tracta. de Indultis. §. etiam si seculária, num. 14. vbi concludit, quòd Indultum nihil aliud est, quam priuilegium.

Et verbum, *indulgemus*. semper continet
8 ius speciale † nouum, gl. fin. in clem. fin. de celebratione Missarum, & ibi notat Cardinalis sub num. 2. vers. *septimo nota.*

9 Quinque etiam significationes † habet hoc nomen Indulgentia, quas notat Archidiaconus num. 1. Ioannes Andreas, & Ancharanus, vterque etiam num. 1. Dominicus Geminianus, num 4. in cap. Indulgentia, de pœniten. & remission. libro 6. quas per te videre poteris.

10 Nihilominus attento vsu communi † loquendi, qui semper attenditur. l. cum de Ianionis. §. optimum. ff. de fundo instructo. Felin. in proœmio decretalium, ex num. 3. Couarru. lib. 3. variar. cap. 5. num. 1. Quoad institutum nostrum, inter priuilegium, & indultum, istam esse differẽtiam arbitror, quòd
11 priuilegium sit facultas conferendi, † & disponendi de beneficijs, concessa illi, qui ordinarius non est; nec aliàs (cessantibus reseruationibus regularum Cancellariæ) conferre poterat. Indultum vero sit illud, quod con
12 ceditur ordinarijs † collatoribus, qui aliàs possunt conferre, sed per reseruationes habent manus ligatas: Ideoque priuilegium sit propria, & noua cõtra iuris communis regulas specialis concessio: Indultum autem sit
13 remotio † obstaculi. Nam per Indulta nihil de nouo conceditur, sed dumtaxat impedimentum, & obstaculum remouetur. Cassadorus decis. 8. num. 6. & 10. de prębendis, & decis. 3. num. 2. & 4. & decis. 4. num. 2. de

priui-

priuilegijs, cum alijs adductis in glosa 24. ante quęstionem primam, ex num. 7. & sub quæst. 3. num. 66.

Hinc Indultum conferendi concessum ordinarijs collatoribus, proprie priuilegium
14 nuncupari † non potest, cum de nouo nihil concedatur, sed impedimentum, & ligamen tollatur, cap. cum aliquibus, & ibi Franchus num. 3. post alios, de rescriptis, lib. 6. Gomezius in regula de non tollendo, quęst. 16. Mohedanus decis. 1. num. 1. de concess. prębend.

Inde Indultum alternatiuę per regulam nostrã concessæ, abusiue priuilegium dici po
15 test. † Puteus decis. 215. & 222. lib. 1. Crescentius decis. 11. de priuilegijs, licet lato modo dicatur priuilegium. Mohedan. decis. 1. num. 2. & 3. de conces. prębend. & dicam in gl. 42. num. 13. & in gloss. 56. num. 137. & gl. 58. num. 28.

Sic videmus, quòd facultas conferendi data Cardinalibus, vel alijs ordinarijs collatoribus plerumque non appellatur priuile-
16 gium, sed indultum. † Selua de beneficio 3. p. quæst. 14. num. 1. Anastas. Germon. in tract. de indultis. §. per quę subdatis, num. 91. vbi propterea dicit, quòd indultum diffiniri possit, quod sit remotio impedimenti.

Licet aliquando vtroque modo nuncupetur, vt in Concilio Tridentino sess. 24. de reformatione, cap. 18. post principium, ibi *vigore indulti, seu priuilegij, &c.*

17 Item priuilegium, cum lędat ius commune est odiosum, & strictè interpretandum, cap. 1. & 2. de priuilegijs, in 6. late Rebuffus in praxi tit. differentię inter priuilegium, & rescriptum, nu. 6. Bernardus Diaz in reg. 579. Indultum vero cum nitatur iure communi est fauorabile, & ampliandum, vt latè diximus in §. 5. procemialibus, num. 123. & 124.

Facit etiam, quòd cum priuilegium in proposito nostro sit maioris efficaciæ, quàm indultũ ex supradictis, ex n. 11. ob id reg. nostra prius ponit priuilegia, tanquam potentiora, & postmodum ponit indulta, vti minorem potentiam habentia, sumpto argumento ab
18 ordine † litteræ cap. mandato nostro, de prębendis in 6. Ex quo colligitur, quis dignior, & potentior fuerit, l. quoties 34. ff. de rebus dubijs, cap. penult. §. verum, de electione, in 6. Cassadorus decis. 9. num. 2. & 3. de prębendis. Felinus in cap. cum dilecta, ex num. 4. de rescriptis.

Et tredecim differẽtias inter priuilegium,
19 † & rescriptum legas per Rebuffum in praxi d. tit. differentię inter priuilegium, & rescriptum per tot. illum titulum.

In quo autem differat priuilegium ab exẽ-
20 ptione, † vide Cardinalem in clementina 1. notabili 6. de censibus, vbi dicit, quòd priuilegium est quoad aliquid, seu quoad partem exemptio verò, quoad omnia, & quoad tot ũ

Rursus & secundo circa illa verba thematis nostri (ac etiam disponendi de huiusmodi beneficijs) dubitari contingit. An ista verba referantur dumtaxat ad priuilegia, & indulta Apostolica, vel potius
21 referantur ad consuetudines, † etiam immemorabiles; Ita vt non solum sint derogata priuilegia, & indulta Apostolica disponendi de beneficijs huiusmodi, sed etiam sint derogatę consuetudines, etiam immemorabiles, non tantum optandi; verum etiam disponendi de beneficijs præfatis.

Et quidem videbatur, quòd solummodo sint referenda ad priuilegia, & indulta Apostolica, quia relatio in dubio debet fieri ad
22 † proximiora, l. idem cum eodem. ff. de iurisdictio. omnium Iudicum. Rota decis. 666. num. 1. par. 1. diuersorum, præsertim in dispositione correctoria, vt quantum possibile
23 sit euitetur iuris communis correctio. † gl. fin. in fine, in l. talis scriptura. 30. §. fin. ff. de legat. 1. Ruinus cons. 113. incipit, *alias per me.* sub num. 7. vers. *& maxime.* volum. 4. Iason in l. 1. num. 9. fallentia 10. C. de liberis præteritis. Anton. Gabriel. tit. de clausulis concluſ. 9. num. 5.

OPPOSITA tamen sententia verior est, & tenẽda. Tum quia illa coniunctiua dictio, *ac.*
24 est cuniunctiua † cum eisdem qualitatibus. l. Titie textores 3. §. nihil. ff. de legatis 1. Cæsar de Grassis decis. 1. n. 5. de rebus Ecclesię non alienandis, & dixi in gl. 3. huius regulę, & sic coniungit consuetudines, etiam immemorabiles, & priuilegia.

Tum quia illa dictio, *etiam.* adiuncta dictioni, *&*, auget † dispositionem. l. si quis seruum. §. etiam. ff. de peculio. Acchilles decis. 7. nu. 2. de priuilegijs. Mandosius in regula 11. quæst. 15. num. 6. ac propterea augetur derogatio nostrę regulę, vt capiat quoque consuetudines, etiam immemorabiles disponendi.

Tum etiam quia clausula in fine posita re-
26 fertur ad omnia præcedentia, † cap. secundo requiris, cap. inquisitionis, in fine de appellation. l. 3. §. filius. ff. de liber. & posthum. late Felinus in c. causam quę, num. 4. de rescriptis. Gregor. Lopez in l. 9. glossa verbo, *entiende.* titulo 7. Partita 6. plenissimè Anton. Gabriel in titulo de clausulis, concluſ. 6. nu. 1. Caputaq. decis. 95. num. 5. p. 1. Put. decis. 164. num. 3. lib. 3.

27 Tum denique quia eadem militat ratio † in vtroque, & ideo non magis sunt referenda dicta verba ad optiones, quam ad alias dispositiones. l. talis scriptura 30. §. finali. ff. de legat. 1. Aimon. cons. 149. num. 8. & cons. 155. num. 10. Rota decis. 227. num. 5. & de-

cis.

cis. 231. num. 1. & decis. 713. num. 4. par. 1. diuersorum.

Quod etiam procedit in materia exorbi-
28 tante, † & correctoria. Aretin. in d. l. talis scriptura, num. 5. Ruin. cons. 185. num. 4. vol. 1. & cons. 51. num. 6. volum. 3. Antonius Gabriel, vbi supra, num. 7. Rota d. decis. 231. nu 1. par. 1. diuersorum.

Consuetudo etenim immemorabilis, &
29 priuilegium Apostolicum pari passu † ambulant, capit. super quibusdam. §. præterea. de verborum significatione, cum similibus, glos. verbo, *consuetudine*, & ibi Abbas num. 22. in cap. nouit de iudicijs. Felinus in c. accedentes, num. 6. de præscription.

Vnde eadem ratione, qua motus fuit Papa ad tollendum de medio priuilegia Apostolica, vt non impediant istius regulæ reseruationem, eadem etiam, ac pari ratione motus fuit ad derogandum consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Neque obstat motiuum exaduerso adductum, quia ex supradictis facile tollitur.

30 Denique hanc sententiam amplexa † fuit Rota in vna Foroliuien. Cappellaniæ sub die 5. & 12. Decembris 1588. coram Illustriss. D. Cardinali Seraphino, & in Cartaginen. portionis 29. Nouembris 1587. coram Illustrissimo Blanchetto, & vidi annotatum in eorum libris, licet decisiones extensæ non fuerunt. Et post hęc scripta me informante, & obtinente fuit idem resolutum in vna Casalen. Canonicatus 19. Ianuarij 1604. coram R. P. D. meo Litta, & desuper fuit optima extensa decisio.

Tertio quęro. An PP. potuerit derogare priuilegijs datis ad conferendū beneficia cū causa, vel sine illa? breuiter cōclude, quòd sic, † quia etiam sine causa potest
31 illa reuocare, ratio est, quia tale priuilegium Principis ex sua natura, & qualitate habet ta
32 citam conditionem, † vt valeat, & habeat effectum tamdiu, quādiu Princeps voluerit, & in eadem voluntate durauerit, & non aliàs Paulus Castrensis, cons. 46. *viso, & examinato.* sub num. 4. post medium, vers. *secus in priuilegio.* volum. 2. Ancharanus cons. 2. num. 4. Abbas in cap. nouit, num. 25. & 26. de iudicijs. Palatius Rubeus in rubrica, de donat. inter virum, & vxorem. §. 69. à num. 16. Antonius Gomezius in l. 43. Tauri, nu. 2. Grammaticus decis. 46. a num. 5. late resoluit, regulam ponens cum pluribus declarationibus, & limitationibus. Antonius Gabriel in titulo de non tollendo iure quęsito, concluſ. 9. num. 1. & per totam. & vide in gl. 36. seq.

Quod a fortiori procedit quoad ea, quę
33 sunt iurisdictionis, & sic iuris conferendi: † Nam iurisdictionalia princeps ad sui libitum reuocat, & tollit, quando vult, vt post Angelum, & alios firmat Thomas Grammaticus decis. 49. nu. 2. 3. & 4.

Et multo magis, quia regula nostra non
34 derogat in totum † dictis indultis, & priuilegijs, sed potius illorum effectum suspendit, & non suffragentur contra reseruationem reg. nostræ, vt dicam in gl. 40.

Ideo merito Papa dicta priuilegia, & indulta iurisdictionalia, quatenus sunt contraria de medio tollit.

Non tamen per istam derogationem voluit Pontifex Maximus comprehendere pri-
35 uilegia prouidendi † Canonicatus doctorales, & magistrales Hispaniæ, vt plenè disputaui, & concluſi in gl. 9. §. 2. & in gl. 18. ante finem dixi de priuilegijs concessis Marchioni Astoricen. Duci de Alba, & in gl. 21. ex. n. 18. loquutus fui de priuilegijs concesis ad modicum tempus.

Summaria Glossæ 36.

1 *Clausulæ nullæ de contentis in priuilegijs ad conferendum datis suffragantur contra dispositionem regulæ nostræ.*

2 *Clausula (quod priuilegia sub huiusmodi reseruationibus non comprehenduntur) vnde originem habuerit.*

3 *Derogatoria clausula contenta in primo testamento, vel donatione ad futura, quid operetur, & num. 4.*

5 *Posterior dispositio, quando non valeat, sed prima.*

6 *Regula Cancellariæ 67. quid disponat.*

7 *Derogatoria clausula ad futuras dispositiones operatur defectum intentionis,*

8 *Derogatoriarum derogatoriæ clausulæ, qualiter concipiantur, cum exemplis.*

9 *Vinculum duplex fortius est vno.*

10 *Mentio fieri debet, non solum de clausulis derogatorijs; sed de derogatoriarum derogatorijs.*

11 *Derogatoriæ clausulæ geminatæ expressior derogatio requiritur, & num. 12.*

13 *Derogatoria clausula ad omnes futuras dispositiones, nisi specialiter, nominatim, & in individuo verba primæ concessionis inserantur, an tollatur per contrariam dispositionem continentē clausulam, quorum tenores pro expressis, &c. & n. 14. 15. 16. 17. & 19. Plura consilia pro parte negatiua adducuntur, sed contra à num. 22. & seqq. Declaratur per conclusiones, ex num. 31.*

18 *Priuilegia concessa Dominis Rotæ Auditoribus,*

bus, nunquam intelliguntur derogata sub quacumque forma, & conceptione verborũ.

20 Derogatoria clausula præcedens in primo testamento contenta, impedit validitatem secundi testamenti.

21 Clausula quorum tenores pro expressis, &c. est captiosa, & passim per copistas apponi solita.

22 Clausulæ, quorum tenores, &c, de effectu plura iura adducuntur.

23 Derogatio generalis vltima, quòd sufficiat, plures Doctores citantur.

24 Papæ potestas esset per indirectum ablata, si quando vult derogare aliquibus concessionibus adstringeretur inserere tenores illarum, reiecta opinione contrarium tenentium num. 25. & 27.

26 Rarò contingentia cogitanda non sunt.

27 Registra priuilegiorum Curiæ sunt innumerabilia, & quamuis inuentio illorum esset possibilis; tamen non est ad hoc Papa grauandus, & num. 28.

29 Clausulæ, quorum tenores, &c. regulariter sufficit ex sententia Rotæ, nisi in casibus, de quibus in num. 64. cum seqq.

30 Clausula, quorum tenores, &c. Ideo fuit introducta, vt adinueniretur via, qua Papa posset derogare gratijs præcedentibus, de quibus notitiam non habet.

31 Derogatio vltima facta per viam legis generalis tollit omnes derogationes præcedentes.

32 Dispositio facta per viam legis generalis procedit ex motu proprio, & cum maturiori deliberatione.

33 Lex generalis facilius derogatur per aliam contrariam, quam specialis.

33 Derogatio regulæ nostræ est facta per viam legis, ac cum matura deliberatione.

34 Derogatio generalis per viam legis, non tollit casum specialem, seu priuilegium in corpore iuris inclusum, & num. 35.

36 Priuilegium primum, quod transiuit in vim contractus, non derogatur per dispositionem generalem contrariam, etiam per viam legis factam, nec quando clausulæ primi priuilegij sunt adeo potentes, quòd verisimiliter excludant intentionem derogandi, vt n. 37. & 38. & nu. 39. & 41. adducuntur exempla.

40 Derogatio nulla, quantumuis generalis extenditur ad ea, quæ verisimiliter si Papa in specie interrogatus fuisset, derogaturus non esset.

42 Priuilegium personis, & loco concessum, non venit in derogatione quorumcumque priuilegiorum quibusuis personis concessorum.

43 Derogatoria generalis priuliegiorum, ex motu proprio emanata tollit anteriora priuilegia, & eorum speciales derogationes, nisi numero 44.

45 Derogationi factæ in vltima concessione ex proprio motu emanata, an obstet regula de non tollendo si illi derogatum non sit, & nu. 54 concluditur affirmatiue.

46 Regula de non tollendo procedit in quacunque gratia, etiam ex motu proprio, contra, n. 47.

48 Regula de non tollendo cessat, quando materia, super qua cadit concessio est de sui natura præiudicialis, & num. 49 & 50.

51 Regula de non tollendo. An procedat, vbi ius quæsitum est mere speciale.

52 Priuilegium habet tacitam conditionem, vt tamdiu valeat, quamdiu Princeps velit.

53 Regula de non tollendo, an obstet, quando Papa tollit clausulas in prima gratia contentas, & num 58.

55 Regula de non tollendo præseruat ius quomodolibet quæsitum.

56 Priuilegium auferre, odiosum est, & ideo est locus regulæ de non tollendo, in priuilegijs, & iuribus specialibus, & num. 57.

59 Fauorabilis quod sit reuersio ad ius commune qualiter intelligi debeat.

60 Priuilegij suspensio ad modicum tempus, facilius tolleratur, quam reuocatio.

61 Præiudicium dilatiuum non est magnum damnum, nisi dilatio sit per longum tempus, & num. 62.

63 Priuilegium primum habens derogatoriam generalem, &c. non tollitur regulariter per aliud contrarium continentem clausulam, quorum tenores, nisi aliud suadeat materia subiecta, num. 65. & 66.

67 Clausula, quorum tenores, &c. modo admittitur à Rota, & modo reijcitur secundum diuersas materias.

68 Derogatum vt sit, vel non, primum priuilegium per secundum, sunt ponderandæ clausulæ vtriusque.

69 Derogatum minus censetur primũ priuilegium quando continet clausulam, sublata, &c. vel si sit concessum personis dilectis, aut valdè benemeritis, vt num. 70.

71 Priuilegium miserationis causa concessum, minus intelligitur derogatum & n. 72.

73 Priuilegium generans scandalum, vel aliud maximum inconueniens facilius derogatur. Nec non operatur multum, an prima, vel vltima derogatio sit generalis, vel specialis.

74 Derogatum vt censeatur priuilegium, vel non, pendet à voluntate Papæ, ponderatis, & consideratis circumstantijs.

75 Priuilegium difficilius censetur reuocatum, quam testamentum.

76 Priuilegij reuocatio est odiosa; testamenti verò fauorabilis, & num. 77.

78 Priuilegij ex concessione acquiritur ius; secus tamen est per testamenti factionem.

79 Testamenti ex reuocatione, nemini dicitur fieri præiudicium.

80 Priuilegium, nec testamentum, in dubio non censetur reuocatum.

Testa-

81 *Teſtamentum primum, quando derogetur per ſecundum habens clauſulas derogatorias remiſſiue.*
82 *Derogatio qoando dicitur generalis, & quando ſpecialis, & ſpecifica.*
83 *Clauſula regulæ 8. loquens de fortioribus, & efficacioribus clauſulis, &c. qualiter exemplificetur.*
83 *Clauſula, (quorum tenores,) non continetur explicite in regula noſtra.*
84 *Inſolitarum clauſularum derogatio, non excedit terminos ſpecificæ derogationis.*
85 *Solitum an differat a conſueto, & qualiter.*
86 *Inſolitæ clauſulæ inducunt fraudis præſumptionem.*
87 *Verba regulæ noſtræ, nec non irritantibus, & alijs decretis, qualiter verificentur, & nu. 88.*

Aut quòd illa ſub huiuſmodi reſeruationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, neç non irritantibus, & alijs decretis, *gloſſ. 36.*

NVLLAM ex prædictis clauſulis ſuffragari aduerſus reſeruationem regulæ
1 † noſtræ Pontifex Maximus voluit.

Primo dum regula noſtra loquitur de iſta clauſula, quòd priuilegia ſub huiuſmodi reſeruationibus nunquam comprehendantur. Quæro vnde originem habuerit,
2 † & in quo iure talis clauſula fundetur? Reſpondeo quòd fundatur, & originem trahit ex textu, iuncta gloſſa verbo, *accipiat.* & quę ibidem docent Bartol. & omnes in l. ſi quis, in principio teſtamenti 22. ff. de legatis. 3. cum qua concordat lex 22. titulo 22. Partita 6. & Gregorius Lopez gloſſator illius, vbi habetur, quòd quando quis facit teſtamentum, ne inſtigationibus, & deceptionibus conſanguineorum, aut aliorum, poſtea inducatur ad faciendum aliud teſtamentum: poteſt diſponere in illo, quòd vult, & intendit, quòd ſemper illud teſtamentum ſubſiſtat, & valeat, neque vnquam cenſeatur comprehenſum ſub quibuſcumque reuocationibus, †
3 & derogatorijs clauſulis, in alio, vel alijs poſterioribus teſtamentis contentis, niſi in illis apponatur tota AueMaria, aut Kyrie eleyſon, vel certa oratio, vel ſint tales perſonæ adhibitæ in teſtes, &c. & notant hoc ad priuilegia, & reſcripta. Tradit etiam Dinus in cap. quòd ſemel, num. 14. cum ſequentibus, de reg. iur. in 6. Gomezius in c. 1. num. 155. de conſtitut. in 6. Couarru. in rubrica de teſtamen. 2. p. num. 19. vſque ad finem. Mantica de conie&turis, lib. 12. titulo 8. num. 1. & per totum. Hieronymus Gabriel conſ. 96. n. 26. & 27. lib. 2. vbi etiam loquitur in materia
4 † donationis.

Fundatur etiam iſta clauſula per tex. in l. ſi mihi, & tibi 12. §. in legatis. ff. de legat. 1. ibi, *interdum tamen in legatis non poſterior, ſed præcedens ſcriptura valet. Nam ſi ita ſcripſero, quod Titio infra legauero, id neque do, neque lego: quòd*
5 *infra legatum* † *erit non valebit.* & ibi Bartol. nu. 1. Paulus Caſtren. num. 6. Alexan. num. 2. Iaſon num. 4. cum ſequentibus, vbi omnes notant, quòd clauſula derogatoria præcedens facit, quòd primus actus non tollatur, nec comprehendatur per ſequentem actum, & diſpoſitionem contrariam.

Facit etiam bonus tex. in cap. ex litteris. §. verum, de dolo, & contum. ibi, *verum quoniam in poſterioribus litteris non fuit mentio facta priorum, nec in eis continebantur nomina Eccleſiarum, quæ in prioribus poſita fuerunt, ſed indefinitè dicebatur ſuper quibuſdam Eccleſiis, &c.*

Item tex. optimus in cap. vnico. §. nos ſuper hoc, de exceſſ. Prælator. in 6. vbi Papa dicit, quòd nulla deinceps priuilegia conceſſa contra tenorem dictæ conſtitutionis valeant, niſi de illa plena, & expreſſa mentio fiat.

Hinc emanauit regula 67. Cancellarię diſponens, quòd Cardinales non comprehen-
6 dantur ſub regulis † faciendis, de qua vide Caſſadorum deciſione 38. ſuper regulis per totam.

Vnde originé habeat derogatio ad ſequentia.

Ratio prædictorum eſt, quia eo ipſo, quòd in præcedenti diſpoſitione apponitur dicta clauſula, quòd in quibuſcumque ſequentibus diſpoſitionibus minime comprehendatur, vel alia derogatoria: talis clauſula ope-
7 ratur defectum voluntatis, & intentionis † in diſpoſitionibus futuris. Nam diſponens proteſtatur, quòd illæ minime valere poſſint quatenus ſint contrarię. Bartol. in d. l. ſi quis, in principio, ſub num. 4. verſ. *cum iſta verba.* & num. 5. Romanus conſ. 436. incipit, *quod indultum.* ſub num. 9. verſ. *& ego iſtud ratione confirmo.* Pariſius conſ. 42. nu. 26. lib. 4. Gozadinus con. 9. incipit, *in hac cauſa.* num. 26. & 63. Caſſad. deciſ. 38. num. 8. ſuper regulis. Put. decit. 308. num. 4. lib. 3. Rota deciſ. 137. num. 4. p. 1. diuerſorum, & deciſ. 304. num. 4. p. 2. diuerſor. & dixi in gl. 9. §. 2. de Canonic. Doctoralibus, num. 8.

Secundo dum regula noſtra loquitur de derogatoriarum derogatoriis

8 torijs. Quero, quando, & sub qua forma † concipitur huiusmodi clausula? Dico quòd licet passim ista clausula reperiatur apposita in constitutionibus, & concessionibus Apostolicis, paucos tamen Doctores inuenio, illam bene declarantes, & exemplificantes. Potest tamen exemplificari sic, veluti si conceditur primò priuilegium cum derogatione iuris communis, & aliarum obstantiarum, & istud priuilegium continet clausulam, quòd per quascunque dispositiones contrarias non censeatur derogatum huiusmodi priuilegio. Et postmodum superuenit alia concessio contraria primo priuilegio, continens clausulas derogatorias clausularum derogatoriarum primi priuilegij: tunc ista secunda dispositio, vel alia similis dicitur continere clausulam prædictam, quia derogat derogationibus prioris concessionis. Idemque esset si in prima concessione diceretur, quòd derogatur, non solum quibuscunque dispositionibus in contrarium facientibus, sed etiam clausulis derogatorijs aliarum clausularum derogatoriarum in illis apponendis, contra tenorem, & clausulas derogatorias primæ concessionis. Nam tali casu prima concessio continet clausulas derogatorias derogatoriarum, vt colligitur ex gl. & doctoribus in d. l. si quis in principio testamenti. ff. de legat. 3. & ex traditis à Paulo Castren. cons. 278. *passus iste dubitabilis*, ante finem, vers. *Item continet aliam derogatoriam illius derogatoriæ*, & in vers. *patet ergo*. lib. 1. à Federico de Senis cons. 233. *casus talis est*. Dec. cons. 165. *viso tenore*. num. 1. Parisio cons. 42. nu. 15. in fine libro 4.

Vnde cum concurrat duplex vinculum, 9 † vnum clausulæ derogatoriæ, & aliud derogatoriæ derogatoriarum, & duo vincula fortiora sint vno. §. affinitatis. instit. de nuptijs. l. cum adoptiuis. C. de adoptionibus, & latius dixi in glossa 13. ex num. 92. cum sequentibus: sequitur quòd ad hoc, vt sit derogata prima dispositio talem clausulam continens, non sufficit, quòd fiat mentio, & derogatio de clausula derogatoriæ primæ concessionis; sed etiam fieri debet 10 de clausulis derogatorijs † derogatoriarum, vt post Bartol. in d. l. si quis in principio, & alios, tradit Puteus decisione 109. *in vna Zamoren.* n. 4. lib. 1. Parisius consilio 42. nu. 15. & 16. libro 4. Gozadinus cons. 9. num. 24. Couarruuias in rubrica de testamen. 2. p. sub num. 20. vers. *hinc scribit Paulus*, ibi, *quia duplex derogatio tolli debet*.

Sicut etiam quando clausulæ derogatoriæ 11 sunt geminatæ, † erit necessaria derogatio clausularum geminatarum, vt docet Ioannes Selua de beneficio. p. 3. quæst. 14. num. 35. Parisius dicto consilio 42. numero 16. libro 4. Paulus Castrensis cons. 3. *quoniam adiectione*, sub num. 5. libro 1. Gozadinus consil. 9. num. 28. & 29. libro 1. vbi idem dicit, si in diuersis confirmationibus eiusdem priuilegij à diuersis Pontificibus factis adsit dicta iteratio, † & geminatio derogationis, quod etiam voluit Romanus cons. 327. n. 3. Decius cons. 165. *viso tenore*, sub num. 5. vers. *& ista conclusio*. Rota decisione 468. numero 3. parte 1. diuersorum, & decisione 137. nu. 7. in fine ibidem. Ferrett. cons. 223. nu. 9. lib. 2.

Prima dispositio quãdo derogat vltimæ. & e cõtra vsque ad finẽ.

Tertio quæro vtrum si primum priuilegium habeat clausulam derogatoriam ad omnes futuras dispositiones, nisi specialiter, & nominatim, ac in indiuiduo verba primi inserantur in sequenti concessione: valeat reuocatio generalis facta in secundo priuilegio, cum clausula generalis derogationis, etiam si de verbo ad verbum mentio fieri deberet, quorum tenores pro expressis haben. &c?

In hac quæstione Calderinus cons. 11. de priuilegijs consuluit, quòd stante priuilegio 13 concesso Monialibus Ordinis Sanctę † Claræ, vt non tenerentur exhibere procurationes aliquas Legatis, vel Nuncijs Apostolicæ Sedis, neq; ad id cogi, nisi specialis mentio facta fuerit, de indulto huiusmodi, & de ordine Sanctæ Claræ, & nomine Cardinalis, qui protector dicti ordinis fuerit, &c. Si postmodum in litteris Legatorum, vel Nuncio-rum Sedis Apostolicę dicatur, quòd tam exempti, quam non exempti teneantur ad dictum onus procurationis, quamuis talia sint priuilegia, quòd de eis sit fienda mentio de verbo ad verbum, quæ vult in vltimis litteris haberi pro expressis, &c. Non propterea dicit idem Calderin. censetur reuocatũ primum priuilegium, ex quo non fuit facta specialis mentio d. ord. S. Clarę, nec Cardin. protectoris. Idem etiam cõsuluit in eodemmet casu Federicus de Senis consil. 233. incipit, *casus talis est*, per totum, & in alio simili casu eandem sententiam tenuit Roman. consil. 327. n. 1. & per totum, & cõs. 436. incipit, *quod indultum*, ex n. 1. Card. cons. 52. incipit, *in præmisso dubio*, & tenet Abbas in cap. cum instantia. num. 5. de censib. Cardin. cons. 136. *factum sic se habet*. num. 7. & 8. Felinus in c. nonnulli. num. 4. de rescriptis, & in c. accedentes. n. 5. de præscriptionibus.

Similiter consuluit Gozadinus cons. 9. incipit, *in hac causa*. num. 25. & 26. ac per totum, Quòd priuilegium concessum per Im-14 peratorem Duci Mantuę, † in quo aderat clausula derogatoria, de quibuscunque in contrarium generaliter, vel specialiter factis, vel faciendis, concessis, seu concedendis: etiam si de eis oporteret specialem mentionem facere, quibus omnibus in

quantum obuiarent dictæ concesioni, in totum, vel in parte, ipse Imperator de plenitudine potestatis, & ex certa scientia tollit, derogat, cassat, & annullat, nisi de verbo ad verbum de toto tenore dictę concesionis in futuris priuilegijs, gratijs, & litteris, specialis mentio in omnibus, & singulis suis punctis, clausulis, & articulis, non obstantibus, &c. Non fuit sublatum per aliud contrarium indultum desuper à Cæsare concessum, Duci Sabaudiæ, cum clausulis, non obstantibus priuilegijs per nos, & antecessores nostros in contrarium concesis, quibus omnibus expresse derogamus, etiam si de eis expressa mentio fieri deberet.

Item consuluit Iason in suo consil. 121. incipit, *viso themate*. volum. 4. quòd per priuilegium concessum per Iulium Pontificem Secundum, † in quo aderat clausula derogatoria, videlicet, non obstantibus quibusuis priuilegijs Capitulo, seu Archiepiscopo Rothomagensi concesis, generaliter, vel specialiter, aut sub quacunque forma verborum, quorum tenores haberi vult pro expresis, etiam si de verbo ad verbum esset facienda mentio specialis. Nihilominus non obstantibus talibus verbis, non censeatur derogatum priuilegio, seu indulto Cardinalis Rothomagensis, in quo continebatur, quòd non intelligatur derogatum, nisi in eo specialiter, & expresse sit insertum, qualiter d. Cardinalis erat de Illustri prosapia de Ambasia, & ibidem quamplures Doctores in hanc sententiam allegat. 15

Necnon consuluit Decius, quòd priuilegium habens, quòd nunquam censeatur derogatum, nisi in litteris sequentibus plena, & expressa, ac specialis de illo priuilegio nominatim mentio fiat: non censeatur derogatum, quamuis in posteriori concesione inseratur clausula, † (non obstantibus, &c.) licet generaliter, vel specialiter, sub quacunque forma, & expresione verborum ab eadem sede concesis, etiam si de eis, eorumq; totis tenoribus, de verbo ad verbum, quoad opportunam earum clausularum in eis contętarum derogatoriarũ derogationẽ, pręsentibus habenda esset mẽtio specialis, vt patet in suo cons. 165. incipit, *viso tenore*. nu. 1. & 2. 16

Prętera Ioannes Selua in suo tractatu de beneficio 3. parte, quęst. 14. latissime disputauit quæstionem, videlicet, si fuerit alicui Ordinario concessum indultum, vt aliquis, etiam Papa non possit conferre sua beneficia, nisi faciat mentionem de verbo ad verbum † illius indulti: si postmodum Papa conferat beneficium in forma cõmuni, derogando generaliter illi indulto, dicẽdo hoc modo, (non obstãte quocunq; indulto cõcesso, &c.) valeat pręsens derogatio, ac si esset facta mẽtio de verbo ad verbum, habentibus pro expresis, &c. & tandem concluit ipse Selua in d. q. 14. à n. 20. & seqq. quòd non erat derogatum per plura, quę ibi bene adducit. 17

Deniq; in alijs simílibus casibus idem consuluit Roman. cons. 327. incipit, *istæ sunt rationes*, & cons. 436. *quod indultum*, vbi tenuit, quòd indultum continens plenissimam derogationem priuilegiorum familiarium, descriptorum Cancellarię, & aliorum quorũcunq; ad instar illorum, & aliàs concessorum in genere, & in specie, sub quacunque forma, vel expresione verborum: non derogauit priuilegijs concesis Dominis Rotæ † Auditorib. 18

Hanc etiam † sententiam tenent Cardinal. cons. 136. Paul. Castren. cons. 3. incipit, *quoniam adiectione*, alias cons. 312. lib. 1. Thomas Grammaticus decis. 20. incipit, *pendente querela*, per totam. Socin. cons. 2. *in causa D. Guidi*, num. 2. & 10. lib. 3. Ruinus consil. 10. *quia de validitate*, num. 6. libro 2. Ripa in cap. 1. n. 55. de rescriptis. Ferret. cons. 32. incipit, *considerata*, nu. 50. & cons. 223. *viso tenore* nu. 1. & per totum. Tiraquellus de legibus connubialibus. 2. p. gloss. 7. num. 203. Couarruuias in rubrica de testamen. 2. p. num. 20. Staphileus de litteris gratię, titulo de vi, & effectu clausularum. §. in litteris, ex num. 4. cum sequentibus. Gomezius in repetitione cap. 1. num. 154. de constitution. in 6. Ripa in cap. 1. de rescriptis, num. 56. Anton. Gabriel lib. 6. com. opin. titulo de clausulis, conclusione 5. num. 11. & 22. Cassadorus decisione 38. num. 8. super regulis. Caputaquen. decisione 121. parte 1. Menochius cons. 36. num. 48. libro 1. & de pręsumptionibus libro 6. num. 7. & 8. vbi ampliat post plures, quos allegat, siue primum priuilegium sit speciale, & secundum generale, vel è conuerso primum sit generale, & secundum speciale, quia adhuc secundum non tollit primum habens clausulam derogatoriam ad secundum. 21

Quod etiam procedit in testamentis, & vltimis voluntatibus. † Nam clausula derogatoria prædecens impedit validitatem secundi testamenti, vt dixi in principio huius glosse, & plenè tradunt Felinus in cap. nonnulli. num. 5. de rescriptis, Tiraquellus in legibus connubialibus. 2. parte, glos. 7. num. 131. Couarr. in rubrica de testamen. 2. p. sub nu. 19. vers. *quartum ex his constat*, Iulius Clarus de testamentis. q. 99. num. 9. 20

Accedit quòd clausula, *quorum tenores*, seu *pro expresis*, est captiosa, † & passim per copistas, supplicationes, & minutas ordinantes, solita apponi: & ideo nocere non debet. Decius cons. 165. nu. 2. ad medium, vers. *& hoc idem*, vbi alios allegat. Gozadinus dicto cons. 9. num. 17. Couarr. vbi supra dicto nu. 20. in principio post alios, quos allegat. 21

Parisius

Parisius consilio 42. num. 22. libro 4.

22 Cæterum contra supradicta in primis obstat † text. in l. omnes, in vers. *specialiter, ac nominatim*. C. de prescription. 30. vel 40. annorum, quem text. ibi multum commendat, Baldus num. 2. Salicet. num. 1. Angel. num. 2. dicentes esse text. singularem, & meliorem, quam sit in iure ad clausulam derogatoriam omnium legum, & statutorum, positam in rescriptis, & quandoque positam in statutis, non obstantibus omnibus legibus, statutis, vel consuetudinibus, quę in contrarium loquuntur, de quibus debeat specialis mentio fieri. Nam eis intelligitur derogatum, perinde, ac si specialiter, & expresse, & nominatim essent numerata. Quã clausulam dicunt prędicti Doctores, quòd vi derunt multoties apponi, nam tantum operatur illa, quantum si de omnibus legibus, statutis, vel consuetudinibus esset singulariter, & distincte facta mentio.

Item vrget tex. in cap. 2. de præbendis. lib. 6. vbi probatur, quod per clausulam generalem illius text. *non obstantibus litteris generalibus, vel etiam specialibus, sub quacunque forma verborum in contrarium facientibus*, sit derogatum quibuscunque priuilegijs habentibus clausulam derogatoriam (nisi expressa mentio de verbo ad verbum fieret de illis) vt notant ibi Dominicus Geminianus, sub num. 9. Franchus num. 3. post Archidiaconum, & alios.

Facit etiam text. in cap. finali ad finem, de senten. excommun. in 6. ibi, *non obstantibus quibusuis priuilegijs, Ecclesiis, Monasterijs, ordinibus, religionibus, seu personis Ecclesiasticis, secularibus, vel regularibus, exemptis, & non exemptis, sub quauis forma, vel expresione verborum ab Apostolica sede concessis, quæ contra tenorem præsentis constitutionis nulli volumus suffragari*, tex. in cap. cum non deceat 30. in fine, & in cap. quia sæpe 40. vers. *non obstantibus*, de electione lib. 6.

Necnon tex. in clementin. finali ad finem, §. nos enim, de sepulturis, ibi, *Nos enim vniuersa priuilegia, gratias, indulgentias, verbo, seu rescripto, sub quacunque forma, vel expresione, seu conceptione verborum, &c. penitus reuocamus, & annullamus*, & in clement. 1. ad finem eodem titulo de sepulturis. In quibus iuribus satis probatur, quòd sufficiat reuocatio & derogatoria generalis, quamuis specialis, & expressa non sit, vt per Paulum Castren. allegantem dicta iura consil. 278. *passus iste*. num. 2. lib. 1.

23 Ideo in terminis † priuilegiorum, quòd sufficiat derogatio generalis, (non obstantibus priuilegijs, & concessionibus quibuscunque, etiam si essent talia, de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum, & continerent speciales clausulas derogatorias.) Consuluit Federicus, sibi contrarius, in cons. 47. incipit *habita super casu prædicto*. Ioan. de Anania cõs. 56. incipit, *his quæ in facto proponuntur*. Albericus in l. 1. C. quando imperatur inter pupillum, & viduam, sub nu. 2. vers. *vltimo allegatur hæc lex*, dicens ita vidisse seruari, & Ioan. Andreas, Bald. Angelus, Ancharan. Butrius, Geminian. Alexander, & Iason, quos commemorat Ripa in c. 1. n. 55. de rescriptis, quibus accedunt Alexan. cons. 216. n. 26. vol. 2. & alij, quos citat, & sequitur Aimon cons. 126. nu. 6. & 7. & cõs. 241. n. 20. vers. *secundo potest respon deri*, & plene de more solito Tiraq. in legibus connub. 2. p. gl. 7. n. 202. Menoch. de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 39. n. 6. & 7. cum alijs infinitis, quos citat Gambar. in tract. de off. & potest. legati. lib. 8. tit. de potest. legati in legibus, & statutis condendis, num. 35. & 39. Celsus Hugo in tract. de clausulis à num. 41. cum sequentibus.

Qui omnes inter alias vnam potissimam
24 rationem † adducunt, nempe, quia si oporteret Papam inserere tenores omnium priuilegiorum de mundo, per se, & suos antecessores concessorum, quando illis, vel eorum aliquibus derogare vellet, daretur quędam impossibilitas, quia non poterat reminisci omnium: & consequenter resultaret indirectè, quòd esset ablata Papæ summa potestas, quam habet reuocandi priuilegia quæ concessit, vt dixi in glossa proxima precedenti à num. 31.

Et quamuis huic rationi respondeant Cardinalis cons. 52. num. 7. Decius consilio 165. num. 2. ante finem. Selua de beneficio. libro 3. quęstione 14. numero 7. Iason dicto consilio 121. in fine, libro 4. & alij pro contraria parte citati, quòd inserere tenores omnium priuilegiorum non erit magnum
25 inconueniens, † ex quo in registro Papæ facile apparebit, quibus priuilegia concessa sũt sub illa forma speciali: Et si dicatur quòd possent esse deperdita registra Curię Romanæ, & sic Papa nesciret qualem mentionem deberet facere: ad istud respondent, quòd hoc esset de raro contingentibus, & ideo
26 non est de hoc cogitandum. † l. nam ad ea. ff. de legibus: & quando istud contingeret, sufficeret clausula generalis (non obstante quocunque priuilego, sub qualibet forma verborum concesso.)

Tamen ista responsio non satis applaudet, quia registra Curię Romanę sunt innumera-
27 bilia, † & quærere singula priuilegia in tanto pelago registrorum, esset fere velle pisces maris enumerare, ac propterea quamuis inuentio esset possibilis; non tamen esset ad
28 hoc Papa † grauandus; prout bene considerauit Gambarus in tractatu de offic. legati.

lib.8.titulo de potestate legati in legibus, & statutis condendis. num.39. & 40.

Rursus quia sufficit, quòd in genere Papa cogitauerit, licet non in specie, vt derogatio locum habeat. Corn.cons.201.num.14.lib.2. Aimon cons. 79. nu.8. Cassadorus decisione 1.de priuilegijs. nu.1. & 2. & tenuit Rota in vna Tirasonen. Prioratus 26.Iunij 1595. coram Illustrissimo Blanchetto.

Hanc etiam posteriorem sententiam, quòd sufficiat in vltima dispositione, clausula generalis derogatoria quorumcunq; priuilegiorum, etiam si talia essent, quòd de verbo ad verbum mentio de illis fieri deberet, cum clausula (*quorum tenores, &c.*) tenuit Rota
29 † teste Cassadoro decis.10.nu.2.super regul. qui attestatur de tempore suo Rotam hanc opinionem sequutam fuisse, canonizando vulgatum consilium 2. Ant.de Butr.Idem Cassador.decis.38.n.3.super eisdem regulis, & Felinus in c.accedentes.n.5. post princip. vers. *secundus casus est*. Antonius Gabriel in titulo de clausulis, conclusione 5. num.12. Puteus decisione 109. num.3. lib.1. quem etiam ad hoc allegat Menochius de præsumptionibus libro 6.præsumptione 46. sub numero 22. ad medium. Puteus etiam decisione 89. libro 1. & decisione 515. num. 6. & per totam libro 2. Gomezius in proœmio regularum, quæst. 6. num. 8. & in regula de triennali quæstione 17. num.5. vbi dicit, quòd hodie ista opinio est æquior, & de stylo Curiæ magis recepta. Anastas. Germon. in suo tractatu de Indultis Cardin. §.ac irritum.nu.1.cum multis sequentibus. Rota decis.213.num.1. p.1.diuersorum, & decisione 161.num.1.p.2.& decisione 682.sub nu.3.lib.3. p.3.diuersorum. tenuit etiam nouissime Rota in vna Papien. fructuum 18.Februarij 1601.coram R.P.D. meo Lancellotto. Gambarus vbi supra nu. 34.& 35.& 40.& fuit decisum in vna Tirasonen. Prioratus de Calataiud 26. Iunij anni 1595. coram Illustrissimo Blanchetto. Qui
30 omnes dicunt, quòd ideo fuit adinuenta † clausula (*quorum tenores, &c.*) vt adinueniretur via, qua Papa posset derogare gratijs præcedentibus, de quibus notitiam non habet, nam aliàs nimis arctaretur, si propter ignorantiam reuocare non posset.

Quocirca pro clariori intelligentia, & concordia supradictorum, quinque sequentes conclusiones constituo.

Cõclusiones notãdæ

Prima conclusio sit, quòd quando derogatio vltima fit per viam legis,
31 † vel constitutionis generalis, tunc quamuis clausula derogationis in ea posita, non sit specialis, sed generica; Est potens, & valida, & tollit non solum leges anteriores; sed etiam quæcunque priuilegia continentia clausulas derogatorias, cum derogatoriarum derogatorijs, & ita intelliguntur text.in l.omnes.C. de præscription.30.vel 40.an.c.cum non deceat.c.quia sæpe, de elect.in 6.c.fin. in fin.de sent.excom.in 6.& docet Bald.in l.humanũ, sub n.4.C.de legib.Paul.Castren. cons.3.sub n.5.ante fin.vers. *no nobstat prædictis*, & consil. 268.sub nu.1.vers. *secundo est notandum*, lib.1. Felin.in c.nonnulli, sub nu.5. vers. *fallit autem prædicta regula*, de rescriptis, & in c.accedentes, de præscriptionib.n.5.Ioan.Selua de benef.3.p.q.14.sub n.4. vers. *ad istud potest responderi*. Decius cons.165.nu.2. ante fin.vers. *sed concordando*. Paris.cons.42.n.13.lib.4.Gambarus de officio, & potestate legati.lib.8. titulo de potestate legati in legibus, & statutis condendis.num. 41. Couarruuias in rubrica de testamen. 2.parte.num.20. post principium, versic. *secundum etiam ex iuris ratione*. Menochius de præsumptionib.lib.6. præsumpt.40. n.13. & in hac concl.conueniunt omnes Doctores pro vtraque parte superius nominati.

Ratio est, quia quando dispositio noua, fit per viam legis generalis, proceditur ex motu proprio † Principis, & cum maturiori de-
32 liberatione, ac pro publica vtilitate, & dicitur actus fauorabilis: & sic videtur voluisse de facili contra priuatas leges, seu priuilegia disponere, cũ publica vtilitas præferatur priuatę, vt omnes præfati Doct. asseuerant.

Prout etiam leges generales, ac ius com-
33 mune facilius † derogatur, per sequentem dispositionem contrariam habentem clausulas generales, ex quo Princeps non ignorat, quæ sunt iuris, quia continet omnia iura in scrinio pectoris sui.cap.1. de constitutionib. in 6.Decius cons.10.n.7.& 8.Ioan.Selua vbi supra dicta q.14.sub num.4. in fin. & cæteri.

Quo fit, vt cum derogatio nostrę regulæ sit facta per viam legis generalis, & fauorabilis, ac matura deliberatione promulgatæ vt late dixi in §.6. proœmiali: proculdubio tenendum est, quòd regula nostra per suas clausulas derogatorias deroget, non solum iuri communi, sed etiam quibuscunq; particularibus priuilegijs contrarijs, quibusuis clausulis derogatorijs, fortioribus, & efficacioribus munitis. Quod procedit etiam si in reg.nostra, non sit expressa clausula (*quorũte nores pro expressis, &c.*) ex supradictis maxime ex n.22.& dixi in gl.9.§.2.n.50.& infra n.83.

Istam primam concl.limita aliquib. mod.

Primo limita quoad priuilegia in corpo re iuris inserta. Quia clausula derogatoria contenta in constit. generali, non
34 se extendit ad talia priuilegia in corpore † iuris inserta. nisi alię adsint coniecturæ: Nam priuilegium in corpore iuris insertũ, potentius est non inserto, glo.verbo, *excusatur*. in l. hęres absens in principio, vbi Bartol. nu. 1. & post alios tradit Sebastianus Sappia ibi-

dem

dem num. 8. Bartolus in l. 2. §. legatis. num. 5. ff. eodem titulo. Romanus consilio 498. *in casu, quo quæritur.* num. 15. Ripa in capit. 1. sub num. 56. vers. *non tamen talis lex generalis.* Menochius de præsumpt. libro sexto, præsumptione 40. num. 13. & 25. vbi post alios declarat hoc procedere, si ita priuilegium sit in corpore iuris insertum, vt faciat ius commune: secus vero si remaneret priuilegium, nam tunc contineretur sub nomine, & derogatione priuilegiorum.

Huic limitationi accedit, quòd nulla lex quantumuis generalis comprehendit casum
35 specialem, † nec priuilegiatum per aliam legem decisum. gloss. 1. in l. 3. C. de silentiarijs libro 12. Cassadorus decisione 6. num. 11. super regulis. Antonius Gabriel in titulo de legibus libro 6. conclusione prima cum alijs, quę adduxi in glossa 5. §. 3. de Vicarijs, vers. *quoniam nulla lex*, num. 65. & seqq.

Vbi propterea dixi, quòd regula nostra in sua generali reseruatione non comprehendit Vicarias, de quibus loquitur Constitutio 46. Pij V. vt ibidem late deduxi allegando sententiam Rotę.

Limita secundo dictam conclusionem primam, quoad priuilegia, quę
36 transierunt in vim pacti, † & contractus, & sic sunt obtenta ex titulo oneroso, vt in concordatis, & alijs casibus, quos retuli in glossa 25. & 28. Quia nunquam est præsumendum, quòd huiusmodi priuilegia violentur. Crescentius decisione 2. & 5. de priuilegijs. Mohedanus decisione 23. in fine, de prębendis. Puteus decisione 47 num. 3. libro 1. cum alijs citatis in dictis glosis 25. & 26. Cassadorus decisione 1. in fine, de pactis, & decisione 4. in fine, de priuilegijs. Ferrettus consilio 319. nu. 2. lib. 2. Rolandus à Valle cons. 13. num. 69. volum. 3. vbi propterea concludit, quòd dispositio. cap. suggestum. de decimis dicentis, quòd reuocatur priuilegium, si ex post facto incipit esse nociuum, & iura similia, minime locum habent, quando talia priuilegia transierunt in contractum post Abbat. & alios in d. cap. suggestum.

Limita tertio, quando priuilegium precedens habet ita fortissimas
37 & efficacissimas † clausulas derogatorias, quòd minime verisimile sit voluisse Principem (à cuius intentione omnia pendent) in sequenti constitutione generali per viam legis factę, tale priuilegium comprehendere, vt habemus exemplum in priuilegio concesso Marchioni Astoricen. (sua vita durante) præsentandi ad nonnullos Canonicatus illius Ecclesiæ Cathedralis, continente huiusmodi clausulas, *concedimus iuspatronatus huiusmodi, ac si tibi ex vera dotatione, & fundatione competeret, etiam per Sedem Apostolicam, nisi de toto tenore, & data præsentium plena, specifica, individua, & expressa de verbo ad verbum, non per clausulas generales idem importantes, mentio fiat, & tuus ad id accesserit assensus, derogari non posśit, nec derogatum censeri. &c.* nam dictum priuilegium non fuit reuocatum per regulam nostram, nec per regulam 14. vt sępe tenuit Rota. vt patet in decis. Putei 308. per tot. lib. 3. Mohedan. decis. 11. de iurepatr. & latius, ac cum maiori distinct. & ponderation. in decis. 137. & decis. 468. per totas. p. 1. diuers. & decis. 304. p. 2. diuers. in quibus decisionibus, & præsertim in dicta decisione 137. bene ponderantur dictę clausulę.

Ac dicitur num. 6. quòd etiam si fiat derogatio per viam legis, si tamen non adest clausula (etiam si de illis esset facienda mentio)
38 vel clausula (quorum tenores, &c.) † quòd non derogat priuilegijs indiuiduam mentionem, ac specificam derogationem requirentibus, & allegat Ripam in c. 1. nu. 55. de rescriptis, & Tiraquel. de legibus connubialib. 2. p. glos. 7. num. 104.

Verum quidem est, quòd nuper ceptum fuit à nonnullis controuerti de subsistentia dictarum decisionum, vt tetigi in gl. 18. n. 97. Et additur quòd regula de illo tempore non continebat ita efficaces clausulas derogatorias, sicut ista: Nam dicebat sic: *Et quod priuilegia, & indulta Apostolica disponendi de huiusmodi beneficijs, & cum clausulis derogatoriarum derogatorijs, ac fortioribus, & efficacioribus & insolitis, irritantibusq; & alijs Decretis, quibusuis personis, & Collegijs cuiuscunque dignitatis, &c. existentibus quomodolibet concessa, aduersus reseruationem huiusmodi nullatenus suffragentur.* Et sic deficiebat illa clausula contęta in reg. nostra, videlicet: *Aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus non comprehendantur.* Quæ non sine magna cõsideratione, & effectu addita fuit, ad docendũ quòd etiã si derogatio reg. nostræ facta fuerit in specie, nihilominus non suffragetur. Et quia nũc similis casus sub lite est in Rota inter magnates, & nondum decisus. Ideo satis.

Habemus etiam exemplum in priuilegijs datis Capitulis Cathedralium Regnorũ Castellæ, Nauarrę, & Granatæ ad prouidendum
39 per concursum † Canonicatus Doctorales, & Magistrales, vt ostẽditur ex copiosissimis derogationib. dd. priuilegior. concessor. per Sixtum IV. & Leonem X. prout late scripsi in gl. 9. §. 2. de Canonicatib. Doctoralibus, vbi inserui clausulas dictorum priuilegiorum, & multa dixi, quę adaptantur huic glossæ, ad quę me refero, ne bis id repetam.

Prædictorum ratio est, quia nulla constitutio, nec derogatio generalis extenditur
40 ad ea, quæ verisimiliter Papa in specie, † si interrogatus fuisset derogaturus non esset, vt argum. cap. 2. de decimis, in 6. & l. obligatione

tione generali, ff. de pignoribus, scripsit Romanus in dicto cons. 436. *quod indultum*, nu. 9. & 21. & cons. 498. *in casu*. num. 18. Gratus responso 22. *in causa*. num. 18. libro primo, & responso 29. *in præsenti*, numero 31. libro 2. Loffredus cons. 34. *fit in sacro*, num. 9. Parisius consilio 114. num. 16.

Nec omitto priuilegium concessum Ciui-
41 tati Meliten. † à Leone X. ad præsentandum in quibuscunque mensibus Clericos originarios: quia non est sublatum per istam regulam, vt fuit resolutum in Meliten. beneficij Sancti Marci 10. Iulij 1594. coram R. P. D. meo Pegna Rotæ Decano, in qua decisione dicitur, quòd placuit Dominis dicere, quòd derogationes regulæ nostrę concernant priuilegia concessa ad fauorem collatorum; secus vero si essent principaliter concessa ad fauorem eligendorum, & prouidendorum: quia tunc cessaret forsan regula nostra, pro quo bene facit consilium Pauli Castren. 278. *passus iste*, libro primo sub num. 4. vers. *præterea priuilegium*, vbi dicit quòd quando con-
42 ceditur priuilegium personis, & loco, † non venit in derogatione quorumcunque priuilegiorum, quibusuis personis concessorum, quia cum reuocatio priuilegiorum sit odiosa, mixtum non venit sub simplici. Romanus consilio 466. numero 1. & 2. de quo tamen nihil firmo.

Secunda conclusio est, quòd derogatio generalis apposita in vltima concessione, non ad instantiam alicuius, sed
43 ex motu proprio † Papæ, seu Principis emanata, tollit anteriora priuilegia, illorumque speciales derogationes ad futura, ita firmât Romanus in sæpe allegato cons. 326. num. 8. & 9. cum sequentibus. Paulus Castren. cons. 3. num. 5. lib. 1. Felinus in cap. nonnulli, sub num. 4. ad finem, vers. *similiter vbi priuilegium*, de rescriptis, & in cap. accedentes, sub nu. 5. vers. *tertius est casus*, de prescriptionibus. Socin. cons. 2. *in causa Domini Guidi*, num. 11. libro 3. Thomas Grammaticus decisione 65. *excellens*, num. 23. & in decisione sequenti, *causa excellentis*, num. 27. Rebuffus super concordata in forma mandati Apostolici, verbo, *pro expressis*, vers. *secundo fallit*, Antonius Gabriel titulo de clausulis, conclusione 2. effectu 2. à num. 58. Menochius de præsumptionibus lib. 6. præsumptione 40. num. finali, & reliqui omnes Doctores allegati pro secunda parte. Et in hac secunda conclusione proculdubio locum habet stylus Rotę, quòd clausula derogatoria, *quorum tenores pro expressis*, &c. habeat vim specialis, & indiuiduæ derogationis, ex decisionibus, & Doctoribus superius citatis n. 29.

Ista tamen secunda conclusio patitur pari, & fortiori ratione easdem
44 limitationes, † quas prima conclusio.

Dubitari tamen potest. An in themate huius secundæ conclusionis obstaret regula 17. Cancellarię de non
45 tollendo iure † quęsito, si illi derogatum non fuisset? & quidem videtur quòd sic, quia licet verum sit, quòd non obstet dicta regula, quando tollitur ius quæsitum per viam legis, & constitutionis generalis, vt post alios docet Gomezius in regula de non tollen. iure quæsito. quæst. 15. num. 4. & in proœmio regularum. quæst. 5. num. 9. Iason. in l. Barbarius. num. 44. ff. de officio Prętoris. Puteus decisione 164. numero 2. vers. *tamen quia*, libro 2. Acebedus in l. 4. num. 14. titulo 14. libro 4. recopilat.

Tamen in alia quacunque gratia, & concessione, etiam si ex motu proprio emana-
46 uerit, locum habet † dicta regula de non tollendo, si illi derogatum non sit, vt expresse ipsa declarat, & tradit Gomezius super illa quæst. 8. per totam, & quęst. 15. sub num. 6. vers. *nec per proprium motum*.

IN contrarium tamen facit Rota decisione 492. libro 3. parte 3. diuersorum. num. 3. & 4. ac per totam, vbi fuit resolutum, quòd gratia facta per Papam de Canonicatu Monasterien. cuidam Ioanni, in qua Papa expresse derogauit statuto dictæ Ecclesię requirenti, quòd Canonici essent nati ex nobili genere, & militari, erat bona, & ca-
47 nonizanda, † quamuis non fuerit derogatum regulæ de non tollendo iure quæsito, nec de illa mentio facta sit, & d. Ioann. tales qualitates non habebat.

Item quia dicta regula cessare videtur, quando materia, super qua cadit concessio
48 est de sui natura prejudicialis. † Corneus cons. 83. sub num. 16. vers. *tertio respondetur*. lib. 4. vbi dicit, quod quando apparet de certa scientia Principis gratiam concedentis, quod sit alteri prejudicialis, vt in pri-
49 uilegio, † quod aliter effectum habere non potest, tunc tale priuilegium continet tertij prejudicium, ne alias sit inane.

Sic etiam dicit Hostiensis in cap. cum inferior, sub num. 13. de maiorit. & obedientia, quòd si erigitur in Cathedralem locus, in quo Archidiaconus habet iurisdictionem,
50 quòd eo ipso † tollitur talis iurisdictio, & applicatur Episcopo: Licet aliàs erectio semper intelligatur sine prejudicio tertij, nisi quatenus in litteris fuerit expressum, vt in extrauaganti vnica ante finem, de concess. prębend. Io. 22.

Rursus quia dicta regula de non tollendo locum non habet, vbi ius quęsitum est me-
51 re speciale, † vt per plura plene concludit Gomezius in dicta regula, de non tollendo quæstione sexta, per totam, & Rota in di-

cta

cta decisione 492. num. 9. libro 3. parte 3. diuersorum: Vbi etiam addit, quòd aliter si esset necessaria talis reuocatio, omnes gratiæ Apostolicę semper essent irritæ, cum in illis derogetur statutis, & priuilegijs Ecclesiarũ.

Pro quo facit, quòd priuilegium habet ex sua natura, & qualitate tacitam conditionem, † vt valeat, & habeat effectum, quamdiu Princeps voluerit, & in eadem voluntate durauerit, vt dixi in prędcdenti gl. 35. quæst. 3. num. 32. 52

Nec non decisiones Caputaquen. 128. nu. 5. & per totam, p. 1, & 31. num. 3. par. 3. vbi dicit fuisse resolutum non obstare regulam de non tollendo, quando Papa tollit aliquas clausulas † concessas in prima gratia, & reducit illam ad terminos iuris communis, vbi allegatur Gomez. in dicta regula de non tollendo, quæst. 3. 53

Prædictis tamen non obstantibus verius † esse puto, in casu proposito obstare regulã de non tollendo, quando primum priuilegium reuocatur per secundum contrarium: & in secundo non derogatur dictæ regulæ, prout censuit Rota in causa Cæsaraugustana exemptionis, prius coram Orano, & postea coram Illustriss. Seraphino de anno 1594. & in Tirasonen. Prioratus 26. Iunij 1596. coram Illustriss. Blanchetto, & plenissime in Oscen. indulti 10. Decembris 1599. & 5. Decembris anni 1601. & 1. Iulij 1602. coram R.P.D. meo Mellino. 54

Quia dicta regula pręderuat ius quędsitum, † & sic siue de iure communi, siue de iure speciali, vt post plures disputationes fuit resolutum in vna Burgen. iuris sepeliendi 4. Maij 1576. coram Cæsare de Grassis, vt in decis. illius 193. quæ est in impressis 1. num. 1. & 2. cum sequentibus, de verb. signific. 55

Et quia auferre priuilegium concessũ videtur odiosum, † quia postquã priuilegiũ est concessum nõ dicitur contra ius cõmune, sed de iure communi. l. 1. ff. de constitu. Princip. reg. decet, de regul. iur. in 6. Rota decis. 33. num. 17. de præben. in antiq. Cæsar de Grass. d. decis. 1. nu. 6. & 7. & latius dixi in gl. 7. nu. 21. cum sequentibus. 56

Rursus, quia, vt attestatur Gomezius in d. regula de non tollendo, quest. 15. nu. fin. fuit resolutum in Rota, esse locum prędictæ regulæ in priuilegijs, † & statutis, & alijs iuribus specialibus, & tradit Cæsar de Grassis vbi supra num. 10. & 11. 57

Vbi num. 9. dicitur, quòd non placuerunt Dominis dictæ decisiones † Caputaquen. nec dicta Gomezij, in quibus dictæ decisiones fundantur, & respondetur sigillatim illis, & alijs Doctoribus. 58

Et num. 8. addit, quòd illa regula vulgaris, quę habet, quòd actus, per quem res reducitur ad ius commune sit fauorabilis, est intelligenda, † quando redditur ad ius commune, & primęuam naturam quoad omnes; non autem quoad præiudicium particulare alicuius. Parisius in cap. veniens, num. 10. vers. *Nam regula*. de prędscription. & ibi Apostilla ad Abbatem sub nu. 22. verbo, *pactum*. in fine, & plenius scripsi in gl. 7. num. 10. vsque ad num. 35. 59

Possent tamen admitti adducta pro contraria parte, quando priuilegium non perpetuo reuocaretur, sed illius effectus † per aliquod tempus, vel pro aliqua vice suspenderetur, vt in casu dictæ decisionis 492. lib. 3. par. 3. diuersorum, in quo priuilegia concessa Ecclesię Monasterien. reuocata non fuere, sed suspensus effectus illorum durante vita Ioannis prouisi, vt considerauit dicta decisio 492. num. 8. libro 3. parte 3. diuersorum. 60

Nam prędiudicium dilatiuum † non est magnum damnum, nec venit in consideratione. l. quoties. C. de precib. Imperat. offerend. l. si debitori. 21. ff. de iudicijs. Rota decis. 27. de concess. prębend. in antiquis. Caputaq. decis. 61. num. 3. par. 2. Puteus decis. 425. ad med. lib. 1. 61

Dummodo non sit dilatio † ad magnum tempus. Gomezius in dicta regula de non tollendo, quæst. 16. num. 6. Puteus decis. 289. libro 3. Rota decis. 139. num. 8. parte 1. diuersorum. 62

Conclusio tertia sit, quòd per secundum priuilegim, vel concessionem habentem derogatoriam generalem ad omnia alia priuilegia cum clausula, *quorum tenores pro expręssis, &c. de verbo ad verbum, &c.* non ex motu proprio, sed ad instantiam partis concessum, 63 Non derogatur regulariter primo † priuilegio continenti clausulam derogatoriam ad futura, nisi specifica, & indiuidua mentio de illis fiat, aut aliud ex materia subiecta, & proportionabili, aut mente Principis colligatur: & in hoc casu procedunt tradita per Calderinum cons. 11. de priuilegijs. Romanum in dictis consilijs 327. & 436. cum alijs infinitis superius pro prima parte allegatis, ex num. 13. vsque ad num. 21. Tametsi refragentur hi, qui posteriorem opinionem frequentius sequuntur: eaque in hoc casu procedere existimant: Ita tradit Couarr. in rubrica de testam. 2. p. num. 20. vers. *tertium ad disputationis discrimen*. vbi in vers. sequenti lata manu docet quid sit, quando in prima, vel secunda concessione adest iuramentum, & Illustriss. Mantica de coniect. lib. 12. tit. 8. num. 20.

Neque in casu huius tertię conclusionis 64 ita passim † admittit Rota, quòd clausula, quorum

quorum tenores, &, pro expreſsis, &c. appoſita in vltima conceſſione, habeat vim ſpecialis, & indiuiduę expreſſionis, ac derogationis,
65 niſi quando natura caſus,† & materia ſubiecta, & ampliſſima verba, talem eſſe Principis voluntatem inſinuent: veluti, quia de primo priuilegio fiat aliqua mentio, licet non ita plena, & ſpecifica, ſicut in primo priuilegio fieri debere diſponebatur. Caputaq. deciſ. 121. parte 1. vbi Rota firmauit, quòd clauſula, *quorum tenores*, non operatur ex-
66 preſſam, † & indiuiduam mentionem, iuxta conſ. 2. Anton. de Butrio, quando non fuit facta aliqua mentio de illo, de cuius derogatione, vel mentione tractabatur. Federicus conſ. 33. num. 3. verſ. *quod Papa ſenſerit*. Pariſius conſ. 144. num. 13. lib. 4. Rota deciſ. 137. ſub nu. 1. ibi, *niſi de mente contraria Papæ appareat*. & ſub num. 7. verſ. *quia re vera iſta materia pendet a voluntate*. & deciſ. 464. ſub num. finali, ibi, *cum non adſit concomitantia clauſulæ, quorum tenores* parte 1. diuerſorum. Et ſic videmus, quòd Rota modo admittit dictam
67 clauſulam, † *quorum tenores, &c.* pro ſufficienti derogatione, modo non, prout diuerſitas materię, & caſus natura ſuadet. Ac propterea merito Federicus in dicto conſ. 233. num. fin. ante finem, dixit quòd Curia Rom. in ſimilibus caſibus, quandoque vnum, quandoque aliud tenere conſueuit.

Sic etiam dixit Abbas in cap. cum inſtantia, num. 5. ad finem, verſ. *concludo ergo*. de cenſibus, quòd in hac materia debemus ſemper
68 conſiderare clauſulas † primi, & ſecundi priuilegij, & ſi appareat, vel non de intentione Papæ volentis reuocare prima priuilegia: & ſecundum hoc erit iudicandum pro reuocatione, vel non reuocatione primi priuilegij. Gambarus in tracta. de legato, lib. 8. titulo, de poteſtate legati, in legibus, & ſtatutis condendis, num. 38. & 41. & 42. Vbi nu. 44. verſ. *quintus casus*. dicit ad hoc eſſe ponderandum, ſi in priuilegio primo adſit clauſula,
69 † ſublata &c. & in ſecundo non, nam tunc minus cenſetur derogatum primum, & dicam in gloſſa 66. n. 17. & 18.

Ad quod etiam erit animaduertendum. An primum priuilegium ſit conceſſum per-
70 ſonis a Papa dilectis, † gratis, aut valde benemeritis? vt ſcripſit Romanus conſ. 498. n. 1. & 2. & 18. & 19. Selua de beneficio 3. par. quæſt. 15. num. 25. & 27. late Illuſtriſſimus Mantica, lib. 12. tit. 8. num. 26. Anaſtaſ. Germonius in tractat. de Indultis. §. alioquin num. 32. & 33.

71 Vel ſi ſit conceſſum miſerationis cauſa, † vt Hoſpitalibus, aut Pauperibus, Monialibus, vel ſimilibus, aut in fauorem publicę vtilitatis. Decius conſ. 10. ſub num. 8. verſ. *tertio quia propter vtilitatem publicam*. & conſ. 165. *viſo tenore*. n. 5. Paulus Caſtrenſis conſ. 278. in fine, lib. 1. Selua in d. q. 14. num. 36. & 37. Cellus Hugo in tractatu. de clauſulis, num. 44.

Porro indubitatum eſt, quòd in dictis caſi-
72 bus, & alijs ſimilibus † minus inclinabitur Papa ad derogandum priuilegijs, quàm in alijs, vbi tanta affectionis, & amoris ratio non militat.

Sicut etiam facilius erit colligenda derogatio primi priuilegij, quando cauſabat ſcandalum, vel aliud † maximum inconueniens,
73 vt fuit conſideratum in vna Tiraſonen. Prioratus coram Illuſtriſſ. Blanchetto 26. Iunij 1595. Ad quod bene facit elegans conſilium Ferretti 32. nu. 50. 51. & 52. vbi poſt plures concludit non eſſe de intentione Papæ, quòd vnico verbo d. clauſulæ tollãtur conceſſa ob bonum pulicum, & vtilitatem Eccleſiarum, & quæ Papa veriſimiliter ignorauit.

Similiter erit inſpiciendum, an prima diſpoſitio contineat ſpecialem derogationẽ ad diſpoſitionẽ contrariã, quę dicitur obſtare: & diſpoſitionis vltimę derogatorię clauſulę ſint generales. Nam tunc minus cenſebitur derogata prima diſpoſitio. Sicut per contrarium, ſi derogatio primæ diſpoſitionis ſit generalis, & vltimæ diſpoſitionis ſit ſpecialis: Melius intrabit derogatio, cum generi per ſpeciem derogetur, vt reſoluit Felinus in cap. gratum, ſub num. 1. verſ. *limita niſi prima*. de officio delegati & in cap. nonnulli, num. 10. colum. 3. 4. aduerten. verſ. *& ſic generaliter*. de reſcriptis. Ac proptetea vt minus cenſeretur derogata reg. noſtra, quamuis prima derogatio eſſet ſpecialis, non ſine magna conſideratione addita fuerunt illa verba. *Aut quod ſub huiuſmodi reſeruationibus nunquam comprehendantur*.

Penſatis itaque, & ponderatis omnibus, vi debitur, an ſatis appareat, vel non de voluntate Papæ, vt clauſulę, *quorum tenores, &c.* deferatur, aut non deferatur. Quia negari nõ poteſt, quòd proprie loquendo diuerſum ſit expreſſum, & diuerſum haberi pro expreſſo,
74 & ideo vbi requiritur † expreſſa mentio non ſufficit pro expreſſis haberi. Felinus in cap. nonnulli ſub num. 6. verſ. *hæc & ſimilia*. de reſcriptis. Ioann. Selua de beneficio 3. p. q. 14. num. 17. & 18. Hieron. Gabriel conſ. 118. nu. 58. lib. 2. ac conducunt ea, quæ dixi in gloſſ. 15. §. 2. n. 62. & 63. & in gl. 43. verſ. *aliud namque eſt*. a numero 28. vſque ad numerum 41.

Ex quibus firma remaneat ad hanc tertiam concluſionem limitatio, niſi contrarium ex Pincipis, ſeu Papę voluntate, quæ ex ſupradictis coniecturis elicitur, colligatur.

Quarta concluſio eſt, quòd difficilior ſit interpretanda reuocatio priui-

75 priuilegij, † quam testamenti, quamuis in testamento adsit clausula derogatoria ad sequentia, & hoc duplici ratione. Prima quia
76 reuocatio priuilegij est odiosa, † cum sit de illius natura, quòd duret, & nō reuocetur, regula decet de regul. iuris, in 6. cum alijs supra allegatis. Geminianus cons. 35. num. 2.
77 Reuocatio vero testamenti est fauorabilis, † cum sit, deambulatoria voluntas testatoris vsque ad mortem, & nemo possit sibi legem imponere; vt testamentum reuocare non valeat. l. 4. ff. de adimendis legatis. d. l. si quis, in princ. testamenti. ff. de lega. 3. cap. cum Marthæ, de celebratione Missarum.

Altera ratio est, quia per priuilegium concessum est acquisitum illi, cui conceditur, ius
78 † considerabile cap. 1. de præbend. lib. 6. & diximus supra sub secunda conclusione: Secus tamen est in testamento, per cuius reuocationem nemini fit † præiudicium, ex quo
79 semper remāsit testatori libera mutandi dispositio. l. 1. C. de Sacros. Ecclesijs, & bene declarat Cardinalis cons. 52. *in præmisso dubio* sub num. 6. ante finem, vers. *ad secundum dico*. Paulus Castrensis cons. 278. *Passus iste*. sub nu. 2. post medium, vers. *nam si ad reuocationem*. lib. 1. Ioann. Selua d. 3. p. quæst. 14. num. 5. in fine. Rota decis. 468. n. 2. par. 1. diuers

80 **Quinta** conclusio sit, quòd si in vtroque priuilegio, † vel testamēto, essent ita pingues clausulę, quòd non facile posset iudicari, quòd præualeret, an primum, vel secundum: quòd tunc in dubio iudicandum est pro primo, & sic pro non reuocatione. gloss. in summa 25. quæst. 5. Gambarus de officio legati, titulo de potestate legati, in legibus, vel statutis condendis, nu. 45. vers. *sextus casus*, & dixi in glossa 9. §. 2. num. 29. & 30.

Quando autem per secundum testamentum derogetur primo continenti clausulas
81 derogatorias † ad futura testamenta: hic dicere nolo, ne prolixus videar, & sufficiat me remittere ad Couarru. in rubrica de testam. 2. parte, num. finali per totum, vbi decem, & octo articulos, & distinctiones maxima cum eruditione solita, ponit, & ad Iulium Clarum, lib. 3. de testamentis, quæst. 99. per totam. Illustrissimum Cardinalem Manticam de coniecturis vltimar. voluntat. libro 12. titulo 8. per totum, vbi 14. ponit conclusiones.

Et quando dicatur derogatio generalis, &
82 specialis, † & specifica, & quando indiuidualis, vide Bartol. in l. 1. n. 4. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & in l. fin. n. 4. ff. si contra ius, vel vtilitatem publicam, & in l. 1. nu. 7. ff. de vulgari. Paul. Castr. cons. 278. nu. 4. li. 1. Manticam de coniect. vlt. vol. lib. 12. titulo 8. n. 6.

Postremo dum regula nostra loquitur de fortioribus, & efficaciori
83 bus clausulis: Potest † exemplificari, in clausula (pro expressis, &c.) quę in regula nostra non continetur explicite. Rota decis. 137. n. 6. parte 1. Et in priuilegio, de quo loquitur Paulus Castren. cons. 278. *passus*. lib. 1. Et in casu, in quo consuluit Gozadinus in cons. 9. quem retuli supra post principium tertię quæstionis huius glossæ, num. 14. Et in casu consilij 121. Iasonis volum. 4. num. 15. & in alijs casibus similibus, quos similiter narraui, in quibus fuerunt appositæ non solum clausulę derogatorię: sed etiam aliæ fortiores, & efficaciores: Et propterea non habuerunt locum derogationes insertæ in posterioribus concessionibus, non per viam legis generalis, nec ex motu proprio, sed ad instantiam partis emanatis. Quæ tamen benè intrarent, si derogationes posteriores per viam constitutionis generalis, factæ fuissent, vt in casu regulæ nostrę.

Quatenus autem regula nostra loquitur de clausulis insolitis, adde, quòd quamuis derogatio clausularum insolitarum sit amplissima, tamen non excedit terminos dero-
84 gationis † specificę, vt dixit Rota decis. 468. num. fin. par. 1. diuersorum.

Item adde, quòd, solitum, differt a consue-
85 to, † in hoc quòd, solitum, in vnica vice verificatur: consuetum vero non verificatur nisi in duabus. Ita notat Bartol. per tex. ibi, in l. Mela. §. sed si alimenta. ff. de aliment. legat. num. 1. Alexander cons. 5. *si vera sunt*. num. 23. lib. 5. Corneus cons. 28. num. final. lib. 3. de quo vide plura hinc inde, per Antonium Gabrielem, in titulo de locato. Petrum Andreā Gambarum, de officio, & potestate legati, de latere, lib. 2. de varijs ordinariorum nominibus, a num. 143. vsque ad num. 150. Sed in proposito nostro, puto, insolitas clausulas dici, quę quamuis aliquoties apponantur, raro tamen, & non frequenter.

Aliquando tamen appositio clausularum insolitarum in contractibus, & vltimis volun-
86 tatibus, inducit præsumptionem fraudis, † & simulationis, vt docet glossa 1. in l. si quis sub conditione 7. ff. de condition. institution. & ibi Bartol. num. 1. Parisius cons. 5. num. 166. & 189. & cons. 143. num. 17. lib. 4. Gerardus à Petra Santa singulari 77. Couarru. lib. 3. variar. cap. 8. num. 6. in fine. Didacus Perez in l. 5. titulo 12. libro 3. ordinamenti, col. 1198. Beccius cons. 72. num. 27. Acebedus in l. 4. tit. 6. n. 39. lib. 8. recopil. Tiraq. de retract. conuetional. in præfatione, numero 32. & 33.

Denique in quantum dicit regula nostra verba hęc, *necnon irritantibus*. Declara, quòd decretum irritans in-
87 proposito nostro, esset, † si in primo priuilegio esset clausula derogatoria ad futura: Ita quod

quod, si in contrarium esset quælibet dispositio facta, irrita, & nulla remaneret, vt in exemplis superius adductis, ac dicam in gl. finali huius regulæ. Et dum dicitur, *& alijs decretis.* potest exemplificari, † si esset expressum in primo priuilegio, quòd eo ipso censeatur primum priuilegiũ de nouo, pro potiori cautela, concessum, confirmatum, & corroboratum: Vel quod toties, quoties dictam derogationem emanare contigerit, toties præsentes litteras, & omnia, & singula in eis contenta in pristinum, & validissimum statum restituas, & repositas plenariè, & sub posteriori data esse intelligatur: Vel quòd secundæ concessioni nullatenus esset parendum, tanquam subreptitiæ, & extortę contra concedentis intentionem: Vel quid simile, &c.

88

Summaria Glossæ 37.

1 *Collegijs quibuscumque priuilegia concessa, tolluntur per regulam istam, & num. 34.*
2 *Personarum appellatione, Collegia, & vniuersitates non veniunt.*
3 *Priuilegium concessum venerabili Collegio Dominorum Rotæ Auditorum, nunquam censetur derogatum, sed potius illorum augentur priuilegia.*
4 *Persona est res animata, & rationabilis, ac indiuidua, secus vero collegium, & n. 5.*
6 *Personis de proprijs, & veris intelligitur, statutum loquens de personis.*
7 *Collegium, & vniuersitas non excommunicatur.*
8 *Collegij non sunt actus, & passiones, sed singulorum, de illo.*
9 *Collegium non comprehendit mandatum contra omnem personam datum.*
10 *Collegium, nec Capitulum non includit commissio contra certas personas, cum clausula, omneſq; alios, &c.* etiam si sponte facta, *& num. 11.*
12 *Statutum loquens de iniuriante personam, non procedit in iniurante Capitulum.*
13 *Ciuitas, nec Respublica non includitur in promissione de defendendo contra omnem personam.*
14 *Collegij, & vniuersitatis controuersiam, non capit statutum de compromittendo controuersias ortas inter quascumque personas.*
15 *Dictio, si quis, intelligitur de personis, non autem de Collegijs.*
16 *Dispositio loquens de Prælatis non extenditur ad Capitulum, nec dispositio, clem. 1. de iudicijs, & num. 17.*
18 *Regula de idiomate loquens de personis, non comprehendit Capitulum, nec regula reuocatoria Adriani, numero 19. nec mandatum de prouidendo numero 20. nec concordata, num. 21.*
22 *Concilium Tridentinum cap. 19. sesione 24. de reformatione, expresse loquitur, non solum de personis, sed etiam de Collegijs, & vniuersitatibus.*
23 *Vniuersitas aliud est, & aliud singuli de vniuersitate.*
24 *Capitulum aliud est, & aliud singuli de Capitulo, & declaratur cap. 15. sess. 24. Concil. Triden. num. 25.*
26 *Vniuersitati quod debetur, non debetur singulis de illa.*
27 *Capitulo solutio si sit facienda, & inter Capitulares diuidenda, qui Capitulares intelligi debent, an qui erant de tempore obligationis, vel qui sunt de tempore solutionis.*
28 *Capitulum non est exemptum, licet omnes Canonici vti singulares sint exempti.*
29 *Vniuersitatis bona possunt per Decuriones obligari; non autem bona singulorum de vniuersitate, & alia plura huius farinæ, & num. 30.*
31 *Collegium, & vniuersitas comprehenditur, quando in dispositione declaratur, & qualiter, num. 32. & 33.*
35 *Collegium, & vniuersitas, an differant.*
36 *Collegium, & vniuersitas venit personarum appellatione in materia fauorabili, vel habente consonantiam de iure communi, vt numero 37.*
38 *Mandatum, commissio, & promissio sunt stricti iuris, & num. 39, & 40.*
41 *Collegium, & vniuersitas venit personarum appellatione, ratione subiectæ materiæ, etiam in materia collationum, & nu. 42.*
43 *Collegium, & Capitulum includitur in regula de annali, & num. 44.*
45 *Ecclesiæ consistentes in Ciuitate debent esse ditiores, & venustiores,*
46 *Collegium, & vniuersitas veniunt personarum appellatione in materia solutionis decimarum.*
47 *Andreas Rueda Ricco V.S. Referendarius laudatur, & num. 48.*
49 *Collegium, & vniuersitas venit, quando constitutio loquitur imperſonaliter, & sub lata interpretatione, & num. 50.*
51 *Collegium, & vniuersitas, saltim fictè delinquere potest.*

Quibus-

Quibuscumque personis, & Collegijs. gloss. 37.

REGVLA nostra, non solum derogat quoad illius effectum priuilegijs concessis quibuscumque personis; sed etiam quibuscumque Collegijs: † quia aliter facta derogatione priuilegiorum personis concessorum, non censerentur derogata priuilegia concessa Collegijs. Nam personarum appellatione Collegia, & vniuersitates, † non veniunt, vt in constitutione Federici, *Item nulla communitas*, post legem 2. & in constitutione, *Item quæcumque*, post legem 13. C. de Episcopis, & Clericis, & ibi Baldus num. 1. l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. causa. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisione, cap. Episcopus. §. qui manumittitur 12. quæst. 2. Baldus in cap. 1. §. conuenticulas, num. 2. de pace iuramento firmand. in vsibus feudor. allegans etiam ad hoc. l. fin. C. de erogatione militaris annonę. Romanus cons. 195. incipit. *in casu præmisso*. num. 3. & cons. 400. incipit, *quæritur*. num. 4. & cons. 436. incipit, *quod indultum*. num. 1. 2. & 3. cum sequentibus: vbi concludit, quòd in generali derogatione priuilegiorum quibuscumq; personis concessorum, non censetur derogatum priuilegium concessum venerabili Collegio Dominorum Rotæ † Auditorum. Puteus decis. 47. sub nu. 5. lib. 1. Tiberius Decianus responso 55. n. 24. vol. 1: Sed quotidie crescunt DD. Sacræ Rotę Auditorum priuilegia, vt patet ex constitutione 12. clemen. 7. per quam infinita priuilegia eisdem conceduntur, quæ semper sunt in viridi obseruantia.

Persona namq; est res animata, † & rationabilis in indiuidua substantia; Collegiũ autem, vel vniuersitas non est vera persona, sed ficta, & representata, quæ in se ipsa considerata, animam † non habet: sed est quodam corpus, quod ex multis ad inuicem collectis conficitur; vnam tamen solam personam representans. l. mortuo reo 22. ff. de fideiussoribus, vbi tradit Albericus latè num. 2. 3. & 4. plura inferens, & Imola, & reliqui. Roman. d. cons. 436. num. 3. & 4. Abbas in cap. nouit, num. 2. de his, quæ fiunt à Prelato sine consensu Capituli. Couarru. lib. 2. variar. cap. 8. num. 9. post principium. Ideoque statutum loquens de personis intelligitur de veris, & proprijs: † non autem de fictis. l. 3. §. hęc verba, cum ibi notatis. ff. de negot. gestis. Iason in l. si is qui pro emptore, numero 170. cum seqq. ff. de vsucapion. Rota decis. 791. num. 17. & decis. 794. num. 3. parte 3. diuersorum.

Hinc Collegium, & vniuersitas excommunicari † non possunt, cum excommunicatio sit pœna animæ, & Collegium animam non habeat. cap. Romana. §. in vniuersitatem, de senten. excommunic. in 6. Felinus in cap. eam te, num. 14. vers. *secunda declaratio*. vbi post Dominicum, & alios dicit, quòd actus, & passiones, quę consistunt in facto sunt singulorum: † non autem Collegij, vel vniuersitatis, quæ quamuis sit persona representata; est tamen incapax excommunicationis. Cassaneus cons. 1. *præsupposito*. 5. nu. 37. Gomezius in regula de idiomate, quæst. 2. num. 3. ac nouissime tradit Menochius de arbitrarijs, centuria sexta, casu 598. ex num. 17. vbi plene agit, an cadat delictum in collegio, vel vniuersitate, & per totum dictum casum bene declarat.

Hinc mandatum datum contra omnem personam † non capit Collegium, nec vniuersitatem. Baldus in rubrica. C. ad Trebellianum, num. 2. Gomezius vbi supra num. 5. Acchilles de Grassis decis. 15. de procuratoribus per totam. Ideoque notarij in instrumentis procurationum dicunt, contra quam eumque personam, Collegium, vel vniuersitatem, quia aliàs non venirent.

Prout etiam commissio obtenta contra certas personas cum clausula (*omnesque alios, &c.*) non comprehẽdit Collegium, † nec communitatem. Baldus in dicta constitutione, siue authentica, Item quicunque. num. 1. C. de Episcopis, & Clericis, & ibi Paul. Castren. Geminianus in cap. cum in illis. §. illis. nu. 10. de prębend. libro 6. Marianus Socinus de citationibus, articulo 3. post num. 6. quæst. 3. & art. 6. in 3. q. 31. quæstionis principalis post num. 63. Gomezius in cap. cum in multis, num. 68. de rescriptis, lib. 6. Mandos. de commissionibus, cõmissione 2. super clausula, (*omnesque alios, &c.*) Auilesius in capitulis prætorum, cap. 1. glossa verbo, *de ninguna persona*. num. 6. Acchilles decis. 3. de rescriptis, vbi ampliat, quamuis essent nominati certi Canonici, & Capitulum sponte vellet venire, tanquam interesse † habens, quia est opus noua commissione.

Hinc fuit resolutum in Rota de mẽse Martij 1541. teste Puteo decis. 88. incipit, *erat constitutio*. lib. 1. quòd constitutio facta per Capitulum Cartaginen. quòd si aliquæ contentiones iniuriosæ, orirentur inter aliquos de

ipso

ipso Capitulo, quòd duo ex Capitularibus antiquioribus procederent (non obstante appellatione) ad emendam, & satisfactionem iniuriato faciendam; Non procedat, nec comprehendat casum, vbi persona Capitularis
12 deliquit † contra Capitulum, quia Capitulum non veniebat appellatione personarum, vt in num. 6. ibidem.

Hinc promissio facta de defendendo contra omnem personam mundi, non extenditur
13 contra Ciuitatem, † vel Rempublicam. Baldus in rubrica. C. ad Trebellianum n. 2. & in authentica, seu constitutione Federici, Item quicumque, num. 1. post l. si venerabilis. C. de Episcopis, & Clericis. Felinus in c. eam te, num. 14. in fine, de rescriptis.

Hinc statutum de compromittendo controuersiam ortam inter quascumque perso-
14 nas, non capit controuersiam Collegij, † vel vniuersitatis. Romanus dicto cons. 400. num. 4. Socinus cons. 275. *in causa.* num. 10. libro 2. Cassaneus consilio 1. *præsuppositio* 5. sub numer. 39.

Hinc dictio. *si quis.* intelligitur de perso-
15 nis, † non autem de Collegijs, seu vniuersitatibus. Baldus in l. omnes populi, sub nu. 23. ante finem, vers. *sed nunquid.* ff. de iustitia, & iure. Socinus dicto cons. 275. num. 10. libro 2. Decius in l. si familia num. 10. & 11. ff. de iurisd. omnium iudicum. Auilesius vbi supra num. 6. ad finem. Iason in l. si quis maior, nu. 7. vers. *secundo, & fortius.* C. de transactionibus.

Hinc dispositio loquens de Prælatis, maxime in materia pœnali, non extenditur ad
16 † Capitulum, tex. in cap. graue, & ibi notat Abbas num. 7. Butrius num. 7. Imola, num. 9. & cæteri scribentes, de præbendis. Rebuff. in concordata, rubrica, de collationibus. §. præfatique Ordinarij, in verbo, *quibuscumque.* Felinus in d. cap. eam te, num. 15. de rescriptis. Lambertinus de iure patronat. lib. 1. q. 7. art. 15. num. 1. 2. & 3.

Hinc dispositio clemen. 1. de iudicijs, dum dicit. *personis quibuscumque.* non procedit in
17 Collegijs, † Vniuersitatibus, Conuentibus, vel Capitulis, vt docet Bonifacius Vitalinus ibidem, num. 7.

Hinc regula Cancellariæ 19. de idiomate, dum loquitur de personis, locum non habet
18 in Collegijs, † vel Capitulis, vt tradit Gomezius, ibi, quæst. 2. per totam.

Hinc regula reuocatoria Adriani VI. de quibuscumque facultatibus, & gratijs concessis quibuscumque Prælatis, & personis, &c. non comprehendit gratiam factam loco,
19 & corpori inanimato, & sic fabricæ † Sancti Petri, quia personæ appellatione non venit Collegium, nec vniuersitas, nec locus inanimatus. Caputaq. decis. 42. num. 1. & 2. par. 3.

Hinc etiam si quis haberet gratiam, seu mandatum de prouidendo ad primum beneficium ad quorumcumque collationem spectans, non capiet talis gratia beneficium
20 pertinens ad collationem Capituli † vel Collegij. Felinus in d. cap. eam te, sub num. 15. vers. *quarta declaratio.* de rescript. Vbi subdit idem fore in derogatione † facta iurispatronatus laicorum, vt non intelligatur de Collegio, vel vniuersitate seculari, & quòd hoc non reperit tactum.

Hinc dicit Rebuffus in concordata in rubrica de collation. §. statuimus 2. in verbo, *personis.* quòd quatenus illa constitutio loqui
21 tur de personis † non comprehendit vniuersitatem, & Collegium, & alia huiusmodi.

Hinc dum Concil. Triden. sess. 24. cap. 19. de reformatione disponit, quòd nemini dentur mandata de prouidendo, vel expectatiuę, vt comprehenderentur Collegia, & vniuer-
22 sitates, † illud expressit, dicens, *etiam Collegijs, Vniuersitatibus, & Senatibus, &c.* nam aliter non comprehenderentur. Idem etiam fuit declaratum in materia iurispatronatus, in cap. 9. vers. *patroni autem.* sessione 25. de reformatione.

Vnde etiam sequitur aliud esse vniuersitatem, & aliud † singulas personas de vniuer-
23 sitate, gl. verbo, *non debetur.* in l. sicut, in principio. ff. quod cuiusque vniuersitatis, vbi tradunt omnes.

24 Et aliud est Capitulum, & aliud † singuli de Capitulo, cap. Episcopus. §. qui manumittitur 12. quæst. 2. Felinus in cap. cum accessissent, num. 22. de constitutionibus, paulo post med. vbi plene.

Ideo consului, & obtinui in Sacra Congregatione Concilij Tridentini, de mense Septembris anni 1601. quòd vnio facta ab Epi
25 scopo † Cauen. mense Capitulari, de quibusdam beneficijs simplicibus, vigore Concil. Triden. sess. 24. de reformation. cap. 15. esset nulla, quia dictum Concilium non dat facultatem vniendi mense Capitulari, sed tenuibus præbendis singulorum Capitularium, & ad hoc inter alia allegaui Fel. vbi proxime.

Sic etiam, quòd debetur Viuersitati, vel Collegio, non debetur singulis de Collegio, vel vniuersitate, nec è conuerso, vt probat tex. in d. l. sicut, vers. *si quid vniuersitati debetur.* ff. quod cuiusque vniuersitatis, l. 13. tit. 2. Partita tertia.

Propterea consuluit Calderinus cons. 21. de præbendis, quòd si erant soluendi certi
11 fructus, seu redditus Capitulo cuiusdam Ecclesię de isto anno, qui (facta solutione mę se Capitulari) solebant distribui inter Canonicos singulares: & solutio cessauerit per plures annos, donec per litteras executoriales debitores fuerunt ad soluendum compulsi,

quòd

quòd dicti fructus postmodum mense Capitulari soluti, sint distribuendi inter Canonicos, † qui erant de tempore solutionis, quam nis nonnulli eorum de nouo intrauerint, quia de tempore solutionis nouiter ingressi sunt de Capitulo, & Capitulo fit solutio; non vero singulis de Capitulo: Quia Capitulum semper est idem, & non mutatur. l. proponebatur. ff. de iudicijs. Felinus in cap. eam te. num. 13. in fine, & num. 14. de rescriptis. Geminianus in cap. 1. numero fin. de pactis, in 6. & plura tradit Menochius de arbitrar. centur. 6. casu 597. num. 6.

Hinc si Canonici huius Eccles. sunt exempti, vti Canonici, † & personę singulares; non tamen erit exemptum Capitulum eorumdem Canonicorum, cum aliud sit Capitulum, & aliud singuli Canonici. Anton. de Pretis in tractatu de iurisdictione cap. 3. nu. 33. facit. cap. per exemptionem. §. verum, de priuilegijs, in 6.

Similiter Decuriones possunt obligare bona † Vniuersitatis in contractibus ab ipsa Vniuersitate gestis; non tamen possunt obligare bona particularia singulorum de Vniuersitate sine illorum consensu, nec desuper possunt molestari. Bartol. in l. 4. §. actor. n. 1. & 7. & ibi omnes. ff. de re iudicata, plene per Auendanum in responso 34. per totum. Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum. c. fin. p. 5. §. 3. num. 35. cum sequentibus.

Alias tredecim illationes † huius farinæ vide cumulatas per Lambertinum de iure patronatus libro 1. quęst. 1. principali, artic. 15. ex num. 3. cum sequentibus. Alias etiam plures lege apud Felinum in dicto cap. eam te. num. 13. ante finem, vers. *mandatum factum Capitulo*, & num. 13. & 14. de rescriptis, & Antonium Gabrielem lib. 6. communium opinionum conclusion. 1. per totam, ad quos te candidum Lectorem reijcio. Necnon vide Menochium de arbitrarijs, centuria 6. casu 597. ex num. 4. vsque ad finem, vbi late resoluit, quando dissoluto Collegio sint distribuenda, vel non, bona inter personas singulares, & multipliciter distinguit post Bartol. in l. fin. num. 22. ff. de Collegijs illicitis, & alios, quos ipse allegat.

Supradictam tamen conclusionem, quòd personarum appellatione non veniat Collegium, vel Vniuersitas primo limita, & declara: nisi in lege, vel cōstitutione, aut alio quolibet actu aliud fuerit declaratum, † videlicet quòd personam fictam, & representatam nominatim comprehendat, quia tunc stante, declaratione cessabit difficultas, cum simus in claris. Baldus in l. omnes populi, num. 23. ante finem, vers. *sed nunquid*. ff. de iustitia, & iure. Felinus in dicto cap. eam te, sub nu. 15. post principium, vers. *& est pulchra limitatio*, & vers. *tertia declaratio*, de rescriptis: Et addunt, quòd tunc comprehendatur Collegium, & Vniuersitas non ex propria significatione, sed ex ipsius legis, vel dispositionis † extensione. arg. l. fi. §. sed & si quis sit nauta. ff. nauta Caupones, Auilesius vbi sup. n. 7. videlicet in d. c. 1. prętorum, in glos. *de ninguna persona*.

Quo fit vt cum in regula nostra nominatim exprimantur Collegia dicendo, quibuscunque personis, & Collegijs, non possit intrare aliqua difficultas. † l. ancillę. C. de furtis. l. ille, aut ille. ff. de legat. tertio.

Et adde quod dixit Rota inter alia motiua, quæ posuit in causa Meliten. beneficij Sancti Marci, die Lunę 10. Iunij 1594. coram R. P. D. meo Pegna, meritissimo Rotæ Decano, quòd regula nostra in sua prægnantissima derogatione non comprehendat indulta Communitatibus, seu Vniuersitatibus concessa, allegando ad hoc Romanum in dictis consilijs 400. num. 7. & 436. num. 2. & Rebuffum in concordata, titulo de collationibus. §. statuimus, il 2. in verbo, *personis*. Sed isti Doctores loquuntur, quando de Collegijs nulla fuit facta mentio, & regula nostra per verba clara loquitur, † non solum de personis, sed etiam de Collegijs.

Et cogitabam pro sustinendo motiuo Rotę, si ad effectum, de quo agimus, sit aliqua differentia inter Collegium, & Communitatem, † siue Vniuersitatem, quia ita est persona ficta, & representata, ac inanimata Communitas, siue Vniuersitas, sicut Collegium, & par in omnibus militat ratio.

Immo Romanus, & Rebuffus in prædictis locis, necnon reliqui Doctores supra citati, pariformiter vtuntur istis dictionibus (Vniuersitas, Collegium, Ciuitas, municipium, vel aliud corpus Communitatis) pro constanti habētes, quòd nulla sit dispar ratio inter vnum, & alterum. Baldus etiam in Margarita decretalium, verbo, *Collegium, siue societas est plurium*, parificat ista (Conuentus, Collegium, corpus, & Vniuersitas) & Innocen. allegat ad hoc, quòd pariformiter intelligantur. Et procedit à fortiori in dispositione nostræ regulæ, ex quo post illa verba, *quibuscunque personis, & Collegijs*, subiungantur alia prægnantia verba, *cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis*; vt in glossa sequenti, Deo fauente, dicemus.

Cæterum adhuc assignari potest ratio differentiæ inter Vniuersitates, seu Communitates, & Collegia: nempe quòd Communitas, seu Vniuersitas consistat ex vtroq; sexu, masculis, & fęminis, pueris, adolescentibus, viris, & senibus, tam sanę mentis, quam sensu, & intellectu carētibus; Collegium vero consistit ex hominibus sanę mentis, qui plerun-

que sunt iam perfectæ ętatis. Ita distinguunt Bolognettus in l. si quis maior. nu. 20. C. de transactionibus, & nouissime Menochius de arbitrarijs centuria 6. casu 598. n. 1. 2. & 3.

Secundo limita prædictam regulam, & conclusionem in materijs fa-
36 uorabilibus, † quia in illis personarum appellatione veniet Collegium, & Vniuersitas, vt plene docet Iason in l. si quis maior. num. 7. 8. 9. & 10. de transactionibus, vbi concludit post plures, quos allegat, quòd dispositio illius text. cum sit fauorabilis, propter obseruantiam iuramenti, & fauorem animę, quòd extenditur ad Vniuersitatem, Communitatem, Ciuitatem, & similia. Cassaneus consilio 1. *præsuppositio* 5. numero 19, Felinus in cap. eam te, sub num. 15. ad medium, vers. *faciunt notata per Dominicum*, de rescriptis. Ferrettus cons. 271. nu. 2. lib. 2.

Tertio limita in materia, quę non exor
37 bitat à iure † communi, sed potius habet consonantiam cum iure communi, vel saltim est præter ius commune, quia tunc personarum appellatione venit Vniuersitas, & Collegium, ita tradunt Petrus de Ancharano, & Imola in cap. nouit, de his quæ fiunt à Prelato sine consensu Capituli. num. 1. post principium. Auilesius in dicto cap. 1. prætorum in glossa, verbo, *de ninguna persona*, sub num. 6. vers. *sed tu potes concordare*. Romanus in d. cons. 400. n. 2. & 3.

Sed hęc limitatio non videtur satis tuta, quia concessio mandati procuratorij, & commissionis, & alij plures actus non sunt contra ius, nec exorbitant: & nihilominus appellatione personarum in mandatis, & commissionibus non venit Collegium, nec Vniuersitas: vt supra dixi nu. 9 & sequentib.

Nisi dicas, quòd ista limitatio sublimitari debeat in materia stricti iuris, prout est
38 mandatum, † commissio, promissio de defendendo, & alia huiusmodi: vt de mandato est textus in cap. qui ad agendum de procuratoribus, in 6. Romanus consilio 330. numero 11. Caputaquen. decisione 181. nu. 2. & decisione 191. num. 3. parte 2. decisio Perusina 117. num. 12. & sequentibus. Iason in l. si procurator, à numero primo, & sequentibus. C. de procuratoribus, vbi vndecim fallentias ponit.

39 Et de commissione † loquuntur Rota decisione 9. num. 3. de causa possess. in nouis. Caputaquen. decis. 153. num. 2. p. 1. & decisione 154. num. 4. parte 1. diuersorum. Gomezius in regula de subrogandis quæstione 9. numero 3.

40 Et de promissione † est tex. in l. si filius familias 78. §. cum fundum, & ibi notant omnes, maxime Iason ff. de verbor. obligation. & sic de alijs.

Quarto limita (& hæc est principalior limitatio) nisi materia subie-
41 cta, sit apta, & proportionabilis † ad comprehendendum Collegia, & Vniuersitates, text. in l. 1. iuncta l. nihil interest. ff. ad Macedonianum, & post alios firmat Felinus in cap. eam te. num. 15. ad medium, vers. *quarta declaratio*, de rescriptis. Rebuffus ad concordata, in rubrica de collationibus. §. statuimus, il 2. in verbo, *personis*, vers. *licet quando materia subiecta patitur*. Idem Rebuffus in eadem concordata, in rubrica de collationibus. §. præfatique ordinarij, in verbo, *quicunque*: vbi propterea dicit, quòd illa constitutio loquens de collatoribus, & patronis comprehendat, etiam Capitula
42 † Ecclesiarum, ratione generalitatis verbi, *quicunque*, quod tamen non comprehenderet, nisi subiecta materia admitteret.

Ideo Gomezius in regula de annali quæst. 12. num. 3. & per totam firmat, quòd dicta regula de annali quamuis non loquatur de Capitulis, nec Collegijs; tamen quòd ratio-
43 ne materię subiectę, & proportionabilis † locum habeat in impetrantibus beneficia, contra Capitulum, vel Collegium annalem possessorem.

Hinc si statutum dicit, quòd si in aliqua villa committatur delictum, quòd villa teneatur, procedit quamuis Collegium ali-
44 quod delictum † committat, Albericus in l. mortuo 22. n. 2. in fin. ff. de fideiuss.

Qua ratione cum semel pro veritate consultus fuissem in vna causa Conchen. decimarum. Vtrum stante constitutione sinodali, per quam disponitur, quòd incolæ, & domiciliarij Ciuitatis, seu oppidi de Huepte dictę diœcesis Conchen. habentes terras, & prædia intra limites aliarum parrochialium, consistętium in districtu illius Archipresbyteratus de Huepte, soluant duas tertias partes decimarum panis, & vini ex fructibus in dictis terris, & prædijs perceptis Ecclesiæ sacramentali dictæ Ciuitatis: & aliam tertiam partem Ecclesię prædiali: Procederet, & locum haberet in decimis soluendis per ipsam Vniuersitatem, & Ciuitatem de Huepte, de fructibus perceptis ex proprijs terris ipsius Ciuitatis, consistentibus intra limites Ecclesiæ parrochialis loci de Laganiel? Nam pro parte Ecclesię prædialis dicebatur, quòd non, quia personarum, & incolarum appellatione non comprehendebatur ipsa Ciuitas: præsertim cum de iure communi decima sit soluenda Ecclesiæ prædiali. Ego autem (secluſa obseruātia, quę erat turbida, & varia) potius inclinaui in cōtrariam sentētiā quia materia subiecta, & proportionabilis suadebat; vt præfata constit. sinodalis quamuis de personis, & incolis loqueretur,

proce-

procedens, etiam in decimis ab ipsa vniuersitate soluendis: Tum quia potissima ratio in qua dicta constitutio Sinodalis fundatur est, vt Ecclesię cõsistentes in Ciuitate, & capite, venustiores, † & ditiores fierent, & maiori Clericorum, & ministrorum numero decorarentur, quæ ratio non minus militat in solutione decimarum facienda à Ciuitate, quam à priuatis incolis: Tum etiam, quia quamuis diuina, & Canonica iura, mandantia soluere decimas, non exprimant Collegia, & Communitates, sed simpliciter † dicant, quòd quilibet decimas soluat Deuteronomij cap. 18. cap. à nobis 24. de decimis, cum alijs: vel quòd omnis anima censum soluat. cap. omnis anima, de censibus; Indubitati tamen iuris est, quòd quamuis Collegium, vel vniuersitas non habeat animam veram, sed fictam, & representatam; nihilominus comprehenditur in solutione decimarum, & censuum, & ideo Ciuitas de Huepte decimarum solutionem non recusabat, In qua causa consului de ordine Reuerendissimi, ac Præcolendissimi † P.D. mei ANDREÆ RVEDA RICO vtriusque signaturę Referendarij dignissimi, & Canonici Doctoralis Corduben. nobilitate, litteris, humanitate, alijsque virtutibus optimis admodum pollentis, à quo non pauca de in hoc libro contentis didici, & propterea eidem gratias ago, † exemplo Aquilij Reguli, vt in l. Aquilius Regulus 27. ff. de donationibus, & Bartoli in l. quidam cum filium. 132. numero 8. ff. de verborum obligation.

Quinto limita, quando statutum, vel dispositio loqueretur impersonaliter, † puta, debitum quod non fuerit petitum infra annum postea peti non possit, quia tunc bene comprehenderet Ciuitatem, vel Collegium, verba sunt Baldi in l. omnes populi. numero 23. ante finem, versic. *sed si statutum loqueretur*. ff. de iustitia, & iure, vbi limitat, quando ipsa Ciuitas, vel Collegium faceret dictum statutũ, quia non censeretur statuere contra ipsam. l. si peculium. §. sicut. ff. de pecul. & dixi in §. 2. proœm. nu. 39.

Sexto limita, quòd quamuis personarum appellatione non veniat collegium, & communitas, strictè, & proprie; tamen sub lata † & minus propria significatione benè veniunt, Baldus, & Albericus in l. metum autem. §. animaduertendum. num. 5. ff. quod metus causa. Iason in dicta l. si quis maior. num. 10. ff. de transactionibus. Felinus in cap. eam te. num. 15. post medium. vers. *similiter dicunt Imola*, de rescriptis. Tiberius Decianus responso 10. numero 45. volum. primo.

Vnde quamuis Ciuitas, & Collegium proprie, & vere delinquere non valeat, ex quo caret animo, & intellectu, & dolum habere non potest: tamen improprie, & ficte bene delinquere potest, & venit punienda, vt in d. l. metum autem. la 3. §. animaduertendum. ff. de eo, quod metus causa. l. aliud. §. refertur. ff. de regul. iuris, & late tradit Socinus in cap. dilecta, numero 94. cum sequentibus, de excess. Prælatorum. Anton. Gomezius in 3. thomo de delictis. cap. 1. num. 52. 53. & 54. Gregor. Lopez in l. 17. titulo decimo. Partita 7. Acebedus in additione ad Curiam Pisanam. libro 4. cap. 3. per tot. Iulius Clarus in praxi criminali. libro 5. §. finali. quæst. 16. num. 7.

Summaria Glossæ 38.

1 *Clausula*, cuiuscunque dignitatis, status, & gradus, &c. *includit personas, quæ aliàs non venirent, etiam Reges, & num. 2.*

3 *Clausula*, cuiuscunque dignitatis, &c. *solet apponi, vt includat Cardinales.*

4 *Clausula*, cuiuscunque dignitatis, &c. *non includit Cardinales, neque Reges ad effectum regulæ nostræ, & num. 5.*

Cuiuscunque dignitatis, status, grados, ordinis, & conditionis existentibus. gloss. 38.

ISTA clausula, *cuiuscunque dignitatis, status, gradus, &c.* ponitur in text. in cap. quamuis post principium, ibi, *cuiuscunque dignitatis, & præheminentiæ, conditionis, aut status existat, &c.* de officio Ordinarij libro 6. vbi Archidiaconus sub num. 1. verbo, *conditionis*, Ioannes Andreas ante num. 1. Geminianus sub num. 4. Franchus num. 2. dicunt, quòd de sui natura comprehendit personas, quæ aliàs minime 1 † comprehenderentur, videlicet laicos, Clericos, Monachos, seruos, liberos, Christianos, Iudeos, nobiles, & plebeios.

2 Ita vt etiam comprehendat Reges, † prout fuit resolutum in vna Brechinen. Vicariæ coram Ioanne Paulo Ptolomęo, die nona, & vndecima Decembris 1538. teste Gomezio in proœmio regularum Cancellariæ.

riæ. quæst.4.sub num.2.vers.*nam dicta clausula*, vbi in specie fuit dictum comprehendi Regem Scotiæ sub d. clausula.

Dicit idem etiã Gomezius vbi supra, quòd nõ abs re, de stylo, & vsu Curię, quandò Summi Pontifices volunt † Cardinales tacite sub dispositione generali comprehendi, solent eos per clausulas illas generales, *cuiuscunque status, præheminentiæ, gradus, vel dignitatis existant*, includere. 3

Hæc tamen quamuis quoad alios effectus vera sint, non tamen locum habent ad effectum regulę nostrę in Cardinalibus, † cum expresse excipiantur per regulam nostrã, vt in glossa 24. per totam, nec comprehenduntur Reges † collatores, vt dixi in dicta glossa vigesimaquarta, à numero 153. vsque 160. Neque etiam comprehenditur iuspatronatus laicorum, vel mixtum, vt plene in glossa decimaoctaua. Neque alię personæ, quas in præcedentibus glossis non esse comprehensas ostendimus. 4 5

Summaria Glossæ 39.

1 *Priuilegia concessa ad conferendum, tam ad supplicationem, quam ex proprio motu, tolluntur per regulam nostram, quatenus obstant, & num.2.*

3 *Proprius motus, an deroget reseruationi.*

Quomodolibet concessa. glossa 39.

SIVE priuilegia, & indulta conferendi, & prouidendi sint concessa ad instantiam † cuiuscunque supplicantis, siue ex motu proprio Papę, vel alio quocunque modo: nullatenus suffragantur aduersus nostræ regulæ reseruationem. Et ratio quare apponuntur illa verba, *quomodolibet concessa*, est, quia priuilegia concessa ex motu proprio sunt maioris † effectus, fauoris, & efficaciæ, quam concessa ad supplicationem partis, vt plena manu adducit Antonius Gabriel libro sexto commun. opinion. titulo de clausulis, conclusione secunda, per totam, vbi viginti, & septem effectus cumulat, & declarat: & 48. effectus aggregauit Rebuffus in concordata, titulo de forma mandati Apostolici in glossa, *motu proprio*, vbi post Felinum, Socinum, & alios, quos allegat dicit in effectu 25. & Gabriel vbi supra, effectu 15. à numero 86. quòd motus proprius derogat reseruationi, † etiam cum decreto facto: Licet Domini de Rota decisione 29. numero tertio, de prębendis, in nouis, contrarium tenuerint: sed ad remouendam omnem difficultatem pro maiori cautela in reg. nostra, apposita fuere supradicta verba, *quomodolibet concessa*. & vide quę dixi in gl. 46. ex n. 43. 1 2 3

Summaria Glossæ 40.

1 *Dictio, minime, est negatiua vniuersalis, & habet præcisam exclusionem.*

2 *Regula nostra 8. non derogat in totum consuetudinibus, & priuilegijs conferendi, sed dumtaxat effectus illorum, ne suffragentur contra illius dispositionem, suspendit.*

3 *Reseruatio limitata limitatum habet effectum.*

4 *Dictio, huiusmodi, est relatiua præcedentium, cum omnibus suis qualitatibus.*

5 *Regula octaua non inducit simplicem reuocationem priuilegiorum, & consuetudinum, sed limitatam.*

Aduersus reseruationem huiusmodi minime suffragari. glossa 40.

VERBA thematis huius gl. concludunt primam partem principalem regul. nostrę, loquentis de reseruatione octo mensium: & hoc verbum, *suffragari*, determinatur ab illo participio, *volens*, contento in §. volens in supplicationibus, &c. quasi dicat, Papa reseruauit beneficia vacatura in octo mensibus, volens consuetudines, etiam immemorabiles, & quęcunque indulta, & priuilegia aduersus dictam reseruationem minime suffragari, siue quòd nullo modo suffragentur: nam illa dictio, *minime*, est negatiua † vniuersalis, & habet præcisam exclusionem. Baldus per text. ibi in l. si infanti. num. 16. in fine. C. de iure deliberandi. l. minime 23. ff. de legibus, cum alijs. 1

Et considerandum est, quòd regula nostra non derogat in totum dictis consuetudinibus, & priuilegijs, sed dumtaxat effectus † illorum tollit, & suspendit, vt minimè suffragentur aduersus dictam reseruationem, vt in octo mensibus reseruatis vires habe- 2

re

re desinant. Ideoque cessante regula nostra per obitum Papæ, Sede Apostolica vacante, talia priuilegia, & consuetudines reuiuiscēt, & illorum vigore erit locus prouisioni, cum remotum fuerit obstaculum, & impedimentum, vt dixi in §. 5. proœmiali.

Quia sicut reseruatio est limitata ad octo menses, & ad vitam Papæ, sic etiam derogatio, & obstaculum illius, limitatum habet † 3 effectum. l. in agris. ff. de acquiren. rerum dominio. l. age cum Geminiano. C. de transact. l. militis codicillis. ff. de militar. testam.

Pro quo etiam est ponderanda illa dictio, *huiusmodi*, cuius natura est, quòd sit relatiua † 4 præcedētium, cum omnibus suis qualitatibus limitatiuis, glos. verbo, *huiusmodi*, in cap. si Abbatem 36. §. huiusmodi, de electione, in 6. Paris. cons. 12. nume. 32. volum. 3. Rota decis. 319. nu. 4. par. 1. diuersorum.

Vnde Puteus decisione 319. incipit, *eadem die*, num. 4. lib. 1. expresse dixit in terminis regulæ nostræ, quòd non inducit simplicem reuocationem, sed reuocationem limitatam † 5 de beneficijs reseruatis.

Summaria Glossæ 41.

1 *Secunda pars principalis regulæ nostræ incipit ex hac glossa.*
2 *Residentia Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum est grata Papæ.*
3 *Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi non residentes multis plectuntur pœnis; residentes vero pluribus potiuntur priuilegijs, & n. 4. de quibus priuilegijs vide nu. 5. 6 & 7.*
8 *Indultum concessum Archiepiscopo se absentandi per sex menses est exorbitans, & odiosum.*
9 *Residentia Episcoporum, quare sit necessaria?*
10 *Alternatiua conceditur Episcopis in gratificationem residentiæ.*
10 *Gratificare, quid sit.*
11 *Patriarcha vnde dicatur.*
12 *Patriarchæ principales quatuor sunt, qui repræsentant quatuor Euangelistas, & nu. 13.*
14 *Patriarchæ minus principales quot sint hodie, & inter illos numeratur Toletanus. & n. 15.*
16 *Patriarchales Ecclesiæ, quot sint Romæ, & num. 17.*
18 *Patriarchalis, & plusquam Patriarchalis est Ecclesia Sancti Ioānis Lateranen. in qua sunt capita Apostolorum, & num 19.*
20 *Patriarchæ principales pluribus priuilegijs decorantur.*
21 *Papa solus deponit Episcopos.*
22 *Patriarchæ antiquitus sedebant immediate post Papam: hodie vero non, & num. 23.*
24 *Patriarchatus dignitas in dies decreuit, & Cardinalatus creuit.*
25 *Patriarcha defert coram se Crucem, & vtitur pallio.*
26 *Patriarcha est Ordinarius omnium Archiepiscoporum.*
27 *Patriarcha potest concedere pallium Archiepiscopis, suis suffraganeis.*
28 *Patriarcha tantum potest in subditis Archiepiscoporum, quātum Archiepiscopus in subditis suorum suffraganeorum.*
29 *Patriarcha dicitur magnum, & honorabile mēbrum Ecclesiæ.*
30 *Dictio, insuper, interpretatur, idest, præterea.*

Insuper Sanctitas suas ad gratificandum Patriarchis. gl. 41.

NVNC incipit secunda pars † 1 principalis reg. nostræ, quæ loquitur de alternatiua Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis concedenda, quibus quamdiu residentiam fecerint, Papa gratum se reddens concedit sex menses anni, alternatiuè inter ipsum, & illos diuidendos.

Ex quo nota, quòd Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum residentia † 2 est grata Papæ, & versa vice, ipse in retributionem gratificat illis, cum concessione huius alternatiuæ.

Sicut enim illi si non residunt multis plectuntur pœnis, † 3 de quibus in Conc. Triden. sess. 6. cap. 1. de reformat. & sess. 24. de reformatione cap. 1. & in constitutione Pij Quarti, quæ in Bullario est 17. incipit, *de salute gregis Dominici*; sub pridie non. Septembris anni 1560. & in alia constitutione eiusdem Pij Quarti, quæ est in Bullario 115. incipit, *in suprema militantis Ecclesiæ*. de anno 1564. septimo calen. Decembris. Flaminius Parisius de resignatione libro 1. q. 10. num. 32. cum multis sequentibus, & aliquid dixi, in glossa 6. ex num. 275.

Sic etiam, si residunt pluribus potiuntur † 4 priuilegijs, † per dictam constitutionem Pij Quarti concessis, nam pro nullo delicto, aut causa grauissima citari possunt ad personaliter comparendum, nisi adsit ad hoc specialis commissio propria manu Papæ signata, per quam constitutionem declaratur

5 ratur, & ampliatur † Concilium Tridentinum sessione 13. cap. 6. 7. & 8. de reformatione, dum dicit, quòd Episcopus nisi ob causam, ob quam deponendus, siue priuandus veniret, vt personaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatur: Nam dictum Concilium est intelligendum de Episcopis non residentibus, quia illi possunt citari, seu moneri ad comparendum ob causam, ob quam veniant deponendi, seu priuandi. Episcopi autem residentes, etiam si sit causa atrocissima, vt pote hæresis, aut læse Maiestatis, minimè citari possunt ad personaliter comparendum, per quoscunque Iudices ordinarios, vel delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nisi de expressa, ac speciali commissione manu Papæ signata, vt in dicta Constitutione Pij Quarti: vide etiam Concilium Tridentinum sessione 24. de reformatione cap. 5. Flaminium Parisium de resignatione dicto libro primo, quæstione 10. ex numero 38.

Item per eandem Constitutionem 17. Pij Quarti indulgetur Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis residentibus, quòd tan-
6 quam Sedis Apostolicæ delegati, † in quibuscunque causis ciuilibus, & criminalibus, & mixtis contra quoscunque Clericos seculares, particulares: ac etiam Regulares, extra eorum Monasteria degentes, quomodolibet exemptos, auctoritate Apostolica procedere, & causas ipsas cognoscere, fineque debito terminare: & quidquid determinauerint exequi, & obseruari facere valeant: Ipsosque exemptos pro tempore delinquentes, iuxta eorum excessus, punire, & corrigere, & omnem iurisdictionem in eos exercere. Declarat etiam, quòd vbi agitur de morum correctione, nulla appellatio, aut inhibitio executionem suspendat, vt latius in dicta constitutione continetur: Per quam similiter ampliatur, & declaratur Concilium Tridentinum sessione sexta, de reformatione. cap. 3. & sess. 13. c. 1. & sess. 24. c. 10. de refor. de quo vide Puteũ decisione 213. & decis. 239. lib. 3.

Rursus eadem Pij Quarti constitutione sancitur, quòd memorati Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi residentes, sint exem-
7 pti, † liberi, & immunes ab omnibus decimis, subsidij, & alijs oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, quomodolibet nuncupatis, per Sedem Apostolicam, etiam consistorialiter, & motu proprio, vel ad instantiam Regum, & Principum, quomodolibet, & ex quauis etiam, quantumuis vrgentissima causa, ac pia, ac necessaria, etiam pro defensione fidei Catholicæ impositis, & imponendis: de quo vide Bellencinum in tract. de charitatiuo subsid. quæst. 66.

Vnde consuluit Mandosius cõsil. 21. num. 1. quòd indultum concessum Archiepiscopo, se absentandi à propria diœcesi per sex men-
8 ses, est exorbitans, & odiosum, † tanquam omni iuri contrarium.

Tenentur namque Patriarchæ, Archiepi-
9 scopi, & Episcopi, † oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique diuini prędi catione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo, pascere; pauperum aliarumque miserabilium personarum, curam paternam gerere: Et in cætera munia pastoralia incumbere: Quæ omnia, nequaquã ab ijs, præstari, & impleri possunt, qui gregi suo nõ vigilant, neque assistũt, sed mercenariorum more deserunt. c. Ephesijs 43. dist. c. sicut 7. q. 1. c. qui Episcopatũ, 8. q. 1. c. præcipue 11. q. 3. c. gloria Episcopi. 12. q. 12. ac optimè disponitur in Concilio Trid. sess. 23. de reformatione. c. 1. in principio, & sess. 6. de reforma. & residen. Prælator. cap. 1. vers *implere autem*. Ferrettus consilio 32. num. 14. cum sequentibus. Hieron. Gigans in suo tractatu de residentia Episcoporum. c. 2. Ac per totum d. tractatum.

10 Itaque vt dixi, Papa gratificat † Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis residentibus, concedendo illis collationem alternatiuam in sex mensibus anni: Gratificare enim, est gratum facere, cap. in domo. §. sic itaque, & ibi glossa, verbo, *gratificauit*. de pœnitentia, distinctione 4. Et gratificauit nos Deus in dilecto Filio suo. Paulus ad Ephesios capit. primo, & plura tradit Rebuffus ad concordata in rubrica de collationibus. §. statuimus. il 1. in glossa, verbo, *gratificare*.

Quatenus glossa nostra loquitur de Patriarchis, scire debes,
11 quòd Patriarcha dicitur ab archos † nomine Græco, quòd est Princeps, idest Princeps Patrum. cap. cleros. §. ordo Episcoporum. 31. distinctione. Gambarus in tractatu de legat. lib. 2. num. 11.

12 Patriarchæ, sunt quatuor principales † videlicet, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, capit. antiqua, vbi omnes tradunt, de priuilegijs. cap. renouantes. cap. diffinimus 22. distinct. lex 12. titulo 5. Partita 1.

Et isti quatuor Patriarchæ repræsentant
13 quatuor Euangelistas † in Ecclesia Dei. text. in cap. scriptum 40. de electione. Roma. cons. finali. seu sermone incipienti, *vos estis lux mundi*, num. 20.

Alij autem Patriarchæ sunt, non ita prin-
14 cipales, † nempe Toletanus, Aquilegien Biturcien. Graden. de quibus per glossam in dicto capitulo Cleros. §. ordo Episcoporum, verbo, *Archiepiscopis*, & Archidiaconus, & cæteri ibidem. Speculator titulo de dispen-

dispensatione. §. sunt quoque, nume. 2. Gambarus, vbi supra, n. 14. Qui etiam addit alios duos Patriarchas, scilicet Pisan. & Cantuarien. Hieronymus Gigans, in dicto tracta. de residentia Episcoporum. cap. 18. num. 10. vbi subdit, quòd hodie in locum Patriarchatus Graden. qui fuit extinctus, quia etiam illa Ciuitas desolata est, est creatus à Nicolao V. Patriarcha Venetiarum. Hodie etiam adest alius Patriarcha Indiarum, seu noui mundi, cuius dignitas fuit erecta à fel. recor. Paulo III. Quibus in locis prædicti Doctores
15 tradũt, quòd reliqui omnes † Patriarchæ præter dictos quatuor principales, potius dicuntur primates, & impropriè nuncupantur Patriarchæ, ac Gregorius Lopez per tex. ibi in d. l. 12. gloss. fin. tit. 5. Partita 1. Et in his Patriarchis minus principalibus procedit, quòd fertur, inter Primates, & Patriarchas nullam esse differentiam, sed verbalem tantum, vt per Gigantem de residen. Episcopo. cap. 18. numero 5.

Similiter in Vrbe Romana sunt quinque
16 Ecclesiæ † Patriarchales, Sancti Ioannis Lateran. Sancti Petri in Vaticano, Sancti Pauli, Sanctæ Mariæ Maioris, & Sancti Laurentij extra muros, vt plene scripsit Albericus in rubrica de statu hominum. num. 6. Vbi per totam illam rubricam numerat titulos omnium Cardinalium, Archiepiscoporum, & Episcoporum mũdi. Archidiaconus in c. fundamenta. n. 8. Ioannes Monachus, numero 6. Probus num. 8. Ioannes Andreas, nume. 4. & cæteri, de electione, in 6. Glossator Antiquus in regula 7. Cancellariæ post principium: Vbi referunt, quòd secundum nonnullorum
17 opiniones, in Vrbe non sunt nisi quatuor † Ecclesiæ Patriarchales, quia Vrbs est composita ad modum Orbis, & sicut in orbe non sunt nisi quatuor veræ Ecclesiæ Patriarchales, quæ numerantur in dicto cap. antiqua: Sic etiam in Vrbe nõ sunt nisi quatuor dumtaxat, quia Ecclesia Sancti Ioannis Lateranen. non connumeratur inter Patriarchales.

Hoc tamen potest intelligi, vt non numeretur inter illas æqualiter, vt sit Patriarcha-
18 lis dumtaxat, † sed quòd sit aliarum Ecclesiarum Regina, & Caput. Nam sicut Papa est Princeps Patriarcharum, ita Ecclesia Sancti Ioannis, cuius est sponsus, & Episcopus Papa, debet esse Princeps aliarum Ecclesiarũ Patriarchalium, & principalior in Vrbe, & Orbe: Quia prius fuit fundata, & quia in ea
19 sunt Capita † SS. Petri, & Pauli Apostolorum Principum. argumento l. cum in diuersis. ff. de religios. & sumpt. funerum. Ac multo magis cessat hodie controuersia antiqua per Doctores tradita in dicto cap. fundamenta, de electione, in 6. super præcedentia inter Ecclesiam Sancti Ioannis Lateranen. & Sancti Petri in Vaticano, cum post longas disputationes fuerit in Rota iudicatum coram Sarmiento ad fauorem Ecclesiæ S. Ioannis.

Isti autem quatuor Patriarchæ principales, de quibus in dicto cap. antiqua, habebant
20 plura † priuilegia ad instar Papæ, Nã Episcopos deponere poterant, glossa 1. in cap. renouantes 22. distinct. c. suspecti 3. quæst. 5. Cardinalis, in clem. in plerisque, in principio, nu. 16. de electione.

Hodie verò tale priuilegium recessit ab aula: quia vltra quòd ante Concil. Trident. hoc minime licebat Patriarchis, vt docet Andreas Gambarus in tractatu de legato, libro 2. nume. 16. & 18. Post Concil. Tridenti-
21 num, caret difficultate, quia solus Papa † potest deponere Episcopos, vt in sessione 13. de reformatione, cap. 8. & sessione 24. de reform. cap. 5.

Item Patriarcha debet sedere, & insedere
22 immediate † post Papam ante Cardinales. Abbas in dicto cap. antiqua, num. 6. de priuilegijs, post Hostien. & alios ibidem. Præpositus in cap. diffinimus 22. distinctione. Hieronymus Gigans in tractatu de residentia Episcoporum, cap. 18. numero 7. Cassaneus in cathalog. gloriæ mundi 4. par. considerat. 9. in principio, quod etiam expresse cauetur per constitutionem 5. Eugenij IIII. in fin. in Bullario contentam.

23 Sed, & hoc priuilegium euanuit, † quia contrarium absque vlla controuersia seruari videmus. Nam omnes Cardinales, tam qui sunt Episcopi, quàm Presbyteri, & Diaconi, præcedunt omnes Patriarchas: Dignitas namque Cardinalatus in dies crescit, &
24 Patriarchatus decrescit, † postquam dictæ quatuor Sedes Patriarchales sunt in manibus infidelium, & hæreticorum, vt dicit clemen. Sancta Romana Ecclesia, vers. *super hoc*, de electione, inter communes. Gambarus, vbi supra, nu. 19. Romanus in consil. finali, seu sermone ex num. 3.

Item Patriarcha habet priuilegium, vt
25 deferat Crucem ante se, & palio vtatur, † dummodo non sit in præsentia Papæ, vel eius legati, qui vestibus Pontificalibus vtatur, vt in dicto cap. antiqua, vers. *seruata*. & vers. *Dominicæ*. vbi notat Antonius, & Abbas vterque numero 1. & dicit dicta lex 12. titulo 5. Partita 1.

26 Similiter Patriarcha est Ordinarius † omnium Archiepiscoporum, & Episcoporum, qui suffraganei Patriarcharum dicuntur, vt ex dicto cap. antiqua notant Doctores. Antonius de Butrio, num. 3. Abbas num. 2. in fine, & num. 3.

27 Ideo Patriarcha potest concedere † palium Archiepiscopis illius suffraganeis, vt probat textus in dicto capitulo antiqua, &

dicta

dicta lex 12. titulo quinto, Partita prima.

28 Sic etiam Patriarcha tantum potest † in subditis Archiepiscoporum, quantum potest Archiepiscopus in subditis suffraganeorum, cap. conquestus 9. quest. 3. Gambarus in dicto tractatu de legato libro 2. num. 27. Abbas in dicto cap. antiqua, sub num. 3. de priuilegijs.

Dicitur etiam Patriarcha, magnũ, & hono-
29 rabile membrum Ecclesiæ † cap. solite. §. hoc autem, de maiorit. & obedien.

Reliqua de Patriarcharum materia, & illorum præstantia, lege per Matthiam Vgoni in suo peculiari tractatu de præstantia Patriarchali, in thomo 13. tractatuum Doctorum. Cassaneum, & alios per eum citatos in cathalogo gloriæ mundi 4 par. considerat. 9. ac Anastas. Germon. de sacrorum Immunitat. lib. 3. cap. 7. per totum.

30 Denique circa illam dictionem, *insuper.* † contentam in principio thematis nostri, adde, quòd interpretatur, idest præterea, c. statutum. §. insuper, de rescript. in 6. l. 1. C. communia, de legat. §. alia insuper, institut. de donation. Rebuf. in concordata rubrica de collationibus. §. 1. gl. verbo, *insuper.*

Summaria Glossæ 42.

1 *Alternatiua nostræ regulæ, solum conceditur Archiepiscopis, & Episcopis, non vero Capitulis, nec alijs, num. 2. & hodie cessant decisiones antiquæ, & num. 3.*

4 *Alternatiua olim acceptata per Episcopum proderat ac nocebat Capitulo, quamuis collatio non esset simultanea.*

5 *Alternatiua hodierna cessat in beneficijs, quæ non sunt liberæ collationis, licet antea secus erat.*

6 *Vicarius Episcopi gaudentis alternatiua, an possit conferre vigore alternatiuæ, quando habet generalem facultatem conferendi, & nu. 7. & 10. vbi quid de Vicario Cardinalis vigore indulti.*

8 *Vicarij habentes generalem potestatem conferendi non possunt conferre beneficia, quæ vigore priuilegij ad Episcopum spectant.*

9 *Alternatiua nostræ regulæ, an sit priuilegium.*

11 *Cap. Statutum, de præbend. lib. 6. declaratur, & num. 12.*

13 *Alternatiua non dicitur proprie priuilegium, & num. 14.*

15 *Archiepiscopus dicitur Episcoporum Princeps, & Iudex ordinarius illorum, & numero 16.*

17 *Archiepiscopus est Iudex competens in causis subditorum sui suffraganei in 31. casibus remissiue.*

18 *Episcopus vnde dicitur.*

19 *Episcoporum appellatione veniunt Patriarchæ, & Archiepiscopi: & ideo quæ in hoc commentario dicuntur de Episcopis, etiam sunt de Patriarchis, & Archiepiscopis intelligenda, & nu. 20.*

Archiepiscopis, & Episcopis intenta. glossa 42.

NOTA ex verbis regulæ nostræ, quòd alternatiua mensium solummodo conceditur Patriarchis, de quibus in glossa præcedenti, & Ar-
1 chiepiscopis, † & Episcopis in themate nostræ glossę contentis; non autem conceditur Capitulis, & Archidiaconis, nec alijs collatoribus,
2 † qui ex consuetudine priuilegio, seu statuto habent ius conferendi, vt patet, tùm ex eo quòd soli Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi exprimuntur, tùm etiam quia postea ponuntur verba taxatiua, *ipsis*, & *dumtaxat.* & ita fuit decisum in causa Salmantina alternatiuæ, 27. Nouembris 1581. coram Robusterio, & aliàs sæpius, ac scripsi in glo. 24. num. 48. & 49.

Vnde hodie stante tenore modernę regu-
3 læ, iam † cessant decisiones Acchilles de Grassis 3. de præbendis. Putei 88. lib. 3. & Rotæ diuersorum lib. 3. par. 3. decis. 12. dicentes, quòd Capitula Cathedralium gaudere poterant alternatiua mensium, & quòd Episcopus tanquam dignior, & Caput, poterat illam acceptare, etiam inuito Capitulo, prout etiam consuluit Hieronymus Gabriel cons. 197. num. 2. lib. 1. & scripsit Simonetta iuncta additione, in tractatu de reseruatione quæst. 71. ex num. 3.

Quod etiam procedebat, siue collatio es-
4 set simultanea † inter Episcopum, & Capitulum, siue fuissent diuisi menses ordinarij ex concordia inter Episcopum, & Capitulum, vt per Puteum d. decis. 88. in fine, lib. 3.

Ratio est, quia alternatiua antiqua non erat restricta ad solos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, sicut restringit regula nostra, sed omnibus collatoribus concedebatur.

Prout etiam regula nostra denegat alternatiuam ipsis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in beneficiis, quæ ad liberam il-

lorum

lorum collationem non spectant, vt in illa legitur, & in suo loco dicetur, quòd secus erat
5 in alternatiua antiqua. † Puteus decis. 472. sub num. 2. & per totam, lib. 2. Rota dicta decis. 12. num. 3. lib. 3. par. 2. diuersorum.

6 VNDE oritur quæstio, an Vicarius † Patriarchę, Archiepiscopi, vel Episcopi, qui habet potestatem conferendi quęcumque beneficia, possit etiam coferre beneficia liberæ collationis vacantia in mensibus alternatiuis illorum, videlicet Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris, & ratio dubitandi duplex est.

Prima ex textu in cap. statutum 3. de prę-
7 bendis, libro 6. nam dum † tex. ille moderatur rigorem, cap. 2. præcedentis, reseruantis omnia beneficia vacantia apud Sedem declarando, quòd procedat nisi lapsus fuerit mensis a die vacationis: quia lapso mense collator ordinarius posit talia beneficia in Curia vacantia conferre: Disponit idem tex. quòd collatio fiat tantummodo per se ipsos; non autem per suos Vicarios, nisi in certo casu: Sic etiam cum ista alternatiua moderetur rigorem reseruationis, & concedat Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis facultatem conferendi beneficia liberæ collationis in mensibus alternatiuis, videtur intelligenda de collatione per se ipsos facienda; non autem per illorum Vicarios.

Altera est quòd in generali potestate con-
8 cessa Vicarijs, non veniunt illa, † quæ vigore priuilegij Archiepiscopo, seu Episcopo competunt. Rota decis. 9. de officio Vicarij, in antiquis, & decis. 3. eodem titulo, in antiquioribus Besigneti. Felin. in cap. pastoralis. §. quoniam, sub num. 1. de rescriptis. Rebuff. in praxi titulo de forma Vicariatus nu. 159. cum sequentibus.

Ideoque cum concessio alternatiuę sit pri-
9 uilegium, † ex quo ordinaria facultas erat impedita. Mohedanus decis. 1. num. 2. de concessione præbendę: non vtique videtur, quòd talis Vicarius possit huiusmodi beneficia conferre, vigore dictę potestatis generalis.

Præmissis tamen minime refragantibus,
10 contraria sententia est verior, † & tenenda, prout eam tenuit Rota in vna causa Portugalen. de Galeres 25. Octobris 1546. teste Puteo decis. 488. incipit, *die Veneris*. lib. 2. Ratio est quia clausula generalis, ad conferendum quæcumque beneficia vacatura, prout ipse concedens conferre poterat, comprehendit huiusmodi beneficia, quæ poterat conferre ipsemet Archiepiscopus, seu Episcopus vigore alternatiuę, quia tota potestas est trãslata in Vicarium, quamuis non exprimatur, quod conferret beneficia vacatura in mensibus ordinarijs vigore alternatiuę, vt declarat idem Puteus d. decis. 488. num. 2. & 6. Sicut etiam Vicarius Cardinalis habens potestatem conferendi, poterit conferre omnia beneficia, quę d. Cardinalis vigore indulti de super postea concessi conferre posset, vt per Anastas. Germon. de indulti. §. tibi quoad vixeris, num. 40.

Neque obstat cap. statutum de præbend. lib. 6. quia in casu illius tex. expresse dicitur, quòd collatio fiat per ipsos collatores, quòd non dicitur in regula nostra: & sic potius facit dictus textus pro hac parte, quia si Papa aliud voluisset, expressisset, prout fe-
11 cit in d. cap. statutum: † non expressit, ergo noluit. l. apud Labeonem. §. ea enim. ff. de iniurijs c. ad audientiam 12. de decimis. Cassador. decis. 24. num. fin. super regulis Cancellarię. Caputaquen. decis. 92. num. 4. p. 1. Vnde dicitur, quòd expressa nocent, non expressa non nocent. l. non nunquam. ff. de condit. & demonstrat. l. expressa 155. ff. de regulis iuris.

Immo etiam in casu d. cap. statutum dicitur, quòd collatoribus agentibus in remotis,
12 per suos Vicarios † generales in eorum diœcesibus existentes, valeant talia beneficia conferri.

Minus obstat dicere, quòd in generali potestate concessa Vicario non veniunt ea, quæ competunt vigore priuilegij, quia respondit ipse Puteus d. decis. 488. num. 5, lib. 2. quòd
13 per alternatiuam nullum priuilegium † Episcopis conceditur, sed tantum obstaculum, & impedimentum remouetur. Cassadorus decis. 8. num. 6. & 10. de præbend. & decis. 3. n. 2. & 4. & decis. 4. n. 2. de priuilegijs. Put. de cis. 205. & 215. & 222. lib. 1. & decis. 492. nu. 1. & 2. libro 2. & decis. 93. sub num. 2. & decis. 140. in fine, & decis. 163. & decis. 190. nu. 3. & decis. 226. num. 2. lib. 3. Cresćentius decis. 11. de priuilegijs. Caputaq. decis. 214. parte 2. Ioannes Paulus decis. 28. Mandos. in regula 11. quæst. 11. num. 2. 3. & 4: & faciunt ea, quæ dixi in §. 5. proœmiali, num. 123. & 124. & in glossa 24. num. 7. & 66. & in gl. 35. n. 14. & 15. & dicam in gl. 56. & 58.

Neque obstat d. decis. Mohedani 1. num. 2. de concessione prębendę, dum appellat pri
14 uilegium † hanc alternatiuę concessionem, quia respondetur, quòd verior est contraria sententia, quòd non sit priuilegium, nisi remotio obstaculi ex supradictis, & passim seruat Rota: vel possumus dicere, quòd lato modo, & minus proprie dicatur priuilegium vt per eumdem Mohedanum decis. 3. num. 1. de rescriptis, ac declarat Mohedanus in eadem decisione prima, num. 3. de concess. præbend. quod nota ad plures effectus, qui quotidie occurrunt.

Et quatenus in hac glossa agitur de Archiepiscopis, & Episcopis adde, quòd Archiepi-

15 chiepiſcopus † dicitur Epiſcoporum Princeps, ab Archos quod eſt Princeps, cap. cleros. §. omnes autem 21. diſtinctioneEt ideo
16 dicitur iudex ordinarius† Epiſcoporum ſuffraganeorum, cap. ſi Clericus 11. queſt. 1. gloſſa verbo, *Comitibus*. in fine, in cap. 1. 99. diſtinctione, gl. 1. & ibi Abbas num. 2. in cap. paſtoralis, de officio ordinarij, vbi dicta gl. cumulat plures caſus, in quibus Archiepiſcopi ſunt iudices competentes in cauſis ſubditorum ſuis ſuffraganeis. Et triginta, &
17 vnum caſus † nouiſſime congerit Marcus Antonius Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali cap. 86. per totum: Ac de prerogatiua Archiepiſcoporum vide plura per Caſſaneum in cathalogo gloriæ mundi 4. par. conſideratione 20. cum duabus ſequentibus. Alia etiam plura de Archiepiſcoporum excellentia. Vide per D. Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunitatibus, lib. 3. c. 7. per totum.

Epiſcopus autem dicitur ab Epi, qui
18 eſt ſupra, † & ſcopos, quod eſt intendere, ideſt ſuperintendens, & Speculator, cap. cleros. §. Epiſcopus 21. diſtinctione. Hieron. Gigans in ſuo tractatu, de reſidentia Epiſcoporum, cap. 1. nu. 1. cum ſequentibus, vbi infinita cumulat per totum illum tractatum de excellentia nominis, & dignitatis Epiſcopalis, & Bertachinus in ſuo copioſo tractatu, de Epiſcopo, per tot. illum. Et D. Anaſtaſ. Germon. vbi ſupra, cap. 8. per totum.

Vnum tamen non omittendũ cenſui, quòd
19 Epiſcoporum † appellatione, etiam in materia ſtricta, & pœnali veniunt regulariter Patriarchæ, & Archiepiſcopi, cap. cleros. §. omnes autem 21. diſtinct. gl. ſingularis per tex. ibi in cap. quia periculoſum, verbo, *de Epiſcopis*. de ſenten. excom. lib. 6. vbi Franchus, nu. 2. & reliqui ſcribentes. Dominicus Geminianus in cap. 1. in principio, num. 6. de priuilegijs, libro 6. vbi pari ratione dicit idem de primatibus, Quòd nota, vt omnia, quæ breuitatis cauſa de Epiſcopis in hac regula dixerim pariter de Patriarchis, & Archiepiſcopis intelligas.

Summaria Gloſſæ 43.

1 *Alternatiua non ſuffragatur Epiſcopo non reſidenti, nam ponderanda ſunt verba illa*, vere, & perſonaliter.

2 Reſidere, *verbum non eſt amarè intelligendum, vt Epiſcopus nunquam recedat, & num. 68.*

3 *Abſens ex iuſta cauſa abeſſe non dicitur, & num. 63.*

4 *Caſualiter qui abeſt, abeſſe non dicitur.*

5 *Abeſſe non dicitur ſtatim reuerſurus.*

6 *Vxor breui reuerſa, diuertiſſe non videtur.*

7 *Carceris fractor non dicitur, qui breui tempore redit, & num. 8.*

9 *Reſidens in Romana Curia habetur pro præſenti in diœceſi.*

10 *Loco in, cenſetur eſſe, qui parum diſtat ab illo.*

11 *Perſona eſt, vbi amat, non vbi animat.*

11 *Sedem mutare non dicitur, qui non mutat mentem.*

12 *Alternatiua gaudendi ad effectum non ſufficit præſentia ficta. & n. 27.*

13 *Præſentia alicuius quando requiritur, debet eſſe vera non ficta, & 22.*

14 *Dictio*, quamdiu, *diuidit tempora veræ, & fictæ reſidentiæ, & n. 138. & 144.*

15 *Dicto*, vere, *excludit omnem fictionem, & numero 16.*

17 *Abſens quando habetur pro præſente, eſt per quandam fictionem, & numero 18. & 20. & 170.*

19 *Abſens dicitur, qui non eſt eo in loco, in quo petitur: ſicut & ille dicitur præſens, qui præbetur ſensus corporis.*

21 *Fictio nunquam conuenit cum veritate.*

23 *Dictio*, perſonaliter. *eſt præciſa, & requirit veram, & realem reſidentiam.*

24 *Dictio*, dumtaxat. *eſt exclusa fictæ reſidentiæ, & tacite inerat in hoc caſu, & num. 25.*

26 *Taxatiuæ dictiones formam important.*

28 *Aliud eſt vere reſidere, & aliud habere pro reſidente, & aliud eſſe Patrem, ſeu filium, & aliud pro tali haberi.*

29 *Aliud eſt Ciuem eſſe, & aliud Ciuem cenſeri.*

30 *Aliud eſt eſſe ingenuum, & aliud ingenuitatis ius habere.*

31 *Aliud eſt eſſe perpetuum, & aliud eſſe tanquam perpetuum.*

32 *Aliud eſt eſſe mortuum, & aliud pro mortuo haberi.*

33 *Aliud eſt eſſe expreſſum, & aliud haberi pro expreſſo.*

34 *Aliud eſt eſſe exemptum, & aliud priuilegia exemptionis habere.*

35 *Aliud eſt adeſſe priuilegium, & aliud immemorabilem habentem vim priuilegij.*

36 *Aliud eſt eſſe Religioſum, & aliud Religioſi ius habere.*

37 *Aliud eſt eſſe falſarium, & aliud tanquam falſarium puniri.*

38 *Aliud eſt non eſſe factum, & aliud haberi pro infecto.*

39 *Aliud eſt palinodiam formiter recantare, ac se dedicere, & aliud per æquipollens fieri, & num. 40.*

41 *Alternatiuam acceptare nequit Epiſcopus abſens a diœceſi.*

41 *Absens Episcopus per modicum tempus, causa recreationis non gaudet alternatiua de illo tempore.*

42 *Alternatiua an gaudeat Episc valde momẽta nè, & modicè, ac ex vrgenti causa absens, & casus in facto contingens adducitur vsq. n. 84.*

43 *Animus de facili mutatur ad effectum fruendi alternatiua, & fraudibus est obuiandum.*

44 *Apud diœcesim esse dicitur, qui prope diœcesim est. & exemplum adducitur.*

45 *Apud Sedem dicuntur vacare beneficia, quæ vacant in locis vicinis Curiæ, & agitur de intellectu cap. præsenti, de præbend. in 6. & num. 46.*

47 *Vicinitatis causa contrahitur quædam coniunctio, & communio quoad pœnam, mores, & premium.*

48 *Diœcesis territorium in conspectu habere, an sit in consideratione.*

49 *Possessio oculis, & aspectu acquiritur.*

50 *Residere minus est quam interesse.*

51 *Illico fieri illud dicitur, quòd intra triduum fit.*

52 *Momentaneum temporis interuallum non inducit, actuum, nec locorum diuersitatem, & num. 53.*

54 *Continenti quæ fiunt, inesse videntur.*

55 *Minimum interuallum, ac minima distantia attendi non debet.*

56 *Continuum recipit aliquod interuallum.*

57 *Causa iustissima breuissimæ absentiæ, an releuet, & num. 58,*

59 *Gratiæ sunt reddendæ pro bonis operibus.*

60 *Rex Hispaniæ est Patronus Ecclesiarum Cathedralium.*

61 *Residere an dicatur in Ecclesia, qui occupatur in visitatione Patroni Ecclesiæ.*

62 *Necessitatis casus nulla lege includitur.*

64 *Animus residendi, an consideretur ad effectum gaudendi alternatiua.*

65 *Ratio debet esse æqualis in contrarijs.*

66 *Lex non debet esse dura, nec scrupulosa.*

67 *Summum ius, summa iniuria, & ius est.*

68 *Legis verba non sunt amare intelligenda, sed cum temperamento, nec etiam debent Iudaice interpretari.*

68 *Sanguinem elicit, qui multum emungit.*

69 *Expressum esse dicitur, quod responderet legislator, si interrogatus fuisset.*

70 *Verba,* vere, & personaliter. *posita fuere ad obuiandum fraudibus.*

71 *Cessante ratione legis cessare debet dispositio.*

72 *Verba,* vere, & personaliter. *recipiunt interpretationem passiuam a iure communi, & ciuiliter intelligi debent.*

73 *Verba legis, licet sint præcisa recipiunt modificationem, & limitationem ab æquitate.*

74 *Aequitas est mater exceptionis.*

75 *Principium mensis, vel anni, an attendi debeat, & num. 76. & 78.*

77 *Legatum annuum relictum vxori, quandiu non nupserit debetur integrè, licet intra duos menses nubat, & vide n. 144.*

79 *Episcopus in iure conferendi innititur iure communi.*

80 *Dubia lex, vel constitutio quando est, recurri debet ad ius commune.*

80 *Alternatiuæ concessio est fauorabilis.*

81 *Cardinalis absentis à Curia, causa venationis, consensus requiritur in terminis regulæ 32. & 16. & num. 82.*

83 *Opinio authoris in d. quæstione concluditur, & Rotæ decisio adducitur.*

84 *Absens causa Reipublicæ antea gaudebat alternatiua, hodie vero non, & n. 85. & 86.*

87 *Residentia Episcopi de tempore vacationis, an teneatur probare prouisus ab ordinario, qui vti actor fundat intentionem suam in alternatiua, & concluditur quòd sic, & n. 92.*

88 *Residere præsumitur Episcopus in sua Ecclesia, sicut maritus cum vxore, cum ratione officij teneatur residere, & num. 89. & 164.*

90 *Loco in illo, in quo beneficiatus residere tenebatur præsumitur beneficij vacatio: sicut in illa ciuitate præsumitur quis habitare ex qua est.*

91 *Probari satis dicitur, quod constat per præsumptiones.*

93 *Residentia non est minus probanda, quam acceptatio alternatiuæ à fundante se in illa vti actore.*

94 *Qualitatum plurium quando requiritur probatio, non sufficit probare vnam sine altera.*

95 *Præsentia, seu absentia semper est probanda à fundante se in illa, nec sufficit sola iuris præsumptio.*

96 *Residentia de Episcoporum non satis confidens Papa concessit alternatiuam, cum onere residendi.*

97 *Præsentia in quando quis se fundat, potius præsumitur absentia, & è contra.*

98 *Prouisus ab ordinario, tanquam actor tenetur plenè probare suam intentionem ad excludendum prouisum Apostolicum reum, & num. 99.*

100 *Probatio residentiæ facienda per prouisum ab ordinario, an debeat esse concludens, & plura in proposito adducuntur.*

101 *Probatio non residentiæ fienda per prouisum Apostolicum debet esse plena.*

102 *Prouisus a Papa de beneficio vacante in mense Martij, vel Septembris, an teneatur probare residentiam in mensibus præcedentibus, & num. 104.*

103 *Aequalitas est semper seruanda.*

105 *Alternatiuæ per abusum Episcopus redit ad quatuor menses.*

106 *Acceptatio alternatiuæ est quædam permutatio mensium, & quasi contractus, & n. 107.*

108 *Acceptatio alternatiuæ censetur facta cum omnibus suis qualitatibus.*

109 *Menses Martij, & Septembris semper sunt Pa pæ, siue resideat Episcopus, siue non, & nu mero* 112.

110 *Absentia Episcopi in sui odium habetur pro præsentia.*

111 *Absentia Episcopi licet ipsum priuet alternati ua, tamen non potest præiudicare Papæ.*

113 *Episcopis non debet licere frui, mense Februa rio propter præsentiam, & Martio propter ab sentiam, & sic de similibus.*

114 *Alternatiua concessa ad inuitandum Episco pos ad residendum non debet contrarium effe ctum operari.*

115 *Menses Martij, & Septembris semel reseruati, semper remanent reseruati, & num.* 137. *&* 155.

116 *Alternatiua, an desinat gaudere Episcopus non residens in mensibus Iunij, & Decembris.*

117 *Menses Iunij, & Decembris semper sunt ordinarij.*

118 *Meum quod est, amplius effici meum non potest.*

119 *Collatio facta in mensibus Iunij, & Decembris potius censetur facta vigore primæui iuris, quam alternatiuæ.*

120 *Alternatiua nihil de nouo confert.*

121 *Episcopi gaudentes alternatiua possunt confer re beneficia, quæ non sunt liberæ collatio nis in mensibus Iunij, & Decembris.*

122 *Concessum sub conditione residentiæ, censetur sub conditione contraria denegatum.*

123 *Dictio,* quamdiu *importat conditionem.*

124 *Menses sex, dum Papa Episcopis concedit, sibi reseruat alios sex.*

125 *Determinatio vna respiciens plura determina bilia, facit, quòd omnia pariformiter termi nentur.*

126 *Qualitas eadem qualificat omnia sub vna ora tione contenta.*

127 *Contractus à principio est voluntarius, sed ex post facto necessarius.*

128 *Acceptare alternatiuam voluntarium est, sed residere in omnibus mensibus est necessarium.*

129 *Augmentum mensium concessorum acce ptantibus alternatiuam, compensatur cum obligatione residendi.*

130 *Alternatiuæ concessio modicum plus dat Epi scopis.*

131 *Residentia est fauorabilis, cum sit de iure di uino, & num.* 164.

132 *Commodum vbi non datur, neque dari debet periculum.*

133 *Episcopus acceptans alternatiuam, an propter absentiam fruatur mensibus Martij, & Se ptembris, & nu.* 134.

135 *Episcopus non residens non perdit alternati uam, sed pro illa vice desinit gaudere illius commodo.*

136 *Absentia Episcopi in principio mensis, an im pediat Episcopum, quod conferre non possit in reliquo eiusdem mensis, si tunc tempore va cationis residebat,*

138 *Dictio,* quamdiu. *an sit apposita mensi inte grali.*

139 *Mensis vnicus, & idem, non debet esse partim reseruatus, & partim non, & nu.* 140.

141 *Episcopo competit collatio beneficij vacantis in mense alternato, & de tempore quo re sidet.*

142 *Vacationis tempus attenditur ad effectum, vt intret alternatiua.*

143 *Qualitas adiuncta verbo regulatur secundum tempus verbi.*

144 *Legatum relictum vxori, quamdiu vidua re manserit debetur pro rata temporis viduita tis, vide supra, num.* 77.

145 *Mensis quilibet habet suas partes, & dies se paratos.*

146 *Die in qualibet dicuntur septem horæ Cano nicæ, & in vna potest dari interessentia, & lu crari, & in alia non, & nu.* 147.

148 *Parte, ad partem, eadem ratio militat, quæ de toto, quoad totum.*

149 *Collatio facta ab Episcopo in principio mensis, & tempore congruo, non corruit, quamuis in eodem mense residere desinat.*

150 *Collatio non debet esse conditionalis, sed pura.*

151 *Mensis in principio, residere non sufficit Epi scopo, vt postea si absens sit, gaudeat alterna tiua.*

152 *Residentia continuata totius mensis, quòd esse deberet, si Papa noluisset, expressisset.*

153 *Fauorabilis est alternatiuæ concessio, & am plianda.*

154 *Beneficium Principis est plenissime contra con cedentem interpretandum.*

155 *Decisiones allegantes alias decisiones, sunt in telligendæ secundum terminos illarum.*

156 *Domus composita ex area, & superficie est vnum integrale, & indiuiduum ad effectum præscriptionis.*

157 *Grex compositus ex pluribus ouibus furtiuis, & non furtiuis, potest partim vsucapi, & par tim non, quia singulæ partes suam causam ha bent.*

158 *Mensis singulæ partes, habent suam diuersam naturam ad instar gregis.*

159 *Menses dati Episcopis acceptantibus alterna tiuam, semper sunt ordinarij, licet ob non re sidentiam ad Papam spectet collatio.*

160 *Res eadem diuerso iure censetur, & regulatur quando diuersa militat ratio.*

161 *Episcopus residens in sua diœcesi per totum mensem Aprilis, an possit prouidere vigore alternatiuæ, quando habet animum postmo dum recedendi, & nu.* 173.

162 *Residere is dicitur in loco, qui continue ibi mo ratur.*

163 *Ecclesia propria, & diœcesis est originalis, & natu-*

naturalis habitatio Episcopi, ad instar mariti, & vxoris.

164 Residere tenentur in propria Ecclesia, vel diœcesi de iure diuino omnes Episcopi, etiam Cardinales, nec excusantur ratione officij Inquisitoris maioris.

165 Episcopus semper dicitur esse in propria Ecclesia, & Eceleſia in Episcopo.

166 Domicilium proprium habet Episcopus in sua Ecclesia, & diœcesi. Et in pluribus locis potest quis habere domicilium.

166 Animus talis esse præsumitur, qualis de iure esse debet.

167 Residendi maior obligatio est tempore Quadrageſimæ, & Paschatis.

168 Casualiter adesse minime dici potest, qui quolibet anno tempore Quadrageſimæ, & Paschatis adest.

169 Fictio est dicere, quòd casualiter absens, præsens esse dicatur. Nam veritas est in contrarium, & num. 170.

171 Oppositorum, & contrariorum eadem debet esse ratio.

172 Animum habet recedendi, ergo non residet, quandiu non recedit, non valet consequentia, cum exemplis Episcopi, & Curialis.

173 Decisiones plures Rotales requirentes animum permanendi, ad effectum fruendi alternatiua adducuntur vsque ad num. 178.

174 Residentia regulæ nostræ debet esse temporalis, & liberata, & ordinaria, & non casualis, & momentanea, & num. 175. & 178.

176 Receßisse à Ciuitate non dicitur, qui recedit animo reuertendi.

177 Animus residendi, vel recedendi colligitur ex præcedentibus, & sequentibus.

179 Acceptare volentes alternatiuã, prius considerẽt, quid sibi cõsultius sit propter onera illius.

180 Alternatiua, an gaudeat Episcopus existens in loco exempto suæ diœcesis, de tempore vacationis beneficij.

181 Episcopus non potest pro tribunali sedere in loco exempto suæ diœceſis.

182 Paria sunt esse extra diœceſim, vel in loco exempto ipsius.

183 Statutum Episcopi sicut non ligat delinquentes extra diœceſim suam, sic nec delinquentes in loco exempto.

184 Episcopo ius dicenti in loco exempto, impune non paretur.

185 Loca quæ habent dominium separatum, an dicantur de Regno, vel diœcesi.

186 Testamentum conditum intra Monasterium, & sic in locò exempto, non subiacet statuto certas solemnitates requirenti.

187 Exemptus locus dicitur de diœceſi, & num. 188. & 191.

189 Exempti plus subsunt Episcopo, quam prorsus extranei.

190 Episcopus habet iurisdictionem contra exemptos in pluribus casibus.

192 Episcopus an, & quando poßit in quacunque parte suæ diœceſis pro tribunali sedere.

193 Diœceſis appellatione, an comprehendatur Ciuitas.

194 Ciuitas venit appellatione diœceſis in materia fauorabili, necnon in materia odiosa, quando dispositio est generalis, vt n. 195. Secus vero si sit particularis, & num. 196. & ibi ponitur quid sit è conuerso.

197 Subcollector vnus non debet esse in Ciuitate, & alius in diœceſi.

198 Verba regulæ 4. Cancellariæ qualiter sint intelligenda.

199 Alternatiua acceptata. An gaudeat Episcopus, qui non potest ingredi, nec residere in sua diœceſi ob proteruiam, & incredulitatem impiorum, & num. 200.

Ipsis quandiu apud Ecclesias, aut Dioeceses suas verè, ac personaliter resederint dumtaxat. glossa 43.

EX verbis in themate gloſ. iſtius cõtentis, nota, quòd alternatiua acceptata nõ suffragatur Episcopo non
1 residenti† personaliter, & vere apud suam Eccleſiam, vel diœceſim.

Ponderanda etenim sunt illa verba, *vere*, † *& personaliter*, quæ requirunt veram, & perſonalem residentiam, nec sufficit ficta, & non realis, nec personalis, vt latius infer. ostẽdã.

Vnde quamuis hoc verbũ, †*residere*, non
2 sit amarè accipiendũ, vt Episc. nũ quã decedat, vt bene tradit Card. in clem. 1. q. 12. n. 1. de foro cõp. per plura quę ibid. addu cit. Et licet absens ex iusta causa abeſſe non
3 dicatur, †sed prẹsens esse censeatur. c. ex parte 2. c. ad audientiam, in fi. de Cleric. non reſiden. c. vnico. eod. tit. lib. 6. l. quæsitum. ff. de legat. 3. l. Seie. §. Pamphile. ff. de fundo instructo. l. si quis Titio. ff. ex quib. causis maiores. l. absẽtia eius, qui Reipub. ff. de reg. iur. §. hi enim qui pro Repub. ceciderũt, instit. de excusat. tutor. gl. in c. de cætero, verbo *in seruitio*, de Clericis non reſiden. Calder. conſ. 17. de præbendis, Federicus de Senis conſ. 246. Cardinal. in clem. vt ij qui, q. 9. de ętate, & qualit. Pariſ. conſ. 32. n. 3. & 4. lib. 1. Roman. conſ. 263. ſub n. 2. & conſ. 264. n. 3. Nauarrus

Absens cito reuersus abesse non dicitur & plura desuper cumulantur.

consf.8.n.2.& 4.de Clericis non resîden.Mandos.in reg.Cancell.16.q.32.à nu.1.& in reg. 32.de impetran.benef.per obitum.fam.Cardin.quæst.22.per totam.

Et qui casualiter abest,abesse non dicitur.
4 †l.quæsitum 78.§.fi.ff.de legat.3.l.huiusmodi.§.legatum.ff.de legat.1.l.1.C.de verb.significi.l.hæres absens.ff.de iudicijs.l.ex facto 35.ff.de hæred.instituen.l.generali.§.vxori. ff.de vsufruct.legato, cum adductis per Abbatem in c.Rodulphus.nu.9.de rescript.Boherium decis.13.à n.51.vsque ad fin.Salced. in additione ad praxim Bernardi Diaz.c.54. ex nu.27.Decium consf.533.*alias scripsi*.num. 3.Mandosium, qui loquitur in terminis regulæ nostræ consf.18.num.13.

5 Et abesse non dicatur, qui statim † est reuersurus.l. postlimin.§. captiuis.l.nihil.ff. de captiuis, & postlim.reuer.l.3.ff.de diuortijs.c.diuortium,de pœniten.distinct.1.§.pauonum.institut.de rerum diuisione.c.præsenti 34.§.idem est,& ibi Doctores, de præb. in 6. cum aggregatis per Rebuff. de priuilegijs scholarium,priuilegio 23. per totum. Conc. Triden.sess.23.de reformat.c.1.ibi, *quoniam autem aliquantisper,tantum absunt,ex veterum canonum sententia, non videntur abesse, quia statim reuersuri sunt*,Acchill.de Graff.decis.13.nu.4. de priuileg. Gomez.in reg.de impetran. benef.vacan.per obit.fam. Cardin.q.17.à n.6. Bald.in authen.habita nu.21.C.ne filius pro patre,Nicol.Millius in repert.verbo,*præsens in loco*, de quo etiam vide, quod dicam inferius in q.6. huius glossæ, ex num.162.

6 In breuique reuersa vxor,diuertisse † non videtur.l. quidquid calore 48. in fine, ff. de regulis iuris.

7 Ac proinde non dicitur fractor†carceris, qui animo redeundi recedit, & postea breui tempore redit, Hippolytus de Marsilijs, in rubr. de fideiussoribus.nu.43. Auilesius in c. 18.prætorum,in glossa, verbo,*carcer*, nu.44. & alia plura huius farinæ cumulant Doctores in locis superius citatis.

8 Nec dicitur versum,†quòd non durat versum.l.si pro parte, 10. §.versum.ff.de in rem verso, glos. in cap.ad nostram, de regularib. & in cap. illis, de disponsat.impub.

9 Sic etiam,licet quis sit absens à diœcesi ; † tamen si sit in Roma cõmuni Patria,præsens esse dicitur;l.necnon 28.§.si cũ in prouincia, & ibi not.Bart. ff. ex quibus causis maiores.

10 Itidem qui parum distat à loco,censetur † esse in eodem loco, & habetur pro præsente. l.nihil.ff.de captiuis.§.pauonum. institut.de rerum diuisione.Gomez.in reg.de impetran. beneficia per obitum fam.Card. q.17.nu.2.

11 Et potius censetur persona esse vbi†amat, idest quo reditura est,quã vbi animat, idest vbi de persona reperitur. Baldus in authen. habita n.21.in fi.C.ne fil. pro patre,per tex. in l.2.§.fi.& in d.l.nihil.ff.de captiuis.& post lim reuers.Simonet.de reser.q.35.num.14.

Nec dicitur mutare sedem,qui non mutat mentem,cap.dilectus,de Cleric.non residentibus.Ancharanus in cap.præsenti, ante n.1. vers. *hinc dicitur*, de præbend.lib.6.

Cæterum in casu nostræ regul.contra-
12 rium fore in omnibus† prædictis casibus tenendum, nempe alternatiuã penitus non intrare, arbitror, ex sequentib.

Primo quia etiam inspecto iure communi, quotiescunq; per statutum,vel constitutionẽ requiritur præsentia alicuius,intelligitur de
13 vera†præsentia,nõ autem de ficta. Bald.in l. 1.n.54.C.qui admitti.Bart.in l.omnes populi,n.62.ff de iustitia,& iure,quẽ omnes ibidẽ cõmuniter sequuntur,& in l.3.§.hęc verba, n.1.ff.de negotijs gestis,cũ alijs adductis per Gomez.in reg.de impetran.benef.vacan.per obit.famil.Card.sub n.2.ad medium.Mandosium super ead. reg.ideſt.32.q.23.n.3.& 4.& in regula 16.de concurrentibus in data q.31. sub n.2.vers. *contrarium est tenendum*. Felin.in c.Rodulphus,sub n.14.vers.*& si diceres*,de rescript.Tiraq.in legib.connubialib.gl.6.n.31. & vide infra gl.48.n.37.& sup.in gl.18.n.101.

14 Item quia illa dictio,*quamdiu*,† cõtenta in reg. nostra de sua natura est diuisiua temporum, & restrictiua ad veram ; & personalem residentiam,& certum casum;ita vt extra illum cesset dispositio.l.4.ff.de seruitutib. l.pater Seuerinã.§.fin.ff.de condition.& demonstrat. Bart.in l.1.n.15.eod.tit.l.1.C.de profes. & medic.lib.10.Beroius consf.29.n.3.li.2.Decian.consf.107.n.19.lib.3.Hieron.Gabr.consf. 154.n.5.lib.2.& docet reg.7. præcedens,quæ vtitur eadem dictione, & fuit consideratũ in vna Sulmonen. Canonicatus 13. Martij coram Cantuccio,& infer.tangam n.133.inq.4.

Secundo quia in dicta regula nostra adest
15 illa dictio,*vere*,†quę omnem dubitandi occasionem remouet, nam requirit veram,realẽ, & actualẽ residentiam,& omnem fictionẽ excludit:ex quo si veritatem consideramus im
16 possibile est,†quòd absens,etiam ex causa iusta,vel ad modicum tempus sit præsens, Geminian.in c.fi.in princ.sub nn.6. vers.*Ioannes de Lignano tenet*,de consuetud.li.6:vbi subiũgit, quòd si aliquãdo absens habetur pro præ
17 sente est contra proprium†significatum.Decius in l.si quis id quod.n.40.ff.de iurisd.omn. Iudic.& in l.is damnum dat 130.num.5.& 6. & Cagnol.ibid. n.1.& 2. ff.de reg.iur. Mill.in repert.verbo,*absens*,n.2.&4.Cephal.cõs.186. num.50.lib.2. Decian.consf.113.num.3.lib.4.

Ideo consuluit Nauarrus consf. 8. num. 6. de Clericis non residentibus, quòd Capitulares,qui residen Romę†de mandato sui Ca
18 pituli,pro agẽdis causis, & negocijs Ecclesiæ non

Præsentia vera quidoq; quiritur nõ sufficit facta cumulantur plura vsq; ad nu.41.

non possunt dici vere residentes, quia palam est eos non vere residere. Nam absens is ve-
19 rè dicitur,† qui non est eo loco, in quo petitur,& qui extra continentia Vrbis sit. l. absentem 199. de verbor. signif. l. præsens, & l. sequenti. ff. de procurator. Et præsens ille dicitur proprie, qui præbetur sensibus corporis. Rota decis. 3. in fine, vers. *non dicitur præsens*, de iurepatron. in nouis.

Comprobatur ex verbis. c. ex parte. c. ad audientiam, de Clericis non residentib. Nam quando dicunt, quòd absentes ex iusta causa,
20 censentur, seu videntur præsentes, loquuntur improprie† per fictionem quandam, Nã verba (censeri, videri, credi, & similia) denotant fictionem, & improprietatem. Bartol. in l. si is, qui pro emptore. n. 5. ff. de vsucapion. Rebuffus in praxi sub reg. de publicandis. gl. 15. in fin. Mandos. in reg. de annali. q. 87. n. 1. Natta cons. 41. sub num. 9. vers. *quia fictio*. libro 1. ac tangam infra num. 158. super hac glossa.

Cum igitur regula nostra loquatur de vere residentibus, apertè resultat, quòd excludit ficte residentes, & præsentes. Nam fictio
21 nunquam conuenit cum veritate.† Alexander cons. 158. n. 7. lib. 2. Felin. in c. quanto. nu. 2. de præsumption. Iason in l. si is, qui pro emptore. n. 168. ff. de vsucapion. Euerar. in loco à vi fictionis. n. 5. post princip. cum alijs per Menoch. de præsump. lib. 1. presump. 8. nu. 10.

Præterea, quia si reg. 7. præcedens (quę loquitur de absentia Cardinalium, & non continet verba ita stricta, & riguros, sicut reg.
22 nostra,) est intelligenda de vera† præsentia, non vero de ficta, nec interpretatiua, vt tradit ibid. Mandos. q. 3. n. 9. à fortiori igitur regula nostra, omnem fictam residentiam exclu dit, de quo vide inferius. num. 82.

Tertio, quia similiter concurrit in regula nostra illa dictio, *personaliter*, quæ est præci-
23 sa,† & exigit realem, & veram, ac personalem residentiam. cap. fin. §. is autem, vbi Abbas nu. 1. & communiter omnes, de officio delegati. clem. 1. iuncta glos. verbo, *publice, & personaliter*, de vita, & honestat. Clericorum. cum alijs adductis per Lambertinum de iurepatronatus, libro 2. p. 1. quæst. 11. art. 1. nu. 3. Tiraquel. in legibus connubial. glos. 6. nu. 31. & 33. vbi de more plures allegat.

Quarto, quia pariter adest in regula nostra illa dictio, *dumtaxat*, quæ est limitatiua
24 † ad solam residentiam veram, & personalem, & præcisam: ac exclusiua fictæ, & improprię residentiæ, cap. ex penitentibus. 50. distinctione, clem. 1. in principio, de sequestrat. possess. & fruct. & Cardin. ibi num. 3. c. 1. de iureiurando, in 6. cap. statutum. §. in nullo, de rescriptis, libro 6. Bartolus in l. 1. nu. 1. 2. & 3. ff. si quis ius dicenti, non obtemperauerit, Rebuffus in concordata, in rubrica de Regia ad prelator. nominatione. §. 1. glos. 1. verbo, *consanguineis*, ad medium, Euerardus in loco à natura dictionum taxatiuarum. nu. 2. Mandosius qui loquitur in terminis nostrę regulę, cons. 18. num. 4. Vbi num. 5. & 6. dicit, & fortius, quòd quamuis dicta clausula, *quandiu apud Ecclesias, aut diœceses, &c.* apposita
25 non esset,† idem dicendum esset, quia tacite inerat, cum de iure diuino Episcopi residere tenerentur, vt dixi in glos. 41. & vide quæ dicam in quęst. 5. huius glossæ.

26 Dictiones autem taxatiuæ formam † important, & eius transgressio vitiat actum. Felinus in cap. ex parte. n. 7. de constitution. Paris. cons. 19. num. 19. vol. 2.

Et licet dicta dictio, *dumtaxat*, possit referri ad concessionem alternatiuę, hoc est, vt solis Patriarchis, Archiepisc. & Episc. concedatur, adhuc etiã refertur ad verã residen.

Si ergo reg. nostra requirit veram, & personalem dumtaxat residentiam, ad hoc, vt alternatiuę locus sit: Sequitur aperte dicendũ, quòd ficta residentia non prosit, & quòd absens ex iusta causa, & ad modicum tempus, quòd quandiu abest, non potest frui alternatiua in beneficijs de tempore talis absentiæ vacantibus: Et consequẽter dispositioni Apostol. sint reseruata. Maxime quia absens nunquam habetur pro residente, nisi in casibus
27 †à iure expressis, vt firmat Millius in suo repertorio, verbo, *absens non habetur pro præsenti*. Mandosius in reg. 7. quæst. 3. num. 9.

Aliud namque est vere, & personaliter
28 residere, & adesse, & aliud † vere abesse, & pro residenti habere. l. si maritus. §. quod si quis præsens sit. n. 1. ff. de adulterijs: Sicut, & aliud est in veritate esse patrem, seu filiũ, & aliud haberi pro patre, vel filio. l. rei iudicatæ. §. fin. & l. sequen. ff. solut. matrim. c. si vir 35. quæst. 2. & bene tradunt Doctores in cap. finali, de verborum signific. lib. 6. vbi Geminianus num. 11. & Franchus sub num. 10. in fine post alios.

29 Et aliud est esse Ciuem, & aliud Ciuem † censeri, vel pro Ciue haberi, Bartol. in l. non tantum. §. si emancipatus. n. 4. ff. de bon. poss. con. tabulas, late Ias. in l. Prętor ait. §. siue autem. notab. 1. ff. de noui oper. nuntiat.

30 Et aliud est esse ingenuum,† & aliud ingenuitatis ius habere. l. 2. ff. de iure aureor. annulorum. Oldrad. cons. 67. num. 4.

Aliud etiã est esse perpetuum, & aliud esse
31 † tanquam perpetuum, vt arg. l. mercis. ff. de verb. significat. tradit Gomez. in cap. 2. §. statuto; ante num. 66. de constitut. in 6.

Et aliud est esse mortuum, & aliud pro
32 mortuo † haberi. l. qui mortui 129. ff. de verbor. sign. Oldrad. d. cons. 67. num. 4.

33 Ac aliud est expressum, & aliud haberi † pro expresso, vt dixi in glossa 15. §. 2. ex nu-

mero 62. & in glossa 36. numero 74.

Prout aliud est exemptum esse, & aliud
34 priuilegia exemptionis habere. † c. si Papa, de priuil. in 6. c. veniens, de verb. sig. eod. lib.

Ac aliud est adesse priuilegium, & aliud adesse immemorabilem consuetud. habentē †
35 vim priuilegij. Socin. cons. 260. nu. 22. lib. 2. Rota decis. 744. num. 6. p. 1. diuersorum.

Et aliud est esse religiosum, & aliud Religi-
36 giosi priuilegium † habere, cap. religioso, de sent. excommun. in 6. Oldrad. d. cons. & num.

Et aliud est esse falsarium, & aliud tan-
37 quam † falsarium puniri. Baldus in c. nonnulli. §. sunt & alij. n. 3. de rescriptis. Acebed. in l. 2. num. 9. tit. 25. lib. 4. recopilation.

38 Aliud etiam est non esse factum, † & aliud haberi pro infecto, vt dixi in §. 1. proœmial. num. 74. & 75.

Cuius farinę alia plura adducunt Bart. in d. l. si maritus. §. legis Iuliæ. n. 1. ff. de adulterijs. Rebuff. in compendio alienation. rer. Eccles. n. 101. Staphilæus de prærogatiuis expectatiuarum. §. secundo principaliter. n. 6. Auilesius in proœm. Capitulorum Prætorum. nu. 20. in fine; Vbi propterea concludit, & merito contra Gregor. Lopez in l. 25. tit. 18. Part. 2. in gl. *como desmentir*, quòd quamuis ille, qui cantat palinodiam, ac se dedicit, declarans se mentitum fuisse coram iudice, notario, & te-
L. 2. tit. 10. li 8. recop. declaratur. 39 stibus, iuxta formam legis † 2. tit. 10. lib. 8. recopilation. inflingentis dictam pœnam, contra dicentem aliquod ex verbis iniuriosis in eadem lege contentis, remaneat infamis; Tamen quòd si pro bono pacis extraiudicialit. seu non coactus per sententiam, vel etiã iudicialiter; non tamẽ seruata specifica forma d. legis, alia verba æquipollentia satisfactoria proferat, non erit infamia maculatus. Nam
40 aliud † est se dedicere formaliter, & aliud verba satisfactoria pronunciare, & ita sępe praticaui. Quod etiam in simili casu, dubius, dixit (licet de dictis Doctoribus non meminerit) Acebedus in d. l. 2. tit. 10. lib. 8. recopilation. num. 89. & 90. de quibus satis.

Confirmantur denique omnia, quæ supra diximus de vera, & reali residentia, ex quò non solum reg. nostra dicit, quòd ad hoc, vt Episc. gaudere possit alternatiua, debeat vere, & personaliter dũtaxat residere; Sed etiã & quòd magis est disponit in fine, quòd acceptatio alternatiuę debeat fieri in propria Ci
41 uitate, † vel dięcesi, aliàs non teneat, & dicã latius in gl. *in sua quisque Ciuitate, vel diœcesi dãtas*, quæ erit glossa 62. ex num. 20.

Vnde fuit decisum in vna Salmantina Canonicatus 20. Iunij 1572. coram Oradino, quòd Episcopus absens tribus mensibus sibi permissis, recreationis causa, animo redeũdi non gaudebat alternatiua. Nam regul. nostra requirit veram, & personalem, ac actualem pręsentiam, vt fuit dictum in vna Vrgelen. Canonic. 7. Maij corã Illustriss. Blanchetto.

HINC nouiss. post hæc scripta de mense April. huius anni 1603. contigit casus singularis, de quo fui consultus, videlicet quòd Reuerendiss. D. Maximilianus ab Austria, tunc Episc. Segobien. & nunc Archiep. Compostellanus, cum acceptatam alternatiuã haberet, & continuò residentiã faceret in propria dię cesi Segobien. ac intelligeret, quòd Reges Catholici accesserant ad inclitam Domum del Scorial, à propria dięcesi Segobien. per quatuor milliaria dumtaxat distantem, & in conspectu territorij d. dięcesis existentẽ: Statim accessit ad eandem Domũ, ac Reges Catholicos (de quorũ familia ipse ortus est) visitauit, & exeo, quòd illum ad Archiepiscopatũ Compostellanũ nuper pręsentauerant, gratias egit, ac festinanter ad suam residentiam continuandam, in propriã dięcesim reuersus fuit. A qua dięcesi solũmodo abfuit per dies duos, nempe die 13. & 14. pręd. mensis April. & in hoc tempore vnũ benef. vacauit, de qua vacatione idem Episc. notitiam habuit, dum rediret, ac mox illud contulit D. Don Hieronymo de Padilla illius meritissimo Vicario Generali. Et postmodum alius obtinuit pro uideri à Sede Apost. de eod. benef. vti reseruato, ex eo, quòd vacauerit durãte d. absentia,
42 Vnde orta † est cõtrouersia. An in huiusmodi benef. intret alternat. vel potius sit reseruat?

Et quidem pro reseruatione adsunt suprad. fundamenta. Et accedit, quòd postquã Epiic. exit limites suæ dięcesi. quamuis à principio intendat, statim reuerti: postmodum autẽ possunt se offerre plures occasiones nõ reuertendi, sed diutius extra dięcesi. cõmorandi. Et e cõuerso posset ha
43 bere Episc. animum † non statim reuertendi: tamen quia habuit notitiam vacationis, seu quod iam vacatio imminebat (mutata sentẽtia) accedat ad suam dięc. vt alternatiua frui posset: Ac propterea non est considerandum, quòd absentia sit longa vel momẽtanea, si de tempore vacationis vere Episc. non residebat. Et hac via cessabunt fraudes, quibus est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vindic. cap. sedes, de rescriptis.

In contrariam vero partem, ideſt ad fauorem Reuerendiss. D. Episc. & ab illo prouisi vrgent fortiter sequentia fundamenta, quæ dum scriberem in dicta causa suscitaui.

Primo quia quamuis re vera de tempore vacationis D. Episcopus non esset præsens in propria dięc. tamen erat prope d. dięc. à qua solũ per 4. milliaria distabat, & ideo apud dięcesi. erat, & residebat: Nam
44 qui prope dięcesim † est, apud dięcesim esse dicitur. l. penes te 63. l. id apud se 143. ff. de verbo.

Quæst. nouiss. quæ examinatur ne uoſe ſq; ad nu. 85. vbi assignatur conclusio.

verborum significat. Et sic videmus, quòd quamuis Papa non sit intra domum Sancti Marci, quando signat supplicationes, sed in Monte Quirinali; Nihilominus ponitur Data apud Sanctum Marcum.

Pro quo mihi videtur tex. egregius de materia reseruationis agens, in capit. præsenti 34. in principio, de præbend. lib. 6. vbi expresse declaratur, quòd illud benefic. dicatur vacare apud Sedem Apost. vt sit reseruatũ, 45 quod vacauit in locis † vicinis ipsius Sedis Apost. & Rom. Curię. Et Geminian. ibid. n. 4. firmat, quod in hoc ille tex. nihil disponit de nouo, sed declarat tex. in c. 2. eod. tit. & li. Ni si quatenus dicitur, quòd ille locus dicatur vicinus Curię, qui non distat vltra duas dietas. 46 Per quem tex. in d. c. præsenti † notat ibidem Petrus de Ancharano ante num. 1. vers. *nam ex vicinitate*, quòd ex vicinitate locorum contrahitur quædam coniunctio, & legis 47 communio, quoad pœnam, † & prœmium, & etiam quoad mores. cap. sed & continuo, de pœniten. distinct. 1. l. quod sępe. §. fin. ff. de contrahen. emptione cap. 1. 44. distinctione, ac conferunt adducta per Menoch. de arbitrarijs. cas. 222. per totum.

Vnde cum regula nostra non loquatur per verbum, *in*, vel, *intra*, sed per dictionem, *apud*, dicens, *apud Ecclesias*, *vel diœceses*, dicendum apparet, quòd de tempore vacationis Dominus Episcopus apud suam diœcesim reside ret, ex quo erat propè illam, & momentaneè, ac incontinenti reuersurus.

Et quamuis effectus istius dictionis, *apud*, non possit admitti regulariter in casu regulę nostræ (nam aliàs sequeretur, quod Episcop. gauderet alternatiua residendo extra diœcesim in locis vicinis ipsius diœcesis, quòd esset absurdũ;) Tamen in casu, de quo agitur, vt d. prouisio sustineatur, non videtur spernẽdus.

Maxime cum proprium territorium suæ 48 diœcesis Dominus Episcopus in conspectu † haberet, & oculis, quando erat in domo del Scorial cernere posset, argum. tex. in l. 1. §. si iusserim. ff. de acquiren. possess. cui conuenit l. 6. in fin. & l. 7. tit. 30. Partit. 3. vbi probatur, 49 quòd oculis, & aspectu † acquiritur possessio, ita quòd talis possessio dicatur vera, ac propria, & non ficta possessio, vt tradit Ias. in d. §. si iusserim. n. 10. Couar. lib. 3. variar. c. 16. nu. 10. vers. *sed si Prælatus*. Ferrettus loquens de beneficio, cons. 3. n. 16. vol. 1.

Accedit etiam, quia regula nostra non requirit præsentiam, nec interessentiam, sed personalem residentiam. Nam minus est 50 residere, † quam interesse, vt notant Doctores in c. licet vobis, de præben. Geminian. in c. vnico, §. fin. nu. 1. de Cleric. non residen. in 6. Cassador. decis. vnica. num. 2. & per tot. de Clericis non residen. Cæsar de Gras. decis. 5. n. 3. de præb. Rota decis. 330. n. 1. p. 1. diuers.

Secundo quia tempus absentię fuit admodùm momentaneum, cum non durauerit, nisi per duos fere dies, & cum animo, & intentione statim reuertendi; ita vt illico D. Episcopus reuersus dicatur. Nam il 51 lud dicitur illico † fieri, quod intra triduum fit. l. fi. ibi, *illico autem, idest intra triduum*. C. de iudicijs: Momentaneum autem temporis in- 52 teruallum non inducit actuum, † nec locorũ diuersitatem, sed identitatem, nec est de illo curandũ, l. & si post tres. ff. si quis cautionib. c. potuit, de locato. Ac modicum tempus est 53 quędam † continuatio, vt notatur in l. penult. ff. de action. & obligat. Quia quæ in continen 54 ti † fiunt inesse videntur. l. lecta. §. dicebam ff. si cert. petat. c. officij 38. de elect. plene tradit Anton. Corset. in tract. de minimis. p. 1. n. 5. cum numeris antecedentibus, & sequentibus. Hippolytus de Marsilijs in rubr. ff. de fideiussoribus. nu. 76. cum sequentibus. Anton. Gabriel lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 13. num. 1. & per totam.

Minimum etiam interuallum, minimaque 55 distantia attendi † non debet. l. 4. ff. de in integr. l. pro locis. l. mediterraneę. C. de annon. & tribut. lib. 10. Corset. vbi sup. n. 3. cum seqq. Rodoanus in tract. de rebus Eccles. q. 9. à n. 52. vsque ad finem. Auendanus de exequend. mand. p. 1. c. 5. nu. 5. Mexia super taxa pannis concluſ. 3. per totam.

56 Sic & continuum † recipit aliquod interuallum. c. fin. iuncta gloss. verbo, *continuo*, de verbor. signif. in 6. Authentico, de iudicibus. §. fedebunt, collatione 6. l. 1. vers. *si tamen aliqua æstate*. ff. de fluminibus.

Tertio quia causa dictæ breuissimę absentię, fuit iustissima, † & necessarijssima, cum D. Reuerendis. Episcopus 57 pro se, & nomine suę Ecclesiæ præcise tenere tur visitare dictos Reges, ac proprios consanguineos, ad portas fere domus suæ adstan 58 tes, illisque debitam reuerentiam † reddere, cap. 2. de maioritate, & obedientia. cap. omnis anima, de censibus.

Necnon debitas gratiarum actiones da- 59 re, † ex eo, quòd idem Inuictissimus Rex noster Catholicus Philippus Tertius, eum præsentauit primo ad Episcopatum Segobien. & postmodum ad Archiepiscopatum Compostellanum, cap. cum Apostolus, in principio, de censibus. l. quidam 6. ff. de rebus dubijs. l. Seia. ff. de liberatione legata. l. Aquilius Regulus. ff. de donationibus.

Præsertim cum D. Rex Catholicus sit Patronus dictę Ecclesiæ Cathedralis Segobien. ac omnium Cathedralium Hispaniæ, vt l. 18. tit. 5. Part. 1. lex 1. tit. 6. lib. 1. recop. & vtrobique glossographi docent. Ac etiam tanquam Rex, & Dominus totius Hisp. sit etiã Domi-

nus Diœcesis Segobien. & reliquarũ diœcesum illorum Regnorum, in temporalibus. l. deprecatio. §. ego quidem mundi Dominus. ff. ad legem Rhodiam, de iact. l. 2. & 8. tit. 1. Part. 2.

Ita vt in hoc casu verificentur bene illa
61 verba † Concilij Tridentini sess. 23. de reformat. c. 1. de residentia Prælatorum, dum dicit sic: *Nam cum Christiana charitas, vigens necessitas, debita obedientia, & euidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitas, aliquos nonnunquam abesse postulent, & exigant, &c.*

Ideoque à fortiori dicitur residere in propria Ecclesia, & diœcesi, qui per duos dies
62 dumtaxat fuit occupatus in visitatione † patroni Ecclesiæ, & Domini diœcesis in temporalibus, ad debitam, & solitam illi pro se, & sua Ecclesia, ac sponsa reuerentiam dandam, quia prædicta faciendo, D. Episcopus inseruiebat suæ Ecclesiæ, argumento tex. in cap. pię mentis, & c. frigentius 16. q. 7. cum adductis per Rocchum de Curte de iure patronatus, verbo, *honorificum*, num. 1. cum sequentibus, & Lambert. num lib. 3. quæst. 1. artic. 1. cum sequentibus, bonus tex. in cap. scire debes Episcopum 7. q. 1.

Residere namq; nihil aliud est, quam Ecclesiæ inseruire. c. conquerente, de Clericis non residen. Cardinalis in clem. 1. quæst. 13. num. 22. de foro competen.

Nulla vero lex quantumuis generalis, & rigurosa censetur excludere casum specialem, vrgentis necessitatis. Nam necessitas non subiacet legi. cap. 2. in fine, de obseruation. ieiuniorum, & facit licitum, quòd aliàs esset illicitum. cap. quod non, de regul. iuris, de quo cumulant plura Abbas in capit. at si Clerici. §. de adulterijs. num. 9. de iudicijs. Bernardus Diaz in regula 238. Petrus Duenas in regula 248. Menochius de arbitrarijs libro 2. casu 182. num. 1. & per totum, & dicam in glossa 60. quæst. 4. ex num. 44. & dixi in glos. 8. num. 47.

Quarto quia in hoc casu ita iusto, necessario, & momentaneo, possunt bene applicari omnia illa, quę superius dixi de absentia casuali, & animo, ex numero 3. vsque ad 11. & nunc addo pulchrum tex. in l. si quis ita 8. ibi, *quia non omne momentum* † *exigendum sit, vt cum liberis sit, sed si eam mentem, & propositum habeat.* ff. de condition. & demonstrat.
63

Prout etiam intrant bene plures decisiones Rotales firmantes, quòd ad effectum gaudendi alternatiua, sit potissime considerandus animus † residendi, & permanendi
64 in eadem Ecclesia; non verò casualis, & momentanea residentia, vt fuit resolutum in vna Eluen. beneficij 22. Maij 1599. coram R. P. D. meo Mellino, & in eadem causa postea sub die 30. Octobris 1600. coram R. P. D. meo Ludouisio, de quibus, & alijs decisionibus similibus latius dicam inferius in quæst. 6. ex n. 173. cum sequentibus, vsque ad num. 178.

Et quamuis dictæ decisiones loquantur ad fauorem reseruationis Apostolicę; tamen pari ratione contraria videtur idem dicen-
65 dum, ad effectum, † vt non intret reseruatio, cum oppositorum, & correlatiuorum eadem debeat esse ratio, vt in vulgatis, & infra numero 103. & 171.

Quinto quia ista interpretatio est consona rationi, & menti nostræ regulæ, quæ tendit ad inducendum Episcopos ad residendum in propria Ciuitate, vel Diœcesi, vt sæpe dixi, maxime in glossa 41. At vero in casu proposito rectè satisfactum apparet dispositioni, & menti dictę regulæ. Nam aliter esset nimis dura, & scrupulosa,
66 † quod dicendum non est. l. posthumus 12. in principio. ff. de iniusto rupto. Tiraquel. de retract. lignag. §. 36. glossa 3. num. 8. & in §. 35. sub num. 20.

67 Summum namque ius, summa † iniuria, & crux est, cap. serpens, de pœnitentia, distinctione prima. Cassadorus decisione vnica num. finali, prope finem, de rerum permutatione. Tiraquell. de retract. lignag. §. 35. in principio num. 6.

68 Nec sunt verba legis † amare intelligenda, text. in l. quid venditor 18. ibi, *hæc omnia videntur eo pertinere, ne id, quòd affirmauit venditor amare ab eo exigatur, sed cum aliquo temperamento*, ff. de ędilitio edicto, & dixi in princ. huius glos. num. 2. Sed cum aliquo temperamento temporis. l. quod dicimus 105. ff. de solutionibus. l. promissor. ff. de constit. pecunia. l. fi. ff. ad exhibendum. Nec minus sunt iudaice intelligenda, iuxta gl. verbo, *aliquas*, in l. damni infecti stipulatio competit 18. §. si is qui vnus. ff. de damn. infecto. Alexan. cons. 148. *visis*. num. 12. volum. 6.

Et qui multum emũgit, elicit sanguinem. c. deniq; iuncta gl. ibi verbo, *sanguinẽ*. 15. dist.

Hinc est admodum verisimile, quòd si auctor nostræ reg. de tempore quo addita fuere illa verba, *vere, & personaliter*, interrogatus fuisset de casu nostro, ad fauorem D. Epi-
69 scopi responderet, & sic habetur pro † expresso. l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis, & ibi las. n. fi. post glos. & Doctor. Cassador. decis. 24. n. fi. super regulis. Cancel. Ant. Gabr. in tit. de regulis iuris, conclus. 10. n. 1. cum sequentibus.

Nam ista verba, *vere, & personaliter*, ideo
70 addita † fuerunt, vt obuiaretur fraudibus nõnullorum Episcoporum non residentium, & passim dicẽtium, quòd gaudebant alternatiuę commodo, ex quo erant pro vtilit. Eccle siæ, aut Reipub. absentes, & ideo censebãtur præsentes, & residentes. Quæ ratio prorsus

cessat

cessat in nostro casu ex supradictis: Et sic ces-
71 sare † debet legis dispositio. l. quod dictum. ff. de pactis. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatronatus. Tiraquel. in tractatu, de causa cessante, par. 1. num. 125.

Præterea quia dicta verba, *vere, & personaliter*. recipere debent interpretationem,
72 etiam passiuam † a iure communi. l. 2. vbi gl. & omnes. C. de noxalibus, cap. cum dilectus, & ibi glossa, verbo, *iure communi*. de consuetudine. Romanus cons. 328. num. 10. vers. *si vero*. Mandosius in regula 32. quæst. 10. nu. 2. Rota decis. 512. num. 5. p. 1. diuers. Ac sunt ciuiliter intelligenda. l. si cui 9. ff. de seruitutibus. l. fin. ff. ad exhibendum.

Ac omnia verba legis, vel statuti, quam-
73 uis sint generalia, & præcisa recipiunt † modificationẽ & limitationẽ ab æquitate, vel causa iusta suadente. l. licet autẽ 15. ff. de arbitris. l. diuus. ff. de in integ. restit. gl. verbo *continuo*. in l. stipulatus sum Damam 105. ff. de verb. oblig. vbi post Bartolum, Angelum, & alios plene tradit Iason num. 2. & 3. gloss. verbo, *cogam*, in l. si filius familias. §. fin. ff. de procuratoribus, gloss. in c. licet. 6. verbo, *absque vlla exceptione*. de election. & ibi omnes. Ripa in l. admonendi, num. 50. ff. de iureiurando.

74 Quoniam æquitas est mater exceptionis, † ac parit illam. l. qui æquitate, & ibi gloss. ff. de doli mali exceptione. Bartolus in l. si vnus. §. pactus ne peteret, sub num. 6. ante finem, vers. *nam sicut actio oritur*. ff. de pactis. Tiraq. de retractu lignag. §. 35. glossa 1. sub num. 5. Prout etiam quælibet lex generalis infringitur, & limitatur per rationem naturalem. Abbas in c. vt debitus honor. nu. 36. de appellationibus.

Sexto & principaliter, quia dictus Episcopus non solum fecit continuam residentiam ante vacacationem beneficiorum, de quibus agitur in mensibus præcedentibus; sed etiam in ipsomet mense Aprilis, in quo vere, & personaliter resedit intra propriam diœcesim, vsque ad diem duodecimam ipsius mensis, quando accessit ad domum del Scorial, & postmodum ex die 14. & citra.

Quo fit, vt eo magis intrare debeat alternatiua, ex quo in principio dicti mensis D.
75 Episcopus † veram, & personalem residentiam fecit, argumento. tex. in l. à vobis 5. & l. filiæ meæ 22. ff. de annuis legatis, vbi expresse cauetur, quòd in legato annuo sufficit an-
76 ni initium, seu esse cæptum † annum, vt legatum debeatur pro integro anno: Per quæ iura respondit Signor. de Homodeis cons. 53. incipit, *quidam nomine Iacobus* quòd si testator legauit vxori suæ decem saccos frumenti, donec, seu quamdiu sine marito vixerit: & mortuo testatore intra duos menses vxor nubat: quòd non solum debet habere legatum pro rata temporis illorum duorum
77 mensium; sed etiam pro integro † anno, quòd consilium refert, & sequitur Alexander in additionibus ad Bartolum in d. lege a vobis, & Iason in l. diuortio, in principio, num. 7. ff. solut. matrim.

Quòd a fortiori in casu nostro procederet
78 si mensis esset † considerandus, vt vnum totum integrale, & indiuiduum; non autem singulæ eius partes, argumento legis eum qui ædes. ff. de vsucapionibus, & l. si quis totam. ff. de exceptione rei iudicatæ: & propterea fuit decisum in vna Fauentina Canonicatus 16. Decembris 1585. coram Illustriss. Domino meo Blanchetto, quòd illa dictio, *quamdiu*. regulæ nostrę sit apposita mensi integrali, non autem singulis diebus mensis, argumento d. legis, eum qui ædes. Et quòd ad effectum vt sit, vel non sit beneficium reseruatum, est attendendum principium mensis, de quo latius dicam inferius in hac glossa, quæst. 5. ex num. 136. cum sequentibus, vsque ad numerum 160.

Vlterius quia Dominus Episcopus in collatione facienda innititur
79 iure † cõmuni, de quo habet fundatam intentionem, vt dixi in §. 1. proœmiali, num. 20. & ideo quatenus aliquod esset dubium, est interpretandum ad fauorem prouisionis ordi-
80 nariæ, & recurrendum ad dispositionem † iuris communis. Bartolus in l. 2. in principio, num. 22. ff. solut. matrim. Alexand. cons. 5. nu. 7. lib. 5. Decius cons. 214. nu. 2. Caputaq. decis. 214. num. 11. par. 2.

Et eo magis quia concessio alternatiuę
81 est fauorabilis, † & sic plenè, & benignè interpretanda, vt dixi in §. 6. proœmiali, ac in simili absentiæ proposito tradit Mandosius in regula 16. quæst. 32. vers. *vnde cum simus in materia stricta*. Præsertim contra concedentẽ. l. 3. ff. de constit. Princip. cap. olim. de verborum significatione. Rota decis. 33. num. 13. de prębendis, in antiquis, & inferius etiam dicam, num. 153. & 154.

Ideo quamuis quodlibet statutum loquens de præsentia. Sit intelligendum de vera præsentia: non autem de ficta, vt supra num. 13: Adhuc tamen admittitur sæpe ficta, ratione absentiæ momentaneæ. Nã in terminis reg. 31. de impetran. benef. per obitum famil. Cardin. disponentis, quòd in collatione beneficij vacantis per obitum familiar. Cardinalis, debeat accedere consensus Cardinalis, si ille in Curia fuerit, quamuis dicta regula sit exorbitans à iure communi, & odiosa, vt consuluit Mandosius post alios ibidem, aliàs sub regula 32. quæst. 1. sub num. 5. & 6. Nihilominus firmat idem Mandosius in eadem regula 32. quęst. 22. ante numer. 3. cum

sequen-

sequentibus, quòd si tempore vacationis, talis beneficij Cardinalis esset absens à Cu-
82 ria, venationis, aut recreationis causa † per modicum tempus, modicamque distantiam: Quòd adhuc sit necessarius assensus d. Cardinalis, quòd etiam, (licet dubius) tenuit ibidem Gomezius, q. 7. num. 6.

Idem etiam concludit Mandosius in terminis regulę 16. de concurrentibus in data, in dicta regula 32. num. 5. vbi recedit ab opinione contraria, quam tenuit in regula 16. quæst. 32.

Idem etiam post alios tradit Felinus in c. Rodulphus, sub num. 14. de rescriptis, loquens in terminis statuti Ferrarienſis, ac subdens contigisse in propria persona sua.

Hic etiam accedere possunt ea, quæ dicam de Episcopo existenti in loco exempto in q. 7. huius gl. ex num. 180. vsque ad 192.

SED nihilominus ad fauorem reseruationis, & quòd in prędicto casu non intret alter
83 natiua procliuior † sum, cum verba nostræ regulæ sint fortissima, & excludant omnem fictionem, ac veram, & actualem præsentiam de facto exigant. Et quamuis maxima æquitatis ratio ad fauorem ordinariæ prouisionis concurrat: Non tamen est recedendum à verbis dictæ regulæ, quę licet sit dura: ita tamen est scripta. l. prospexit. ff. qui, & a quibus, cap. in memoriam 19. distinct. Et si alicui Episcopo videatur hoc magnus rigor, poterit de facili illum euitare non acceptando dictam alternatiuam. Et contraria tolluntur ex fundamentis pro ista parte, ex nu. 12. vsque ad num. 41. deductis.

Denique cum dubium supra dictum esset in Rota propositum sub diè 26. Martij huius anni 1604. fuit resolutum coram R. P. D. meo Iusto non intrare alternatiuam, sed potius reseruationem: aliquibus tamen ex DD. contrarium sentientibus.

Vnde quamuis Sacra Concilij Tridentini Congregatio 6. Iulij 1573. censuerint Episcopos absentes causa Reipu-
84 blicę gaudere alternatiuæ beneficio, †quia absens ex iusta causa, abesse non dicitur, teste Flaminio Parisio in tractatu de resignatione beneficiorum, libro 1. quæst. 10. num. 58. & 59. ac sensit Mandosius in cons. 18. num. 11. Et declaratio procederet, stante tenore regulę Gregorij XIII. quæ tunc vigebat: nam carebat illa dictione, *vere*. nec non tradita per Parisium, & Mandosium, vbi supra. Hodie tamen cum regula nostra illam dictionē habeat, & veram residentiam præcisè requi-
85 rat, & fictam residentiam excludat: Cessat † iam declaratio prędicta: Et audiui, quòd postea Sacra Concilij Tridentini Congregatio contrarium censuerit: Ita quòd cum quidam Episcopus Hispaniæ abesset a propria diœcesi pro exercitio sui officij Inquisitoris generalis in Curia inuictissimi Hispaniarum Regis, vbi generalis Inquisitor cum suo Tribunali residere solet, & instanter supplicaret Sanctissimo D.N. Clementi VIII. quòd concederet indultum speciale, vt posset gaudere beneficio alternatiuæ, quamuis non residere in propria diœcesi, attenta dicta causa in fauorem Fidei, & Reipublicę resultante,
86 Nunquam tamen † dictum indultum obtinere potuit. Antea verò benè concedebantur indulta gaudendi alternatiua per aliquod tempus absentię, vt consuluit in casu vnius indulti Mandos. cons. 21. per totum.

Ex quibus oritur prima quæstio. An prouisus ab Ordinario, qui Incipiunt quæstiones huius glossæ.
87 vti actor fundat se † in alternatiua, ad probandum Episcopum gauisum fuisse alternatiua, & consequenter suam prouisionem esse validam, quia contigerat vacatio in mense Ordinario, vigore alternatiuæ, veluti in mense Februarij, Aprilis, Augusti, siue Octobris: teneatur nedum probare præcise acceptationem alternatiuæ, & receptionem, ac recognitionem factam a Datario suæ Sanctitatis, vt in fine nostræ regulæ dicitur; verum etiam teneatur probare veram, & personalem residentiam Episcopi in sua Cathedrali Ecclesia, vel diœcesi, de tempore vacationis?

Et quidem videtur, quòd non; ratio est quia cum Episcopus teneatur residere in sua Ecclesia, vel diœcesi, vt Residentiæ Episcopi probatio ad quę spectet.
88 dixi in glossa 41. præsumitur residisse † in illa, sicut maritus cum vxore. Alciatus de præsumptionibus regula prima, præsump. 35. num. 1. Mascardus de probationibus concluſ. 1277. num. 1. & 2. Mandosius cons. 18. num. 7. latè Tiraquel. in legib. connubialib. glos. 8. num. 30.

Hinc quamuis fundans se in præsentia regulariter illam probare teneatur; tamen hoc non sibi vendicat locum in ijs, qui ra-
89 tione sui officij tenentur in certo loco † remanere, vt Episcopi, & Canonici, quorum absentia ab Ecclesia non præsumitur, cum residere diuintiantur. Gozadinus cons. 66. nu. 6. in fine, libro 1. Decius in cap. tertio loco. nu. 37. de probationibus. Mascardus de probation. concluſ. 5. num. 5. Tiraquell. in dicta glossa 8. num. 31.

Et ideo dixit Oldradus cons. 129. incipit, *hæc sunt dubia.* num. 3. quòd præsumitur va-
90 casse beneficium in eo loco, vbi residere † beneficiatus, ratione sui beneficij tenebatur, & scripsi in glossa 15. §. 2. quæst. 8. Et conferunt latè tradita per Rotam decis. 420. nu. 1. p. 1. diuers. & per Menoc. de præsumpt. lib. 6. num. 4. & 5. Tiraq. in legib. connubial. 2. p. glos. 8. num. 30. & 31.

Episcopus absēs causa Reipub. nō gaudet alternatiua.

Sicut etiam præsumitur, quòd quilibet habitat in ea ciuitate, vel loco ex qua, vel quo est. Bartolus in l. is potest, num. 17. ff. de acqui-

acquirenda hæreditat. Corneus consilio 46. numero 16. libro 2. Cęsar de Grassis decis. 17. de probation. vbi hoc fuit conclusum non obstante quòd Alciat. de pręsumption. regul. 2. præsumption. 15. num. 1. de hoc dubitauerit.

Cum igitur iste prouisus ab Ordinario, qui se fundat in alternatiua illius habeat pro se pręsumptionem, quòd Episcopus resederit in sua Ecclesia, vel diœcesi; & pręsumptio sit liquidissima probatio. l. licet. de legat. 1. gl. in l. si tutor. C. de pericul. tutor. Aim. cons. 6. num. 44. Couarru. libro 2. variar. cap. 6. num. 1. Menoch. de recuperand. rem. 15. nu. 400. & de pręsumption. lib. 1. pręsump. 3. Et
91 satis dicitur probari, quòd constat † per prę-sumptiones. Afflictis decis. 13. num. 24. Flaminius Parisius de confidentia quęst. 76. nu. 8. cum sequentibus. Menochius de prę-sumptionibus, lib. 1. prę-sumpt. 37. & præsump. 46. per totas; Consequenter dicendum appareat, quòd satis fundet intentionem suam, cum dicta prę-sumptione, absque alio genere probationis.

92 Contraria tamen sententia verior est † & tenenda, quia regula nostra ad substantiam alternatiuæ requirit residentiam Episcopi in sua Ecclesia, vel diœcesi. Ita quòd ipsa residentia est pars principalis, & substantialis, sine qua nō, eiusdem alternatiuę. Igitur qui se fundat in alternatiua, eodem modo, sicut tenetur probare acceptationem, pariter, & probare tene-
93 tur dictam residentiam, † nam alias probatio nullius erit momenti. Quia quando requiritur probatio plurium qualitatum insimul, & copulatiue, probata vna, & alia
94 non, † nihil probatum esse dicitur. l. si. hęredi plures 5. ff. de conditionib. institut. §. penultimo. institut. de hęred. institut. cap. 1. de verborum significatione, lib. 6. Decius in cap. 2. num. 1. de rescriptis. Tiraquell. de vtroque retractu. §. 8. glossa 7. num. 1. & sequentibus. Parisius cons. 48. num. 9. 18. & 19. lib. 4. Simonet. de reseruat. quæst. 35. num. 1. Ioannes Gutierrez cons. 2. num. 5. & cons. 4. num. 1. & cons. 26. num. 4. & 6. Mascardus de probationibus. conclus. 1254. num. 10. & 11. vbi alios plures citat, vide etiam in simili, quę dixi in gl. 11. quęst. 2. cum seqq.

Rursus quia residentia, seu pręsentia sem-
95 per probanda est ab allegante, † & se in illa fundante, quia cum sit facti, non præsumitur, nisi probetur. l. in bello. §. factę. ff. de captiuis, & post lim. reuersis. Alexander cons. 118. num. 16. libro 2. Franciscus Balbus de prę-scriptionibus par. 1. quartę partis principalis. quæst. 3. num. 2. Aimon cons. 204. col. 2. vers. *sed tamen verius videtur*. Corneus cons. 46. num. 16. & cons. 50. num. 12. libro 2. Ruinus in rubrica. ff. solut. matrim. num. 302. Tiraquel. in legib. connubialibus parte 2. glossa 8. num. 31. Cephalus cons. 203. num. 5. libro 2. Natt. cons. 67. num. 6. volum. 1. Puteus decis. 385. incipit. *in vna Segobien.* num. 4. libro 2. Menochius de prę-sumptionibus, lib. 6. prę-sumpt. 19. nu. 6. Mascardus de probationibus conclus. 5. num. 4.

Maxime quia quando quis tenetur vti actor probare aliquid in quo se fundat, tunc non sufficit iuris præsumptio; sed requiritur aliunde probatio. Acchilles de Grassis decis. 1. de probation. num. 1. & 2. Cęsar de Grassis decis. 176. aliàs decis. 1. num. 17. & 18. qui filij sint legitimi.

Quod a fortiori procedere videtur in casu de quo agitur. Nam Papa non satis confidens, quòd Episcopi residerent in suis Ec-
96 clesijs, vel diœcesibus, noluit simpliciter † concedere illis hoc alternatiuæ beneficium: Sed restricte, & limitatiue, quamdiu residerint, & sic colligitur intentio Papę, quòd talis qualitas residentię sit probanda à prouiso ordinario, fundante se vti actore, in illa.

Præsertim quia quando quis se fundat in
97 pręsentia, potius prę-sumitur absentia, † & e contra, nisi contrarium probetur. Mascard. in dicta conclus. 5. num. 4. vers. *ad conciliandas huiusmodi opiniones*. Puteus dicta decis. 385. num. fin. libro 2.

Item quia prouisus ab Ordinario, tanquā actor ad excludendum prouisum Apostoli-
98 cum, tenetur concludenter probare † intentionem suam cap. in pręsentia de probation. cum alijs. Et ideo non concluditur, solent Episcopi residere, ergo residebant de tempore vacationis, cum potuerint non residere, & non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. neque natales. C. de probat.

Facit decisio Putei 35. lib. 1. vbi fuit resolutum, quòd habens expectatiuam ad primum beneficium vacaturum in mense reseruato, tenetur probare vacationem in dicto mense reseruato, cum se fundet in tali vacatione.

Item decisio Putei 207. & 266. libro 3. vbi fuit decisum, quòd siue prouisus Ordinarius,
99 siue Apostolicus, qui tanquam actor † se fundat in prouisione ordinaria, vel Apostolica ratione mensis, semper tenetur probare vacationem de tali mense, in quo fundat intentionem suam, quod etiam consuluit Ferrett. consilio 2. num. 13. volumine primo, & dixi in glossa 11. quęst. 3.

Denique post hęc scripta, ita fuit resolutum in Rota 31. Maij 1604. in vna Placentina Cappellaniæ coram Illustrissimo Pamphilio.

Neque obstant pro contraria parte adducta, quia illa possent admitti, quando prouisus

sus Ordinarius esset possessor & reus; secus verò si sit actor ex supradictis. Arbitror tamē quòd ad probandum dictam residentiam per actorem sufficiat alia non exacta probatio, iuncta dicti iuris præsumptione, vt ex omnibus remaneat integra probatio in casu, de quo agitur, glossa, verbo, *legitimis*, in l. 2. ff. de excusation. tutor. cum latissime adductis per Antonium Gabrielem in titulo de probationibus conclus. 1. ex num. 1. Pro quo multum faceret si volens probare residentiam de tempore vacationis, probaret illam; saltim de tempore proximo precedenti. Quia tunc præsumetur continuata. l. siue possidetis. C. de probationibus. Rota decis. 4. eodem tit. in nouis. Nec presumitur mutatio nisi probetur. l. eum qui. ff. de probationibus, cap. 11. & ibi gloss. verbo, *non timore*, ff. quòd met. causa. plene Menoch. de præsumption. libro 6. presumptione 37. cum tribus sequentibus per totas. Nisi exaduerso oriretur aliqua coniectura, vel præsumptio, quæ animum Iudicis ad contrarium credendum moueret prout mouit in casu dictæ decisionis Placentinę Cappellaniæ in numero precedenti citata.

Quando autem quis impetrauit beneficium à Sede Apostolica vti reseruatum, quia licet vacauerit in aliquo ex dictis quatuor mensibus Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris; tamen precendit ob non residentiam Episcopi intrare reseruationem. Tūc proculdubio puto plenam
101 & concludentem † probationem non residentię requiri, cum in illa fundetur reseruatio, & in contrarium sit iuris presumptio, vt supra ex num. 88. Et agatur de graui preiudicio Ordinarij, & prouisi ab illo, vt scripsi plene in glossa vndecima, quæst. finali, & faciunt ea, quę dixi in glossa 45. post principium, de probatione, quòd beneficium sit liberæ collationis, num. 9.

Secundo quęro. An sicut prouisus ab Ordinario in aliquo ex dictis mensibus Februarij, Aprilis, & similibus, qui vti actor se fundat in alternatiua Episcopi; tenetur probare dictam residentiā de tempore vacationis, vt in quęst. precedenti; Sic etiam prouisus † in aliquo ex mensibus Martij, & Septembris, (qui cessante alternatiua, sunt ordinarij,) teneatur tanquam actor probare, quòd Episcopus residebat in mensibus Februarij, & Augusti respectiue: Vel saltim in aliquo ex mensibus Martij, aut Septembris, in quo contigit vacatio?

Ratio dubitandi erat, quia contrariorum eadem est ratio. §. 1. institut. de tutelis. Et
103 quia equalitas † est seruanda. l. vt liberis. C. de collationibus. l. terminato. l. fin. C. de fructibus, & lit. expens. Rota decis. 2. num. 6. de pactis, in antiquis. Aimon cons. 133. num. 7. Decius cons. 122. num. final. Gregorius Lopez in l. 5. verbo, *igualdad*. tit. 5. Partita 6. Auilesius in cap. 2. prętorum, verbo, *igualmente*. per totam illam glossam.

Itē, quia si Episc. non residet in mēsib. Febr. & Aug. nō gaudet alternatiua. Si ergo nō gaudet alternatiua in istis mensib. videtur, quòd
104 non est illi auferenda collatio in mensib. † sequentibus Martij, & Septembris, in quibus auctoritate ordinaria sine alternatiua conferre potest, ne vtrumque perdat, & duplici onere grauetur contra tex. in l. 4. §. sed si nauis. ff. ad legem Rhodiam de iactu. cap. mandatum, de rescriptis. Cassadorus decis. 34. sub num. 1. super regulis. Caputaquen. decis. 86. numero 3. parte 3. pro quo satis vrget decisio Sulmonen. postea citanda in quęst. 4. num. 133.

Et multo magis si neque resederit in mensibus Martij, & Septembris, qui sunt ordinarij (alternatiua cessante:) Et quia per abusum alternatiuę in non residendo, perditur illius beneficium, & redit Episcopus ad vsum
105 quatuor † mensium. Antonius Augustin. in suo repertorio, verbo. *alternatiua*. Mandosius in cons. 21. num. 2. & latius dicam in glossa 56. ex num. 147.

Tamen sine vlla difficultate in cōtrariū est veritas. Quoniā eo ipso quòd Episcopus acceptat alternatiuam mensium, inter Papam, & ipsum fit quodam pa-
106 ctum, † & permutatio mensium. Nam Papa concedit Episcopo menses Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris [Non loquor nunc de mensius Iunij, & Decembris, quia in sequenti quęstione dicam] Ac versa vice Episcopus dimittit Papę duos menses Martij, & Septembris. Mohedanus decis. 3. sub num. 1. de rescriptis: Ita quòd ratione istius conuentionis Episcopus pœnitere, & retrocedere non valeat, cum dicta acceptatio sit
107 quasi † contractus. Puteus in terminis decis. 88. num. 1. libro 3. Acchilles decis. 2. num. 3. super regula de modifi. indult. Mandosius late consil. 18. num. 8. ad medium, cum numeris sequentibus, & dicam in glossa 58. numero 14.

Et acceptatio facta ab Episcopo de dicta alternatiua, censetur facta cum omnibus suis
108 qualitatibus, † & oneribus, videlicet residendi, & quoad beneficia liberę collationis dū taxat, prout in regula nostra exprimitur. l. si duo. ff. de acquirend. hærēdit. Ruinus consil. 101. num. 3. lib. 5. Tiraquell. de retractu lignag. §. 1. gl. 10. num. 13. Menoch. de presumptio. li. 4. præsump. 101. n. 45. Rot. decis. 496. num. 3. par. 3. diuersorum.

Quo fit, vt cum stante dicta acceptatione menses Martij, & Septembris sint propri

menses

menses Papæ, & Episcopus nullum habet
109 ius conferendi in illis, quòd siue resideat † Episcopus, siue non resideat in illis, vel in
115 mensibus præcedentibus Februarij, & Augusti, semper collatio erit Papę. Mandosius consilio 18. numero 8. in fine, & num. 9. Ac propterea prouisus Apostolicus non tenetur in hoc casu probare aliquam residentiam, vel non residentiam Episcopi.

Et eo magis quia non residentia Episcopi,
110 in sui † odium habetur pro residentia, argumento. tex. in l. postliminij. §. captiuis, & in l. nihil. ff. de captiuis, & postlimin. reuersis. cap. quòd in dubijs, iuncta glossa 1. de renunciatione. Baldus in authentica habita, num. 21. C. ne filius pro patre, & in terminis nostrę disputationis scripsit Mandosius in cons. 18. num. 12.

Rursus, quia absentia Episcopi, licet ipsum priuet commodo alternatiuæ: non tamē
111 potest prejudicare † Papæ in suis mensibus Martij, & Septembris, cum culpa propria sibi, & non alteri debet esse nociua. l. sancimus. C. de pœnis. l. non debet 74. ff. de regulis iuris, & dixi late supra in glossa 27. & fuit in terminis nostræ regulæ decisum in vna causa Fauentina Canonicatus 16. Decembris 1584. coram Illustriss. Blanchetto, & in alia Maioricen. Canonicatus 15. Nouembris anni 1593. coram R. P. D. Mellino. Mandosius d. cons. 18. num. 8.

Vnde sequitur, quòd si Episcopus accepta
112 uit alternatiuam, & abest in mense Februarij, aut Aprilis, aut Augusti, aut Octobris: quòd minimè poterit prouidere beneficia vacantia in dictis mensibus, † sed erunt reseruata Sedi Apostolicæ. Et multo minus potest conferre in mensibus Martij, & Septembris, cum isti duo menses (stante acceptatione alternatiuæ) desiuerint esse ordinarij, &
117 facti fuerunt Apostolici, & reseruati: Ita Mandosius in dicto cons. 18. nu. 8. Rota in dictis decisionibus Fauentina, & Maioric. & aliàs tenuit sæpe, & dicam in quæst. 4. huius gloss. à num. 133.

Et in dicta decisione Fauentina ponderatur maximum absurdum, quòd aliter sequeretur. nempe, quòd liceret † Episcopis frui
113 mensibus Febuarij, & Augusti propter residentiam, & Martij, & Septembris propter
118 non residentiam, & mensib. Aprilis, & Octobris pro reditu ad residentiam.

Nec non quòd alternatiua concessa, vt Epi
114 scopos ad residendum inuitet, operaretur † contrarium effectum, vt eos ad sępe recedendum induceret, contra intentionem Papæ l. non omnis. ff. si cert. pet. cap. quia intentionis, de priuilegijs. Rota decis. 14. num. 3. de conces. præben.

Ponderatur etiam, quod cum ex acceptatione alternatiuę, menses Martij, & Septembris semel fuerint Sedi Apostolicæ reseruati: † semper remanent reseruati, siue Episcopus resideat, vel non resideat. Rota decis. 14. de præben. in antiq. & 10. & 13. de prę-
115 ben. in nou. Cassad. decis. 9. n. 3. de conces. præben. & dixi in gloss. 11. & vide, quę dicam in q. 4. sequen. huius gl. a nu. 133.

Ex quibus oritur facilis responsio ad ea, quæ in principio causare dubitandi occasionem dixi. Nam ratio est valde diuersa, & non potest dari ęqualitas inter Episcopos, & Papam. Et culpa in non residendo illis, non verò Papę debet esse damnosa, nec ex abusu alternatiuę in non residendo potest
116 Papę, in suis mensibus aliquod præiudicium irrogari, per supradicta, & ea, quæ dicam, (Deo dante) in glossa 56. super verbis, *eo ipso priuati existant*.

Quæstio tertia sit, An ea, quę diximus in duabus quęstionibus prędcedentibus, videlicet, quòd Episcopus teneatur residere in mensibus Februa. Aprilis, Aug. & Octob. vt fruatur alternatiua, & beneficia in illis vacantia desinant esse reseruata. Et quòd prouisus ab Episcopo, qui tanquā actor agit, tenetur probare residentiam: Procedat etiam, & pariformiter locum ha-
116 beat, quoad menses † Iunij, & Decembris? (Loquor in beneficijs liberę collationis, in quibus intrare potest alternatiua; non vero de illis beneficijs, quę non sunt liberę collationis, in quibus nulla adest difficultas, cum alternatiua non intret, vt plene dicam in gl. 45. & sequentibus.)

Episc. non residens in mense Iunii aut Decęb. an gaudeat alternatiua.

Pro negatiua parte, videlicet, quòd non sit necessaria residentia in istis duobus mensibus vrgent: Tum quia dicti menses Iunij, & Decemb. semper sunt ordina
117 rij, † siue alternatiua sit acceptata, siue acceptata non sit.

Tum quia in istis duobus mensibus non fit aliqua permutatio cum Papa, cum semper remaneant ordinarij, & sic cessant ea, quę dixi in quęstione prędcedenti, n. 106. & 107. de permutat. & quasi contractu.

Tum quia isti duo menses non concedun-
118 tur Episcopis à Papa, cum iam fuerint proprij Episcoporum sine alternatiua. Nam quod meum est amplius meum † effici non potest. §. sic itaque institut. de actionibus, cap. inter dilectos. §. cæterum, de fide instrumentorum.

Tum etiam quia cum dicti duo menses fuerint ordinarij ante acceptationem alternatiuę: collatio, quę fit ab Episcopis de beneficijs vacantibus in illis post acceptationem alternatiuę, potius facta videtur, vigore pri-
119 mæui iuris, & ordinarię † iurisdictionis, quā vigore alternatiuę, per tex. in c. licet, de

officio

officio ordin. vbi omnes docent, maxime Felin. & in cap. cum aliquibus 4. de reſcriptis, libro 6.

Quo fit vt eodem modo, ſicut ſi alternatiua acceptata non eſſet, poteſt Epiſcopus conferre beneficia vacantia in dictis menſibus Iunij, & Decembris, quamuis abſens fuiſſet; ſic etiam videtur, quòd conferre poſſit in eiſdem menſibus, quamuis acceptauerit alternatiuam, & reſidentiam non fecerit.

Et eo magis quia alternatiua nihil de no-
120 uo confert, † ſed dumtaxat obſtaculum reſeruationis remouet. Puteus deciſ. 205. & 215. & 222. lib. 1. cum alijs adductis in gl. 42. verſ. *minus obſtat dicere*. num. 13.

Tum denique quia ſicut Epiſcopi alterna-
125 tiuæ commodo gaudentes poſſunt conferre
121 beneficia, quę non ſunt liberę † collationis, vacantia in menſibus Iunij, & Decembris, quamis ad illa non ſe extendit alternatiua: Sic etiam poſſunt conferre omnia beneficia vacantia in dictis menſibus, quamuis reſidentiam non fecerint, & vide infra, nu. 124.

Exaduerſo tamen pro opinione affirmatiua, in quam me incli no, concurrunt ſequentia.

Primo quia Papa per regulam noſtram concedit Epiſcopis alternatiuam acceptantibus, quòd valeant conferre omnia beneficia vacantia in menſibus Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembr. quamdiu apud Eccleſias, aut dięceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſederint dumtaxat. Igitur ſi non reſident in menſibus Iunij, & Decembris conferre non poterunt, & intrauit reſeruatio. Nam conceſsũ ſub conditione reſidentiæ
122 cenſetur denegatum † ſub contraria conditione abſentię, ſeu non reſidentiæ, ad tex. in l. pecuniam. ff. ſi cert. petat. l. Item quia, ibi, *& nuptijs non sequutis ipso iure euanescit stipulatio*. ff. de pactis. l. neceſſario. ff. de periculo, & commod. rei venditę, cum adducendis in gl. 54. ex num. 5. vſque 24. & in terminis noſtræ regulæ, & quęſtionis, licet non reſtrictę ad iſtos duos menſes, ſcripſit Mandoſ. in conſ. 18. num. 3. vbi num. 4. ponderat ad hoc memoratam dictionem, *dumtaxat*. quę eſt limitatiua, & excluſiua. l. ſolutum. §. ſi in ſortem. ff. de pignorat. actione, cum alijs ſupra allegatis in hac gl. num. 24.

Præmaximè quia illa dictio, *quamdiu*. im-
123 portat conditionem. † l. Pater Seuerinam 101. §. final. vbi Bartolus. ff. de condit. & demonſtr. l. 4. in princ. ff. de ſeruitutibus. Bart. in l. 1. num. 1. C. de legatis.

Pro quo faciunt bonæ deciſiones Putei 53. num. 4. & deciſ. 492. num. 4. lib. 2. & Rota deciſ. 4. lib. 2. par. 3. diuerſorum, dum dicunt, quòd eo ipſo quòd Papa per alternatiuam
124 † concedit ſex menſes Epiſcopis, cenſetur reſeruaſſe ſibi alios ſex, quamuis non exprimeret, & dicam in gloſſa 54. nu. 2. cum ſeq.

Secundo quia regula noſtra parificat, ad effectum gaudendi alternatiua cum onere reſidentiæ, iſtos duos menſes Iunij, & Decembris, cum alijs quatuor menſibus Februarij, Aprilis, Auguſti, & Octobris: Et omnes dicti ſex menſes ſub eadem clauſula, & oratione ponuntur, & ab eodem verbo reguntur, & determinantur: Quapropter ſicut in alijs quatuor menſibus, Februarij, Aprilis, Auguſti, & Octobris, requiritur dicta reſidentia; Sic etiã requiritur pariformiter in iſtis duobus menſibus Iunij, & Decembris: Nam quando vna determinatio reſpicit plura determi-
125 nabilia, † omnia ſunt pariformiter terminanda. l. iam hoc iure. ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitutione cap. ſecundo requiris de appellationibus. Decius conſ. 92. num. 2. & 3. Caſſadorus deciſ. 9. num. 3. ſuper regulis. Cæſar. de Graſſis deciſ. 2. num. 3. de iureiurando. Et eadem qualitas qualificat omnia
126 copulata, quæ ſub eadem oratione ſequuntur, & ab eodem verbo reguntur. Bartolus in l. prætor. §. eritque differentia. ff. de vi bonorum raptorum. Socinus in conſ. 27. num. 13. & 14. lib. 4. Cęſar de Graſſis deciſ. 1. num. 3. de rebus Eccleſiæ, & deciſ. 4. num. 9. & 10. de teſtamen. & dicta deciſ. 2. num. 4. de iureiurando.

Tertio, quia ſicut contractus eſt a princi-
127 pio volũtarius: † tamen eſt ex poſt facto neceſſarius. l. ſicut. C. de actionibus, & obligat. l. ſi pecuniam, in principio. ff de condict. ob cauſam dat. Rota deciſ. 33. num. 17. de præben. in antiquis. Sic etiam acceptare alterna
128 tiuam à principio eſt voluntatis † Epiſcoporum. Acchilles de Graſſis deciſ. 1. de priuilegijs, & deciſ. 2. ſuper regula modific. indult. Cardin. Tamen poſtquam Epiſcopus acceptauit alternatiuam ſe ſubiecit, & obligauit voluntariè ad reſidendum in dictis menſibus Iunij, & Decembris, quamuis de nouo non concedantur Epiſcopis, ita vt ſi non reſidet prouidere non poſſit: licet ſi non acceptaſſet, reſidentia neceſſaria non eſſet. Mandoſius conſil. 18. num. 8. & 9. cum alijs ſuperius allegatis a numero 108. & 111. cum ſequentibus.

Quarto, quia ob hanc cauſam per alternatiuam noſtræ regulæ, augẽtur duo menſes ordinarijs ad conferendum, dando illis ſex mẽſes, cum ſine alternatiua non habeant niſi quatuor: Vt cum hoc lucro, & augmento
129 compenſetur † neceſſitas, & obligatio reſidendi in omnibus ſex menſibus, argumento, tex. in l. eum qui 30. in principio, & ibi gloſ. verbo, *probandi*. & Iaſon num. 4. & 5. ff. de iureiurando, & tex. in l. fundi partem 79. ff. de contrahen. emption. Abbas in cap. cum aliquibus

quibus. nu. 2. de decimis, cum aggregatis per Tiraq. de primogen. q. 17. opin. 3. & Matien. in l. 1. tit. 11. gl. 2. ex n. 27. vsque ad nu. 38. lib. 5. recop. Lasarte in tract. de gabel. c. 15. à n. 24. cum sequentibus vsque ad fin.

Et propterea considerato d. onere, verificatur bene quod dixit Paris. cons. 42. n. 2. lib. 4. quòd per concessionem alternatiuę modi- 134
130 cum † plus conceditur Episcopis.

Accedit etiam, quòd d. residentia Episco-
131 porum, est valde fauorabilis, † cum sit de iure diuino, vt dixi in gl. 41. Et ideo hoc onus resident. est potius ampliandũ, quam restringend. vt plene per Mãdos. in sæpe alleg. cons. 18. n. 5. 6. & 7. vbi plura scribit, & inf. nu. 164.

Neque obstant pro prima opinione adducta. Nam omnia tolluntur ex supradictis, cum Episcop. acceptando alternat. voluntarie se obligauerit ad residend. in omnib. sex mensib. sub condit. & pœna amittendi ius conferendi, sub qua per regul. nostram indulgetur alternatiuæ commodum.

Et ad id quod pro vlt. fundamento dixi de 135
beneficijs, nõ liberę collationis, quæ possunt conferri per Episcopos non residentes in mẽsibus Iunij, & Decemb. respondeo, quòd licet hoc sit verũ; non tamen fieri potest consequẽtia ad casum nostrũ, cũ prorsus sit dispar ratio. Nam in benef. quę non sunt liberæ collationis non intrat altern. vt reg. nostra declarat, & dicã in gl. 45. in princ. ex n. 36. cũ §§. & gl. seqq. Et ideo cum quoad illa Episc. non recipiant lucrũ, nec augmentum mensiũ, nec fiat aliqua cõuentio, nec quasi contractus in- 136
ter PP. & Episcopos, nõ est mirum si obligati ad residen. non remaneant, quia vbi non da-
132 tur emolumentum, † neque etiam dari debet onus, & periculũ. §. 1. instit. de legitim. patro nor. tut. reg. qui sentit 55. ff. de reg. iur. Quòd secus est in casu, de quo agitur, in quo sicut 137
Episcopi sentiunt commodũ ex quasi cõtractu, & augm. mensium, sic etiam sentire debent onus residentię in omnib. sex mensibus. 138

Quarto quęro. Pone quòd vnus Episc. ac ceptauit alternat. fuit absens à sua diœc. ex mense Maij, vsq; ad finitũ mens. Septemb. & vacauit vnus Canonicat. in men
133 se Septem. Vtrum collatio spectet † ad Episc. vel potius ad PP. tanquam de reseruato?

In hac quæst. reperio expressam decis. in term. Episc. Sulmonen. cum quo casus iste cõtingit, & sub die 3. Martij an. 1583. fuit resolutũ in d. causa Sulmonen. Canonic. corã Cantuccio, rem carere difficultate, nẽpe Canonicat. non esse reseruatum, & sic collationẽ spectare ad Ordin. ea ratione, quòd alternat. cõceditur Episc. tandiu, quandiu resederit dũtaxat: & in casu proposito non intrat altern. quia Episc. erat absens: Neq; sufficit acceptatio, quia habet suas qualitates requisitas, videl. personal. residentiam, quæ si non concurrit, nihil fit: & tandiu ipsa gratia alternatiuæ durat, quandiu residetur personalit: & statim amittitur, quando quis recedit ab Eccles. & diœc. & intrat reseruatio: quam decis. refert, & sequitur R. P. D. Germon. in tract. de Indultis. §. volumus num. 18. & 19.

Cæterum contraria senten. verior est, & tenenda, † vt patet ex rationib. & fundam. supra adduct. in hac gl. in q. 2. ex n. 106. vsq; ad n. 115. vbi clara ratione ostenditur, quòd mens. Septemb. relictus Papæ mediãte acceptat. alternat. semper remanet Papæ reseruatus; Ita quòd per absentiam Episc. non possit auferri Papę ius sibi quæsitum: Nam aliter sequerẽtur plura absurda, & inconueniẽtia ibidem ponderata, & allegaui alias duas decis. nouiores hanc opin. tenẽtes, videl. Fauentin. Canonic. & Maioricen. Canonicatus, quę decisiones de ista Sulmonen. mentionem non faciunt.

Neq; obstat dicere, quòd eo ipso, quòd Episc. desinat residere statim perdit alternat. quia hoc non subsistit, † Nam quãuis nò frua
135 tur fructu, & cõmodo illius de tempore absentiæ; non tamen illam perdit. Nec postquã acceptauit perdere potest per absentiã, vel abusum, nec alio modo, nisi Papa volente, vt sup. dixi, ac inferius in n. 159. & plenius in gl. 56. limit. 1. per totam, & in gl. 58.

Quinto quæro quid si Episc. qui acceptauit altern. fuit absens à diœc. in princip. alicuius ex mensib. suis, & post redditum ad propr. diœc. vacat tunc in eod. men
136 se, beneficium, an possit † illud conferre?

Episc. an gaudeat alternat. si in principio mẽsis non resedit

In partem negatiuã non leuiter mouet decis. Rotæ facta in vna causa Fauentin. Canonic. 16. Decemb. An. 1586. corã Illustriss. Blãchetto, dum dicit huiusmodi verba, *Quia cum ab initio mensis Septemb. esset acquisitum ius Papæ, semper ille mensis remanet † reseruatus, sicut dicitur de beneficio semel affecto, quod semper remanet affectum. Rot. decis. 10. de præb. in nou. & dictio* 137
quandiu, *est apposita menși integraliter: † non autẽ* 138
dieb. mensis, cum quo intrat reg. l. eum qui ædes. ff. de vsucapion. vt totum integrale, non autem singulæ partes veniant considerandæ. hactenus Rota.

Quæ decisio fuit in hoc citata, & considerata per aliam decis. Eluen. beneficj 22. Maij 1599. coram R. P. D. meo Mellino, ibi, *dummodo sit per integrum mensem iuxta interpretationem, aliàs datã in causa Fauentina Canonicatus 16. Decemb. 1586. coram Illustriß. Card. Blanchetto.* necnon in eadem causa Eluen. coram R. P. D. meo Ludouisio, sub die 30. Octobris 1602. ibi, *verum esse sufficere præsentiam Episcopi per mensem integrum*, ac tradit R. P. D. Anastas. Germon. in tractatu de Indultis Cardinal. §. volumus à num. 21.

Vnde cum sit considerandus totus mensis integer, non autem singuli dies, & in principio mens. fuerit acquisitum ius Papę ad pro-

uidendum in illo mense (aliàs ordinar.) vigore altern propter absentiam Epis. videtur dicendum, quòd quãuis postmod. redeat Episc. ad suam diec. & durante residentia vacet in eod. mense aliquod benef. quòd erit Papæ reseruatum, ita vt Epis. minimè possit illud cõferre, quia absurdũ esset, quòd vnicus, & idẽ
139 mensis esset partim † reseruatus, & partim non reseruatus, exemplo textus in d. l. eum qui ædes, in fin. ff. de vsucapionibus.

Pro quo etiam facit decis. Put. 156. *in vna Cartaginen.* sub n. 11. lib. 2. vbi cũ dubitaretur, an expectãs posset acceptare (vigore suę gratię ad quęcunq; benefic. vacat. prętercquã ad collationem ordin. pertinentia) benef. quòd vacauit Sede Episc. vacante, dicitur sic. [Itẽ vnus ex DD. dicebat, quòd attenta 1. opin. sequebatur vnũ inconueniens, quòd si in princ. mensis non adesset ordinarius, quòd illo tem
140 pore expectans posset acceptare: pone quòd infra tres dies rediret ordinarius, iam illo tempore non posset acceptare, & sic vnum, & idem beneficium potuisset, & non potuisset acceptare, † quòd videbatur inconueniens.]

Concurrunt etiam illa, quę dixi superius num. 67. 68. & 69.

Igitur stantibus dictis decisionibus Rotalibus in terminis quęstionis nostrę, negatiua pars tenenda videtur.

Oppositam tamen superiori sententiã verioręsse puto. Quia reg. nostra ad hoc, vt Episc. qui alternat. accepta
148 uit, possit conferre, duo dũtaxat requirit: Primum quòd benef. liberę collationis (aliàs nõ reseruatum) vacauerit in aliquo ex sex mensib. ordinarijs vigore alternat. Secundũ quòd de tempore vacationis resideat: sed in casu
141 propositę quęstionis vtrumq; concurrit, † vacatio in mense ordin. & in tempore residentię, cum iam Episcopus ad suam diœces. redierit, licet in principio mensis absens fuerit. Igitur ad Episcopum spectat collatio.

Prętera quia ad considerandum si benef. sit reseruatum, iuxta disposition. reg. nostræ
142 attẽditur tempus † vacationis. Archidiac. in c. statutum, sub n. 2. ante fin. ibi, *& sic ipsius vacationis principium*, de præb. lib. 6. Cassador. dec. 18. n. 9. de preb. Rota decis. 774. n. 3. & 10. p. 3. diuers. & dixi in gl. 11. n. 66. Et qualitas
143 adiuncta verbo vacationis debet regulari, † secundum tẽpus verbi. l. in delictis. §. extraneus. ff. de noxalibus. c. si eo tempore, de rescript. lib. 6. Mohedan. decis. 23. n. 1. de præb. Rot. dec. 70. n. 13. p. 1. diuer. Gutierrez cons. 1. n. 13. Acebed. in l. 1. n. 82. tit. 5. lib. 6. recop. Ergo si nihil aliud est considerandum, nisi tempus vacationis, & qualitas residentiæ de illo tempore, clarum est, quòd nihil deficit, vt Episcopus conferre valeat.

144 Rursus quia illa dictio, *quandiu*, tempora † diuidit, & potest bene verificari in qualibet parte mensis, in qua Epis. resideat: iuxta tex. in l. si quis ita legauerit 8. ff. de condition. & demonstrat. & quę ibi notantur. Ac in proposito legati relicti vxori, quandiu vidua remanserit, resoluit bene Mantica de coniect. lib. 11. tit. 19. n. 22. & vide supra n. 14.

Nam quilibet mensis diuiditur in dies tri
145 ginta, † aut triginta, & vnam, aut viginti & octo, quas habet iuxta gl. 1. in reg. fin. de reg. iur. in 6. Speculat. in tit. de instrument. editione. §. 1. & notatur in l. cum bissextus. ff. de verb. signif. Dies autẽ quęlibet componitur ex 24. horis. l. more Romano. ff. de ferijs, cũ similib. l. qui hoc anno 42. ff. de verb. obligat.

Vnde in qualibet die dicuntur septẽ horæ
146 † Canonicæ, præter Missam. c. 1. de celebrat. Missar. Et passim datur residentia, & interessentia in vna hora vnius diei, & lucrari distri
147 but. quotidian. & absentia † in alia hora eiusdẽ diei, & illas perdere, vt notatur in c. 1. de Cleric. non resid. li. 6. & in extrauag. cũ nonnulli. §. prętereа, de preb. inter cõmunes, ac in simili tradit Cassad. decis. 27. sub n. 5. vers. *Duodecim enim sunt horæ, &c.* super reg. Ac consequenter à fortiori potest bene dari, & verificari residentia, & non residentia in eod. mẽse, ad effectum, vt Episcopus in certis diebus mensis, in quibus residentiam fecerit, habeat ius conferendi, & in alijs diebus, quibus absens fuerit illud habere desinat.

Accedit quòd eadẽ ratio, quæ est de toto
148 quoad totũ, ead. etiã est de parte † quoad partem. l. quę de tota 76. ff. de rei vindic. c. pastoralis. §. Item cũ totum, de off. deleg. Euerar. in argum. de toto ad partem, per totum.

Deinde quia alias si esset necessaria integra residentia totius mens. sequeretur inconueniens, quòd si Episc. resedisset omnes fere dies mensis, & in illis vacantia benef. contulisset: quòd si post factam legit. prouis. de dd.
149 beneficijs in vlt. die ipsius mensis † abesse contigisset, quòd collationes factę de tẽpore habili corruerent: quod est prorsus contra mẽtem Max. Pontif. alternat. cõcedentis. Sequeretur etiam quòd tales collationes essent cõ
150 ditionales, † videl. sub conditione, si Episc. integram residentiam totius mensis continuasset, contra tex. in cap. 2. de elect. lib. 6.

Necnon daretur inconueniens, si princip. mensis esset considerandum, quòd si Episcopi residerent in principio suorum mensium, & postea abessent, quòd in reliqua parte mẽsis gauderet alternatiua † Episcopus non re
151 sidens, quòd minime dicendum est, quia esset expresse contra regulam nostram.

Demum quia si Papa voluisset, quòd esset necessaria continuata residentia totius mensis expressisset, † quod non fecit. l. Item apud. §. ait prætor, vers. *ea enim.* ff. de iniurijs. c. ad audientiam 12. de decimis.

Item quia concessio alternatiuæ est † fauo
153 rabilis,

rabilis, cum innitatur iuri cõmuni. Caputaq. decis. 88. n. 6. & decis. 214. n. 6. p. 2. Mandos. in reg. Cancell. 11. q. 11. n. 3, & 4. Calder. consil. 22. de prẽb. Mohedan. decis. 1. sub n. 1. de concess. præben. Crescen. decis. 3. sub n. 6. de priuil. Paris. cons. 143. n. 9. 10. & 11. vol. 4. Cassad. dec. 4. n. 2. post princ. de priuil. & dixi in §. 6. proẽm. Ac propterea tanquam actus fauorabilis est potius ampliandus, quam restringendus. l. 1. C. de senten. passis, reg. Odia. restringi 15. de reg. iur. lib. 6. & in termin. nostrę reg. trad. Put. decis. 162. n. 6. & 7. lib. 2.

154 Et benef. Princip. est contra concedentẽ † latiss. interpretandum. l. fin. C. de constit. Princip. Rot. dec. 33. nu. 13. de prẽb. in antiq. Cassad. dec. 10. n. 6. de concess. præb. & dec. 3. nu. 3 de priuil. Put. dec. 66. n. 4. li. 1. Rebuf. in praxi. tit. differentiæ inter priuil. à n. 6. & dixi in gl. 35. & supra in hac gl. tetigi nu. 71. & 73.

Superest nunc respondere ad dictas decis. in oppositum ponderatas.

Non obstat dec. facta in causa Fauent. Canonic. quia in primis illa dec. nõ loquitur de aliquo ex sex mensib. ordin. vigore alternat. sed de mense Septemb. qui stante altern. sem
155 per est mensis Apost. † siue Episc. resideat, siue non resideat, vt dixi in q. 3. præc. Et respectu d. mens. Septemb. intrãt bene omnia, quę dicuntur in d. dec. Ita vt non obstet decis. Sulmonen. Canonic. alleg. in q. præced. nu. 133.

Ac consequenter aliæ decis. Eluen. sunt intelligẽdæ, iuxta terminos d. decis. Fauentin. quam allegant per doctrinam Bart. in l. non solum. §. liberationis. nu. 7. ff. de liberat. legata, cum alijs citat. in gl. 8. nu. 29.

Et si aliquis vlterius instaret in ratione adducta in d. dec. nempe quòd dictio, *quãdiu*, 159
sit apposita in nostra reg. mensi integrali, nõ autem singulis diebus mensis, iuxta text. in l.
156 eũ qui ædes 23. ff. de vsucapion. vbi habetur † quòd possidens domum compositã ex area, & superficie, dicitur possidere ad effectum vsucapien. d. domum, vt totum integrale; non autem singulas res domus distinctas, & separatas, veluti aream de per se, quę est res immobilis, & cementa, lapides, tigna, & alia huius modi; quę si considerantur sęparatę, sunt res mobiles, quia absurdũ, & minime iuri ciuili 160
conueniens esset, vt vna res diuersis tẽporib. vsucaperetur, videl. area tanquam res immobilis spatio 10. seu 20. annor. & reliquę res vti mobiles solis annis tribus: Neq; enim recipi potest, quòd eadem res, & vt res soli, & tanquam mobilis sit possessa: Quod etiam disponit. l. qui vniuersas ædes 30. ff. de acquir. possess. Vbi idem loquitur de naui, & armario.

Respondeo negãdo quòd d. dictio *quandiu*, sit apposita mensi integrali, quando mensis est ordinarius, vt superius dixi.

Neq; casus d. legis eum qui ędes, & similiũ applicatur in propos. nostro, Nã domus cõstituta ex omnibus suis materialibus iudicatur vnica, & eadem res indiuidua, & singulæ res quandiu adhærent ædificio amittũt naturam suã rer. mob. & efficiuntur vnũ corpus immobile, & indiuisib. Quod secus est in casu nostro, quia mens. habet sing. dies, & horas separatas, & diuis. vt supra. consideraui n. 145.

Melius etenim conueniret mensi, exemplũ
157 de grege, de quo loquitur, tex. in l. rerum † mixtura 30. ff. eod. tit. de vsucapion. dicẽs, quòd licet grex compositus ex decem, seu plurib. ouibus consideretur, vt vnum totum; Tamen habet singulas partes, & oues distinctas, ac separatas, & singulę partes suam causam habebũt. Nã in aliquibus admitti potest vsucapio, in alijs vero, (veluti quia essẽt furtiuę,) non: licet essent ex eodem grege, & ead. lex constituit maximam differentiam, Et diuersitatem inter gregem, & domum, vt notat ibi Alberic. & Castren. vterq; n. 1. & cæteri.

158 Sic etiam singulę partes † mens. vti separatę, habebunt suam naturam diuersam, quia si Episc. in parte resideat, & tunc vacatio contingat collatio ad illum spectabit, & si in alia parte eiusd. mens. absens fuerit, nõ ad illum, sed ad Papam (ad instar ouis furtiuę) pertinebit, & vide gl. verbo, *vnum corpus*, post medium in cap. dilecta, de excess. Prælat.

Sicut etiã non repugnat dicere, quòd propter absentiã Episc. in princ mens. fuerit PP. ius quæsitum, & quòd vnicus, & idẽ mens. nõ debet diuerso iure cẽseri, vt partim sit reseruatus, & partim non reseruatus, c. quocirca 22. in fin. de priuil. cap. cum in tua, de decim.

Quoniam dd. sex menses, qui dantur Ord.
159 vigore alternat. sẽper sunt ord. † & nullus eorum est partim reseruatus, & partim non reseruatus. Nam si Ordin. in aliqua parte illius est impeditus conferre, hoc non prouenit ratione mensis, qui semper est ord. & nõ mutat naturam suam, dum durat alternat. sed prouenit ratione absen. propter quã Episc. perdit vsum altern. pro illa vice: & ideo reseruatio nõ causatur ratione mens. sed ratione absen.

Item quando militat contraria, & diuersa ratio, veluti residendi, aut non residen. nõ est
160 inconueniens, quòd ead. res diuerso iure † cẽ featur. c. cũ cappella, vbi not. Abb. n. 5. de priuil. cũ alijs cumul. per Tiraq. de nobil. c. 28. n. 12. cum 4. n. seqq. Menoc. de recuper. rem. 1. n. 36. Rocch de Curte, in fi. de consuet. sect. 2. nu. 19. vbi scribit 8. limit. ad reg. quòd ead. res non debet diuerso iure censeri.

Vnde ostẽdimus in gl. 45. §. 1. ex n. 14. & 72. quòd in eod. mens. potest collatio spectare ad PP. & Ord. necnon dicã in gl. 65. n. 13. & 14.

Ex quibus pariter datur responsio ad decis. Putei, pro 1. parte citatam, vltra quòd loquitur in longe diuerso casu.

UNIVERSIDAD GRANADA

Denique ad tex. in l. à vobis. 5. & l. filię 22. ff. de annuis legat. cum adductis superius. n. 67. potest responderi cum gl. & Bart. in d. l. à vobis, dum conciliant illos tex. & tex. in l. si operas 26. cum similibus, de vsufruct.

Sexto quęro ponamus, quòd vnus Episc. qui alternat. acceptauit continuò seu ordinarie cõmoratur extra suã diœcesi. in Curia Principis, vbi præest off. Sanctiss. Inquisit. totius Regni, sed tempore Quadragesi. seu ante festa Paschalia, solet accedere ad propriam Eccles. & ijs peractis, iterũ reuertitur ad d. Curiam. Cum esset præsens in propria Eccl. vel diœcesi. per mẽses Martij, Aprilis, & Maij, & sic per integrum mensi. April. qui vigore alternatiuę est ordinar. vacauit
161 in illo, certum benef. Vtrum d. Episc. possit † illud conferre, vel potius sit Papę reseruatũ? Iste casus semel, & iterum cõtingit in Episc. Eluen. qui erat inquis. maior in Regno Portugall. & residere solebat in Ciuit. Vlixbonen. sed ad propr. Eccl. dictis tẽporib. accedebat.

An sit potiss. cõsiderandus animus residendi, vel potius corpus ad effectũ alternat.

Quòd collatio d. beneficij spectet ad Episcopum videtur indubitabile.

Primo quia d. mens. April. in quo vacauit benef. est ordinarius, vigore alternat. Item per d. mensem integrum Episc. in prop. Ecc. residebat, & sic vtrumq; requisitum reg. nostræ concurrit, vt ordinarię prouis. locus sit.

Secũdo, quia minime debet obstare, quòd talis Episc. ordinarie cõmoretur extra propriam dięc. vbi munus maioris Inquisit. exercet, & ideo in propria Eccl. casualiter aderat, & non poterat dici ibidem tunc residere.
162 Nã residere is dicitur, † qui continue ibi moratur Archid. in c. licet Canõ. n. 5. de elect. li. 6. Bart. in l. cũ delanionis. §. Sabin. nu. 1. ff. de fund. instruct. Rot. dec. 8. n. 3. de preb. in anti.

Quia respondetur primo, quòd propr. Ecclesia, & diœces. dicitur magis originalis, &
163 naturalis habitatio, cum tanquam † sponsus teneatur, cum prop. Eccl. & sponsa habitare, non secus, ac maritus cum sua vxore. c. sicut vir. cap. peruenit. 7. q. 1. c. inter corporal. de translat. Prelatorum.

Et quia de iure diuino Episc. prœcise tenetur ad d. residen. in prop. Eccl. vel diœc. vt dixi in gl. 41. nu. 8. Etiã si sit Cardin. vt cauetur in c. 1. post princ. Conc. Trid. sess. 23. de reformat. Ita vt sępe declarauerit Sacra Concilij
164 Trid. Cong. vt off. Inquis. etiam maioris † non excuset Episc. à residen. in propria dięc.

Vnde Episcop. semper dicitur esse in pro-
165 pria Ecclesia, † & Ecclesia in Episcopo, cap. scire debes Episcopum 7. q. 1.

Itẽ ratione Episcopat. residen. requirentis
166 Episc. habet prop. domicil. † in sua Eccl. seu diœc. Rot. dec. 10. n. 2. de appellat. in nou. & dec. 83. eo. tit. in antiq. & prosequitur late Felin. in c. dilectus 2. à n. 1. vsq; ad n. 9. de rescr. Maxime quia in plurib. locis quis potest habere domicil. l. adsumptio. §. viris prudẽtib. ff. ad municipal. & de incolis, gl. in c. præsen. §. idem est, vbi Gemin. n. 4. & reliqui, de præbend. lib. 6. Et animus talis esse presumitur, qualis de iure esse debet. Aim. cons. 33. n. 23. & fuit late dictum in vna causa Oriolen. benefic. 6. Martij 1595. coram Illustriss. Mant.

Præterea quia d. Episc. residebat in tempo-
167 re maioris oblig. † & necessitatis in prop. Eccles. videl. Quadragesi. & Paschali, vt sanciuit Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 1. vers. *eos interim admonet*, cap. si quis in clero 7. q. 1.

Ideoq; minime dici potest, quòd casualiter de d. temp. præsens erat: Præsertim cum
168 quolibet anno † in eod. tempore residere in prop. Eccl. solitus fuerit, ad tex. cum ibi not. in l. sedet si quis. §. quæsitũ. ff. si quis caution.

Secundo respondeo, quòd illud quod dicitur, cẽseri quem residere in loco, in quo continuo moratur, non vbi casualiter, & ad tempus adest, procedit improprie, & per quand.
169 fictionem, † & ideo iura, & Doctores, qui de hac materia tractant, loquũtur per verbum *videtur*, seu *censetur*, vel *habetur*, quę verba denotant improprietatem, & fictionem. Bar. in l. si is qui pro emptore. n. 5. ff. de vsucapio. Mandos. in reg. de ann. q. 87. n. 1. Nauar. cons. 8. n. 6. de Cleric. non residen. vbi plene loquitur in term. resid. & ponderaui super. nu. 20.

Si vero veritatem, & realitatem inspicimus palam est, quòd Episcopus qui interest in prop. Eccles. de mense April. quòd vere,
170 & actualiter in illa resideat † in eod. mense April. non autem in Curia, seu loco vbi sanctiss. Inquisitionis maius Tribunal exist. Nauarr. d. cons. 8. num. 6. de Cleric. non residen. & dixi supra num. 18.

Attamen reg. nostra ad effectum, vt Episc. gaudeat, vel non gaudeat alternatiuæ commodo, non contentatur cũ ficta, & impropria residentia, sed semper requirit prœcise verã, personalem, & propriam residentiam, vt dixi in princ. huius gl. à nu. 13. cum seqq. Igitur in prœsenti casu Episc. cum vere non resederit in Ciuit. Vlixbonen. necessario dicendum est, quòd in prop. Ecc. vere residebat, & alter
nat. benef. in d. mense Apr. gaudere poterat.

Tertio, quia oppositor. & contrarior. ead.
171 debet † esse ratio, c. sciendum 8. q. 1. l. & si contra tabul. 35. ff. de vulgari, cum alijs, de quibus per Anton. Gabriel. in tit. de legib. conc. 3. per totam, & tetigi sub num. 57.

Sed si Episc. casualiter abest à diœc. quãuis habeat animum statim reuertendi, & pro residente reputetur, Rot. dec. 4. de consuetud. in antiq. & sup. n. 3. cũ seqq. Tamẽ non potest frui alternatiua de illo tempore absentiæ, vt reg. nostra declarat, dum exigit veram dũtaxat residentiam, vt plene dixi in istius glos.

capite

capite à n. 12. cum seqq. & concluſi in nu. 83. Ead. ergo contraria ratione, quando vere, & perſonalit. adeſt, & reſidet in prop. Ecc. gaudere debet alternat. nulla alia habita conſid.

Nec valet conſequentia, Epiſc. habet ani-
172 mum recedendi, ergo tunc non reſidet, † quãdiu non recedit. Quia Epiſc. promotus poſt acceptationẽ, etiam ante litterarũ expedit. habet animum recedendi, & ad nouam Eccl. acceden. ad quam promouetur; Tamẽ negari nõ poteſt, quòd quãdiu non recedit, non reſideat. Sicut etiã Curiales Vrbis Romanæ dicũtur in ea reſidere, quamuis in ea domicil. nec animũ permanendi non habeant. Et quo animo talis ſedis mutatio fiat. Vide Alciat. de prẽſumpt. prẽſumpt. 34. reg. 2. Menoch. in eod. tract. li. 5. prẽſump. 35. ex n. 1. cum ſeqq. Accedãt quæ dixi in q. 4. præced. iſtius gl.

Ex quibus ego hanc ſententiam libẽter, & intrepide amplecterer, niſi
173 vidiſſem, quòd Rota † in d. caſu contrarium ſæpe deciderit, nam in primis Rota, vna tantũ parte informante in d. cauſa Eluen. benef. 22. Maij 1599. tenuit, quòd in ſuperiori caſu Epiſc. nõ gaudebat altern. & dicit hæc verba.

Potiſſima ratio iſtius reſolutionis fuit, quia licet reg. tribuat Epiſcopis priuileg. alternatiuæ, quandiu apud ſuas Eccleſ. vere, & prſonaliter reſederint, & ſic eſt cõtenta præſentia temporali Epiſc. dummodo ſit per integrum menſem, iuxta interpretationẽ aliàs datam in cauſa Fauent. Canonic. 16. Decemb. 1586. coram Illuſtriſſ. Card. Blanchetto: Tamen debet intelligi de præſentia temporali ordinata ad effectũ permanendi, & reſidendi in ſua Eccl. non autem de ca-
174 *ſuali, momentanea, & temporali; non cum animo permanendi, ſed recedendi: quia iſta non dicitur proprie reſidentia, quam reg. requirit, Archidiac. in c. licet Canõ n. 5. de elect. in 6. Corn. conſ. 244. n. 18. & 19. li. 2. & iſta interpretatio eſt multum conformis menti reg. quæ fuit allicere Epiſcopos ad reſiden. propter*
175 *hoc priuilegium: cui menti † non ſatisfit per præſentiam momentaneam, & temporalem. Vnde cum Reuerendiſſ. Epiſc. Eluen. non acceſſerit ad ſuam Eccl. cum animo permanendi, ſed iuxta ſolitum aliorũ annorum, peractis functionibus paſchalibus, redeundi prout rediit ad d. Ciuitatem Vlixbonen. in qua vt dictum eſt continuo commoratur: non eſt locus regulæ, & conſequenter ceſſante alternatiua, beneficium eſt reſeruatum ratione menſis.*

Et poſtmodum in ead. cauſa Eluen. ſub die 30. Octob. an. 1602. coram R.P.D. Ludouiſio fuit vtraq; parte informante diſputatũ dub. An intraret arbitr. Rotę, nam prouiſus Ord. appellauerat à ſenten. A.C. prolata ad fauo
178 rẽ prouiſi Apoſt. & cauſa appellat. fuit commiſſa eid. R.P.D. Ludouiſio, cum clauſula, *arbitrio Rotæ*, & reſolutum fuit, non eſſe locũ arbitr. & circa propoſ. noſtrum dicit d. dec. ſic.

Quod autem Epiſc. non reſideret, licet de tempore vacationis fuerit præſens patet, quia propter officiũ ſummi Inquiſit. quo fungebatur in Ciuitate Vlixbonen. vbi continue permanebat, licet aliquando, & certis temporibus viſitaret Eccl. Eluen. vbi per aliquot dies morabatur, exercẽdo munera Epiſcopal. prout contigit de tempore vacationis: vnde ex mora, quam fecit in Ciuitate Eluen. animo reuertendi, prout reuerſus fuit ad Ciuitatem Vlixbonen. non potuit pro reſidente haberi. l. 1. §. habitare. ff. de his, qui deiecerint, vel effuderint. l. poſtlim. §. captiuus ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ. & fuit in hac cauſa dictũ 22. Martij 1599. coram R.P.D. meo Mellino, ex traditis per Archidiac. in c. licet Canon. n. 5. de elect. & per Corneum conſ. 244. num. 18. & 19. lib. 2.

Facit, quia cum non diceretur receſſiſſe à Ciuit.
176 *Vlixbonen. à qua receſſit animo † reuertendi. l. qui fugitiuus. ff. de ædilitio edicto. §. in his autem animalibus. inſtit. de rer. diuiſ. & ita adhuc in d. Ciuit. diceretur reſidere, Io. And. vbi Ju. Card. in clem. 1. q. 12. de foro comp. non poterit pro eod. tempore haberi pro reſidente, etiam in Ciuit. Eluen. gl. & Doct. in c. non poteſt, de præb. lib. 6. cum alijs alleg. per Rip. reſponſ. 14. num. 32. in tit. de lege, & conſuetud.*

Non obſtat deciſ. in cauſa Fauent. Canonic. corã Illuſtriſſ. Card. Blanchetto. Quia illi reſpondetur in deciſ. D. mei Mellini, verum eſſe ſufficere præſentiã Epiſcopi per menſem integrum ad effectum, vt gaudeat alternatiua: ſed debere intelligi de tali præſentia, quæ ſit cum animo ibi permanendi, quia non dicitur quis eſſe vbi eſt in corpore, ſi mente, & animo abeſt. l. poſtlim. §. captiuus ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ. cum alijs allegatis.

Ad id, quod dicitur animum Epiſc. non cognoſci cum ſit imperſcrutabilis, reſpondetur, quòd immo ſa-
177 *tis in caſu noſtro declaratur ex præcedentibus, † & ſequentib. l ſed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedonian. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. & à ſolitis. Aim. conſ 20. n. 7.* hactenus iſta deciſio.

Deinde in alia cauſa, etiam Eluen. ratione vacationis alterius benef. de menſe Febr. quando Epiſc. Eluen. aderat in ſua Eccleſ. cũ ipſe illud contuliſſet vni, & alius eſſet prouiſus à Sede Apoſt. introducta lite in Rota coram R.P.D. meo Pegna fuit facta eadem reſolutio contra prouiſionem Epiſcopi, ſub 13. Nouembris an. 1602. cuius reſolutionis deciſio in hac parte ſe habet, vt ſequitur.

Non obſtat prætensa prouiſio Petri ab Ord. prouiſi, eo quòd Epiſc. gaudebat alternat. Quia reſpondebatur, primo quòd cum Epiſc. Eluen. exerceret in Regno Portugalliæ off. Inquiſ. cuius ratione ſolebat & tenebatur reſidere in Ciuit. Vlixbonen. vbi erat conſtitutum idem Tribunal. Ideo licet aliquando ſoleret accedere ad ſuum Episcopatum, & in eo reſi-
178 *dere, cum illa reſidentia non eſſet omnimoda, † & deliberata, ſed animo recedendi, & reuertendi ad tribunal officij generalis Inquiſitoris, non gaudebat alternatiua, cum illa non eſſet propria, & talis reſidentia, qualem regula requirit. Archidiaconus in cap. licet Canon. num. 5. verſ.* parum enim eſt, *de electione libro 6. Corneus conſilio 244. num. 18. &*

sequen. libro 2. & fuit resolutum in alia Eluen. beneficij die 22. Martij 1599. coram R. P. D. meo Mellino.

Idem etiam postmodum fuit firmatum in eadem causa Eluen. coram eodem R. P. D. meo Pegna 17. Nouembris huius anni 1603.

Quapropter stantibus dictis decisionibus, propter auctoritatẽ tanti Tribunal. Rotal. non audeo illius impugnare sententiam, sed vt par est, volo reuerẽter deferre, donec forsan ipsa Rota sentent. mutet; Prout post hæc scripta cępit in contrariam inclinari senten. vt colligitur ex quadam decis. facta in ead. causa Eluen. coram R. P. D. meo Ludouisio, super concessione remissorię, sub die 22. Martij huius an. 1604.

179 Ideo animaduertant Episcopi † priusquam acceptent alternatiuam, num illis potius sit frui, suis quatuor mensibus ordinarijs, siue presentes, siue absentes: quam sex mensib. alternatis cum dictis oneribus, doloribus, & litium anfractibus. Et vidi plures Episcop. qui propterea noluerunt acceptare alternatiuã, & alios, qui postquam acceptauerant, & inconuenientia experti fuerunt obtinuerunt à Papa, quòd suas acceptationes de medio tolleret, ac eos ad menses quatuor ordinarios restituęret, de quo etiam dico in glossa 58.

Resi-dens in loco exẽpto, an dicatur resi 180 dere in dięcesi & plura de hoc.

Septimo quæro dicit reg. nostra, quòd Episc. qui acceptauit alternatiuã, debeat residere in sua Eccl. vel diec. nũ si de tempore vacation. alicuius benef. Episc. fuerit in aliquo loco exẽpto † suæ diec. dicatur in propria diec. residere, ad effectum, vt gaudere valeat alternat. in illa prouisione?

Pars negatiua fundatur ex sequentibus.

Primo per tex. in c. cum Episc. de off. Ord. lib. 6. vbi probatur, quòd quamuis Episc. possit pro Tribunali sedere in quolibet loco suæ 181 dięcesis, non tamen in loco exempto, † quòd etiam probat bonus tex. in clem. 2. vers. *simili modo*, de priuileg. & Rota decis. 145. num. 1. p. 2. diuersorum. Nauarrus cons. 2. nu. 1. cum sequentibus, de officio Ordin.

Secũdo quia à pari procedũt esse extra dię 182 ces. † vel in loco exẽpto, vt docent Ioan. And. in c. 2. n. 5. & 6. de constit. in 6. & ibi Gemin. n. 24. & 25. Franchus n. 10. Ludouic. Gomez. in §. statuto eiusd. c. 2. n. 85. vbi firmãt. d. tex. in §. statuto, dum dicit, quòd statutum Episcop. non ligat delinquẽtes extra suam diec. pari- 183 ter procedat, † & locum habeat in delinquentibus in loco exempto, ipsius diecesis.

Prout etiam dispositio tex. in l. fi. ff. de iurisd. omn. iudic. dicentis, quòd extra territorium suum ius dicenti impune non paretur, 184 locum habet in loco exempto, † vt post Paul. Castren. Angel. Iaf. Dec. Curtium Iun. & Marsil. in d. l. fi. firmat Roland. in cons. 53. n. 29. & 30. cum sequen. vol. 3. vbi plura cumulat.

Sic etiam loca, quæ sunt de prouincia, vel diec. habentia dominiũ separatum, non dicũ- 185 tur esse de † illo Regno, vel diec. Hostien. & Io. And. & post eos Abb. in c. nimis. n. 2. de iureiur. Gomez. in d. §. statuto. num. 85. & 86.

Hinc diecesanor. appellatione sępe veniũt alij inferiores, quasi Episcopal. iurisdict. habentes, gl. verbo, *diœcesanis*, in clem. vnica. §. volumus, & ibi Cardin. sub n. 2. q. 4. Imola n. 38. Vitalin. num. 4. & 9. de foro compet.

Alia plura huius farinę videri possunt per Felin. in c. graue. n. 2. per tot. de off. Ordinar. & per Roland. in d. cons. 53. ex nu. 23. vsque ad num. 46. & per totum. volum. 3.

Vbi propterea cõsuluit, & conclusit, quòd cum quidam Rainatus fecisset prius testam. validum, & solemne, in quo suam filiam primogenitam hæredem vniuersalem instituit, & secundogenitæ reliquit certam dotem: Et postea dum esset in Ciuitate Mediolanen. intra Monaster. Monachor. S. Hieron. eiusdem Ciuitatis, vbi decessit, fecisset aliud testam. in quo versa vice instituit hæredem vniuersalem secundogenitam, & primogenitã exhæredauit: quod quamuis in secundo testam. nõ fuerit seruata solemnitas pro forma requisita per statutum Mediolan. Et licet testator esset forensis, debeat attendi locus conditi testam. circa solemnit. etiam in actib. forensium; Tamen quia secundũ testam. fuit condi- 186 tum intra d. Monast. † & sic in loco exempto, in quo non ligabat statutum Mediol. valebat secundũ testam. & remansit reuocatũ primũ, Quod etiã prius cõsuluit in sim. cas. Ang. cõs. 243. incipit, *quædã D. Margarita*. n. 2. & per tot.

Deniq; quia ratio potiss. quare reg. nostra exigit d. residentiam est, vt Episc. tanquam bonus Pastor præsideat ouibus suis, quæ ratio videtur cessare, quando est in loco exempto, cum ratione exemptionis, oues non sint proprię ipsius Episcopi, sed alienæ.

Affirmatiuam tamen sentent. verã esse reor, quia locus exẽptus 187 consistens in diec. dicitur de diec. † vt probatur per tex. sup. allegat. in d. c. cum Episc. de off. Ordin. lib. 6. dum loquens de diec. excipit locum exemptum: cum exceptio debeat esse de reg. l. nam quod liquide. §. fin. de penu. legat. notat Bart. iu l. quæsitum. §. deniq; ff. de fundo instructo. Decius cons. 656. nu. 6. & 7. Cassador. decis. 8. nu. 5. de concess. pręb.

Ideo Doctores in d. c. cum Episc. notant 188 per tex. ibi, quòd locus exemptus dicitur † de diec. vt Gemin. n. 3. Franch. n. 2. & cęteri, tex. etiam in clemen. 2. §. simili modo, vbi notat Card. n. 4. Vital. n. 41. & 42. de priuileg. gl. verbo, *aut eorum parte*, vers. *Quid si in aliquo loco diœcesi suæ: tamen exempto*, in clem. 1. post princ. vbi Cardin. num. 9. Imola nu. 22. Vitalin. n. 26. de foro comp. Abb. in c. Apostol. nu. 3. de donat.

Petrus

Petrus Vbaldus in tracta. de Canonica portione, c. 4. quæst. 6. num. 11. Rota decis. 207. num. 2. par. 2. diuers. Roland. in d. cons. 33. num. 17. vol. 3.

Et plus habet Episcopus in locum, & personas exemptas suæ diœcesis, quam in prorsus† extraneas. tex in c. 1. de priuileg. lib. 6. in princ. vbi not. Io. Monachus, num. 4. & cæteri. Rota decis. 702. num. 4. parte prima diuersorum. 189

Ideo Episcopus habet iurisdictionem contra exemptos in sex casibus † cumulatis à Petro Andrea Gambaro in tracta. de officio legati, lib. 8. titulo de potestate legati, in regulares, atque exemptos num. 1. & sequentibus. Maxime post Concilium Tridentinum, vt patet in sess. 24. de reformat. cap. 9. & 11. & sess. 7. cap. 8. & sess. 21. cap. 3. Rota decis. 744. num. 1. & per totam. par. 1. diuersorum. 190

Vnde cum locus exemptus sit de diœcesi, clarum est, quòd si Episcopus tempore vacationis reperitur in loco exempto suę diœcesis, quòd dicitur esse, & residere in propria diœcesi,

Neque obstant pro contraria parte adducta. Quia omnia illa procedunt per modum æquiparationis, & impropriè, ac quoad certos effectus; secus tamen vere, † & proprie loquendo, vt per Felinum in d. cap. graue, num. 2. de officio Ordinarij. Rot. decis. 207. num. 4. p. 1. diuersorum. 191

Nec desinit præesse ouibus suis Episcopus, qui aliquando existit in loco exempto propriæ diœcesis ex supradictis.

Et dum d. cap. cum Episcopus dicit, quòd Episcopus possit in quacumque parte suę diœcesis pro tribunali sedere. Intellige ad modicum† tempus: nam ad longum tempus non potest, sine iusta causa remouere Cathedram, & Tribunal a Ciuitate, cap. placuit vt nemini 7. quæst. 1. & declarant Geminian. nu. fin. Philippus Franchus, num. 4. vers. *in gl. finali.* in eod. c. cum Episcopus, de officio Ordinarij, in 6. & hoc modo est intelligendum consilium Nauarri secundum sub titulo de officio Ordinarij. 192

Diœcesis appellat. quando veniat ciuitas, & è cõtra. 193

Octauo quæro dum regula nostra loquitur de Ecclesia Cathedrali, vel diœcesi, & iterum ante finem loquitur de ciuitate, vel diœcesi, An appellatione diœcesis comprehendatur † Ciuitas, seu Cathedralis Ecclesia? Respondeo breuiter, quòd aut sumus in materia fauorabili, aut in odiosa: Primo casu venit Ciuitas † appellatione diœcesis, cap. sacrorum 63. distinctione, cap. cum Clerici, de verborum significatione, cap. cum nullus, responso 1. de temporibus ordination. & vbique omnes. Alexander cons. 248. num. 11. volum. 6. Ægidius Bellamera decisione 141. *si primus*. Mathesilan singulari 95. incipit, *nota mirabilem*. 194 195

Aut sumus in materia odiosa, † & tunc iterum distingue, aut verbum, *diœcesis*. præfertur a lege, vel constitutione generali, & similiter venit Ciuitas. c. 1. de rerum permutatione, libro 6. & ibi glossa verbo, *diœcesis*. & Ioannes Monachus num. 2. Probus etiam, nu. 2. Geminian. num. 13. Franchus, sub num. 4. vers. *in glossa secunda, in fine*. & in cap. quamuis. il 1. §. quamquam, de præben. in 6. Petrus Andreas Gambarus in d. cap. 1. super gloss. verbo, *diœcesis*.

Aut profertur in rescriptis, seu dispositionibus † particularibus, & tali casu minime comprehenditur Ciuitas, appellatione diœcesis, cap. quamuis, de prębendis, lib. 6. cap. Rodulphus, & ibi gl. verbo, *Sagien. diœcesis*. & Abbas n. 3. 5. & 11. de rescript. pleniſſime Felinus num. 8. per totum, vbi nu. 1. tractat, An e conuerso Ciuitatis appellatione, veniat diœcesis, & alia plura in proposito demore cumulat, & Geminian. in cap. Felicis. §. fin. num. 6. de pœnit. & remiss. lib. 6. Mandosius in regula 16. de concurren. in data, q. 40. num. 7. vbi per totam illam quæstionem alia plura dicit, plene Ferrettus consilio 220. num. 3. & 4. ac 6. & per totum, & cons. 22. nu. 1. cum sequen. lib. 1. 196

Vnde in casu nostro, cũ simus in constitutione generali, & materia fauorabili, & subiecta, proculdubio veniret Ciuitas, & Ecclesia Cathedralis, appellatione diœcesis, licet pro maiori declaratione fuerit vtrumque expressum.

Ideo in terminis regulæ 4. Cancellarię reseruãtis beneficia vnicorum subcollectorum in quacũq; ciuitate, vel diœcesi, dicebã, † quòd non poterat esse vnus subcollector in Ciuitate, & alius in diœcesi, quia cum appellatione diœcesis veniat Ciuitas, si vnus subcollector deputaretur in Ciuitate, & alius in diœcesi, iam essent duo subcollectores in eadem diœcesi, contra mentem, & litteram dictę regulæ 4. quòd placuit Rotæ in vna Calagurritan. beneficiorum sub die 2. Decembris an. 1602. coram R.P.D. meo Lancellotto: Vbi etiã dicit, quòd illa dictio, *vel.* posita inter verbum, *Ciuitate*. & verbum. *dioeceſi*. est intelligẽda restrictiue, † & declaratiue, prout passim accipitur. Archidiaconus in cap. 1. vers. *porro*. de statu regular. lib. 6. Socin. cons. 1. num. 8. lib. 4. & tangam in glossa 51. casu 18. & alia, quæ de materia diœcesis dicam, vide in glossa 60. 197 198

Episcopus qui non potest residere an gaudeat alternatiua.

Nono quæro quid si Epis. non possit ingredi suam diœcesim, nec minus in ea residere, propter proteruiam, & crudelitatem impiorum, qui illam occupatam habent, † vtrum in hoc casu gaudere valeat alternatiua? 199

Videtur

Videtur quòd non, ex quo vere, & personaliter non residet, vt regula nostra requirit Ac dixi superius ex nu. 12. cum sequentibus: Quod etiam procedit, quamuis non sit in culpa, vt in quæst. proposita, & disputata ex num. 42. vsque ad num. 83. & in quæst. 6. a num. 161. vsque 178.

200 Nihilominus contrariũ † verius esse puto per pulchrum tex. in elem. 1. de foro comp. vbi statuitur, quòd in casu supradicto, Episcopus possit exercere omnem iurisdictionem extra suam diœcesim in diœcesi aliena, in ciuitate videlicet, vel loco insigni suæ Ecclesię viciniori, in quo poterit sicure morari, & iurisdictionem libere exercere; Ita tamen quòd prius petat licentiam a diœcesano illius loci, vbi sedere voluerit, quam si concedere nolit: nihilominus procedere valeat, vt latius in d. clem. Ideoque in casu in quo d. Episcopus potest exercere iurisdictionem contentiosam ob præfatam rationem, cum declarationibus, & modificationibus ibidem assignatis: in eodem etiam casu, pari ratione alternatiuę beneficio, quamuis vere non resideat, vti debet.

Neque obstant pro contraria parte adducta, quia in illis casibus, aut Episcopus residere desinebat, vel saltim impedimenta remouere poterat. In isto vero casu secus prorsus, quia nec voluntarie abest, nec potest remouere impedimentum, sed accessus ad suam diœcesim est illi prohibitus, ac residẽtia sine magno vitæ periculo impossibilis. Et nulla lex ad impossibilem residẽtiam obligare potest. l. p. §. si id quod. ff. de action. & oblig. l. impossibilem 144. ff. de reg. iur.

Summaria Glossæ 44.

1 *Verba thematis huius glossæ 44. qualiter declarantur.*

2 *Alternatiua beneficiorum liberæ collationis, intrat in omnibus casibus, in quibus intrat reseruatio ratione mensis.*

De omnibus, & quibuscumque beneficijs Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus, & regularibus, glossa 44.

1 SVPER declaratione † verborum prædictorum recurre ad ea, quæ dixi in gl. 5. & 6. & 7. ac 8. istius regulę, vbi eadem verba, (quę in principio regulæ nostræ apposita fuere,) satis, superque explanaui, & in omnibus illis

2 casibus, in quibus dixi intrare † reseruationem mensium, in ipsis etiam casibus conceditur alternatiua: pręterquam in beneficijs, quæ non sunt liberę collationis, vt in sequentibus glossis (Deo dante) ostendam.

Summaria Glossæ 45.

1 *Alternatiua dumtaxat conceditur in beneficijs liberæ collationis.*

2 *Papa sicut concedit libere Episcopo (acceptanti alternatiuam) collationes de beneficijs vacantibus in mensibus Februarij, Aprilis, Augusti, & Nouembris, sic & ipse debet conferre libere in mensibus Martij, & Septembris, & num. 3.*

4 *Papa nunquam intendit lædere habentes electionem, præsentationem, consilium, consensum, aut interuentum.*

5 *Decens non est, quod Papa simul cum alijs conferat, &c.*

6 *Alternatiuam acceptantes possunt partim gaudere illa, & partim non, & nu. 7.*

8 *Alternatiua est acceptata, ergo Episcopus, qui acceptauit, gaudet illa, non valet consequentia.*

9 *Reseruationem allegans ratione acceptatæ alternatiuæ, tenetur probare, quòd Episcopus gaudeat illa.*

10 *Libera collatio quæ dicatur ad effectum regulæ nostræ.*

11 Libera, *dictio denotat potestatem faciendi sua sponte, alterius voluntate non requisita, & excludit omnem communicationem, numero 12. ac denotat præcisam, & totalem libertatem, numero 13. & absolutam dispositionem, numero 14.*

15 *Dictio,* libere, *importat id, quod dictio* plene.

16 *Libere qui potest facere, sine conditione facere potest.*

17 *Dictio,* libere. *multis modis accipitur.*

18 *Liberum arbitrium interdum habere dicitur, qui habet expedire actum de consilio alterius.*

19 *Libera collatio dicitur, quamuis sit facienda certo generi personarum.*

20 *Capitulum Sede vacante non potest conferre beneficia liberæ collationis.*

21 *Libera dicitur collatio parrochialium, quamuis debeat prouideri per concursum, quia ex parte collatoris est libera, & nu. 22.*

23 *Libera non dicitur collatio, quando est vni ex portionarijs facienda.*

24 *Alternatiuæ antiquæ intrabant in beneficijs non liberæ collationis, nec regulæ ante Sixtum V. excludebant consilium, consensum, aut interuentum, & num. 25. & 26.*

Liberæ

27 Liberæ collationis vnius Episcopi, non dicitur beneficium, quando alius Episcopus debet consilium, aut consensum dare.

28 Pluralitas resoluitur in suas singularitates.

29 Alternatiua concessa simpliciter de beneficijs ad Episcopi collationem spectantibus, an intelligatur de sola libera collatione.

30 Commune mei, & alterius, non est propriè meum.

31 Legatum de his, quæ vxoris causa parata sunt, non capit ea, quæ ad vsum communem vxoris, & alterius parata sunt.

32 Expectatiua ad beneficium spectans ad præsentationem Abbatis, non capit beneficium, ad quod Abbas præsentat cum consensu alterius.

33 Collator non dicitur, qui habet consentire, vel consulere.

34 Conferens cum consilio, vel consensu alterius plus habet, quam conferens simul cum alio.

35 Regula nostra consultius, continet illa verba, ad liberam, &c.

36 Præbendæ Eccles. Cathedralis de iure communi non sunt liberæ, sed simultaneæ collationis Episcopi, & Capituli.

37 Priuatio præbendarum Ecclesiæ Cathedralis ad Episcopum, & Capitulum spectat.

37 Capitulum Ecclesiæ Cathedralis quando dicatur collator Ordinarius ad effectum regulæ de triennali.

38 Collatio beneficiorum inferiorum Ecclesiæ Cathedralis, an ad solum Episcopum spectet, & numero 42.

38 Episcopus solus sine adiunctis procedit contra beneficiatos Ecclesiæ Cathedralis, qui non sunt de Capitulo.

39 Portionarij de iure communi non sunt de Capitulo.

40 Portiones Ecclesiarum Cathedralium, sunt de inferioribus beneficijs.

41 Portionem habens non dicitur proprie habere præbendam.

43 Portionum Ecclesiæ Cathedralis collatio, quando portionarij non sunt de Capitulo spectat ad Episcopum solum, alias secus.

44 Capituli participationem habens, dicitur habere beneficium magis qualificatum.

45 Portionarij in pluribus Ecclesiis Cathedralibus sunt de Capitulo.

46 Collegiatæ Ecclesiæ dignitas, aut præbenda non dicitur liberæ collationis Episcopi, sed ad Capitulum, & Prælatum spectat electio, aut præsentatio, & ad Episcopum confirmatio, & num. 47.

48 Lex 9 titulo 14. & lex 1. titulo 16. Partita 1. qualiter intelligantur.

49 Episcopus de iure antiquiori solus conferebat libere præbendas Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiatæ; hodie verò non, & nu. 50.

51 Simultanea quando est collatio Episcopi, & Capituli, tantam potestatem habet solus Episcopus, quantam habet totum Capitulum.

52 Episcopus quando confert cum Capitulo confert vti singularis, & non tenetur interuenire insimul.

53 Simultanea collatio Episcopi, & Capituli, quando est, considerantur vt duo corpora, quæ non confunduntur.

54 Episcopus non dicitur de Capitulo propriè loquendo, licet largo modo sic, & nu. 55.

56 Decanus, & alius Prælatus inferior Episcopo, quando dicantur de Capitulo.

57 Capitulum non debet supprimere nomen Episcopi, nec è conuerso.

58 Simultanea si est collatio Episcopi, & Capituli, & Episcopus confert vni, & Capitulum alteri nihil agitur, etiam si Episcopo accedat minor pars Capituli, & nu. 59.

60 Maior pars Collegij absorbit minorem, tam in collationibus, quam in præsentationibus, & num. 61.

62 Episc. & Capitulum si discordant in collatione intrat prouisio præuentiua Papæ.

63 Discordia Episcopi, & Capituli stante super collatione, Papa non tenetur conferre alicui de prouisis ab illis, licet aliud sit de præsentatis, & num. 64.

65 Collationis termini non sunt confundendi, cum præsentatione.

66 Episc. & Capitulum, si quando congregantur efficitur vnum corpus dumtaxat, tunc statur maiori parti.

67 Simultanea collatio Episcopi, & Capituli dicitur, quando Episcopus non concurrit in collatione, vti Prælatus, sed vti Canonicus.

68 Alternatiua conceditur Episcopo vti Episcopo, & non vti Canonico.

69 Simultanea quando est collatio Episcopi, & Capituli, si alter tantum confert alio non contradicente, collatio valet, nam alius consentire censetur, & num. 70.

71 Consuetudo, statutum, aut priuilegium dant, & tollunt ius conferendi.

72 Vacare possunt plura beneficia per obitum vnius, & vnum esse reseruatum, aliud vero non.

73 Collatio quando ad solum Capitulum spectat, solet Epsic. votare tanquam vnus Canonicus.

74 Episcopus interdum solet habere duas voces in collationibus.

75 Domini Castrorum, seu Villarum habent vtilitatem terminorum, tanquam duo incolæ de diuitibus.

76 Decanus Ecclesiæ Tridentinæ habet duas voces in Capitulo.

Ad liberam ipsorum dumtaxat; non autem aliorum, cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, gl. 45.

DECLARAT regula nostra, quòd concessio alternatiuæ intelligatur in beneficijs dūtaxat, quę sunt liberæ † collationis; non autem in beneficijs, quę Episcopi conferunt, & de illis disponunt insimul cum Capitulis, vel alijs: siue prouident ad præsentationem, seu electionem, vel de consilio, consensu, interuentu, vel aliàs, ipsorum Capitulorum, aut aliarum quarumcumque personarum. Nam in talibus beneficijs, nullatenus intrat alternatiua, sed sunt prouidenda in quatuor mensibus ordinarijs, Martij, Iunij, Septembris, & Decembris, perinde ac si alternatiua acceptata non esset.

Alternatiua non cõceditis nisi in beneficijs liberæ collationis.

Cuius rei ratio est, quia sicut Episcopus per alternatiuam recipit à Papa potestatem libere conferendi in quatuor mensibus Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris; Sic etiam ratio † postulat, quòd Papa libere conferat in duobus mensibus Martij, & Septembris, quos versa vice recipit ab Episcopo; Sed si beneficia non essent liberę collationis, Papa non posset libere conferre sine †lęsione habentis simultaneam collationem, electionem, aut præsentationem, siue consilium, consensum, aut interuentum, vel aliàs; Attamen in hac parte illos lędere † non intendit, cap. dudum, de priuilegijs, cum alijs alleg. in §. 4. procem. nu. 6. Igitur conueniens est, quòd in talibus beneficijs non liberę collationis, cesset alternatiua.

Et vltra hoc non esset condecens, nec conueniens, quòd collatio Papę deberet esse simultanea † cum alio, & vel de illius consilio, aut interuentu, &c. ex his, quæ dixi in §. 1. procem. ex num. 1. cum seqq.

Ex quo collige primo, quòd Patriarcha, Archiepiscopus, vel Episcopus, qui acceptauit alternatiuam potest partim † gaudere alternatiuæ commodo, & partim non gaudere: nam in beneficijs liberę collationis fruitur alternatiua: secus vero est in illis beneficijs, quæ liberæ collationis non sunt. Neque est nouum, quòd diuersis rationibus, & respectibus, vnus, & idē Episcopus partim gaudeat alternatiua, & partim non, & in iure conferendi diuerso † iure vtatur. l. miles. §. pro parte. ff. de legat. 2. tex. in cap. postulastis, vbi notat Imola nu. 5. & 10. de concess. pręben. & in cap. à collatione, de appellation. in 6. Abbas in c. cum in tua, nu. 8. in fine, de decimis. Bal. in l. 1. nu. 4. C. de seruis fugitiuis, & Ripa in l. finali, num. 122. C. de reuocan. donation. cum alijs per Tiraquel. de nobilitate cap. 28. ex num. 12. vsque 16. & de retract. consanguin. §. 1. glossa 18. num. 23. & §. 8. glossa 5. num. 14. & dixi in §. 6. procemiali. ex num. 45. vsque ad finem.

Vnde infertur, quòd cum non valeat consequentia, Episcopus acceptauit alternatiuam, ergo in quolibet beneficio gaudet † illa, Quòd prouisus Apostolicus de beneficio vacante in mense Martij, vel Septembris, tanquam reseruato, ex eo, quòd Episcopus gaudeat alternatiua ad excludendum prouisum ab Ordinario possessorem; non solum tenetur probare dictam acceptationem, sed etiā probare debet, quòd beneficium sit liberę collationis, cum in tali casu probatio debeat esse concludens, vt fuit resolutum me obtinente in vna Corduben. dimidię portionis coram R.P.D. meo Sacrato 13. Februarij anni 1602. & faciunt bene, quę scripsi in glossa 43. quęst. 1. ad quę me remitto, ne iterum repetam. Quod nota pro verificatione † clausulę, quę solet apponi in breuibus Cameralibus (cōstito quòd possessor obierit in mense Martij, seu Septembris, Episcopo alternatiua gaudente.) Et vide quæ dixi in glossa 9. in annotationibus contra nullitates & attentata, ante finem. nu. 253. cum seqq. & infra in hac glossa, num. 72.

Non valet cõsequentia Epi sc. acceptauit alternatiuā ergo gaudet illa

Secundo collige, quòd libera collatio dicitur illa ad effectum regulę nostrę, quę potest fieri à solo Episcopo, † absque alterius electione, prębentatione, consensu, consilio, seu interuētu, aut aliàs, & fuit late dictum in vna Vrgelen. Canonic. 7. Maij 1563. coram Illustriss. Blanchetto, & in Tarraconen. Sachristię 9. Iulij 1600. coram R.P.D. meo Iusto.

Verbum namque *libera*. denotat † potestatem faciendi actum sua sponte, alterius volūtate non requisita cap. 1. de rescriptis, iuncta glossa, verbo, *vt libere*. cap. 2. in fine, de testamen. libro 6. clemen. 2. & ibi glossa, verbo, *libere*. & Doctores de iurepatronatus, & in clemen. dudum. §. si vero, in verbo, *libere*. de sepulturis, late prosequitur Aretin. cons. 76. incipit *diligenter visis*. numer. 3. Barbatia cons. 59. in fine, lib. 3. Decius cons. 360. nu. 3. Socinus Senior cons. 13. num. fin. lib. 1. Gozadinus cons. 58. num. 2. & cons. 91. num. 9. & cons. 11. n. 11. Curt. Iunior cons. 2. num. 3.

Libera collatio quæ dicatur

Et ista dictio *libere*. excludit † prorsus omnem requisitionem, seu communicationem alterius, cap. de multa, ibi, *libere conferat*. vbi notat

notat Abbas num. 3. & communiter omnes, de præbend. cap. 1. de officio Ordinarij, vbi notat Butrius, num. 4. l. si quis maior, ibi, *libero arbitrio*. C. de transaction. Ruinus cons. 100. num. 4. lib. 1. Cassadorus decis. 3. sub num. 3. de priuilegijs. & num. 4. in fine. Caputaquen. decis. 297. nu. 5. & 6. par. 1.

Denotat etiam precisam, & totalem libertatem† verbum, *libere*. Aimon cons. 122. nu. 13 5. Ruinus cons. 18. num. 6. & cons. 84. num. 9. lib. 1. Quę libertas nec iure, nec ratione, nec æquitate aliqua regulatur. Socin. cons. 170. num. 8. lib. 2. Menochius de arbitrarijs, lib. 1. quęst. 70. num. 33.

Nec non importat,† & absolutam dispositionem, vt post Bartolum, Alexandrum, & 14 alios, consuluit Rolan. à Valle cons. 42. num. 18. volum. 1.

Accedit quoque, quòd illa dictio, *libere*. idem importat, quod dictio, *plene*.† Ruinus 15 cons. 100. num. 4. lib. 1. & cons. 121. num. 2. ibidem.

Quare sine contradictione facere potest, 16 qui libere potest.† Calcaneus cons. 3. num. 8. Gozadinus cons. 47. nu. 9. lib. 1. Menoch. de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 7. num. 34. cum sequentibus.

Et de alijs multis modis, quibus hæc dictio, *libere*. accipiatur,† vide inferius in glos- 17 sa 53. vbi 24. modos adduxi, & quæ dicam in glossa 46.

INTERDVM tamen secundũ subiectã materiam dicitur pendere a libero arbitrio, 18 quamuis quis habeat petere† alterius consilium, quod sequi non tenetur. Antonius de Butrio per textum, ibi in cap. 1. num. 6. de cappell. Monachor.

Similiter dicitur libera collatio, quando 19 collator tenetur conferre certo† generi personarum, veluti filijs patrimonialibus. Acchilles de Grassis decis. 5. per totam, de priuilegijs. Puteus decis. 162. *fuit dubitatum*. nu. 2. & 3. libro 2. & fuit resolutum in vna Vlixbonen. Prioratus de Carranza, coram Illustrissimo D. meo Seraphino de mense Nouembris anni 1603. vbi fuit dictum esse liberam collationem, quamuis sit facienda vni ex sex personis de certo Collegio, & in vna Calagurritana beneficij de Arcaya 26. Aprilis 1596. coram R. P. D. Corduba, vbi propterea fuit dictum non potuisse Capitulum Se- 20 de vacante conferre† talia beneficia de quibus agebatur filijs patrimonialibus, & dixi in gl. 9. §. 1. a nu. 75.

Vnde sequitur intrare alternatiuam per istam regulam concessam in beneficijs cura- 21 tis,† & Parrochialibus, quia quamuis sint conferenda dignioribus per concursum, iuxta formam Concilij Tridentini sess. 24. cap. 8. de reformatione. Nihilominus sunt liberę collationis, vt fuit resolutum in vna Abulen. Parrochialis 26. Aprilis 1596. coram Illustriss. Cardinali Blanchetto.

Ratio prędictorum est, quia ex parte Epi- 22 scopi est libera collatio, cum solus† conferat sine electione, præsentatione, consensu, consilio, vel interuentu alterius, vel aliàs: & sic nullum adest impedimentum regulæ nostræ. Et licet in cui dando non sit absoluta potestas, cum Episcopus teneatur dare dignioribus, seu filijs patrimonialibus; illud tamen non est considerabile ad effectum huius regulę, nihil de hoc dicentis.

Hinc non obstat decisio Putei 100 num. 3. lib. 3. dum dicit, quòd non est libera collatio Capituli, quando tenetur conferre vni portionario: nam illud† procedit ad diuersum 23 effectum, vt collatio sit nulla, si non seruatur forma concordię disponentis, quòd Canonicatus conferantur per optionem portionarijs, non autem ad effectum gaudendi alternatiua, de qua agitur.

24 Alternatiuæ tamen antiquæ aliter† concedebantur, quia extendebãtur ad beneficia simultaneę, & non liberę collationis, quarum verba erant huiusmodi. *vt de quibuscumque beneficijs ad tuam, vna cum dilectis filijs Capitulo ipsius Ecclesiæ collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem, &c.* teste Puteo decis. 472. *in vna Portugalen.* numero 2. libro secundo.

Et etiam in modernis alternatiuis, & re- 25 gulis deficiebant† verba illa. *Nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interuentu Capitulorum, vel aliorum, aut alias pertinentibus.* donec Sixtus Quintus in sua regula addit prędicta verba, prout hodie iacent in regula nostra Sanctiss. D. N. Clementis VIII: & sic ante regulam Sixti Quinti forsan dicebantur beneficia liberæ collationis ad effectum, vt intraret alter- 26 natiua, quæ prouidebantur† ab Episcopis cum consensu, consilio, vel interuentu alterius, modo non essent simultaneæ collationis, vel ad electionem, seu præsentationem aliorum. Hodie verò contrarium est dicendum. Et procedere puto, quamuis vnus Episcopus conferat beneficium propriæ dicœcesis, cum consensu,† vel consilio, vel interuen- 27 tu Episcopi alterius dicœcesis; ita vt tam conferens, quam consentiens, aut consulens, vel interueniens, sint ambo Episcopi: quia nihilominus procedit ratio nostrę regulę, vt non intret alternatiua, etsi ambo sint Episcopi. Nam illa pluralitas resoluitur in suas singularitates,† vt vnus solus Episcopus de- 28 beat libere conferre, sine consensu, consilio, vel interuentu alterius Episcopi. l. falsa 33. §. fin. ff. de condit. & demonstr. l. Lutius 78. §. Gaio. ff. ad Trebell. Abbas in cap. vt priuilegi-

uilegia notab. vltimo de priuilegijs. Rota decis. 20. in fine, de conces. præbend. in antiquis, decis. Perusina 112. num. 2. Tiraquell. in l. si vnquam, verbo *susceperit liberos.* a num. 44. vsq; 62. & late scripsi in gl. 21. n. 1. cum seqq.

Item quia etiam quoad Episcopum debentem dare consilium, vel consensum, seu interuenire, militat ratio superius assignata in num. 2. 3. & 4.

Adiungo, quòd eo ipso, quòd regula nostra dicebat concedere alternatiuam in beneficijs spectantibus ad Episcopi collationē, quamuis reliqua verba, *liberam dumtaxat; non autem aliorum, cum eis, &c.* apposita non es-
39 sent, veniret intelligenda † de collatione spectante ad solum Episcopum; non autem de simultanea collatione pertinente ad Episcopi cum alio collationem, per tex. expressum in cap. cum in illis 16. §. si vero, de prębendis, libro 6. *si vero* (inquit ille textus.) *de beneficio ad aliquorum collationem, vel præsentationem spectante (non adiecto communiter, nec diuisim) prouisio iniungitur facienda, in beneficio, quod ad collationem, vel præsentationem alterius ipsorum tantum pertinet, adimpleri non potest. Sicut si de beneficio spectante ad collationem vnius prouisio iniuncta fuisset, adimpleri non posset in beneficio, cuius collatio ad eum simul cum alio pertineret.* & ibi tradunt gl. fi. Gemin. n. 2. & 5. Franc. n. 2. & 3. & n. 5. Caputaq. decis. 88. n. 4. p. 2. Simonet. cum alijs de reseruatione, q. 71. Pauinus in tractatu, de officio, & potestate Capituli, quæst. 10. num. 23. rationem reddentes, quia
30 illud, quod est commune † mei, & alterius, non est proprie meum, sed impropriè, cum ego non habeam nisi dimidiam partem, de qua tantum disponere possum, glossa 1. in cap. penult. 12. quęst. 1. l. illud. ff. de ritu nuptiar. Ioannes Monachus in dicto §. si vero, n. 4. Probus n. 2. & 5. Gemin. & Franchus, vbi supra. Cagnolus late in l. id quòd nostrum 11. num. 20. ff. de reg. iur.

Vnde dixit tex. in l. legatis 35. ff. de legat. 2. quòd legatis vxori, quæ sui vsus causa parata sunt, eos seruos ad eam non pertine-
31 re, qui non proprij vsus, † sed communis vsus causa parati sunt.

Fuit etiam resolutum in Rota coram Puteo decis. 102. incipit, *licet Staphilæus.* lib. 2. quòd expectatiua ad beneficium spectans ad presentationem Abbatis, non includat beneficium quod spectat ad præsentationem
32 † d. Abbatis cum consensu alterius, reprobata decis. 2. Besigneti, de conces. præben. quę contrarium dixerat.

Quamuis sit verum, quòd ille, qui debet
33 consentire, vel consulere, non dicatur † collator. Rota decis. 10. de conces. pręben. in antiquioribus, & decis. 79. de rescriptis, in antiquis, per tex. in cap. 1. ne Sede vacante, lib. 6. vbi Franchus, num. 4. Felinus in cap. ex parte de constit. num. final. in fine, vers. *vnum etiam.* & in cap. eam te, sub num. 16. vers. *præterea.* de rescriptis. Ripa in c. 1. num. 5. de iudicijs, & tangam in gl. sequen.

Et ideo plus habet iuris, & iurisdictionis,
34 quando solus confert, † cum consensu, vel consilio Capituli, quam si simul cum eo simultaneam collationem faceret, tex in cap. vnico, ne Sede vacante, lib. 6. in principio, iuncto. §. cum vero. Ioannes Selua de benef. 3. par. quæst. 71. num. 2.

Cæterum maiori pro declaratione, & ad tollendam occasionem dicendi, quòd cum alternatiua sit fauorabilis, in actu fauorabili, appellatione rei veniat res communis, iuxta ea, quę tradit post alios Franchus in d. §. cum vero. d. cap. vnici, num. 3. vers. *in materia tamen fauorabili.* ne Sede vacante, licet in num. 5. cogitandum reliquerit. Ideo con-
35 sultius † fuit in regula nostra facta expressio, quæ fit.

Tertio collige ex illis verbis, *non autem aliorum cum eis dispositionem, &c.* iuncto verbo, *Capitulorum.* quòd regula nostra præsupponit beneficia, & præbendas Ecclesiarum Cathedralium non esse de iure
36 communi † liberę collationis Episcopi; sed potius simultaneæ: Ita quòd Episcopus, & Capitulum insimul debeant illa conferre, & prouidere, & non vnus sine alio, textus iuncta glossa, verbo, *postulauit.* in capit. cum Eccclesia Vulterana 31. & ibi tradunt Anton. de Butrio num. 19. & 20. Imola num. 5. Abbas num. 8. & cęteri, de electione, cap. 1. in principio, ne Sede vacante, lib. 6. Millius in repertorio, verbo, *beneficij collatio.* sub num. 14. & 15. Franchus per tex. in cap. a collatione, num. 1. de appellat. in 6. Lapus allegatione 31. incipit, *prima conclusio.* num. 1. Selua de beneficio 2. par. cap. 22. vers. *tertia opinio.* Rot. decis. 4. de concessione præben. in nouis, post principium, vers. *præterea licet ad Episcopum, & Capitulum simul.* Felin. in cap. venerabilis, nu. 38. & ante, & post, de exceptionibus. Æneas de Falconibus, de reseruatione 2. par. quæst. 4. post numerum 15. vers. *aliud in collegiata Ecclesia.* Pauin. de officio, & potestate Capituli. parte prima quęst. 8. num. 8. vbi omissis varijs opinionibus, de consilio, vel consensu Capituli, hoc firmat, quòd inspecto iure communi collatio dignitatuum, Canonicatuum, & præbendarum Ecclesię Cathedralis sit simultanea Episcopi, & Capituli: Concluśit etiam Rota teste Cassadoro decis. 22. nu. 2. de præbendis, quę opinio est iam sępissime comprobata alijs pluribus decisionibus: Ita vt inoffenso pede sit amplectenda. Puteus decis. 135. num. 1. lib. 1. & decis. 412. in fine, lib. 2. & decis. 172. num. 1. libro 3. Mandosius

Collatio prębendarū Ecclesię Cathedralis, ad quę spectat

in

in regula 18. de ętate ad Canonicatus. quęst. finali, & fuit nouissime resolutum in vna Salmantina portionis 16. Maij 1603. coram R.P.D. meo Iusto, & aliàs passim.

Hinc dixit Caputaquen. decis. 88. num. 5. parte 2. quòd non competit Episcopo Calciaten. alternatiua in beneficijs ad sui, & Capituli collationem spectantibus.

Vnde eadem ratione contraria, priuatio
37 † dictarum prębendarum Ecclesię Cathedralis spectat ad Episcopum, & Capitulum. Caputaquen. decis. 153. n. 1. & per totam. p. 1. de quo etiam vide Puteum decis. 18. lib. 3.

Sic etiam quoad dictas præbendas, Capitulum Ecclesiæ Cathedralis dicetur collator Ordinarius ad effectum regulę de triennali. Gomez. sic declarandus in d. regula de triennali, quæstione 37. num. 1. & 2.

Quia Capitulum etiam dicitur ordinarius collator. Rebuff. ad concordata. rubr. de collationibus. §. *præfatiq; Ordinarij*, in gloss. verbo, *ordinarij collatores*.

Quando autem non sunt dignitates, Canonicatus, seu prębendæ
38 in Ecclesia Cathedrali, sed alia inferiora † beneficia, quę non sunt de corpore Capituli: tunc licet consistant in Cathedrali Ecclesia, dicit Abbas post Innoc. quem allegat in dicto c. cum Ecclesia Vulterana, sub nu. 8. ad medium, vers. *in tertio membro*, quòd solus Episcopus potest illa conferre, etiam sine consensu, vel consilio Capituli, quia ista minora benef. explicat Episc. ex suo officio generali.

Et cum hoc consonat dispositio Concilij Tridentini, sess. 25. de reformat. c. 6. dicentis, quòd contra Capitulares Ecclesię Cathedralis Episcopus debeat procedere cum adiunctis eiusd. Capituli; si autem non sunt dignitates, nec de Capit. possit procedere solus.

Hinc cum portionarij de iure communi
39 non sint de Capitulo. † cap. nouit, de his, quæ fiunt a Prælato. Abbas in c. 1. n. 11. & in cap. scriptum. n. 4. de elect. Caputaq. decis. 84. & 91. p. 1. Cęsar de Grassis decisione 4. num. 6. de his, quæ fiunt à Prelatis. Gregorius Lopez in l. 3. glossa, *por costumbre*, tit. 6. Partit. 1. cum adductis per Rotam decisione 4. num. 5. parte 2. diuersorum.

Et portiones Cathedralium sint de infe-
40 rioribus † beneficijs ipsius Ecclesiæ: Nec habens portionem dicitur habere talem præ-
41 bendam, † de qua dicta iura, loquuntur. Puteus decis. 441. n. 3. & 4. lib. 1. & dixi in gl. 5. in princ. à n. 93: Videtur quòd in talibus portionibus Ecclesię Cathedralis, Episcopus solus sine Capitulo fundet intentionem suam in collatione dictarum portionum, & à fortiori in collationibus Cappellaniarum.

Sed nihilominus, inuenio, quòd etiam in portionibus, & dimidijs portionibus Eccle-
42 siæ Cathedralis, sæpe Rota decideri, † quòd sint inspecto iure communi de simultanea collatione Episcopi, & Capituli, vt fuit resolutum in vna Salmantina dimidiæ portionis 25. Iunij 1590. coram Comitulo, & in alia Corduben. dimidiæ portionis 13. Februarij anni 1602. coram R. P. D. meo Sacrato, & aliàs pluries; Licet sit verum, quòd in dictis decisionibus, nulla facta fuerit mentio. an sint beneficia inferiora, vel non: vel num sit vera opinio Abbatis, vel falsa, quia non fuit allegatum. Idem etiam sentit decisio facta in Vicen. beneficij S. Martini, in fine, sub 19. Nouembris 1599. coram Illustrissimo D. meo Pamphilio.

43 Posset tamen hoc forsan concordari, † quòd opinio Abbatis procedat, quando tales portionarij sunt prorsus extranei à Capitulo Eccles. Cathedralis, prout de iure communi: Dictæ vero decisiones locum sibi vendicent, quãdo ipsi portionarij, & dimidij portionarij ex aliquo iure speciali sunt de gremio Capituli, licet non in omnibus actibus Capitularibus, vtpote in collationibus, electionibus, & admissionibus: Nã cum habeãt participationẽ in Capitulo, dicuntur habere
44 beneficia magis † qualificata. Rota decis. 8. sub n. 1. ad medium, vers. *maxime cum interfit*, de præben. in antiq.

45 Et in Cathedrali Corduben. † portionarij, & dimidij portionarij sunt de Capitulo generali, quamuis in electionibus, prouisionibus, admissionibus, & alijs actibus similibus votum non habeant, vt ad effectum coniudicũ, de quo in d. Conc. Trid. sess. 25. c. 6. de refor. fuit resolutum in vna Corduben. iurisdict. 7. Februar. 1597. coram Orano, & per tres sententias conformes iudicatum: Et de portionarijs Ecclesiæ Cartaginen. loquitur Puteus d. decis. 441. in princ. lib. 1: Et de portionarijs Hispalen. est decis. 4. in princip. p. 2. diuersorum: Et de Calagurritanis fuit sępe resolutum esse de Capitulo coram Orano, & coram Reuerendiss. Corduba, & coram R.P.D. meo Iusto: licet quoad electiones, & admissiones præbendarum voce careant. Idem est de portionarijs plurium Ecclesiarum Cardinalium Hispaniæ.

Similiter dignitates, Canonicatus, & præbendę Ecclesiarum Colle
46 giatarum † inferiorũ à Cathedralibus, de iure communi non sunt liberæ collationis Episcopor. nã plures tenuerunt, quòd Prælatus & Capitulum ipsius Eccles. Collegiatę prouidere possint, non requisito Episcopo: sicut faciunt in alijs negotijs ipsius Ecclesię: Quia non est tanta communio inter Episcopum, & Eccles. inferiorem, sicut inter Episc. & Eccl. Cathedralem, vt infra citandi Doctores recitant, & hanc opinionem tenuit Rota anti-

Collatio præbendarum Ecclesiæ Collegiatę ad quę spectet.

qua decisione 8. de præbendis, in antiquioribus Besigneti. Ægidius Bellamera decisione 717. incipit, *collationes præbendarum*.

Alij vero tenent, quòd electio, seu præsentatio spectet ad Prælatum, & Capitulum
47 Ecclesię Collegiatæ: Confirmatio † vero, seu institutio ad Episcopum pertineat. Antonius de Butrio in dicto cap. cum Ecclesia Vulterana, de electione, sub nu. 21. vers. *aut agitur de prouisione Ecclesiæ Collegiatæ inferioris*, & Abbas ibidem, sub num. 8. vers. *quoad secundum casum*. Imola sub num. 5. vers. *si vero non sit patronata*. Selua vbi supra num. 35. vsque ad num. 40. qui alios infinitos referunt. Rota (licet non bene constans) decisione 4. de conces. prębend. in nouis: & concluserit postea sæpius Rota de tempore Cassadori, vt attestatur ipse in allegata decisione 22. num. 3. de prębendis, vbi firmauit hanc vltimam sententiam esse communem, & à Rota sępe canonizatam, & amplectendam: quam decisionem Cassadori sequuta est, etiam Rota de tempore Putei decis. 135. incipit, *die 29. Aprilis*, lib. 1. licet littera dictę decisionis minus correcta videatur. Mandosius in regula 18. quęst. finali, sub num. 3. & sępe seruauit Rota moderna.

Quapropter regula nostra, postquam dixit, *non autem aliorum, cum eis dispositionem*, respiciendo in hoc, ad id, quòd ius commune disponit, circa collationem prębendarum in Cathedralibus: adiungit, *seu præsentationem, vel electionem*, considerans dispositionem iuris communis, circa prouisionem præbendarum in Ecclesijs Collegiatis.

48 Et secundum supradicta intelligi † debent. l. 9. titulo 14. & l. 1. titulo 16. Partita 1. & quę ibi super hoc tradit Gregor. Lopez.

49 Nec omitto, quòd iure antiquiori † ante cap. nouit, & cap. quanto de his, quæ fiunt à Prælato, Episcopi poterant conferre omnia prædicta beneficia, etiam in Cathedralibus, & Collegiatis libere, etiam sine aliquo consilio Capituli. gl. verbo, *secus*, in c. quamquam, de elect. in 6. Abbas in c. cum veniset, sub nu. 3. vers. *nota bene*, de in integrum restitut. Ægidius Bellamera decis. 69. sub nu. 4. vers. *tertio quia ab initio*, & decis. 717. aliàs 718. nu. 3. vers. *primo quia de iure communi*, & tangit Cassadorus in sępe citata decisione 22. num. 3. post medium, vers. *quod ab initio iuris antiqui*.

50 Cæterum hodie de iure communi, vt dixi tenendum est, † quòd prouisio præbendarum in Cathedralibus est simultanea Episcopi, & Capituli: & in Collegiatis inferioribus, electio, seu præsentatio spectat ad Prelatum, & Capitulum ipsius Collegiatæ, & confirmatio, seu institutio ad Episcopum.

Et quando collatio est simultanea Episco
51 pi, & Capituli, parē † potestatem habet Episcopus solus de per se, qualem habet totum Capitulum, & è contra. l. Titio & hæredibus. ff. de vsufruct. l. mulieri cum liberis. ff. de hęred. instituen. Romanus cons. 99. num. 1. Felinus in capit. pastoralis. §. finali, sub num. 9. de rescriptis. Socinus Iunior consil. 104. num. 17. libro 1. Selua de beneficio 2. parte. quæst. 17. num. 9. Rota decis. 770. num. 1. & 2. p. 1. diuers. & decis. 408. num. 1. eadem parte 1. diuersorum. Simonet. iuncta addit. de reseruatione. quæst. 71. num. 8. Iaf. in l. iurisgentium. §. fin. num. 111. cum sequentibus. ff. de pactis, & fuit resolutum in Placentina voti, 6. Nouembris anni 1600. coram R. P. D. meo Pegna Rotæ Decano.

An Episcop. iudiciat in collat. vnius corpus vel duo ei Capitulo.

Ideo Episcopus consideratur, vt singula-
52 ris; † Ita vt in collatione, quæ fit per Capitulum non teneatur interuenire, quia considerantur, vt duo corpora, quæ ad inuicem
53 non † confunduntur: Sed quilibet potest prouidere de per se. Puteus decisione 117. incipit, *collatio vbi spectat*, libro 3. dicens ita fuisse resolutum coram illo in vna Toletana Canonicatus, & prębendæ 27. Aprilis anni del 1548. Acchilles de Grassis decis. 4. n. 10. de præbend. Simonet. de reseruatione iuncta addit. in quæst. 71. n. 11. per tradita à Ioanne Selua in tractatu de beneficio 2. p. q. 17. n. 19. & 20. Cęsar de Graff. decis. 1. nu. 2. & decis. 2. num. 1. de iurepatron.

Ratio est, quia Episcopus, & Capitulum
54 sunt diuersa, nec Episcopus † dicitur de Capitulo, glos. verbo, *in eisdem*, vers. *vnde potest dici*, in clement. vt hi, qui de ętate, & qualitate, vbi Cardinalis num. 13. Geminianus in c. fin. num. 5. ante finem, vers. *secus est in Prælato*, de prębendis. Abbas in procemio decretalium 2. p. num. 21. Caputaquen. decisione 153. num. 3. libro 1. & probatur in rubro, & nigro de his, quæ fiunt à Prelato, sine consensu Capituli. text. in cap. à collatione, de appellationibus lib. 6. & in cap. postulastis, de conces. præbend. Vbi Imola nu. 16. & cæteri dicunt, quòd licet, lato modo loquendo,
55 Episcopus tanquam caput † Capituli, vt in c. nouit de his, quæ fiunt à Prælato, dicatur de Capitulo; tamen, reuera, stricto sumpto vocabulo, seu proprie loquendo, Episcopus non dicitur esse de Capitulo.

Decanus tamen, & alij Prelati inferiores
56 † vere dicuntur de Capitulo. Abbas in cap. post cessionem. n. 8. de cōces. pręb. Quod intellige, quando ex aliquo iure speciali efficerentur de Capitulo, secus de iure cōmuni, vt per Gemin. & Franc. in c. fi. n. 5. de pręb. in 6.

Igitur cum sint corpora diuisa, nunquam confunduntur, vt vnicum dumtaxat corpus
57 faciant. Nam valde iniquum † esset, quòd si Epi-

si Episcopus, & Capitul. conuenirent, quòd Capitulum supprimeret nomen Episcopi, vel Episcopus supprimeret nomen Capituli. Io. de Selua vbi supra d.q. 17. nu. 20. Abbas in c. postulastis. num. 12. de conces. præbend.

Quo fit, vt quando collatio est simultanea Episcopi, & Capituli, si Episc. confert vni, & Capitulũ alteri, neutra collatio † valeat, quia ad inuicem se impediunt 58 Geminianus in cap. à collatione. num. 4. de appellationibus libro 6. Franchus ibidem sub num. 1. vers. *eo tamen casu*. Probus num. 4. Federicus de Senis consilio 1. sub numero 10. vers. *solutio*, & plene tradit Ioannes Selua de beneficio 3. parte, quæstione 71. num. 1. & per totam, Nauarrus consilio 1. num. 3. de his, quę fiunt à maiori parte Capituli, & consilio 36. num. 2. de regularibus. Ruinus consilio 50. incipit, *super themate*. num. 8. lib. 5. Pauinus in allegato tractat. de officio, & potest. Capituli, præludio 5. num. 3. Rebuffus consil. 60. num. 12. cum pluribus seqq. facit etiam Rota decisione 134. num. 3. & per totam. libro 3. p. 3. diuersor.

Sequitur etiam quòd pariter esset nulla collatio Episcopi in casu precedenti, quamuis eidem accederet minor 59 pats † Capituli. Nam illa minor pars Capitu- 60 li, quę accedit Episcopo, absorbitur † per maiorem partem Capituli, alteri conferentem, & sic nullius est considerationis. Abb. in c. pastoralis. n. 7. & Felinus nu. 8. vers. *vbi duo corpora*, & n. 9. de rescrip. vbi plura de more congregat, & in cap. cum omnes. num. 18. vers. *octauo limita*, de constitutionibus. Iason in l. iurisgentium. §. finali. numero 9. vers. *secunda conclusio*. ff. de pactis. Imola in cap. postulastis num. 15. de conces. præbend. Selua de beneficio 2. parte, quæstione 17. num. 11. & 12. cum sequentib. Ruinus dicto cons. 50. num. 8. lib. 5. Lapus allegatione 31. in fine, & ibi Mandosius sub littera C. Cassadorus decisione 2. num. 2. de iurepatronat.

Prout etiam in materia iurispatronatus, 61 † si quis relinquit duos filios patronos, & vnus eorum moritur, relictis decem hæredibus, qui succedunt in stirpem, iuxta text. in clemen. si plures de iurepatronatus, & alter filius præsentat vnum, cui accedunt tres ex decem hęredibus alterius, ac reliqui septem hæredes præsentant alium: tunc non dicitur maior pars vna, quam altera, quia maior pars suffocat minorem. Cassadorus decis. 2. numero 1. & per totam de iurepatronatus, comprobat pluribus Rocchus de Curte, de iurepatron. in verbo, *ipse, vel is, à quo*, num. 5. 6. & 7. & Lambertinus de iurepatronatus. libro 1. parte 2. quęst. 1. princip. art. 25. num. 17. & 18. & art. 27. num. 2. vbi concludunt, tunc locum esse gratificationi. Necnon idem Lambertinus libro 2. parte 3. quæst. 4. principali. art. 7. per tot.

Vnde ratione dictę discordiæ Episcopi, & Capituli in collatione facienda, cum nulla 62 prouisio teneat, vidi † sępe prouideri à Sede Apostolica de tali beneficio iure præuentionis, & prouisiones Apostolicæ effectum habuere. Nam si Papa prouideat alteri personę, tenebit prouisio, & acquiritur illi plenum ius, vt dixi in §. 4. procem. ex num. 90. & seqq. ac late fuit resolutum in vna Hispalen. portionis 19. Ianuarij 1594. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.

Vbi etiam fuit dictum, quòd stante dicta discordia inter Episcopum, & Capitulum 63 Papa non tenetur conferre † tale beneficium vni, vel alteri ex nulliter per Episcopum, & Capitulum prouisis, nec gratificare digniori, quia licet secus sit in pluribus præsentatis † in discordia patronorum, vt supra di- 64 xi; Tamen in materia collationis, † cuius 65 termini non sunt confundendi cum presentatione, communis, & vera est conclusio Doctorum in contrarium, cum neutra collatio teneat, & sit locus prouisioni Apostolicæ ex supra allegatis.

SI TAMEN ista duo corpora Epis. & Capituli confunderentur, ita quòd, quando congregantur non remaneret singulum integrum, & distinctum: tunc staretur † maiori 66 parti: Et si aliqui Canonici veluti duo, aut tres accederent Episcopo, cum iam esset maior pars Episcopi, & Canonicorum illi adhærentium, ista pars pręponderaret, & collatio ab ea facta prævaleret, quia vinceret aliam partem Canonicorum, gl. in verbo, *plures*. in cap. pastoralis, de rescriptis, quam sequitur post Butrium, Imolam, & Abbatem, ibi Felinus num. 8. vers. *vbi duo corpora*. Abbas in cap. scriptum. num. 6. de electione. Ioannes Selua de beneficio 2. p. quęstione 7. numero 1. cum sequentibus. Cęsar de Grassis decisione 1. num. 1. 2. & 3. cum sequentibus de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli. Rota decisione 713. numero 10. parte 1. diuersorum.

Præterea non solum dicitur collatio simultanea † Episcopi, & Ca- 67 pituli ad effectum regulæ, vt non intret alternatiua, quando Episcopus confert pro dimidia, tanquam Prælatus cum Capitulo: Sed etiam, & à fortiori, quando Episcopus concurrit in collatione, vti priuatus, seu tanquam Canonicus, & vnus de Capitulo. text. in cap. postulastis. §. nisi forte, & ibi gl. verbo, *sed vt Canonicus*, de conces. præbend. & ibi Abbas num. 11. Imol. num. 6. & 8. text. etiam in c. à collatione, vbi Geminian. n. 4. Franchus num. 1. vers. *& dicitur collatio pertinere*, de appellationibus, in 6. Mohedanus

decisione 1. de priuilegijs, vbi nu. 1. assignat aliam bonam rationem, ne intret alternatiua, videlicet quòd alternatiua conceditur
68 Episcopo, vti Episcopo, † & non vti Canonico, & vide in gl. 51. num. 114.

Quando autem collatio est simultanea Episcopi, tanquam Prælati, & Capituli, si collatio fit ab altero eorum tantum, siue ab Episcopo, siue à Capitulo, & ab altero nulla fiat collatio, tenebit talis
69 collatio per vnum † illorum facta: ex quo ius conferendi competit cuilibet in solidum, & si vnus non confert censetur consentire
70 collationi † per alterum factę. Acchilles de Grassis decisione 4. nu. 13. & 14. de prębendis, & Puteus decisione 190. num. 4. libro 3. glossa in verbo, *non debeat*, in cap. 1. de iure-patronatus, & Abbas ibi num. 7. & cons. 54. numero 3. libro 1. Ruinus consilio 50. num. 10. libro 5. facit etiam Puteus decis. 298. numero final. libro 1. Couarruuias in practicis quęstionibus. cap. finali. num. 1. Boerius decisione 5. num. 1.

Denique licet de iure communi prębendę in Cathedralibus sint simultaneę collationis Episcopi, & Capituli, & in Collegiatis ad Capitulum spectet electio, seu pręsentatio, & ad Episcopum confirmatio, seu institutio; consuetudine tamen, seu pręscriptione, vel statuto potest
71 contrarium † introduci: videlicet quòd vel ad solum Episcopum, sine Capituli consilio, consensu, vel interuentu, seu alio ministerio spectet, vt in cap. ex frequentibus, de institutionibus. Vel è conuerso ad solum Capitulum, vt in cap. ex parte, de conces. præbendę. Abbas in cap. postulastis, num. 2. de conces. præbendæ. c. Cumana 50. & ibi glossa verbo, *consuetudine*, de elect. c. cum Ecclesia Sutrina, & ibi glos. verbo, *temporis*, & omnes, de caus. pos. plene per Balbum de præscriptionibus 1. p. 5. partis principalis. q. 8. num. 1. & 2. & per totam. Cassadorus decis. 22. sub num. 2. & sub num. 3. ante finem, de conces. præben. Et nouissime fuit resolutum in vna Maioricen. Sachristiæ 26. Iunij 1600. coram Illustris. Card. Pamphilio. Rota decis. 166. nu. 1. p. 1. diuersorum, & decis. 134. parte 3. libro 3. diuersor. Nauarrus consilio 3. num. 1. cum sequentibus, sub titulo de officio Ordinarij.

Hinc sępe contingit, quòd vacet, per
72 eamdem personam † dignitas, & Canonicatus vnius Ecclesię in aliquo ex mensibus Martij, aut Septembris, postquam Episcopus acceptauit alternatiuam, & collatio dignitatis sit reseruata, quia erat liberę collationis, & intrabit alternatiua: Collatio vero, Canonicatus non, quia non erat liberæ collationis, nec poterat intrare alternatiua. Sicut etiam per contrarium, si vacarent in aliquo ex mensibus Februarij, Aprilis, Augusti, aut Octobris. collatio dignitatis spectaret ad Episcopum, vigore alternatiuę. Collatio vero Canonicatus esset Sedi Apostolicę reseruata, & vide sup. nu. 8. & 9. & in gl. 9. in annot. contra nullit. & attent. ex nu. 253.

Et quando ad solum Capitulum spectat collatio, tunc sæpe solet Episcopus votare
73 tanquam vnus † de Capitulo, & vnicum dumtaxat votum habere, vt in dicto capit. postulastis. §. nisi forte, de conces. pręben. & in cap. à collatione de appellat. libro 6. cum alijs nuper citatis.

Interdum etiam solet Episcopus habere
74 duas † voces, seu vota, prout contingit in Episcopo Zamoren. & alijs pluribus, quod non multum distat à ratione. Nam cum sit ipse Episcopus caput Capituli. cap. nouit, cap. quanto de his, quæ fiunt à Prelato. Ita debet speciali prerogatiua duplicis vocis gaudere. Prout in simili dicimus, quòd Dominus Castri, vel Villę, tanquam caput possit in territorio dicti Castri, seu Villę ligna scindere, & cum proprijs gregibus pasculari, & alias commoditates percipere, tan-
75 quam duo † incolæ de diuitibus talis Castri, vt per doctrinam Collectarij in cap. ad quæstiones. numero 5. de rerum permutatione, vsu forensi in Hispania receptum est, teste Gregor. Lopez in l. 9. verbo, *como a los ricos*, ad medium, vers. *& sic potest in territorio*, tit. 28. Partita 3. Auendan. de exequen. mandat. parte 1. cap. 4. num. 20. Mexia in l. Toleti 2. parte, fundamento 9. numero 59. Couarruuias in practic. quæstion. cap. 37. num. 1. vers. *est denique apud Hispaniarum*, licet ipse contrarium sentiat.

Prout etiam in Ecclesia Tridentina, Decanus habet ab antiquo duas † voces in electionibus, & prouisionibus, & alijs actibus capitularibus, vt ex pluribus instrumentis desuper mihi ostensis, dum essem consultus in
76 vna causa Tridentina Canonicatus, percepi.

Summaria §. 1. Glossæ 45.

1 *Simultanei collatores alternis vicibus conferentes, an gaudeant alternatiua, & numero* 12. 13. *&* 32.
2 *Episcopus, & Capitulum possunt vicissim diuidere collationes per turnos.*
3 *Alternatiua non conceditur Capitulis, sed solis Episcopis.*

Episcopus

4 Episcopus in turno Capituli, prorsus habet manus ligatas, & num. 5.

6 Iurisdictio conferendi diuisa intelligitur quoad solum exercitium, & ius semper commune remanet, quia est indiuiduum, declara numero 20.

7 Acceptatio alternatiuæ per Episcopum facta non prodest Capitulo.

8 Menses Martij, & Septembris (stante alternatiua) ex ordinarijs efficiuntur reseruati.

9 Capituli conditionem, non potest Episcopus facere deteriorem, nec locupletari cum iniuria Capituli, & num. 10.

11 Menses ordinarij si non auferuntur Capitulo ex acceptatione alternatiuæ, si illa intraret, plura resultarent inconuenientia.

12 Alternatiua gaudet Episcopus, quando est in turno libere conferendi, aliàs non, & nu. 13.

14 Episcopus in turno existens dicitur liberam habere collationem.

15 Turnum habens pro illa vice dicitur totum ius habere, & intrat expectatiua, & num. 16.

17 Subreptitia est gratia Compatroni, qui quando non erat in turno, se nominauit compatronum.

18 Alternatiua est fauorabilis, & ad fauorem Episcoporum interpretanda.

19 Turnus sequens Capituli non attenditur ad effectum, vt non intret alternatiua Episcopi in turno existentis.

21 Alternatiua Episcopi in turno existentis, quando intrat, qualiter sit facienda diuisio mensium, & vacationum inter Papam, Episcopum, & Capitulum, & num. 20. cum seqq.

22 Menses Ianuarij, Maij, Iulij, & Nouembris nullam perplexitatem causant, quia semper sunt Apostolici.

23 Menses Iunij, & Decembris semper sunt ordinarij, & num. 40.

24 Episcopus existens in turno prouidet beneficium vacans in mense Februarij; secus si non sit in turno; nec tunc prouidet Capitulum, sed Papa, & num. 25. & 26.

27 Alternatiua fruens Episcopus non prouidet de vacatione contingente de mense Martij, aut Septembris, sed Capitulum, si est in turno; si vero non est, prouidet Papa, & num. 28. & 29.

30 Turnus vnius, quando dicatur consumptus, vt intret turnus alterius.

31 Turnũ nõ consumunt Apostolicæ prouisiones, & alter collator potest habere plures turnos.

33 Capitulum licet hodie non gaudet principaliter alternatiua Episcopi; tamen sentit commodum ex illa per quandam consequentiam.

34 Capituli interest, quod turnus Episcopi citius consumatur.

35 Principaliter quod agitur dumtaxat consideratur, non vero quod venit in consequentiam.

36 Turnus si diuidatur inter Episcopum, & Capitulum per choros intrare potest alternatiua.

37 Alternatiua an intret, quando collationes diuiduntur inter Episcopum, & Capitulum per menses, & concluditur, quòd si Episcopus habet menses Martij, & Septembris, sic, aliàs non. num. 38. & 39. & 40.

37 Capitulum quando dicatur ordinarius collator.

41 Papa potest vti iure præuentiuo in mensibus Iunij, & Decembris, siue spectent ad Episcopum, siue ad Capitulum,

42 Absentia Episcopi alternatiua gaudentis facit, quòd vacationes contingentes in mense Iunij, & Decembris spectent ad Papam.

43 Residere præsumitur Episcopus in propria Ecclesia, sicut maritus cum vxore.

44 Futura quæ possunt esse, & abesse, non sunt consideranda.

45 Præiudicium non dicitur proprie, quod non imminet de præsenti.

46 Futuri temporis tractus ad Iudicem non spectat.

47 Futuro ex euentu mens Papæ non consideratur.

48 Præiudicij secundarij, & in consequentiam venientis ratio haberi non debet.

49 Alternatiua an intret, quando est facta inter Episcopum, & Capitulum diuisio per hebdomadas, & concluditur quod non. & nu. 50. & 51. & à fortiori si est facta diuisio per dies, num. 53. & 54.

52 Hebdomada eadem solet diuidere mensem præcedentem à sequenti.

55 Alternatiuæ locus est, quando est facta diuisio turnorum per annos inter Episcopum, & Capitulum, & num. 56.

57 Collationes, an possint diuidi per turnos inter Episcopum, & Capitulum.

58 Patroni possunt alternis vicibus diuidere præsentationes.

59 Collationes Capituli possunt inter Canonicos diuidi per menses, aut hebdomadas.

60 Seruitutis vsus potest diuidi per horas, & annos

61 Iurisdictionis exercitium diuidi potest per menses, aut annos; necnon exactio charitatiui subsidij. Ac maioritas prælationis in sedendo, subscribendo, & similibus, & n. 62.

63 Ecclesiæ mutari non debent ad singulas patronorum mutationes.

64 Diuidi non potest iuspatronatus Libertorum.

65 Diuidi non potest iuspatronatus Ecclesiasticum, cum sit indiuiduum.

66 Diuisio collationum non potest fieri inter Episcopum, & Capitulum in præiudicium reseruationum.

67 Clausula, saluis reseruationibus Apostolicis, quid operetur, & num. 68. concluditur quòd excludit vsum alternatiuæ.

69 Episcopus, & Capitulum nihil possunt facere, quod tendat in diminutionem reseruationum Apostolic. ne fraudis occasio detur. & n. 70.

71 *Diuisio prouisionum potest fieri (secluso effectu alternatiuæ) vt commodius fiant, & discordiarum euitetur occasio.*

72 *Diuisio collationum facta inter Episcopum, & Capitulum, quando suffragetur ad effectum fruendi alternatiua, & constituuntur sex casus, vsque ad num. 79.*

73 *Confirmatio ex certa scientia facit locum alternatiuæ, nisi adsit clausula, saluis reseruationibus, & num. 74.*

75 *Confirmatio in forma communi nullum obstaculum tollit, & num. 76.*

77 *Obseruantia longeua aufert fraudis præsumptionem.*

78 *Consuetudo est potentior statuto, & concordia.*

79 *Quasi possessio Episcopi attenditur ad effectum, vt alternatiuæ locus sit.*

§. 1. glos. 45. in quo agitur, an intret alternatiua, quando exercitium prouidendi est diuisum, in beneficijs, quæ alias non sunt liberæ collationis.

Prima & noua dubitatio.

QVONIAM sæpe inter Episcopos, & Capitula, seu alias personas, cum quibus Episcopi habent simultaneam collationem, solent per concordias, statuta, aut consuetudines dividere † exercitium conferendi, interdum alternis vicibus, aliquando per menses, & etiam per hebdomadas; Ideo in hoc §. inspicere operæpretium erit, Num intret alternatiua per Episcopos acceptata?

1

Ponamus, quòd Episcopus, & Capitulum ex consuetudine, vel concordia, auctoritate Apostolica confirmata, habent vicissim † per turnos diuisas collationes beneficiorum vacantium in suis mensibus ordinarijs, vt in clementina secunda, de iurepatronatus; Ita quòd in prima vacatione Episcopus solus libere prouideat, sine consensu, consilio, vel præsentia Capituli, vel aliàs; Et in sequenti vacatione solum Capitulum; similiter prouidere valeat, libere, absque consilio, consensu, vel interuentu Episcopi; & sic deinceps alternatim, vicissim, & per turnos, semel Episcopus, & postea Capitulum, vt in decisione Putei 178. libro tertio. Vtrum stante hac diuisione, si Episcopus acceptauerit alternatiuam gaudere, possit illa, in sex mensibus per regulam nostram concessis?

2

Et quidem videtur, quòd non intret alternatiua ex pluribus.

Primo quia regula nostra dumtaxat concedit Episcopis commodum alternatiuæ in beneficijs spectantibus ad liberam collationem illorum: non autem conceditur Capitulis, † nec alijs personis. Vnde cum prouisio dictorum beneficiorum sit communis, non solum Episcoporum, sed etiam Capitulorum; Ita quòd non possit semper Episcopus prouidere, nisi alternatim semel sic, & semel non; Non vtique potest dici libera collatio Episcopi, cum in turno Capituli, Episcopus prorsus habeat manus † ligatas, & desinat habere præcisam, & totalem libertatem, † quę requiritur ad hoc, vt quilibet actus libere fieri dicatur. Carolus Ruinus consilio 18. num. 6. & consilio 84. num. 9. libro 1. Aimon cons. 122. num. 5. Menoch. de arbitrarijs libro 1. quæstione 7. num. 34. cum sequentibus, cum alijs allegatis in principio huius glossę 45. ex numero 100. cum sequentibus.

3

4

5

Præsertim, quia licet vsus, & exercitium iurisdictionis iuris conferendi, sit diuisum alternis vicibus; ipsum tamen ius, & iurisdictio semper commune remanet inter Episcopum, & Capitulum, cum sit indiuiduum, † & diuisio prohibeatur, c. 1. iuncta glossa, verbo, *diuidi non debeat*, vbi omnes tradunt, de iurepatronatus. l. prima. §. si vsusfructus. ff. ad l. falcidiam. l. vide. ff. de seruitutibus. Felinus in cap. prudentiam. numero 5. de officio delegati. Couarruuias in practicis quęstionibus. cap. finali. numero 1. in principio. Lambertinus de iurepatronat. libro 1. parte 2. quæstione 2. principali, artic. 36. numero 2. & 3. Alexand. consilio 25. num. 2. volum. 5. Probus in cap. cum in illis. num. 60. de præbendis, in sexto, & fuit decisum in vna Salmantina integræ portionis 25. Iunij anni 1599. coram R. P. Domino meo Mellino.

6

Secundo, quia hodie stante dispositione regulæ nostræ, acceptatio † alternatiuę facta per Episcopum, non prodest Capitulo, vt illa gaudere possit, sicut proderat antiquitus in regulis illorum temporum, vt dixi in glos. 42. in principio.

7

Tertio quia si Episcopus gauderet alternatiua, sequeretur, quòd esset auferendum Capitulo ius conferendi in duobus mensibus ordinarijs, videlicet Martij, & Septembris, qui menses (mediante alternatiua) ex ordinarijs efficiuntur † Apostolici, vt regula nostra declarat; tamen hoc dicendum non est, quia indubitati iuris est, Episcopum minime posse facere † deteriorem conditionem Capituli. l. quodcunque. §. si quis ita. ff. de verbor. oblig. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. l. cum maritus. §. fin. ff. de iure dotium. l. id quod nostrum 11. l. non debet alteri per alterum 74. ff. de reg. iur.

8

9

Item

Item sequeretur inconueniens, quòd Episcopus, qui non potest prouidere, nisi alternis vicibus cum Capitulo, cum omnimoda paritate, & æqualitate, prouidere posset in quatuor mensibus Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris libere in omnibus vacationibus, quę contigissent: in quibus Capitulum habet alas ligatas (obstante reseruatione) Et postea in duobus mensibus Iunij, & Decembris, qui semper sunt ordinarij, posset idem Episcopus similiter prouidere alternatim
10 cum Capitulo, & hac via locupletaretur † cum iniuria, & iactura Capituli, contra legem iure naturę. ff. de regulis iuris, cap. locupletari, eod. tit. in 6.

Quarto quia si dicimus, quòd Capitulo non sint auferendi sui quatuor menses ordi-
11 narij, confestim sequuntur plura † inconuenientia: Nam aut Papa non debet habere nisi quatuor menses Ianuarij, Maij, Iulij, & Nouembris, aut Papa, & Capitulum debent inuolute, & confuse conferre in duobus mensibus Martij, & Septembris, qui (cessante alternatiua) sunt ordinarij, & cum illa efficiuntur Apostolici, quòd minime dicendum est.

Cæterum pro resolutione breuiter distinguendum est: Aut quærimus si Episcopus in prędicto casu potest simpliciter, & absolute frui alternatiua, perinde ac si tale beneficium semper esset liberæ collationis, & in omnibus vacationibus contingentibus in sex mensibus ordinarijs, vigore alternatiuæ: Et tunc proculcubio dicen-
12 dum est, quòd non, † ex rationibus supra adductis.

Aut quęrimus, an Epis. quãdo est in turno dũtaxat, possit gaudere alternat. cũ ipse solus cõferat sine consilio, consensu, vel interuẽtu alterius, & in hoc casu affirmatiua pars, quòd
13 intret alternatiua acceptata, est tenenda, † vt in terminis fuit resolutum in vna causa Salmantina Canonicatus, seu alternatiuę 27. Nouembris 1581. coram Robusterio, & in alia Fauentina Canonicatus 16. Decembris 1584. coram Illustrissimo Mantica, & in alia Romana beneficij Sancti Petri 28. Aprilis anni 1595. coram Gypsio, & in eadem iterum sub die 9. Nouembris anni 1596. coram Reuerendiss. D. Corduba Episcopo Pacen. & in vna Sarzanen. Canonicatus 23. Octobris anni 1598. coram Illustrissimo D. Seraphino & nouissime in vna Salmantina portionis 16. Maij huius anni 1603. coram R. P. D. meo Iusto, & vide inferius, num. 20.

Ratio est, quia Episcopus, quando est in turno stante dicta diuisione, habet liberam
14 † collationem, & beneficium pro illa vice dicitur liberæ collationis, ex quo solus ipse confert, & non requiritur consensus, nec consilium, nec interuentus, nec aliud ministerium Capituli, vel alterius personę.

Sed totum ius, & potestas conferendi est in illum translata, & confert solo iure pro-
15 prio; † non autem iure communi, vt docent Ioannes Andreas in cap. cum in illis 16. sub num. 2. post medium super verbo, *vel præsentationem.* de prębendis, libro 6. Ancharanus ibidem sub num. 4. vers. *Item si præsentatio pertinet.* Dominicus Geminianus in d. cap. cum in illis. §. finali, numer. 3. & Franchus sub num. 5. vers. *& si idem mandetur.* Philippus Probus nu. 60. vbi concludunt omnes, quòd si beneficium habet plures Patronos, qui inter se fecerunt conuentionem de præsentando alternis vicibus, iuxta formam clemen. plures. §. 1. de iurepatronat. & Papa concedit alicui expectatiuam de beneficio spectãte ad collationem. N. qui pro illa vice
16 erat in turno, intrat expectatiua † in illo casu: quamuis tex. in dicto §. fin. secus esse dixerit, si beneficium spectaret ad pręsentationem. N. & alterius: tradit etiam Rocchus de Curte in suo tractatu de iurepatronatus, verbo, *ius.* quæst. 6. num. 11. Lambertinus in eodem tractatu, lib. 1. par. 2. quæst. 2. artic. 36. num. 7. & 8. & fuit decisum in d. Salman. portionis 16. Maij huius anni 1603. coram R. P. D. meo Iusto.

Quibus adiungo decisionem 107. Putei incipit. *duæ familiæ.* libro 3. & Acchillem de Grassis decis. 2. de iurepatronatus, in quibus decisionibus fuit resolutum, quòd esset sub-
17 reptitia † gratia illius, qui se nominauit in supplicatione compatronum, quamuis aliàs esset compatronus, ex eo, quòd in illa vacatione, seu anno, ipse non erat in turno, sed alius patronus, qui tunc iudicabatur verus, & solus patronus.

Et ad hoc vt intret alternatiua in casu nostro addit dicta decisio Salmantina alterna-
18 tiuæ, quòd alternatiua est fauorabilis, † & in fauorem Episcoporum interpretanda, vt sępius ego comprobaui prędictum in §. 6. proç. & in glossa 53. quęst. 4.

Denique concludit, quòd illa communio succesiua, quam habet Capitulum in turno sequenti, † nullatenus sit consideranda
19 ad effectum impediendi Episcopum, ne fruatur alternatiuæ commodo.

Et quatenus superius in vers. *præsertim quia licet vsus.* num. 6. diximus, quod solum est diuisum exercitium; non tamen ipsum ius
20 conferendi: est intelligendum procedere † quando ille, ad quem turnus spectat confert communi nomine, secus vero si confert solo iure proprio, vt in casu dictæ decisionis Salmantinæ alternatiuę, & ita fuit distinctum, & declaratum in vna Romana beneficiatus Sancti Petri 28. Aprilis 1595. coram

Gypsio

Gypsio, & in Salmantina portionis 16. Maij 1603. coram R.P.D. meo Iusto.

Constito igitur, quòd in casu nostri thematis intret alternatiua, supereſt aperire quonam modo se debeant habere Papa, Episcopus, & Capitulum in di-
21 ctis diuisionibus, & quando spectet † collatio ad Papam, quando ad Episcopum, & quando ad Capitulum. Et quia res videtur obscuritatem quandam, & confusionem habere adamussim declarabo.

In primis in mensibus Ianuarij, Maij, Iulij, & Nouembris, nulla potest oriri dubita-
22 tio, † cum isti menses semper sint Apostolici, & reseruati.

Idem pariter est in duobus mensibus Iunij, & Decembris, qui semper sunt ordinarij,
23 † & ideo in illis, siue Episcopus sit in turno, siue Capitulum ad illum, vel illud, qui, vel quod fuerit in turno, non vero ad Papam, collatio spectabit.

Difficultas ergo restringitur, quoad reliquos sex menses Februarij, Martij, Aprilis, Augusti, Septembris, & Octobris.

Ponamus quòd Episcopo (gaudente alternatiua) vacauit in mense Februarij, aliqua prębenda in Ecclesia Cathedrali; in qua collationes sunt diuisæ inter Episcopum, & Capitulum alternatis vicibus. Concludo, quòd aut Episcopus est tunc in turno, & Episcopus
24 illa vice prouidebit, † aut non est in turno, & tunc non ad illum; sed ad Papam collatio pertinebit: Quia Episc. prouidere non potest, cũ in turno non sit: & minus potest pro-
25 uidere Capitulum, † cum quoad illud mensis sit reseruatus, ex quo Capitulum alternatiua non gaudet, vt fuit decisum in vna Salmantina dimidiæ portionis 25. Iunij anni 1590. coram Comitulo.

Quo fit, vt si in eodem mense Februarij plures contingant vacationes similes, quòd Epi-
26 scopus, si non est in turno † in nulla illarum prouidere poterit, & si fuerit in turno semel tantum prouidebit, donec suus turnus sit consumptus: reliquæ vacationes ad Papam pertinent.

Et idem est in mensibus Aprilis, Augusti, & Octobris.

Si vero vacatio venerit in mense Martij
27 Episcopus † nunquam potest prouidere in dicto mense, cum respectu illius sit reseruatus, & habeat ligatas alas: Sed tunc aut Capitulum est in turno, & prouidebit Capitulum, donec suus turnus sit consumptus, &
28 non amplius. Aut non est in turno, † & tunc cum sit impeditum, donec iterum prouideat Episcopus in aliquo ex suis mensibus, solus Papa prouidebit.

Idemque locum habet respectu mensis Septembris, qui stãte acceptatione alternatiuę quoad Episcopum, est mensis reseruatus, sed respectu Capituli est Ordinarius, donec impleat suum turnum dumtaxat, & impleto turno reliquæ collationes sunt Apostolicæ, & reseruatę.

In summa Episcopus non potest prouidere in suis mensibus Februarij, Aprilis Augusti, & Octobris, nisi quando sit in turno; non vero si sit illius turnus consumptus.

Nec Capitulum poterit prouidere in mensibus Martij, & Septembris, nisi similiter
29 in turno fuerit, reliquæ † namque collationes, tamquam reseruatæ ad solum Papam spectant.

Et ad considerandum si Episcopus, vel Capitulum sit in turno in aliquo ex prædictis
30 mensibus, est etiam inspicienda † collatio per illorum alterum vltimo loco facta & effectum sortita, in aliquo ex mensibus Iunij, & Decembris: qui menses semper sunt ordinarij, & latius ostendam in §. 3. huius gl.

Nunquam tamen computantur in dicto turno prouisiones Apostolicæ, quas fecerit
31 Papa † in mensibus Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris, ob impedimentum Episcopi, quia in turno non erat. Nec versa vice computari debent collationes per Papam factę in mensibus Martij, & Septembris, ob similе Capituli impedimentum. Puteus decis. 184. libro 3. & fuit decisum in dicta decisione Salmantina alternatiuæ, & in alia decis. Salmantina portionis 16. Maij anni 1603. coram R.P.D. meo Iusto.

Hęc omnia, licet non ita explicite, colliguntur ex supra allegatis decisionibus Salmantina alternatiuę, & similibus.

Et idem, quod dico, quando Episcopus, & Capitulum prouident libere alternis vicibus, quilibet in suo turno, pariter etiam lo-
32 cum habebit, si Episcopus habeat duos † turnos, & Capitulum vnum: vt contingit in Ecclesia Calagurritana: Vel è cõuerso, Capitulum habeat duplicem turnum, seu duplicem collationem, & Episcopus vnam, dummodo respectiuè prędicta seruentur, & vide infra in hac gl. §. 3. num. 3.

Ex quo sequitur, quòd quamuis Capitulum non possit gaudere principaliter alternatiua per regulam nostram concessa, etiam si Episcopus illa fruatur, vt dixi in glossa 42. Nihilominus per
33 quandam consequentiam † Capitulum consequitur commodum ex acceptatione, & cõmoditate Episcopi. Nam cum Episcopus habeat sex menses, in quibus potest prouidere & consumere suum turnum, facilius consumetur turnus Episcopi, in sex mensibus, quã in quatuor solis mensibus: & consequenter citius erit Capitulum in turno, cuius in-
34 teresse, † quòd turnus Episcopi sit cõsumptus,

vt ad

vt ad idem Capitulum spectet prima collatio in quatuor mensibus ordinarijs contingens. Acchilles decis. 2. de iurepatronat. Puteus decis. 107. lib. 3.

Nunquam etenim attenditur, quod in con
35 sequentiam venit, † sed quòd principaliter agitur. l. 1. l. quod dicimus. ff. de auctorit. tutor. l. is qui. ff. de liberali causa. l. si quis nec causam. l. rogasti. ff. si certum petatur. l. verum. ff. de furtis. Alexander cons. 114. *viso instrumento.* in fine, vol. 2. Probus in cap. cum in illis num. finali, de præbendis, in 6. Ruinus cons. 21. num. 16. libro 1. late Ferrettus cons. 64. num. 3. & cons. 243. num. 3. Puteus decis. 519. num. 3. libro secundo, & decis. 31. numero tertio, libro 3. Caputaq. decis. 15. numero 6. par. 2. Mohedanus decis. 2. nu. 2. de præbendis. Cęsar de Grassis decis. 1. num. 23. de confessis: Apud quos plura vtilia in propositio diligens lector reperiet, & maxime apud Iasonem in d. l. si quis nec causam, ex num. 3. vsque ad num. 23. ff. si certum petatur: Vbi sexdecim pulchras illationes hac in re cumulat, ac supradicta seruiant pro prima quæstione.

Secunda quæst.

Secundo quæro, quid si turnus non est diuisus inter Episcopum, & Capitulum per alternas vices vacationum;
36 sed est diuisus per † choros, seu latera: Nempe quòd beneficia vacantia ex personis præbendatis, sedentibus in cornu, seu latere dextero chori Ecclesię Cathedralis, & Collegiatæ spectent ad collationem liberam Episcopi (cessantibus reseruationibus.) Beneficia vero, quę vacauerint ex personis præbendatis sedentibus in cornu, seu latere sinistro chori, ad Capituli liberam prouisionem pertineant, vt audiui seruari in nonnullis Ecclesijs Cathedralibus: & loquitur de hoc additio Ioannis Andreæ ad gloss. verbo, *statuto.* in capit. finali, de prębendis, libro sexto. Vtrum in hoc casu intret alternatiua quoad Episcopum acceptantem? Et puto quòd sic, ex eisdem rationibus allegatis in quæstione prcedenti.

Immo iste casus est clarior, minoremq; continet intricationem, quoniam Episcopus quoad beneficia vacantia in suo cornu, gaudebit sex mẽsibus ordinarijs, vigore alternatiuę, ex quo talia beneficia prorsus sunt liberæ collationis: & Capitulum fruetur suis quatuor mensibus ordinarijs, sine alternatiua, non aliter ac si talia beneficia extra Ecclesiam Cathedralem in diuersis Ecclesijs consisterent.

Tertia quæst.

Tertio quæro. An prędicta locum habeant, si in prouisionibus prębẽdarum Ecclesiæ Cathedralis, diuisio sit facta
37 per menses † inter Episcopum, & Capitulum? Ita quòd Episcopus liberè beneficia conferat vacantia in duobus ex quatuor mensibus ordinarijs, & Capitulum in alijs duobus, iuxta glossam, verbo, *statuto.* in cap. fin. de præben. lib. 6.

Hac in quęstione distinguendum arbitror. Nam aut Episcopus non habet duos menses Martij, & Septembris, & tunc minime intra-
38 bit † alternatiua, cum illos duos menses permutare non valeat cum Papa concedente loco illorum quatuor menses Febr. Apr. Augusti, & Octobris. Nec possit Episcopus auferre Capitulo aliquem ex suis mensibus. l. id, quod nostrum 11. ff. de regulis iuris. cum alijs allegatis in prima quęstione huius §. a numero 8. 9. & 10.

Aut Episcopus habet duos menses ordinarios Mar. & Septemb. & Capitulũ alios duos mẽses ordinarios Iunij, & Decemb. & in hoc
39 casu videtur quòd Episc. gaudere † possit alternatiua: Quia quoad vacationes contingentes in dictis duobus mensibus habet liberam collationẽ. Et quia acceptando alternatiuam dimittuntur Papę dicti duo menses Martij, & Septembris, vt sint reseruati, & in locum illorum Episcopus recipit alios quatuor menses Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris.

Item quia duo menses Iunii, & Decembris, quos habet Capitulum, nullo casu spectant ad Papam, cum semper sint ordinarii
40 sine alternatiua, † vel cum illa: & ideo quoad Papam parum interest, quòd illos habeat Episcopus, vel Capitulum: Et si PP. vult in il-
41 lis vti iure pręuentiuo † eodem modo potest ac si dicti menses essent solius Episcopi, vt dixi plene in §. 2. procem.

Vnum tantum inconueniens considero, videlicet, quòd si dicti duo menses Iunii, & Decembris essent Episcopi propter absentiam
42 Episcopi in illis, posset spectare † ad Papam collatio, iuxta ea, quæ scripsi in gl. 43. quæst. 3. quod locum non habebit, si isti menses sint solius Capituli.

Sed adhuc c ẽseo, qaòd intret alternatiua, quia non est præsumenda absentia Episcopi a sua diœcesi: & ad hunc effectum applicantur bene ea, quę dixi dẽ pręsumptione residentię Episcopi ad instar mariti cum pro-
43 pria vxore, † vr per Alciatum de præsumptionibus regula 1. præsumpt. 35. nu. 1. Mandosium cons. 18. n. 7. cum alijs alleg. in gloss. 43. in quæst. 1. ex nu. 88.

Et quamuis possit contingere, quòd absit aliquando: hoc videtur modicæ considerationis ad impediendum Episcopum, quòd nõ gaudeat alternatiua acceptata, quia futura,
44 quæ possunt esse, † & abesse, non sunt considerauda. l. sciendum. §. si fundum, & ibi glossa verbo *possit.* ff. qui satis dare cogantur. Ægidius Bellamera decisione 749. incipit, *licet*

per

per appellationem. col. fin. ibi, *quia dico quod talia futura.* Rota decis. 21. sub num. 5. de præbend. in nouis, vers. *confirmatur.* Felinus in c. in nostra, corollario 7. de rescript. Mandos. in reg. 7. de non tollendo, q. 4. num. 7. Puteus decis. 97. num. 7. lib. 2.

Nec dicitur prejudicium proprie, quod
45 non imminet de presenti. † Gomezius in regula de non tollendo, q. 4. post principium, vbi plura adducit.

Hinc tractus futuri temporis ad iudicem
46 † non spectat. l. 1. §. 1. de vsur. l. anterius. §. in hoc iudicio. ff. de aqua pluuia arcen. Molina de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 4. num. 14.

Et mens Papę non potest ex futuro euen-
47 tu † considerari, seu interpretari. Put. decis. 147. n. 3. lib. 3. Quibus adde ea, quę late scripsi in gloss. 9. §. 5.

Nec præiudicij per consequentiã, & occasionaliter resultantis, seu secundarij, est ha-
48 benda ratio. † Gomezius in dicta regula de non tollendo, quęst. 3. sub num. 10. vers. *vt tamen omnis scrupulus.* Cæsar de Grassis decisione prima, de sepulturis num. 9. cum alijs adductis paulò anterius in hoc §. quæst. 1. in fin. num. 35.

Quarta quæst.

Quarto quęro, quid erit si inter Episcopum, & Capitulum sit facta di-
49 uisio per hebdomadas? † ita vt solus Episcopus conferat libere præbẽdas in Ecclesia Cathedrali, seu collegiata vacantes in sua hebdomada. Et similiter Capitulum libere conferat in sequenti hebdomada, & sic alternando hinc inde per hebdomadas, vt in casu decisionis 4. de concess. præbend. in antiquis: & fit in Basilica Sancti Petri de Vrbe, quia Archipresbyter Cardinalis, & Capitulum alternant in prouisionibus beneficiorum inferiorum d. Ecclesiæ per hebdomadas.

Certe hoc in casu, credo, quòd non possit commode intrare dicta alternatiua per Episcopum acceptata, quia diuisio temporum
50 fit a regula nostra per menses: † non autem per hebdomadas, & ideo cum neque mens, neque verba conueniant in isto casu dispositio † regulę istius locum non habet. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. cap. indemnitatibus. §. fin. de elect. lib. 6.

Maxime quia fere semper, vna, & eadem
52 hebdomada diuidit † mensem præcedentem a mense subsequẽti, & participat de duobus mensibus Apostolici, & ordinarij: Ac propterea talis diuisio per hebdomadas prorsus repugnat diuisioni mensium, per regulam nostram constitutę, & alternatiuę commodum excludit.

53 Idemque dicendum esset, si per dies † esset collatio diuisa, iuxta tex. in l. vię, in fin. ff. de seruitutibus, cum nec mens, nec verba regulę nostræ conueniant, sed obuient.

Et in hoc casu intrat bene, quòd adduxi in gl. 43. q. 5. a nu. 138. de decisione facta in causa Fauentina Canonicatus, videlicet, quòd
54 sit considerandus mensis integralis: † non autem hebdomadæ, nec dies.

Quinta quæst.

Quinto quæro, quid si diuisio collationum est facta inter Episcopũ,
55 & Capitulũ per alternos annos, † vt in casu decisionis. tex. in l. quoties 34. in principio, de vsufructu. & decis. Acchilles de Grassis 2. de iurepatron? Puto, quòd in illo anno, in quo Episcopus est in turno possit intrare alternatiua, cum de illo anno beneficia sint liberæ collationis, & possit fieri commoda mensium diuisio inter Papam, & Episcopum, nullumque adsit impedimentum ex superius allegatis. Secus vero erit in anno sequẽti, in quo non Episcopus, sed Capitulum erit in turno.
56 Neque est inconueniens, quòd in vno anno † intret alternatiua, & in sequenti non, cum hoc non repugnet regulæ nostræ, sed potius consonet, dum dicit, quòd in collationibus liberis Episcopus gaudeat alternatiua: minime vero in illis collationibus, quæ liberæ non sunt, pro quo bene facit d. l. quoties. ff. de vsufruct. Et quia si in diuisione per alternas vices potest intrare alternatiua, à fortiori in diuisione per alternos annos.

Sexta & decima q.

Sexto quæro, vtrum inter Episcopum, & Capitulum possit fieri diuisio
57 † collationum vicissim, vel per alternatas vacationes, vt in quæst. 1. huius §. siue per choros, vt in quęst. 2. aut per menses, vt in q. 3. aut per annos, vt in quæst. 5: tali modo, quòd beneficia, quæ alias non sunt liberæ collationis, per talem diuisionem efficiantur liberæ collationis, & sic intret alternatiua per Episcopum acceptata, quoad prædicta beneficia?

Pro affirmatiua parte est tex. in clemen. 2. vers. *& vt facilius*, de iurepatronatus, *& vt facilius* (inquit) *prouideatur Ecclesiis, non inconueniens reputamus patronos ipsos posse inter se* † *libere conuenire de Rectore alternis vicibus præsentando.* vbi glossa verbo, *libere.* declarat sine superioris auctoritate, & etiam glossa, verbo. *alternis vicibus*, explicat, quòd vnus prima vice, qua occurreret vacatio, alter secunda, alter tertia, &c. & notant ibidem communiter omnes, & dicam in gl. 58. ante fin.

Item est tex. in cap. fin. de præbend. libro 6. vbi probatur, quòd ex consuetudine, vel
59 statuto † possunt Canonici singulares conferre beneficia vacantia, (quę alias erant ad collationem Capituli,) per alternatas vices per hebdomadas, seu menses, & notat ibi, gloss. verbo, *statuto.* Gemin. num. 7. Franchus num. 3. super eadem gl.

Facit etiam tex. in d. l. viæ. vers. *vsus.* ff. de seruitutibus, cum nec mens, nec verba re-

seruitutibus, *vsus*, inquit, *seruitutum temporibus* † *secerni potest forte, vt quis post horam tertiam vsque in horam decimam, eo iure vtatur, vel vt alternis diebus vtatur.* Item facit tex. in d. l. quoties 34. ff. de vsufructu, vbi per testatorem fuit diuisus vsusfructus Titij, & Meuij, per alternos annos diuidendus. 60

Concurrunt quoque tradita per Boheriũ decis. 5. num. 2. & per totam. Lambertinum post alios de iurepatronatus, lib. 1. par. 2. q. 2. principali, art. 36. nu. 6. cum sequentibus, & per Couarru. in practicis quæstionibus, c. 40. num. 1. Cęsarem de Grassis decis. 3. de senten. & re iudicata, vbi concludunt, quòd ratione euitandæ discordiæ, & maioris commoditatis sit diuidendus vsus communis iurisdictionis † per menses, vel quadrimestres, seu annos. 61

Dixit etiam Bartholom. Bellencin. de charitatiuo subsidio quæst. 52. num. 2. & per totam, quòd quando vna Ecclesia est sita inter fines duarum diœcesum: Ita quòd sciri non possit ad quem Episcopum spectet exactio charitatiui subsidij, (de quo per tex. in c. conquerente, in fine, de officio Ordinarij, & cap. cum Apostolus. §. prohibemus, de censibus,) quòd ambo Episcopi poterunt se concordare, † quòd alternis vicibus exigant charitatiuum subsidium, vt latius ibidem per eum. 62

Sic quoque tradit Ioannes Andreas in c. deliberatione, num. 2. ante finem, de officio legati, in 6. quòd duæ dignitates possunt vti alternis vicibus maioritate prælationis, Sedis, subscriptionis, & his similibus, de quo etiam vide in gl. 51. num. 57.

Pro negatiua tamen parte facit in primis textus in cap. quærimoniam 9. de iurepatr. dum dicit hęc verba. [*Absurdum videtur omnino, vt ad singula patronorum (secundum humanam conditionem) mutationes,* † *Ecclesiarum ordinationes mutentur, & vicissitudines Ecclesiarum ab Aduocatis, & alijs fieri præsumantur.* 63

Item tex. in l. quædam mulier 41. ff. familię herciscundæ, & tex in l. Carmelia Pia, quę est l. finalis. ff. de iurepatronàtus, vbi probatur, quòd iuspatronatus libertorum nõ potest diuidi † inter cohæredes patronos. 64

Rursus dixit tex. in cap. 1. de iurepatronatus, quòd iuspatronatus Ecclesiasticum cum fit in corporale † diuidi non potest: & consequenter idem videtur dicendum de iure conferendi, quòd est etiam indiuiduum, & cuilibet competit in solidum, vt dixi in principio huius glossæ ante finem, vers. *quando autem collatio*, ànum. 69. 65

Denique fuit in terminis resolutum in vna causa Columbien. Canonicatus 24. Maij 1599. coram Reuerendo Patre Domino Mellino, quòd qamuis fuisset facta diuisio inter Episcopum, & Capitulum per choros, vt in quęst. 2. huis §. & desuper esset inita inter eos concordia, quæ Apostolica cofirmatione fuerat munita: nihilominus non intrabat † alternatiua per Episcopum Columbren. acceptata, ex duplici ratione per eamdem decisionem assignata. 66

Prima quia in confirmatione Apostolica dictæ concordiæ aderat clausula expressa (*saluis reseruationibus* † *Apostolicis, & sine earum præiudicio.*) Et ideo sicut ante concordiam non poterat Episcopus conferre, nisi in solis quatuor mensibus ordinarijs: sic etiã nec post concordiam, cum Canonic. d. Eccl. Cathedralis non sint liberę, sed simultaneę collationis: Et alternat. locum nõ habeat, nisi in beneficijs liberæ collationis: ac dicta confirmatio Apostolica pręderuet præiudicium Sedis Apostolicæ, ac saluet reseruationes Apostolicas: Ita vt ad hunc effectum esset perinde, ac si dicta confirmatio obtenta non esset, & ideo alternatiua intrare non poterat. 67

Vnde quando dicta clausula (*saluis reseruationibus, &c.*) apposita fuerit, in confirmatione concordię, in nullo casu † intrabit alternatiua, cum constet de voluntate Papæ nolentis includi. Bart. in l. si quis priore, nu. 3. ff. ad Trebel. Mohedan. decis. 23. num. 2. & 3. de præbendis. 68

Secunda ratio fuit, quia Episcopus, & Capitulum nihil possunt facere inter se, in præiudicium Sedis Apostolicę, ad effectum, vt ex tali statuto, vel concordia tollantur reseruationes † Apost. mensib. in quibus antea Episcopus prouidere non poterat, propter simultaneam collationem. Cũ in potestate inferiorum non sit per eorum pacta priuata, prędiudicare reseruationibus Apostolicis, vel illas diminuere, cap. cum inferior, cap. quòd super his, de maioritate, & obedientia. clemen. ne Romani, de electione, gl. & Bar. & alij in authentica, quæ supplicatio. C. de precibus Imperator. offerend. Parisius cons. 111. num. 6. lib. 1. Felinus plenissime in d. cap. quòd super his, num. 1. vsque ad finem, de maioritat. & obedien. Rota quæ loquitur de simili turno, seu vicissitudine decis. 3. post med. vers. *nec potest dici.* de concessione prębendę in antiquioribus Besigneti. 69

Nam aliàs si possent facere, quòd beneficia simultaneæ collationis, efficerentur liberę collationis, vt intraret alternatiua in illis † daretur occasio, vt facilis via aperiretur includendi in alternatiua, beneficia, quę non sunt simultaneę collationis, & eludendi dispositionem regulę nostrę. 70

Pro resolutione quęstionis distinguendum arbitror. Aut agitur de diuidendis collationibus, vt commodius fiant, & discor-

discordiarum euitetur occasio, (secluso effectu regulę nostrę) & in hoc casu proculdubio
71 est tenenda † pars affirmatiua ex iuribus, & fundamentis pro illa allegatis.

Neque obstant cap. quęrimoniam de iurepatronatus, cum alijs iuribus adductis pro contraria parte. Nam responsionem ad illa reperies apud Bonifacium Vitalinum in dicta clemen 1. §. & vt facilius, num. 3. & 8. de iurepatronatus, post glossam ibidem, verbo, *libere*. & Lambertinum de iurepatronatus, libro 1. par. 2. quęst. 2. principali, articulo 36. num. 2. & 6.

72 Aut vero agitur ad effectum † regulæ nostrę, scilicet, vt intret alternatiua in istis beneficijs, quæ alias erant simultaneę, & non liberę collationis: Et tunc pro faciliori declaratione nonnullos casus constituo.

Primus casus est, quando inita desuper concordia inter Episcopum, & Capitulum, fuit per Sedem Apostolicam ex certa scien-
73 tia confirmata, † & tunc sine vlla difficultate intrabit alternatiua, vt fuit decisum in causa Salmantina Alternatiuę 27. Nouembris anni 1581. coram Robusterio, & in dicta decis. Columbren. Canonicatus nuper allegata: nec non in Salmantina portionis 16. Maij 1603. coram R.P.D. meo Iusto.

Secundus casus sit, quando talis concordia fuit confirmata a Sede Apostolica, sed cũ restrictione illius clausulę (saluis reseruatio-
74 nibus Apost. & sine illarũ præiudicio, &c) & inhoc casu minime alternat. locus erit, cum constet de mente PP. contrariũ disponentis, vt etiam fuit decisum in d. causa Columbren. Canonicatus, ac dixi superius, nu. 67. & 68.

Tertius casus erit, quando memorata moderna concordia fuit confirmata in forma communi dumtaxat, & sine certa scientia Pontificis Maximi: & tunc idem, quod in pro-
75 ximo precedenti † casu respondendum arbitror: Ratio est, quia potuit fieri dicta concordia fraudolenter, vt intraret alternatiua, & confirmatio in forma communi, nihil de-
76 nouo tribuit, nullumque defectũm, † aut obstaculum tollit, cap. 1. vbi glossa 2. cap. cum dilecta, cap. examinata, de confirmatione vtil. vel inutil. Felinus in cap. inter dilectos per tex. ibi num. 6. de fide instrumentor. Cassadorus decis. vnica, num 2. de confirm. vtil. vel inutil. Mandosius in reg. 22. quęst. 10. nu. 2. & de signatura gratię, titulo, de confirmatione, in principio. Rota decis. 702. nnm. 6. & decis. 780. num. 5. par. 1. diuers. & decis. 31. num 6. par. 2. diuersorum. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 7.

Quartus casus est, quando dicta concordia nullam habet confirmationem, neq; longeuam obseruantiam, & tunc à fortiori suffragari non poterit ad hunc effectum, cum inferiorum pactum nocere non valeat Apostolicis reseruationibus: & vt fraudis occasiones euitentur, vt dicitur in sæpe alleg. decis. Columbren. & supra num. 69.

Quintus sit casus, quando dicta concordia fuit longo tempore obseruata: aut sine illa longęua consuetudo inualuerit, super dicta diuisione, seu libera collatione: Et in tali ca-
77 su alternatiuę locus erit, quoniam stante dicta longa † obseruantia, seu consuetudine, non ita pręsumi potest fraus, Et quia consue-
78 tudo est potentior † statuto, seu concordia, vt per Felinum in cap. quod super his, num. 10. vers. *sed profectò*. de maioritat. & obedien. & in hac materia iuris prouidendi consuetudo est Regina dandi, & tollendi iurisdictionem, vt dixi in prima parte huius gloss. prope finem, num. 71.

Sextus casus erit, quando secluśa omni fraude, quamuis non probetur consuetudo libere prouidendi: probatur tamen possessio † Episcopi liberè, & absque alterius inter-
79 uentu conferendi: Et in hoc casu similiter intrauit alternatiua, cum non agatur inter Episcopum, & Papam, aut Capitulum, sed inter tertios, ab illis prouisos, quo casu sola quasi possessio attenditur, vt fuit resolutum in vna Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram R.P.D. meo Sacrato, & in alia Maioricen. Sachristię 26. Iunij 1602. coram Illustrissimo Card. Pamphilio, & plenius in §. proximo sequenti (Deo dante) dicemus.

Summaria §. 2. Glossæ 45.

1 *Alternatiuæ ad effectum vt intret, vel non, attenditur quasi possessio Episcopi liberè, vel non libereconferendi, & num. 2.*

3 *Quasi possessio consideratur ad effectum, vt intret indultum Cardinalis.*

4 *Quasi possessio attenditur in iure conferendi, & eligendi, nu. 5. & præsentandi, & nu. 6. & 7.*

8 *Collatio, electio, & præsentatio dicuntur fructus, & pertinent vti tales, ad bonæ fidei possessorem, & num. 9. & 10.*

11 *Collatio, electio, aut præsentatio, dicuntur fructus industriales, ideo à fortiori pertinent ad bonæ fidei possessorem.*

12 *Collatio, seu electio, aut præsentatio facta à bonæ fidei possessore, non reponitur cum conferens, eligens, aut præsentans non fiat locupletior, & num. 13.*

14 *Status vltimus attẽditur semper in beneficialib.*

Possessor

15 *Possessor præsumitur Dominus, quando de Dominio incidenter agitur.*

16 *Quasi possessio, & vltimus status attenditur in omnibus rebus.*

17 *Solutio est facienda quasi possessori, & ipse solus exigit debita, & num. 18.*

19 *Patronus eiectus à possessione præsentare nequit.*

20 *Quasi possessio attenditur ad inspiciendum, si quis habeat supremam iurisdictionem.*

21 *Metropolitanus non potest constituere Vicarium in diœcesi suffraganei; si tamen est in quasi possessione, acta gesta tenent, & nu. 22.*

23 *Quasi possessor arrendare potest, & non qui caret possessione.*

24 *Quasi possessio inspicitur, vt quis dicatur successor beneficij, aut administrator, & nu. 25.*

26 *Error communis, & reputatio facit ius.*

27 *Collatorem, aut patronum esse, aliud est, & aliud habere ius conferendi, aut præsentandi, quia vnum respicit dominium & aliud respicit possessionem, nec sequitur habeo præsentationem, ergo & iuspatronatus, & nu. 28.*

29 *Quasi possessio in incorporabilibus, ex vnico tantum actu acquiritur, dummodo septem requisita concurrant, & num. 30.*

31 *Collatio realis, & vera requiritur, vt ex illa acquiratur quasi possessio.*

32 *Quasi possessio vt acquiratur in incorporabilibus requiritur scientia, & patientia aduersarij, & si sunt plures, vnius contradictio impediret, & num. 33.*

34 *Quasi possessio vt acquiratur requiritur, vt conferens, aut agens credat, quòd vtitur iure suo, & quod habeat bonam fidem, & num. 35.*

36 *Quasi possessio eligendi, aut præsentandi, vt acquiratur est necessaria confirmatio, aut institutio Superioris.*

37 *Quasi possessio non acquiritur nisi collatio, aut præsentatio sit effectuata.*

38 *Quasi possessio non acquiritur ex actibus turbidis, & obscuris, sed ex claris, & certis.*

39 *Manutentio non datur, quando possessio est intricata, obscura, & turbida.*

40 *Possessio resultans ex actu obscuro, & æquiuoco non prodest.*

41 *Consuetudo non inducitur ex actibus æquiuocis, & difformibus.*

42 *Dubio in statuto, se fundans audiri non debet.*

42 *Dubij ex causa, multa resultant remissiue.*

43 *Possessor non confert, nec præsentat, quando constat de defectu proprietatis.*

44 *Intrusus in beneficio reseruato non potest conferre, nec præsentare, & num. 45. & 46. nec tenent contractus gesti cum illo, & nu. 47.*

48 *Quasi possessio non suffragatur in rebus, quæ non possunt haberi, nisi ex priuil. Principis.*

49 *Quasi possessionis ad effectum, vt intret alternatiua sola semiplena probatio, seu fama sufficit, & num. 50.*

51 *Probatio semiplena sufficit, quando agitur incidenter, & extenditur num. 52.*

53 *Narratiua incidenter facta, sola semiplena probatione verificatur.*

§. 2. glossæ 45. vbi agitur qualiter sit attendenda principaliter quasi possessio, ad effectum, vt intret alternatiua.

ANIMADVERTENDVM est, quòd ad effectum inspiciendi, si aliquod beneficium sit liberæ collationis, necne, ita vt intret, vel non intret alternatiua per regulam nostram cessa, cum non agatur inter Episcop. & Capitulum super iure conferendi, sed inter tertios super validitate collationum, & inciden ter: potissime est considerandus vltimus status beneficij, videlicet: An Episcopus fuerit
1 in quasi † possessione libere conferendi, vel in contraria possessione? Nam si fuerit in tali quasi possessione libere conferendi gaudebit alternatiua, quamuis in proprietate bonum ius forsan habere desinat, & dumtaxat collator putatiuus sit, Et versa vice, licet habeat bonum ius, seu proprietatem; si tamen talem quasi possessionem non habeat, quia alius existit in quasi possessione conferendi cum illo, seu præsentandi, aut eligendi, vel consilium, consensum, aut interuentum
2 adhibendi: Tunc beneficium non erit † liberæ collationis. Calderinus cons. 23. de præbendis. Rota decisione 49. ante num. 1. de rescriptis, in antiquis, & decis. 5. de præbendis, in antiquioribus. Lapus allegatione 89. nu. 13. post medium, & allegatione 131. num. 1. ante finem. Simonet. de reseruatione. quæst. 70. & quæst. 50. & quæst. 51. per totas. Tanus decis. 3. in manuscriptis.

Qui omnes loquuntur in terminis reseruationum. Et magis in terminis regulæ nostræ fuit resolutum in vna Vicen. beneficij die 9. Nouembris anni 1599. coram Illustrissimo D. meo Cardin. Pamphilio, & in alia Assisien. Canonicatus fuit late decisum 14. Iunij anni 1600. coram R. P. D. meo Sacrato, & in vna Tarraconen. Sachristiæ, sub die 9. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Iusto, & in Maioricen. Sachristiæ 26. Iunij anni 1602. coram Illustris. Cardin. Pamphilio, & alias pluries.

3 Similiter in terminis † indulti Cardinalium idem dicunt Puteus decisione 206. nu. 1. libro 1. & Mohedanus decisione 9. per totam, de priuileg.

Et generaliter in iure conferendi attenditur quis sit possessor: † non autem quis habuerit proprietatem, vel non, tex. expressi, in c. cum olim, & in c. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & proprietatis, vbi glos. & omnes tradunt, plene prosequitur Selua de benef. 2. p. q. 7. nu. 1. & per totam. Decius cons. 117. nu. 2. ante medium, & cons. 124. num. 1. circa medium, & consil. 126. num. 2. & cons. 134. num. 1. Mohedanus decisione 9. ad finem, de restitut. spoliat. Mascardus de probationibus, conclus. 173. num. 4. & 5. Thomas Tribius decis. Veneta 54. num. 12. & 22. & per totam. lib. 2. Mandosius in additione ad Lappum, allegatione 89. sub numero 8. in fine, & num. 9. littera T. & littera V.

Pariter ad effectum eligendi † consideratur quasi possessio eligentis, tex. in c. quærelam 24. de electione. Rota, iuncta additione, decisione 6. num. finali, de electione, in nonis, decisio Veneta 54. num. 2. lib. 2. Ioannes Selua vbi supra num. 2.

Necnon ad effectum præsentandi. † Nam ille, qui est in possessione, & patronus putatiuus debet præsentare, & non alius, qui caret possessione, licet bonum ius habeat in proprietate. cap. consultationibus, de iurepatronatus. Rota. decis. 14. de iurepatronatus, in antiquis, & decis. 7. eodem titulo, in nouis. l. 9. titulo 15. Partita 1. vbi Gregorius Lopez, in verbo, *touiese*, Calderin. cons. finali, de iurepatronat. Aimon cons. 322. nu. 5. Rocchus de Curte, de iurepatronatus, verbo, *competens*. quæst. 19. nu. 39. & sequentibus. Lambertin. libro 2. parte 1. quæst. 3. artic. 1. & 6. per totam quęst. Puteus decis. 189. num. 1. & per totam. libro 1. Rolandus consil. 48. num. 28. vsque ad num. 39. libro 1. Ioannes Gutierrez consil. 4. num. 34. & in quæst. practica 43. à num. 9. & num. 40. cum sequentibus, libro 3. Thomas Tribius in relata decisione Veneta 54. nu. 3. cum sequentibus, libro 2. Rota decisione 167. num. 7. parte 2. diuersorum.

Et vide, quę dixi in glos. 18. circa declarationem Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. num. 22.

Similiter defunctis vtrisque litigantibus, vno in Curia, & alio extra Curiam, † ad cognoscendum. An ad Papam spectet collatio, ratione decedentis in Curia, vel ad Ordinarium ratione decedentis extra Curiam, est considerandum quis illorum decessit in possessione. Nam ille debet conferre apud quem possessor decesit. clement. 1. §. quod si vnum, & ibi glos. verbo, *possidebat*, & communiter omnes, vt lite pendente.

Ratio prædictorum est, quia collatio, electio, & præsentatio, sunt † fructus iuris conferendi, & iuris eligendi, ac iurispatronatus, cap. cum Bertoldus. ff. de re iudicata, glos. notab. in cap. cum olim, verbo, *Capitulo*, vers. *sed collatio beneficiorum*, de maiorit. & obedien. & ibi Butrius sub num. 16. Abbas num. 1. Imola num. 2. Felinus nu. 2. Millius in repertorio, verbo, *beneficiorum collatio*, num. 14. Rota decisione 7. num. 1. de iurepatronatus, in nouis, & decisione 14. ante finem, eodem titulo, in antiquis, Ioannes Selua de beneficio 3. parte, quæst. 40. num. 4. & per totam. Æneas de Falconibus, de reseruationibus 4. parte, effectu 26. num. 2. Simonet. in eodem tractatu, quæstione 44. numero 2. Cassadorus decisione 3. numero 6. de pensionibus. Rota decisione 166. num. 5. parte 1. diuersorum.

Et ideo sicut possessor bonæ fidei facit fructus † suos, & pertinent ad illum. §. si quis à non Domino, institut. de rerum diuisione, cap. grauis, de restitut. spoliatorum. Ita isti fructus iuris conferendi, † eligendi, seu præsentandi, pertinent ad bonæ fidei possessorem, & non ad Dominum. Gomezius in regula de triennali, quęst. 37. num. 19. cum alijs, vbi extendit procedere in intruso, dummodo non sit in mala fide.

Præsertim, quia collatio, electio, & præsentatio potius dicuntur fructus industriales, † quam naturales. Nam in prouidendo, eligendo, & præsentando requiritur omnis industria, cum debeat prouideri, eligi, seu præsentari persona idonea, & infra certum tempus à iure definitum. Abbas in dicto cap. consultationibus, num. 3. ad medium, de iurepatronatus.

Ac consequenter multo magis pertinent ad bonæ fidei possessorem, glos. verbo, *fructus*, in §. si quis à non domino, institut. de rerum diuisione, cum alijs per Couarruu. libro 1. variarum. cap. 13. ex num. 6. Pinel. in l. 2. parte 2. cap. 4. nu. 58. C. de rescinden. venditione. Ioannes Gartia de expens. & melioration. cap. 23. per tot. Ayora de partitionibus. p. 1. cap. 9.

Et quamuis admitteretur quòd collatio, electio, seu prędentatio, non essent fructus industriales, sed naturales, qui deberent restitui in euentum succumbentię, per l. fructus. ff. de vsuris. Adhuc cessaret in isto casu restitutio, ideſt repositio † collationis, electionis, seu prędentationis, ex quo bona fide talis fructus est consumptus, & conferens, eligens, seu præsentans non est factus † locupletior: prout etiam dicitur de fructibus naturalibus, ad quorum restitutionem bonę fidei posesor non tenetur, si sunt consumpti, & ipse locupletior non remansit. glos. in verbo, *fructus*, in d. §. si quis à non domino. gl. in l. ex diuerso 35. verbo, *non habendam*. ff. de rei vindicat. vbi communiter

omnes,

omnes, Abbas in d. c. consultationibus, ante finem, vers. *Item præsuppositio*. Lambertinus de iure patronatus libro 2. parte 1. quæst. 3. artic. 1. numero 2. 3. & 4. cum alijs supra allegatis. Declara tamen secundum ea, quæ dixi in glossa 31. ex numero 27. & inferius num. 44.

Semper namque in beneficialibus attenditur vltimus † status, & vltima, & immediata possessio. Oldradus consil. 312. num. 2. in fine, & num. finali. Rota decisione 2. num. 2. de prębendis, in nouis, & decisione 49. ante numerum 1. de rescriptis, in antiquis. Felinus in cap. eam te, num. finali, ad medium, de rescriptis. Ferrettus consil. 112. num. 3. & consil. 210. num. 4. & 5. volum. 1. & consil. 293. num. 1. volum. 2. Rocchus de Curte plenè in cap. finali, de consuetudine, sectione 4. num. 82. Mascardus de probationibus, conclusione 172. num. 8. decisio Veneta 54. num. 7. libro 2. Puteus decisione 2. num. 4. libro 3. Cæsar de Grassis decis. 4. de probationibus, & fuit dictum in vna Pampilonen. decimarum coram Comitulo, die 1. Aprilis anni 1591. & in Sabinien. decimarum 30. Aprilis anni 1599. coram Illustris. D. meo Pamphilio, Ioannes Gutierrez allegatione 8. num. finali.

Sic etiam, quando dominium incidenter allegatur possessor præsumitur † dominus, & pro tali reputatur, vt in dicto cap. quærelam, de electione. Rota decis. 351. num. 3. parte 1. diuersorum, Imola in clem. 1. num. 3. & 10. vt lit. pendente.

Nec solum est inspicienda quasi possessio, & vltimus status in hoc iure prouidendi; sed etiam in omnibus alijs † rebus similibus. Nam solutio fructuum, & reddituum beneficij est facienda † possessori, seu Prælato putatiuo, & illi est prestanda obedientia, non autem proprietatem habenti, qui possessionem non habet. Baldus in l. 2. numero 73. & 76. & 77. C. de seruitut. & aqua, post Innocen. in cap. in litteris. numero 3. & 8. de restitutione spoliator. Gaspar de Perusio in tractatu de reseruatione. §. quæro primo. num. 2. Simonet. de reseruatione quæst. 50. num. 19. Rota decisione 9. de causa possess. in nouis. Vbi habetur, quòd possessor beneficij, probata sola possessione, potest exigere † bona debita beneficio.

Hinc dixit Puteus decis. 338. & 348. libro 3. quòd quamuis Magister Cappellæ Ecclesiæ Parrochialis de Montoncillo diœcesis Segobien. potuisset vigore priuilegij Innocentij VIII. præsentare ad certas Cappellanias vacantes per obitum nonnullorum Cantorum dictæ Ecclesiæ: Tamen quòd talis facultas non haberet locum, quoad vnam ex dictis Cappellanijs vacantem per obitum cuiusdam Martini, qui ante obitum fuerat ejectus † à possessione eiusdem Cappellaniæ, quia verba priuilegij erant intelligenda de vacatione per obitum illius, qui in possessione decessit.

Item ad considerandum si quis habet supremam iurisdictionem, & non cognoscat superiorem † in temporalibus. Ita vt teneat confirmatio per illum concessa, quæ aliàs non valeret, nisi concederetur per Principem superiorem minime recognoscentem, similiter inspici debet. An sit, vel non sit in tali quasi possessione de tempore emanatæ confirmationis. Crescentius decisione 1. de confirmatione vtil. vel inutil. num. 1. Mohedanus decisione 6. ad fin. de senten. & re iudicata.

Itidem quamuis Metropolitanus non possit constituere officialem, sed Vicarium † in diœcesi suffraganei, vt de appellationibus cognoscat. cap. 1. de officio Ordin. in 6. Si tamen est in quasi possessione † illum constituendi sustinetur processus coram illo gestus, ac sententia ab eo prolata. Mohedan. decisione 5. numero 3. vers. *quoad secundam partem*, de appellat.

Idem etiam est quoad validitatem arrendamenti. † Nam valet si est factum ab existente in quasi possessione arrendandi. Cæsar de Gras. decis. 1. num. 3. de locato.

Præterea ille dicitur successor in beneficio ad effectum, vt illi sint restituendi fructus † à tertio inuasore sublati, qui est in possessione beneficij, licet nondum sit discussum de iure illius. Acchilles de Grassis decisione 24. numero 1. & per totam de restitutione spoliatorum: Vbi numero tertio, & quarto addit, quòd administratio beneficij ad eum pertinet, † qui possessionem retinet.

Quibus etiam accedit, quòd sola tollerantia, & reputatio † licet erronea, sufficit vt acta gesta à tali reputato teneant, & sint valida. Nam communis error facit ius. l. Barbarius Philippus. ff. de officio Prætoris. cap. sciscitatus, de rescriptis, vbi late Felinus, glossa notabilis, quę loquitur de falso Prelato tolerato, in cap. dudum 54. in verbo, *deceptæ*, de electione, vbi Abb. num. 10. l. 11. in fine, tit. 17. Partita 1. Rota decis. 1. num. 4. de officio Ordinar. & decisione 6. de procurator. in nouis, & decisione 2. num. 9. de filijs Presbyterorum, in nouis. Mohedan. decisione 29. de renunciatione. Palatius Rubeus in repetitione rubricæ de donation. inter virum, & vxorem. §. 36. per totum. Ioannes Selua de beneficio 2. p. quæst. 12. ex num. 4. vsque ad finem, plenissime Anton. Gabr. titulo de probationibus, conclusione 8. cum 11. ampliationibus, & 21. limitationibus.

Gregorius Lopez in l. 21. titulo 4. Partita prima, in glossa, verbo, *no la pueden*. Antonius Gomezius in declaratione bullæ Cruciatę. cap. 4. à num. 32. Ioannes Gutierrez in quęst. Canonica 1. ex nu. 82. cum sequentibus libro 1. Flaminius Parisius de resignatione beneficiorum libro 7. quęst. 24. nu. 33. vsque ad num. 50.

Ex quibus sequitur, quòd aliud est esse
27 collatorem, † vel patronum, & aliud habere ius conferendi, vel prędentandi. Quia primum respicit petitorium, quod non consideratur in hoc casu: & alterum, hoc est, ius conferendi, & prędentandi, respicit pos-
28 sessorium, † quod est potissime attendendum. Franchus in cap. vnico, num. 5. de iurepatronatus, in 6. Cassadorus decisione 2. numero 3. in fine, de probationibus. Rota decisione 347. num. 3. & decisione 1178. lib. 3. p. 3. diuersorum.

Sicut nec sequitur habeo ius prędentandi, ergo competit mihi iuspatronatus, cum ex alia ratione possit competere dicta prędentatio, prędterquam ex iurepatronatus, vt late tradit Rocchus de Curte, de iurepatronatus, verbo, *competens*. quęst. 25. num. 57. 58. & 59. Lambertinus in eodem tractat. lib. 1. p. 1. q. 10. artic. 8. num. 1. & per totum, & vide quę dixi in gloss. 18. ex num. 90.

Præfata autem quasi possessio acquiritur in istis incorporalibus ex
29 vnico † dumtaxat actu, videlicet, ex vnica prouisione, electione, seu prędentatione. cap. cum Ecclesia Sutrina, & ibi glossa, verbo, *breuitatem temporis*, de causa possess. vbi Abbas numero 23. Ripa num. 52. Oldrad. consilio 312. incipit, *thema quæstionis*, circa finem, vers. *& dato sine præiudicio*. Federicus consilio 134. *super primo*, in secundo dubio. Calderinus consilio 12. de iurepatronatus. Balbus de prędscriptionibus, prima parte, 5. partis principalis. §. octauo quæro, numero 1. Lambertinus de iurepatronat. libro 2. parte 1. quæstione tertia, artic. 11. numero 5. Aimon consilio 124. à numero 7. Ioannes Gutierrez consilio 3. numero 1. & consilio 4. num. 32. Couarruuias quæstione practica 36. num. 6. vers. *quinto principaliter*. Ioannes Selua de beneficio 2. par. quæst. 7. numero 4. & numero 15. Mascardus de probationibus, conclusione 173. numero 8. & 9. Caputaquen. decis. 337. num. 6. parte 2. Puteus decis. 192. num. 1. cum sequentibus, libro 1. Acchilles de Grassis decis. 5. de iurepatronatus. Thomas Tribius decis. Veneta 54. num. 1. cum sequentibus, libro 2. Rota decisione 17. num. 1. & 2. p. 2. diuersorum, & aliàs passim.

Declara tamen primo, quòd ad hoc, vt acquiratur talis quasi possessio in istis incorporalibus, siue ex vnico actu, siue ex pluribus sunt necessaria septem insimul † requisita.

30

31 Primo requiritur realis, † & vera collatio, electio, seu præsentatio. Nec sufficeret coadunatio conferentium, eligentium, seu præsentantium, vt post glossam, verbo, *vocem*, in principio, & Geminianum, docet Ripa in capit. cum Ecclesia Sutrina. numero 92. in principio, de causa possess. Rebuffus in concordata, in rubrica de annatis, in verbo, *possessionem*, vers. *primo requiritur*. Cassadorus decis. 7. num. 2. de caus. poss. & faciunt tradita in gl. 63. quæst. 3.

Que requisita sint necessaria vt acquirantur quasi possessio in incorporalibus

Secundo requiritur scientia, & patientia
32 eorum, † quibus præiudicatur. l. 2. C. de seruitutibus, & aqua, vbi omnes docent, & Padilla Præsertim, Calderinus consilio 12. in fine, de iurepatronatus. Decius consilio 126. numero finali, in fine. Ripa vbi supra num. 64. Alexander consilio 16. num. 13. lib. 5. Felinus in cap. de quarta. num. 41. de prędscriptionibus. Balbus de prędscriptionib. 2. p. 4. partis. q. 8. & 2. p. 5. partis. quæst. 2. per totam. Caputaq. decis. 413. p. 2. Ioannes Lupus in c. per vestras 2. notab. num. 33. de donationibus inter virum, & vxorem. Couarruuias plene in regula possessor. 2. parte, in princip. num. 8. per totum, vbi multis modis declarat. Ferrett. cons. 58. num. 6. Rota decis. 167. n. 2. & 5. & decis. 184. n. 1. & decis. 803. n. 7. p. 1. diuersor. & decis. 4. num. 9. p. 2. diuersorum. Ac fuit resolutum in causa Calagurritana iuris conferendi, sub die prima Februarij anni 1591. & 30. Aprilis anni 1593. coram Gypsio.

Et ad acquirendam quasi possessionem contra plures, requiritur omnium patientia,
33 † aliàs contradictio vnius faceret, vt quasi possessio non acquireretur. Ioannes Andreas in additione ad Speculatorem, titulo de his, quę fiunt à maiore parte Capituli, in rubrica sub littera B. vbi supra, vers. *secundo scientia*, vbi limitat in immemorabili prędscriptione.

Tertio requiritur, quòd prouidentes, eligentes, seu prędentantes, credant vti iure
34 suo, † & iure proprio faciant. glossa, verbo, *vocem*, vers. *hoc enim non sufficit*, in cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. Calderinus in consilio vltimo, de caus. possess. & in consilio finali de iurepatronatus per l. fin. ff. quemadmodum seruitutes amittantur, & l. finali. ff. de itinere, actuque priuato. Lambertinus de iurepatronatus, libro 2. parte 1. quæstione 3. articulo 10. num. 6. & 7. Ripa in dicto capit. cum Ecclesia Sutrina. num. 49. cum sequentibus. Menochius de retinend. possess. remedio 5. num. 18. vers. *secundum*, & remedio 6. num. 131.

Quarto

35 Quarto requiritur bona † fides, vt in regula possessor. de regul. iuris, in 6. cap. finali, de prescription. Ripa vbi supra num. 93. Lambertinus dicto artic. 10. num. 3. Couarruuias in dicta regula possessor. 2. parte. §. 6. num. 1. & per totum. Menochius de retinen. remedio 5. numero 20. & remedio 6. numero 132.

Quinto requiritur, quòd post electionem, seu præsentationem, sequatur confirmatio,
36 seu † institutio. Calderinus consilio 6. de causa possessionis, & consilio 12. de iurepatronatus. Federicus de Senis consilio 234. *super primo puncto*. Rocchus de Curte, de iurepatronatus, verbo, *competens*, num. 35. ad finem, & num. 36. Lambertin. vbi supra nu. 4. Ripa sub dicto nu. 93. vers. *quinto requiritur*. Abbas in c. 2. sub nu. 23. de in integrum restitutione, vbi dicit, quòd ratio potest esse. Nam per solam electionem quis possidet labia sua tantum. Selua de beneficio 2. parte. quæstione 7. num. 5.

Sexto requiritur quòd collatio, electio,
37 vel præsentatio fuerit effectuata: † Ita vt prouisus cæperit possessionem vigore illius, & in dicta possessione permanserit, fructusque perceperit. Oldradus consilio 229. numero 2. Calderinus in proxime allegatis consilijs. Ioannes Selua de beneficio secunda parte, quæst. 7. num. 7. Ripa in dicto cap. cum Ecclesia Sutrina, sub num. 93. vers. *sexto quæritur*. de causa possess. Rebuffus super concordata, in rubrica de annatis, in gloss. verbo, *possessionem*, vers. *sexto quod electus*, Rocchus de Curte, de iurepatronatus, verbo, *competens*, num. 37. Gomezius in regula de annali, quæst. 47. & in regula de triennali, quæstione 60. Caputaquen. decisione 337. numero 2. & decisione 338. & 339. numero 1. parte 2. & decis. 418. eadem p. 2. Put. decis. 136. num. 3. libro 3.

Septimo requiritur quòd talis, vel tales actus, ex quo, vel quibus prætenditur ac-
38 quisita possessio, sit, & sint clari, & certi, † non vero turbidi, dubij, & obscuri. Nam ex turbidis, & obscuris collationibus, electionibus, aut præsentationibus non acquiritur possessio: Maxime quando titulus precedens esset contrarius, vt fuit sæpe resolutum in Rota, præsertim in vna Taruisina plebis 5. Iunij 1587. coram Bubalo.

39 Sicut non est locus manutentioni, † quando possessio non est clara, sed intricata, turbida, & offuscata. Caputaq. decisione 200. num. 1. p. 2. & fuit decisum in Cæsaraugustana fructuum 13. Ianuarij 1597. coram Illustrissimo D. meo Cardinali Pamphilio.

Nec possessio resultans ex actu æquuo-
40 co, † & obscuro releuat. Abbas in cap. 2. in fine, de censibus. Felinus in cap. cum Bertoldus. num. 36. vers. *merito dicit Abbas*, de re iudicata. Decius in cap. in præsentia. nu. 58. de probationibus, plura tradit Anton. Gomezius in l. 45. Tauri. num. 95.

Pariter nec consuetudo inducitur ex ac-
41 tibus æquiuocis, † & difformibus, ac turbidis. Aimon consilio 96. numero 5. & consilio 113. num. 14. Rota decisione 19. numero 6. parte secunda diuersorum. Rocchus de Curte, de consuetudine, sectione quarta, numero 68. & 69.

Dicit etiam Puteus decisione 29. num. 7. & 12. libro 2. quòd fundans se in statuto du-
42 bio † non est audiendus, & vide, quę dixi in gloss. 34. sub num. 109.

Conducunt etiam alia quamplura, quę ratione dubij cumulat Contardus in repetitione. l. vnicæ, limitatione 17. num. 1. & per totam. C. si de moment. possess. fuerit appellatum.

Secundo declara supradictam conclusionem, quòd prouisio, electio, seu præsentatio spectent ad possessorem, non autem ad proprietatem habentem: locum non habere, quando de tempore collationis, electionis, seu præsentationis
43 constaret de defectu † proprietatis possessoris; nam tunc cum proprietas absorbat possessionem. cap. cum dilectus, de causa possessionis, & propriet. non ad possessionem, sed ad proprietatem habentem spectabit, vt declarat Abbas in capit. consultationibus, num. 9. vers. *quod ego intelligerem*, de iurepatronatus. Decius consil. 126. num. 3. in fine, & 127. numero 1. & consilio 149. num. 2. post medium, vers. *& retenta ista conclusione*. Paulus de Cittadinis, de iurepatronatus 6. parte, articulo 3. quæstione 7. num. 16. Lambertinus in eodem tractatu, libro 2. parte prima, quęstione 3. articulo 6. num. 4. vers. *tertius est casus*. Rota decisione 167. numero 10. parte 1. diuersorum. Thomas Tribius decisione Veneta 55. numero 80. ante finem lib. 2.

Quãdo non attendatur qua si possessio ad effectum prouidendi.

Tertio declara minime procedere dictam conclusionem in possessore beneficij reseruati, † nam talis possessio est infecta. Rota decisione 3. de restitutione spoliat. in nouis. Cassadorus decisione 1. num. 3. & decisione 2. de restitutione spoliator. cum alijs cumulatis in glossa 31. post principium, Et consequenter si quis oc-
45 cupat Decanatum reseruatum, † vigore alicuius prouisionis ab Ordinario factæ, & ad possessorem eiusdem Decanatus spectet collatio aliorum beneficiorum: talis occupator, dato quòd alias haberet bonam fidem, minime conferre poterit, quamuis tolleretur. Rota decisione 20. incipit, *nota vbi aliquis*, de prębendis, in antiquis, &

decisione 4. eodem titulo, in antiquioribus. Æneas de Falconibus in tractatu de reseruationibus quęstione 4. principali, effectu 26. num. 1. & 2. Simonet. in eodem tractatu, quęstione 44. per totam, & quęstione 50. numero 8. Nauarrus cons. 2. de iurepatronat. & conferunt tradita per Ioannem Selnam de beneficio 2. parte. quæstione 12. a num. 1. vsque ad num. 4. ac dixi in glossa 31. ex num. 27. cum sequentibus.

Ratio est, quia cum collatio sit fructus beneficij, vt dixi supra in hoc §. numero 8. & fructus spectent ad possessorem: nemo est, qui ambigeat, quòd non spectet ad talem intrusum, cum possessionem non habeat, obstante reseruatione.

Et quamuis collector dictæ decisionis 4. de præbendis, in antiquioribus Besigneti dicat ad finem, quòd ipse credit contra-
46 rium, si erat bonæ fidei † detentor; nihilominus contraria opinio verior ex supradictis apparet. Eius tamen opinio potest intelligi, quando esset tolleratus per triennium in pacifica detentatione, & beneficium non esset reseruatum ratione vacationis apud Sedem. Nam tunc suffragabitur illi regula de triennali.

47 Prout etiam erunt nulli contractus † facti ratione dicti beneficij cum tali intruso. Gomezius in regula de publicandis resignationibus, quęst. 3. numero 8. & cum alijs scribit Flaminius Parisius de resignatione libro 11. quęstione 1. num. 23. Ioannes Selua de beneficio 2. parte, quæstione 12. num. 1. & 2. vbi plura.

Quarto declara, & limita in his rebus, quæ non possunt haberi; nisi
48 ex priuilegio Principis, nam in talibus quasi possessio nihil operatur, Ægidius Bellamera decisione 433. incipit, *possessio Cappellaniæ*. Simonet. de reseruatione. quæstione 38. sub num. 2.

Minor probatio sufficit ad effectũ probandi, qđ intret alternatiua.

Quinto declara, quòd ad effectum, vt intret, vel non intret alternatiua in casu regulæ nostræ sufficit semiplena
49 † probatio quasi possessionis liberæ, aut non liberæ conferendi, vt fuit resolutum in terminis nostræ regulę in vna Maioricen. Sachristiæ 26. Iunij anni 1602. coram Illustrissimo Domino meo Card. Pamphilio, vbi propterea fuit decisum sufficere probatio-
50 nem de publica voce, † & fama, quòd cessantibus reseruationibus collatio pertinet ad solum Episcopum absque interuentu Capituli. Cuius rei ratio est, quia in hoc casu
51 agitur incidenter † dumtaxat de pertinentia collationis inter prouisos, & ideo semiplena probatio satis erit. Rota decisione tertia de probationibus. Millius in repertorio, verbo, *probatio, quod beneficium pertineat*, Ægidius decisione 569. incipit, *conclusio quod licet*, aliàs 570. Decius in cap. 1. num. 14. de appellation. Mascardus de probationibus, conclusione 173. incipit, *beneficij collationem*, num. 1. cum sequentibus. Cassadorus decisione prima, de probationibus, numero primo. Chisan. decisione 30. Caputaquen. decisione 137. parte prima. Rota decisione 803. numero primo, & secundo, parte 1. diuersorum.

Qui loquuntur procedere, siue agatur inter prouisos ab Episcopo, & ab inferioribus illo: siue inter prouisum ab Ordinario, &
52 prouisum † a Papa, vt Cassadorus dicto nu. 1. & declarat dicta decisio Maioricen. Vbi addit, quòd cessat omnis difficultas, quando cum fama concurrunt aliqua adminicula, & Cassador. sub eod. num. 1. & num. 2.

Et quia vt superius diximus numero 15. quando agitur incidenter de aliquo articulo, possessor semper præsumitur Dominus, ac notat Imola per tex. ibi in clementina 1. num. 3. & 10. vt lit. pend.

Ac propterea semper fuit inueteratus Rotę stylus, quòd licet impetrans beneficium ex quocunque capite teneatur plene, & concludenter probare narratiuam vacationis, in qua sua gratia principaliter fundatur, vt fuit decisum in vna Casalen. Præpositurę 21. Aprilis 1597. coram Gypsio, & in Hispalen. beneficij de Xerez 12. Maij 1603. coram R.P.D. meo Litta, ac dixi in glossa 11. quæstione 6.

53 Verum cætera incidenter narrata † non est necesse plene probare, sed semiplena dumtaxat probatio sufficit, vt sępe fuit resolutum, & signanter in vna Hispalen. portionis 18. Martij 1596. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & in Leodicen. Canonicatus, & præbendæ 22. Martij eiusdem anni coram R. P. Domino meo Pegna, & in dicta Hispalen. beneficij de Xerez nuper allegata & aliàs passim.

Summaria §. 3. Glossæ 45.

1 *Turnum suum habere quando quis dicatur.*
2 *Turnus Episcopi, tunc intrat, quando turnus Capituli est consumptus.*
3 *Turnus habentis duas collationes non consumitur, donec ambabus vsus fuerit.*
4 *Turnus non consumitur, si prouisio non est effectuata.*
5 *Effectus in omnibus consideratur, sine quo nihil agitur.*

6 *Turnus non consumitur, si electus, aut præsentatus cedat, aut decedat ante confirmationem, vel institutionem, nec si absens, collationem non acceptet, & num. 7.*

8 *Turnus non consumitur stante Papæ reseruatione, aut alio iusto impedimento, & num. 9. etiam si protestatio non præcedat, & n. 10.*

11 *Protestatio semper est vtilis, vt turnus non consumatur, & nu. 54.*

12 *Turnus consumitur post collationem acceptatam, licet prouisus decedat ante assequutam possessionem.*

13 *Turnus Episcopi consumitur, si ob culpam non residendi collationem amisit.*

14 *Culpa Episcopi, Capitulo non debet esse damnosa.*

15 *Prouisio non facta ab Episcopo ob culpam illius, habetur pro facta, quoad præiudicium ipsius.*

16 *Turnum consumit, qui fuit negligens in conferendo intra sex menses, aliàs non, & numero sequenti.*

18 *Iniuriam nemini facit, qui vtitur iure suo.*

19 *Turnus non consumitur, quando existens in illo fuit impeditus facto superioris.*

20 *Diuinare nemo tenetur.*

21 *Præuenire velle Papam Ordinarium in dubio non præsumitur,*

22 *Turni consumptio, an præsumatur eo ipso, quòd constat de prouisione.*

23 *Expectatiua acceptata præsumitur effectuata.*

24 *Turnus quando consumatur, si lite stante inter prouisum ab Episcopo, & à Papa, prouisus ab Ordinario remanet cum titulo, soluta certa pensione, vsque ad nu. 36.*

25 *Turnus vt dicatur consumptus, aut non potissime attenditur bonum ius prouisi ab Episcopo, & num. 28.*

26 *Possessio præsumitur continuata potius vigore boni tituli, quam ratione concordiæ.*

27 *Dominus qui semel est beneficij, non potest amplius effici Dominus.*

29 *Turnus Episcopi, aut Capituli dicitur consumptus, si prouisus ab illo remanet cum beneficio, licet certam pensionem soluat.*

30 *Continuatio possessionis inducit præsumptionem melioris iuris.*

31 *Turnus Episcopi non dicitur consumptus, quando prouisus ab eo fuit eiectus a possessione, & postea illam habuit, vigore concordiæ, & nouæ prouisionis.*

32 *Turnus Episcopi, vel Capituli consumitur, si prouisus ab eo sentit commodum pensionis, nisi notoriè constaret de non iurè suo, & numero 33.*

34 *Consilium legis sequitur, qui videns litem iniustam inanibus sumptibus se vexare non vult.*

35 *Turnus, an dicatur consumptus, quando collatio fit non idoneo.*

36 *Turnus vt videatur, si sit consumptus, vel non, potest quocumque tempore discuti de validitate collationis.*

37 *Turnum an consumat collatio facta à Capitulo Sede Episcopali vacante, & num. 38.*

39 *Regula 2. Cancellariæ reseruat vacationes contingentes, Sede Episcopali, vel Abbatiali vacante, & ratio ponitur, & nu. 47.*

40 *Reseruatum an sit beneficium vacans in turno Episcopi Sede Episcopali vacante, & numero 50.*

41 *Liberæ collationis diuersimode dicitur beneficium ad effectum regulæ 2. quam ad effectum regulæ nostræ.*

42 *Turnus habens dicitur solus Dominus.*

43 *Præheminentia debetur existenti in turno.*

44 *Diuisum licet sit exercitium conferendi, non propterea dicitur diuisum ipsum ius, nisi, &c. & num. 50.*

45 *Simultanea collatio competens Episcopo, & Capitulo competit cuilibet in solidum.*

46 *Capitulum confert iure proprio beneficium simultaneæ collationis, quando deficit Episcopus.*

48 *Ratione legis cessante, cessat, & ipsa lex.*

49 *Collatio non dicitur proprie Episcopi, sed Capituli, mortuo Episcopo, si beneficium est simultaneæ collationis.*

51 *Collatio libera Episcopi (illo defuncto) est reseruanda successori.*

52 *Turnus an consumatur ex collatione, ex causa permutationis facta.*

53 *Turnus consumitur ex iniqua collatione mala fide facta, vel si scienter fit non idoneo, secus vero si iusto errore, aut ignorantia fiat, & num. 55.*

56 *Turnus ad quem spectet erit opportunum declarare ante contingentiam vacationis.*

§. 3. glossæ 45. in quo turnorum materia super collationibus enucleatur.

QVIA in superioribus §§. huius glossę diximus, Episcopum existentem in turno posse frui alternatiua reg. nostrę: Ideo hic aperire opportunum erit, quando sit † in turno, quan-

1 doue desinat esse?

Qua in re constituendum erit. Tunc Episcopum esse in turno, quando

2 Capituli vltimus turnus fuit consumptus † per collationem ab eo factam, & vice versa Capitulum existet in turno, quando turnus Epi-

Quãdo dicatur quis esse intur no vel non.

Epiſcopi fuit conſumptus, quia in ſua vltima viciſſitudine contulit.clem.2.§.& vt facilius, & ibi gl. verbo, *alternis vicibus*. de iure patro.cap.fin.de conceſſ.prębendæ, & ibi gl. verbo, *ſtatuto*.

Si autem Epiſcopus habet duas collationes † in ſuo turno,ſeu viciſſitudine, & Capitulum non habet niſi vnicam, vt in caſu deciſ.3.Rotę,de conceſſ. præbend. in antiquioribus Beſigneti,& Pariſij conſ.144. num.23. lib. 4. tunc minime dicitur conſumptus turnus Epiſcopi, donec ipſe ſuas duas collationes fecerit, vt in dictis iuribus, & tetigi in hac gloſſ.§.1.num.32.

Turnus vt conſumatur debet eſſe collatio effectuata.

Et ad hoc vt turnus dicatur conſumptus requiritur, quòd prouiſio facta ab exiſtente in turno ſit effectuata. † Puteus deciſ.178.& deciſ. 179.lib.3. Acchilles deciſ. 1. ante nu. 1. & per totam de conceſſ. præben.

Effectus namque in omnibus conſideratur,† & ſine ipſo factum eſt nihil.l.2.C. de aliment.pupil.præſtan.l.cum ſeruus. ff. de verbor.oblig. cap. non præſtat impedimentum, de regulis iuris,in 6.cap.perpetue, c. ſi com promiſſarius,de election. lib. 6.l.2.3.& 4,de optione legata,vbi habetur,quòd electio,ſeu optio non eſt conſumpta, ſi effectum non habuit, & dicam plura de effectu in gloſſ. 55. ex numero 11.

Vnde ſi electus, ſeu pręsẽtatus cedat,†vel decedat ante confirmationem, ſiue inſtitutionem,vel habuerit aliquem occultum defectum,propter quem confirmari, aut inſtitui non debeat,non dicetur conſumptus turnus eligentis, aut præſentantis, ſed de nouo peterit eligere, ſeu præſentare, cap. ſi electio, 26.de electione,lib.6. Rota deciſ.6. nu. 2. de election. in nouis. Puteus deciſ. 200. libro 1.& deciſ. 207. & 277. libro 2. Molina de primogenijs Hiſpanorum,lib.2.cap. 4.nu. 38. Acchilles deciſ.8.num.3.& 4.de conceſſ. præbend. Mohedanus deciſ.7.num.2.de prębendis.Caputaq.deciſ.59.nu.2. p.2. & vide infra quæſt.6.ſuper iſto §.

Similiter ſi ille, ad quem viciſſitudo,ſiue turnus ſpectat conferat abſenti, † & ipſe acceptare noluerit, iuxta tex.in cap. ſi tibi abſenti, de præbend.lib.6.non erit conſumptus turnus, cum collatio effectum non habuerit, ſed poterit ipſe collator iterum alteri conferre. Oldradus conſ. 57. incipit, *Papa reſeruauit*.num. 1. Simonett.de reſeruat.q.31.nu. 1.& 2.Caputaquen,deciſ.291.num. 1. par.1. & deciſ.137.num.3.par.2. Mandoſius in reg. 5.Cancellariæ.q.5.num.3.cum ſeqq. Couar. lib.3. variar.cap.16.num.3.in principio, & & dixi in gl.15.§.2.queſt.3.

Rurſus ſi ex aliquo impedimento iuſto,ve luti ex ſpeciali Papę reſeruatione, ſeu præuentione, † ille, qui eſt in turno, ſine vlla illius culpa, vel mora prouidere non potuit, vel ſi prouidit, eius prouiſio effectum non habuit: minime eſt talis prouiſio computanda,nec illius turnus dicetur conſumptus. Rota deciſ. 21.num.1.& 2.de prębend. in antiq. & deciſ.3. in antiquiorib. Beſignet. vbi quędam Abbatiſſa habebat turnum duarum collationum,& Decanus vnius tantum collationis, & fuit deciſum non fuiſſe conſumptum † turnum Abbatiſſæ, quamuis in duabus vacationibus non prouiderat.(obſtantibus expectatiuis,& reſeruationibus)Philippus Probus in cap.cum in illis,num.61.de præbend. lib.6.Caſſad.deciſ.10. nu.3. de conceſſ. præbend.Paulus Pariſius conſ.144.nu. 23.& 24. & 25.volum.4.vbi late.

Quod etiam procedit,quamuis nulla proteſtatio pręceſſerit.† Dominicus Geminian. in cap.cum in multis,num.14.de reſcriptis in 6.Caſſadorus in d.deciſ.10.num. 4. de cauſa poſſeſſ. Mohedanus deciſ. 14.in fine, de conceſſ.præbend.qui omnes tradunt ſemper eſſe vtilem†in tali caſu proteſtationem.

Si vero Epiſcopus, aut Capitulum collationem alicui fecerit, & poſt illam acceptatam, ante apprehenſionem poſſeſſionis,talis prouiſus ceſſerit,aut deceſſerit:tunc iam dicetur collatio effectuata,† & turnus conſumptus.Rota deciſ.24.de præbend. in antiquis, num.1.& per totam,& deciſ.9.eodem titulo, in antiquioribus Beſigneti,& deciſ.31. num. 1.& 2.de conceſſ.præben. in antiquis. Simonetta de reſeruat. queſt. 56. per totam. Gomezius in regula de triennali, quæſt. 30. nu. 2. Caſſadorus deciſ.4. de cauſa poſſeſſ. nu.4. & deciſ. 9. num. 13. de prębend. Puteus deciſ. 146.num.4.lib.2.

Prout etiã ſi Epiſcopus, qui erat in turno, propter culpã non reſidendi in diœceſi, amiſit collationem beneficij vacantis in ſuo menſe, & ideo non prouidit, quia propter abſentiam erat impeditus,vel ſi prouidit fuit prouiſio nulla, vt regula noſtra declarat, & dixi in gloſſa 43. ac Apoſtolica prouiſio pręualuit,Tunc videtur conſumptus † turnus Epiſcopi, quia culpa Epiſcopi in non reſidendo, prout tenebatur, ſibi, & non Capitulo debet eſſe† damnoſa.l.quòd quis ex ſua culpa 203. ff.de reg.iur.cap. damnum 86. de reg.iuris, in 6.cum alijs adductis in glo.27.huius regulæ, Et quoad præiudicium Epiſcopi habetur dicta prouiſio pro recte † facta,& effectuata, cum per eum ſteterit,ad tex.in l.in iure ciuili 121.ff.de regul. iur.& l.in iure ciuili. ff. de condition.& demonſtration.l.ſed ędes.§.fin. ff.de contrahend.emption.Mandoſius in terminis reg. noſtræ,in conſ.8. nu.12. cum alijs adductis in gloſſ.24.

Nec non ex eiſdem rationibus tenendum puto, conſumere turnum ſuum Epiſcopum, ſeu

seu Capitulum, qui, vel quod prouidere potuit, sed fuit negligens in conferendo infra
16 semestre † sibi ad conferendum concessum, & propterea collatio fuit ad alium deuoluta, iuxta textum in cap. 2. de concess. præbend. cap. licet litteras, cap. final. de supplend. neglig. Prælator.

SECVS tamen existimauerim, si cũ potuerit conferre statim habita notitia vacationis distulit, & infra semestre Papa prœuenit, & sic collatio ab Episcopo, seu Capitulo postmodum (intra dictum tamen semestre)
17 facta non tenuit † (obstante Papę prœuentione) per ea, quæ dixi in §. 3. proœmiali. Ratio est, quia non potest dici morosus, qui infra tempus sibi a iure concessum collationem fe-
18 cit, nec vtendo iure suo facit iniuriam † alicui. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniurijs. c. cum Ecclesia Vulterana, & ibi gloss. verbo, *iniuria*. de electione. Rota decis. vnica, n. 3. de sepultur. in antiquis, & decis. 2. de rerum permutat. in antiquioribus Besigneti.

19 Et quia fuit facto superioris † impeditus, cuius impedimentum impedit consumptionem vicissitudinis, seu turni. Rota decis. 21. num. 1. de præbend. in antiquis. Cassad. decis. 10. num. 3. de concess. præbend. cum alijs nuper allegatis.

Item quia ignoscendum est ei, qui non di-
20 uinauit † Papam prœuenturum fore. l. si fideiussor. 29. vers. *ignoscendum.* ff. mandati. l. si putator, in fine. ff. ad legem Aquiliam. Rota decis. 32. sub num. 4. vers. *nec secundum.* de rescriptis, in nouis. Mandosius in regula 32. quæst. 2. num. 9.

Maxime cum prœsumatur nolle Papam
21 prœuenire Ordinarium † in suo mense ordinario, nec illi ex dicta prœuentione grauamen inferre, vt scripsi in §. 4. proœm.

Quando præsumatur consumptus turnus.

Sed quæro primo. An prœsumatur consumptio turni, eo ipso, quòd exad-
22 uerso docetur de collatione facta, quamuis non doceatur de effectuatione? † Respondeo, quòd constito de collatione, resultat in dubio præsumptio consumptionis dicti turni, & opponenti de non effectuatione, incumbit onus probandi non effectuationem, vt fuit resolutum in terminis in vna Salmantina portionis 30. Aprilis 1599. coram R. P. D. Mellino, vbi allegat alias duas decisiones, vnam Regien. præbend. theologalis: Et aliã Barchinon. Canonicatus, & in materia ac-
23 ceptantis † est expressa decisio Rotæ 7. post medium, de caus. possess. in antiquis. Gemi-nianus cons. 103. incipit, *pro responsione.* num. 2. cum sequentibus. Cassadorus decis. 10. nu. 5. de concess. prębend. Puteus decis. 257. nu. 2. & 4. lib. 1. Ludouicus Gomezius in c. cum in multis, nu. fin. ante finem, de rescriptis, lib. 6. Mohedan. decis. 9. de probat.

Secundo quæro, pone, quòd vnus fuit prouisus ab Episcopo in turno existenti, possessione subsecuta: Et alius etiam fuit prouisus à Papa de eodem beneficio, tanquam de reseruato, qui contra prouisum ab Episcopo litem introduxit, deinde se concordarunt: Ita quòd prouisus ab Episcopo remansit cum dicto beneficio, soluta certa pensione, puta absorbente tertiam partem fructuum, & distribtionum, & concordia desuper facta, cum cessione actionis, fuit à Sede Apostolica confirmata, & habuit effectum, vtrum in hoc casu dicatur prouisio Episcopi effectuata, † ita vt sit consumptus illius turnus?
24

Circa hanc quæstionem, & aliàs illi confines, sunt plures decisiones, & doctrinę inferius citandæ, quæ videntur aliquo modo inter se repugnantes, & vt lucidius intelligatur, & ad concordiam dictæ decisiones reducantur, casus sequentes distinguendos puto.

Primus casus erit, quando constat prouisionem Episcopi esse bonam, & legitimam, &
25 sic prouisum ab illo habere bonum ius: † & tunc sine dubio dicetur turnus consumptus, quamuis occasione concordiæ pensionem soluit, & nouam prouisionem habuerit, Acchilles decis. 1. num. 6. & finali, de concess. præbend. Puteus decis. 179. lib. 3. Ratio est quia cum collatio facta ab Episcopo fuerit bona, continuatio possessionis, ac effectuatio fit
26 in executionem † illius, potius quam ratione concordię. l. 2. C de acquiren. possessione. Romanus cons. 328. num. 5. in fine. Puteus decis. 212. nu. 2. par. 3. Cæsar de Grassis decis. 1. num. 1. & 7. de electione. Rota decis. 363. num. 2. par. 1. diuersorum. Menochius de prœsumptionibus, lib. 6. præsumpt. 67. num. 1. & per totam.

Neq; ille, qui fuit verus Dominus beneficij vigore prouisionis ordinarię potuit amplius
27 † effici Dominus vigore cessionis aduersarij, & confirmationis Apostolicæ. l. quibus 18. ff. de verborum oblig. cap. inter dilectos, vers. *cæterum.* & ibi gl. verbo, *quòd meum est.* de fide instr. c. qui duas 25. de electione, in 6. vbi omnes tradunt.

Secundus casus est, quando è conuerso cõstaret de non iure † prouisi ab Ordinario, ac
28 de nullitate prouisionis, quia ad eum illa collatio non spectabat, sed ad Papam, veluti si esset contra illum decisio, vel resolutio Rotalis facta, aut sententia pronuntiata, quę controuerti iuste non posset: & tunc pari ratione dicendum est, quòd non fuit turnus consumptus, ex quo non remansit in possessione vigore illius, sed vigore concordię, & cessionis, ac nouæ prouisionis Apostolicę. Puteus d. decis. 179. lib. 3.

Tertius casus est, quando non constat de bono

bono iure, vel de non iure prouisi ab Ordinario, nec fuit discussum, vel prouincialatum, sed adhuc dubitatur: & tunc, si postquam fuit missus in possessionem non fuit ejectus ab illa, sed semper illam continuauit, & cum illa remanserit, quamuis pro bono pacis, & ad euitandam vexationem, seu pro allecuranda possessione se concordauerit, & pensionem ratione dictę concordiæ soluerit, dicetur
29 vtique turnus consumptus; † Ita colligo ex dicta decisione Acchil. de Grassis 1. sub num. 4. de concess. prębend. & a contrario sensu probat d. decis. Putei 179. lib. 3.

Continuatio namque possessionis inducit
30 pręsumptionem † melioris iuris, clemen. 1. §. quòd si vnum, vt lite pendente. §. commodum. instituit. de interdict. cum alijs, quæ dixi in §. 3. proœmiali, ex num. 50. cum multis sequentibus.

Quartus casus est, quando dubitatur de bono, vel malo iure, prouisi ab Ordinario, qui fuit ejectus à possessione, & immissus prouisus Apostolicus: Et postea de nouo vigore cō cordię, & cessionis, in eius fauorem factæ, illam fuit assecutus: & in hoc casu turnus Or
31 dinarij non dicetur † consumptus, vt Puteus, & Acchil. in sępe allegatis decisionibus palam docent, rationem reddentes, quia præsumitur apprehendisse de nouo possessionem, vigore cessionis factæ a prouiso Apostolico possessionem habente, pro quo dominatur præsumptio.

Quintus casus est, quando prouisus ab Episcopo possessor, se conuenit cum aduersario, & reseruata sibi certa pensione, possessionem dimisit, & illam prouisus Apostolicus occupauit: & in hoc casu dicunt Crescentius decis. 11. de prębendis. Caputaquen. decis. 231. p. 1. & decis. 59. num. 2. par. 2. Ludouicus Gomezius in d. cap. cum in multis, num. fin. in fine. Romanus cons. 329. num. 8. & ibi additio Mandosij sub littera G. cum alijs per eos allegatis, loquentes in materia acceptationis: quòd erit consumptus turnus
32 † ex quo prouisus ab Ordinario fuit assecutus commodum dictæ pensionis, & ratione dicti cōmodi possessionem dimisit, optime Romanus d. cons. 329. nu. 8. & ibi additio Mandosij sub littera G. & facit Rota decis. 301. n. 2. in fine, par. 2. diuersorum.

Hoc tamen declarat Acchilles decis. 1. de concess. prębend. nu. 4 procedere, nisi notorie constaret de non iure † prouisi ab Ordinario, qui possessionem dimisit, & sua in-
33 dustria pēsionis cōmodum acquisiuit: Quia tali casu potuit, etiam non expectata sententia, bonam fidem agnoscere, & possessionem ex dicta causa deserere, nec turnus dicitur consumptus, quamuis ex sua industria certam pensionem sibi reseruari obtinuerit, vt Acchilles vbi supra, num. 2. & 3. Puteus decis. 178. per totam, iuncta decis. sequenti per totas, lib. 3. Ioannes Selua de beneficio par. 3. quæst. 15. num. 24.

Sequitur enim consilium legis, qui videns
34 litem iniustam, inanibus sumptibus † se vexare non vult. l. 1. ff. de inof. testam. Romanus cons. 329. *præsens consultatio*. num. 7. Speculator titulo de Aduocato. §. nunc tractemus, num. 4. & 5.

Sextus casus erit, quando certum erat collationem spectare pro illa vice ad Ordinarium, sed dubitatur de validitate illius, ex eo quòd dicatur, prouisum non esse oriun-
35 dū, † ex illo loco, prout requiritur, vel quòd aliud incompatibile beneficium habuerit. Et orta desuper lite inter eum, & impetrantem Apostolicum, ob capita prædicta, inita concordia cum impetrante, nouam prouisionem à Sede Apostolica obtinuit, ac primam possessionem continuauit: quo casu collatio dicetur effectuata, & turnus consumptus erit, vt fuit decisum in vna causa Maioricen. Sachristię 26. Iunij, an. 1602. coram Illustrissimo Domino Pamphilio, vbi fuit ad hoc allegata dicta decisio 1. Acchilles, num. 4. de concess. prębend. & ea, quæ notat Gomezius in regula de subrogan. collitigan. quęst. vltima, in fine.

Nunquam enim impedit turnum, nec illius qualitatem litis pendentia. Gemin. cons. 89. num. 1. incipit, *super dubijs*.

Ex prędictis vtique sex casibus poterit inferri ad alios casus, qui in hac materia euenire contingant.

36 Et quocumque tempore poterit discuti † An collatio spectaret, vel non ad Episcopum ad effectum videndi, si fuerit turnus consumptus, vt futurus declaret euentus. clemen. 1. in fine, vt lit. penden. c. commissa, de electione, in 6. Geminianus d. cons. 89. num. 1. & 2. & cons. 183. Probus in c. cum in illis, num. 61. in fin. de pręben. in 6. Acchilles decis. 1. nu. fin. de concess. prębend.

Quæro tertio quid si Sede Episcopali vacante, Capitulum contulerat prębendam, quę tunc vacauerit in mense ordinario. An talis prouisio consumatur num ipsius Capituli illam vicissitudinem habentis. Aut vtrum illa prouisio consumatur num Episcopi, quem tunc si viueret haberet, vel potius neutri sit computanda?

Huic quæstioni respondet decisio Putei 184. lib. 3. vbi distinguit, aut vacatio beneficij contingit Sede Episcopali vacante, & in turno Capituli: Et tunc collatio à Capitulo facta in suo turno consumit turnum suum,
37 † quia cum Capitulū sit in turno est perinde ac si Sedes non vacasset, cum collator non deficiat: Aut Episcopus erat in turno, & contulit

tulit Capitulum, prout de iure potest, iuxta tex. in c. 1. in principio, ne Sede vacante, lib.
38 6. Et tunc neutri † computatur talis collatio, & prima vacatio, quæ contingerit Sede plena spectabit ad Episcopum, & idem fuit decisum in vna Salmantina portionis 25. Iunij 1599. coram R. P. D. Mellino, & in alia Salmantina portionis 16. Maij huius an. 1603. coram R.P.D. meo Iusto, & facit Rotę decisio 3. post principium, ibi, *nequaquam in numero computentur*. de concess. præbend. in antiquioribus.

Quarto quęro. An hodie stante reg. 2. Cancell. † quę disponit, quòd om-
39 nes vacationes contingentes Sede Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel Abbatiali vacante, vel alio quolibet collatore deficiente, quamuis contingant in mensibus ordinarijs, sint Sedi Apostolicę reseruatæ: dummodo collatio sit libera ad solam dispositionem Ordinarij, absque alterius collatione, electione, seu præsentatione: Nec non stante diuisione facta inter Episcopum, & Capitulum, super iure conferendi alternatis vicibus, vel altero ex modis declaratis in §. 1. huius glossę: Si contingat vacatio Sede Episcopali vacante in mense ordinario, & in turno, aut choro, aut mense Epi-
40 scopi, sit talis vacatio reseruata, † & ad solum Papam pertineat collatio?

Et quidem videtur quòd sic, quia si collatio est libera: Ita vt intret alternatiua per regulam nostram concessa: à fortiori erit libera ad effectum, vt intret reseruatio dictæ regulę secundę, quæ contentatur
41 † minore libertate, quam regula nostra: Nam ista regula nostra exigit (vt dicatur libera collatio,) quòd neque sit cum consilio, consensu, nec interuentu alterius, aut aliàs, de quo nullum verbum in dicta regula secunda.

Itē quia ille, qui est in turno dicitur solus
42 Dominus, & solus † collator. Put. decis. 107. lib. 3. Acchilles decis. 2. de iurepatronat.

43 Et ipse solus † dicitur habere pręsidentiam, denóminationem, & præheminentiam, vt fuit decisum in vna Siracusana pręheminentiarum 28. Februarij anni 1586. coram Bubalo, & in alia Calagurritana pręheminentiarum 2. Decembris an. 1602. coram R.P.D. meo Iusto, & conferunt alia, quę scripsi in §. 1. huius gl. 45.

EX ADVERSO tamen facit. Primo, quia quamuis sit diuisum exercitium conferendi, non propterea dicitur diuisum ip-
44 sum ius † conferendi inter Episcopum, & Capitulum, quòd illis de iure communi competit, cap. 1. iuncta glossa, verbo, *diuidi*. de iurepatrona. Couarr. in practic. quęstion. cap. fin. num. 1. in principio, cum alijs adductis in §. 1. huius glos. post principium, vers. *præsertim quia licet vsus*.

Secundo quia collatio simultanea, quę de iure communi competit Episcopo, & Capi-
45 tulo, competit etiam cuilibet † illorum in solidum. Acchilles decis. 4. num. 13. & 14. de præben. Put. decis. 190. num. 4. lib. 1. & dixi in princ. huius glossę num. 69.

Tertio, quia deficiente Episcopo Capitu-
46 lum confert iure † proprio, cap. 1. ne Sede vacante, in principio: Puteus decis. 184. lib. 3. cum alijs decis. allegatis supra in quęst. 3. huius §.

Quarto, quia ratio regulæ secundæ Cancellarię est, ne ex longa vacatione Sedis Epi-
47 scopalis prouisiones sint in suspenso, † & maximum grauamen Ecclesijs inferatur: Nam diuturnam vacationem iura abhorrent, cap. si Apostolica. de præbend. in 6. Puteus decis. 22. numero 7. lib. 1. cap. 2. ibi, *non diu maneant in suspenso*. de concess. præb. cum alijs.

Ista vero ratio prorsus cessat in casu nostro, quia deficiente Episcopo, non ideo deficit proprius collator, qui est Capitulum, ex supradictis. Igitur cessante ratione legis de-
48 bet † cessare quoque lex. l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatronat. cap. cum cessante, de appellation.

Quinto, quia quamuis collatio sit libera, quoad Episcopum viuentem, & in turno existentem; eo defuncto, iam non dicitur colla-
49 tio libera Episcopi, sed vera, & propria † collatio Capituli, vt in d. cap. 1. ne Sede vacante, libro 6.

Ex quibus teneo, quòd nequaquam sit locus reseruationi dictæ reg. secundę in casu præfato. Nisi dumtaxat, quando probaretur, quòd non solum exercitium, sed etiam ipsum ius conferendi esset ita diuisum inter Episcopum, & Capitulum, quòd neque etiam Sede
50 Episcopali † vacante Capitulum valeat conferre beneficium, quòd aliàs spectaret ad liberam collationem Episcopi, si viueret: sed
51 Episcopo successori † esset collatio reseruanda, iuxta textum in cap. 2. ne Sede vacante aliquid innouetur: Tali namq; casu cum Capitulum conferre non valeat, cap. finali, de regularibus, & in dicto cap. 1. ne Sede vacante, in 6. bene, (vt arbitror) intrabit reseruatio d. regulæ 2. & vide quę dixi in §. 1. huius glossæ 45. num. 6. & 20.

Quinto quęro, an consumetur turnus Episcopi ex collatione facta ab eo ex causa permutationis? prout etiam hodie facere potest, vt dixi in gl. 14. huius regulæ. Respondeo, quòd nisi aliud sit consuetum, vel concordatum, ex collatione fa-
52 cta ex causa permutationis, non minus † consumitur turnus, & vicissitudo, quam per collationem ex alia qualibet vacatione, vt firmat

mat in terminis Philippus Probus in cap. cum in illis, num. 62. de præbend. in 6. post Stephanum Bertran. quem allegat consil. 294. incipit, *viso, ac considerato.* & consil. 323. *quicquid dixerit.* vol. 1.

Sexto quæro. Vtrum si Episcopus, vel Capitulum sciens, ad illum, vel illud collationem vacationis non pertinere; nihilominus beneficium conferat: vel in casu, quòd ad illum pertineat, malè conferat, vt pote alicui non idoneo, cuius impedimentum collator non ignorabat, talis collatio turnum, & vicissitudinem consumat? Respon
53 deo quòd sic, † quia imputandum est male, vel non idoneo scienter conferenti. l. 3. & 4. ff. de option. legata. cap. si beneficia, de præben. lib. 6. glos. fin. in cap. cum in multis, de rescriptis, libro sexto, vbi omnes. Romanus consil. 329. incipit, *præsens consultatio.* num. 1. & 2. & consil. 492. *in casu proposito.* Staphileus in tractatu de litteris gratię, & iustitiæ, sub titulo, quibus modis expirent litterę ad beneficia. §. quarto modo expirant, numero 5. 6. 7. & 8. cum sequentibus. Rota decisione 13. numero 3. & per totam, de concess. præbend. in nouis. Puteus decis. 268. num. 2. & 3. lib. 1. & decis. 367. lib. 2. Acchilles decis. 8. num. 5. de concess. præbendę. Mohedan. decis. 14. de concess. præbend.

54 Maxime si nulla præcessit protestatio, † quòd in euentum, quòd collatio non sortiretur effectum, turnus consumptus non esset, quia debuit prævidere, quòd euenire poterat. l. si quis domum. ff. locati. glossa finalis, in dicto cap. cum in multis, vbi post alios Gomezius ex numero 101. cum sequentibus de rescriptis, in 6. Staphileus vbi supra, num. 5. & 7. Puteus decis. 277. num. 1. lib. 2. Mohedan. d. decis. 14. de concess. præben.

Secus tamen erit si ignorantia, aut errore probabili collationem fecerit: Nam tunc
55 turnus minime consumitur, † si protestatio præcessit. Romanus d. consil. 329. num. 2. in fine. Oldradus consil. 307. nu. 3. Gigans in tractatu de pensionibus, quæst. 29. num. 10. Ferrettus consil. 28. aliàs consil. 29. num. 13. Puteus decis. 268. lib. 1. Vbi etiam tractat, cui incumbat probatio scientiæ, vel probabilis ignorantię in hoc casu, & dixi in princ. huius §. in vers. *vnde si electus*, num. 6.

Addo etiam, quòd ad euitandos litium anfractus consulte, & prudenter facient Episc.
56 & Capit. si ante occasionem vacationis † concorditer per instrumentum declarauerint, quisnam illorum in turno fuerit, aut cuius vicissitudo sit consumpta, & ad quem spectet prima vacatio, vt sępe fieri vidi, & talem declarationē habuit in magna considerat. (etiā contra prouisum Apost.) Rot. in vna Salmantin portionis 16. Maij huius anni 1603.

Summaria Glossæ 46.

1 *Libera collatio non dicitur, quæ fieri debet cum consil. alterius, & num. 2.*

3 *Collatio libera est illa, quæ valet expediri ad præcisam & totalem conferentis voluntatem, & quando alterius vocatio non requiritur, & num. 4.*

5 *Consilium alicuius si sit petendum, & omittitur actus erit ipso iure nullus.*

6 *Consilium petendum excludit dictio, liberam,*

7 *Consilium petendum, quando sit de vrbanitate tantum.*

8 *Consilium matris non tenebatur exigere tutor filij de iure fforum, quando mater tutrix esse non poterat.*

9 *Consilium quando teneatur tutor, vel alius petere, si ad illud petendum sit illi a testatore imposita lex, & datur multiplex distinctio vsque ad num. 14.*

10 *Consilium peti non debet ab illo, qui non est, nec esse potest particeps officij?*

11 *Tutor, vel Curator licet sit nominatus a testatore; tamen habet potestatem à lege, & ideo consilium alterius requirere non tenetur, & numero 12.*

13 *Consilij petendi obligatio imposita à lege, est præcisa, & si non petitur, actus est ipso iure nullus Idem est si talis obligatio imponatur ab homine, non habenti potestatem a lege, & n. 14.*

15 *Consilium si est petendum, & omittitur regulariter actus non tenet, nisi adsit periculum in mora, num. 16. vel aliàs mandetur peti, illi, qui prius habebat potestatem expediendi actum liberè, & nu. 17.*

18 *Mandatum faciendi directum illi, qui aliàs sine illo facere poterat, potius censetur emanatum ad excitandam, quam ad impediendam iurisdictionem.*

19 *Consilium non est petendum ab eo, qui non est capax dandi illud.*

20 *Consilium an debeat petere executor testamenti, à Guardiano fratrum Minorum, quando testator hoc disposuit.*

21 *Consiliarius potest esse Guardianus fratris Minorum; licet non possit esse executor testamenti,*

22 *Consilium quando, licet non petatur, collatio tenet, tunc dicetur libera collatio.*

23 *Libero ab arbitrio, an dependeat actus expediendus cum alterius consil. & nu. 24.*

25 *Consilij petendi obligatio, an tollat actus libertatem, considerari debet subiecta materia, & num. 59.*

26 *Matrimonium requirit liberam voluntatem, & nihilominus valet conditio appositа legato, si contrahat cum consilio Sempronij, & numero 27.*

28 *Consilium consanguineorum, & amicorum requirere*

quirere in matrimonijs contrahendis, est consonum naturæ matrimonij.

29 *Collatio cum consilio alterius facienda, an cadat sub reseruatione regulæ 2. Cancellariæ.*

30 *Collatio dicitur spectare ad solum Episcopum, licet cum consilio alterius sit expedienda.*

31 *Consilium petendum non alterat naturam iurispatronatus.*

32 *Consilium non præsumitur esse de substantia.*

33 *Deuolutio semper fit ad superiorem, cum eisdem qualitatibus.*

34 *Consilium Capituli regulariter tenetur Prælatus requirere; non tamen si ad eum fiat deuolutio, & num. 35.*

36 *Consilij petendi obligatio non est leuis.*

37 *Consilium potest esse tanti ponderis, quòd trahat ad se illud petentem.*

38 *Consil. debet præcedere ante actus expeditionẽ, cũ tẽpore ad deliberandũ necessario, & n. 39.*

40 *Consilium petitum, est tempore competenti expectandum.*

41 *Tempore egemus, vt aliquid maturius agamus.*

42 *Responsio debet esse matura, & cum deliberatione, & non arbitratim.*

43 *Studium esse debet deliberate, & cum maturitate, & non transitoriè tanquã desides, & pigri.*

44 *Dubium graue vbi emergit non debemus passim respondere, sed articulum ponderare, & disputare.*

45 *Consil. à consultore repente datum est nullum,*

46 *Sententia est ipso iure nulla; si fuit lata in tam breui tempore, quòd verisimiliter acta non potuerunt videri, cum exemplo num. 47.*

47 *Manus non debet imponi cito, ex Apost. senten.*

48 *Testis repentinus, aut festinus, aut respondens celeriter est suspectus de falso.*

49 *Consilij petendi obligatio est fauorabilis.*

50 *Consil. prætermisso nihil facias, & nõ pœnitebis.*

51 *Consilium vbi deficit, generationes dissipãtur.*

52 *Consilia vbi multa, ibi est salus.*

53 *Consilio alieno vti debet quilibet, quanto se magis sapere putat.*

54 *Consilio Cardinalium vtitur Papa in arduis.*

55 *Consil. quæ gerũtur, iure, ac firmitate nituntur.*

56 *Consilio ordinata ad beatit. & glor. redundant.*

57 *Consiliarios plures habere Ecclesiæ interest.*

58 *Consil. pendente gesta sunt attentata, & nulla.*

60 *Consilium opportune petitum, & debito tempore expectatum, si non datur potest actus libere sine illo expediri.*

61 *Consilium sequi nemo regulariter tenetur.*

62 *Consilium Cardinalium non tenetur Papa sequi, nec Episcopus consilium Capituli, & nu. 63. nec arbiter, num. 64. nec procurator, nu. 65. nec institutor, num. 66.*

67 *Consilium iurisprudentis petitum à Iudice imperito, non est necessario sequendum.*

68 *Iudex nullus de iure communi tenetur præcise requirere consilium alterius.*

69 *Assessor licet non assumatur à Iudice imperito, non propterea sententia est de iure communi nulla, & nu. 70. nisi aliud statuto, aut consuetudine ordinetur, & num. 71.*

72 *Consilium deputati sequi non tenetur exequutor, pro distribuen. bonis pauperibus.*

73 *Consilium alterius non tenetur sequi mulier testari volens.*

74 *Consilium deputatorum ad seminarium construendum, non tenetur sequi Episcopus.*

75 *Consilium ex propria natura non obligat.*

76 *Consilium quid sit.*

77 *Consilium petitum est sequendum, à plenum intellectum non habente.*

78 *Consilium participis officij, est sequendum.*

79 *Rotæ auditores tenentur sequi consilium DD. Coauditorum.*

80 *Consilium quando ratione subiectæ materiæ sumitur, pro consensu est sequendum, & n. 81.*

82 *Consilium obligat, quando exigitur vigore specialis statuti, aut consuetudinis.*

83 *Consilium consultorum sequi tenentur inquisitores hæreticæ prauitatis.*

84 *Consilium sapientis sequi tenetur, qui adstringitur ex aliquo iure speciali, pronunciare cum consilio illius.*

85 *Consilium an teneatur sequi, qui debet procedere de consilio alterius.*

86 *Consilio de alterius, vel cum consilio alterius, idem est.*

87 *Obligatus est sequi consilium, qui debet procedere, secundum, vel iuxta consilium alterius.*

88 *Consilium obligat, quando ex mente disponentis ita colligitur.*

89 *Consilij de materia plures citantur.*

Nec etiam cum consilio. gloss. 46.

Agitur plenè p totam hãc gl. de materia cõsilij.

DECLARAT regula nostra, quod non sit libera collatio illa, quæ debet fieri cum alterius consilio, † c. cum in veteri 52. de electione. c. cum olim, de arbitris. c. nouit, cap. quanto de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli. Caputaq. decis. 297. num. 6. p. 1.

1

Nã quando collatio est libera potest exer-
2 ceri sine alicuius † consilio, vt per tex. in c. 2. ad fin. in verbo, *libere*, de arbitris, in 6. tradit Curtius Iunior cons. 2. n. 3. & Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, *reuertatur*. num. 135.

Et illa dicitur libera collatio, quæ valet
3 expediri † libere, & ad præcisam, & totalem conferendi voluntatem. Aim. cons. 122. nu. 5. Ruinus cons. 18. n. 6. plene Menoch. de arbitrarijs lib. 1. q. 7. n. 34. cum seqq. & dixi latius in glossa 45. post principium, in notab. 2.

Item dicitur actus libere fieri, quando
4 non requiritur † vocatio, neq; requisitio alicuius. c. licet Episcopus, de pręben, lib. 6. c. de multa, vbi notat Abbas num. 3. de præbend.

Idq; liberum dicitur, quòd ab omni necessitatis obseruantia, & solemnitate, est abstractum. l. 1. ff. de militar. testam. Tiraq. vbi sup. dicto num. 135. vbi etiam, quòd hæc dictio, *libere*, abhorret ab omni necessitate.

Sed sic est, quòd qui tenetur conferre, vel actum expedire cum consilio alterius, tenetur eum requirere pro consil. & expectare debito, & opportuno tępore, aliàs
5 collatio, vel quilibet alius actus erit ipso † iure nulla, & nullus, vt in terminis collationis est tex. express. in d. cap. cum in veteri 52. de elect. & ibi gl. verbo, *expectatum*, & post Innocen. Hostien. Ioann. Andr. & alios. Ant. de Butrio. n. 5. cum seqq. Imola nu. 1. Abbas nu. 3. cum pluribus sequętibus: Text. etiam qui loquitur de sententia in d. c. cum olim, de arbitris, vbi glos. verbo, *siue discordet*. Abbas nu. 2. Imola num. 2. Butrius num. 1. cum seqq. Et de procuratore est text. in l. 2. in fine, & in l. idemq; 10. §. si cui mandauero, vers. *si quis ea*. ff. mandati. Et de institore est text. in l. sed & si pupillus 11. §. conditio. ff. de instit. actione, vbi glossa, verbo, *seruari*. Et de adeunte hæreditatem est textus in l. si quis mihi bona 25. §. si coram Titio, & ibi glos. verbo, *recte puto*, ff. de acquirend. hæreditate. Et generaliter docet Bartol. in l. 1. §. si plures. num. 3. & 4. vsque ad num. 8. ff. de exercitoria actione. Felinus in cap. ex parte num. 1. in princ. de constitution. Bertachin. in tractatu de Episcopo. p. 1. num. 87. lib. 3.

Cum igitur actus sit nullus ipso iure, non requisito, & petito dicto consilio, sequitur dicendum, quòd minime sit actus liber, nec voluntas absoluta, & præcisa, vbi requiritur consilium alterius.

Ideoq; dixit Antonius de Butrio per text. ibi, in cap. si pro debilitate. nu. 4. de officio delegati, quòd verbum, *liberam*, excludit omnem alterius requisitionem
6 † super habendo consilio, & Imola ibidem num. 7. Abbas numero 5.

Cæterum contra prędictam conclusionem, quòd non petito consilio, sit actus nullus, obstat tex. in l. quidam 6. §. Papinianus, aliàs est lex, ita autem 5. §. Papinianus, & l. Titium, & Meuium 47. in princip. ff. de administ. tutor. vbi probatur, quòd si testator mandauit tutori filij sui, quòd administraret tutelam cum consil. matris, vel fratris, qui contutor non erat: quod tutor pu
7 pilli non tenetur petere † consil. de necessitate, sed de vrbanitate dumtaxat, & acta gesta à dicto tutore illis inconsultis, sunt valida.

Huic difficultati respondet glos. in l. 1. §. si plures, verbo, *imputauit*, ff. de exercit. actione, quòd ideo in casu d. §. Papinianus nō erat
8 necesse explorare consil. matris, † quia nec tutrix esse poterat, de iure digestor. ne quod vna via denegatur, alia admittatur.

Sed huic solutioni gloss. obstat text. in d. l. Titium, vbi idem disponitur, quando frater testatoris fuit nominatus consultor tutoris, & respondet text. quòd non tenetur
9 tutor explorare † consilium illius; tamen frater testatoris bene poterat esse tutor, vt text. ipse declarat.

Quare Bartol. in d. §. si plures. num. 2. de more solito distinguit, dicens. Aut assignatur vt consultor, ille, qui non est, nec esse potest particeps officij, quod habet ille, cui onus petendi consilij imponitur, & tunc te-
10 net actus † non explorato dicto consilio, vt in dicto §. Papinianus. Imola in dicto c. cum in veteri. num. 11. de elect.

Aut nominatur in consultorem ille, qui potest esse capax, & particeps dicti officij. Et in hoc casu est etiam distinguēdum: Aut hoc onus imponitur ab homine habenti potestatem
11 à lege, veluti † tutori, vel curatori, qui licet sit nominatus à testatore; tamen habet potestatem à lege. l. 1. ibi, *à iure ciuili data est*. ff. de tutelis. l. 2. §. quod obseruari, ibi, *aut legitima, &c.* C. de iuram. calum. Et in hoc casu
12 non tenetur consilium requirere † à consultore, vt in d. l. Titium, & Meuium 47. ff. de administrat. tutor. Ratio est ne potestas legis pendeat ex alieno arbitrio, l. illa institutio. ff. de hæredibus instituen.

Aut imponitur hoc onus, non ab homine, sed ab ipsa lege, habenti potestatem ab ea-
13 dem lege: & tunc actus non tenet, † nisi explorato dicto consilio, quia de necessitate requirere tenetur, vt in authen. de non alienan. aut permutan. rebus Ecclesiæ. §. quod autem, collatione 1. l. impuberibus. ff. de suspect. tutor. §. impuberes instit. eodem titulo, cap. nouit. cap. quanto, cum similibus, de his, quæ fiunt à Prælato.

Aut dictum onus requirendi consilium
14 imponitur ab homine † habenti potestatem non à lege, sed ab ipso homine: veluti, si Dominus mandet suo Procuratori, vel Institori, quòd nihil expediat nisi cum consilio Titij: Tunc vtiq; talis Procurator, seu Institutor nihil agit, nisi consulto Titio. l. 2. in fin. l. idemq; 10. §. si cui mandauero, vers. *si quis ea*. ff. mandati. l. sed & si pupillus 11. §. conditio. ff. de instit. actione, & tex. in d. c. cum olim, de arbitris, & d. c. cum in veteri 52. de elect. cap. 2. & ibi glos. 2. de corpore vitiatis.

Ista doctrina, & distinctio Bartoli est communiter recepta ab Alberico in d. §. si plures. num. 14. Paulo Castrense num. 6. & reliquis omnibus ibidem. Abbate in c. ex parte.

num.

num. 4. & 5. de constitut. Antonio de Butrio, num. 9. Imola nu. 4. Felino in eodem cap. ex parte. num. 1. cum sequentibus.

15 Vbi idem Felinus firmat regulam, † quòd consilium sit petendum aliàs actus sit nullus. Nam requisitio consilij, vbi requiri mandatur, est de forma, ex quo debet præcedere consilium, & esse prius quam consiliatum, vt docuit Bald. in l. 1. n. 12. C. ne liceat in vna eademq; causa tertio prouocare, facit Caputaq. decis. 111. n. 5. p. 1. Sed omissio formę inducit nullitatem. cap. cum dilecta, de rescriptis, vbi plenissime idem Felinus, ergo actus factus sine exploratione d. consilij est ipso iure nullus.

A qua regula ipse Felinus excipit tres limitationes, prima limitatio est, quando est 16 periculum in mora, † quia consulendus erat absens, per tex. in c. vnico. §. fi. ne sede vacante. lib. 6. vt docet ipse Felin. sub n. 1. vers. *recipit prædicta conclusio*, post Abbatem ibid. nu. 4. Dec. in d. c. ex parte. nu. 3. & 4. de constitut. Quod dupliciter declarat Felin. vbi supra, & ponit, An Vicarius absentis sit consulendus. Tiraquel. in legibus connubialibus. glossa 8. nu. 16. Et quinque sublimitationes, & declarationes huius limitationis vide per Franchum in dicto cap. vnico, §. fin. num. 3.

Secunda limitatio est, quando mandatur aliquid fieri cum consilio alterius, habenti 17 prius potestatem † expediendi dictum actum libere, sine tali consilio, veluti si Papa mãdaret alicui collatori ordinario, quòd prouideret de prima vacatione cum consil. Sempronij, absq; appositione decreti, quòd aliter facta prouisio sit irrita, & nulla. Nã tunc actus valet ipso iure, licet sit factus inconsulto Sẽpronio, & faciens veniat puniendus. Quia 18 mandatum cẽsetur potius emanare, † ad excitandam, quam ad impediendam iurisdict. Et ille videtur potius actum facere ex iure suo, & ex priori potestate, quam habebat, vt ipsemet Felin. sub eod. nu. 1. ante fin. vers. *secunda limitatio*, allegans ad hoc Abbatem in dicto c. ex parte, sub n. 5. ante fin. & Imolam sub num. 4. in fine, per text. in c. dilectus 27. de prẽben. & c. licet, de off. Ordinar. cap. cum aliquibus, de rescript. lib. 6.

Pro qua limitatione est pulchra glossa in clem. 1. verbo, *inhibentes*, post med. de iurepatron. quam glos. optime exornat d. Felin. in eod. c. ex parte, n. 2. ac sex modis declarat, & limitat, & Decius ibid. sub n. 6. vers. *& in simili est glossa*. Rota cum plurib. decis. 750. n. 4. p. 1. diuers. Puteus decis. 338. nu. 6. lib. 1.

Tertia limitatio assignata à Felino in d. c. ex parte, ante finem, sub num. 7. vers. *tertia limitatio*, est quando ille, qui erat consulen- 19 dus non est capax, & habilis † in reddendo consilium. Nam tunc tenet actus inconsulto illo. Bartol. quem Felinus allegat in dicto §. si plures. num. 8. dicentem, quòd si testator mandat, quòd executor testamenti exequatur illud cum consilio Guardiani fratrum Minorum, quòd talis adiectio nihil re- 20 leuat, † ex quo d. Guardianus est inhabilis, vt in clem. exiui. §. verum, de verb. signif. Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1. art. 8. num. 5.

Sed in hoc exemplo est subsistendum, quia non sequitur Guardianus non potest esse exequutor, ergo non potest esse consultor. Nam qui officium habere prohibetur, non est pro- 21 hibitus † esse consiliarius, seu consultor, vt docuit Bald. in authent. ingressi. nu. 20. C. de Sacros. Eccles. vbi loquitur in terminis fratris Minoris, qui licet non possit esse exequutor testamenti; tamen bene potest dare consilium. Auendan. de exequen. mandatis. p. 1. c. 19. n. 24. ad med. Nec Baldus in rubr. C. de institor. actione. nu. 6. allegatus à Felino, vbi supra, dicit cõtrarium: sed solum dicit, quòd exequutor non tenetur sequi consil. d. Guardiani, vt etiam tradunt Butrius nu. 17. Imola sub num. 8. in capit. cum olim, de arbitris. Abbas in cap. cum in veteri, sub num. 12. post med. de electione.

Quo fit, vt in casibus, in quibus collatio potest expediri, & tenet absque exploratione d. consil. secundum relatam distinct. Bart. & fallentias assignatas à Felino: 22 in tali casu dici valeat libera † collatio, & intret alternatiua per reg. nostram concessa.

Rursus contra supradictam conclusionem habentem, quòd collatio expedienda cum consilio alterius non dicatur libera, est tex. in c. 1. de cappellis Monachor. vbi disponitur, quòd in Ecclesijs, vbi Monachi habitant, populus per Monachum non regatur, sed Cappellanus, qui populũ regat ab Episc. per consil. Monachor. instituatur, ita vt ex solius Episc. arbitrio tota ordinatio, eiusque pendeat dispositio: Per quem textum notat ibidem Ant. de Butrio. nu. 5. in fine, notab. vlt. quòd dicitur dependere à li- 23 bero † arbitrio, illud, in quo est petendum alterius consilium, cum illud sequi non teneatur. Abbas ibidem, etiam num. 3.

Sed respondeo, quòd d. c. 1. & quę ibi dicũt 24 Doctores, procedunt postquam consiliũ † est postulatum, quia tunc cum illud sequi conferens non teneatur. c. cum olim. de arbitris, & inferius dicam: collatio dicetur libera, quia à solius pẽdet conferentis arbitrio. Secus vero est simpliciter, & absolute. Vel in illo casu sumitur large, & lato modo, in nostro vero casu proprie, & stricto modo.

Vel forte potest dici, & melius, quòd ad considerandum si dicatur liber actus, qui est expediẽdus de consilio alterius, sit considerã 25 da materia subiecta, † vel effectus diuersus.

Nam ad vnũ effectum dicetur actus liber, ad alium vero effectum nõ: Exempli in matri-
26 monio † requiritur libera voluntas. c. gemma, c. cum locum, cum similibus de sponsalibus: & nihilominus est valida conditio apposita in legato puellæ relicto, si cum consilio
27 † Sempronij nupserit, ex quo solum modo tenetur illud exigere; minime tamen obligatur illud sequi, vt consuluerunt Paulus Castuen. cons. 300. incipit, *videtur dicendum*. num. 11. & per tot. lib. 1. Aimon cons. 1. nu. 1. & per tot. Felin. in d. cap. ex parte, sub num. 1. colum. 1. vers. *sed vltra omnes*, de constitutionibus. Vbi firmat, quòd non solum non est contrarium matrimonio requirere consilium consanguineorum, & amicorum in matrimonijs
28 contrahendis: Immo est naturæ † illius actus consonum, per text. in l. viduq, & l. in copulandis. C. de nuptijs. Resolut etiam Couarruuias in 4. de sponsalib. 2. p. cap. 3. §. 8. n. 3. qui omnes respondent minime in hoc casu locum habere. l. cum tale. §. si arbitratu. ff. de condit. & demonstr. vbi late. Costa in limitat. 11. repetitionis, quam fecit ad d. §. si arbitratu: Licet ipse, & Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsump. 34. n. 30. de hoc dubitauerint.

Similiter regula nostra de alternatiua, in antiquis editionibus, ante Sixtum Quintum, quamuis exigebat, quòd beneficium esset liberæ collationis, ad hoc vt intraret alternatiua; non tamen excludebat collationem, quæ cum alterius consilio fieri debebat, prout à Sixto V. hactenus excludit.

29 Prout etiam, vt arbitror in terminis † regulæ 2. Cancell. reseruantis benef. vacatura, Sede Episc. vacante, dummodo collatio non sit simultanea, vel ad electionem, seu præsentationem alterius: Reseruatio dictæ regulæ locum habebit, etiam quoad beneficium, quod erat ab Episcopo conferendum cum consilio alterius, ex quo d. regula ponit reseruationem generalẽ, & iste casus consilij non est exceptus sicut alij casus, qui firmant reg. in contrarium, etiam quoad consil. vt in authent. de non alienand. §. vt autem. collat. 1. Dec. in l. 1. n. 27. ff. de reg. iur. prout etiam de supplicatione dixi in glossa 49. num. 11.

Sic etiam dixit Rota decisione 79. de rescript. in antiq. quòd vbi collatio habet fieri per Episcopum de consil. Capituli, quòd talis collatio dicitur spectare ad † solum Episc.
30 non autem ad Episc. & Capitulum. Nam non est necessitatis sequi consilium Capituli. Rota etiam decis. 10. de præben. in antiquioribus Besigneti. Felin. in c. eam te. nu. 16. de rescriptis. Ripa in cap. 1. num. 5. de iudic.

Similiter firmauit Rota teste Puteo decisione 506. libro 1. quòd consilium petendum
31 † non alterat naturam iuris patronatus: & sic si patronus laicus tenetur præsentare de consilio Parrochi, non ideo definit esse ius patronatus mere laicale.

Scripsit etiam Baldus in l. finali. §. necessitate. num. 16. C. de bonis, quæ liberis, post Archidiaconum in cap. Episcoporum. num. 2. 18. distinctione, quòd consilium non præ-
32 sumitur esse de substantia, † quia petens consilium illud sequi non tenetur, quos sequitur Menochius de præsumptionibus lib. 6. præsumpt. 34. num. 23. cum sequentibus.

Facit etiam, quia quamuis quando fit deuolutio de inferiori ad superiorem semper
33 fit cum eisdem qualitatibus, † cum quibus inferior prouidere tenebatur, vt late per Ioan. Seluam de benef. 3. p. q. 49. Lambertin. de iure patronat. 3. p. q. 7. art. 13. lib. 3. & lib. 2. p. 1. art. 30. Rebuffus de nomination. quæst. 8. num. 21. Ioannem Gutierrez consil. 1. nu. 31. & cons. 2. num. 15. Acchillem decisione 13. de iure patronatus.

Et regulariter Prælatus tenetur requirere
34 † consilium Capituli. capit. nouit. cap. quanto de his quę fiunt à Prælato.

Tamen in his, quę spectant ad Prælatum iure deuoluto, non tenetur requirere consi-
35 lium Capituli sui. † Abbas per textum, & glossam ibi in cap. ne pro defectu, num. 6. de electione, & Imola ibi sub num. 2. vers. *nota argumentum*.

Cæterum quidquid sit, quoad alios effectus diuersos ex supradictis: Ad effectum tamen reg. nostrę contrarium est dicendum, si quidem per clara verba ipsa contrarium ostendit, dicens, quòd non dicatur libera collatio, quando in collatione requiritur alterius consilium.

Comprobatur nam obligatio requirendi
36 consilium alterius, non est leuis, † sed magnę considerationis, & solemnitatis: Quia quamuis consilium petens non sit regulariter obligatus illud sequi; tamen dictum consilium
37 potest esse tanti ponderis, † & efficacię, quòd possit trahere petentem consilium in sententiam consulti. l. item si vnus 17. §. fi. cum l. seq. ff. de arbitris. c. bone. il 1. de elect. l. 32. tit. 4. l. 17. titulo 22. Partita 3. Ita docuit Bartol. in d. §. si plures. num. 13. in fin. gl. verbo, *siue discordet*, in d. cap. cum olim, de arbitris. Cardinal. in clementina 1. num. 15. in fine, de off. delegati. Felinus in cap. ex parte, sub n. 1. post principium, vers. *ad hoc respondet*, de constitut. Butrius in c. cum olim. nu. 18. de arbitris. Caputaq. decis. 305. num. 3. p. 1.

Præterea eo magis augetur onus petendi consilium, quia debet præcedere, ac peti
38 ante actus expeditionem, † & si postmodum peteretur, actus irritus, & nullus esset, cap. cum in veteri 52. vers. *quod si in tractatu electionis*, & ibi glossa. verbo, *requisitum*, vbi notat Hostiensis sub num. 5. Butrius num. 5.

Imola

Imola num. 7. Abbas nu. 7. & 13. de election. idem Abbas in cap. ex parte, num. 6. de constitutionibus. Bartolus in l. si autem. num. 1. ff. de aqua plu. arcenda. Baldus in rubrica. C. de exercitoria actione num. 6. in fine, & in margarita decretalium, in verbo, *consilium debet requiri*, ante finem, Bertachinus in tractatu de Episcopo, parte 1. num. 91. libro 3. Lambertinus de iurepatronat. libro 2. parte 1. quæstione 4. articulo 8. num. 4. & lib. 2. parte 2. quæst. 4. art. 11. num. 7. & 8. Caputaquen. decis. 305. num. 3. p. 1.

Item est petendum consilium, non solum ante factum, sed etiam prius, congruo, &
39 competenti † tempore, vt in dicto cap. cum in veteri, ibi, *competenti tempore*. Butrius ibi num. 5. & 6. Abbas num. 7. & 9. vbi firmat, quòd si is, qui tenebatur requirere consilium arctauit se ad extremitatem temporis, non valet actus sine consilio gestus, licet propter extremitatem temporis non potuerit habere consilium. Nam imputandum est illi, qui in tantum se arctauit. l. 2. ff. si quis caution. Imola in d. c. cum in veteri. nu. 8. Caputaquen. decis. 222. nu. 3. & decis. 305. num. 3. parte 1.

Itidem post requisitum consilium est ex-
40 pectandum responsum per tempus † necessarium, ita vt consultor possit cuncta rimari, & considerare, vt probat idem tex. in dicto cap. cum in veteri, ibi, *neque etiam expectatum responsum ipsorum*, vbi notat Innocen. num. 5. Hostien. sub eodem num. 5. Butrius num. 7. 15. & 16. Imola num. 5. Abbas nu. 7. & cæteri. Caputaquen. decisione 222. num. 3. parte 1. Bertachinus in tractatu de Episcopo. lib. 3. p. 1. num. 87. & 88.

Nam tempore egemus, vt aliquid matu-
41 rius † agamus. cap. ponderet 50. distinctione. l. sciendum. ff. de vsuris. Et qui faciliter nunciat, præsumitur parua respicere. cap. Deus omnipotens 2. quæst. 1. Et qui non bene considerate loquitur, sentiet mala, cap. fin. 5. quæst. 5.

42 Et non arbitratim, sed mature, † & cum deliberatione respondere debemus. l. Diui fratres, ad medium. ff. de iurepatronatus, vbi Bartolus in princ. Hippolytus de Marsilijs in rubrica de fideiussoribus. ex nu. 79. cum sequentibus.

Quia deliberate, & cum maturitate stu-
43 dere debemus; non autem transitorie † tanquam desides, & pigri, vt in authentico de quæstoribus, in fin. vbi gloss. verbo, *transitorio*, Boher. decis. 209. num 2.

Ideo dixit Præpositus in cap. 1. num. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis masculis,
44 Quòd vbi emergit graue † dubium, non debemus passim respondere, sed ponderare, & disputare articulum, vt veritas sæpius agitata magis splendeat in lucem. c. graue 35. q. 9.

Hinc si consultor repente consulat, consi-
45 lium † est nullum. Alexand. in additionibus ad Bartol. in l. prolatam, sub num. 10. in littera I. Butrius in c. si pro debilitate. n. 13. ad finem, de off. deleg. Hippol. de Marsilijs, in rubr. de probationibus num. 80. & faciunt tradita per Felinum in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 12. de constitut. vbi plenissime vsque ad numerum 37. facit regulam cum pluribus limitationibus.

Prout etiam sententia est ipso iure nulla,
46 † si fuit lata in tam breui tempore, & cum tanta festinatione, quòd acta verisimiliter non potuerunt videri. Iason in l. Iudices. nu. 2. C. de iudicijs. Federicus Schen in tractat. de sententia, à num. 3. Alexander cons. 123. num. 24. lib. 4. Vantius de nullitatibus, cap. penult. n. 32. & 33. late Anton. Gabriel tit. de sententijs, conclus. 6. num. 5. & 6. Acchilles decisione 2. num. 4. de filijs Presbyterorum. Puteus decis. 344. libro 1. Auilesius in cap. 5. sindicatus, glossa, verbo, *trabaje*, num 8. & 9. Vbi post Dominicum Geminianum, in dicto c. ponderet 50. distinctione inuehit con-
47 tra iudices, quibus de mane † mittitur processus, & in vesperis ferunt sententias. Nam sunt ipso iure nullę, quia præsumitur, quòd de causa non cognouerint.

Dixit etiam Apostolus epist. 1. ad Timotheum, cap. 5. nemini cito manus imponas. cap. 1. 24. distinct. c. fin. de elect. lib. 6.

48 Sic etiam testis repentinus † est suspectus de falso. c. qui ambulat 5. quæst. 5. Ludouicus Gomezius in cap. 1. nu. 86. de iudicijs, vbi rationem reddit, quia non præsumitur sufficienter informatus.

Et de teste festino repellendo est textus in authentico de testibus, §. si vero incogniti. col. 7. vbi glossa, verbo, *festinantes*.

Ac propterea dixit Roman. singulari 445. incipit, *an ille qui celeriter*, quòd præsumitur falsum dicere ille, qui celeriter, & repentine respondet, antequam articul. totus legatur.

Præterea tanto plus dicitur magni pon deris obligatio requirendi
49 consilium, cum sit actus † fauorabilis. Nam sapiens consuluit filio suo Ecclesiastici cap.
50 32. dicens: fili sine consilio † nihil facias, & post factum non pœnitebis. Et cap. 37. Eccle siastici dicit, ante omnem actum præcedat consilium stabile. Et vbi non est consilium
51 † dissipantur generationes. Prouerbior. cap. 15. Et ibidem c. 8. dicitur, sapientia habitat in consilio, & eruditis interest cogitationibus. Et c. 11. eiusd. lib. habetur, quòd ibi est salus,
52 † vbi multa cõsilia. Et qui despicit consilia, ri su, & subsannatione dignus est. Prouerbior. c.
53 1. Et quanto magis se sapere quis putat † consilio alieno vti debet. Prouerb. cap. 13.

Hinc Papa vtitur Cardinalium consilio,
54 † saltem in arduis. cap. ad Apostolicæ, de re indicata, in 6. clemen. vnica. §. cæterum, vers. *idemque boni*, de iureiurando, & vide inferius num. 62.

Legimus etiam in c. Ecclesia 16. q. 1. quòd Roboã filius Salomonis, ideo Regnum perdidit, quia consilium eorum, qui sibi pro consilio statuti fuerunt, audire negauit.

Dicit etiam tex. in l. 3. C. de repudijs, dubium non esse, omnia omnino, quę consilio re
55 cte geruntur † iure merito, & effectu, ac firmitate niti.

56 Et quæ consilio ordinantur, † ad beatitudinem, & gloriam redundare noscuntur. l. 3. C. de repudijs. l humanum. C. de legib.

Huc pertinet, quòd interest Ecclesię plu-
57 res habere consiliarios, † c. de quibus. 20. distin. c. nescitur, in fine, de his quę fiunt à Prælato, Cęs. de Graff dec. 2. nu. 12. de iur. iuran.

58 Ex quibus sunt attentata, & nulla omnia † acta gesta penden. cons. sapientis, & illo non expectato. Romanus cons. 335. *quoad primum.* num. 10. Franchus in cap. vt debitus honor. sub num. 43. de appellation. Alexand. cons. 238. *ponderatis.* num. 3. lib. 6. Socin. cons. 10. num. 11. lib. 4. & late Lancellott. de attentat. 2. p. c. 9. nu. 1. & 5. ac per totum, vbi regulam ponit cum quinque ampliationib. & 5. limitationibus, ac totidem declarationibus.

Plura de hac materia cons. cumulat Mandos. super facultatibus Auditoris Cameræ. §. habita, verbo, *consilio*, & in §. volentes, in vers. *multa cum prouidentia*, vbi etiam de prouidentia & prudentia multa adducit.

ECCE igitur qualiter ex prędictis appa-
ret, quòd secundum subiectam materiam,
59 aliquando dicitur libera † dispositio quamuis sit expedienda cum consil. alterius: & aliquando non, prout natura casus, & subiecta materia postulat, vt consuluit Alexand. cons. 80. *viso, & opportune*, num. 12. lib. 1. per plura iura, quæ ibidem allegat.

Quando vero consilium fuit requisitũ opportune, & expectatum tempore debito, & competenti, si consiliarij differunt plus debito respondere, vel nolunt impendere consi-
60 lium: potest † procedi ad actum, ipsorum consilio non expectato, vt probatur à contrario sensu in d cap. cum veteri 52. de elect. vbi Abbas num. 8. Butrius num. 7. & 8. & cæteri. Bartolus in d. l. 1. §. si plures. num. 9. de exercit. actione. Lambertinus de iurepatr. lib. 2. p. 2. quæst. 4. art. 11. num. 2.

Reassumendo nunc quæstionem superius tactam, quòd qui tenetur conferre, vel quemlibet aliũ actum expedire cum alterius consilio, non teneatur illud sequi, nisi dumtaxat illud ante actũ, congruo, & competenti tempore requirere, ac
61 expectare: De hoc firmo conclusionem, † quę probatur expresse in d. c. cum veteri 52. de elect. & in c. cũm olim, de consuetud. & in c. 1. de cappellis Monachorum, & vbiq; omnes scribentes asseuerant. c. licet, de regularib. l. fin. C. de iure emphiteutico Bart. & Doct. in d. §. si plures. n. 3. cum seqq. Ias. in l. filius familias. §. Diui. in 2. lect. n. 4. ff. de legat. 1. Abbas in cap. non potest. num. fin. de re iudic.

Hinc fit, vt Pontif. Max. (qui cum Cardinalium consilio ardua Ecclesiæ negotia pertractare debet, vt supra dixi nu. 54.) non com-
62 pellitur illorum consilium sequi, † quemadmodum post alios scripsit Boherius in rubr. de constitution. n. 62. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 34. num. 25.

Sic pariter actus, qui sunt expediendi ab Episcopo de consil. Capituli, quamuis tenea
63 tur illud exigere, minime vero tenetur † sequi, vt probat text. in d. c. cum in veteri, de elect. & in cap. 1. de Cappellis Monachorum. Abbas num. 5. Imola num. 3. in fine, & num. 4. & 6. in cap nouit, de his quæ fiunt à Prælato. Idem Abbas in cap. cum olim. num. 2. de arbitris, in vers. *ex his infertur*, de quo vide Acchillem de Graff. decis. 2. num. 2. & num. 5. & 7. de off. Ordin.

Item si iudex arbiter, iuxta formam compromissi, tenetur pronunciare cum consilio
64 Titij, licet teneatur illud petere, † non tamen tenetur illud sequi, vt in sępe alleg. cap. cum olim, de arbitris.

Necnon procurator constitutus cum clausula, quòd negotia gerat cum consilio alterius, quamuis teneatur requirere consilium
65 illius, minime vero † tenetur sequi tex. in l. 2. in fin. ff. mandati.

66 Et in institore † idem probat textus in l. sed & si pupillus. §. conditio. ff. de institor. actione.

Nec est dissimile, quòd respondit Paulus Castrensis consil. 6. *pro declaratione*. num. 1. & per totum, volum. 1. videlicet, iudicem, qui non iubente lege municipali, consilium sua ipsa sponte, habere voluit à iurisperito,
67 non teneri † sequi consilium illius. Vantius plures allegans de nullitatibus, titulo de nullitate ex defectu iurisdictionis num. 152. Scala Patauinus in tract. de consilio sapientis, lib. 1. cap. 20. in fine. Menoch. de arbitrarijs. lib. 1. quæst. 23. num. 9. Et secundum hæc sunt intelligenda ea, quæ adducit Acebedus in l. 7. titulo 18. num. 107. & 108. libro 4. recopilationis. Lancellott. de attent. 2. p. c. 9. de consilio sapientis pendente. nu. 11.

Ratio est, quia de iure communi nullus iu
68 dex præcise † tenetur requirere consilium alterius, & sic, etiam illitteratus potest esse iudex, cap. scisitatus. §. illitteratus, de rescriptis, vbi late Felin. num. 9. & 10. Et si ex

vrba-

vrbanitate, & non ex necessitate illud requisiuit, minime tenetur illud sequi, vt Vantius & alij nuper allegati.

Quocirca titulus de officio assessorum, & textus in cap. statutum. §. assessorem de re-
69 scriptis, lib. 6. non obligant præcise † iudicem ad assessorē sub pœna nullitatis: Sed hoc relinquitur eius conscientię, & potestati, vt sentit ibidem post alios Franchus, num. 1. dum dicit, quòd si iudex delegatus indiget assessore, potest eum assumere, & non dicit, quòd debeat, & teneatur: quia si teneretur, & non faceret, sententia esset ipso iure nulla, contra supradicta: docet etiam Abbas in cap. 1. sub num. 7. de consanguin. & affinit. quatenus
70 firmat, quòd tenet † sententia lata à Iudice imperito, sine consilio alterius, quamuis peccauerit, & expresse tenet Ioannes Andr. in cap. nullus ex consilio, num. 7. de regulis iuris in 6. & vide Auilesium cap. 1. prętorum, in gloss. *a las partes*. n. 22: Quòd est intelligendum, nisi lege, vel statuto, aut consuetudine
71 † speciali, imperitus teneretur in pronuntiando consilium petere. Acebedus vbi supra dicto num. 108. & inferius declarabo à numero 82.

Accedit quòd si quis fuerit deputatus executor testamenti, vel pro distribuendis bonis, pauperibus cum consilio alterius, quòd
72 tenetur petere consilium; non tamen † est adstrictus sequi. Antonius de Butrio in cap. cum olim, num. 17. de arbitris. Imol. sub nu. 8. ante medium.

Sic etiam, si dicit statutum, quòd mulier non possit testari, nec contrahere sine consi-
73 lio duorum consanguineorum, satis est, † requirere consilium. Abb. in d. cap. cum olim sub num. 5. ante med.

Item quatenus c. 18. Conc. Trid. sess. 23. disponit, quòd Episcopus non procedat ad erectionem Seminarij, sine consilio duorum Canonicorum seniorum deputatorum, licet
74 eos requirere tenetur: † tamen non obligatur consilium illorum sequi, vt Sacra Concilij Tridentini Congreg. declarauit dicens.

Episcopus tenetur explorare consilium a prædictis deputatis; non tamen tenetur eorum sequi consilium.

De natura namque consilij est, & ex pro-
75 prio significatu, quod † non obliget. cap. denique §. hęc, & si legibus 4. distinctione. cap. nullus ex consilio, cum ibi notatis, de regul. iuris, in 6. Bartol. in l. creditores, num. 4. C. de pignoribus. Abbas nu. 4. Felinus num. 20. Decius numero 13. in cap. 1. de constitutionibus. plenissime Menochius de arbitrarijs, libro secundo. casu 380. per totum, vbi post alios distinguit, quando lex consilij obliget, vel non ad peccatum mortale, vel veniale.

Consilium autem est, de aliqua re facienda, vel non facienda ex- Traditur diffinitio consilij
76 cogitata † deliberatio, glossa, verbo, *apud consilium*. in §. eadem. institut. quibus ex causis manum. non liceat, vbi notant omnes. Hostien. in d. c. cum olim, n. 5. de arbitris, quem ibidem cęteri sequuntur.

Limita modo nunc præfatam conclusionem, quòd qui tenetur requirere consilium, non teneatur illud sequi, nonnullis modis.

Primo, quando consilium datur, plenum
77 intellectum non habenti, † quia tunc, non solum est requirendum, sed etiam sequendum, aliter actus erit ipso iure nullus. tex. in l. impuberibus 7. in principio. ff. de suspect. tutor. §. impuberes. institut. eodem titulo, vbi habetur, quòd puberes possunt suos Curatores de suspectis accusare, dummodo ex consilio necessariorum id faciant, quod sequi tenentur, ex quo sunt minores, & plenum intellectum non habent, vt notat Bart. in d. l. impuberibus, num. 1. & communiter omnes, idem Bart. in l. 1. §. si plures, num. 7. ff. de exercitoria actione. Antonius de Butrio in cap. cum olim, de arbitris sub num. 15. ad medium, & Abbas ibi numero 5. post principium.

Limita secundo, quando consilium est petendū ab eo, qui est particeps
78 † officij, quia tunc est sequendum, tex. in l. Titium 47. in principio. ff. de administration. tutor. vbi probatur, quòd si sit aliquis nominatus tutor testamentarius, ita tamen quòd omnia gerat cum Meuij fratris testatoris consilio, quòd si Meuius est etiam particeps officij, & cōtutor, nihil agitur, nisi tutor Meuij consilium exploruerit, & sequutus fuerit: & ibi notat Bartolus, quod iussus facere cum consilio alterius, si quidem consultor est particeps officij tenetur eum requirere, & consilium sequi, & reliqui scribentes, Butrius, & Abb. in d. c. cum olim. de arbitris, in numeris superius citatis.

Quo fit, vt Dominus Rotę Auditor, qui tenetur procedere cum consilio aliorum Dominorum Coauditorum, non solum debeat
79 illud petere; sed etiam sequi, † cum omnes sint ad inuicem officij participes. Vantius de nullitate ex defectu iurisdictionis, n. 152. ver s. *Stantibus huiusmodi Statutis*.

Limita tertio, quando consilium ratione subiectę materiæ, sumi-
80 tur pro consensu, † prout fieri contingit. c. venerabili 37. & ibi glossa, verbo, *consilio*. de officio delegati. Nam cum tex. dicat, quòd Episcopus coadiutorem habens nihil faciat sine consilio coadiutoris, glossa ibi dicit, hoc intelligo, ex consensu aliàs non valeret multum talis coadiutor, & ibi Abbas num. 10.

cap.

cap. abeuntibus, & ibi glossa, verbo, *consensu.* 93. distinctione, cap. 1. iuncta glossa, in verbo, *consilio.* de foro competenti. Abbas in dicto cap. cum olim, num. 4. in fine de arbitris, & in cap. admonet. num. 5. de renunciatione. Ioannes Selua de beneficio, parte 1. q. 6. num. 22. cap. dilecti, ad finem, de arbitris, vbi notat Abbas, Tiraquellus, cum multis de retractu lignag. §. 1. gl. 9. num. 159.

81 Ratio est, quia de natura † consensus est, vt illum sequi debeat, aliàs actus non tenet, cap. vnico. §. cum vero, & ibi glossa, verbo, *assensu.* ne Sede vacante, in 6. Abbas in cap. cum olim, num. 4. de arbitris. Albericus in d. l. quidam decedens. §. Papinianus num. 7. ff. de administr. tutor. & latius dicam in glossa sequenti.

82 Limita quarto, quando vigore specialis † statuti, aut constitutionis, seu consuetudinis, aut rescripti, illitteratus iudex tenetur sententiam dicere cum consilio sapientis, & illud sequi. Nam tunc si non fuerit sequutum, sententia erit ipso iure nulla, vt consuluit Paulus Castrensis cons. 1. num. 2. lib. 3. & ibi eius additio, sub littera A. additio Pomatis ad Bartolum in l. 1. §. si plures num. 12. littera G. de exercit. actione. Vantius de nullit. ex defectu iurisdictionis sub num. 152. vers. *si vero fuerimus extra iuris communis terminos.* vbi plures allegat. Lancellottus de attentatis 2. par. c. 9. n. 13. Menochius de arbitrarijs, lib. 1. q. 23. num. fin. Acebedus in l. 7. tit. 18. nu. 115. cum sequentibus, lib. 4. recopil.

Vbi propterea in num. 109. scribit, quòd
83 inquisitores † hæreticæ prauitatis tenentur sequi consultorum consilium, prout etiam tradit Rojas in tractatu de hæreticis, p. 1. nu. 413. cum pluribus seqq.

Immo in casu huius limitationis quartæ
84 sufficit, quòd iudex teneatur † pronunciare cum consilio sapientis, vt teneatur etiam illud sequi, quamuis in tali statuto, vel speciali lege, non exprimatur, quòd sequi teneatur, Felinus in cap. suscitatus, num. 10. vers. *tamen fallit.* de rescriptis. Alexander in l. si conuenerit, num. 11. vers. *sed verior.* ff. de re iudic. Asinius in praxi. §. 25. cap. 10. limitatione 3. Acebedus vbi supra, num. 109. Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ, rubrica 4. §. 8. *le maris, & le femine, in textu si aut est du. consent.* n. 30. & 31. Auilesius in c. 1. prætor. in gl. *a las partes.* num. 22. & vide quę dixi superius num. 67. 68. & 69.

85 Limita quinto, quando dicitur, quòd procedatur de consilio † alterius. Nam tunc procedens, non solum debet illud requirere, sed etiam sequi: Licet secus esset, si diceretur cum consilio, quia in hoc est differentia inter dictionem, *cum:* quę non obligat, & dictionem *de*, quæ obligat ad sequendum. Ita declarat, & firmat Ioannes Andreas in cap. nullus ex consilio, num. 10. de regulis iuris, in 6. Albericus in d. l. quidam decedens. §. Papinianus nu. 6. ff. de administrat. tutor. vbi dicit idem de dictione, *ex.* quòd de dictione, *de.* & in l. si quis mihi bona. §. si coram, nu. 14. ff. de acquir. hered.

Contraria tamen opinio verior est, quia de iure non reperitur fundata talis differen-
86 tia, † vt docuit Bartolus in d. l. 1. §. si plures, num. 4. 5. & 6. ff. de institor. actione. Imol. in cap. cum olim, num. 8. de arbitris. Alexand. cons. 59. num. 6. vol. 6. Dominicus Geminianus in cap. 1. ne Sede vacante. §. final. num. 6. & Franchus ibi num. 5. in fine, Et re vera dictus Ioannes Andreas tandem post multa in sententiam hanc se inclinat, in loco supra citato.

Dicta tamen quinta limitatio benè est admittenda, quando diceretur, quòd procede-
87 ret, seu pronunciaret, secundum, vel iuxta † consilium Sempronij. Nam tunc esset necessario sequendum. Anton. de Butrio in dicto cap. cum olim, num. 19. de arbitris: vbi post medium subdit, quòd non differant dicere arbitrio, vel de voluntate, vel secundum consilium. Et nullus est qui ambigat, quòd si mandetur pronunciari iuxta consilium, seu secundum consilium, & pronuncietur contra, vel
88 præter illud, quòd forma tradita violatur, & actus corruit. cap. cum dilecta, de rescriptis. c. cui de non sacerdotali, de præbend. in 6. Et ideo expressius, & clarius hoc firmant in indiuiduo. Lapus in regula nullus ex consilio, nu. 1. de reg. iur. in 6. & Franch. in c. vnico. §. fin. num. 5. in fin. ne Sede vacante, lib. 6. & Gemin. ibid. sub num. 6.

Sexto & vltimo limita, nisi ex mente proferentis, † vel qualitate negotij aliud colligatur. Albericus in dicta l. quidam decedens, §. Papinianus sub num. 6. vers. *prædicta autem distinctio.* ff. de administr. tutor. Imola in d. cap. cum olim, num. 7. ad finem, vers. *& prædicta dicit vera post Hostien. & alios, quos allegat.* Franchus post alios in dicto cap. vnico. §. fin. sub num. 5. vers. *si verò quæritur consilium.* ne Sede vacante.

Alias plures limitationes enucleare potes ex traditis post Geminian. nu. 7. 8. & 9. & Franchum, nu. 5. & 6. in dicto cap. vnico §. fi. ne Sede vacante, in 6.

Hęc de consilio dicere satis sit. Reliqua
89 de consilij materia † videas præter Doctores in locis vulgaribus superius citatis, & maxime Bartol. in dicto. §. si plures ponentem octo pulchras quęstiones. l. primę. ff. de exercit. actione, & Doctores in cap. 1. §. fin. ne Sede vacante, in 6. per Speculatorem in titulo de requisitione cōsilij per totum. Scalam

lam Patauinũ in tractatu de consilio sapientis. Asinium in praxi. §. 25. c. 10. per totum. Menochium de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 23. per totam. Vantium de nullitate ex defectu iurisdictionis ex numero 145. cum sequentibus. Lancellottum de attenta. 2. par. cap. 9. per totum. Mascardum de probationibus conclus. 418. & 419. Auilesium in proœmio Capitulorum prætorum, in gloss. verbo, *acordado*. per totam illam, & in cap. 1. in glossa, *a las partes*. num. 21. & 22. Acebedum in d. l. 7. titulo 18. à num. 103. vsque ad num. 112. libro 4. recopilationis. Lambertinum de iure patronatus, lib. 2. par. 1. quæst. 4. art. 8. & par. 2. eiusdem libri 2. quæst. 4. art. 11.

Summaria Glossæ 47.

1 *Consensus alterius quando in collatione requiritur, non dicitur libera collatio, & numero 4. & 5.*

2 *Consensus est similis sensus.*

3 *Consensu deficiente, actus non tenet.*

6 *Consensus, & voluntas, idem sunt.*

7 *Consensus maioris est efficaciæ, quam consilii.*

8 *Consensus non solum est habendus, sed etiam sequendus.*

9 *Consensum petere maius præiudicium est, quam consilium requirere.*

10 *Consensus solus sufficit, quando actus est expediendus de consilio & consensu alterius.*

11 *Consensus includit in se consilium.*

12 *Consentire an dicatur, qui consulit.*

13 *Consensum Capituli, an teneatur petere Episcopus contra Capitulares procedens, vel dumtaxat consilium.*

14 *Consensus semper præsumitur de substantia.*

15 *Actus celebratus sine consensu alterius, quando debuit interuenire, est ipso iure nullus.*

16 *Consensum præstans actui, an dicatur agere actum.*

17 *Consensus alterius quando requiritur in collatione Abbatis, si de illo non fit mentio, in expectatiua, nihil valet.*

18 *Conferre aliud est, & aliud collationi consentire, & numero 19. datur distinctio, an præsletur consensus à vero Domino, vel non.*

19 *Consensus tacitus, an sufficiat, vel requiratur expressus.*

20 *Consensus tacitus non sufficit, quando dispositio declarat, quòd sit expressus, aut pro forma requiritur, numero 21. & aliàs sic, & numero 22.*

23 *Consensus expressus, quando dicitur, & quando tacitus.*

24 *Consensus expressus dicitur multis modis remissiue.*

25 *Consensus tacitus diuersis modis præstatur.*

26 *Consensus præstatur à Capitulo collationi Episcopi, quando Capitulum recipit litteras prouisionis, & prouisum admittit.*

27 *Consentire dicitur, qui patitur, & non contradicit.*

28 *Consensus potest præstari per æquipollens.*

29 *Consensum qui præstat, non est necesse dicere auctoritatem, & consensum nostrum impartimur, dummodo appareat de consensu.*

30 *Consensus si sit formalis, vel non, quomodo cognoscatur.*

31 *Consensus dicitur formalis, quando requiritur propter fauorem publicum, secus si ob fauorem priuatum, & nu. 32.*

33 *Consensus an possit sequi post actum, & concluditur, quòd regulariter sic, nisi requiratur pro forma, & num. 34.*

35 *Consensus alterius, quando requiritur pro validitate collationis, est præstandus post vacationem, & non antea.*

36 *Consensus potest præstari per litteras, vel epistolam.*

37 *Consensum præstare si recusset ille, a quo petitur, aditur superior, vt eum compellat, aut sine consensu actum expediat, & in proposito plura adducuntur remissiue, & n. 38.*

39 *Maritus nolens consentire actui per vxorem expediendo, potest à iudice compelli, iuxta legem 57 Tauri.*

40 *Consensus est iterum præstandus, quando primus actus non tenet.*

41 *Consensum non præstare, vel inutiliter præstare, paria sunt.*

42 *Consensus, si primus est validus 2. nihil valet.*

43 *Consentire nemo tenetur si adest iusta causa denegandi consensum, & si superior compellit ad consentiendum, potest appellare, & nu. 44.*

45 *Consensus differt a licentia, nam licentia semper debet præcedere num. 46.*

47 *Licentia ad fundandum maioricatum, debet præcedere nec sufficit si sequatur.*

48 *Licentia testandi procedere debet, secundum veriorem opinionem, & num 49.*

50 *Licentia debet esse expressa, ex propria natura, licet aliquando sufficiat tacita, & nu. 53.*

51 *Licentia vbi requiritur consensus non sufficit.*

52 *Licentia Parrochi expressa requiritur, nec sufficit tacita, vt alius in matrimonio contrahendo vices illius gerat.*

53 *Licentia aliquando sufficit, & quamuis sit denegata, actus potest expediri sine ea.*

54 *Licentia intelligitur de regulata ratione, & non nuda voluntate.*

55 *Consensus in quo differt à iussu.*

56 *Iussus debet præcedere.*

57 *Auctoritas, & consensus, in quo differant remissiue.*

Consen-

58 *Consensus quando sit sequendus remissiue.*
59 *Consensus aliquando accipitur pro consilio.*
60 *Consensus est de iure naturali gentium, & ideo per Principem suppleri non potest.*
61 *Consensus alicuius, vbi requiritur, non sufficit sola præsentia.*
62 *Consensus sæpe capitur pro præsentia.*
63 *Consensus, & assensus idem sunt.*
64 *Consensus Capituli, an possit præstari singulariter, remissiue.*

Vel consensu, gloss. 47.

Cõsensus materia p totam hãc gl. discuci tur.

OVANDO collatio fieri debet cum consensu alterius, tunc non dicitur libera † collatio, vt regula nostra declarat, & ratio patet. Nam consensus est similis † sensus. Dicitur enim à con, quòd est simul, & sensus, quòd quasi sit, simul sensus, quia si habeo aliquid agere cum consensu tuo, ego debeo sentire tecum, alias non esset consensus, sed dissensus, & deficiente consensu, actus non † valeret. cap. 1. §. consensus 29. quæst. 1. Hostien. in cap. cum olim, nu. 4. de arbitris, & ibidem Ioannes Andreas num. 10. Imola num. 7. Butrius num. 14. Abbas num. 4. Bartolus in l. 1. §. si plures, num. 7. ff. de exercit. actione, vbi omnes communiter. Albericus in l. quidam decedens. §. Papinianus ff. de administrat. tutor. num. 7. Baldus in l. fin. num. 3. C. ad Macedonianum. Gomezius in regula de impetrantib. benef. per obitum famil. Card. quæst. 11. sub num. 2. vers. *nam ex quo consensus, nihil aliud est.*

Ideo dixit Cassadorus decis. 3. sub n. 3. & 4. de priuilegijs, post glossam in clemen. dudum. §. si vero, in verbo, *libere.* de sepulturis, quòd collatio, quæ fit cum alterius consensu † libera dici non potest. Abbas in cap. de multa, num. 3 de præben. Rolan. à Valle cons. 42. num. 19. vol. 1. Curtius Iunior cons. 2. num. 3. volum. 1. Caputaquen. decis. 297. num. 6. parte prima.

Item quia consensus, & voluntas † idem sunt. l. 2. §. voluntatem, vbi Iason, num. 6. in fine. ff. solut. matrim. l. fin. §. necessitatem. C. de bon. quæ liberis: Et clarum est, quòd non dicitur actus liber, quando pendet † à voluntate alterius. l. cum quidam 24. ff. de legat. 2. cum adductis per Menochium de arbitrarijs lib. 1. quæst. 7. num. 2. cum seqq.

Hinc consensus est maioris effectus, & ponderis, † quam consilium, & magis iuris habet, habens consentire, quam habens consilium præstare, quia consilium sufficit petere, & sequi necesse non est, vt dixi in glossa præcedenti; At vero consensus, non solum est habendus; sed etiam sequendus, † aliàs actus erit nullus. cap. cum in veteri, & ibi glossa, verbo, *expectatum.* ad medium, de electione. glossa, verbo, *assensus.* per tex. ibi in cap. 1. §. cum vero, ne Sede vacante, in 6. Abbas, in cap. quanto, num. 4. de his, quæ fiunt à Prælato. Lambertinus de iurepatronatus, lib. 2. par. 1. quæst. 2. art. 12. num. 6. vbi nu. 8. addit, quòd maius præiudicium † versatur circa actum, qui debet fieri cum consensu, quam cum consilio. Cardinalis in clementina exiui. §. rursus, num. 17. de verborum significatione.

Quapropter si actus debet fieri de consilio, & consensu alterius, sufficeret † solus consensus illius, cum quilibet consensus habeat in se inclusum † consilium, eodem contextu. Oldradus cons. 44. incipit, *quæritur si Episcopus.* sub num. 5. Franchus in cap. 1. §. verum. num. 3. de Clerico ægrotante, in 6. & in cap. vnico. §. vbi vero, num. 6. ne Sede vacante, libro 6: Vbi etiam resoluit, quòd si actus debet geri de consensu alicuius, sufficeret eius consilium, cum satis dicatur consentire, † qui consuluit per glossam, quem allegat in l. ob hęc verba 20. in verbo *exortatur*, ibi, *qui consulit, vel permittit non mandat.* ff. de his, qui notantur infamia, pro quo videtur bonus textus in l. fin. in princ. ff. de inofficios. testam.

Sic etiã propter maxiãm differentiã cons. & cõsensus, & quia maius præiudicium inest in consensu, quam in consilio, fuit orta illa anceps quæstio. An de iure communi possit Episcopus corrigere Capitulares cum solo consilio Capituli, vel sit necessarius consensus, † de qua plene per Puteum decis. 92. nu. 3. & per totam, libro 3. & per Acchillem de Grassis decis. 2. per totam, de officio Ordinarij. Mohedanum decis. 2. de foro competenti, vbi fuit firmata conclusio, quòd esset necessarius consensus Capituli, licet d. decis. Putei contrarium insinuet.

Prout etiam consensus, quando requiritur semper præsumitur esse de substantia actus. † Baldus in l. fin. §. necessitate, num. 16. C. de bonis, quæ liberis, & in l. 1. num. 45. C. qui admitti, cum alijs pluribus adductis per Menochium de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 34. num. 12. & 13.

Ac propterea si contractus, aut alius quilibet actus mulieris, aut filij, aut minoris, vel alterius similis personę, debet celebrari cum consensu mariti, patris, aut consanguinei, & fuit celebratus sine illo, erit ipso iure † nullus, vt per Tiraquellum, cum alijs, de legibus connubialibus, glossa 4. nu. 2. & per totam, ac per totas glossas 6. & 7. Menochium vbi

supra

supra. num. 14. 15. & 16. & tradunt omnes glossographi ad l. 55. Tauri, quę est lex. 2. tit. 3. lib. 5. recopilationis.

16 Qui enim actui consentit, actum † ipsum gerere videtur. l. sicuti 18. ff. de arbitris. l. si fundus. §. nesciente. ff. de pignoribus. l. 1. §. omnia enim. C. de veteri iure enucleando. cap. Apostolicę, cap. si eum, de præbend. in 6. l. si liqueat, & ibi Baldus in 2. notab. C. de inofficios. donation. & plene per Tiraquel. de legibus connubialibus, gloss. 5. ex nu. 145. cum multis sequentibus.

Et ideo litteræ expectatiuæ ad collationē Abbatis, non facta mentione de consensu, per alterum collationi præstando, non tenent; sed

17 ipso iure sunt nullę, † & subreptitiæ. Puteus decis. 102. lib. 2. vbi reprobat decisiones 10. de præbendis, & 2. de concess. præben. in antiquioribus Besigneti contrarium dicentes.

Bene tamen verum est, quòd Archidiaconus, Ioannes Andr. Geminian. & Felin. relati per Rip. statim citandum, quos, & ipse sequitur tenent, quòd isto casu cesset subreptio.

Quia proprie, ac stricte loquendo aliud est

18 † conferre, & aliud conferenti consentire. cap. 1. §. cum vero, ne Sede vacante, in 6. l. aliud est 122. ff. de regulis iuris, cum concordantibus adductis ibidem post gloss. & Decium num. 1. & 2. Cagnolum, num. 1. Tiraq. de legibus connub. gloss. 5. sub nu. 88. Ripam in dicto cap. 1. de iudicijs, num. 5. & 6. Innoc. in cap. cum in iure, num. 1. de electione. Baldum in margarita decretalium, verbo, *consentire est vnum*.

19 Quare distinguendum † est. An consentiens sit verus Dominus, & tunc consentiens proprie dicitur facere. l. si fundus. §. si nesciente. ff. de pignoribus, cum similibus. An non sit Dominus, & tunc non facit, sed quandam obstantiam de medio tollit, ita docuit Baldus in l. si vt proponis, num. 1. C. de seruo pignori dato.

Sed quæro primo, An sufficiat si præstetur dictus consensus tacitus, vel sit necessarius expressus, quando actus debet expediri cum illo.

Respondeo quòd aut lex, seu dispositio declarat, quòd consensus debeat esse expressus,

20 † & tunc non sufficit tacitus, gloss. verbo, *expressus*. per tex. ibi in cap. statutum. §. in nullo quam ibi sequuntur Ioannes Andreas, & Geminian, num. 3. Franchus, num. 5. de rescriptis, libro 6. Rota decis. 15. de officio delegati, num. 2. vbi plura allegat. Tiraq. in legibus connubialibus, gl. 7. num. 7.

Aut non fit mentio de expresso consensu, & tunc distingue: Aut consensus requiritur

21 pro forma, † & similiter requiritur expressus cōsensus, nec sufficit tacitus, c. cum ab vno, iūcta gl. verbo, *mandantibus*. & ibi Gemin. n. 2. de re iudicat. libro. 6. Abbas in cap. dilecti, n. 10 de arbitris. Gomezius in regula de impetrantibus beneficia per obitum familiar. Cardin. quæst. 11. num. 2. in fine, & num. 3. & ibidem Mandosius quęst. 26. num. 5. cum sequentibus, vbi propterea concludunt requiri in casu dictę regulę expressus consensus, quia est formalis. Decius cons. 409. num. 3. & 4. Flaminius Parisius de resignatione beneficiorum, lib 8. quæst. 8. num. 25. cum sequentibus, & libro 9. quęst. 17. num. 67. & 73. Caputaquen. decis. 82. num. 6. par. 3. Puteus decis. 282. *eadem die*. num. 3. lib. 3. Tiraquel. de legibus connubialibus gloss. 7. ex num. 5. vsque ad num. 15. vbi in proposito plura notanda cumulat, & a num. 16. vsque ad num. 48. octo modis limitat, & alijs multis declarat, Paulus Granutius theoremate 25. numero 10. libro primo.

Aut consensus non requiritur pro forma, & tunc quamuis nonnulli teneant, quòd sit de natura consensus, quòd debeat esse expressus, vt in l. 1. C. de filio fam. minore. per Decium cons. 38. *circa primum*. sub nu. 4. ad medium, vers. *præterea, & secundo*. & cons. 419. n.

22 9. Verius tamen est, quòd in hoc casu regulariter sufficiat † tacitus consensus, vt per tex. in l. 2. §. voluntatem tradunt ibidem Bartol. nu. 1. & 2. Iason nu. 5. & 6. ff. solut. matrim. & in l. quę dotis, num 87. ff. eodem titulo. gl. & Doctores per tex. ibi in c. ea noscitur, de his, quæ fiunt à Prelatis sine consensu Capituli, Rocchus de Curte de iurepatronatus, in verb. *pro eo, quòd de diœcesani consensu*. quæst. 8. nu. 20. cum alijs per Lambertinum de iurepatronatus, lib. 1. par. 1. quęst. 2. art. 6. num. 1. & 2. parte eiusdem libri primi, quęst. 1. art. 7. in principio. facit Puteus decis. 100. num. 2. libro 2. & decis. 181. sub num. 2. ac decis. 190. num 4. lib. 3. Rota decis. 16. num. 4. de renunciatione, in antiquis. Tiraquell. vbi supra d. gloss. 7. num. 6. ad finem. Rota decis. 788. numero 10. & decis. 811. num. 19. p. 1. diuers.

Secundo quæro, quando dicatur consensus expressus, & quando

23 consensus tacitus? dic quòd consensus † expressus dicitur, quòd verbis exprimitur: tacitus vero consensus est, qui ex factis resultat, gloss. in clemen. sępe. §. fin. in verbo, *non contradicentibus*. vers. *Secundo nota casum*. de verborum significatione. Paulus Castrensis in l. si conuenerit, post num. 6. vers. *ego limito hoc verum*, ff. de iurisd. omn. iudic. Mandosius in regula de impetran. benef. per obitum familiar. Cardin. quæst. 26. num. final. Decius in cap. dilecti, il 2. post num. 2. vers. *nota tamen*. de appellation.

Et consensus expressus dicitur multis modis, † de quibus per Bartolum in l. 1. nu. 7. vers. *ad quod sciendum*. ff. de vulgar. & pupillari. Pa-

48 Similiter licentia, aut facultas testandi † de rebus, de quibus aliàs testari nõ licet, debet præcedere, nisi aliud in ipsa exprimatur, aliàs testamentum prius factum non tenet. Alexander cons. 17. nu. 4. & 5. volum. 4. Caputaquen. decisione 258. num. 1. parte 3. de quo vide plura cumulata per Iasonem in l. quominus. ff. de fluminibus. num. 127. cum quatuor numeris sequentibus, Hippolyt. de Marsilis in rubrica de fideiussoribus. nu. 82. & 83. cum adductis per Felinũ in c. dilectus. 20. de accusation. num. 3. cum sequentibus; Acebedum in l. 3. tit. 7. lib. 5. recopil. num. 7. Flamin. Parisium de resignatione lib. 11. q. 7. num. 90. & 91. apud quos plura in contrariũ reperies. Sed decisio Caputaq. vti decisio Rotæ est potissimè attendenda, † per quam fuit

49 resolutum, esse nullum testamentum vnius Cardinalis ante licentiam cõditum: nec validatum fuisse per licentiam subsequutam, & eò magis, quia consonat cum d. l. 42. Tauri, vide etiam in proposito Rotam decis. 47. nu. 1. & per totam par. 1. diuers.

Secundo differt consensus à licentia, quia consensus sufficit tacitus, quando non requiritur pro forma, vt superius in 1. quæstione dixi, num. 22. Licẽtia verò regulariter debet

50 esse † expressa, & ex propria natura vocabuli. gl. verbo, *obtenta.* in Clemen. 1. de testam. vbi omnes notant, Corsettus in suis singularibus verbo, *licentia.* Decius cons. 38. sub numero 4. vers. *præterea, & secundo.* Tiraquellus de legibus connubialibus. glos. 7. num. 8. cum sequentibus, Auendanus de exequend. mandatis lib. 1. cap. 12. n. 27. Rota decisione 788. num. 1. par. 1. diuers.

Ac propterea nõ sufficit tacitus cõsensus,

51 vbi licentia † requiritur. Lapus allegatione 86. *in causa, & quæstione.* num. 3. Roman. in l. 2. §. 1. num. 11. vers. *simile est de licentia.* ff. solut. matrim. Alexand. in d. l. 2. §. voluntatem. num. 4. eodem titulo. ff. solut. matrim. Franchus. in cap. 1. §. vbi verò. nu. 6. vers. *sexto adde.* ne sede vacan. in 6. Barbatia cons. 12. *scribitur.* num. 19. vers. *& facit, quod voluit Ioannes Andreas.* Afflictus in cap. imperialis. nu. 45. & sequentibus de prohibita feudi alienatione per Loth. Lambertin. de iurepatronatus. lib. 1. par. 2. q. 1. art. 16. num. 8.

Sic in terminis Concilij Triden. sessione 24. de reform. matrim. cap. 1. declarauit Sacra Congregatio, quòd non sufficit tacita

52 † licentia parrochi, vt alius Sacerdos eius loco interueniat, quæ declaratio dicit sic.

Non sufficit tacita licentia, quæ resultat ex tollerantia; requiritur verò, vel cõmissio generalis ad administrandum Sacramenta, vel si hæc absit, expressa, vel specialis licentia.

Aliquando tamen ad diuersos effectus, &

53 ratione materiç subiectæ sufficeret † tacita licentia, vt per Acebedum in dicta l. 3. num. 1. tit. 7. lib. 5. recopilation. Palatius Rubeus in repetitione rubricæ de donation. inter virum, & vxorem. §. 68. num. 27. Tiraq. in legibus connubia. gl. 7. à num. 20. & 23. cum pluribus sequen.

Rursus, quia consensus regulariter est sequendus, vt supra. nu. 8. In licentia verò secus est in pluribus casibus, vt in cap. licet de regularibus. Vbi regularis volens transire ad religionem strictiorem, tenetur petere licentiam à suo superiore: Si tamen fuerit denegata potest transire sine illa, & concordat l. 9. & 10. titu. 7. Partita 1. Item in casu Clemen. primç. §. volumus de foro competenti de quo scripsi in glossa 43. num. 200.

Et adde, quod licentia intelligitur de re-

54 gulata † ratione, & non de nuda voluntate, Abbas in cap. cum ad monasterium. num. fi. de stat. Monachorum, & alia plura de licentia, vide per Baldum in l. fi. C. ad Macedon. num. 1. & per totam.

55 Octauo quæro, in quo differt consensus à iussu? † Huic quæstioni vnico verbo respondet Barto. in l. si autem. num. 1. ff. de aqua plu. arcẽd. dum dicit, quod iussus,

56 & mandatum debet præcedere, † vt in d. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hæred. vbi ipse Bartol. nu. 5. & cæteri omnes. l. si verò non remunerandi. 12. §. si post creditam. ff. mandati; Cõsensus verò potest prçcedere, & sequi, vt in l. fin. C. ad Macedon. l. ratum. C. de solution. Ac ipse Bartol. in d. l. si autem sub eodem. num. 1. ponit, quid sit in

57 authoritate, † & Baldus in l. fin. §. necessitatem. num. 16. vers. *considera.* C. de bonisque liberis, idem Baldus in l. fin. num. 1. & per totam. C. ad Macedonianum, ac tradunt Doct. in lege prima. §. iussum. ff. de acquirend. hæredit.

58 Nono quæro, an sit semper sequendus † consensus? in hac quæstione te reijcio ad Bartolum in l. 1. §. si plures. num. 7. ff. de exercitoria actione, vbi per distinctiones ponit plures casus, in quibus nedum necesse non est sequi consensum alterius; sed neque petere, & Abbatem in cap. cum olim. nu. 5. de arbitris, & Butrium ibidem sub nu. 15. vers. *quandoque exigitur, vt aliquid fiat de consensu.* Imolam sub num. 8. vers. *secundo casu,* in d. c. cum olim.

Nam aliquando consensus accipitur pro

59 consilio † capit. primo, & secundo. sexagesimaquarta distinctione. Hostiensis in cap. cum olim. numero 7. de arbitris, & ibidem Abbas. num. 5.

60 Addo quòd cõsensus est de iure naturali † gentium, & ideò per Principem suppleri non potest. Abbas in cap. cum vigesimum. nu. 12. de officio delegati, Staphileus

de

de litteris iustitiæ. §. postremò quoad hanc signaturam. num 5. Gomezius in compendio signaturę, posito super regulam de infirmis resignan. sub num. 71. vers. *& quod dictum est de citatione, idem est de consensu.* Acchilles decis. 8. num. 2. de priuileg. Rot. decis. 458. lib. 3. par. 3. diuers.

Item quòd vbi requiritur consensus alicuius non sufficit sola præsentia,

61 † Baldus in l. fin. §. necessitatem sub numero 20. *vers. an sufficiat præsentia*. C. de bonis quæ liberis, Franchus in cap. 1. §. si vero sub nu. 6. vers. *quarto adde.* & ibi eius additio sub litera B. vbi etiam dicit idem de scientia, quę non sufficit, vbi consensus requiritur, ne Sede vacante. lib. 6. & dicam in glossis 48. & 49. sequentibus.

62 Sæpè tamen capitur consensus pro præsentia, † gloss. verbo, *Capituli.* in c. 1. de excess. prælat. iuncto text. quem allegat in c. Episcopus nullius 15. quæst. 7. Puteus decis 92. sub num. 3. post med. lib. 3.

63 Item addo quòd consensus, & assensus idē sunt, & pro † eodem ponuntur. cap. ea noscitur. cap. tua nuper. de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli. cap vnico. §. cum vero. & ibi gloss. verbo *assensu.* ne sede vacante, libro 6. & faciunt tradita per Mandosium super facultatibus A. C. in §. habita, verbo *assensu.*

64 An autem cōsensus prēstandus per Capitulum collationi Episcopi, debeat collegialiter præstari † vel sufficiat, quòd singulariter per capitulares non congregatos prēstetur? vide latè Felinum in cap. cum omnes. nu. 24. 25. & 26. cum pluribus sequen. vbi multipliciter declarat. de constitution.

Summaria Glossæ 48.

1 *Libera non dicitur collatio, cum alterius interuentu expedienda.*
2 *Interuentus, seu præsentia requisita, si omittitur actus non tenet.*
3 *Dictio* libere. *intelligitur, quando nemine vocato potest actus expediri.*
4 *Consilium an sit præstandum ab eo, cuius præsentia requiritur.*
5 *Præsentia an importet consensum, & num. 8. & 10.*
6 *Interuentus, aut præsentia non præsupponit cōsensum nec consilium. & num. 19.*
7 *Matrimonium coram Parrocho, & testibus contractum tenet, licet ipsi non consentiant, sed contradicant.*
9 *Præsentia sola Iudicis, sufficit pro insinuanda donatione.*
11 *Præsentia non importat consilium, & nu. 16.*
12 *Consilij de natura est, quòd petatur ante actum tempore opportuno, & expectetur. num. 13. quòd secus in præsentia num. 14.*
15 *Consilium includit sub se consensum.*
17 *Dictio*, vel, *&* seu, *cadunt inter diuersa ex natura illius.*
18 *Interuentus, idem est proprie loquendo, quod præsentia, licet aliquando aliter accipiatur, & num. 19.*
20 *Præsentia vbi requiritur, consensus, nec consilium, non requiritur.*
21 *Præsentia importat scientiam.*
22 *Præsens vbi aliquis est, citatio illius non est necessaria.*
23 *Præsentia alterius importat, quòd actus fiat cū maiori deliberatione.*
24 *Interuenientibus aliis. quæ fiunt, præsumuntur ab omni sinistra suspitione aliena, & facta præuia causæ cognitione. num. 25.*
26 *Præsentia, & interuentus amicorum excludit præsumptionem metus, & doli.*
27 *Occulta, & clandestina, suspitione fraudis non carent.*
28 *Præsentia consanguineorum, quando requiritur, possunt tales consanguinei appellare à tali actu, in quo interueniunt, si vident esse læsiuum.*
29 *Præsentia alterius, quando requiritur pro forma, actus gestus sine illa dicitur occultus.*
30 *Matrimonium contractum in præsentia mille testium, si tamen parrochus deficit, dicitur clandestinum.*
31 *Præsentia Parrochi requiritur pro forma in matrimonio.*
32 *Præsentia alicuius, quando requiritur pro forma in aliquo actu, non sufficit, quòd casualiter adsit.*
33 *Repentinus testis est suspectus, quia non præsumitur benè informatus.*
34 *Principaliter quod agitur, non quod casualiter, semper attenditur.*
35 *Præsentia casualis Parrochi nō sufficit ad matrimonium.*
36 *Præsentia alicuius, quando requiritur regulariter debet esse corporalis, nec sufficit procurator, & num. 37. nisi sit Capitulum. num. 38. vel adsit iustum impedimentum num 39. aut dispositio aliud declaret. num. 40. vel suadeat materia subiecta. num. 41.*
42 *Interuenire si nolit ille, cuius præsentia requiritur, potest ad superiorem recurri, aut protestari. num. 43. & 44.*

45 *Interuentus Titij si requiritur, illo mortuo, vel absente potest actus expediri, sine illo, & num.46.*

47 *Præsentia Dei supplet aliorum absentiam.*

48 *Præsentia, de qua loquitur regula nostra procedit, sive sit personæ fictæ, vel veræ, & numero 49.*

50 *Dictio,* aliorum. *ratione materiæ subiectæ intelligitur de dissimilibus.*

51 *Verba sunt interpretanda secundum subiectam materiam, & eo respectu, quo proferuntur. num. 52. ac secundum naturam actus. num. 53. & 54.*

55 *Ratio & mens potius attenditur, quàm verba, quæ se habent, vt corpus, & ratio, vt spiritus, & anima, & num. 56.*

57 *Effectus consideratur ratione respectus.*

58 *Materiæ subiectæ ratione verba sunt impropriandа.*

59 *Præsentia alicuius quando requiritur, an præsumatur adhibita, & nu. 60.*

Seu interuentu Capitulorũ, vel aliorum glos. 48.

Interuẽtus, seu præsentia. cuius effectꝰ sit, & quid importet ad diuersos effectꝰ.

REGVLA ista declarat, quòd collatio expedienda cũ interuentu, seu præsentia Capituli, siue alterius, non dicatur libera † ad effectum, vt intrare possit alternatiua. 1 text. in l. idemque 10. §. si cui mandauero ibi, *ita demum rata esse mandauit, si interuentu Sempronij gesta essent.* ff. mandati, tex. etiam in l. sed & si pupillus. §. conditio ibi; *quid enim si certa lege, vel interuentu cuiusdam personæ voluit cum eo contrahi.* & ibi glos. verbo, *seruari.* ff. de institor. actione, tex. in l. si quis mihi bona. 25. §. si coram Titio. ff. de acquirend. hæredit. *si coram Titio* (inquit) *iussit adire, si arbitrio Lucij Titij; rectè puto iussisse.* & ibi glos. verb. *rectè*.

Nam quandò in expeditione actus requiritur præsentia alicuius, si illo neglecto, actus 2 expeditus erit, ipso iure est † nullus, c. obeuntibus 63. distinct. cap. causam matrimonij 16. de officio delegati. Petrus Andreas Gãbarus in tractatu de permutatione beneficiorum. num. 120. cum alijs inferius citandis.

Et illud dicitur libere fieri posse, quando 3 mera voluntate, & nemine † vocato, vel requisito fieri potest. glos. verbo, *libere.* in cap. cum plures de officio. deleg. in 6. cap. de multa, & ibi Abbas. num. 3. de prebendis, Rebuff. in concordata titulo de collationibus. §. præfatique ordinarij, verbo, *liberè.* cum alijs adductis in glos. 45. & 46.

4 Sunt namque qui putant, consilium † ab eo esse necessario petendum, cuius præsentia in actu requiritur, sicut voluit. gl. in dicto §. coram, in verbo, *rectè puto.* relata ad vtrumque exemplũ positum in textu. glo. etiam verbo, *seruari.* in dicto §. conditio. Abbas in cap. non potest. num. fin. de re iudicata. Puteus decisione 92. sub num. 3. ante medium, vers. *quæ præsentia videtur importare consilium.* libro 3. Albericus post glossam ibi in d. l. idemque. in §. si cui mãdauero, verbo, *Sempronij.* num. 6. ff. mandati.

Alij etiam dicunt, quòd præsentia importat consensum † argumento. l. seruus cõmunis. ff. de donation. inter. glos. in cap. summa. 5 15. quæst. 7. & in cap. Episcopus nullius, & ibi Archidiaconus eadem causa, & quæst. & sentit Bald. in l. si cum hi, in principio. ff. de transactionibus, dum dicit, quòd quãdo in donatione requiritur præsẽtia Iudicis ad insinuãdum, non intelligitur insinuata, ex sola præsentia, nisi Iudex eam admittat, & cõsentiat. Tiraquell. in legibus connubialibus. glos. 7. num. 34.

Verius tamen est, quòd quicquid sit quoad alios diuersos effectus: tamẽ ad effectum, de quo agimus, interuentus, seu præsentia non importat, neque consensum, neque cõsi- 6 lium, † sed sit quid diuersum. Quòd non importet consensum, probatur per tex. expressum in l. coram Titio 209. ff. de verborum significatione, *Coram Titio* (inquit) *aliquid facere iussus, non videtur præsente eo feciße, nisi is intelligat. Ideoque si furiosus, aut infans sit, aut dormiat non videtur coram eo feciße; scire autem, non etiam velle is debet. Nam & inuito eo, rectè fit quod iussum est.* l. diem proferre. §. coram autem ff. de arbitris, quibus in iuribus expressè probatur, quòd quãdo requiritur præsentia, seu interuentus non requiritur voluntas, nec consensus illius, sed sufficit præsentia, quamuis contradicat.

Ac propterea dum per Concil. Trident. sessione 24. de reformat. matrimonij, capit. primo, disponitur, esse nullum matrimonium, nisi contrahatur in præsentia parrochi, & testium, Quamuis Parrochus, & testes inuiti, & per vim compulsi interueniant, & minimè consentiant, tale matrimonium firmitatem ha- 7 bebit, vt † sæpe Illustrissimi dicti Concilij interpretes Cardinales censuerunt, per tex. in d. l. coram Titio, & consuluit Nauarrus consilio 20. de sponsalibus, aliàs consilio vndecimo, de clandestina desponsatione, Ignatius de Salcedo in additione ad praxim.

Ber-

Bernardi Diaz c. 73. sub littera B. vbi plenè. Matienzus in l. 1. titulo 1. num. 39. lib. 5. recopil.

Quo fit, vt non videatur satis tuta doctrina Fortunij Gartię in suo tractatu de vltimo fine Iuris. num. 438. dicentis, quòd quando à iure ciuili, vel statuto Ciuitatis requiritur præsentia alicuius in aliquo actu expediendo, si inuitus, & ligatus adesset nullus actus esset, † quia præsentia cogi potuit, sed consensus non.

Hinc cum ad insinuandam donationem, præsẽtia Iudicis requiratur, sufficiet sola præsentia † absq; eo, quòd Iudex aliquid faciat, aut dicat. Bartol. per text. ibi in l. omnium. num. 5. C. de testamentis, & ibi Baldus nu. 9. Alexander sub num. 9. vers. *in textu ibi*, Bartolus etiam in l. Modestinus. num. 3. ff. de donationibus. Baldus in l. illud sub num. 4. C. de sacrosanctis Ecclesijs. per text. quem allegat in l. finali. C. de prædijs Curialium, libro 10. quicquid ipse Baldus senserit contrarium in d. l. cum hi, in principio. ff. de trãslactionibus, vt superius dixi.

Et quod ex præsentia non inferatur ad cõsensum † scripsit Felinus in cap. cum causam. sub num. 5. longè post medium vers. *secundo limitatur*, de testibus. Menochius de præsumptionibus. lib. 6. præsumpt. 21. num. 10. Polidorus Ripa de nocturno tempore. c. 65. n. 19.

Minus dici potest quòd interuentus, seu præsentia importet consilium, † quia de natura Consilij est, quòd requiratur ante actum tempore opportuno † cap. cum in veteri de electione, vbi Hostiẽsis sub nu. 5. Butrius nu. 5. Abbas num. 7. & 13. cum alijs adductis in gl. 46. num. 38. & 39.

Item quòd post petitum consilium expectetur † debito, & competenti tempore, vt in dicto cap. cũ in veteri, ibi, *competenti tẽpore*; & doctores superius citati, & scripsi in glos. 46. numero 40.

Quod secus est in præsentia, nam sufficit, quòd in ipso actu † interueniat, dummodo, intelligat, vt in d. l. coram Titio. ff. de verbo. significatione. Nauarrus in dicto consil. 11. de clandestina desponsatione, Ignatius de Salcedo vbi supra.

Rursus quia consilium includit sub se consensum, † Franchus in cap. vnico. §. vbi vero. sub numero 6. ne sede vacante, libro 6. & tetigi in glos. præcedenti post principium, numero 10. Quando vero requiritur præsentia, non requiritur consensus, sed sufficit interuentus, etiam coactus ex supradictis. numero 6. & 7.

Et quòd interuentus non importet consilium, nec eius defectum suppleat, † est decisio Caputaquen. 305. numero 3. par. 1. dum dicit, quòd quando requiritur consilium non sufficit præsentia? sed est consilium petẽdum, & debito tempore responsum expectandum, cap. cum olim, vbi Abbas. numero 2. de arbitris, & est glos. expressè declarans. in cap. obeuntibus, verbo *eorum* 63. distinctione, quatenus dicit, quòd non sufficit in illo casu religiosorum præsentia, nisi habeatur consilium.

Comprobatur etiam ex regula nostra ponente consilium, vel consensum, seu interuentum tãquàm diuersa, & separata. Præsertim ponderatis illis dictionibus, *vel*, *seu*, quæ de sua natura cadunt inter diuersa, † Cardinalis in Clemen. 2. num. 8. post principium de ætate, & qualitate, Baldus in l. filiæ, la 1. ante num. 1. C. de collationibus.

Hæc autem dictio, *interuentus*. proprie accipitur † pro, *præsentia*. Licet lato modo, interuenire dicitur ille, qui sine corporali sui, vel procuratoris præsentia, vel consilio, consensu, aut authoritate, aut aliàs † concurrit in actu expediendo, glo. verbo, *seruari*. iuncto tex. in l. sed & si pupillus. §. conditio. ff. de institor. actione, vbi Albericus sub num. 7. in principio. glos. etiam verbo *Sempronij*. iuncto tex. in l. idemque. §. si cui mandauero. ff. mãdati. Vt in exemplis in glossa sequenti dicendis apparebit.

Vnde concludendum est, quòd quando statutũ, aut alia dispositio prohibet aliquid fieri sine interuentu alicuius, † satis esse illius præsentiã, quamuis non consentiat, nec consulat id fieri: Nec ab eo erit petendum consilium, nec consensus: ita docuit. Baldus in l. nam ita Diuus, sub num. 2. vers. *& nota quandoque aliqui citantur ad præsentiã*. ff. de adoptionibus. Franciscus Aretinus in l. si quis mihi bona. §. si coram. notab. 1. ff. de acquiren. hæreditate, Tiraquel. in legibus connubialibus. glos. 6. numero 36. & glossa 7. num. 32. Ignatius de Salcedo in additione ad praxim Bernardi Diaz cap. 73. sub littera B. vers. *tertio licet hoc à multis*.

Benè tamẽ verum est, quòd præsentia importat scientiam, † et intelligẽtiam; Nam aliàs non diceretur esse præsens, vt probatur in d. l. coram Titio 209. ff. de verb. signif. Cardinalis in Clemen. causam. nu. 6. de electione. Alex. conf. 4. nu. 20. vers. *præsumitur etiam* vol. 2. Aretinus conf. 168. num. 6. Rota decisione 4. nu. 10. par. 2. diuersorum. De quo vide latè Cephal. conf. 182. num. 18. & 20. cum sequentib. lib. 1. Mascardum de probationibus concl. 9. num. 7. & 8. Polidorum Ripam de nocturno tempore c. 65. nu. 1. & per totũ, vbi ponit regulã cum pluribus limitationibus, & declarationibus. Menoch. de præsumptionibus lib. 6. præsum. 21. nu. 1. & per totã.

Ac propterea dicimus, quòd nõ requiritur citatio, † vbi adest præsentia, quæ habe-

tur pro citatione. l. de vnoquoque 47. ff.de re iudicata. Baldus in cap.plerumque num. 3.de reſcriptis. Bart. in l.patre furioſo.num. 6. ff.de re iudicata. Abbas in capit. tenor. num. fin. de re iudicat. Gregorius Lopez.in l.5.verſ. *emplazar*,tit.22.Partita 3.Caſſador. deciſione 2.nu.3.de iudicijs. Capiccius deciſione 1. num. 37. Vantius de nullitatibus. cap. finali, num.15. Rota deciſione 311.nu. 1.p.1.diuerſor.ac dixi in gloſſ.9.in annotat. contra nullit.& atten.à nu.71.& 158.

Quod ſi quis dixerit, quare igitur, vel ad quid requiritur præſentia, niſi præſentes, vel conſentire, vel conſulere debeant? Reſponſio eſt in promptu, cum Franciſco Aretino in d.§.ſi coram.notab.1.videlicet,quòd ſaltim importabit,vt actus expe-
23 diatur maiori † cum deliberatione,maturitate, & vtilitate, ac fraudis,& doli excluſione, propter interuenientium verecundiam, & erubeſcentiam.Tiraq.in d.tract. de legib. connubialibus num.32.ad finem.

Ea namque, quæ in conſpectu aliorum, &
24 palam fiunt † ſunt ab omni ſiniſtra ſuſpitione aliena. l. non exiſtimo 54. verſ. *& multum refert*. ff. de adminiſtrat. tutor. l. cum ipſe tutor. ff. de contrahen. emptione. Ripa in l. cum ipſe tutor. §. fuit quæſitum. 2. ff. de contrahen. emptione, Ioannes Lupus de Palatios Rubeos, in quæſt. hereſis. §. 10. ad medium, & per totum,cumulat plura notanda. Menochius de arbitrarijs lib. 2. centuria 3.caſu 244.num.1.& per totum.

25 Ac illa quę publice proponuntur,† & fiunt præſumuntur eſſe præuia cognitione facta, cap. bone, de poſtulat. Prælatorum. cap. 1. eodem tit. in 6. Creſcentius deciſ. 18. num. 4.& 5. & 8. de reſcriptis.

Præſentia etiam, & interuentus amico-
26 rum facit ceſſare † præſumptionem metus, & doli.l.tranſactionem quę.C.de tranſactionibus. Alciatus de prę ſumptionibus, reg. 1. præſumptione 21.Burgos de Paz conſ.3. nu. 25.cum ſequentibus.Menochius de præſumptionib.lib.3.præſumpt.128. num.3.

Sicut per contrarium,quę occulte,& clan
27 deſtine fiunt,ſuſpitione † non carent. cap. 1. §.cum enim, & ibi gloſſa, verbo, *occulta*, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur. cap. conſuluit, de officio delegati. l.vltima.ff.de ritu nuptiarum.

Facit etiam doctrina Baldi in l. 1. nu. 52. in fine. C. qui admitti ad bonor.poſſeſſ.dum dicit, quòd ſi ſtatutum requirit præſentiam coniunctorum in decretis faciendis ſuper obligationibus mulierum, quia ſine illis obligatio non tenet: & præſentes viderent per
28 decretum lędi mulierem, poſſent † à tali decreto ratione prę ſentię appellare,licet aliàs non poſſent.

Et quando præſentia alicuius pro forma requiritur, actus geſtus ſine eiuſdem perſo-
29 næ interuentu dicitur † occultus, & clandeſtinus, licet alias palam fiat, text.in l.ſciant omnes, vbi Bart.n.1.Ioann de Platea,& omnes notant.C.de his,qui ex publicis rationibus mutuam pecun. accep.Corſettus in ſuis ſingularibus,verbo,*occulte*,Iaſon in §.Item ſi in fraudem.nu.4. Inſtit.de actionibus. Mendez in repetitione legis primę. C.de annon. ciuilibus, notab.3.num.8.

Hinc nemo eſt, qui ambigat, quòd ſi hodie contraheretur matrimonium in præſen-
tia mille teſtium, etiam perſonarum egregiarum: Si tamen deficiat præſentia proprij Parrochi, vel alterius ſacerdotis de ipſius Parrochi, aut Ordinarij licentia, quòd ma-
30 trimonium † clandeſtinum, ac nullum iudicetur, vt in cap. 1. verſ. *qui aliter quam præſente Parrocho*, ſeſſ.24. de reformatione matrimonij cauetur.

Nam cum Parrochi præſentia pro forma
31 † requiratur,nullatenus poteſt per æquipollens ſuppleri, vt ſępe Sacra Conc.Trid.Congregatio declarauit, Rota deciſione 643. nu.1.& deciſione 656. parte 1. diuerſorum, & aliàs ſępius.

Aduertendum etiam eſt, quòd quando requiritur pro forma interuentus, ſeu præſentia alicuius in aliquo actu, quòd non ſufficiet, ſi caſualiter,
32 † & repentine adſit, ſi ad illum actum adhibitus non eſt. Nam qui caſualiter adeſt,adeſſe non videtur.l.quęſitum 78.§. fin. ff.de legat.3.l.generali.§.vxori.ff.de vſufructu.Millius in repertorio, in verbo, *præſens cenſetur*. Decius conſ.533. nu.3. Mandoſius conſ.18. num. 13. & vide quæ ſcripſi in gloſſ. 43. vbi latius ex num.3.vſque ad 11.

33 Hinc dictum teſtis repentini eſt nullum,† quia non prę ſumitur informatus ſufficienter.c.qui ambulat 5. q. 5. cum alijs adductis per Barbatiam in c.ſi pro debilitate. nu.43. de officio delegati. Ludouicus Gomezius in cap.1.de iudicijs,in 6.num.86. & vide notata in authentica rogati. C. de teſtibus, ac dixi in gloſſa 47.num.48.

Semper enim attenditur, quod principa-
34 liter † agitur, & non quod caſualiter, & incidenter contingit.l.ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. petat.vbi late Iaſon ex num.3.vſque ad 23. plura adducit, & dixi in gloſſa 45.§.1.q. 1.in fine num.35.

Vnde in terminis dicti Concilij Tridenti-
35 ni † ſeſſione 24. cap. 1. de reformat. matrimonij,emanauit à Sacra Congregatione huiuſmodi declaratio.

Parrochus præſens matrimonio debet eſſe,vt appareat à contrahentibus adhibitum fuiſſe, ſecus ſi præſens caſu fuiſſet. Et iterum.

An ſit

An sit matrimonium, si duo contrahant per verba de præsenti Parrocho præsente, & alijs requisitis non omissis, cui contractui Parrochus formaliter adhibitus non fuit, sed dum forsan conuiuij, vel confabulationis, vel aliud tractandi causa adesset, audit huiusmodi contractum fieri, & postea alter contrahentium velit ab huiusmodi cõtractu, ratione huius defectus resilire? Congregatio respondit posse, nisi alia interuenerint, quæ Parrochum à contrahentibus adhibitum fuisse arguant: qui diceretur adhibitus, vt supra, quamuis ex alia causa esset vocatus, dummodo sit adhibitus ad illum actum.

Rursus animaduertendum erit, quòd quando requiritur præsentia alicuius, regulariter est necessaria præsentia
36 corporalis, † nec sufficit Procurator, seu ratificatio. Ratio est, quia ille dicitur verè præsens, qui præbetur sensibus corporis, & personaliter, ac corporaliter adest, vt per glossam, verbo, *præsentari*. in clemen. dudum. §. ac deinde. de sepulturis, firmauit Abbas in cap. cum parati, sub numero 5. Franchus sub numero tertio. Decius numero 4. de apellationibus, qui dicunt esse notandum pro statutis, & alijs dispositionibus requirentibus præsentiam alicuius ad certum actum. Felinus in cap. cum omnes. sub num. 30. vers. *sed aduerte*. de constitutionib. Tiraq. de legibus connubial. gl. 6. num. 31.

Hinc dixit Baldus in l. 1. num. 54. & finali. C. qui admitti ad bonorum possessionem, quòd si statutum requirit præsentiam consanguineorum in contractu mulieris, debent
37 interuenire † præsentia corporali, quia statutum requirit præsentiam veram, & non fictam, & sic non possunt satisfacere per Procuratorem: sequitur cum alijs Tiraqell. vbi supra d. num. 31. ad fin. cum alijs adductis in gloss. 43. num. 13. cum seqq.

Quod nonnullis modis limitandum venit.

Primo quando requiritur præsentia Capituli, Collegij, † seu Vniuersitatis, prout in casu regulæ nostræ, quæ loquitur de interuentu Capitulorum: Nam
38 tunc poterit Capitulum, Collegium, siue Vniuersitas aliquos constituere, qui illorum nomine interueniant, Archidiaconus in cap. Episcopus num. 2. 15. quæst. 7. Abbas in cap. non potest, num. 12. de senten. & re iudicat. Felinus in cap. cum omnes sub num. 30. vers. *& ad istam declarationem facit*. de constitution. Decius in dicto capite cum parati. sub num. 4. vers. *secundo prædicta conclusio*. de appellationibus.

Limita secundo nisi iustum impedimen
39 tum esset, † quia tunc poterit actus expediri per Procuratorem eius personæ singularis, cuius præsentia requiritur, vt docuit Angelus in l. Pomponius, in principio, de Procuratoribus, quem sequitur Are tinus in cap. licet ex quadam, in 8. notab. in fine, de testibus. Decius in d. cap. cum parati. sub num. 4. vers. *sed tamen ista conclusio limitatur*. de appellation.

Limita tertio, quando statutum, aut dispositio aliud disponeret, scili-
40 cet, quòd admitteretur Procurator, † vel substitutus, qui præsentiam faceret, vt notat Abbas per tex. ibi in dicto cap. cum parati, sub num. 5. vers. *& iste tex. potest adduci in hanc sententiam*. quòd & probatur ex Concilio Tridentino cap. 1. sess. 24. de reform. matrimonij, ibi, *præsente Parrocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parrochi licentia*.

Limita quarto, quando materia subiecta ex sua natura, non requirit
41 præsentiam † corporalem, tunc enim poterit expediri per Procuratorem. cap. penult. ibi, *modo se conspectui præsentarent*. iunctis illis
42 verbis, *quorum Procuratoribus*. de iuramento calumniæ. Abbas in dicto cap. cum parati, nu. 5. in fine, de appellationibus. Felinus in dicto cap. cum omnes. sub num. 30. vers. *sed aduerte*. de constitution. Tiraquel. de legibus connub. glos. 6. num. 35. vbi num. 33. aliam limitationem constituit.

Sed quid, si ille, cuius præsentia requiritur noluit interuenire? Conclude
43 quòd tunc aut est recurrendum † ad Superiorem, vt mandet, quòd interueniat, aut ipso nolente, ipse Iudex, vel alius loco eius deputatus interfit: Siue quòd actus fine illius interuentu expedire valeat, per ea, quę diximus de consensu præstando in gl. præcedẽti q. 6. à n. 37. Et tali casu actus gestus, sine d. præsentia tenebit perinde, ac si interuenisset, & hoc erit consultius remedium, ex his, quę plene tradit Tiraquell. de legibus connubialib. gl. 8. num. 20. cum sequentibus, vsque ad 27.

Vel potest etiam sine aditu ad superiorem requiri † debito, & opportuno tempore, quòd interueniat pro certa die, & hora, ac loco assignato, & opportuno, aliàs, quòd sine ipsius præsentia actus expedietur: Sicut diximus de consilio, quod est debito tempore requirendum, & expectandum, & si consiliarius differt plus debito respondere, vel nolit impendere consiliũ, potest procedi ad actum, ipsius consilio non expectato. Bartolus in l. 1. §. si plures, num. 9. ff. de exercitor. actione, cap. cum in veteri 52. vbi Abbas num. 8. & cęteri de electione.

Et loquendo de præsentia, seu interuentu
44 † idem dixit Archidiaconus in cap. Episcopus, nu. 1. 15. quæst. 7. Baldus in l. 1. num. 51. C. qui admitti ad bon. possess. cum alijs statim citandis, ac vide, quę dixi in glossa præcedenti à num. 37.

Hinc puto, quòd si ille, cuius præsentia requiritur esset mortuus, vel absens

absens; ita quòd esset periculum in mora,
45 † si expectaretur, quòd teneret actus expeditus, absque tali præsentia, sicut in casu consilij requirendi. est tex. in cap. vnico. §. fin. ne Sede vacante. libro 6. Idemque esset in omnibus casibus, in quibus actus expeditus sine consilio subsisteret, de quibus in gl. 47. post principium, & plene tradit Tiraquell. de legibus connubialibus, glos. 8. num. 6. 13. & 16. cum sequentibus.

Ideo consuluit Baldus cons. 199. *Statuto Ciuitatis Assisii.* libro 6. num. 1. quòd si statuto caueatur, quòd nulla mulier possit condere testamentum sine præsentia filij, si quem habeat: & mulier habeat filium bannitum,
46 † potest absente illo testamentum condere: Nam perinde est, quòd ad hoc, ac si non esset in rerum natura. l. 1. in fine. ff. de bon. possess. contra tabulas, cum alijs iuribus per ipsum Bald. allegatis.

Idem etiam consuluit Baldus, in casu statuti Anconitani requirentis præsentiam propinquorum in contractu minoris, quia si
47 sunt † absentes, potest contractus sine illis celebrari, in consilio 201. *in Prouincia Anconitana.* lib. 1. nu. 1. & per totum, & inter alia adducit hanc rationem, quòd illorum absentia suppletur Dei præsentia. l. properandum. §. fin autem. C. de iudicijs. cap. 2. de arbitris, lib. 6. consuluit quoque Paulus Castren. consilio 119. *Videtur dicendum.* nu. 2. lib. 2.

Deniq; dum regula nostra dicit, *Capitulorum, vel aliorum.* intellige,
48 vel cuiuslibet personę fictę, seu veræ † hoc est de consilio, consensu, aut interuentu Capituli, Collegij, aut Vniuersitatis, siue cum consilio, consensu, aut interuentu alterius personæ particularis, & singularis. Nam quamuis regulariter sit de natura illius dictionis, *aliorum.* denotare similia eiusdem naturę, & dixi in gl. 3. verbo, *& alijs.* & sic hęc dictio, *aliorum.* videbatur referenda ad simi-
49 lia † idest Collegia, aut Vniuersitates personas fictas, & diuersas a personis singularibus, proprijs, & veris, vt dixi abundantissime in gl. 37. sub illis verbis, *quibuscumque personis, & Collegijs.*

Tamen ratione materię subiectę, & pro-
50 portionabilis † præfata dictio, *aliorum.* est referenda, ac intelligenda, etiam de quibuscumque personis particularibus. Abbas in c. sedes. num. fin. in fine, & ibi Decius ad finem, vers. *& ista conclusio limitatur primo.* de rescriptis. Parisius cons. 5. num. 43. & 44. lib. 3. Caputaquen. decis. 297. num. 3. 4. & 5. p. 2. Euerardus in suis locis legalibus, loco à subiecta materia, num. 25.

Semper namque verba sunt interpretanda secundum materiam
51 † subiectam. l. quęro. ff. locati. l. stipulatus. ff. de vsuris. cap. solite, de maiorit. & obedien. Couarru. in quæstion. practica. cap. 38. num. 12. post principium.

52 Et eo respectu, quo proferuntur. † l. si quis domum. §. quod tamen. ff. locati. Aim. cons. 9. num. 21. Rota decis. 306. num. 16. parte secunda diuersorum. Calderinus cons. 6. de rescriptis. Caputaquen. decis. 151. num. 4. parte prima.

53 Ac secundum naturam actus, † de quo agitur. Romanus cons. 328. nu. 4. Decius cons. 388. num. 4. & 5. Aimon cons. 16. num. 3. & cons. 34. num. 26. & cons. 202. num. 36. Rota decis. 174. num. 5. & decis. 211. nu. 7. & decis. 776. nu. 1. par. 2. diuersorum.

Nec vllus actus est interpretandus secun-
54 dum vocabula † apposita, sed secundum suam naturam. Abbas per tex. ibi in c. constitutus. num. 22. de religios. domib.

55 Et potius est attendenda ratio, † & mens, quam verba. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusa. tutor. cap. intelligentia. cap. propterea, de verborum significatione. cap. Marchian. 1. quæst. 1. cap. humane 22. quæst. 5. Cassadorus decis. 16. num. 5. in fine super regulis Cancellariæ.

Quia verba se habent, vt corpus, & super-
56 ficies, & ratio, ac mens, vt spiritus, † & anima Cur. Sen. cons. 25. à num. 27. Rolandus à Valle cons. 8. num. 31. vol. 1.

57 Item ratione respectus consideratur effectus. Baldus in l. ad probationem. num. 8. C. locati.

Rursus propter subiectam materiam, & propriam naturam rei, de qua agitur, sunt
58 verba improprianda † à proprio significatu, quem habent: Ita vt quãdo ad proprium sensum trahi non possunt, trahantur ad improprium. l. si vno anno. ff. locati. l. fluminum. §. hęc stipulatio. ff. de damno infecto. Rota decis. 10. num. 6. de testam in antiquis, & decis. 24. num. 2. & decis. 27. num. 2. de præbendis, in nou. cum aliis cumulatis per Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, *reuertatur.* nu. 37. cũ seqq. C. de reuocand. donation. & per Euerardum in loco à subiecta materia, n. 2. & per totum, vbi in proposito 67. illationes aggregat.

An autẽ quando requiritur præsentia, vel
59 interuentus alicuius in actu, præsumatur † dictus actus gestus cum dicta præsentia, vel non? dic, quòd cum præsentia sit quid facti, regulariter non præsumitur, nisi probetur, vt probat tex. in l. optimam. C. de contrahen. & com. stipul. & post Bartolum, & alios tradit Iason in l. Titia. §. idem respondit. num. 5. ff. de verborum obligation. Paulus Castrensis in l. illud. num. 7. C. de Sacrosanct. Ecclesijs. Felinus in cap. tenor. num. 3. de senten. & re iudicat. Ruinus cons. 154. num. 11. lib. 5. Menochius de præsumptionibus. libro 6.

præ-

præsumpt. 14. num. 13. & præsumpt. 18. numero primo, & 2.

60 Declara tamen, & limita † quatuor modis, vt per Felinum in dicto cap. tenor, num. 3. & Menochium, cum alijs dicta præsumpt. 18. num. 5. cum sequentibus, vsque ad finem. lib. 6. ad quos lectorem reijcio.

Summaria Glossæ 49.

1 *Libera collatio non dicitur, quando alterius ministerium debet interuenire.*
2 *Dictio*, aliàs. *exponitur idest, aliter, vel alio modo, vel alio casu, & num. 3.*
4 *Dictio*, aliàs. *contenta in regula nostra, quomodo verificetur.*
5 *Licentia alterius, quando requiritur, non dicitur libera collatio, idemque est in auctoritate, & num. 6.*
7 *Iussus, aut scientia alterius, si requiritur in collatione, non dicetur libera collatio ad effectum regulæ nostræ, & num. 8.*
9 *Scientia superioris habet vim consensus.*
10 *Libera non dicitur collatio, quæ debet fieri ad supplicationem alterius.*
11 *Supplicatio licet excludat liberam collationem ad effectum regulæ 8. non tamen excludit reseruationem reg. 2. Cancellariæ.*
12 *Collatio libera non dicitur, quando debet interuenire assensus ante, vel post collationem, & quamuis si denegetur, teneat collatio, & n. 13.*

Aut aliàs pertinentibus. gl. 49.

NON solum dicit regula nostra, quòd non dicatur libera collatio ad effectũ, vt intret alternatiua quãdo collatio est simultanea, vel ad præsentationem, seu electionem; aut cum consilio, consensu, vel interuentu alterius; sed etiam desinit esse libera, quando aliàs, seu alio quocumque modo requiritur
1 † ministerium alicuius: Verbum enim, *aliàs.* quando est aduerbium qualitatis, vt in isto
2 casu exponitur, idest aliter, † vel alio modo, quam expresso. l. 1. §. illud tamen, & ibi gloss. verbo, *neque aliàs.* ff. de aqua quotidiana, & æstiua. Bartolus in tractatu de alueo. in §. aliàs. Cassadorus decis. 1. de priuilegijs. num. 1. ante finem, ibi, *his quibus iure communi, aut aliàs erant debita.* Rota decis. 254. num. 2. par. 1. diuersorum.

3 Siue aliàs, idest alio casu. l. qui testamento. §. mulier. ff. qui testamen. facere possunt.

Sed quæro quonam alio modo, seu casu, præter superiores in regula nostra expressos, potest huiusmodi dictio, *aliàs.* ve-
4 rificari? † Respondeo quòd multis modis.

Qualiter, & quot modis verificetur dictio aliàs.

5 Primo quando collatio deberet fieri de licentia † alterius. Nam tunc non diceretur libera collatio. clemen. dudum. §. idem Prælati, de sepulturis. cap. cum plures, de officio delegati, in 6. cap. licet, de regularibus. Rebuffus in concordata in rubrica de collationibus. §. præfatique Ordinarij, gloss. verbo, *libere.* vers. *septimo liberè, non petita licentia.*

De qua licẽtia, & in quo differat à cõsensu, dixi in gloss. 47. quæst. 7. vbi plures Doctores allegaui, hanc materiam de licentia tractantes. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsump. 34. num. 19. cum seqq.

6 Secundo potest verificari in collatione faciẽda cum † auctoritate alterius, vt per totum titulum. ff. de auctoritate tutor. & C. de auctoritate præstanda. Baldus in l. final. §. necessitate. nu. 17. C. de bonis quæ liberis. Tiraquell. in legibus connubialibus. glossa 6. num. 2. & 9. cum sequentibus. Menochius vbi supra, num. 17. & 18.

7 Tertio potest verificari in actu faciendo de iussu, † seù mandato superioris. l. si quis mihi bona 25. §. iussum cum §§. sequentib. ff. de acquiren. hæreditate: vbi traditur differentia iussus, qui debet præcedere, & auctoritatis, qui debet sequi, & ibidem Bart. & omnes (maxime Iason) latissime scribunt de materia, & natura iussus.

8 Quarto potest verificari in collatione facienda, de scientia, † vel conscẽtia alterius, hoc est, quòd collatio fieri nõ possit, nisi prius notificet Titio, vel illum certiorem faciat: quo casu, non requiritur eius consilium, nec consensus, nec interuentus, sed sufficit quòd scientiam nudam habuerit. Baldus in rubrica. C. de exercitor. & institor. actione. num. 7. Angelus per textum ibi in authen. de alienatione, & emphiteusi. §. emphiteusis vero, & hipothecas, in principio. Felinus in cap. ex parte, num. fin. ante finem, vers. *& ad de Baldum.* de constitut. & in c. nonne. num. 5. in fine, vers. *item secus.* de præsumptionibus, cum alijs pluribus citatis per Tiraq. de legib. connub. gloss. 7. num. 35. Vbi num. 36. declarat post alios, quòd si ille, cuius scientia, vel conscientia requiri-
9 tur, est superior, † quòd tunc scientia, vel conscientia, habet vim consensus, & requiritur consensus illius.

Quinto

10 Quinto potest verificari in collatione facienda ad † supplicationem alterius, ita quòd collatio prius facta non teneat, nisi prius alterius supplicatio precedat. Nam quamuis preces supplicantis nō obligent, cum supplicatio concernat gratiam, & meram liberalitatem eius, cui supplicatur. Maranta de ordine iudiciorum 6. parte. actu 2. titulo de appellat. num. 18. in fine. Afflictis decis. 341. num. 3. in fine. Lancellott. de attentat. 2. p. cap. 19. num. 25. Negari tamen non potest, quòd obligatio expectandi talem supplicationem non sapiat obligationem requirendi, & expectandi consiliū, vel interuentum, quo casu libera collatio non dicitur, vt dixi in glossa 46. & 48. & regula nostra declarat: Ac consequenter desinit esse libera, quando debet præcedere supplicatio, cum restringatur mera, & libera facultas conferendi, quandocumque collatori placuerit.

Verum tamen est, quòd licet supplicatio excludat liberam collationem ad effectum regulæ nostræ, vt non intret alternatiua, prout excludit consilium, & interuentus. Ad
11 effectum tamen regulæ 2. † Cancellarię de beneficijs vacantibus Sede Episcopali vacante, contrarium esset dicendum, nempe, quòd dicatur libera collatio, quamuis debeat præcedere supplicatio, vt sensit Rota in vna Vicen. beneficij S. Martini 19. Nouembris 1599. coram Illustriss. D. meo Card. Pamphilio, sicut etiam dixi de consilio, in gl. 46. num. 29. & vide quæ dicam in glossa 51. casu 14. ex numero 52.

Sexto potest etiam verificari in concordia inita inter Episcopum Cala-
12 gurritan. † & Capitulum à Sede Apostolica confirmata, in qua disponitur, quòd Canonicatus, & portiones, ac dimidiæ portiones vacantes in ordinarijs mensibus, prouideantur sic, videlicet, quòd Episcopus habeat duas collationes, & turnos, & Capitulum habeat vnum turnum ex tribus, in quo debet eligere, & Episcopus confirmare: Ac dicitur, quòd in turnis Episcopi, ipse solus conferat cum assensu Capituli, petito, ante, vel post collationem ab Episcopo factam, & quamuis assensus fuerit denegatus, nihilominus collatio teneat.

Cum igitur fuisset dubitatum. An stante dicta concordia, Canonicatus, qui vacauerat de mense Septembris, postquam Episcopus acceptauerat alternatiuam, esset reseruatus ratione mensis? Quamuis pro parte prouisi Apost. diceretur, quòd sic, quia ex quo Epis. acceptauerat alternatiuam, mensis Septembris erat reseruatus, & quòd dictus Canonicatus erat liberę collationis Episcopi, quia solus ipse conferebat absque electione, vel presentatione alterius, & absque consilio, vel interuentu, quia de illis nulla mentio fiebat in concordia. Item & absque assensu, vel consensu, quia de illius natura erat, quòd non solum sit habendus; sed etiam sequēdus, aliàs collatio sit nulla, vt dixi in gl. 47. post principium: In casu vero concordię contrarium continebatur, dum dicitur, quòd quamuis consensus denegetur, nihilominus actus teneat: Ac propterea dicebatur libera collatio, & intrabat alternatiua, & consequenter reseruatio ratione mensis Septembris.

Nihilominus cum desuper esset propositum, & disputatum dubium sub die 17. mensis Martij, anni 1600. coram Illustrissimo D.
13 meo Pamphilio, Rota tenuit contrarium, † videlicet, quòd considerato tenore concordię, non erat libera collatio, nec intrabat alternatiua ratione dictionis, *vel aliàs*. in regula nostra contentę, quæ capiebat casum dictæ concordiæ: Et propterea ordinatum fuit, quòd ageretur de quasi possessione per ea, quæ dixi in glossa 45. §. 2.

Summaria Glossæ 50.

1 *Alternatiua Episcopo gaudente, habet sex menses ad conferendum vigore illius.*
2 *Menses pares pertinent ad Episcopum alternatiua gaudentem, & dispares spectant ad Papam.*
3 *Dictio*, in antea. *quid significet.*
4 *Alternatiua acceptata finitur morte Papæ illam concedentis, vel Episcopi acceptantis.*
5 *Acceptatio alternatiuæ, est quidam quasi contractus societatis inter Papam, & Episcopum.*
6 *Regula nostra 8. est personalis.*
7 *Alternatiua acceptata non capit beneficia vacantia in Curia, aut aliàs reseruata, & numero 8.*
9 *Derogatio eatenus operatur, quatenus expressis repugnat, & non plus.*
10 *Derogatoria clausula, non ampliat dispositionem.*
11 *Distractus, ac destructio debent esse eiusdem naturæ, cuius contractus, & constructio.*
12 *Correlatiua de vno, lege disponente, procedit etiam in alio.*

Quæ

Quæ in antea in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris, extra Curiam ipsam, vacare contigerint. glossa 50.

QVANDO intrat alternatiua acceptata, tunc Patriarchę, Archiepiscopi, & Episcopi habent sex menses† ordinarios ad conferendum, videlicet Februarium, Aprilem, Iunium, Augustum, Octobrem, & Decembrem, vt indicat regula ista. Et ideo omnes menses pares† pertinent ad ordinarios, & menses dispares, incipiendo à principio anni, spectant ad Papam, tanquam reseruati, vt in alio proposito scripsit Dominicus Geminianus cons. 89. incipit, *super dubijs præmissis.* in principio. ibi, *ex vacationibus alternatiuis omnes existentes in numero dispari pertinent ad Apostolicos, videlicet, prima, tertia, & quinta, &c. Existentus vero in numero pari, pertinent ad Ordinarium, videlicet, secunda, quarta, & sexta, & sic de singulis,* tradit etiam Fuscus in tractatu de visitatione, lib. 2. cap. 28. num. 31. Reliqua concernentia materiam mensium videbit amantissimus lector in gl. 11. & inferius in gl. 54.

Capio illam dictionem, *in antea.* † quæ significat, idest, in futurum, in perpetuũ, in posterum. cap. ego N. in principio, de iureiurando, *Ego N. Episcopus,* inquit, *ab hac hora in antea fidelis ero, &c.* cap. cum Clerici Placentini 19. in principio, de verborum significatione.

Sed vsque ad quod tempus durabit gratia huiusmodi acceptationis? Conclude, quòd vsque ad mortem† Papę gratiam concedentis, vel Episcopi illam acceptantis. Nauarrus cons. 31. nu. 2. de prębendis. Franciscus Pauinus in tractatu de potestate Capituli Sede vacante, parte 1. quæst. 10. num. 23. ante medium, & tetigi in §. 5. procemiali, numero 13.

Ratio est, quia ista acceptatio alternatiuæ est quidam quasi contractus initus ad instar societatis † inter Papam alternatiuam concedentem, & Episcopum acceptantem: & ideo finitur morte alterius. Sicut & societas in perpetuum facta. l. 1. l. nulla 59. ff. pro socio, & dicam in in glos. 58. in vers. *illi vero, qui gratiam alternatiuæ acceptare voluerint.* ac tetigi in gl. 43. in q. 2. in vers. *tamen sine vlla difficultate.* num. 106. & 107.

Item quia ista regula est personalis, vsque ad Papæ † beneplacitum, quod extinguitur morte, vt plene dixi in glos. 12. Et sic extinguitur virtus, & effectus illius, cum persona Papæ concedentis, & Episcopi acceptantis. l. quia personale. ff. solut. matrim. l. cum Patronus, in fine. ff. de legat. 2. l. in omnibus 68. l. priuilegia 156. ff. de reg. iuris. c. priuilegium 7. eodem tit. lib. 6.

Quatenus dicit regula nostra, *extra Curiam ipsam*: intellige quòd alternatiua concessa dumtaxat intelligatur quoad beneficia extra Romanam Curiam vacantia; non vero quoad illa, quæ in Curia vacauerint. Ratio de se patet, nempe quia talia beneficia in Curia vacãtia sunt alio vinculo diuerso, à regula nostra, reseruata: Et beneficia aliàs reseruata† non includuntur in gratia concessionis alternatiuæ, vt ipsa regula nostra declarat, & plene scripsi in glo. 13. ac Deo dante, dicemus in gl. 51. sequenti.

Rursus quia sicut regula nostra reseruatoria mensium non includit beneficia in Curia vacantia, † vt abunde scripsi in gl. 13. super verbis, *extra Romanam Curiã*: Sic etiam remotio dicti obstaculi, & concessio alternatiuæ erit parifortiter intelligenda de solis beneficijs extra Curiam vacantibus. Nam omnes res per quascumque causas nascitur per easdem disoluitur. l. 1. ff. quando liceat ab emptione discedere. l. nihil tàm naturale 35. ff. de regul. iuris vbi latè Decius, & Cagnolus. plures illationes faciunt, c. 1. de reg. iur. Mandos. plenè in reg. 22. quæst. 13. num. 1. vsque ad num. 10.

Sicut etiam dicimus, quòd derogatio eatenus operatur, quatenus expressis repugnat, † & non plus. Bartolus in l. 1. §. fin. nu. 3. C. de Latina libertat. tollenda. Rom. cons. 57. *causa vertente.* nu. 1. & 2. Alexander cons. 7. num. 17. lib. 7. Felinus in cap. nonnulli sub num. 27. vers. *decimasexta conclusio.* de rescriptis. Ruinus cons. 69. nu. 3. lib. 1. Hippolytus de Marsilijs in l. 1. §. si serui. nu. 28. ff. de quęstionibus. Boherius in tractat. de potest. legati de latere. num. 96.

Nec clausula derogatoria† ampliat dispositionem. Bar. in l. eam quam. num. 2. C. de fidecommiss. Rota decis. 532. num. 7. parte prima diuersorum.

Sic etiam distractus, & destructio debet esse eiusdem naturæ, † easdemque solemnitates, & qualitates requirit, quòd contractus, & constructio, vt plenę per Felinum in cap. cum accessissent, num. 5. de constitutionibus. Mandosius in dicta regula 22. quęst. 13. num. 3. & 5. cum sequentibus. Tiraquell. de legibus connubial gl. 5. num. 5. cum infinitis sequentibus. Caputaq. decis. 164. parte 3. & dixi in glossa 6. num. 170.

Et denique generalissima regula est, vt lex disponens in vno ex correlatiuis, † habeat etiam

etiam locum in alio.l, qui condemnare. ff. de re iudicata. l. fin. C. de indicta viduitate tollenda, cum cumulatis per Baptistam de Sancto Blasio in suo tractatu de correlatiuis, vbi à num. 6. vsque ad num. 33. ponit centum, & decem casus, ac illationes dictæ regulæ. Nec non Antonium Gabriel. in libro 6. commun. opin. tit. de legibus. conclus. 3. ex num. 1. & per totam illam. Antonium Gomezium in l. 4. Tauri. num. 6. & sequentibus. Ioannē Gutierrez in quæst. practica. 161. lib. 2. super lege 7. titulo 21. lib. 4. recopilationis. Puteum decis. 316. lib. 2. Caputaquen. decis. 140. num. 3. & per totam, parte 1. ad quos lectorem reijcio. Euerardum in loco à correlatiuis, numero primo, & per totum.

Summaria Glossæ 51.

1 *Regula nostra 8. non capit beneficia aliàs reseruata.*

2 *Exceptio debet esse de regula.*

3 *Reseruationis casus aliàs, quàm per regulā nostram, ponuntur.*

4 *Reseruata sunt beneficia vacantia apud Sedem: Quod etiam procedit in Francia, cum concordata non obstent, &c.*

5 *Reseruata sunt beneficia consistentia in Vrbe.*

6 *Reseruata sunt beneficia vacatura per obitum Cardinalium, Auditorum Rotæ, & aliorum officialium Sedis Apostolicæ, de quibus hic, & num. 7. agitur de Auditoribus Rotæ, & num. 8. agitur de Cappellanis. num. 9. de Prothonotarijs. num. 10. de Camerario. num. 11. de Abbreuiatoribus. num. 12. de Notarijs. numero 13. de Scriptoribus. num. 14. de Accolytis, & num. 15. de Cantoribus Papæ.*

16 *Reseruata sunt beneficia familiarium, & continuorum commensalium Papæ, de quibus hic.*

17 *Referendariorum beneficia sunt reseruata; nec non aliorum officialium, &c.*

18 *Archiuij Romanæ Curiæ scriptores dicuntur veri familiares, & continui commensales, ac plura habent priuilegia, & num. 19.*

20 *Familiares Papæ dicuntur Milites Sancti Pauli, & Sancti Petri, num. 21. & Cubicularij, ac Scutiferi, num. 22. & Milites Pij, num. 23. & Lauretani. num. 24. ac Commissarius Cameræ. num. 25.*

26 *Familiaritas, & commensalitas prædictorum Officialium, licet non sit vera, & realis: tamen habetur pro tali ad effectum reseruationis.*

27 *Familiaritas ficta non intrat, vbi adsunt concordata.*

28 *Fictio tantum operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero.*

29 *Fictio à lege inducta non admittit probationem in contrarium.*

30 *Familiaritas, & continua commensalitas qualiter sit probanda ad effectum reseruationis remissiuæ.*

31 *Familiaritas ad effectum reseruationis, sufficit, si adsit quando beneficium obtinetur, licet postea desinat esse.*

32 *Reseruata sunt beneficia vacatura per depositionem, priuationem, aut translationem, &c. & talis reseruatio est clausa in corpore iuris, & num. 33.*

34 *Reseruata sunt beneficia electi, vel postulati, cuius electio, vel postulatio fuit cassata, vel repulsa.*

35 *Reseruata sunt beneficia vacantia per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel Monasteria.*

36 *Reseruata sunt beneficia vacantia per assecutionem pacificam alterius incompatibilis à Papa collati, non tamen si ab Ordinario, & numero 37.*

38 *Reseruata sunt beneficia vacantia per execrabilitatem.*

39 *Reseruata an sint exemptorum beneficia.*

40 *Exemptos non potest Ordinarius construere, nec destruere.*

41 *Exempti ex negligentia in conferendo, deuolutio fit ad solum Papam.*

42 *Exemptorum beneficia, quòd sint reseruata, nul libi reperitur expressum.*

43 *Collatio est prohibita ante vacationem.*

44 *Mors omnia soluit.*

45 *Exempti sunt subcollectores Apostolici, etiam quoad beneficia.*

46 *Construere eius esse, cuius & destruere; non semper sequitur.*

47 *Episcopus potest ex iusta causa priuare suo beneficio prouisum à Papa.*

48 *Reseruata sunt beneficia collata contra Concilij Trid. decreta.*

49 *Reseruatæ sunt omnes Ecclesiæ Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales, nisi sint ad Regum præsentationem.*

50 *Reseruata sunt Monasteria virorum valorem 24. excedentia, quæ sunt consistorialia, & numero 51. & 61.*

52 *Reseruata sunt beneficia vacatura Sede Episcopali vacante, &c. & n. 53. Dummodo ad alium collatio non spectet, & num. 54.*

55 *Reseruatæ sunt dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis.*

56 *Dignitas potest esse principalis in Collegiata, quamuis incedat, & sedeat manu sinistra.*

57 *Manus dextera non arguit per necesse maioritatem, nec præcedentiam, & narratur casus*

practi-

practicus. Vbi alternis vicibus seruata fuit æqualitas.

58 Reseruatio dignitatis primæ post Pontificalem non intrat, quando fuit erecta, & effectus suspensus, ac vacatio contingit durante suspensione.

59 Reseruati sunt Prioratus, & Præposituræ, ac dignitates conuētuales; non tamen militares.

60 Militares ordines instituti fuerunt contra Sarracenos, & ideo illorum præceptoriæ non cadunt sub reseruatione.

62 Reseruata sunt beneficia familiarium, & continuorum commensalium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, dummodo accedat talis Cardinalis consensus, & nu. 63.

64 Cardinalium ad collationem, beneficia spectantia, non cadunt sub reseruatione regulæ 3. de familiaribus Cardinalium.

65 Familiaritate Papæ concurrente, cum familiaritate Cardinalis prævalet familiaritas Papæ.

66 Lumen maius extinguit minus.

66 Vicarius Cardinalis, an dicatur illius familiaris.

66 Legatus aut alius inferior a Papa, conferens ex speciali priuilegio beneficium reseruatum, ratione familiaritatis Cardinalis, habere debet consensum d. Cardinalis.

67 Reseruata sunt beneficia collectorum, & subcollectorum in quacumque Ciuitate, vel diœcesi.

68 Subcollectoris exercitium, an requiratur, vt sit locus reseruationi; & numero 69. ponitur pars negatiua, & numero 70. affirmatiua, & nu. 71. amplectitur affirmatiua cum modificatione.

72 Spolium pertinens ad Cameram Apostolicam, solummodo causatur in Hispania ex personis Episcoporum.

73 Subcollector debet esse vnicus in tota Ciuitate, vel diœcesi.

74 Ciuitas dicitur de diœcesi.

75 Ciuitas, & diœcesis sæpe ponuntur pro eodem.

76 Subcollector vnicus tantum debet esse in vna diœcesi, quāuis sit lata, & si habeat plures Ecclesias Cathedrales, & Ciuitates.

77 Subcollectores plures essent superflui in vna Diœcesi Hispaniæ, cum solus Episcopus faciat spolium, licet nonnulli collectores minus bene constituant subcollectores, & n. 78.

79 Subcollector debet esse persona qualificata.

80 Collectorum, & subcollectorum de materia tractantes citantur.

81 Subcollectores non possunt visitari ab Episcopis, nec puniri. & nu. 82.

83 Reseruata sunt beneficia Curialium decedentium, dum Romana Curia de loco ad locum transfertur, & declaratur nu. 84. 85. & 86.

87 Curiales si decedant, non sequendo Curiam, extra duas dietas, illorum beneficia, non erunt reseruata, secus si Curiam sequantur, & numero 88.

89 Curialis decedentis extra duas dietas, cum recesserit, causa mutationis aeris, aut solatij, beneficia reseruata non sunt.

90 Reseruata sunt Cubiculariorum beneficia.

91 Cubiculariorum beneficia reseruare de nouo per regulam sextam Cancellariæ, an opus esset.

92 Cubiculariorum honoris, aut extra muros, beneficia, an sint reseruata, & nu. 93. & 94. & 95. concluditur negatiuè cum Rota.

96 Superfluum non est quando declaratur explicitè, quòd implicitè comprehendebatur.

97 Reseruati sunt Canonicatus, Dignitates. & Præbendæ S. Io. Lateranen. S. Petri, & S. Mariæ Maioris.

98 Reseruata sunt beneficia vacantia in sex Diœcesibus Hostien. & Portuen. &c. durante absentia Cardinalium, & Episcoporum à Curia.

99 Reseruata sunt beneficia Regni Germaniæ, iuxta formam concordatæ.

100 Reseruata sunt beneficia in confidentiam recepta.

101 Reseruata sunt beneficia vacantia propter crimen hæresis, & non veniunt sub clausulis generalibus, & n. 102.

103 Reseruata sunt beneficia collata personis prohibitis, quia non sunt de sanguine puro, &c.

104 Reseruata sunt beneficia vnita Collegio Germanico de Vrbe.

105 Reseruata sunt beneficia offendentium litigantes in Romana Curia.

106 Reseruata sunt beneficia vacantia ob non factam publicationem.

107 Reseruata sunt beneficia illorum, qui se ipsos pro alijs examini se supponunt, vel pensiones offerunt, aut beneficia cum intentione dimittendi recipiunt.

108 Reseruata sūt beneficia collata à Cardinalibus vigore indultorum, si non expediuntur litteræ infra tempus assignatum.

109 Reseruata an sint beneficia ad Papam deuoluta, & no. 110.

111 Reseruata, aut quasi reseruata sunt beneficia litigiosa: Ita vt Ordinarius prouidere non valet, etiam si vacent per assecutionem, seu aliam mortem ciuilem, n. 112. Neque etiam superstiti collitiganti concedere, reiecta nonnullorum opinione, nu. 113. 114.

113 Reseruata sunt beneficia affecta.

116 Reseruata sunt beneficia Ecclesiæ Metropolitanæ Cæsaraugustanæ iuxta formam nouæ erectionis, & num. 117.

Dummodo aliàs dispositioni Apost. reseruata.gl.51.

SICVT regula nostra in
1 prima † eius parte non capit beneficia aliàs reseruata, vt latius scripsi in gl.13. super verbis *extra Romanam Curiam*. Sic etiam in ista secunda parte modificatoria primę partis alternatiua concessa, non capit beneficia aliàs dispositioni Apo
2 stolicę reseruata. Nam exceptio debet † esse de regula, ac de illius genere, & natura. l. nam quòd liquide. §. fin. in fine. ff. de pœn. legata l. 1. ff. de reg. iur. vbi Decius num. 24. Cagnolus nu. 29. cum sequentibus. cap. in nostra, vers. *præterquam*. de sepulturis. c. quoniam, de coniugio leprosorum. gl. in rubr. de reg. iur. in 6. post princip. vers. *subtilitatibus tamen circa hoc omissis* Cassad. decis. 8. n. 5. de concess. prębe. & plene tradit Euerard. in loco ab exceptione ad regulam ex num. 9. cum sequen. Couar. lib. 2. variar. cap. 5. num. 5.

Ac propterea maiori pro cautela addita sunt verba thematis nostri, *dummodo aliàs dispositioni Apostolicæ reseruata non sint.*

Vnde pro competenti ornatu nostræ regulæ, ac intelligentia huius glosę excusare
3 minime valeo, narrare hic casus, † in quibus, aliàs præter regulam nostram, reseruatio sibi vendicet locum.

Prima igitur, & capitalis reseruatio est de beneficijs vacantibus in Roma-
4 na Curia, seu apud Sedem, † vt in c. 2. de prębe. lib. 6. iuncta extrauag. ad regimen, de præben. & extrauag. ex debito, de elect. inter communes: de qua reseruatione plura loquutus fui in gl. 13. ex nu. 29. vers. *secundo loco dicitur vacare*. vbi citaui alios plures tex. & Doctores pro interpretatione d. c. ad quem locum lectorem reijcio, & videat, quæ dicam in casu 59. huius gl. à n. 83. vsque 89. & Anastasi. Germon. in suo tractatu de indultis Cardinalium. §. si vero illa, ex num. 1. & per totum.

Et adde, quòd concordata Francię minime capiunt benef. vacantia apud Sedem: Sed semper talis reseruatio firma remanet, etiã quoad Regnum Francię, cum sit clausa in corpore iuris. Vt tradit Rebuff. ad concordata in rubrica de reseruation. princip. vers. *& licet hic non excipiantur*. Ac conferunt ea, quæ dixi in gl. 13. ex n. 35. cum seqq.

Vnde minus verum apparet dictum Philippi Probi, quòd retuli in §. 5. proęm. n. 157. dum dicit, quòd derogatio c. statutũ, de prę. ben. in 6. non admittitur in Francia. Nam cũ d. derogatio concernat reseruationem in corpore iuris clausam, nec obstet concordata; proculdubio locum habere debet etiam in illo Regno.

Secunda reseruatio (licet minus propriè dicatur reseruatio) est de beneficijs consistentibus in ista Romana
5 † Vrbe, in quibus soli Papæ, tanquam soli Episcopo Romano est collatio reseruata, vt etiã scripsi in dicta glossa 13. in principio, ex nu. 3. vsque ad 28. vbi multa non contemnenda, quę sic congesta alibi non inuenientur, reperies, & infra in casu 21. num. 97.

Tertius casus reseruationis est, in quibuscumque beneficijs vacaturis per obitum S. R. E. Cardinalium, & Of-
6 ficialium † Sedis Apostolicę, videlicet Camerarij, Vicecancellarij, Notariorum, Auditorum, litterarum contradictarum & Apost. Palatij causarum Auditorum, Correctorum, & Scriptorum litterarum Apostolicarum, ac Pęnitẽtiarij prędictę Sedis, ac Abbreuiatorũ, necnon commensalium, & aliorum quorumcumq; Cappellanorum Sedis eiusdem, & etiã quorumcumq; Legatorũ, siue Nuntiorum, ac in terris Eccleśię Rom. Rectorũ, & Thesaurariorum per Romanos Pontifices specialiter deputatorum, seu missorũ, aut deputandorũ, aut mittendorum imposterum, vbicumq; dd. Legatos, vel Nuntios, seu Rectores, aut Thesaurarios antequam ad Romanam Curiam redierint, seu venerint rebus eximi cõtigerit ab humanis: vt disponitur in extrauag. ad regimen Benedicti 12. sub tit. de pręben. inter cõmunes in §. ac etiã per obitum Cardinalium. Quæ extrauag. renouatur per omnes Pontifices in regula 1. Cancell. Cassad. decis. 3. num. 2 de constitut.

Circa quam extrauagantem, dum loquitur de Cardinalibus, vide Hieron. Paulum in praxi Cancel. §. de beneficijs generaliter reseruatis, vers. *item beneficia Cardinalium*. Gomeziũ in regula de impetran. benef. vacan. per obitum famil. Cardin. quæst. 13. sub num. 11. Simomonettam decis. 24. lib. 1. & decis. 17. libro 2. Sarnen. decis. 10. lib. 1. in manuscriptis, glossator. antiquum in regula quintæ Cancellarię, in fine.

7 Et dum loquitur de Auditoribus Rotę, † vide Æneam de Falconibus de reseruat. q. 3. princip. num. 3. & Constitutionem 78. Pauli III. postmodum allegandam.

8 Et dum loquitur de Cappellanis † Papę, vide eumdem Æneam de Falconibus, vbi supra numero 15. in fine, & numero 16. Simonettã de reseruationibus. quęst. 37. & 38.

per

per totas. Mandoſium in regula prima Cancellariæ. quæſt. 5. & 6. Rota deciſione 22. de præbendis, in antiquis, & deciſ. 12. eodem titulo, in nouis.

9 Dum loquitur de Prothonotarijs, † vide plenè per Simonett. de reſeruatione. quæſt. 100. per totam. Caputaquen. deciſ. 404. par. 2. & deciſ. 27. parte 3. Puteum deciſ. 313. lib. 1. & deciſ. 339. libro 2. Rotam deciſ. 303. parte 2. diuerſ. & deciſ. 105. libro 1. parte 3. diuerſorum, & deciſ. 337. & 1032. lib. 3. parte tertia diuerſorum.

10 Dum loquitur de Camerario, † vide Caſſadorum deciſione 4. de conſtitutionibus. Mandoſium in regula prima Cancellariæ. quæſt. 4. per totam, & conſtitutionem Sixti V. 44. *ad excelſum.* anno 2. vbi etiam loquitur de Vicecamerario, & Commiſſario Cameræ. Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 16. num. 39. 42. & 43.

11 Dum loquitur de Abbreuiatoribus. † vide Puteum deciſione 204. & deciſione 263. libro primo.

12 Dum loquitur de Notarijs, † vide Rotam Bellamerę 655. quæ incipit, *Notarij Pœnitentiariæ.* Mandoſium in regula prima Cancellariæ. q. 5. ſub num. 7.

13 Et de Scriptoribus Apoſtolicis † legas bonam deciſionem Rotæ 70. per totam parte prima diuerſorum.

14 Et an Acolyti † Papæ ſint comprehenſi inter dictos Officiales, vide Puteum deciſione 81. libro tertio, & Mandoſium in dicta regula prima Cancellariæ, quæſtione 5. & 6. per totas.

15 De Cantoribus Papę † ſunt deciſiones 14. de renunciatione, in antiquis, & 4. eod. tit. in antiquioribus Beſigneti.

Quartus caſus eſt in beneficijs familiarium, & continuo-

16 rum † commenſalium Papæ, etiam ſi non ſint ex contentis in caſu prędecenti, vt vltra dictam extrauagantem ad regimen, diſponitur in regula tertia Cancellariæ in §. ac quæcumque, & in conſtitutione 78. & 79. Pauli Tertij, nec non in conſtitutione 44. Iulij Tertij, Per quas conſtitutiones declarantur eſſe ad hunc effectum reſeruationis, veros familiares, & continuos Papę commen-

17 ſales, omnes Referendarios, † & alios officiales, ex Palatio Apoſtolico panem habentes, Prothonotarios, Subdiaconos, Auditores Rotę, Acolytos, Scutiferos, Secretarios, litterarum Apoſtolicarum Scriptores, Cubicularios, ac Milites Sancti Petri, reliquoſque Officiales Romano Pontifici pro tempore exiſtenti in Palatio deſeruientes, aut cuſtodiam facientes: licet in eodem non habitauerint, nec habitent, nec forſan habitabunt, nec in tinello comederint, nec comedant, nec in futurum forſan comedent: veroſque & indubitatos, & non fictè, nec per priuilegium familiares, & continuos commenſales cenſeri, reputari, & eſſe: Ita vt regulis tam editis, quam edendis de veris familiaribus, & continuis commenſalibus Papę, quoad omnia ſubijciantur, etiam quoad hoc, vt ſoli Romani Pontifices occurrentibus vacationibus beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos obtentorum, vel obtinẽdorum qualitercumque qualificatorum, prouidere, & de illis diſponere debeant, in omnibus, & per omnia, ac ſi Referendarij, & Officiales prędicti in Palatio Apoſtolico habitaſſent, & in tinello, verè, & realiter comediſſent.

Similiter ad hunc reſeruationis effectũ, ac ad alios effectus, dicuntur veri familiares, & continui cõmenſales Papę Officiales, ſeu Scriptores Archi-

18 uij † Romanę Curiæ, vt patet ex bulla Iulij II. ſuper erectione Collegij dictorũ Officialium emanata ſub 7. Calen. Decembris anni 1550: Quę bulla eſt inſerta confirmata, & declarata, in conſtitutione Leonis X. quę eſt in bullario 6. in ordine inter conſtitutiones eiuſdem Papę. incipienti, *lex miniſterij Paſtoralis.* Nec non per conſtitutionem 18. Pauli III. incipientem, *Romani Pontificis.* & per Pium Quintum in ſua conſtitutione 89. incipienti, *pridem*: Per quas conſtitutiones apparet eſſe conceſſa dicto Collegio, & Officialibus (de quorum numero ſum ego) non modica priui-

19 legia, gratias, † ac prærogatiuas, & de nonnullis illarum vide Acchillem de Graſſis deciſione 4. de conſtitution. Caputaquen. deciſ. 215. parte 3. Mohedanum deciſ. 2. & 5. de teſtamen. Puteum deciſ. 304. libro primo, & deciſ. 4. 14. libro 2.

Item dicuntur tales veri familiares, & con-

20 tinui commenſales, Milites Sancti Pauli † per conſtitutionem 23. Pauli III. incipit, *Romanus Pontifex.* à Iulio III. confirmatam per ſuam conſtitutionem 4.

21 Et de militibus Sancti Petri † vltra ſupradicta, eſt conſtitutio 36. Leonis Decimi, incipit, *ſicut prudens.* ac conſtitutio 16. Clement. 7. & conſtitutio tertia Pauli Tertij, ac conſtitutio 46. Pij IV. & loquitur Puteus deciſ. 313. num. 3. & 4. lib. 1.

22 Itẽ de Cubicularijs, & Scutiferis † eſt conſtitutio 14. Leonis X. incipit, *Romanus.* & conſtitutio 3. Pauli III. incipit, *prouidentia.*

23 Item Milites Pij, † vt patet ex conſtitutione 5. & 16. Pij IV.

24 Item Milites Lauretani, † vt legitur in cõſtitutione 16. Sixti V. quæ incipit, *poſtquam.*

25 Item Commiſſarius Cameræ, † vt per conſtitutionem 44. Sixti Quinti *ad excelſum.* anno ſecundo.

Item Theſaurarius Datarię, vt in conſtitu-

tione 45.Sixti Quinti, *vt ingens*,an.2.

Nec non Cõclauiſtæ,& reliqui omnes Officiales Cancellarię Apoſtolicę. Qui quamuis re vera non ſint continui commenſales Papę, nec vllam partem panis, nec vini, nec carnis, vel alterius rei comedibilis à Papa recipiant;Nihilominus eo ipſo, quòd Maximus Pontifex,&Princeps vult,quòd habeantur † pro veris,& continuis commenſalibus eſt perinde,ac ſi realiter, & effectualiter eſſent tales familiares, veri, & continui commenſales, & beneficia illorum ſunt reſeruata. Simonett.de reſeruatione.quæſt.35.num. 25.& 26.& 27. & quęſt.36.num.6.Mandoſius in regula tertia Cancellariæ.quæſt.18.& in regula 32.quęſt.14.num.10 Paulus Caſtrenſis conſilio 540. incipit, *præmißis allegationibus*. num.6.in fine.libro primo.Puteus deciſ. 313.numero 3. & 4.libro 1.& Rota deciſ.71. numero 2.parte 3 diuerſorum. libro tertio. Peregrinns deciſion.104: Et fuit dictum in vna Beneuentana beneficiorum coram Illuſtriſſimo Domino Seraphino. Rota deciſ. 303.num.1.& 2.par.2.diuerſ.Vbi fuit diſputatum, an dicta familiaritas ficta ſuffragetur in caſu cõcordatorũ Cermanię †& particulari ratione fuit tentum negatiuè, & aliquid dicã inferius in caſu 20.& vide quę dixi in §. 3.proęmiali,ex num.87.& gl.25.n.22.& 23.

Tantum nempe operatur fictio † in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero. l.1.in principio. C. de rei vxorie actione. l. filio quem Pater, cum ibi notatis. ff. de liberis, & poſthum. Pariſius conſ.22.numero 10.volumine 2.& conſ.118.numero 32.volumine 4. Euerardus in loco a vi fictionis. num. 4. vſque ad finem, vbi adducit plura exempla ad quodlibet ex decem prędicamentis. Caſſadorus deciſ.1. numero primo poſt principium,de locato, & deciſ.2.num.16.de vnionibus. Puteus deciſ.434.numero 4.& 6.libro primo.Felinus in cap.ſolite.num.3.de maioritat.& obedien.

Ita vt neque contra talem fictionem †à lege factam poteſt admitti probatio in contrarium.cap. is qui fidem, de ſponſalibus. c. accuſatus.§.1.de hęreticis,in 6.Felinus in cap. quãto n.3.de pręſum.Barbatia in l.cum acutiſſimi,num.12.18.& 19.C.de fidei commiſſis.Pariſius conſ.22.num.10. vol. 2. Maſcardus de probat.concluſ.772.num.1.& per totam.Menoch.de pręſump.lib. 1.pręſumpt.8. nu.11.ac per totam,& lib. 4. præſumpt. 89. num.7.& ſequentibus.

De qua familiaritate probanda ad effectum reſeruationis, † & de alijs multis dictam materiam concernentibus, videre non pigeat.Simonettam de reſeruatione.cap.35. vbi octo pulchras quęſtiones ponit, & num. 28.concludit, quòd in caſibus, in quibus Papa non fingit, pręciſe requiritur vera familiaritas, & continua commenſalitas, prout in caſibus familiaritatis Cardinalis. & inferius dicam in reſeruatione 20. de Cubicularijs,& eumdem Simonettam. q. 36. nec non Gomezium in regula 31. de impetrantibus beneficia per obitum familiar. Cardin.quæſtione 13.per totam, & Mandoſium ibidem. quæſt.10.& 18. Caputaquen.deciſ.147. parte 1.& deciſione 10.& deciſ.380 parte ſecunda. Puteum deciſ.134.lib.3. Maſcardum de probationibus concluſione 755. verbo, *familiaritas*.per totam.

Quæ omnia procedunt etiam ſi dicti officiales, vel continui familiares Papę ante obitum illorum, deſierint eſſe tales officiales, † & familiares:Quia nihilominus beneficia, quæ obtinebant de tempore familiaritatis, vel quando erant officiales ſemper reſeruata remanent, vt in regula 1.Cancellariæ declaratur expreſſe, & paſſim tradunt omnes, & dixi in gloſſ.11.

Quintus caſus reſeruationis eſt de beneficijs vacaturis per depoſitionem, priuationem, † tranſlationem, aut muneris conſecrationis ſuſceptionem, auctoritate Apoſtolica factas, & fiendas, vt in dicta extrauaganti ad regimen poſt principium,verſ.*nec non per depoſitionem* per dictam regulam 1. Cancellarię renouatam, ſub tit. de prębendis inter communes,&in extrauaganti,ex debito §. huiuſmodi, de electione inter communes. Hieronymus Paulus in praxi Cancellariæ,in §.ſequuntur beneficia reſeruata generaliter. Flamin. Pariſ. de reſignat.lib.2.quæſt.16.nu.27.

Immo dicit Gomezius in regula de triennali,quæſt.31.nu.10:Nec non Philippus Probus in c.præſenti.n.10. de officio legat.in 6. quòd talis reſeruatio ſit clauſa in corpore iuris,†vt in caſu depoſitionis loquitur tex.in c.quoad tranſlationem,& c.inter,de tranſlatione Epiſcopi,& in c.niſi de renunciatione.

Et in caſu traſlationis loquuntur tex. in cap.ſi quis, & in cap.mutationes 7. quæſt. 1. & in cap. quanto, de tranſlatione Epiſcopi. Gambarus in tractatu de de legatis. libro 3. numero 126.

Sextus caſus reſeruationis eſt in beneficijs,de quibus in concordia, vel diſcordia† electi,vel poſtulati, fuit facta electio,vel poſtulatio,quę poſtmodũ fuit caſſata,ſeu repulſa, vel renunciata, admiſſaque reſeruatio, vt in d. extrauag.ad regimen. §. nec non ſi forſan,vt in extrauag ex debito,de electione inter communes, in §. huiuſmodi. Hieronymus Paulus vbi ſupra, verſ. *Item beneficia ſuper quibus electio*.quibus etiam conſonat textus in cap. quamquam 18. de electione, in 6. & Gomezius in dicta regula

de

de triennali. q. 31. sub num. 10. vers. *tertia reseruatio est.* Philippus Probus in d. cap. præsenti. num. 28. cum sequen. de off. legat lib. 6. vbi collocat istum casum inter 8. reseruationes in corpore iuris clausas per eum adductas ibid. ex num. 10. vsque ad finem.

Septimus casus est de beneficijs vacantibus per promotionem † ad
35 Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel Monasteriorum regimina, vt in d. extrauagan. ad regimen, post medium, vers. *rursus Monasteria.* Æneas de Falconibus de reseruatione. q. 2. principali, sub num. 12. vers. *quarta est de beneficijs illorum, qui promouentur.* Cassador. decis. 3. de constitutionibus. Hieronym. Paulus vbi supra, vers. *Item beneficia vacantia per promotionem.* Simonet. de reseruatione. q. 27. per totam. Mandos. in reg. 1. Cancell. quæst. 13. & 14.

Octauus casus reseruationis est de beneficijs vacantibus, & vaca-
36 turis per assecutionem † pacificam, quorumcumque Prioratuum, dignitatuum, personatuum, Officiorum, Canonicatuum, Præbendarum, & aliorum beneficiorum auctoritate Apostolica prouisorum, seu prouidendorum, vt in dicta extrauagan. ad regimen, propè finem, vers. *nec non etiam per assecutionem* de prębendis, & in extrauaganti ex dubio. §. huiusmodi, de electione inter communes. Rota decis. 65. incipit, *nota quòd vbi Papa habentem dignitatem.* de rescriptis, in antiquis. Simonetta de reseruatione. quæst. 26. num. 1. & per totã: Vbi n. 5. bene declarat procedere non solum in vacatione, quæ prouenit ex decreto Papę: Sed etiam ex dispositione iuris, quamuis tale decretum non adsit: Si vero secundum beneficium, per quod vacat primum, es-
37 set ab Ordinario collatum, tunc cessaret † reseruatio. Cum cesset etiam causa reseruationis, & dispositio, vt ex prædictis Doctoribus colligitur. ac dixi in gl. 15. §. 2. ex num. 8. vsque ad 14.

Nonus casus est in beneficijs vacanti-
38 bus, per † execrabilitatem, iuxta formam extrauagantis execrabilis §. qui vero deinceps, & §. quæ omnia, de prębendis & dignitatibus. Ioann. 22. Nempe quando quis assecutus fuit secundum beneficium incompatibile cum primo, quia non solum vacat primum, & est reseruatum Sedi Apostolicę, si ab eadem Sede secundum beneficium obtinuit: Sed etiam si statim primum non dimittit: sed de facto illud cum secundo habere prętendat: vacat similiter secundum, & sic vtrumque, & eorum prouisio remanet Sedi Apostolicę reseruata. Quam constitutionem similiter renouat regula prima Cancellariæ, in vers. *ac reseruauit beneficia, quæ per constitutionem.* Ioann. 22. quæ incipit, *execrabilis. vacant, vel vacare contingerint.* de qua constitutione vide vltra Mandosium in dicta regula prima. quęst. 6. in fin. & quæst. 7. 8. & 9. Puteum decis. 74. & 99. libro primo, & decis. 293. num. 3. libro 4. Caputaquen. decis. 325. parte prima. Simonettam de reseruatione. quęst. 9. num. 2. vbi additio. Crescen. decis. 6. de restit. spoliat. Mohedan. decis. prima eodem titulo. Menochium de recuperand. remedio 9. quęst. 37. ex num. 273. cum sequentibus. Nauarrum cons. 12. num. 1. de præbendis. Alphonsum Hojedam de incompatibilitate benefic. p. 1. c. 13. ex num. 79. vsque ad finẽ. Et adde quę vtiliter dixi in gl. 15. in principio, ex num. 9. cum multis seqq.

Decimus casus reseruationis est in be-
neficijs exemptorum † ab ordinarijs, & soli Sedi Apostolicæ immediatè subiectis, Quoniam eius est conferre, & construere, cuius est destruere, & priuare. cap. 1. de Cappellis Monachorum. cap. quòd in dubijs. de renunciatione: Et ideo sicut Ordi-
40 narius non habet destructionem, † nec iurisdictionem in exemptos; ita nec conferendi potestatem, beneficia exemptorum. cap. finali, de renunciatione, vbi probatur, quòd non tenet resignatio, seu renunciatio ab exẽpto in manibus Ordinarij facta, sine licentia Papæ. Rota decis. 4. num. 2. de renunciatione, in antiquioribus Besigneti, & decis. 14. nu. 2. & 3. eodem titulo, in antiquis. Aeneas de Falconibus in tractatu de reseruatione, quæstione 2. principali, sub num. 12. vers. *sexta de beneficijs exemptis.* Puteus decis. 420. incip. *die 12. Octobris.* num. 2. lib. 3. Simonett. de reseruatione. quæst. 46. numero quinto. Cardinalis cons. 112. dubio 5. Pauinus in tractatu de officio, & potestate Capituli Sede vacante 2. p. quæst. 2. sub num. 16. Ferrettus cons. 11. nu. 1. vol. . Flaminius Parisius de resignatione beneficiorum, lib. 7. quæst. 11. num. 3. qui etiam in lib. 2. quæst. 16. num. 20. simpliciter dicit. quòd talia beneficia exemptorum sunt reseruata:

Pro quo etiam facit decisio Cassad. 8. nu. 4 de prębendis, post Abbatem in cap. 2. num. 7. in fine, de concess. pręben. vbi scripsit, quòd quando collator negligens in conferendo est
41 exemptus, potestas conferendi deuoluitur † ad solum Papam, cum non superior nequeat supplere negligentiam alterius.

COETERVM in hoc erit subsistẽdũ, quia
42 nullo iure † expressum reperio, quòd exẽptorum benef. sint reseruata ex sola causa exemptionis, nec vidi vnquam, nec audiui tale practicari. Et cũ reseruatio sit odiosa. Besigneti decis. 1. in fi. de pręben. Cassad. decis. 3. n. 5. de reseruat. Nunquam inducitur, nisi in casibus à iure expressis. Cassad. decis. 2. ex n. 9. de reseruat. Simonet. q. 5. de reseruation. ex nu. 1.

Ad cap. fin. de renũciatione, cum decisionibus, & Doctoribus superius allegatis, potest responderi admittendo, quòd Ordinarius non posit admittere resignationem exempti a sua iurisdictione: & si illam non potest admittere, nec tale beneficium poterit alteri conferre, cum nõdum vacet, & ante vacationem sit prohibita † collatio. cap. 2. 43 cum similibus, de concess. præben. lib. 6. At vero vbi non requiritur admissio resignationis, sed ipso iure vacat beneficium exempti, non ministerio ipsius Ordinarij, sed ministerio legis, vt in casibus expressis in glos. 15. Maxime per mortem, quæ & personam, & 44 exemptionem, & omnia soluit, authentico, de nuptijs. §. deinceps, collat. 4. Non videtur quòd tali casu Ordinarius sit ligatus, vt prouidere non valeat, ex eo quòd beneficium sit reseruatum, cum expressum non reperiatur, vt dixi. Et quia data vacatione iam nõ dicitur esse beneficium personę exemptę. Et ideo nulla ex dictis decisionibus, nec alius Doctor, nisi solus Flamin. Paris. dicit benef. ex sola exẽptionis causa esse reseruatũ. Immo loquuntur in casu Cappellan. PP. cuius benef. sũt reseruata, ratione familiaritatis per extrauagantem ad regimẽ. vt sup. in 3. casu reseruationis, Et vltra reseruationem, persona erat exempta, & plura vincula cõcurrebant. Sed nos non loquimur nisi in terminis solius exemptionis, secluſa alia reseruatione. 8.

Rursus si beneficia exemptorum essent reseruata, superflua esset regula quarta Cancellariæ, & aliæ regulæ, & constitutiones Papę reseruantes beneficia subcollectorum, & aliorum officialium Sedis Apostolicæ, cum 45 ipsi sint omnino exempti, † etiam ratione suorum beneficiorum, vt dicam, Deo coadiuuante, in casu 18. huius glosæ, ad finem. numero 81. & 82.

Nec semper sequitur, quòd illius sit construere, cuius & destruere, † & e contra. Nam 46 Ordinarius non potest conferre beneficium reseruatum; tamen postquam fuit à Papa 47 collatum, potest ex iusta causa priuare † dicto beneficio prouisum à Sede Apostolica. Antonius de Butrio in cap. per tuas, de maioritate, & obedientia. numero 11. & Imola ibidem. numero 5. Felinus ante numerum quartum, & in eodem num. 4. Cappellana Tolosana decis. 293. vbi Stephanus Aufredius additionator.

Quapropter erit super hoc cogitãdum, & considerandum, an exemptio sit personalis, dumtaxat: vel etiam sit realis, ita vt beneficium ipsum sit exemptum, & exemptio de tempore collationis adhuc duret. Nam tunc Ordinarius conferre nequiret.

Vndecimus reseruationis casus est de beneficijs, de quibus Ordinarij, & alij collatores, contra Con- 48 cilii Tridentini † decreta disposuerint, & disponent in futurum, vt in regula prima Cancellariæ in fine disponitur, de qua reseruatione, etiam vide constitutionem Pij Quinti 32. incipientem, *in conferendis beneficijs Ecclesiasticis.* sub 15. Calendis Aprilis anni 1566. quæ constitutio loquitur de collatione Ecclesiarum Parrochialium, a qua constitutione, (vt credo) ista reseruatio dictæ regulæ primæ originem trahit, de qua constitutione, plura scripsi in glosa 6. sub verbis, *cum cura, & sine cura.* ex numero 114. cum multis sequentibus.

Duodecimus casus reseruationis est, de omnibus Ecclesijs 49 Patriarchalibus, † Primatialibus, Archiepiscopalibus, & Episcopalibus, vbicumque, & quomodocumque vacauerint, vt in regul. 2. Cancellariæ cauetur, vbi Mandos. plura dicit; In hac tamen reseruatione, non comprehenduntur illę Ecclesię, quæ sunt ad pręsentationem Regum, & aliorum Principum: nam ipsi præsentant, & Pontifex Maximus confert, aut instituit, vt passim seruari videmus.

Decimus tertius casus est de Monaste- 50 rijs virorum † valorem annuum ducentorum florenorum auri, communi extimatione excedentibus, vt in eadem regula 2. Cancellarię, in vers. *nec non omnia Monasteria* sancitur. Quę Monasteria intelliguntur de consistorialibus, dumtaxat, 51 idest de his Monasterijs, quæ consistorialiter per viam cedulæ prouideri solent, vt per Gomezium in regula de subrogandis collitigantibus, q. 15. num. 4. ad fin. Mandos. in d. reg. 2. quæst. 3. & in tracta. de signatura gratiæ in rubrica de prouisionibus, columna penultima, vers. *Monasteria valoris* 200. & in rubrica de resignationibus, vers. *resignationes Monasteriorum virorum.* & vide infra casum. 16. num. 59.

Decimus quartus casus est de benefi- cijs vacaturis Sede Patriar- 52 chali, † Primatiali, Archiepiscopali, Episcopali, aut Abbatiali, vel alterius collatoris, seu collatricis vacante, per obitum, aut dimissionem, seu amissionem, vel priuationem, vsque ad promotionem, vel prouisionem successorum, & pacificam illorum possessionem adeptam, Quando collatio, seu dispositio ad quemlibet illorum, vel illarum pertinet: Dũmodo non sit simultanea cum alio, vel alijs, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertineat, vt in vltima parte dictæ regulę secundæ Cancellariæ continetur, & in constitutione 161. Pij Quinti, quæ incipit, *Sanctissimus.* sub data nona Martij 53 anni 1567. de qua vide † Hieronymum Gabrielem consilio 197. numero secundo, &

per

per totum libro 1. & quæ dixi in glo. 24. post principium. vers. *& propterea Cardinalis non ligatur per regulam secundam.* num. 7. & in quæst. 6. ibidem num. 111. & in glossa 45. §. 3. q. 4. & in glossa 46. nu. 29. & glossa 49. vers. *verum tamen est.* num. 11. & in §. 6. procœmiali. num. 51. & in glossa 15. §. 2. ex nu. 80. cum seqq.

Et fuit decisum in vna Gerundien. beneficij 31. Maij 1600. coram R. p. d. Corduba, quòd (constitũ) breuis, quòd beneficium vacauit † sede Episcopali vacante est probandum, ita vt intret reseruatio. Nàm si collatio sede vacante ad alium spectaret, nõ esset locus executioni d. breuis. 54

Decimus quintus casus reseruationis est de dignitatibus maioribus post Pontificales in Ecclesijs Cathedralibus, † etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus valorem annuum, 10. florenorum excedentibus, nec non de dignitatibus principalibus in Collegiatis, vt habetur in regula 3. Cancellariæ. Vbi declaratur quòd ad hunc effectum reseruationis, dicatur etiam dignitas principalis in Collegiata, illa, quæ consistit in Cathedrali, quamuis non sit prima dignitas post pontificalem; tamen ex Indulgentia Sedis Apostolicæ, aut consuetudine, vel alio quolibet Iure habet principalẽ præheminentiam in Ecclesia Collegiata. De qua materia vide, vltra glossatorem antiquum, Mandosium in dicta regula 3. Caputaquen. decisione 219. num. 2. par. 1. diuersorum, & Rotam decisione 518. vbi ponũtur vndecim signa cognoscendi dignitatem maiorem post Pontificalem, ac ea, quæ dixi in glossa 9. §. 4. de monocularibus vers. *similiter videmus, quod regula* 3. & in gloss. 10. num. 28. Nec non Rotam decisione 4. sub num. 1. & per totam de electione in nouis, vbi habetur, quòd quamuis Præpositus Collegiatę sederet, & incederet supra Decanum: † tamen quia Decanus habebat alias præheminentias, & maioritates, fuit resolutum Decanum, & non Præpositum esse principalem dignitatem in Collegiata: Quia non est incompatibile, quòd Decanus sit principalis dignitas: & Præpositus eiusdem Ecclesię sedeat, & incedat supra illum in altiori, & digniori loco, manumque dexteram habeat ex consuetudine, vel alio iure speciali. 55 56

Per quam decisionem (à me solo inter alios plures, qui in causa scribebant) allegatã, obtinui in vna Calagurritana præheminentiarum Ciuitatis de Logroño, quòd quamuis secũdum laudum antiquum de anno 1538. Ecclesia Collegiata dela Rotunda, debeat habere semper manum dexteram in processionibus, & alijs publicis Cõgregationibus, & Ecclesię Parrochiales (pro quibus ego scribebam) manum sinistram, quòd nihilominus in recipienda pace, & incensu, & alijs casibus prę heminentiarum, de quibus agebatur, esset prorsus, & omninò † seruanda ęqualitas (non obstãte dicta manu dextera) inter Parrochiales, & Collegiatam, illarumque personas: per turnos, & alternas vices, vt fuit resolutum in dicta causa 2. Decembris anni 1602. coram R. p. d. meo Iusto, in qua decisione fuit ter ponderata dicta decisio 4. de electione, in nouis. Et iterum habito prius voto Sacrę Congregationis rituum in eadem causa, & coram eodem Iudice, sub die 6. Iulij huius anni 1603. Sicque fuit iudicatũ, & litterę executoriales relaxatę. Quibus etiam accedat, quod dixi in glossa 1. ex num. 38. vsque 41. & in gl. 45. §. 1. nu. 62. 57

Addo etiã, quòd ad effectum istius reseruationis non sufficit, quòd sit facta, pura & perfecta erectio alicuius dignitatis in primam post Põtificalem in Cathedrali, vel in principalem in Collegiata: quando effectus erectionis fuit suspensus vsque ad obitum alicuius: Et ante dictum obitum, vacatio dictę dignitatis erectę contingat, Nam tunc † minimè erit reseruata, vt fuit resolutum in vna Vallisoletana Decanatus 11. Decembris ann. 1600. coram R. p. d. meo Mellino, vbi in erectione Ecclesię Collegiatę Vallisoletanæ in Cathedralẽ similiter fuerat facta à Sede Apostolica erectio Decanatus illius Ecclesię purè, & perfectè in primam dignitatem post Põtificalem, cum primum vacaret Prioratus Ecclesię eiusdem, (nam prioratus antea prę cedebat Decanatum:) Et cũ ante obitum dicti Prioris contingeret vacatio Decanatus in mense ordinario, fuit dubitatum, an intraret reseruatio dictæ regulę 3. & me informante, ac obtinente, fuit resolutum, quòd non, quia de tempore vacationis adhuc pendebat suspensio erectionis. 58

Decimus sextus casus reseruationis est de Prioratibus, † Pręposituris, Prępositatibus, ac alijs dignitatibus, conuentualibus, & prę ceptorijs generalibus ordinũ quorumcumque, sed non militarium, vt disponitur in regula 3. Cancellarię vers. *reseruauit etiam.* & declarat glossator antiquus in dicta regula 3. ac Mandosius ibidem quęst. 8. 9. & 10. Vbi concludunt, quòd ista reseruatio non loquitur de Prioratibus, & Pręposituris, & dignitatib⁹ secularibus, sed de regularibus perpetuis, dumtaxat. Ac dictus glossator declarat, quòd attentis illis verbis, *sed non militarium*, quòd prę ceptorię ordinis † Sancti Iacobi de Spata, de Alcantara, de Calatraua, Sancti Ioannis Hierosolymitani excluduntur à reseruatione, ex quo sunt militares. Nam sunt institutę cõtra Sarracenos, maximè in Hispania, vt patet ex eorum priuilegijs, & stabilimentis, & vide, quę dixi in gloss. 59 60

gloss. 8. super verbo, *& quorumuis ordinum regularia*.

61 In quo autem differat ista reseruatio † ab illa contenta in casu 13. num. 50. De qua in regula 2. dic cum dicto Glossatore antiquo, quòd illa intelligitur de Monasterijs Abbatialibus, & Consistorialibus tantum: Ista verò loquitur de alijs Monasterijs, quæ reguntur per Priores, vel alias dignitates regulares, quæ Abbatiales consistoriales non sunt.

Decimus septimus casus reseruationis est, de beneficijs familiarium,

62 & continuorum Commensaliũ † Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, quæ obtinuerunt, vel obtinebunt (eorũ familiaritate durante:) quãuis prius illa adepti fuissent, etiã si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem, vel aliàs recesserint, vt patet in dicta regula 3. Cancellariæ in vers. *ac quæcumque beneficia*. Et ibi declarant Glossator antiquus, & Mandosius. Simonetta de reseruatione, quæst. 35. ex num. 18. cum multis sequentibus, & quæst. 36. per totam.

Tamen si ille Cardinalis, cuius fuit familiaris viuat, †

63 & in Curia præsens fuerit, requiritur consensus illius in collatione talis beneficij reseruati per obitum vacantis facienda: quãuis beneficium vacet apud Sedem, vt in regula 31. Cancellariæ de impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium disponitur. Consensus etenim illius dumtaxat requiritur; non verò est Cardinali reseruata collatio, sed Papa debet cõferre, & Cardinalis consentire. Cassador. decis. 9. num. fin. de præben. & etiam statuitur in Constitutione Gregor. 14. de qua statim lo quar.

64 Si verò collator ordinarius † talis beneficij per obitum huiusmodi familiaris vacantis, sit alius Cardinalis, tunc dictus cõsensus non requiritur, nisi vacatio in Curia contingat, vt in regula 32. Cãcellariæ sancitur. De cuius intellectu, vide Gomezium in dicta regula 31. quæst. 19. & Mandosium in reg. 32. quæst. 14. Germon. in tracta. de Indultis. §. etiam ex eo, à num. 37. cum sequentibus. Hodie tamen iam est aliter dispositũ per Constitutionem. Gregor. 14. de an. 1591. incip. *Sanctissimus*. per quam. in §. volentes, disponitur: Quòd beneficia familiarium Cardinaliũ semper sint Papæ reseruata, quamuis collator ordinarius sit Cardinalis; neque requiritur illius cõsensus: Sed dumtaxat illius Cardinalis, cuius fuerat familiaris, ille per quẽ beneficia vacare cõtingat, si viuat, & in Curia presens de tempore vacationis fuerit.

Quando autem cõcurrit familiaritas Papæ, vt in casu 4. cum familiaritate Cardina-

65 lis: Tunc cessat effectus † familiaritatis Cardinalis, quia minor familiaritas succumbit

66 maiori; & maius lumen † extinguit minus. Cassadorus decisione 9. num. 4. de præbendis. Rota decisione 71. lib. 3. par. 3. diuersorum, ac declarat Regula 31. de impetran. benef. per ob. fam. in versic. *Declarans præsentem*. Reliqua vide per Gomez. & Mandosium super dicta regula de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiar. Cardinalium. Simonettam de reseruationibus. quæst. 35. cum tribus sequentibus. Et in num. 21. d. quæstionis 35. scribit. An Vicarius Episcopi Cardinalis illi seruiens in d. officio pro expensis & salario, certum stipendium habẽs, dicatur familiaris, & continuus Commensalis, vt includatur in hac reseruatione, ac refert casum istum in Rota contigisse. factamque fuisse distinctionem; sic. Aut ille, qui fuit creatus Vicarius erat iam ex familiaribus, & continuis Commensalibus Cardinalis, & includitur: Vel erat electus, aliàs Vicarius, cũ illa mercede: & tunc nõ iudicaretur illius continuus Commẽsalis, cum nunquam cum illius familia comederit, & quia potius censetur deseruire dignitati, quam personæ.

Adde etiam, quod eodem modo sicut requiritur consensus Cardinalis in collatione per Papam facienda de beneficio vacante per obitum familiaris ipsius Cardinalis. Sic pariter, imò maiori cum ratione, interuenire debet d. consensus, in prouisione facienda per Legatum, vel alium inferiorem habentẽ facultatem conferendi tale beneficium reseruatum: Nam d. potestas fuit in eũ translata, & deuoluta (mediante tali concessione) cũ omnibus oneribus, & qualitatibus inhærẽtibus, nec debet esse ille melioris cõditionis, quam ipse Papa concedens. Lambert. de iurepatron. lib. 2. parte 3. quæst. 7. artic. 13. nu. 1. & 2. Rebuffus in praxi titulo de deuolutionibus à num. 40. & in tractatu de nominationibus. quæst. 8. num. 21. Acchilles decis. 13. de iure patronatus: Et iste casus nouissime cõtingit in collatione cuiusdam beneficij vacantis per obitũ certi familiaris Illustrissimi D. Cardinalis Iustiniani.

Decimus octauus casus reseruationis est, de beneficijs quorũcunq; Collectorum, & vnicorum (in quacunque Ciuitate, vel diœcesi, qui suo tempore officia

67 exercuerunt) subcollectorum, † fructuum, & prouentuum Camerę Apostolicę debitorum, de illis videlicet beneficijs dumtaxat, quę durante eorum officio obtinebant, & in quibus, seu ad quæ tunc ius competebat, vt probatur per regulam 4. Cancellariæ, & in extrauaganti ad Roman. de prębend. inter comm.

Circa cuius regulę declarationem, dum dicit, *qui suo tempore officia exercuerunt*. est aduertendum, quòd sunt infinitę decisiones, &

docto-

doctorum doctrinæ variæ, & repugnantes super hoc, an requiratur exercitium officij
68 † subcollectoris, vt intret dicta reseruatio.

Nam in primis, quòd sola deputatio subcollectoris sufficeret absque aliquo exercitio
69 † sunt decisiones. Rotæ 12. de præbendis in nouis, & 14. eodem titulo in antiquis, vbi etiam loquuntur, quamuis nondum officium subcollectorię acceptauerint. Cassadorus de cisione 1. num. 3. de verbor. significatione. Simonet. de reseruatione quæst. 33. nu. 8. & 9. Milius in repertorio verbo, *beneficia collectorum*. Felin. in cap. in nostra 21. corollario, de rescriptis. Æneas de Falconibus in tractatu de reseruationibus. quæstione tertia. principali. num. 16. vers. *subdit dictus Gaspar*. cum alijs pluribus citatis per Mandosium in dicta regula 4. quæst. 4. quos ipse sequitur. Et ad dicta verba, *officia exercuerint*, respondet, quòd intelligantur quoad honores, & exemptiones, vt subcollector gaudeat priuilegijs, non quoad effectum reseruationis. Verallus aliàs, Caputaquen. decisione 140. & 141. par. 1. & decisione 76. par. 3. Flaminius Parisius de resignatione beneficior. lib. 2. q. 16. n. 26.

70 Quòd autem requiratur exercitium, † vt intret reseruatio, nec sufficiat sola deputatio, & acceptatio, firmauit Rota teste Puteo decisione 305. incipit, *licet Rota*. lib. 1. ex eo, quòd aliter repugnarent verba nostræ regulæ exercitium requirentis. Et ad decisiones contrarias fuit responsum, quòd in illis non attendebatur, quòd regula Cancellariæ haberet dicta verba, nec apparebat regulas Cancellariæ de illis temporibus habuisse dicta verba. Crescentius decisione 17. de præbẽdis. Rota decisione 1846. incipit, *Ioannes Paulus*. libro 3. parte 3. diuersorum, & fuit resolutum in vna Castellana beneficij corã Orano de an. 1594. & alias pluries. Mascardus de probation. concl. 317. nu. 27.

Vnde est tenenda ista vltima opinio, videlicet, quòd requiratur exercitiũ subcollectoris, vt intret reseruatio. Quæ tamen est temperanda, & intelligenda, vt sufficiat, quòd talis collector sit deputatus, & acceptauerit, & pro tali subcollectore sit com-
71 muniter reputatus, † ac fuerit dictum officium exercere paratus, quàmuis actualiter non exercuerit, quia non venit occasio: vel aliàs fuerit legitimo impedimento detẽtus, vt per Chisanen. decisione 24. & fuit resolutum in vna Vrgelen. Canonicatus 7. Maij anni 1593. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & aliàs pluries. Quando namque non se offert occasio colligendi spolium, veluti
72 in Hispania, vbi ex sola persona Episcopi † defuncti causatur spolium, nec stat per subcollectorem, est perinde, ac si actualiter officium exercuisset. l. in iure ciuili 21. ff. de condition. & demonstr. cum similibus. c. cum nõ stat 66. de regulis iuris. in 6. Rota decisione 1. de concessione præbendæ, in nouis, & decisione 8. eodem titulo, in antiquis, & decis. 6. de consuetudine, in antiquioribus Besigneti, & decisione 92. numero 1. & sequen. ac per totam parte 1. diuersorum. Puteus decisione 22. lib. 1. Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 57. de caus. possess. Molin. de Hispanorũ primogenijs. lib. 2. c. 13. ex num. 14.

ET DVM dicta regula 4. dicit, quòd subcollector debet esse vnicus in quacunq; Ciuitate, vel diœcesi, intellige, quòd in tota diœ-
73 cesi, & Ciuitate † debet esse vnicus, & non vnus in Ciuitate, & alius in diœcesi: sed quòd iste subcollector vnicus potest residere, vel in Ciuitate, vel extra illam in Diœcesi, Nàm aliter; si vnus esset in Ciuitate, & alius in diœcesi sequeretur, quòd non esset vnicus in
74 diœcesi, sed plures, nam Ciuitas dicitur † de diœcesi, & regulariter venit appellatione diœcesis, quando profertur à lege. cap. 1. de rerum permutatione. lib. 6. & ibi glo. verbo, *diœcesis*. Franchus sub nu. 4. vers. *in glo. secunda*. in fin. Geminianus. num. 13. Probus. numero 2. & dixi latius in gloss. 43. quæstione 8. à numero 193.

Et quia diœcesis, & Ciuitas ponuntur pro
75 eodem, † vti sinonoma. cap. quoniam de officio ordinarij.

Item quia pluralitas est resoluẽda in suas singularitates, & scripsi in glo. 20. ex nu. 8.

Quinimò quamuis vna diœcesis sit valde lata, & habeat plures Cathedrales, ac plures Ciuitates, vt in diœcesi Calagurritana, & alijs pluribus Hispaniæ, non potest esse in tota diœcesi cum suis Ciuitatibus, nisi vnicus dũtaxat subcollector, vt me informante, & obti-
76 nente † fuit resolutum in vna Calagurritana beneficiorum, die Lunæ 2. Decembris anni proximi 1602. coram R.P.D. meo Lãcellotto, quæ decisio fuit nouissimè confirmata, me etiam obtinente in alia Burgen beneficij 23. Maij huius an. 1603. corã R.P.D. meo Litta. vbi fuit dictum, quòd illa dictio, *vel* sit intelligenda restrictiuè, & declaratiuè, prout passim accipitur. Socinus. cons. 1. num. 8. lib. 4.

Nec nõ fuit ponderatũ, hoc maximè procedere in Hispania, vbi in vna diœcesi duo
77 subcollectores † essent superflui, cum in illis partibus spolia fiant solum de Episcopo, ita vt pro vna persona nõ sint necessarij duo subcollectores, vt superius dixi. nu. 72.

Vidi etiã facultates datas vni Collectori generali Hispaniæ expressè dicentes, quòd in quacunque Ciuitate, vel diœcesi, etiam si sit ampla, & diffusa, vltra vnum subcollectorem non deputetur.

Quo fit vt minus bene nonnulli Collecto-
78 res † generales Hispaniæ de facto cõstituant duos

duos subcollectores in vna diœcesi eo prætextu, quòd sit lata, & plures habeat Ciuitates.

Et cum subcollector sit subdelegatus Apostolicus, & iurisdictionem habeat, debet esse
79 persona qualificata, † iuxta formam text. in cap. statutum, in principio, & in §. in nullo, in fine, de rescriptis. libro 6. aliàs deputatio erit nulla, & reseruatio cessabit, vt in §. fin. d. c. statutum, & in terminis docet Bartholom. Bellencin. quondam Rotæ Auditor in tractatu de charitatiuo subsidio. quæstione 108. nu. 1. & per totam. Qui ex quæstione 104. vsque ad quæst. 123. finalem, plenè tractat de ista collectorum, & subcollectorum materia, quē
80 omninò † vide, & Mandosium in dicta regula 4. Et Mascardum de probationibus conclusione 317. per totam, Rotam decisione 9. & 10. de officio delegati, in nouis, & decisiones 10. & 12. de præbendis, in nouis, & 11. 14. 29. & 31. eodem titulo, in antiquis, & decisionem 20. eodem titulo in antiquiorib. Simonettam de reseruatione. quæst. 32. 33. & 34. Caputaquen. decisione 138. cū tribus sequētibus. par. 1. Crescentium decis. 1. de off. delegati, & alia loca superius citata.

Nec omitto, quòd subcollectores Apostolici, tanquàm prorsus exempti non comprehenduntur sub decreto 4. Concilij Tridentini sessione 6. loquēte de visitatione personarum
81 Capitularium, † vt declararūt Illustrissimi DD. Cardinales eiusdem Concilij Interpretes dicentes sic.

Subcollectores, & alij officiales Sedis Apostolicæ minimè comprehenduntur, neque quoad ostensionem titulorum sub hoc decreto.

82 Sicut etiam non comprehenduntur † in c. 6. sessionis 25. de reformatione disponēte formam procedendi ab Episcopo, contra Capitulares, vt pariter fuit sic responsum.

An si collectores Cameræ Apostolicæ, ad nudum ministerium exigendi certis casibus in partibus deputati, si sunt Canonici, vel aliàs beneficiati, ab Episcopo visitari, & corrigi possint? Congregatio censuit Episcopum non posse, & sic responsum fuit Episcopo Segobien.

Idem quoque fuit declaratum in terminis cap. primi, sessione 7. de reformatione, & vide supra. num. 45.

Decimus nonus casus reseruationis est de omnibus beneficijs Curialium, quos dū Curia Romana de loco ad lo-
83 cum transfertur, † eam sequendo decedere contigerit, in quouis loco, quantumcunque etiam à dicta Curia remoto, vt in regula 5. Cancellariæ. Quæ reseruatio est ampliatio primi casus reseruationis. cap. 2. de præbendis libro 6. & cap. præsenti 34. eodem titulo, & libro: & extrauagantis ad regimen. §. nec non quorumlibet, & §. ac etiam, de præbend. inter communes.

Nam in dicto cap. 2. fuit facta reseruatio de omnibus beneficijs vacantibus in Curia,
84 seu apud sedem: Postea † venit d. c. præsenti in quo Bonifacius 8. per viam declarationis extēdit reseruationem d. c. 2. ad loca vicina, videlicet per duas dietas legales à Curia Romana distantia: Deinde emanauit dicta extrauagans ad regimen, & extendit dictam reseruationem ad Curiales peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis causa secedentes, qui antequam ad dictam Curiam redierint, in locis ab eadem Curia vltra duas die-
85 tas non remotis (dummodo † eorum domicilium non existat ibidem) decesserint.

86 Tandem regula 5. Cancellariæ ampliat † vbicumq; sit Curia, & quātumcunque Curia lis ab ea distet, dummodò eam sequatur: ita declarat Alphonsus Soto Glossator antiquus in dicta regula 5. Vbi propterea dicit consuluisse, quòd si Curialis nō sequēdo Curiam, sed rediens ad partes in via mortuus fuerit vltra duas dietas à Curia, quòd tunc locum
87 non habeat † ista reseruatio. Secus tamē erit,
88 si Curiam sequatur, † quia vbicunque decedat, intrauit reseruatio, vt regula nostra declarat. Et habemus exemplum in Curialibus, qui decesserunt vltra duas dietas sequendo D.N. PP. accedētem ad Ciuitatē Ferrarien. de mense Aprilis anni 1598. vbi permansit vsque ad finem illius anni. Nàm dictorum Curialium beneficia fuere prouisa, tanquàm reseruata ratione vacationis in Curia.

Rursus si Curia nō mutatur, sed Curialis recedit causa mutationis aeris, vel causa solatij, & obierit, beneficia illius non erunt re-
89 seruata, † si decesserit extra duas dietas. Secus si intra illas. Glossator vbi supra. Franchus in cap. præsenti, num. 2. in fine notab. 3. de præbend. Mandosius in eadem regula 5. quæst. 2. sub num. 4. ante finem. Vide etiam quæ dixi in §. 3. procemiali prope fin. versic. *secundo infertur ad regulam 5. Cancellariæ.* vbi dixi, quòd dispositio. cap. si Apostolica, de præbend. libro 6. locum habeat in reseruatione d. reg. 5.

Vigesimus reseruationis casus est, de beneficijs Cubiculariorū,
90 & Cursorum † Sedis Apostolicæ, vt in reg. 6. Cancellarię.

Sed videtur, quòd ista reseruatio sit superflua, † quatenus loquitur de Cubicularijs.
91 Nā aut loquitur de Cubicularijs secretis, & veris familiaribus, & continuis Commensalibus Papę, & necessaria non est, cum tales Cubicularij sint inclusi sub reseruatione de beneficijs familiarium Papæ, vt supra in casu 4.

Aut est intelligenda de cubicularijs officialibus Cancellariæ, & nec hoc casu est ne-

cessa-

cessaria, cum etiam ipsi dicantur, saltim per fictionem veri familiares, & continui Commensales Papæ ad effectum, vt eorum beneficia sint reseruata, vt in cõstitutione 14. Leonis 10. & dixi etiam in d. casu 4. Præsertim, quia dicta regula 6. erat iam edita à Sixto 4. ante erectionem istorum Cubiculariorum, quæ fuit facta à Leone x. de an. 1515.

Vnde ad excusandam superfluitatẽ, Glossator antiquus in dicta reg. 6. & etiam Mandosius ibidem quæst. 1. num. 5. & 6. scribunt, quòd reseruatio huius regulæ, vt aliquid de nouo operetur sit etiam intelligenda de Cubicularijs, seu Camerarijs honoris, vel extra
91 muros, qui † portant vestem similem alijs Cubicularijs secretis, vulgo, *Camerieri secreti.* nuncupatis: partem tamen panis, & vini, & reliquarum rerum non recipiunt.

93 Cæterum licet opinio dicti Glossatoris † antiqui posset admitti de illo tempore, quo ipse scripsit, videlicet de tempore Innocen. 8. prope ann. 1484. quando nondum fuerat erectum Collegium Cubiculariorum Officialiũ Cancellarię, quia vt dixi fuit erectum à Leone x. de anno 1515. vt in dicta sua Constitutione 14. In qua Cõstitutione in §. & ne Apostolicorum, expressè prohibitum est, (ne nomen, & dignitas dictorum Cubiculariorũ sui numerositate vilescat,) quòd, vltra numerum Cubiculariorum præscriptum in erectione illius Collegij, & antiquos Cubicularios, & Camerarios continuos commensales, pro tempore existentium Romanorum Pontificum, aliquis alius nomen, aut titulum Cubiculariorum vsurpet.

Tamen opinio Mandosij, qui longè post erectionem dicti Collegij scripsit sustineri nõ
94 debet, † & ideò in terminis dictæ regulæ 6. quod nõ procedat in dictis Cubicularijs extra muros, & honoris, habemus decisionem Mohedani 90. aliàs secundã de probationibus, licet non sit admodum clarè relata, nec non decisionẽ Putei 33. sub titulo de prębendis in manuscript. & etiã loquitur Antonius Augustinus in epitome, super dicta reg. 6.

95 Ex quibus fuit resolutum † 19. Martij anni 1601. coram R.P.D. meo Lãcellotto in vna Seguntina Archidiaconatus, & Canonicatus, non esse reseruatos Archidiaconatum, & Canonicatum vacantes in Ecclesia Seguntina de mense Augusti (Episcopo alternatiua gaudente) per obitum quondam Don Petri Silua extra Curiam defuncti, quàmuis constabat fuisse dictum Petrum Cubicularium honoris Sixti Quinti, & partem panis recepisse. In qua decisione fuit etiam dictum, non intrare in dicto casu, reseruationem dictæ reg. 3. Cancellariæ, nec Constitutiones 78. & 79. Pauli 3. nec constitutionem 44. Iulij. 3. de quibus supra in dicto casu quarto, Neque etiam intrare illud, quod ibi diximus de fictione facta à Papa, quia non apparebat de aliqua declaratione Papæ, vel priuilegio, quod tales Cubicularij extra muros, seu honoris, per fictionem sint veri familiares, & continui Commensales.

Et ad id quòd dixi de superfluitate huius regulæ fuit responsum, quòd non erat inconueniens, quòd ratione maioris dignitatis, quam habent alij Cubicularij secreti, vt per Staphileum in titulo de prærogatiuis expectantium. §. videndum. num. 42. sit etiam facta particularis reseruatio suorum beneficiorum.

Vltra quod cum dicta regula 6. declaret
96 explicitè, † ac distinctè, quòd implicitè erat dispositum, & expressum: nõ potest dici superflua. Geminianus in c. 1. num. 22. de summa Trinitate. Ruinus cons. 89. num. 17. vers. *non obstat.* volum. 2. cum alijs pluribus per me adductis in gl. 6. *cum cura.* in vers. *& quamuis præfata verba* post princip. ex nu. 32.

Reliqua concernentia materiam dictæ regulę 6. & prędictis de Cursoribus, de quibus ipsa regula loquitur, vide per Mandos. ibid.

Vigesimus primus casus reseruationis est, de omnibus Canonicatibus, & prębendis, ac dignitatibus per-
97 sonatibus, & officijs † in Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum, ac Beatæ Marię Maioris de Vrbe Romana, Ecclesijs consistentibus, vt babetur in regula 7. Cancellarię in principio. De qua reseruatione, vide quę dixi in glossa 13. sub verbis, *extra Romanam Curiam* post princ. à nu. 21. & supra in casu 2.

Vigesimus secũdus casus reseruationis est, de omnibus beneficijs vacantibus, in Ecclesijs sex diœcesum, & Episcopatuum Hostien. Portuen. Prędestin. Tusculan. Sabinen. & Albanen. ab antiquioribus Cardinalibus, ratione suorum Cardinalatum obtentorum, Necnon in alijs Ecclesijs Titularibus de Vrbe, quorumlibet Cardinalium, quamdiu dicti Cardinales tam Episcopi, quàm titulares absentes à Romana Cu
98 ria † fuerint, & non aliter, vt cauetur in regula 7. Cancellariæ par. 2. & dixi in gloss. 24. quęst. 7. & declarant Alphonsus Soto Glossator antiquus dictę regulæ 7. & Mandosius super eadem regula. quęst. 2. & 3.

Vigesimus tertius casus reseruationis est de beneficijs Regni Ger
99 manię † vacantibus, & vacaturis in mensibus Ianu. Martij, Maii, Iulij, Septẽb. & Nouembris, iuxta constitutionem Nicolai V. primã, De qua constitutione, vti concordatis plura dixi in gl. 25. sub verbis *aliorum sub concordatis, &c.* cũ gl. seq. & quę tetigi supra in hac gl. nu. 17. Gregor. Branden. ad concord. German.

Vige-

Vigesimus quartus casus reseruationis est de beneficijs recep-
100 tis in confidẽtiam, † Nam vacant ipso iure, & sunt Sedi Apostolicæ reseruata per constitutionem 109. Pij Quarti, incipientem, *Romanum Pontificem*, sub data 17. Kalẽdis Nouembris anni 1564. & per Constitutionem 87. Pij Quinti, incipientem, *intolerabilis*. sub data Kalendis Iunij anni 1569. quas Constitutiones plenè scholiauit Flaminius Parisius in suo tractatude cõfidentijs nuncupato, & præsertim de hac reseruatione agit, in q. 7. nu. 79. & quæstione 58. num. 41. & num. 66. Greg. Brãden. ad concordata Germaniæ, quæst. 10. nu. 10. Vbi dicit, quòd ista reseruatio non subiacet dictis concordatis.

Vigesimus quintus casus reseruationis est de beneficijs vacan
101 tibus propter crimen hæresis, † vt cauetur in constitutione 29. Pij Quinti incipiẽti, *cum ex Apostolatus*. sub data 6. Kalend. Februarij anni 1566. in qua constitutione nõ solum reseruantur dispositioni Apostolicæ beneficia omnia vacantia propter crimen hæresis; sed etiam additur, quòd per quascũque clau-
102 sulas generales † non comprehendatur vacatio ex causa hæresis, nisi speciali ter exprimatur, De qua reseruatione vide Simonettã, siuè eius additionatorem in suo tracta. de reseruatione, quæst. 99. uu. 1. & sequentibus, in nouis, & loquitur Rota decis. 578. par. 1. diuers. Gregor. Branden. vbi supra quæst. 10. per totam, dicẽs, quòd hæc reseruatio excludit concordata Germaniæ.

Vigesimus sextus casus reseruationis est in beneficijs collatis
103 personis prohibitis, † ratione alicuius particularis statuti à Sede Apostolica confirmati: Vel concessionis, aut priuilegij: Veluti descendentibus ex sanguine infecto, vel ex genere, aut stirpe, de crimine hæresis condemnato. Nàm collationes tales sunt nullę, & remanẽt Sedi Apostolicæ reseruatę, vt in constitutione 66. Greg. 13. incipienti, *in Ecclesijs*. sub data apud Sanctum Petrum Idibus Nouembris anni 1580. de qua dixi, plures doctrinas remissiuè citando, in glossa 4. super verbis, *personis benemeritis*. ex nu. 161. & 162. vers. *addo etiam quòd ille non erat benemeritus*.

Vigesimus septimus casus reseruatio
nis est de beneficijs vacãtibus in Abbatia, seu Monasterio Sãctę Crucis Ordinis Camaldulẽ. diœcesis Eugubinæ, per constitutionem Gregor. 13. 107. incipit, *vt Apostolica*, sub nonis Septẽbris anni 1578.
104 Nam illa Abbatia fuit vnita † Collegio Germanico Vrbis, vt sustentarentur tot nobiles Germani, qui incumbunt litteris in hac alma Vrbe ad fidei augmentum, & extirpandas hæreses.

Vigesimus octauus casus est de beneficijs vacantibus, per delictum offendentis litigantes in Romana Cu-
105 ria, † eorumque Iudices, Aduocatos, & Procuratores, testes, vel notarios, Nã ratione tales delicti vacãt beneficia offendẽtis, seu iniuriantis ipso iure, & sunt dispositioni Apostolicæ reseruata, vt disponit cõstitutio Alexandrina, quæ est vndecima inter Constitutiones Alexãdri sexti, & incipit, *in eminentia*. de qua constitutione tractant Puteus decis. 102. & 103. & 104. lib. 1. Mandosius cons. 60. & consil. 61. & Rot. decis. 166. par. 2. diuers.

Vigesimus nonus casus est, de beneficiis vacantibus ob nõ fa-
106 ctam publicationem resignationis, † quia talia beneficia sunt reseruata Sedi Apostolicę, vt in Constitutione 87. Grego. 13. incipit, *humano vix iudicio*. sub data nonis Ianuarii anni 1583. in §. quod si quicquam, de qua Constitutione in hac parte tractat Flaminius Parisius in tractatu de resignatione beneficiorũ. lib. 11. quæst. 8. num. 1. & per totam. Gregor. Branden. ad concordata Germaniæ, quæstione 10. num. 9. Vbi tenet, quòd huic reseruationi non obstant concordata, de quo nihil firmo. & vide gl. 15. à nu 85.

Trigesimus casus reseruationis est de beneficiis illorum, qui se-
107 ipsos pro aliis examini supponunt, † vel annuas pensiones offerunt pro cõsequendis beneficiis, aut beneficia impetrant pro alijs, vt ab eis aliquid consequantur, vel quando pro se ipsis impetrant beneficia, cum intentione illa resignandi, vt dixi in gloss. 15. in 36. casu vacationis. n. 89. Nã beneficia illorũ vacant ipso iure, & soli Sedi Apostolicę est illorum dispositio reseruata, vt in constitutione 33. Pauli 4. quæ incipit, *inter cæteras*. in vers. *possintque beneficia, &c.* sub data 27. Nouembris 1557.

Trigesimus primus casus reseruationis est de beneficijs collatis à Cardinalibus, vigore suorũ Indultorũ, quãdo illi, quibus factæ fuerũt collationes, si citra mõtes intra quatuor mẽses, & si vltra intra octo mẽses nouas prouisiones non obtinuerint, ac litteras Apostolicas expedierint;
108 Nã lapso dictotẽpore eo ipso vacãt † de nouo talia beneficia. Nã prima vacatio iã fuit extincta, & à sola Sede Apostolica possunt prouideri, vt continetur in tenore Indultorũ ad finem, & fuit nuper resolutum in vna Hispalen. beneficii de Xerez 12. Maij huius anni 1603. coram R. P. D. meo Litta. & vide, quę dixi in gl. 15. casu 46. à nu. 109. vsque 126.

Trigesimus secũdus casus est in bene-
109 ficijs deuolutis † ad Papã, vt expresse tradit Flaminius Parisius de resignatione lib. 2. quęst. 16. nume. 21. vbi hanc reser-

reseruationē enumerat inter beneficia generaliter reseruata, & allegat Æneā de Falcon. de reseru. p. 1. q. 4. principali effectu 5. cōcl. 4.

110 Sed profectò in contrarium est veritas, † quia beneficia deuoluta non dicuntur reseruata. Lapus allegatione 84. sub nume. 5. vers. *de beneficijs*. Æneas de Falconib. qui potius dicit contrarium, par. 1. quæst. 2. principali. n. 12. in fine, & in quæst. 4. principali, ideſt in loco à Parisio citato (licet minus fideliter) effectu 6. concluſ. 4. num. 6. Rota decisione 3. iuncta additione. nu. 4. de officio delegati in nouis, & decisione 774. num. 2. lib. 3. parte 3. diuers. & dixi in gl. 11. q. 5. vers. *quarto quia aliàs sequeretur*. nu. 60. & in gloſſa 15. n. 2. q. 6. n. 21.

111 Trigesimus tertius casus erit in beneficiis litigiosis, † Nam quāuis beneficium litigiosum non dicatur propriè reseruatum; Tamen ad effectum, vt Ordinarius non possit prouidere, idem importat litigium, quòd reseruatio c. 2. vt lite pendente, in 6. latè tradit Philippus Probus in c. præsenti. nu. 15. de offi. lega. in 6. Et declaraui in §. 7. procœmiali. q. 3. ex num. 116. vsq; 120. & in glo. 6. vers. *octauo cessat prædictus concursus*. à num. 142. & in gloſ. 24. à nume. 27. & gl. 31. n. 40. Ac desuper cōstituit regulam, cū sex ampliationibus, & 16. limitat. ac alijs declarationibus. Lancell. de attenta. par. 1. cap. 3. ex nu. 99. vsq; 168. Cui adde duo notanda.

Primum, quòd dū Lācell. vbi supra amplia tione 3. ex n 103. dubitat de opinione Archidiaconi i d. c. 2. vt lite pēd. in 6. dicētis, quòd dispositio d. text. habeat etiā locum in vaca-

112 tione per mortem ciuilem, † veluti per resignationem, vel assecutionem: Nihilominus opinio Archidiaconi est constāter tenenda, excluſa opinione contraria, vt fuit decisū in vna Vallisoletana Scholasticæ 17. Iunij 1602. coram D. meo Lancellotto.

Secundum notandum est, quòd quatenus Lācellottus, vbi supra limitatione 8. nu. 135. & in 2. parte c. 4. in præfatione. n. 672. & 688. 117 tenet, quòd prohibitio. d. c. 2. cessat, quando

113 superstes † collitigās fuerit prouisus ab Ordinario, eò quòd tunc cesset ratio d. c. 2. videlicet ne collitigātes multiplicētur, post Frāchum. ibid. n. 6. in fi. quod etiam tenuit Rocchus de Curte de iurepatronatus verbo, *honorificum*. q. 23. n. 53. in fi. Paris. conſ. 30. nu. 4. lib. 4. quem allegat, & sequitur Ant. Gabr. tit. de iudicijs. concl. 4. n. 42. Præfata opinio non est secura nec tenenda, sed potius contraria,

114 † tū quia dispositio d. c. 2. est generalis, & indistincta, & generaliter intelligenda. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstand. Tū quia aliter regula Cancellarię de subrogādis collitigan. per Papā, esset frustratoria, Tum etiam quia Franchus vbi supra non firmat pedes, sed cogintandum relinquit, & Rocchus vbi supra, dum loquitur de præsentato lite pendente, est contra communem opinionē, vt per Crescen. decis. 8. nu. 2. de iurepatr. Ita fuit nouissime resolutum in vna Hispalen. beneficij de Xerez 10. Februarij 1604. coram R. P. D. meo Litta. Vbi propterea fuit cōclusum esse nullam collationē à Card. Hispalen. de quodam beneficio litigioso, cuidam superstiti collitigāti factam. Et in eadem decis. dicitur, quòd idē tenuit Rota antiqua, vt in decis. 10. nu. 2. & 3. vt lite pend. in nouis, & Rota moderna in vna Posnanien. Parrochialis 4. Ianuarij 1571. Coram Illustriss. D. meo Seraph. Et ad Gomez. in reg. de subrogan. q. 2 n. 2. dicentē, quòd quicunque inferior à Papa concedens subrogationem collitiganti compræhēditur sub d. regula: fuit respōsum procedere in Inferiore habente facultatē subrogādi ab ipso Papa mediante aliquo Indulto, seu iurę speciali. & non aliter.

115 Trigesimus quartus casus de beneficijs affectis, † de quibus in gloſſa sequen. (Deo dante) dicemus.

Trigesimus quintus casus est de Canonicatibus, & Prębēdis Ec-

116 clesiæ Metropolitanæ Cæsarauguſtanæ, † nouissime de isto mense Septemb. 1603. de regulari in secularem erectę, In qua erectione in perpetuum reseruatur Sedi Apostolicæ, libera collatio omnium dictarum prębendarum vacaturarum in mensib. Ianuarii, Aprilis, Iulii, & Octobris. Nec non institutio ad pręsentationē Regis Cathol. de dictis prębēdis vacantibus in alijs quatuor mensib. Febr. Maij, Aug. & Nouemb. Archiepisc. autem soli, conceditur libera dispositio de beneficijs, & prębendis vacantibus in mensib. Iunij, & Decēb. absque aliquo interuentu Capituli. Et Sede vacante istę collationes reseruantur Sedi Apostolicę, vt supra in casu 14. Et denique Capitulo conceditur libera collatio de vacationibus contingentibus in reliquis duobus mēsib. Martij, & Septemb. dūmodò Archiepisc. habeat vnum † votū in istis collationibus per Capitulū fiēdis, tanquam vnus de Capitulo. Canonicatus autē Doctoralis, & Magistralis, ac lectionis Sacrę scripturę, necnon Pęnitentiarius, sunt semper per cōcursum prouidendi per Capitulū, dūmodo si vacāt in octo mensibus Apost. teneantur nouas prouisiones à Sede Apostō. obtinere, vt latius, in tenore d. erectionis, & memini in gl. 9. §. 2. n. 80.

Noua erectio Ecclesiæ Cæsarauguſtan.

Summaria Gloſſæ 52.

1 *Affecta beneficia, non includuntur in cōcessione alternatiuæ.*

2 *Affectum esse beneficium aliud est, & aliud esse reseruatum.*

3 Dictio, vel. ponitur inter diuersa. (& n. 5.
4 Affectionis, & reseruationis differẽtia quæ sit,
6 Manus appositio Papæ, quãdo adest, non est necessaria inhibitio, nec decretum.
7 Affectio ex manus appositione Papæ, in quibus Iuribus fundetur, & nu. 8.
9 Manus appositio Papæ, maioris est efficaciæ, quam reseruatio, ac dicitur reseruatio clausa in corpore Iuris, & inficit, etiam possessionem. num. 10.
11 Affectio resultat ex commenda, vel vnione ad vitam. num. 12. & ex mandato de prouidendo. num. 13.
14 Affectio inducitur ex decreto appositio per Papam de dimittendo.
15 Affectio resultat ex præuẽtione collationis nullæ, & ex renunciatione facta in manibus Papæ, & num. 16.
17 Electi per obitum non vacat beneficium, sed si electus renuntiat electioni in manibus Papæ erit affectum beneficium, & nu. 18.
19 Affectum erit beneficium, si Papa mandat electoribus (ne procedant ad electionem) vel ex manus appositione super electione. nũ. 20.
21 Affectum erit beneficium, quod de mãdato Papæ fuit ablatum alicui.
22 Collationem beneficij, qui habet à Papa, si indigeat aliqua dispensatione, Episcopus non potest cum illo dispensare.
23 Collationem vnius beneficij, qui habet à Papa, si postea obtinet ab Ordinario, cadit tanquam ingratus à iure sibi quæsito.
24 Manus appositio Papæ in vno ordine impedit, ne ordinatus possit reliquos ordines recipere ab alio inferiore.
25 Ordinatus à Papa non propterea est exemptus; tamen non potest ab aliquo degradari.
26 Collatum beneficium, qui habet à Papa, potest ab inferiore ratione delicti priuari.
27 Manus appositio Papæ in cognoscendo de aliqua causa, auocat illã ab omnibus inferioribus.
28 Manus appositio Principis secularis, vel Episcopi, aut Domini tẽporalis causat auocationẽ.
29 Ordinarius, nec alius delegatus non potest se intromittere in causa beneficiali, quãdo Papa alicui commisit executionem litterarum.
30 Manus appositio Papa aufert potestatem datam executoribus.
31 Manus appositio Papæ in signanda aliqua commissione impedit signaturam Iustitiæ, ne super illa rescribere valeat, nisi in dependentibus. nu. 32.
33 Papæ manus appositio facit, quòd causa semel effecta Curialis, semper remaneat Curialis.
34 Affectio causata ex manus appositione Papæ est exprimenda in gratia beneficij.
35 Priuilegij interpretatio principaliter, & nõ incidenter facienda, pertinet ad Papam.
36 Concil. Trid. sess. 24. c. 20. de reform. non procedit in beneficijs reseruatis, & nu. 37.
38 Manus appositio quoad vnum effectum, non operatur quoad alium.
39 Manus appositio in committendo, vel diffiniendo non operatur, quoad prouisionem.
40 Manus appositio in reseruatione pensionis, non afficit, quoad collationem, licet aliqui contra dixerint. num. 41.
42 Manus appositio Papæ in erigendo non extenditur ad prouisionem.
43 Manus appositio in collatione non ligat manus Ordinarij, ne possit cognoscere de subreptione gratiæ, vel rescisione permutationis. nu. 44. vbi quid de beneficio manuali commendato.
45 Manus appositio cum falsa narratiua reseruationis, non afficit beneficium.
46 Papa non intẽdit in dubio lædere Ordinarium, nec præuenire, & nu. 48.
47 Manus appositio non operatur vltra intentionem Papæ.
49 Manus appositio quoad prouisionem èx vna vacatione, non afficit, quoad prouisionem ex diuersa vacatione, & nu. 50. & 51.
52 Impetrantes calumnioſi non possunt auferre collationes Ordinariorum.
53 Manus appositio ex falsa causa non nocet Ordinarijs collatoribus.
54 Manus appositio Papæ non afficit, quoad beneficia iurispatronatus laicalis, vel mixti.
55 Manus appositio Papæ non lædit concordata. Nec indulta Cardinalium.
56 Manus appositio Papæ non afficit, quando Ordinarius prius præuenit, licet præuentio esset resoluta, & nu. 57.
58 Modus, & finis attenditur in agendis.
59 Affectus expirat, quando collatio Papæ fuit sortita effectum.
60 Manus appositio Papæ an liget manus Ordinarij, quoad pœnitentiam, seu forum interiorem.
61 Manus appositio Papæ non inficit possessionem in beneficio iam vacanti.
62 Manus appositio Papæ, quando non afficiat in Commissionibus remissiuè.
63 Confirmationis Papæ de validitate, quãdo possit inferior cognoscere.

Vel affecta non fuerint.

gl. 52.

Differẽtia affectionis, & reseruationis.

NON solum excipit regula nostra beneficia, aliàs reseruata, vt nõ includantur in cõcessione alternatiuę, vt in gloss. precedenti scripsi; Sed etiam excipit, ac excludit beneficia affecta, † de quibus in hac glossa sermo noster erit. 1

Et scire oportet aliud esse beneficiũ reseruatũ, & aliud beneficiũ affectũ; ideoq; tãquam diuer- 2

diuersa ponuntur in regula nostra, non solũ in verbis thematis nostri; Sed etiam iterum inferius in illis verbis, *reseruatorũ, uel affectorũ.* ac etiam in Constitutione 142. Pij 4. de qua dixi in §. 7. proœmiali, præsertim. nu. 114. & 115. Nã de natura illius dictionis *vel* est quòd
3 ponatur inter diuersa. † Bald. in l. filiæ, ante n. 1. C. de collationibus. Cardinalis in Clem. 2. nu. 8. de ætat. & qualit.

Differentia autem reseruationis, & affectionis est hæc, quia reseruatio respicit actũ
4 † verbalem, & expressum, veluti si Papa per Constitutionem, aut solo verbo dicit reseruamus, nam dicitur reseruatio: Affectio verò respicit actum realem, & factum, ex quo tacita reseruatio oritur, veluti quando Papa apponit manum super dispositione alicuius beneficij. Nam tũc dicitur affectio; Ita vt omnes inferiores amplius se intromittere non valeant, vt explicitè declarant Æneas de Falconib. de reseruatio. præludio. 3. per totum, Gomez. in decis. 1. de concess. præbendæ, in manuscriptis. Burs. cons. 126. num. 62. libr. 2. Mandosius in proœmio regularum Cãcellariæ. q. 5. nu. 1. & per totam, in noua impressione. Simonett. de reseru. q. 64. per totã, & præsertim. n. 9. & 14. Vbi etiam addit, quòd inter affectionem, & reseruationem illa intercedit
5 differentia, † quæ inter causam, & causatum, & inter expressum & tacitum. Mohedan. decis. 9. sub num. 1. de præb.

Item quando Papa manus apponit non est
6 necessaria † alia inhibitio, nec decretũ. Secus tamen est in reseruatione, quæ per se sola sine inhibitione, vel decreto non ligat. Gaspar de Perusio in tract. de reser. q. 10. per totam. Hieron. Gabr. cons. 166. incipit, *Dertusen. Ecclesia.* nu. 6. lib. 1.

Quę affectio ex appositione manus Papæ
7 fundatur † per tex. in cap. vt nostrum 56. de appellationibus, vbi probatur, quòd postquã Papa ad se reuocat aliquod negocium ligantur manus inferiorum, vt nihil validè in eadẽ causa per illos fieri possit, & tradunt post Innoc. & alias ibidem. Abb. n. 1. Franchus nu. 3. cum seqq. vsq; ad finem. Dec. sub n. 1. Et fundatur etiam per Capitulum primum, & 2. de cõfirmatione vtili, vel inutili, vbi si Papa manum apposuit confirmando iura alicuius, de illorum validitate nemo inferior cognoscere potest, & vide infra. num. 62.

Et in terminis collationis beneficiorum est tex. expressus in extrauaganti ad Romani. §. Romani, de prębendis, inter communes, *Romani* (inquit) *Pontificis manus appositionẽ tantæ efficaciæ, tantæq; virtutis existere, vt & si litteræ Apostolicæ super prouisionibus beneficiorum ex aliqua causa suum debitum non sortiantur effectum, facultatem tamen prouidendi de beneficijs taliter reseruatis, quibuscumque alijs fuisse ademptam, & remanere semper affecta, Nullũque de illis præter Roman. Pont. ea vice disponere potuisse, nec posse, harũ serie decernimus, & declaramus.* & tradunt Inno. in c. inter dilectos. n. 4. & ibi communiter omnes, de excessibus Prælatorũ. Rota decis. 25. n. 1. & 4. ac per totam de concess. prębend. in antiquis, & decis. 6. n. 2. eod. tit. in antiquior. Roma. cons. 325. incipit, *circa primum.* num. 5. Cassadorus decis. 1. num. 8. de restitutio. spoliator. & decis. 2. num. 10. de vnionibus, & decisione 37. n. 3. super regulis Cancellarię. Anchar. cons. 58. incipit, *circumscriptis regulis*, & cons. 339. incipit, *intentio Dominæ Cõstantiæ.* Rebuffus in praxi titulo de reseruatione. nu. 30. cum sequẽtibus. Gaspar de Perusio in tracta. de reseruation. q. 10. Æneas de Falcon. in eodem tract. in præludio 3. & in quæst. 4. princ. effectu 16. vbi adducit diuersas opiniones Doctorum, priusquàm emanaret d. extrauagans ad Roman. Mandosius in regula 4. Cancellariæ. quęst. 4. num. 4. & in regula 5. quæst. 6. nu. 6. & in regula de infirmis. quęst. 16. n. 6. & de signatura gratiæ, verbo, *prouisiones.* colum. 3. vers. *affectum.* Petrus Gregorius Tholosan. in institutionibus rei beneficiarię. cap. 24. nu. 17. D. Anastas. Germon. in tract. de Indultis. §. alioquin, ex nu. 21. cum sequentib. Hieron. Gabr. cons. 182. num. 6. cum sequent. lib. 2.

Et desuper temporibus antiquis erat ex-
8 pressa regula † Cancellarię, quę hodie non inuenitur cum necessaria non sit. Ancharan. dicto cons. 58. nu. 4. vers. *Item regula Gregorij.* Felin. in cap. fin. nu. fin. de præsumpt. Vitalin. in Clem. 1. num. 6. ad finem, vt lit. pendente. Rota decis. 12. in fin. de concess. prębend. in antiquis, facit tamen aliquid regula 10. Cancellarię inter modernas.

Ita vt plus afficiat, & maioris sit efficaciæ
9 † ista manus appositio, quàm reseruatio. Æneas de Falconibus de reseruationibus. q. 4. principali, effectu 1. n. 4. post princ. & in effectu 6. n. 3. in fi. Rebuffus vbi supra. nu. 34. Menoch. cons. 83. *respondebo.* numero 31. libro primo. Lancellott. de attent. secunda parte. cap. 10. numero septimo. Ac ideò ista affectio dicitur reseruatio clausa in corpore iuris. Vt asseruit Philippus Probus in cap. pręsenti. numero 41. vers. octauam, de officio legat. in sexto.

Sicque facilius tollitur reseruatio, quam
10 affectio. † Simonetta de reseruatione. quęstione sexagesimatertia. numero tertio, & quęstione sexagesimaquarta. numero octauo. Ac propterea cum reseruatio inficiat titulum, & possessionem, vt dixi in glossa trigesimaprima, à fortiori, & affectio. Anton. Gabriel. titul. de clausulis. conclusione 3. num. 16.

Ex quo infertur primo, quòd si Papa dat
11 in commendam † aliquod beneficium,

Oriuntur 22. vtiles illationes ex d. cõcl.

ficium, vel in eo administratorem apponit, quòd ex appositione manus Papæ in dicta Commẽda remanet beneficium affectum, vt cessante commenda, vel administratione Papa solus prouidere debeat, Cassadorus decis. 2. de reseruationib. n. 1. & 12. Crescen. decis. 2. de Parrochijs, Mohedanus decis. 9. de præbend. Puteus decis. 158. lib. primo, & latius scripsi in glo. 5. §. octaua de commendis.

12 Quod etiam procedit in vnione † facta de aliquo beneficio ad vitam alicuius, vt tradit Petrus Greg. Tholos. in nouis instit. rei beneficiariæ. cap. 20. sub n. 3. ad medium, & tetigi in glos. 5. §. 7. ante fin. num. 112.

Secundo infertur, quòd eo ipso, quòd Papa concedit alicui manda-

13 tum † de prouidendo de certo beneficio, etiã ante vacationem, quòd quamuis aliàs beneficium non sit reseruatum, nec vacauerit in mense reseruato, quòd ex dicta appositione manus, tale beneficium remanet affectum, vt in d. extrauag. finali. §. Romani, de præbẽdis, inter communes. Rota, iuncta additione Papæ. in decis. 10. sub littera B. ante fi. de præbend. in nouis. Simonett. de reseru. q. 60. n. 1. Rebuff. in praxi tit. de reseruat. n. 33. Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 12. quæst. 10. n. 9.

14 Tertio infertur, quòd ex decreto, † appo sito per Papam, alicui de dimittẽdo beneficium in manibus eius, remanet affectũ, vt solus ille possit cõferre pro illa vice, etiam si non dimitteret. Rota decis. 14. de rerum permutatione in antiq. Simonett. de reseru. q. 26. nu. 3. & fuit decisum in vna Cõpostellana Canonicatus 10. Maij 1600. coram R. P. D. meo Lãcellotto, & vide quæ scripsi in gl. 15. in princ. casu 46.

15 Quarto infertur, quòd si Papa iure præuentionis, † ac præuenire intendens, contulit alicui beneficium, & collatio non teneat ex aliquo defectu impetrãtis, vel aliàs sit inutilis: quòd minimè poterit amplius Ordinarius se intromittere in dispositione illius vacationis, quãuis contigerit in suo mense ordinario. Nam ex quo Papa apposuit manũ Ordinarij manus ligatæ remanserunt. Anchar. cons. 58. incipit, *circumscriptis.* n. 4. & ferè per totũ. Vital. in Clem. 1. sub n. 6. vt lite pendente. Dec. in cap. vt nostrum n. 1. de appell. & in c. 1. n. 1. de confir. vtili, vel inutili. Ioann. Gutierrez in alleg. 1. n. 27. Phil. Probus in addit. ad Monachũ in c. statutũ. n. 17. de prẽben. in 6. de quo vide infra limit. 2.

16 Quinto infertur, quòd si vnus renunciat suo beneficio in manibus † Pontificis Max. in mense ordinario, quòd (secluſa reseruatione ratione vacationis in Curia) beneficiũ remanet affectum ex dicta manus appositione; Ita vt nullus Ordinarius possit de illo prouidere, quàmuis à Papa nondum collatum existat. Roman. cons. 342. n. 2. Lud. Gomez. in regula de infirmis resignan. qu. 33. n. 1. vers. *& tenendo istam partem.* Rebuffus super eadem regula, in praxi. gl. 14. n. 4.

Sexto infertur, quòd quamuis non dicatur vacare in Curia beneficium

17 per obitum electi, & non confirmati, † in eadem Curia decedentis, cum non habeat ius in re, sed solũ ad rem, vt dixi in gl. 15. §. 2. nu. 31. Tamen si electus de aliquo beneficio renũciet iuri ad rẽ, quod ex dicta electione habet in manibus Papę, & Papa admittat renũciationẽ, tale beneficium remanet affectum

18 ex † dicta admissione, & manus appositione, vt benè tradit Aeneas de Falconibus de reseruat. q. 4. princ. effectu 46.

Septimo infertur, quòd si Papa mãdat electoribus alicuius beneficii, ne ad electionem procedant, quòd ex tali

19 mandato, & manus appositione † remanebit beneficium affectum. c. si eo tempore 45. de elect. lib. 6. Aeneas de Falconibus de reseru. prẹludio 3. sub num. 4. Rebuffus in praxi tit. de reseruationibus nu. 32.

Octauo infertur, quòd si Papa post factã electionem à Capitulo, & ante confirmationẽ illius manũ apponit in aliquo

20 actu concernenti † validitatẽ ipsius electionis, quòd talis manus appositio facit, quod cõfirmatio postea ab Ordinario facta nõ teneat, quia soli Papæ fuit affecta confirmatio. Gaspar de Perusio de reseru. q. 9. in fi. & facit decisio 17. de præben. in nouis, & ea quę scribit Æneas de Falc. in d. q. 4. princ. effectu 46.

Nono infertur, quòd si Papa per suum re scriptum mãdat, quòd Titius pri-

21 uetur † beneficio, quod obtinet, & fuerit priuatus: quòd dispositio illius remanet affecta Papæ, ratione manus appositionis, Æneas de Falconib. in præludio 3. sub n. 4. vers. *vel aliquando mandat aliquem priuari suo beneficio.* & vide quę dixi in gloss. 13. vers. *Item quando aliquis præsens.*

Decimo infertur, quòd si habens collationem à Papa, indigeat aliqua

22 dispensatione, † non potest Episcopus cũ eo, quoad tale beneficiũ dispẽsare, licet alias posset. Abb. in c. postulasti. n. 10. de clerico ordinato ministrãte. Simonett. de reser. q. 64. n. 6.

Vndecimo infertur, quòd si quis prius obtinuerit collationẽ de ali quo beneficio a Papa, & postmodũ obtinue-

23 rit collationem de eodem † beneficio ab Ordinario, caderet a iure sibi quæsito per collationem Papæ, tanquam ingratus, & collatio facta ab Ordinario illi suffragari non potest, stãte d. manus appositione, vt docuit Abb. benè declarãs in c. cũ olim. n. 8. de sen. & re iud.

Duodecimo infertur, quòd manus appositio Papę in ordinibus ve-

luti

24 luti, quòd initiauit aliquem minoribus † ordinibus impedit, quòd nullus alius à Papa, (& si sit aliàs Ordinarius) possit illi maiores ordines conferre. cap. cum in distribuendis de temporibus ordinationum, & etiam habetur in l. 5. post medium, titulo 5. Partita 1. ac dixi, in §. 3. proœmiali. n. 117. vbi à n. 113. & seq. alia notaui de prærogatiua prouisi à Papa.

25 Decimo tertio infertur, quòd ordinatus à Papa, licet ex eo, nõ †sit exẽptus à iurisdict. Ordinarij, vt in c. per tuas, de maioritate, & obedientia; Tamen non potest Ordinarius propter delictum ordinati degradationem requirentis, illum ab ordine deponere, ratione dictæ manus appositionis. gl. 1. in d. c. per tuas, vers. *sed nunquid potest Episcopus.* quæ glossa est cõmuniter ab omnibus recepta, vt post antiquiores Butr. ibi n. 9. Abb.
26 n. 2. Imo. n. 5. in fi. Vbi etiã tradũt, †An procedat in priuatione beneficij à Papa collati, & Felin. ante n. 4. & n. 4. decisio Cappellę Tholos. 293. incipit, *item fuit quæsitum, an posßit quis priuari beneficio* & ibi illius additionator, & tetigi in gloss. 51. præcedenti. sub casu 10. ad fi. vbi concluſi affirmatiuè.

27 Decimo quarto infertur, quòd eo ipso, quòd Papa cœpit † cognoscere de aliqua causa, & desuper manum apponit, quòd tacite auocat illam à quibuscunq; Iudicibus inferioribus; Ita vt omnia postmodũ gesta sint nullius roboris, & momenti. Innoc. in c. cum M. in fi. de constitut. per tex. in cap. licet de off. deleg. quem omnes communiter sequũtur in d. c. fi. vbi plenè per Ripam ex n. 194. vsque ad 198. Steph. Aufredius in addit. ad decis. 480. Cappellæ Tholos. vers. *& ideò sicut Papa per simplicem cognitionem.* cũ alijs adductis per Lancell. de attentatis 2. par. c. 10. de attentatis post auocationem causæ nu. 13. & ferè per totum illud. cap. vbi multipliciter ampliat, limitat, & declarat.

28 Quod etiam locum habet respectu aliorum inferiorum † à Papa, qui causas auocare possunt à suis Vicarijs, seu locũ tenentibus, vt in Episcopis respectu Vicariorum, & in alijs principibus Dominis temporalibus, respectu illorũ Iudicũ, quibus ipsi liberè iurisdictionẽ concesserũt. Abb. in d. c. vt nostrum sub n. 2. in fi. Dec. nu. 1. ante fi. de appel. Dominic. Geminian. in c. fi. de officio ordinarij, in 6. Steph. Aufredius, vbi supra, ver. *& ideò etiam quilibet potest.* Auẽdanus de exeq. mãdatis, p. 1. c. 5. n. 12. Couarr. in pract. quæstionibus. c. 9. n. 1. vers. *primo hinc adducitur.* & num. 4 vers. *quod si Dux, & Marchio.*

29 Decimo sexto infertur, quòd si Papa cõmisit alicui executionem litterarum Apostolicarum † prouisionis alicuius beneficij, vt passim fieri solet, quòd tũc Ordinarius, neque etiam Legatus Apostolicæ Sedis, se intromittere non possunt. Felinus post Bald. in c. fi. n. 38. de præsump. Hieron. Gigãs de pensionib. q. 69. n. 1. vbi hoc declarat. Couarr. in pract. quæstion. c. 9. sub n. 4. ante finẽ, vers. *quandoque tacitè fit auocatio.* & vide inferius casu 22. à num. 36.

30 Decimo septimo infertur, quòd potestas executorum † datorum a Sede Apostolica, cessat cum primum Papa manum super eadem executione apponere cœpit. c. studuisti, de officio delegati. Rota decis. 10. sub n. 2. vers. *sed dic, quod non potuit.* vt lite pendente, in nouis, Gigans de pensionibus. q. 69. num. 4. vers. *vnum tamen non omitto.*

31 Decimo octauo infertur, quòd si Papa manum apposuit in aliqua cõmissione signanda, †tunc propter reuerentiã appositionis manus Papæ, debet signatura Iustitiæ se abstinere, ne aliqua, maximè in contrarium, rescribat, Nam per talem signaturã Papa voluit totum negocium ad se auocare, & inferiorum manus ligare, vt per tex. in d. c. vt nostrum de appellationibus, & Rotam decis. 33. de appell. in antiquis, & decis. 6. n. 2. de concess. præbend. in antiqu. tradit R. P. D. Marchesanus vtriusque signaturæ Referendar. in suo tract. de commissio. 2. par. de commissione appellationũ. c. 6. n. 37. & passim seruari videmus. Nisi sint commissiones dependentes, †vt puta prorogationis fatalium, derogationis feriarum, & similes coadiuuantes commissionem Papæ signatam, quæ diriguntur eidem Iudici, cui commissio manu Sãctissimi signata fuit præsentata. Nam tales commissiones non sunt contra gratiam, nec peruertunt signaturam Papę, sed iurisdictionem coadiuuant, & ideò in his, & similibus rescribit signatura iustitiæ: Quia decens non videtur, vt pro qualibet minima re Summi Pontificis Maiestas (alijs grauissimis negotijs occupata,) tedio affici debeat.

32 Decimo nono infertur, quòd manus appositio Papæ facit, quòd causa

33 semel effecta Curialis, † sẽper remaneat Curialis, Mohedanus. decis. 12. n. 1. & 2. de sent. & re iudicata, aliàs est decisio 320. Rota decis. 2. ad medium, & decis. 43. de appell. in nouis, & decis. 23. nu. 5. de rescriptis in nouis, & decis. 8. de re iudic. in antiquis, & decis. 13. n. 2. de rescriptis in antiquioribus, Puteus decis. 240. n. 2. lib. 2. Dec. cons. 699. *accepi reuerenter.* n. 13. & de omnibus plenius. Couarr. in practicis. quęstion. cap. 9. num. 5. per totum, vbi radicitus materiam declarat.

34 Vigesimo infertur, quòd pariformiter est facienda mentio de affectione, † ratione manus appositionis Papæ causata, sicut de expressa reseruatione, aliàs gratia erit nulla. Mohedan. decis. 9. n. 3. & 4. de prębendis. Simonett. de reseru. q. 64. nu. 2.

Vigesimo primo infertur, super declaratione, & interpretatione priuilegij à Sede Apostolica concessi, non ac-
35 cessoriè, sed principaliter † facienda, recurrendum fore ad ipsum Papam, qui dictum priuilegium concessit, vt firmat Henric. n. 2. Butr. n. 2. post medium. Imol. ante n. 4. Abb. n. 3. post princ. vers. *& distinguendo*. Dec. nu. 3. Felin. ante nu. 1. in c. cum venissent de iudiciis. Rota decis. 83. num. 5 & per totam par. 2. diuersorum. vbi benè declarat.

Vigesimo secundo infertur ad Concil. Trid. sess. 24. c. 20. de refor-
36 mat. disponens, † quòd omnes causæ sint in prima instantia coram ordinarijs cognoscé-
37 dæ: quòd minimè locum habeat † in beneficijs reseruatis, ratione manus appositionis Papæ in reseruatione, seu affectione, & quia agitur de interesse ordinariorum: De causis prædictorum beneficiorum, potest in prima instantia cognosci in Curia, vt trita praxis obseruat, & fuit declaratum per Sac. Concil. Trid. Congregationem dicentem sic.

De effectis, aut reseruatis beneficijs si agitur, tunc causa in Curia committitur. Et iterum dixit.

Item prouisi per Sedem Apostolicam de beneficijs reseruatis, aut affectis possunt virtute breuium in fauorem litterarum, seu nomine Cameræ Apostolicæ ad capien. possessionem Auditori eiusdem Cameræ, directorum citare, & ad iudicium coram eodem A. C. possessiones talium beneficiorũ occupantes, & detinentes, ac si coram Ordinario super possessorio tantum causæ ventilarentur: & cum sententia super eodẽ possessorio prolata fuerit potest pars aduersa causam in Curia committere. De quo etiã vide Hieron. Gabr. cons. 182. nu. 3. cum seq. lib. 2. ac expressam constitu. Greg. 13. quę est in Bullario 24. sub 10. Iulij 1574. quæ hoc bene declarat, & loquitur de executione breuium de capiẽda possessione nomine Cameræ, & ad fauorem litterarum, de qua constit. mentionem feci in glos. 34. nu. 113. & 117.

Limita tamen, & declara nunc supra dictam conclusionẽ, videlicet quòd appositio manus Papæ liget manus omnium inferiorum nonnullis modis.

Decem limitationes apponũtur cũ aljs pluribus illationibus.

Primo limita, quando Papa manum apposuit ad diuersum effectũ, quàm
38 † conferendi, Nam tunc minimè remanent ligatę manus ordinarij, quia ratione respectus consideratur effectus. Baldus in l. ad probat. nu. 8. C. de locato: Et limitata manus appositio, limitatum debet effectum habere. l. age cum Geminiano. C. de transact: Nec actus factus ad vnum effectum, debet alium diuersũ effectũ operari, contra intentionem agentis. t. quia intẽtionis de priuilegiis, Rota dec. 14. n. 3. & dec. 15. n. 2. de consess. præbẽ. in nouis.

Ideò dixit Vitalinus in Clem. 1. nu. 6. vt lite pendẽte, quòd affectio introducta per ap-
39 positionẽ manus Papę in committendo, † vel diffiniendo, quis litigãtium esset iure potior, non extenditur ad prouisionem fiẽdam tempore vacationis: licet secus esset si manus apponeretur super prouisione, & quòd sic loquebatur regula Cancellariæ, quæ de illo tempore aderat.

Hinc etiã sequitur, quòd si Papa propter bonum pacis, & concordiæ de consensu duorum ad resignationem alterius, reseruet su. per beneficio, de quo fit cõcordia, & resigna-
40 tio, aliquam pensionem † ad fauorẽ resignantis, vel aliter; nõ propterea vacatio postmodum in mense ordinario de eodem beneficio contingens, erit affecta, ex dicta appositione manus ad diuersum effectum, scilicet reseruationis pensionis præcedentis, & ita seruari
41 video. Quamuis dubitauerint. † Ludouic. Gomez. in regula de triennali. quæst. 31. num. 6. & Simonetta de reserua. q. 8. in fi. & per totam, & Probus in c. præsenti n. 41. post principium, de offi. legat. lib. 6. Citantes Guilier. de Monserr. in Commentariis Prag. Sanctionis, cõtrarium dicentem, scilicet ex dicta reseruatione pensionis affectum remanere, cuius opinio ex supradictis reiicitur. Nihil enim habet commune reseruatio pensionis, cũ collatione in futura vacatione fienda, & post hæc scripta firmauit. Rota in Romana Clericatus Sancti Petri 27. Nouembris 1602. coram Illustriss. D. meo Card. Pamphilio.

Vnde fuit resolutum in vna Vallisoletana Decanatus 11. Decembris 1600. corã R. P. D. meo Mellino, quòd per appositionem ma-
42 nus Papæ in erectione † dicti Decanatus in primam dignitatem post pontificalem, non remansit affectus: cum effectus dictę erectionis fuerit dilatus, vsque ad obitum Prioris dictæ Ecclesię, ac eius coadiutoris, & Decanatus vacauerit in mense ordinario ante dictum obitum: Nam manus appositio limitata ad certum effectum, & in certum tempus non potuit inducere affectionem d. Decanatus vacantis ante sequutum adimplementũ.

Sicut etiã per contrariũ, si Papa apposuit
43 manus super † collatione alicuius beneficii, nõ impeditur ordinarius, quominus (si aliàs ei iurisdictio non auferatur) possit esse Iudex, super subreptione dictę gratię beneficialis, vt cõclusit Hier. Gabr. cõs. 182. n. 15. lib. 2.

Prout ét fuit decisũ in vna Conchen. Archipresb. 16. Decẽb. 1588. corã Illustriss. Plato, quòd ordinarius habet iurisdictionẽ ad co-
44 gnoscendũ super rescissione † permutationis factæ in manibus Papę, quãdo permutatio ex parte alterius erat dolosa, aut fraudulenta. Quibus accedat, quod scripsi in glos. 5. §. 6. nume. 22. quòd beneficium manuale, quamuis sit, à Papa commendatum, non remanet affectum cessante commenda.

Limi-

Limita secundo dictam conclusionem, quando Papa apposuit manum
super collatione beneficij, quòd fuit narra-
45 tum esse reseruatũ, &† re vera non erat: quia
tunc stante dicta falsa causa narrata, cessat
manus appositionis effectus. Nam cum in-
dubio Papa non intendat lędere Ordinarios,
46 † nec illos præuenire in suis ordinarijs col-
lationibus, vt scripsi in §. 4. proęmiali: Sic ap
positio manus non operatur vltra intentio-
47 nem Papæ, † de reseruato dumtaxat benefi-
cio prouidere volentis: Ita consuluit in ter-
minis Romanus cons. 335. incipit *circa primũ*.
num. 11. cum sequentibus, vsque an finem, vbi
pro confirmatione plura adducit. Æneas de
Falconibus in tractatu de reseruatione. quę-
stione 4. principali, effectu 16. numero secun-
do, in fine, & effectu 19. num. 2. qui alios alle-
gat, & faciunt tradita à Felino in cap. fin. nu.
fin. de præsump.

Ex quo sequitur, quòd si vacante benefi-
48 cio in mense ordinario, † cuius collatio ad
Ordinarium spectat, aliquis illud impetra-
ret à Papa, antequam Ordinarius prouideat
narrando esse reseruatum, quia vacauit in
mense Apostolico, sicq, impetratio sit subre-
ptitia, & nulla: quòd non propterea Ordina-
rius erit impeditus postea prouidere, quia
nulla fuit causata affectio ex dicta appositio-
ne manus: Licet secus esset, si nõ narraret re-
seruationem, sed vacationem in mense or-
dinario, & Papa voluisset pręuenire, ac pro-
uidisset: Prouisio tamen non teneret ex alio
defectu, veluti ob malam expressionem valo-
ris, vel obtentorum vel incapacitatem impe-
trantis, vel similẽ: & ita debet intelligi, quòd
dixi sup. in illat. 4. pro quo benè facit decis. fa
cta in Romana Clericatus S. Petri 27. Nouem
bris 1602. coram Illustriss. D. Cardin. Pam-
philio, & ea, quæ dixi in §. 4. proęmiali à
numero 80.

Tertio limita, quando Papa apposuit
manum in prouisione ex vna
49 vacatione † principaliter narrata, vt pote
ex causa permutationis, & deinde diuer-
sa vacatio contingat per obitum, vel alio di-
uerso modo ab illo, super quo, Papa manum
apposuit. Nam tunc manus appositio Papę
non obstabit, quoad aliam diuersam vacatio
nem: Ita consuluit Dominicus Geminianus
cons. 136. incipit *super primo dubio* numero 1.
& 3. ac per totum, & tradit Aeneas de Fal-
conibus de reseruatione, quęst. 4. principali,
effectu 55. num. 2. in principio, & allegat ad
hoc Rotam decisione 4. de rerum permuta-
tione, in antiquis, quæ aliàs est decisio 292.
nec non decisionem ante penultimam, in no-
uis incipientem, *Titius*. vers. *sed secus*.

Quo fit, vt si Petrus resignat suum bene-
ficium in fauorem Ioãnis, cui fuit à Papa fa-
cta còllatio, quæ non tenuit ob malam ex-
pressionem valoris, & sic beneficium reman-
sit penes resignantem: Quòd si postea benefi-
cium vacat per obitum Petri in mense ordi-
50 nario decedentis, quòd tale beneficium † non
erit affectum, sed Ordinarius poterit proui-
dere, quia appositio manus Papæ ad effectũ
prouidendi ex vacatione per resignationem,
non debet extendi ad diuersum vacationem
per obitum, vt fuit decisum, teste Acchille,
de Grassis decis. 14. de restitutione spoliat.
Rota decis. 419. num. 2. par. 1. diuers. Lancel-
lottus de attentat. 2. p. cap. 10. nu. 9. Flamin.
Paris. de resignatione beneficiorum. lib. 10.
quæst. 2. num. 4.

Sequitur etiam, quòd si quis impetraue-
51 rit beneficium alterius certo modo, † veluti
ex delicto, vel ob non publicationem, vel ex
alio simili capite, & post factam impetra-
tionem, (nondum tamen lite introducta) de-
cesserit ille, cuius beneficium fuit impetra-
tum in mense ordinario, quòd Episcopus re-
cte poterit prouidere, non obstante dicta
manus appositione. Nam aliter sequeretur
52 absurdum, † quòd esset in potestate calum-
niosorum impetrantium prorsus impedire
omnes collationes Ordinariorum in suis mẽ
sibus vacaturas, quòd longe abest ab inten-
tione Pontificis Maximi ex supradictis. Pro
quo etiam facit Rota decisione 12. de con-
cessione prębendæ, in antiquis, vbi probatur
53 quòd manus appositio ex falsa causa † non
impedit, nec nocet, sicut nec decretum. Si igi
tur interpretatio fuit iniqua, & ex falsa cau-
sa, Ordinario nocere non debet: Si vero est
bona, & beneficium non vacauit per obitum,
collatio Ordinarij non nocebit impetranti,
sed interim dum declaratur, Ordinarius im-
pediri non debet in sua prouisione, quibus
accedant, quæ dixi in 2 limitatione, & quę di
cam in 6. limitatione.

Quarto limita in beneficijs iurispatro-
natus † laicalis, vel mixti. Nam
54 sicut in illis non intrat expressa reseruatio,
vt plene declarauit in glossa 18. sic etiam non
intrat tacita reseruatio ex manus Pontificię
appositione, vt fuit resolutum in vna Firma-
na beneficij 12. Maij 1596. coram Illustrissimo
D. meo Pamphilio, & aliàs sępe. Quòd intel-
lige, & declara, nisi aliud constasset de mente
Papę, veluti quia expresse, & sufficienter ta-
li iuripatronatus derogasset pro illa vice.

Quinto limita, quando ex tali apposi-
tione manus Papę resultaret
55 præiudicium concordatorum; † Nam tunc
nulla inducitur affectio. Puteus decis. 216. *in
vna Germana*. num. 14. & 15. libro 3. Rebuffus
in concordata Francię, titulo de mandatis
Apostolici. §. declarantes in gloss. verbo, *iure
preuentionis*. in vers. *item per collationem nullam*.

qui

qui allegat ad hoc Romanum cons. 412. nu. 5.& 6.dicẽtem, quòd ex citatione illegitima inducitur præuentio iurisdictionis, & tetigi in §.3. procemiali,ante finem, ex num. 144. cum sequentibus.Quod etiam intellige, vt in limitatione præcedenti. *Nisi aliud ex Papæ intentione constaret.*

Sexto limita pari ratione,quando ex tali manus appositione resulta ret derogatio indulti concessi alicui Cardinali,nisi expressa fieret de illo mentio ac derogatio. Parisius consilio 79. num. 20. libro 4.Caputaquen.decis.82.num.1.& 2.parte 2. Puteus decis.141.num.2.lib.2, Anastas. Germon.in tracta.de indultis.§.alioquin.nu. 27. Ad quod addunt,quòd eo minus operatur dicta manus appositio,cum sit nulla,stante decreto irritanti in ipso indulto contento,vt dicam in gl.fin.num.27.

56 Septimo limita,quando prius esset per Ordinarium præuentum † licet præuẽtio fuerit resoluta,veluti si Episcopus conferat Titio absenti beneficium in suo mense ordinario vacans,& ante acceptationem,vel repudiationem,Papa similiter contulit illud alteri personæ, cum solita clausula, *dummodo tempore datæ non sit alteri ius quæsitum*. Demum Titius recusauit acceptare, & dissensit,& sic fuit resoluta prouisio ab Ordinario facta: Vult iterum prouidere, videbatur,quòd non possit, quia iam Papa in prouisione eiusdẽ beneficij manus apposuerat: Et aut valet collatio Papæ, & cessare debet prouisi Ordinarij, cum beneficium sit iam plenum, & non adsit vacatio: Aut non tenet ex eo, quòd tempore datę fuerat iam Titio acquisitum ius ad rem: & tunc intrat affectio ex d. manus appositione.

57 Sed nihilominus contrarium respondit † Abbas Lapus in cap.si tibi absenti.num. 12. & 13. cum sequentibus de prębendis. lib. 6. ea nempe ratione,quia rectè intuentibus pa
58 tet,quòd in agendis attenditur causa, † modus, & finis agendorum, & vltra quod agitur extendi non debet.cap. 1.in fine 15.quæstione 6.cap.occidit 23. quęst. 8.Sed causa, modus,& finis in collatione Papali,fuit, vt si alteri nõ sit ius quęsitum in beneficio, vel ad illud, valeret de illo per Papã facta collatio; Hic autem erat alteri ius quæsitum, saltim ad rẽ per Ordinarij collationẽ: quod ius excludit collationem Papæ,Ergo gratia specialis de illo beneficio est subreptitia, & nulla, & non valitura impetranti, nec impeditura collationem fiendam per Ordinarium, postmodum in eadẽ vacatione,Et dictum Lapum sequuntur ibidem Philippus Franchus num. 14.Geminianus ex num.9. & sequentibus, & cęteri, pro quo etiam conducunt ea, quę dixi in prima, & secunda limitatione huius gl. ac conferunt quę scripsi in glossa 15.in principio,num.133.

Octauo limita, quando affectio ex appositione manus Papæ semel
59 fuit sortita † effectum per prouisionem subsequutam. Nam tunc expirat, & non obstabit quoad futuras vacationes. Cassadorus decis.4. num. 4. de causa possession. & decisione 9.numero 13. de præbendis. Rota decisione 13. & decisione 14. de prębendis, in antiquis. Simonetta de reseruatione. quæstione 55.& 56.per totas. Ludouicus Gomezius latè in regula de triennali, quæstione 30. numero 2. & 3. & dixi in glossa 15. §. 2. quæstione 9. Vbi etiam dico, an sit necessaria expeditio litterarum, vel sufficiat, quòd supplicatio sit signata, & registrata.

Nono limita, quoad illa, quę concernunt forum interiorem, seu pę-
60 nitentiam † salutarem. (extra prouisiones tamen beneficiales) Nam si pro commutatione alicuius voti,Papa imponit certam pęnitentiam alicui, poterit Ordinarius illam pęnitentiam alterare, seu diminuere. de quo est glossa singularis,in c.tẽpora plenitudinis, verbo *tuo iuditio* 26. q. 7.quam glossam exaltat Romanus dicens, quòd sic respondendo cum illa, lucratus fuit duo birretria,in suo sing. 454. incipit. *Papa imponit pœnitentiam.*

Decimo limita, quia quamuis manus appositio Papæ inficiat etiam possessionem ex dictis in numero 10.Hoc tamen procedit quoad beneficium vacatu-
61 rum. Secus tamen quoad iam † vacans. Puteus decisione 27 libro secundo, & decisione 180.numero 3.libro tertio, & latius dicam in gloss.final.numero 45.

Has igitur illationes,declarationes, & limitationes non sine ingenti labore collectas dilectus lector libẽter accipiat, quia forsam non alibi ita ordinatas, & digestas reperiet. Et aliàs limitationes, ac declarationes circa auocationem,resultantem ex appositione
62 manus Pontificalis in commissionibus † causarum legere poterit apud Lancellottum de attentatis 2.p.cap. 10. ex num. 22. vsque ad finem,& Hieronymum Gabrielem cons. 182. num. 11.cum pluribus seqq.lib.2. Vbi plene agit,quando inferior possit se intromittere
63 ad cognoscendum de validitate † confirmationum,& aliorum rescriptorum,ac litterarum Apost.& optime distinguit, ac Rotam decis.83.per totam p.2.diuers. Nam ea,quæ ab alijs Doctoribus commode capi possunt nunquam mei muneris fuit transplantare,ac inutiliter membranas occupare.

Sum-

Summaria Glossæ 53.

1 *Alternatiua gaudentes possunt libere disponere in sex anni mensibus.*
2 *Dictio,* libere. *multis modis accipitur, idest sine aliqua requisitione. nu. 3. sine alicuius contradictione, & num. 4.*
3 Libere, *idest ex mera volũtate, & de iure communi, num. 6. & sine sententia, num. 7. & non petita licentia, numero 8. & sine dispensatione, numero 9.*
10 *Libere, idest sine pacto, vel illicita conditione.*
11 *Libere idest, non obstante præscriptione, vel appellatione.*
12 *Libere, idest gratis, & sine metu. num. 13. vel sine qualificatione. num. 14.*
15 *Libere, idest sine consilio, consensu, vel interuentu, aut auctoritate superioris. & num. 16.*
17 *Libere, idest sine aliqua iuris subtilitate, vel impedimento. & num. 18.*
19 *Libere, idest vltra ius commune, vel ipso iure. num. 20. vel sine aliqua diminutione. nu. 21.*
22 *Libere, idest sine aliquo extrinseco, vel manu propria, vel sine aliqua mora & nu. 23.*
24 Libere, *dictio, interpretatur à subiecta materia.*
25 *Libere, idest sine aliquo reseruationis obstaculo. Vel quando potestas prouidendi restringitur ad certum genus personarum.*
26 *Libere disponendi facultas data per regulam nostram, an tollat in totum reseruationem, vel solum aperiat viam de reseruatis. & num. 27. & 28. vbi concluditur pro non reseruatione. & numero 36.*
29 *Alternatiua est remotio obstaculi reseruationis, vt in exemplo de ligato, & dissoluto. & num. 30.*
31 *Deuolutio intrat, quoad inferiores à Papa in beneficijs, quæ potest Episcopus conferre vigore alternatiuæ.*
32 *Regula eadem nostra vnico contextu reseruat, & modificat; Ita vt non detur aliquid prius, nec posterius.*
33 *Extinctio reseruationis præsupponit existentiam, sicut priuatio præsupponit habitum, & num. 34.*
35 *Tempus vacationis inspicitur ad effectum, vt intret reseruatio regulæ nostræ, in alijs vero reseruationibus secus est. & n. 41.*
37 *Decisionis Cassadori 8. de præbendis interpretatio & num. 39. & 40.*
38 *Indultum Cardinalis tollit impedimentum reseruationis.*
42 *Reseruatio semel radicata semper relinquit reliquias, quamuis concedatur indultum.*
43 *Alternatiuæ gratia non tollitur per indultum conferendi omnia beneficia. & n. 44.*
45 *Priuilegium primum non tollitur per secundum, nisi repugnet. & n. 57.*
46 *Gratia prima non tollitur per secundam. & num. 49. & 50.*
47 *Remedium vnum, non tollit aliud.*
48 *Remedia plura habere ex quibus eligamus nostra interest.*
51 *Priuilegium datum scholari, non tollitur per priuilegium Ciuis.*
52 *Priuilegium vnius non tollit priuilegium alterius.*
53 *Priuilegium non tollit præscriptionem completam, nisi repugnet priuilegio. & n. 54.*
55 *Priuilegij fori modificatio facta per Concilium Tridentinum, non lædit priuilegium Canonis.*
56 *Priuilegium primum non tollitur per secundum, quamuis in illo non fuerit facta mentio de primo.*
58 *Alternatiuæ gratia non est incompatibilis cum indulto conferendi*
59 *Alternatiuæ nunquam censetur derogatum, nisi exprimatur.*
60 *Alternatiua regulæ nostræ 8. non tollitur per regulam 14.*

Libere disponendi facultatem concess. gl. 53.

1 EPISCOPIS acceptantibus alternatiuam, & illa gaudentibus Papa concedit facultatem liberè† disponendi in sex anni mensibus, videlicet Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris. Nam ex reseruatione contenta in prima parte nostræ regulæ, menses Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris essent reseruati, & manus Episcoporum quoad collationẽ beneficiorum in istis quatuor mensibus vacantium ligatæ: ac propterea necessarium erat, quòd Episcopis Papa concederet liberè disponendi facultatem.

Et quatenus dicit *libere* sciri oportet, quòd hęc dictio, *libe-*
2 *rè*, multis modis † accipitur. Nam primo, liberè, dicitur idest non vocato aduersario. c. 1. ante finem, & ibi gl. verbo, *libere*. & Doctores, de homicidio. lib. 6.

Dictio libere capitur 25. modis.

Secundo liberè, accipitur idest sine aliqua
3 † requisitione, seu vocatione. cap. de multa, & ibi Abbas num. 3. de præbendis. cap. cum plures, & ibi glossa, verbo, *libere*. de officio deleg. in 6.

4 Tertio, liberè, dicitur idest sine alicuius † contradictione. capit. irrefragabili, post principium, ibi, *libere valeant exercere*. de officio

ficio Ordinarij. Alexander conſ. 140. *viſo, & conſiderato.* num. 13. lib. 2.

Quarto dicitur liberè, ideſt ex mera vo-
5 luntate † Clementina, vt hi, qui, ibi, *etiam ſi hoc ſibi ab alijs libere concedatur.* de ętate, & qualitate.

6 Quinto dicitur liberè, ideſt de iure † communi. c. lator, & ibi gloſſa, verbo, *libere.* de homicidio. cap. 1. & ibi gl. verbo, *liberè.* de reſcriptis.

7 Sexto dicitur libere, ideſt ſine ſententia. † c. de illis de ſponſalibus. Barbatia in additione ad Abbatem, in cap. fi. de adulterijs, ſub n. 9. littera C. Dominicus Geminianus in cap. dicit Dominus 22. quæſt. 1.

8 Septimo dicitur libere, ideſt non petita † licentia. clemen, dudum. §. ſi vero idem Prælati, vbi gloſſa, verbo, *liberè.* de ſepulturis. cap. 1. de cenſibus eodem libro 6. cap. 2. de locato. cap. ſtatuimus, de regularibus. cap. quia nos, de teſtamentis.

9 Octauo dicitur liberè, ideſt ſine diſpenſatione. clemen. final. & ibi gloſſa, verbo, *liberè.* de ætate, & qualitate. cap. à multis, in fine, & ibi gloſſa, verbo, *libere.* eodem titulo, de ætate, qualitate.

10 Nono accipitur libere, ideſt ſine pacto, † promiſſione, ſeu conditione illicita, vel tranſactione. cap. vnico, vbi gloſſa, verbo, *libere.* de rerum permutatione, in 6. gloſſa, verbo, *libere.* in cap. dudum, de prębendis, libro 6. gloſſa, verbo, *libere.* in clementina vnica, de renunciatione.

Decimo dicitur libere, ideſt præſcriptio-
11 ne, vel appellatione non obſtante. cap. 1. in principio, & ibi gloſſa, verbo, *libere.* de cenſibus, in 6.

12 Vndecimo dicitur libere, ideſt gratis. c. ad Apoſtolicam 42. ibi, *libere conferantur.* de ſimonia.

Duodecimo accipitur libere, ideſt ſine
13 metu, † exponit Decius in conſ. 131. incipit, *reuocatur.* nu. 1. poſt principium.

Decimotertio accipitur liberè, ideſt ſine
14 aliqua qualificatione, † videlicet, quòd poſſit fieri collatio perſonis non qualificatis, & à Rege non nominatis. Rebuffus in concordata Francię, in rubrica de Regia ad prælaturas nominatione facienda. §. 1. in verbo, *libere.*

Decimoquarto accipitur libere, ideſt ſine
15 conſenſu, † conſilio, interuentu, vel aliàs, vt in regula noſtra, optimè Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo, *reuertatur.* numero 135. & plene dixi in gloſſa 45. poſt principium à numero decimo & in gloſſa 46. in principio. Et adde Bal. in c. 1. num. 6. de reſcriptis, dicentem, quòd verbum, *libere.* importat voluntatem abſolutam.

Decimoquinto, libere, ideſt ſine ſuperio-
16 ris auctoritate, & etiam ante vacationem. gl. verbo, *libere,* per tex. in clementina plures de iurepatronatus.

Decimoſexto, libere, ideſt ſine aliqua iu-
17 ris † ſolemnitate. cap. final. vbi Barbatia, & alij notant, de feudis. Baldus in cap. 1. num. 6. de reſcriptis.

Decimoſeptimo, libere, ideſt, ſine aliquo
18 † impedimento, vel contradictione. cap. Ordinarij, iuncta gloſſa, verbo, *libere.* de officio Ordinarij, libro ſexto. Barbatia in tractatu de pręſtantia Cardinalium. par. prima. quęſtione 3. num. 24.

Decimooctauo, libere, ideſt vltra ius com
19 mune, † quando hęc dictio apponitur in primi legijs. Franciſcus Aretinus in conſ. 76. incipit, *diligenter.* num. 3. Iaſon in l. 1. nu. 14. de ſacroſanct. Eccleſijs.

20 Decimonono, libere ideſt ipſo † iure. Abbas in cap. cum in cunctis. §. cum vero. notab. vltimo de electione, late Andreas Tiraquel. in l. ſi vnquam, verbo. *reuertatur.* nu. 134. C. de reuocand. donat. Corneus conſ. 165. num. 2. libro 2.

21 Vigeſimo, libere, ideſt ſine aliqua † diminutione. cap. 1. vbi notant Ioannes Andreas, & Geminianus ſuper verbo, *libere.* de regularibus. lib. 6.

22 Vigeſimo primo libere, ideſt ſine aliquo † extrinſico, vt poſt Philoſophum, & Diuum Thomam, tradit Corneus conſ. 165. incipit, *circa primum.* num. 23.

23 Vigeſimo primo libere, ideſt ex manu † propria. Tiraquell. poſt Bartol. & alios in d. l. ſi vnquam, verbo, *reuertatur.* num. 136. C. de reuocan. donation.

Vigeſimo ſecundo libere, ideſt ſine aliquâ mora. Oldradus conſ. 226. *Grauamina.* ſub nu. 12. verſ. *prætereà verbum libere.*

Vigeſimo tertio, hæc dicto, *libere.* interpre-
24 tatur à ſubiecta materia, † de qua agatur, & eo reſpectu quo profertur. Franciſcus Aretinus conſ. 76. *diligenter.* ſub num. 3. verſ. *licet aliqui ſecundum ſubiectam materiam.* Alexander conſ. 80. verſ. *viſo, & opportune.* nu. 12. lib. 1. Decius in cap. reprehenſibilis, ſub numero 5. poſt principiũ, de appellationibus. Vbi propterea dicit, quòd iſta dictio, *libere.* reſtringitur ſecundum alia iura, per gloſſam in capit. cum nobis olim 19. de electione, in verbo, *liberam.* Alexander dicto conſil. 80. numero 12. libro primo.

Vigeſimo quarto, libere, ideſt, ſine aliquo
25 reſeruationis † obſtaculo. cap. ſi Apoſtolica 35. ibi, *per eos, ad quos pertinet, poſſit libere ordinari, &c.* de pręb. lib. 6. & hoc modo intelligitur in regula noſtra, ratione ſubiectæ materię, de qua agitur, vt proxime dixi, nec non latius in gl. 45. & 46.

Denique vigeſimo quinto, libere, ideſt, vt facultas

facultas prouidendi non restringatur ad certum genus personarum. Immo si vna persona prouideri, aut eligi non possit, non dicitur libera prouisio, seu electio, l. nec solum. l. immo ff. de option legata. Bald. in tractatu. de Schismaticis, quem posuit post titulum. C. si quis aliquem testari prohibuerit. num. 12. vers. *est, & tertium.* & in l. fin. §. sed, & si quis. num. 26. C. comm. de legat. & fuit decisum in vna Vallisoletana prę heminentiarum, 24. Nouembris 1603. coram Illustriss. D. meo Pamphilio.

Vnde opportune quæro, an ista facultas data per regulam nostram Episcopis alternatiuam acceptantibus, vt libere possint prouidere in dictis mensibus in prima parte regulę reseruatis; Intelligatur,
26 perinde ac si nulla † esset facta reseruatio, ita quòd prorsus sit ad hunc effectum sublata: Vel solummodo detur illis facultas prouidendi talia beneficia, tanquam reseruata, sine reseruationis extinctione.

Pro vltima parte, videlicet, quòd reseruatio non sit extincta, † sed quòd aperiatur
27 facultas de reseruatis, valde vrget decisio Cassadori 8. num. 1. & 10. ac per totam, de præbendis, vbi fuit concluſum, quòd indultum concessum Cardd. ad libere conferendũ benef. reseruata, non tollit reseruationem, quia beneficium semel affectum, semper remanet affectum, nec fingit esse sublatum vinculum, sed aperit facultatem de reseruatis.

28 Cæterum conclude contrarium, † Nempe quòd in totum sit sublata reseruatio, & quòd Episcopus gaudens alternatiua conferat beneficia in dictis mensibus vacantia, tanquam libera ab omni reseruatione, vt ostendit illa dictio, *libere*. ex supradictis.

Item quia alternatiua est remotio obstaculi reseruationis, & Episcopus, qui gaudet
29 alternatiua innititur iure communi, vt dixi in §. 6. proœmiali. num. 42. & Crescentius decisione 11. de priuileg. Puteus decisione 215. numero 5. libro 1. Caputaquen. decis. 88. numero 6. & 7. par. 2. Mandosius in regula 11. quęst. 11. per totam, & dixi etiam in gl. 42. num. 9. Ac locum habet exemplum de ligato
30 manibus, † qui scribere nequit, & si dissoluitur scribit ministerio proprio: Non autem ministerio dissoluentis, vt etiam dixi in §. 5. proœm. num. 124.

Rursus quia ex eo, quòd reseruatio prorsus cessat (data negligentia conferendi) intrat deuolutio in huiusmodi beneficijs: & pos-
31 sunt conferre † iure deuolutionis Capitulum, & Archiepiscopus, & alij inferiores à Papa, ad quos de iure communi collatio deuoluitur, Rota decisione 774. incipit, *Tullen. Parrochialis.* per totam, libro tertio, parte 3. diuersorum, & dixi in glossa 24. quęst. 4. ex num. 78. vbi latius.

Insuper in hoc casu dici potest, quòd nulla vnquam intrauit reseruatio, quia est eadem
32 regula, quę reseruat, † & modificat, ac vnico contextu conficitur: Ita vt non detur aliquid prius, nec posterius, vt in simili dixit Bartolus in l. contractus, num. 4. Fulgosius numero 5. Castren. num. 7. C. de pactis. Rota decisione 756. num. 7. & 8. par. 1. diuersorum. Et propterea in casibus, in quibus intrat alternatiua, non possumus dicere, quòd extinguatur
33 reseruatio. † Nam extinctio præsupponit
34 reseruationem, & existentiam †, & relaxatio prępsupponit vinculum. cap. ad dissoluendum de sponsalib. Sicut & priuatio præsupponit habitum. l. decem 106. ff. de verborum obligatione. Caputaquen. decisione 108. numero 10. parte 2.

Sed est dicendum, quòd nulla intrauit reseruatio. Nam ad effectum reseruationis re-
35 gulæ nostræ, tempus vacationis † inspicitur. Cassadorus decis. 8. numero 9. de præbendis. Rota decisione 774. num. 10. in fine, libro 3. parte 3. diuersorum, & indicat ipsa regula nostra, ac faciunt, quæ scripsi in §. 5. proęm. num. 90. cum seqq.

Vnde illa verba thematis nostri, *libere disponendi facultatem concessit.* sunt intelligenda,
36 † non quòd concedatur facultas prouidendi de reseruatis, nec quòd relaxetur vinculum reseruationis iam radicatæ. Sed quòd eodem modo sicut primiquatuor mẽses sunt ordinarij, sint etiam ordinarij isti sex menses Episcopis alternatiua gaudentibus.

Supereſt respondere ad decisionem † Cas-
37 sadori octauam, de præbendis supra allegatam, dum numero 10. dicit fuisse concluſum, quòd indultum non tollit reseruationes inductas, sed aperiat facultatem de reseruatis.

Ad quam respondeo, quòd aut dicta decisio in hoc non subsistat, cum ipsemet Cassadorus postmodum in decisione 3. numero 2. & 4. & decisione 4. numero 2. de priuilegijs firmet, quòd indultum Cardinalis tollit im-
38 pedimentum † reseruationum, & pręuentionum, & ordinariam iurisdictionem conferuet, ac obstacula remoueat, & ad ius commune reducat: Prout etiam de hoc sunt alię quamplures decisiones, quas citaui in glossa 24. post principium, vers. *quæ indulta nihil de nouo concedunt.* num. 24. & 25. & passim alias dixit Rota, Ac nouissime in terminis dicti indulti Cardinalis, quòd per illud sit omnino remotum obstaculum reseruationis, fuit decisum in vna Hispalen. beneficij de Xerez 12. Maij huius anni 1603. coram. RP. D. meo Litta.

Vel si dictam decisionem octauam volu-

mus

mus sustinere in hac parte, dicendum erit, quòd forsan intelligatur, & locum habeat,
39 dùmtaxat ad effectum deuolutionis, † de qua ipsa decisio loquitur. Nempe, vt data negligentia Cardinalis in disponendo de beneficio aliàs reseruato, vigore indulti, collatio ad nullum alium, nisi ad solum Papam ratione reseruationis deuoluatur.

SED SI istam vltimã intelligentiam tenemus, videtur confestim repugnare his, quæ nuper diximus de deuolutione ad Capitulum, & Archiepiscopum, aliosque inferiores à Papa nec nõ illis, quæ scripsimus in glossa 24. quæst. 4. ex num. 89. vsque ad 97.

Verum adhuc possumus respondere, quòd nulla adsit repugnantia: Nam illa procedunt quando nulla orta fuit reseruatio, vt est in
40 reseruatione † nostrę regulæ, quę quoad Cardinales nullã inducit reseruationẽ, vel quoad ad menses ordinarios, vigore alternatiuæ. QVIA beneficia vacantia in talibus mensibus, vacant libera, & semper libera remanent, vt scribit ipse Cassadorus d decis. 8. sub num. 8. ante fin. de prebendis.

At verò lõge diuersum est, quoad alias reseruationes diuersas à reseruatione regulæ nostræ, vt in primis dignitatibus post Pontificalem in Cathedralibus, & principalibus in Collegiatis, & in alijs casibus cumulatis in glossa 51. contra quas reseruationes conceditur indultum Cardd. & in quibus
41 non attenditur tempus vacationis, † vt reseruatio suum effectum sortiatur. Sed attẽditur tẽpus reseruationis. Cassad. d. decis. 8. n. 12. de præben. ac tetigi in dicta glossa 24. numero 97. & 98. & videas quæ scripsi in gloss. 11. vacatione 46.

In his namque casibus, cum reseruatio semel radices † egerit, non vtique mirum erit,
42 si etiam post indultum concessum, remaneat aliquod vestigium pristinę, & primordialis reseruationis, vt ad nullum alium detur deuolutio, nisi ad solum Papam, argumento tex. in l. cum filius 76. §. heres meus. ff. de legatis 2. Cassadorus decis. 2. sub num. 1. vers. *secundo potest pro hac parte dici.* de reseruationibus super regulis.

Coadiuuatur ex eadem decisione 8. num. 4. & 7. quatenus dicit, quòd cum Cardinalis sit exemptus in hoc, vt ipse solus conferat vigore indulti beneficia reseruata (data illius negligentia conferendi) potestas solummodo deuoluitur, & reuoluitur ad Papam, cum non superior nequeat supplere defectum alterius. Abbas in c. 2. nu. 7. in fine, de conces. præbend. ac dixi in gloss. 51. sub 10. casu reseruationis num. 41.

Secundo quæro, regula nostra concedit Episcopis (gaudentibus alternatiua) sex menses. Vnus Episcopus, qui acceptauit alternatiuam obtinuit postmo-
43 dum indultum † à Sede Apostolica, vt posset conferre in omnibus mensibus anni. Vtrum per tale indultum fuit visus renunciare alternatiuæ commodo? Quæstio ista potest esse non modici effectus, quia si renunciauit alternatiuæ, & postea ex aliqua causa cecidit à priuilegio, collatio facta in aliquo ex mensibus per alternatiuam concessis, non tenebit, aliàs sic.

Conclude, quòd per dictum indultum non
44 fuit visus renunciare † alternatiuæ, vt est in terminis decisio Cputaquen. 309. parte 1. & decis. 88. num. 1. & per totam, & decisio 377. numero 3. parte 2. Anastas. Germon. de indultis. §. volumus à num. 11.

Licet ipse minus apte hoc applicet ad Cardinalium indultum, in quo non potest intrare quæstio ista: Nam sicut reseruatio nostrę regulæ non capit Cardinales: Sic nec alternatiuæ concessio, ac tetigi in gl. 24. nu. 71.

Nunquam namque primum priuilegium
45 tollitur † per secundum. l hac salubertima. C. de propositis agẽ ibus. lib. 12. l. si Ruffinus, vbi omnes notant maxime Alexander num. 3. & 4. Iason ex num. 4. cum seqq. C. de testa. milit. c. 1. de rescriptis, vbi Abbas ex nu. 6. & reliqui. Decius in cap. cum accessissent, sub nu. 17. vers. *quinto intelligitur.* de constitutionibus, & cons. 197. numero 1. Bernardus Diaz de Lugo in regula 596. incipit, *priuilegium alicui concessum.*

46 Sicut nec vna gratia tollit † alteram gratiam super eadem re concessam, & ideo consumpta vna, poterit vti alia Rota decis. 59. & decis. 63. de rescript. in antiquis.

47 Nec vnum remedium † excludit aliud remedium, sed potius insimul concurrunt, ac
48 interest nostra plura habere remedia, † ex quibus quòd magis expediat quilibet eligere possit. l. non est nouum 10. ff. de action empti Salicet. in l. si ex cautione, sub num. 29. ad medium. vers. *ego puto.* C. de non numerata pecunia, & dixi in §. 7. proœmiali, ad finem. num. 241.

49 Hinc per gratiam subrogationis, † non extinguitur expectatiua obtenta de eodem beneficio. Mohedanus decis. 7. num. 1. & per totam de præbend.

Hinc Doctor pauper habens expectatiuam in forma pauperum, si postea assequatur aliam gratiam vti Doctor, & graduatus,
50 non censetur renunciare † primę gratiæ in forma pauperum, sed potest vti vtraque. Crescentius decis. 15. aliàs 119. de priuil.

Hinc si scholari datur priuilegium Ciuis, non propterea perdit priuilegium scholaris,
51 † sed priuilegium secundum, est intelligendũ, quoad commodum, & non quoad damnum. Bartolus in l. 3. §. si emancipatus. il primo.

num.

num. 4. C. de bon. poss. contra tabulas. Alex. num. 3. & Iason num. 5. in d. l. si Ruffinus C. de testam. militis, vbi idem Iason sex modis limitat, & declarat, & adde ea, quæ dixi in gl. 5. §. 8. de coadiutorijs, ex num. 53. cum multis sequentibus.

52 Sicut nec priuilegiũ vnius † tollit priuilegium alterius. Veral. Caputaquen. decis. 109. num. 2. parte 2.

Hinc si post completam præscriptionem de aliqua re, vel iure, quis impetrauit priuilegium de eadem re, vel iure, præfatę præscri-
53 ptioni conforme, † non ideo censetur renunciare prę scriptioni, sed omnia insimul concurrent Licet secus esset si priuilegium repu-
54 gnaret prę scriptioni, vel præscriptio impleta non esset. gl. per tex. ibi (quę sic debet intelligi) in c. veniens 9. verbo *renunciasse*, & Abbas ibi numero 18. & 19. Imola numero 8. Butrius ex nu. 15. Felinus nu. 4. de præscript. Balbus de præscription. in 5. p. 5. partis principalis. q. 2. num. 4. & per totam.

Sic modificatio per Conc. Trid. de priuilegio fori, nisi in certis casibus: non nocet, nec
55 derogat in aliquo priuilegio Canonis, † vt dixi in gl. 5. §. 5. de pensione. n. 7. & 8.

Quæ omnia procedunt, quamuis in secundo priuilegio mihi concesso, non facerem mentionem de primo, prout facere non te-
56 neor, cum nullibi cautum reperiatur, † nisi fit gratia beneficialis Abbas post Innoc. & alios in d. c. veniens, ex n. 13 de prę scription. Butrius ibid. nu. 10. & seqq Felin. nu. 2.

Declara tamen supradicta nisi secundum priuilegium repugnaret, ac esset contra-
57 rium, † & incompatibile primo. Nam tunc simul stare non possent, quia ingressus vnius, alterius operatur egressum: Et per obtentionem secundi renunciatur primo, glossa per plura iura, quę allegat in dicto cap. veniens 19. de præscriptionibus, in verbo *renunciasse*. & Imola ibidem num. 6. & Abbas num. 18. Antonius de Butrio num. 15. Bartolus in l. pacta nouissima. num 1. C. de pactis, quem omnes ibidem sequũtur. Caputaquen. decis. 309. num. 2. par. 1.

Quo fit vt cum alternatiua per regulam
58 nostram concessa, non sit incompatibilis † cum indulto conferendi in omnibus mensibus. Caputaq. decis. 88. nu. 1. & decis. 377. numero 3. parte secunda: Tenendum sit, quòd per assecutionem indulti non censetur renunciata alternatiua.

Accedit etiam, quòd alternatiua per regulam nostram concessa, nunquam censetur
59 derogata † nisi declaretur expresse. Put. decis. 215. nu. 3. & decis. 222. n. 3. lib. 1. & dixi in §. 5. procemiali. nu. 50. & 51.

60 Vnde sequitur, quòd dicta alternatiua † non est sublata, per regulam 14. reuocatoriam omnium facultatum conferendi. Crescentius decis. 11. de priuilegijs. Mandos. in reg. 11. quæst. 11. num. 1. & per totam. Puteus decis. 215. num. 4. lib. 1. ac tetigi in gl. 24. sub quæst. 7. vers. *sicut, & regula.* num. 145.

Summaria Glossæ 54.

1 *Alternatiua concedit sex menses pares Episcopis, & reseruat alios sex dispares.*
2 *Alternatiuæ concessio aufert potestatem conferendi in mensibus Martij, & Septembris.*
3 *Papæ de mente, non erat concedere Episcopis octo menses, & sibi solos quatuor reseruare, & numero 4.*
5 *Papa quando reseruat octo menses concedit quatuor Episcopis, & quando concedit sex reseruat sibi alios sex, & n. 6.*
7 *Concessio vnius est reseruatio alterius.*
8 *Reseruatio vsusfructus, causat translationem possessionis.*
9 *Concessio in certis rebus includit denegationem, quoad alias.*
10 *Concesso vsu, prohibetur abusus.*
11 *Concessa administratione prohibetur dissipatio.*
12 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
13 *Prohibitio in aliquibus est aliis permissio.*
14 *Cancellatio vnius, est reliquorum approbatio.*
15 *Correctio in quibusdam, est confirmatio in reliquis.*
16 *Clausula*, anteferri. *præseruat iura aliarum personarum.*
17 *Ingressus vnius est egressio alterius.*
18 *Interrogatus de pluribus, vnum affirmando, reliqua negat.*
19 *Exceptio aliquorum casuum, firmat regulam in contrarium.*
20 *Mandatum habens speciale ad certam causam censetur reuocatus quoad alias causas.*
21 *Concessio expendendi vsq; ad certam summam, denegat vltra illam.*
22 *Tempus quod ad certum permittitur, prohibetur post illud.*
23 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
24 *Remotio vnius contrariorum, est positio alterius.*
25 *Episcopus, & Capitulum non possunt habere nisi quatuor menses, sine alternatiua, & sex cum illa.*
26 *Mensium diuisio fieri debet proportionabiliter pro modo prærogatiuæ cuiuslibet.*
27 *Casus legis si ita scriptum. ff. de lib. & posthum. expenditur.*

Ac etiam voluit, vt si ipsi in collatione, vel alia dispositione beneficiorum, in alijs sex mensibus, videlicet Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, quæ etiam dispositioni suæ, (vt præfertur) reseruauit. glossa 54.

MAXIMVS Pontifex cum concedat per alternatiuę beneficium Ordinarijs sex menses † Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris, sibi reseruat alios sex menses, videlicet Ianuarium, Martium, Maium, Iulium, Septembrem, & Nouembrem. Vnde cessat hodie antiqua difficultas. An per concessionem sex mensium, vigore alternatiuę esset Episcopis sublata potestas † conferendi in mensibus Martii, & Septembris, qui sine alternatiua sunt Ordinarii, vt per Puteū decis. 492. incipit, *in vna Corduben.* & decisione 507 libro secundo. Ex quibus decisionibus apparet, quòd Domini de Rota erant varii circa hunc articulum, licet tandem præualuerit sententia tenentium, quòd per concessionem sex mensium alternatiuorum, Papa in mente sibi reseruabat reliquos sex menses, & sic menses Martii, & Septembris: Ne videretur † duplices menses, & maiorem potestatem Episcopis concedere, quam sibi reseruare. Quod etiam postea sæpius firmauit Rota, vt patet in decisione 4. libro 1. parte 3. diuersorum, & decis. 11. libro 2 p. 3. diuersorum. Flaminius de resignatione. lib. 7. q. 14. numero 14.

Hæc tamen opinio forsan pręualuit ex eo, quia in litteris alternatiuæ solebat apponi clausula, † quòd Ordinarius renunciaret mensibus Martii, & Septembris, vt dixit Put. decis. 387. sub num. 2. lib. 3.

Sicut enim, quando in prima parte nostrę regulę, Papa reseruat octo menses, reliquos quatuor tacite Ordinariis concedit. † Puteus decisione 53. numero quarto. libro 2. Sic etiam per concessionem sex mensium alternatiuorum, reliquos sex menses sibi Papa reseruauit, quamuis expressum non esset, prout in regula nostra, maiori pro cautela exprimitur.

Hinc sunt apposita illa verba, *vt præfertur reseruauit*. pręsupponentia anteriorem reseruationem istorum sex mensium, quę expressa non fuerat, † sed dumtaxat tacita, eo ipso, quòd alii sex mēses fuerunt Ordinariis concessi.

SEMPER enim quādo aliquid conceditur, censentur † reliqua omnia reseruari, & e conuerso. l. nam quòd liquide. §. finali. ff. de pœn. legata. l. quæsitum. §. denique. ff. de fundo instructo, vt loquendo etiam de iurisdictione. consuluit Parisius cons. 1. nu. 11. lib. 1. & cons. 84. num. 8. lib. 4.

Prout etiam per reseruationem vsusfructus, eo ipso trasfertur possessio rei, cuius vsusfructus reseruatur. l. quisquis. C. de donationibus. l. 9. titulo 30. Partita 3. Antonius Gomezius in l. 45. Tauri ex n. 63. Couarruu. lib. 3. variar. c. 12. per totum. Put. decis. 216. num. 3. & 8. lib. 3. vbi post alios dicit, quòd casus d. l. quisquis, continet vnum de mirabilibus mundi.

Item concessio facta scriptoribus † Apostolicis, vt eorum prerogatiua circa beneficia duret, etiam post dimissum officium, includit tacitam negationem in aliis casibus non comprehensis, vt dixit Rota decis. 7. nu. 6. par. 1. diuersorum.

Sic etiam concesso vsu, † abusus prohibitus censetur. l. sed & si. §. 1. & 2. ff. de vsufruct. l. plenum. §. 1. ff. de vsu, & habitatione. Stephanus de Federicis in tracta. de interpreta. iuris 1. p. nu. 108. & vide plura, quæ de abusu dicam in glossa 56.

Nec non concessa administratione, † videtur prohibita dissipatio. l. si cum dotem. §. si non. ff. solut. matrim. l. filius. ff. de donat.

Hinc inclusio vnius † est exclusio alterius. c. non ne, de præsumptionibus. cap. qualis 25. distinct. Parisius cons. 35. num. 9. cum sequentibus. libro 1.

Et quòd aliquibus prohibetur. aliis concessum videtur, & e contra. l. cum prętor. ff. de iudiciis. l. vnica. §. fin autem. C. de caducis tollendis. c. ad audientiam, de decim. Decius cons. 99. sub n. 4. vers. *tertio non obstat.*

Nec non cancellatio vnius † est reliquorū approbatio l. Tribunus. §. fi. ff. de militari testamento, vbi notat Baldus. Rota decis. 50. de rescript. in antiquis. Caputaq. decis. 75. nu. 7. & 8. p. 3. Iason in l. maritus sub num. 10. C. de procurator.

Ac correctio † in quibusdam est in reliquis confirmatio. Baldus in l. fin. num. 14. in principio. C. de edicto Diui Adriani tollen. tex. in cap. fin. in principio, de clandestina disponsatione.

Item clausula, *anteferri*, operatur pręseruationem iurium † aliarum personarum. Rota decis. 11. num. 12. de concess. pręb. in antiquiorib. Besigneti.

Nec non ingressus vnius est egressus † alterius. cap. renunciamus 32. quæstione 4.

glos.

gloss. verbo, *renunciasse*. in cap. penultimo de prescriptionibus.

18 Rursus interrogatus de pluribus † qualitatibus vnam affirmando alias negare videtur, vt cum pluribus Puteus decisione 312. numero 3. & per totam. lib. 2. vbi agit de veritate communis opinionis circa hoc adducte per Iason in l. si cui 52. §. si a filio. nu. 9. & 14. ff. de legat. 1.

Et concessum sub vna conditione, censetur sub contraria conditione denegatum. l. pecuniam. ff. si cert. petatur, cum aliis adductis in gl. 43. num. 122.

19 Itidem exceptio aliquorum casuum † firmat regulam in contrarium, quoad casus non exceptos. Authen. de non alienand. §. vt autem, collatione 1. l. 1. vbi Decius numero 21. & 27. de regul. iuris. Alexander in consilio 35. *viso processu*. numero 10. libro 4. & consilio 145. num. 2. volum. 7. Couarru. lib. 2. variar. cap. 5. num. 6. plenè Felin. multipliciter declarans, & limitans in cap. quoniam frequenter. nu. 1. cum sequentibus, vt lite non contestata.

20 Item habens mandatum speciale † ad certam causam, censetur prohibitus agere in alijs causis. l. maritus. §. fin autem. C de procuratoribus, vbi post alios plenè docet Iason num. 9. & 10.

21 Præterea quando emphiteutæ † conceditur expendere in re data in emphiteusim vsque ad certam summam, vltra illam censetur prohibitum fuisse. Ruinus cons. 157. *considerat.* num. 6. & 19. vol. 1.

Et quòd ad certum tempus permittitur,
22 † post illud censetur prohibitum, & è conuerso, vt dixi in §. 5. proœmiali, numero tertio, & quarto.

Vnde etiam dicimus, quòd prouisio ho-
23 minis † facit cessare prouisionem legis. l. fin. C. de pactis couentis. l. & habet 15. §. cum quis, & ibi gl. verbo, *non competit*. & notat Bartolus ff de præcario, & latè tradit Antonius Gabriel in titulo de reg. iuris conclus. 8. vbi vnam ampliationem, cum vndecim limitationibus collocat, Ioannes Gutierrez in repetitione §. sui à nu. 60. institut. de hæred. qualita. & differentia, & in cons. 12. n. 12. Vincende Franchis decis. 155, num. 9. par. 1. Iulius Clarus in praxi. §. fin. q. 85. n. 5. cum sequentib. Rota decis. 346. num. 44. cum seqq. & decis. 385. ex num. 4. & ferè per totam, & decis. 609. nu. 3. p. 1. diuers. & decis. 49. nu. 47. & decis. 279. num. 7. & 8. & decis. 71. num. 2. p. 2. diuersorum,

24 Accedit quòd ad remotionem vnius † contrariorum, sequitur positio alterius. l. illud. ff. de acquirend. heredit. l. sed si pupillus. §. si institoria. ff. de institor. action. l. hæc verba ille. ff. de verbor. significat. l. 1. C. de furtis. cap. cum teneatur 32. quæst. 1. cap. quicumque ab origine, de pœniten. distinct. 2.

Ex quibus, cum essem consultus in vna causa Casalen. Canonicatus, respondi, vanam esse prætensionem Episcopi intendentis gaudere beneficio alternatiuæ, in omnibus sex mensibus per regulam nostram concessis: quoad prouisiones præbendarum illius Ecclesiæ: ex quo esse dicebat in possessione illas conferendi solus, sine consilio, consensu, aut interuentu Capituli, vel aliàs. Nec non esse vanam intentionem Capituli asserentis ipsum posse libere, & absque Episcopo conferre dictas prebend. vacantes in quatuor mensibus Ordinariis, taliq; possessione gaudere. Quia quomodocumque sit, neque Episcopus, nec Capitulum possunt habere nisi ad sum-
25 mum † sex menses, quando Episcopus gaudet alternatiua. Nam reliqui sex menses remanent Sedi Apostolicæ reseruati. Consului tamen, quòd inter Episcopum, & Capitulum se componerent: Ita quòd in duobus mensibus Martii, & Septembris solus Episcopus libere conferat, & Capitulum in aliis duobus mensibus ordinariis Iunii, & Decembris, similiter sine Episcopo libere prouidere posset: Et huius concordiæ confimationem Apostolicam obtinere curarent. Nam illa obtenta, ac Episcopo alternatiuam acceptante, & gaudente: prout posse videtur ex his, quæ scripsi in gl. 45. §. 1. quæst. 3. Papa habebit suos sex menses Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Septembris, ac Nouembris. Et Episcopus vigore alternatiuæ habebit quatuor menses Februarii, Aprilis, Augusti, & Octobris. Ac Capitulum potietur suis duobus mẽsibus Iunii, & Decembris: Et sic erunt diuisi
26 mẽses † pro modo prærogatiuæ cuiuslibet, ser-
27 uato fere modo, & diuisione † pulchri textus in l. si ita scriptum 13. ff. de liberis, & posthumis, dicentis, quòd si testator, qui vxorem prægnantem reliquit, disponat, quòd si filius nascatur, ex besse, hoc est ex duabus tertis partibus hæres sit, & in reliqua tertia parte vxor succedat: Si vero filia nata fuerit ex triente, ideſt ex tertia parte hæres sit, vxorque duas tertias partes percipiat: Si postea filius, & filia nati essent, quòd tali casu hæreditas sit diuidenda in septem partes, & filius quatuor, vxor duas, & filia vnam, secundum testantis voluntatem, & prærogatiuam cuilibet assignatam habebunt.

Summaria Glossæ 55.

1 *Episcopi perdunt alternatiuam prouidendo in mensibus reseruatis.*
2 *Paria sunt ad effectum perdendi alternatiuam conferre beneficia reseruata, vel prouisionibus Papæ obuiare.*
3 *Paria sunt impedire libere fieri electionem, vel electorum consanguineos molestare.*
4 *Paria sunt non habere possessionem anteriorem vel impedimentum alteri præstare.*
5 *Paria sunt fieri in tempore publicationem resignationis, vel esse impeditum ab aduersario. Idemque est quoad regulam de annali, & quoad prosequendam appellationem. n. 6. & solutionem. num. 7.*
8 *Paria sunt, quòd debitor sit a creditore liberatus, vel quòd teneatur illum liberare.*
9 *Paria sunt punire innocentem, vel nocentem, qui condemnari non potest, & confiteri in tormentis, vel metu tormentorum, & num. 10.*
11 *Modus non curatur, sed effectus attenditur.*
12 *Effectus sæpe principaliter attenditur. & n. 15.*
13 *Effectus operum semper perhibet testimonium veritati.*
14 *Effectus operis, & non nomen consideratur.*
16 *Effectus ex efficacia arguitur potentia causæ, & exitus acta probat, &c.*
17 *Probatio ab effectu est optima, & sensitiua.*
18 *Effectualiter potest appellari bestia, homo irrationabiliter viuens.*
19 *Effectum secundum suum, quælibet res debet æstimari & considerari.*
20 *Effectualiter sunt intelligenda verba cuiuslibet constitutionis.*
21 *Paria sunt prouisionem Apostolicã non habere, vel illam sine effectu habere.*
22 *Paria sunt actum esse nullum, vel non effectuatum. & num. 24.*
23 *Gratia fiat in lingua Papæ, in litteris testimonium, & in effectu, ac exequutione commodũ.*
25 *Collatio beneficij sine effectu, est sicut corpus sine anima*
26 *Beneficium propriè non dicitur, quando fructus non percipiuntur, quia seruit de sclvento. num. 27. & 28.*
29 *Beneficia litigiosa sunt parum in cõsideratione.*
30 *Aliud est Ordinarium cõferre beneficium reseruatum, & aliud prouiso Apostolico impedimentum facere, ac plures effectus resultant, vt in nn. 31. 32. & 33,*
34 *Nomen Papæ est nomen Sanctitatis.*
35 *Papa appellatur Sanctissimus, quia talis præsumitur.*
36 *Papa debet esse Apostolicæ Sanctitatis, quia gerit vices Dei & nu. 37.*
38 *Osculum, & adoratio, datur Papæ in pede.*

Seu etiam aliorum, dispositioni suæ, & dictæ sedis, aliàs quomodocumq; reseruatorum, vel affectorum se se intromiserint. Aut quominus prouisiones, & gratiæ Sanctitatis suæ, de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquomodo prę-stiterint. gl. 55.

DISPONITVR per regulam nostrã, quòd si Episcopi acceptantes alterna
1 tiuam se intromiserint † in collatione beneficiorum vacantium in sex mensibus Apostolicis Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, aut Nouembris. Vel in collatione aliorum quorumcumque beneficiorum reseruatorum, vel affectorum extra reseruationem ratione mensis, impedimentum quoquomodo prę-stiterint, quominus gratię suæ Sanctitatis debitum effectum consequantur. Sint ipso iure priuati, vsu, & beneficio dictæ alernatiuæ, & collationes per illos factę nullius sint roboris, vel momenti.

De dicta pœna priuationis, vsu, & beneficio alternatiuæ, ac nullitatis priuationis ordinarię loquar (Deo dante) latè in duabus glossis seqq. vbi pro themate verba nostræ regulæ dictam priuationem, & annullationem concernentia constituam.

Et quęnam sint beneficia aliàs dispositioni Apostolicæ reseruata, extra reseruationem ratione mensis, scripsi plenè superius in glosa 51. vbi loquutus fui de reseruatis: & in glossa 52. vbi dixi de affectis, ad quæ loca lectorem remitto.

Nunc collige ex verbis nostrę regulę,
2 quòd ad effectum † priuationis dictę alternatiuæ, paria sunt conferre Episcopos beneficia reseruata, vel impedimentum præstare quominus prouisiones Apostolicæ debitum consequantur effectum, cum vtrumque pari passu ambulet, & tendat in præiudicium Apostolicæ collationis argum. text. in l. nulla differentia. ff. de auctor. tutor. text. in l. de ętate. §. nihil. ff. de interrogat. actionibus.

Prout paria sunt impedire directe electionem liberè fieri, vel indirectè, electo-
3 rum consanguineos † molestando. capit. sciant cuncti, duodecimo, de electione. libro sexto. Tiraquell. de pœnis temperan.

causa

causa 51. ex nu. 67. vsque 75. Rolandus cons. 2. num. 66. volum. 1.

Sicut & paria sunt non habere possessionem anteriorem, vel iniuste præstare impedimentum, quominus aduersarius, qui habet priorem collationem illam capiat. Afflictis decisione 302. num. 1. vers. *quò casu.* & dixi in §. procemiali ex numero 38. cum sequentibus.

Et paria sunt publicationem resignationis in tempore † facere, vel aduesarij impedimento, quominus faciat impeditum esse. Flaminius Parisius de resignatione. lib. 11. quæst. 13. à num. 95.

Quod etiam procedit in terminis regulę de annali possessore, quoad eius secundam partem. Gomezius ibid. q. 14. per totam, & sæpe tenuit Rota.

Item paria sunt appellationem in tempore prosequi, † vel ab aduersario quominus eam prosequatur impeditum esse. Decius in cap. si iustus metus. num. 4. & 6. de appellationibus. Cassad. decis. 9. de appellation. l. fin. §. illud. vers. *nisi ipse appellans.* C. de tẽp. appel.

Rursus paria sunt in tempore soluere, † vel ab aduersario, quominus soluat impediri. Bartolus in l. amplius. num. 8. in fine. ff. rem ratam haberi. Caputaquen. decis. 108. num. 6. parte secunda.

Item paria sunt, quòd debitor sit à creditore liberatus, † vel quod creditor sit obligatus illum liberare. Carolus Ruinus cons. 12. num. 33. volum. 3. & cons. 19. numero 14. volum. 4.

Paria etiam sunt punire † innocentem, vel punire nocentem, qui condemnari non potest. Rolandus consilio 94. numero decimo. volum. 4.

Et paria sunt confiteri † in tormentis, vel metu tormentorum. Bald. in l. nouissime. ff. quòd falso tutore. Hippolytus de Marsilis cons. 124. num. 3. & cons. 88. num. 18. & cons. 123. num. 9.

Quibus adde ea, quæ dixi in gl. 27.

Si enim prouisus Apostolicus impeditur, ne possessionem capiat, nihil refert an impediatur collatione Ordinarij, vel alio quocumque impedimento ab eodem Ordinario illato. Quia de modo non curatur, † sed solus effectus attenditur. l. si mater 3. vbi notat Baldus ante numerum primum. C. de institut. & substitut. & ibidem Decius, & cęteri scribentes. Romanus cons. 295. incipit, *donatio.* sub num. 2. Hippolyt. de Marsil. in praxi. §. secundo. n. 22. Rota decis. 276. nu. 3. par. 2. diuers.

Effectus enim principaliter semper attenditur. † l. 2. C de alimo pupil. præstan. l. cum seruus. ff. de verb. oblig. Put. decis. 100. n. 7. & decis. 252. num. 8. & 9. lib. 2.

Sic operum effectus † testimonium perhibent veritati. cap. quòd Dei, in princ. de statu monachor.

Et effectus veritatis, † non autem nomen consideratur. Sicut pietas non consistit in nomine pietatis, sed in substantia veritatis. Lapus allegat. 95. num. 4.

Ideo dixit Rebuffus in compendio alienation. rerum Ecclesiæ. numero 34. in fine, quòd iura nolunt nisi † effectum, ad finem, & allegat l. 1. §. vnde. ff. de noui operis nunciatio.

Item ex efficacia † effectus, arguitur potentia causę efficientis. l. generali. C. de Episc. & Clericis: Ac exitus acta probat, & effectus denotat causam. l. rem non nouam, circa finem. C. de iudicijs. Rota decis. 701. nu. 1. p. 1. diuersorum.

Hinc dixit Baldus in rubrica. ff. de rerum diuisione sub numero 32. ad medium, quòd probatio † ab effectu est optima, & sensitiua probatio: nam quærere rationem vbi habemus effectum, & sensum est infirmitas intellectus.

Similiter dixit gl. in authentico de Monachis collatione 1. in principio, super verbo. *decentem.* quòd homo, qui irrationabiliter † viuit, & contra decentiam ciuilem, ab effectu potest appellari bestia.

Item quælibet res debet æstimari, † & considerari secundum suum effectum. Rota decis. 33. num. 14. de præbend. in antiquis. cap. 2. de commodato. cap. cum dilect. de causa possession.

Rursus verba, *cuiuslibet dispost.* sunt cum effectu † intelligenda. l. 1. §. hęc autem verba. ff. quòd quisque iuris. cap. relatum, de Clericis non residentibus. cap. 1. de eo, qui mittitur in possessionem. Rota Besigneti decis. 11. nu. 15. de concess. præben. Cassad. decis. 10. num. 1. de concess. præben.

Et paria sunt prouisionem Apostolicam non habere, vel illam sine effectu † habere. Iason plura adducens in l. fin. num. 3. ff. de officio eius, cui est mandat. iurisdictio. Marcouius cons. 16. num. 41. Surdus cons. 3. num. 29. volum. 1. cumulat plura in proposito. Iason in l. quoties. num. 3. & 4. ff. qui satis dare cogan.

Idemque est actum esse nullum, † vel non effectuatum. Aimon cons. 10. numero quinto. Acchilles de Grassis decisione quinta, de præscriptionibus.

Quia in lingua Papę stat gratia, & in litteris testimonium, & in effectu, ac executione † commodum. Acebedus post alios in l. 2. titulo septimo, libro quinto recopilationis. num. 13.

Parum namque interest collationem Apostolicam habere † nisi illa

sum debitum sortiatur effectum, ac executioni demandetur. gl. in rubrica. C. de exception. rei iudicatæ. l. 2. §. post originem. ff. de origine iuris. c. 3. §. præterea, de electione. lib. 6. cap. vnico. §. & quoniam, de statu regularium. eod. lib. 6.

Nam sicut corpus sine anima non dicitur homo, sed cadauer, sic prouisio de beneficio
25 sine effectuatione, † prouisio dici non potest. text. in cap. si quis obiecerit prima quæstione 3.

Vnde quando ex beneficio non percipiuntur fructus, non dicitur proprie beneficium
26 : † Sed beneficium sine effectu est
27 ventosum, ac † fictum, inutile, ac nullius momenti, & cui nomen beneficij non quadrat, vt plenè tradit Ludouicus Gomezius in regula de annali. q. 47. ex n. 2. vsque ad n. 5. vbi alia plura in proposito adducit, & tetigi in glossa 34. n. 112. plura dicit Enerardus in loco ab effectu per totum, & vide quæ scripsi de effectuatione collationum in glossa 45. §. 3.

Beneficium etenim sine fructibus esse
28 non potest. † Ripa in responso 5. de constitutionibus. num. 24. Puteus decisione 374. num. fin. lib. 1.

Ac propterea beneficia litigiosa sunt pa-
29 rum in consideratione. † Puteus decis. 130. sub num. 1. libro tertio. Acchilles decis. 17. num. 1. de præbendis.

Quamuis autem sit verum, quòd ad effectum cadendi à beneficio alternatiuę, paria sint, prouidere Episcopum de beneficio reseruato, vel impedire, quominus Apostolica collatio debitum sor-
30 tiatur effectum; Tamen ad alios effectus † multum distat vnum ab alio.

Nam quandò non adest prouisus Ordina-
31 rius, minor probatio † sufficit pro verificatione reseruationis, vt scripsi in glossa 11. ad finem, vers. *limita secundo quando non esset.* ex numero 104.

Item quia si non adest intrusus, sed possessio est vacans, facilius Apostolicus prouisus
32 illam assequi † poterit, ex traditis per Couarruuiam lib. 3. variar. cap. 16. num. 7. vers. *quod si quis.* Caputaquen. decis. 333. & 334. parte 2. Rota decis. 363. num. 1. & per totam par. 1. diuersorum.

Item quia cessante contradictore, ac in-
33 truso cessauit lis, † & alia damna, & inconuenientia, quæ dixi in §. 7. procem. in princ.

Immo quando Episcopus non contulit rarò, aut nunquam impedimentum aliquod præstat.

Quatenus dicit regula nostra, *sanctitatis suæ.* nota quòd nomen Pa-
34 pæ est nomen Sanctitatis. † Nam Papa Sanctissimus appellatur, quia Sanctissimus præ-
35 sumitur. † cap. 1. 40. distinctione, ibi, *quis enim Sanctum dubitat esse, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo si desint bona acquisita per*
36 *meritum, sufficiunt, quæ à loci prædecessore præstantur.* Ideo Papa debet esse vir Apostolicę Sanctitatis. Baldus in procemio decretalium in verbo, *Gregorius.* num. 3. Et est maior omnibus sanctis (excepto Petro) vt dixi in gloss. 1. num. 35. Nec mirum cum Papa gerat vi-
37 ces Dei in terris. † clemen. 1. ibi, *domino disponente præsidemus.* vbi notat Cardinalis, numero 7. de sentent. excommunic. gloss. in verbo *quod Deo.* in cap. pœnis, de pœnitentia, distinct. 2. clementina prima, de magistris, vbi notat Card. n. 3. & dixi in glos. 1. nu. 10.

Ac propterea Papam adoramus, & oscu-
38 lamur in pede. † glo. verbo, *osculandi.* in l. 1. C. de domesticis, & protectoribus, vbi Io. de Platea, & omnes tradunt, Gregor. Lopez in l. 5. titulo 25. partita 4. super gloss. verbo, *la mano.* Restaurus Castaldus in tractatu, de Imperator. quęstione 64. num. 3. & per totam, vbi plura de hoc Nauarrus in cap. humanæ aures 22. quęst. 5. quæst. 1. numero 7. glossa, verbo, *oscula.* in extrauaganti prima, de verborum significatione. Ioan. 22.

Summaria Glossæ 56.

1 *Alternatiuam perdit Episcopus abutens illa, & num. 22. pro regula ponitur.*
2 *Priuileg. amittere meretur, qui abutitur illo.*
3 *Seruanda non sunt sua iura illi, qui ius alienum violare non metuit.* (illo.
4 *Priuilegijs alienis qui derogat, est priuandus proprijs.*
5 *Reip. interest, ne quis sua re malè vtatur.*
6 *Abusorum nõnullorum Ordinariorum ratione solent fieri reseruationes.*
7 *Priuilegium amittit, qui in illud committit, vt in exemptione à solutione gabellarum, & in Iudæis n. 8. in Religiosis. n. 9. & in Clericis. n. 10. & 15. & in iure ducendi aquam. n. 11. & Hospitalarijs. n. 12.*
13 *Dignitate non iuuatur, qui male eam seruat.*
14 *Priuilegium fori perdunt scholares inhonestè viuentes, vel aliquid contra scholasticam disciplinam committentes.*
16 *Abusus ratione, conceditur exemptio ab ordinarijs.*
17 *Abusus maiores, an faciant Odinarij ratione suæ iurisdictionis, quam exempti ratione exemptionis.*
18 *Exemptionem solet concedere signatura, litigantibus cum Ordinarijs.*

Priui-

19 Priuilegiati cauere debent, ne ex vsu suorum priuilegiorum scandala oriantur.
20 Auxilium legis frustra inuocat, qui committit in illam.
21 Priuilegium, quod incipit esse nociuum, reuocari debet.
22 Dominus abutens seruis suis, illos vendere compellitur.
23 Princeps potest priuare iurisdictione Magnates, & Barones asperius, & seuerius subditos suos tractantes, idemque procedit in feudo. n. 24. & 26.
25 Domini temporales semper sunt subditis suis infesti, & auaritia pleni, quam de die cogitant, & de nocte somniant, eosque diglutire intendunt.
28 Alternatiuam perdit, qui se intromittit in prouisione quorumcunque beneficiorum reseruatorum, aut impedimentum præstat.
29 Alternatiua perditur ipso iure, propter abusum illius.
30 Verba, eo ipso. important priuationem ipso iure, & substitutionem directam. nu. 31.
32 Verba, hoc ipso. important priuationem ipso iure, nec non, priuati existant. & num. 33. & 34.
35 Priuatio ipso iure, per quæ verba inducatur, & remissiuè casus 76. adducuntur.
36 Dictiones plures latæ sententiæ solent coniungi, ad maiorem declarationem.
37 Vsu priuatur, etiam Episcopus male vtens alternatiua.
38 Vsus, & quasi possessio idem sunt.
39 Vsus est causa, & consuetudo causatum.
40 Vsu priuilegij priuandus non est, lite pendente super subreptione illius.
41 Vsus plus continet, quam possessio.
42 Collatio dicitur fructus.
43 Priuatus ipso iure non facit fructus suos.
44 Alternatiua sublata, intrat reseruatio in mensibus alternatiuæ.
45 Quasi possessio inficitur in casu. c. 9. sess. 25. Conc. Triden.
46 Vsus priuatio multum importat, quia possessio non amittitur quamuis dominium ipso iure publicetur.
47 Intimatio non requiritur, quando lex ipsa, priuat ipso iure.
48 Alternatiua perditur per non vsum, Papa volente, & declarante, & non alias. numero 49.
50 Emphyteuta non soluens Canonem cadit à iure suo; intelligitur tamen Domino volente, & numero 51.
52 Inuito creditori, nunquam applicatur pœna.
53 Hæres non potest declarare pœnam incursam in vita defuncti, quam ipse non declarauit.
54 Pensionem non soluens, non est excommunicatus, nisi pensionario volente, & declarante, idemque est in priuatione, & ad talem declarationem requiritur speciale mandatum.
55 Feudatarius nō perdit feudum ob felloniam nisi Domino volente, nec dicitur nouum feudum, sed antiquum, & 56.
57 Testamentum est nullum ex causa præteritionis, filio præterito volente, & nō aliter, & nu. 58. idem est in supplemento legitimæ. n. 61.
59 Venditio annullatur per Statutum, si fiat alteri, quam vicino, intelligitur vicino volente, & 60. Idem est in transactione. nu. 62.
63 Attentata licet sint ipso iure nulla; tamen intelligitur parte volente, & petente, & nu. 64.
65 Decretum irritans ita demum annullat, si pars petat.
66 Compensatio fit ipso iure: parte tamen opponente, idemque est in processu Ordinario, statuto contradicente, & in executione trium conformium. num. 67.
68 Falcidia resecat legata ipso iure, si hæres petat, & nu. 69. Idemque est in actionibus fideicommissarij. num. 70. & 71.
72 Appellatio informiter facta, tunc non deuoluit causam, quando appellatus opponit, & nu. 73.
74 Frigiditas dirimit matrimonium (alio tamen nō frigido volente.) Et triennium concessum ad faciēdā experientiā, & pœnitentiam, quando petitur desolutio matrimonij ob frigiditatem, non incipit currere à die cohabitationis: Sed ab assignatione per Iudicem facta, & ibi agitur de restitutione, de qua in c. 1. de sepult. in 6.
75 Dolus dans causam contractui, reddit illum ipso iure nullum, si pars petat, & 76. idem est in obligatione dandi fideiussores. nu. 77.
78 Collatio facta de beneficio iurispatronatus tenet, nisi patronus opponat, & nu. 79.
80 Donatio reuocatur natiuitate filiorum, dummodò ipsi petant, idem est in commissione. nu. 81. & in expectatiua. nu. 82.
83 Regula de triennali tunc obstat, quando pars opponit, & id etiam procedit in statuto excludente fœminas. nu. 84.
84 Lex disponens, quòd post triennium petī nō possint salaria famularum, aduocatorum, &c. est intelligenda, parte opponente.
85 Melioratio facta contra pactum de non meliorando filium, tunc est nulla, quando ille filius ob cuius fauorem fuit factum pactum, opponit, secus si alius, & num. 86.
87 Cautionem dandi obligatio, intelligitur parte petente, & supra. nu. 77.
88 Collationem qualificatis personis faciendi obligatio, intelligitur ipsis petentibus, quia collator non debet requirere qualificatos. nu. 89.
89 Priuilegium concessum Cardinalibus, intelligitur ipsis volentibus.
90 Contractus factus cum pupillo, vel Ecclesia sine Tutoris, vel Prælati authoritate, tunc demum est nullus, si ipsi petant, & nu. 91. 94. 95. & 96.
92 Pupillus, vel Ecclesia dans de nullitate contractus

ctus potest pœnitere, etiam post sententiam, & datur cautela. num. 93.

93 *Lex, vel statutum denegans actionem alicui in Ciuilibus, intelligitur parte opponente.*

97 *Census impositio est alienatio.*

98 *Census si imponatur super bonis Eccl. sine debita sollemnitate, quamdiu non datur de nullitate, emptor facit suos redditus solutos, ratione impliciti status validitatis n. 99.*

100 *Procurator post litem contestatam reuocari nō potest, parte tamen opponente, & nu. 101.*

102 *Papa licet non intendat grauare eundem collatorem duplici onere, intelligitur, tamen ipso opponente, & nu. 103. & 150.*

103 *Instrumentum non recognitum nō probat: parte tamen opponente.*

104 *Transactionem impugnans audiri non debet, nisi prius restituat illud, quod accepit: parte tamen opponente, & num. 105.*

106 *Clausula* sublata *licet annullet. intelligitur tamen parte opponente, & nnm. 107.*

108 *Opponente parte, est intelligendus quilibet actus regulariter, & in excussione idem locum habet. Item omnis concessio ad fauorē alicuius emanata, intelligitur si ille, ea vti velit.*

109 *Sententia lata nemine instante, est ipso iure nulla.*

110 *Alternatiuæ de priuatione opponere non pōt prouisus ab Ordinario de beneficio vacante in mense Martij, aut Septembris, cum sit tertius.*

111 *Tertius minimè potest opponere, de incursu pœnæ nostræ regulæ.*

112 *Tertius non potest opponere de iure tertij, nisi sit prorsus excluſibile, & nu. 113.*

114 *Alternatiuam se amisisse, propter abusum, nequit allegare Episcopus, nisi Papa volente, & nu. 115.*

116 *Nostrū quod est, sine facto nostro auferri non potest.*

117 *Occasio illudendi Papam danda non est, nec Episcopus debet ex sua culpa commodum reportare, & num. 118.*

119 *Declaratum quod est semel, amplius declaratione non indiget.*

120 *Veritas, ostenditur ex praxi, & obseruantia.*

121 *Grauari non debet Papa, intimare in specie cui libet Episcopo, quòd omnibus per legem generalem notificauit, & ipsi acceptarunt. n. 122.*

123 *Nullus est actus gestus lege resistente, & annullante, quamuis pars non petat, quando annullatio non inducitur ob solum fauorem partis, sed ob alium effectum.*

124 *Papa quando concedit beneficium vti reseruatū, ratione abusus alternatiuæ satis declarat, velle Episcopum abutentem esse priuatum illa. Et collatio interim facta ab Episcopo non tenet.*

125 *Fructus etiam bona fide consumpti debentur à tempore commissi, seu contrauentionis, etiam ante declarationem.*

126 *Declaratio, quòd Episcopus amiserit alternatiuam, propter abusum, formiter facta, requiritur, quando cōtrauentio non est notoria.*

127 *Declaratoria sententia præuia causæ cognitione, est necessaria, quamuis inducatur ipso iure priuatio.*

128 *Alternatiuam non perdit Episcopus propter contrauentionem, quando habuit iustam ignorantiæ causam, veluti quia prætendebat Sedem Apostolicam vacare, vt n. 129. vel quia articulus erat dubius. nu. 130. vel ignorabat factum ex quo oritur reseruatio, vt n. 131.*

132 *Ignorātia facti excusat à pœna nostræ regulæ.*

133 *Causa qualibet sufficit ad excusādum à pœna.*

134 *Alternatiuam non perderet Episcopus propter contrauēnionem, nisi esset in nostra regula expressum, & num. 138.*

135 *Priuilegium tunc perditur propter abusū, quando est proprie priuilegium, aliàs non, & num. 136. vbi etiam habetur, quòd non amittitur, quando competit ex consuetudine, vel statuto.*

137 *Alternatiuæ concessio non est propriè priuilegium, sed gratia, seu beneficium obstaculum remouens, & nu. 138.*

139 *Alternatiua nihil concedit, quoad beneficia alias reseruata, vel affecta.*

140 *Abusus priuilegij ratione non amittitur priuilegium, quando delinquitur circa alias res non contentas in priuilegijs.*

141 *Causa iusta ignorantiæ non releuat Episcopo, si postquam fuerit de reseruatione certioratus insistit in contrauentione, & num. 142.*

143 *Possessionem liberè non dimittens, postquàm malam fidem habere cœpit, perdit ius, si quod habebat.*

144 *Obtenta beneficia sunt narranda, aliàs gratia est nulla, nisi sit impetrata nomine absentis, dummodo postquàm litteras videre potuit, obtineat reformationem. nu. 145.*

146 *Regressum habens ad suum beneficium vigore. c. si beneficia de præbend. in 6. vtitur remedijs possessorijs.*

147 *Episcopus amittens alternatiuam ratione contrauentionis, redit ad quatuor menses ordinarios.*

148 *Rescissorum natura est, vt antiquum ius vtrique parti restituatur.*

149 *Rescissorum vno posito, alterum necessario ponitur, & vno remoto alterum remouetur.*

150 *Rescindere transactionem volens, non auditur, nisi prius restituto illo, quòd vigore illius accepit, vide supra. num. 104.*

151 *Datum ob causam, repetitur causa non secuta.*

Vsu, & beneficio prædictæ facultatis, eo ipso, priuati existant. gl. 56.

NOta ex regula nostra in supradictis verbis, quòd Episcopus, qui acceptauit alternatiuam perdit † eã, 1 eo ipso, quòd abutitur illa, conferendo beneficia in mẽsibus Apostolicis vacantia. Nam meretur amittere priuilegium, 2 qui permissa sibi abutitur † potestate. c. priuilegium. 11. quæst. 3. cap. fin. de rescriptis. l. qui sine 38. ff. de negotijs gestis. l. libera 48. vbi gloss. 1. ff. de peculio. l. rogasti 11. §. fin. ff. si cert. pet. l. 42. titulo 18. partita 3. Menoch. de arbitrarijs Centuria 6. casu 511. num. 4. & in terminis regulæ nostrę dixit Crescen. decisione 13. num. 3. de priuilegiis. Mandosius cons. 11. incipit, *scripsi*. num. 2. Fuscus in tract. de visitatione. lib. 2. cap. 28. num. 31. ad fin. & aliàs sæpè dixit Rota.

3 Nec sunt suis iura seruanda † ei, qui ius alienum violare non metuit. c. vbi, 74. distinct. c. si decet 25. quæst. 2. gló. verbo, *decertauimus*. in c. dilecti 4. de priuilegijs.

4 Sed potius est sui priuilegijs priuandus, † qui alienis derogat. tex. in d. cap. dilecti, vbi Abbas numero 1. & Socin. eodem num. 1. de priuilegijs.

5 Expedit enim Reipublicæ ne sua re quis † malè vtatur. §. fi. vers. *expedit*. instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

6 Ideò propter magnos abusus nonnullorũ † Ordinariorum in cõferendis beneficijs, solẽt fieri reseruationes. Simonetta de reseruationibus quæst. 3. num. 10. & dixi in gloss. quarta. num. 187.

7 Et priuilegium amittit, qui in illud † committit. l. sed si ex parte. §. quamquam. ff. quod cum eo. l. relegatorum, in fine, ff. de interdictis, & relegatis. Menoch. de arbitra. Centuria 2. casu 182. nu. 47.

Vnde qui habent immunitatem à solutione gabellarum, si sub prætextu immunitatis prędictæ, personas, vel res aliorum à tali solutione excusare nituntur, suum priuilegiũ, quo abutuntur merentur amittere, tex. in l. fi. C. de annonis, & tribut. vbi notat Io. de Platea lib. 10. Greg. Lopez in d. l. 42. in gl. verbo, *vsare del mal*. tit. 18. Par. 3.

8 Hinc priuilegium concessum Iudæis, † vt possint solemnia celebrare, amittere merentur, si abutuntur illo, immiscendo cum suis ritibus aliquid in contemptum nostræ Christianæ Religionis. l. Iudæos, & ibi gloss. fin. & omnes. C. de Iudęis.

Hinc dixit tex. in c. recolẽtes de statu mo-
9 nachorum, quòd Religiosi abutentes † regulis suæ religionis, amittere debẽt priuilegia, vti talibus religiosis concessa, & notat ibi gl. in verbo, *censeri*. ac Abbas. num. 1. lex 27. tit. 7. Partita 1.

10 Prout etiam Clerici abutentes † statu Clericatus, & negociationibus se immiscentes, amittunt priuilegium illis concessum, vt ex bonis proprijs gabellas soluere non tenerentur. tex. in cap. fin. de vita, & honestat. Clericorum. l. 49. titulo 6. Partita 1. vbi notat Gregor. Lopez, & declarat Salcedus in additione ad praxim. Bernardi c. 54. sub littera A. Lasarte in tract. de gabellis, cap. 19. nu. 79. & fere per tot. Solis in tracta. de Censib. lib. 2. cap. fin. num. fin.

Dicit etiam tex. in l. eos. C. de aquæductu. lib. 11. quòd habentes priuilegium ducendi
11 aquam, † debẽt illam ducere per aliquod paruum foramen, ne matrices fistulæ corrumpãtur, aliter amittere debent, quod prius iure beneficij fuerant consequuti, & not. ibi glos. fin. & Docto.

Item dicit tex. in c. tuarum 11. §. verum. de priuilegijs, quòd Hospitalarij, qui mittunt
12 pro elemosynis † Cruce falsa signatos debẽt amittere priuilegium exemptionis illis concessum, ex quo abutuntur illo, notat ibi glos. verbo, *amittere*, & verbo, *priuilegii beneficio*. & communiter omnes.

Rursus inquit tex. in l. per id tempus, iuncta glos. verbo, *statuenda*. C. de curiosis, & stationarijs libro 12. quòd non iuuatur officio,
13 vel dignitate, † qui male eam seruat. Vbi Io. de Platea. num. 1. infert contra scholares inhoneste viuentes, vel aliquid contra scholasticam disciplinam cõmittentes. † quòd perdunt priuilegium fori, & tradit Gregor. Lopez in l. 42. glos. finali, ad medium titulo 18. Partita 3.

Cauetur etiam per textum in cap. contingit 45. de sent. excommunic. quòd Clericus
15 incedens sine habitu, & tonsura. † post trinam monitionem. potest sine vlla excommunicationis pena, per Iudices seculares carcerari, & corrigi, quia factis paulo ante negauerant Clericatum: & quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, ac frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem, & ibi notat glos. prima, secunda, & tertia. Abbas numero 1. & 2. Socinus num. 6. & reliqui.

Deinde ratione abusus iurisdictionis Or-
16 dinariorum † est concedenda subditis exemptio. Io. Faber in §. fin. num. 7. institu. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Boerius decisione 104. num. 5. Cassadorus decisione 6. numero 1. de priuilegijs. Caputaquen. decisione 62. num. 4. parte 2. Acchilles de Grass. decis. 16.

de

de priuilegijs, Staphileus de litteris iustitiæ. §. Indultum. nu. 10. vers. *datur breue.* vbi praxim de hoc assignant. Anton. Gabr. in titulo de iudicijs. conclus. 4. num. 31. Lancellott. de attenta. 2. parte, cap. 4. declaratione 3. & declaratione 4. nu. 49.

Ideò dixit Baldus in suo tractatu de exemptionibus. num. 24. quòd maiores abusus faciunt Ordinarij, † respectu suę iurisdictionis, 17 quam exempti prætextu suę exemptionis, & dixi in gl. 4. nu. 188.

Ac propterea subditis litigantibus, cũ proprio Episcopo solet signatura † (lite durante) concedere vniuersalem exemptionem à 18 iurisdictione illius, per Cassad. d. decis. 6. n. 1. cum sequentibus de priuilegijs. Staphileus, Gabriel, & Lancellott. vbi supra.

Vnde Innocẽtius Quartus in cap. vt Apostolicæ 6. de priuilegijs lib. 6. consuluit priuilegiatis, quòd caueant ne ex vsu suorum priuilegiorum scandala † oriantur, ac eorundẽ 19 priuilegiorum frustentur effectu.

Ac frustra legis auxilium inuocat, qui cõmittit in legem. † l. auxilium 37. in fine. ff. de 20 minoribus. c. bonæ memoriæ, il 1. & ibi gloss. verbo, *exceptione.* de electione. c. pastoralis de iurepatr.

Ex quo prouenit, quòd reuocatur priuilegium, quando incipit esse † nociuum. c. sug- 21 gestum 9. dedecimis. lex 4. & 5. titu. 20. Partita 1. & lex 43. tit. 18. Partita 3. de cuius reuocationis praxi, & requisitis ad eam necessarijs, vide Rotam decis. 87. per totam p. 2, diuers.

Nec non Dominus malè abutens † seruis 22 suis, & seuerè eos tractans, illos vendere cõpellitur. l. si Dominus. §. Dominorum. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris. §. sed, & maior asperitas, institut. de his qui sunt sui, vel alie. iuris. l. 6 titulo 21. Partita 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 230.

Sic Rex, & Princeps supremus potest pri- 23 uare iurisdictione † Magnates, & Barones sua iurisdictione abutentes, & subditos suos asperius, & seuerius tractantes, dictamque iurisdictionem ad se auocare, vt plene tradunt Boherius decis. 304. nu. 7. Gregor. Lopez in l. 22. tit. 13. Partita 2. in gloss. verbo, *desaforaßen.* & in d. l. 6. in gloss. verbo, *vender.* tit. 21. Partita 4. Parlador. lib. 1. rerum quotidian cap. 3. in principio. num. 6. Rolandus à Valle cons. 18. lib. 3. vbi num. 4. pluribus cõprobat, quòd Vassallus male tractans subditos suos potest feudo priuari, post infinitos, 24 quos † allegat. Grammaticus decis. 104. nu. 11. vsque ad fin.

Nam isti Domini semper sunt hominibus 25 suis infesti, † & pleni auaritia, quam de die cogitant, & de nocte somniant, eosque diglutire intendunt, Thom. Grammaticus d. decis. 104. num. 12. & 18. Rolandus vbi supra num. 24. cum alijs per ipsos citatis.

Indignum enim iurisdictione, & Domina- 26 tione, se facit Dominus † male vtens substãtia sua, ac male tractans vassallos suos, Baldus in l. Dominus. §. 1. num. 1. & 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & in cap. 1. qualiter Dom. proprie feud. priuet. num. 8. in fine, in vsibus feud. Grammaticus post alios d. decis. 104. num. 21.

Priuatur etiam beneficio, aut feudo, vel alia liberalitate Principis, qui male vtitur illis, & male versatur. Modern. Paris. in Consuetud. Parisien. §. 30. num. 166. Iul. Clarus in §. feudum, quęstione 56. Corbulus in tractatu de iure emphyteu. titulo de causa priuationis ob rei deteriorationẽ. Menoch. de arbitrar. Centur. 6. casu 511. nu. 5.

Sic etiam in proposito dicendum est de Episcopo male alternatiua vtente.

Regula igitur sit, quòd Episcopus, qui acceptauit alternatiuam, si abutitur illa, prouidendo de beneficijs in alijs sex mensibus Apostolicis vacantibus, vel 27 aliàs, perdit † eam. Quam regulam amplia, limita, & declara sequentibus modis.

Amplia primo, vt dicta regula procedat non solum quando Episcopus abusus fuit alternatiua, conferendo beneficia vacantia in mensibus reseruatis; Verum etiam si se intromisserit in prouisione quorumcumque beneficiorum, aliàs quam ex regula nostra reseruatorum, vel affectorum, Aut quominus prouisiones Apostolicæ debitum consequantur effectum impedimen 28 tũ † quoquomodo præstiterit, vt regula prędicta declarat, & dixi in glos. præcedenti.

Amplia secundo, vt nulla sit necessaria priuationis sententia, sed ipso 29 iure, † statim post contrauentionem inducitur priuatio dictæ alternatiuę, vt patet ex illis verbis, *eo ipso priuati existant.* Crescent. decis. 30. aliàs decis. 13. de priuileg.

Nam illa verba, *eo ipso,* † important priua- 30 tionem à lege, ipso iure, & latæ sententię absque alio ministerio. glos. in cap. quam sit 6. in verbo, *eo ipso.* de electione libro sexto, vbi Geminianus super §. electus eiusdem tex. numero 3. Franchus numero 4. super §. cæterũ eiusdem tex. glos. per textum, ibi in cap. cupientes 16. in §. cæterum verbo, *suspensos,* gl. etiam in cap. indemnitatibus 43. §. postremò in verbo, *subiacere.* de electione libro 6. Romanus consil. 427. incipit, *in proposito casu.* numero nono. Abbas in cap. si diligenti, sub numero 8. ante finem de foro compet. Corneus consil. 165. sub numero 22. volu. 1. cum alijs pluribus, per Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo, *reuertatur.* numero 142. C. de reuocan. donationibus.

Ideò

Ideò dixit Baldus in l. fin. numero 17. vers. *item est verbum cõmune.* C. de Sacrosanctis Ecclesijs, quòd ista verba, *eo ipso*, faciunt substi-
31 tutionem † directam, absque aliquo hæredis obstaculo, vel adminiculo. Iason post alios in l. Centurio. num. 64. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.

Prout etiam de verbis, *hoc ipso.* quòd im-
32 portent priuationem ipso iure, † est gloss. per tex. ibi, in Clemen. fin. verbo, *hoc ipso*, de præbendis. Tiraq. d. num. 142. in fine.

Rursus quando deficerẽt prædicta verba, *eo ipso*, sufficerent alia verba, *priuati existant.*
33 † quæ in regula nostra continẽtur: vt ipso iure absque alia priuationis sententia, contrauenies Episcopus remaneat priuatus. gloss. verbo, *priuatus.* in l. si quis maior. C. de transactionibus, vbi post Bart. & alios tradit Mẽses de Padilla. nu. 21. glos. etiam in verbo, *priuatum*, in cap. extirpandę. §. cum vero, vbi Innocen. Hostiensis, & alij de præbendis, glo. in cap. cum in cunctis. §. vltimo, verbo, *priuatos.* de electione. gloss. in cap. grauem, in verbo, *priuatos.* de senten. excommunic. & in cap. administratores in verbo, *priuatos.* 23. quæst. 5. Acebedus, in l. 1. titulo 17. num. 77. libro 8. recopilation.

Quoniam participium prẽteriti temporis
34 regulariter pœnam † ipso iure inducit. Abbas in cap. si diligenti, sub nu. 8. ad medium de foro compet. gl. in c. quoniam verbo, *mucrone percussum.* de officio Ordinarij, & in cap. fin. verbo, *suspensum.* de tempor. ordina. in 6. Corneus cons. 246. *videtur.* num. 1. lib 3. plene. Tiraquell. in d. l. si vnquam, verbo, *reuertatur*, num. 32. & 33. cum sequentib. vbi à num. 21. vsque ad num. 243. congerit 76. casus, in
35 † quibus inducitur priuatio ipso Iure, ex vi effectus diuersarum dictionum.

In casu itaque regulæ nostræ minus potest dubitari, cum adsint ad maiorẽ, certioremque, ac dulcidiorem, latę illius sententiæ declarationem, binæ dictiones: quarum quælibet satis esset, vt ipso iure priuatio inducereturex supradictis. Nec propterea est regula nostra arguenda de superfluitate, cum cla-
36 rius exprimat. Cum & aliàs videamus † plures dictiones † latæ sententiæ coniungi ad maiorem declarationem, vt in cap. excõmunicamus. §. credentes, de hæreticis, ibi, *ex tunc ipso iure sit factus infamis*, & in cap. cum ex eo, in fine, de electione, libro 6. ibi, *ex tunc ipso iure pœnam se nouerit incursurum.* & in specie docuit Tiraquell. vbi supra num. 26. & 27. Ac plura diximus de euitanda superfluitate in verbis multiplicatis, in glos. 6. numero 26. cum sequentibus.

Amplia tertio, vt nõ solum sit priuatus ipso facto Episcopus, statim quòd contrauenit, iure conferendi in sex mẽsibus sibi vigore alternatiuę assignatis: Sed e-
37 tiam sit ità pariter priuatus, vsu, siue quasi † possessione cõferendi, vt amplius dicta quasi possessione, vti non valeat, prout declarat regula nostra, *vsu, & beneficio, &c.* Nam (vt arbi-
38 tror) illa dictio, *vsus.* nihil aliud significat, † nisi quasi possessionem. Barto. in l. de quibus. num. 10. ff. de legibus, Antonius de Butrio in c. cum consuetudinis. num. 2. de consuetudine. Rocchus de Curte de Consuetudine sectione 1. nume. 28. Corneus cons. 89. incipit, *visi*, num. 8. volum. 1. dicentes, quòd vsus differt à consuetudine, vt causa, & causatum, 39 Nam vsus † est factum, possessio, seu materia, ex qua insurgit causatum, ideſt consuetudo, quę est ius: Et sine causa possessionis, consuetudo procedere nõ potest, regula sine possessione de regul. iuris, in 6. cap. causamq; c. si diligenti de præscriptionib.

Et ideò dicimus, quòd lite pendente super subreptione, aut reuocatione priuilegij, non
40 est quis priuandus vsu, † & quasi possessione priuilegij. Abbas in cap. 1. num. 4. vt lite pendente. Puteus decisione 183. libro secundo. Lancellottus de attenta. 2. parte. capit. 17. num. 162.

41 Imò vsus, plus continet, quàm possessio. † Rota decisione 221. numero 2. parte prima, diuersorum.

Nec mirum, quòd Episcopus cõtraueniẽs sit ipso iure priuatus, non solum iure conferendi in mensibus alternatiuis; sed etiam vsu
42 conferendi, quia collatio dicitur † fructus. glos. in c. cum olim verbo, *Capitulo.* de maiorit. & obed. Cassadorus decis. 3. nu. 6. de pension. & dixi in §. 4. proœmiali. nu. 61.

Quando verò aliquis priuatur ipso iure per legem, vel cõstitutionem, inter alios effectus vnus est, quòd ex tempore delicti, & incursus in dictam priuationem, etiam ante aliquam declarationem, sic priuatus, nõ facit
43 fructus † suos. glos. fin. in cap. fraternitatis. 12. quæst. 2. Tiraquell. in l. si vnquam verbo, *reuertatur.* ex num. 268. vsque 290. C. de reuocand. donationibus. Antonius Gabriel libro 6. de delictis conclusione 12. numero 10. cum alijs allegatis, in glos. 5. ad finem principij, in vers. *quintus effectus est.*

Rursus, quia sublato iure, per alternatiuã,
64 quæsito, intrat reseruatio, † quæ non solum inficit titulum; sed etiam inficit possessionẽ, vt plene scripsi in glossa 31. super verbo, *reseruauit.* & dicam in gl. finali.

Et eodem modo sicut est infecta quasi pos-
45 sessio † in terminis Concilij Tridentini sess. 25. de reformatione. cap. 9. loquentis de iurepatronatus, vt nullatenus suffragetur, nisi sit acquisitum ex fundatione, constructione, aut dotatione: & derogantur reliqua iurapatronatus, cum quasi possessione inde sequuta, &

ta, & scripsi latè in gloss. 18. verbo, *ad præsentationem*. Sic etiam in casu nostro, non solum inducitur priuatio ipso facto de beneficio alternatiuæ verum etiam, de vsu, seu quasi possessione: & omnes collationes post d. contrauentionem ab Episcopo contrauenienti factæ, sunt ipso iure nullæ.

Quæ priuatio prædicti vsus, seu quasi possessionis, non fuit apposita in regula nostra,
46 sine magna consideratione. †Nam in casibus in quibus ipso iure, dominium amittitur, aut
47 publicatur; Non amittitur possessio, † nisi exprimatur, vt docuit Baldus in l. si quis, in tantum num. 33. C. vnde vi: & in additione ad Speculatorem, titulo de locato. §. nunc aliqua, in 46. quæstione, pro quo est tex. in c. licet Episcopus, e præbendis libro 6. & tex. in cap. cum secundum, ante finem de hæreticis, libro 6. & cũ pluribus tradit Tiraquell. ind. l. si vnquam verbo, *reuertatur*. n. 338. & seqq. Iaf. in l. 2. nu. 9. in fine. C. de iure emphyteutico.

Amplia quarto, vt neque sit necessaria aliqua intimatio priuationis, seu reuocationis cum ipsa lex, & regula nostra priuet ipso iure, vt in terminis tradit Crescen. decis. 13. num. 3. de priuilegiis. Felin. in c. ex parte Decani, nu. 21. in fine, vers. *fallit vndecimo*. & in c. 2. num. 1. de sponsalibus. Tiraquell. in l. si vnquam, verbo, *reuertatur*. num. 369. & 450. C. de reuoc. donat.

Incipiunt limitationes.

NVNC vero ad limitationes descensum faciamus.

Prima limitatio d. conclusionis sit, vt in-
48 telligatur, Papa velle, † & declarante, Nam quamdiu Papa (de cuius interesse agitur) non declarauerit velle, quòd Episcopus contraueniens alternatiuæ, ratione dictæ contrauentionis priuatus existat, non intrat prædicta priuatio: Imò taciturnitas Papæ conseruare videtur Episcopũ in suo vsu, & quasi possessione confer. vigore alternatiuæ: Quia posset forsan in damnũ Papæ redunda-
49 re, †quòd Episcop caderet ab alternatiua ex his, quæ diximus in glossa 41. ex num. 116. & 179. Ac propterea ad hoc, vt Episcopus contraueniens cadat ab alternatiua, forsã præcedebet dicta voluntas, & declaratio Papæ, Prout in simili dicimus de emphyteuta cessante à solutione Canonis per triennium priuatæ

Pœnæ non incurruntur nisi parte petente, & de hocquã plura cumulantur vsq; ad n. 109.

personæ, vel per biennium Ecclesiæ, quòd ipso iure † cadit à iure emphyteutico. l. 2. C. de
50 iure emphyteutico. c. potuit, de locato. Tamẽ
51 intelligitur, si Dominus † voluerit, vt probat text. in d. l. 2. ibi. *volenti ei licere eum à prædictis emphyteuticariis repellere*, vbi notat glo. verbo, *volenti*. & post Bart. & alios, tradit ibidem Iason ex num. 6. vsque ad fin. C. de iure emphyteutico. Cassadorus decis. 2. & 3. per totas, de locato. Tiraquell. in l. si vnquam verbo, *reuertatur*. num. 10. de reuocan. donat. Iulius Clarus in verbo. *emphyteusis*. quæst. 9. num. 1. Rolandus à Valle consil. 81. nu. 7. volum. 3. Parisius cons. 108 nu. 33. lib. 1.

Nunquam enim applicatur pœna credi-
52 tori inuito, †cui forsan non expediret, rem habere per se, nec de facili reperiret, qui tãtum respõderet, ac proinde taciturnitas Domini arguit remissionẽ pœnæ. Iason in d. l. 2. num. 7. Cassadorus dicta decis. 2. sub num. 4. & 9. de locato.

Ita vt si Dominus in vita sua † non decla-
53 rauerit † velle vti dicta pœna, hæres declarare non valet, nec ad hęredem, nec contra hęredem transeat ius declarandi. Cassadorus decis. 2. nnm. 6. 7. & 9. & decis. 3. num. 2. & 3. de locato, Caputaquen. decis. 155. numero 3. & 4. par. 1.

Idem etiam est in prouiso de beneficio, cõsentiente reseruationi pensionis soluendę in quolibet semestri, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ac priuationis beneficij,
54 & regressus, † seu accessus. Nam dicta pœna intelligitur, pensionario, vel illo, cui regressus, aut accessus competat volente, & declarante. Cassadorus decisione 4. num. 1. & per totam de locato, & decisione 2. num. 4. & decisione 3. num. 4. eodem titulo de locato, & decisione 4. nu. 2. de pensionibus, Staphileus de litteris Iustitiæ. §. verum. num. 6. Gigãs de pensionibus. quæstione 73. num. 4. & per totam Puteus decis. 34. incipit, *Gratianus* lib. 2. Acchilles decis. 5. num. 4. & 11. de pensionib. Caputaq. decis. 155. par. 1.

Adeò vt ad talem declarationem faciendam, sit necessaria declaratio, & speciale mãdatum, sine quo procurator generalis talem declarationem facere nequit, Caputaquens. decisione 301. num. 2. parte 1. & decisione 8. parte 3. Idem Caputaquen. decis. 265. parte 2. Vbi fuit resolutum sententiam latam ad instãtiam procuratoris generalis super canonizatione regressus esse nullam.

55 Item si feudatarius † committit felloniã, & Dominus non conquæritur, non intrat pœna felloniæ, quæ dumtaxat locũ habet, si Dominus velit, & petat, aliàs secus. Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 36. de constitution. Guglielm. Benedictus in cap. Rainuntius, in verbo, *in eodem testamento relinquens*. numero 88. & sequentibus de testamẽtis, Cassadorus dicta decisione secunda, numero sexto, & septimo de locato. Iulius Clarus in §. feudum. quæstione quadragesimanona. numero decimo cum aliis. per Tiraquell. in l. si vnquam in verbo, *reuertatur*. numero vndecimo. C. de reuoc. dona.

Vbi numero duodecimo. post plures con-
56 cludit, quòd tali casu, si Dominus tacuerit, & noluerit ad pœnam deuenire, quòd non dicitur feudum nouum, † seu de nouo concessum,

quàm-

quàmuis iam eo ipso iure ceciderat, sed manet, vt erat antiquum, idem Tiraquell. de retract. lignag. titulo 1. §. 32. glos. 1. num. 26. Iason in l. si mihi, & Titio 110. in principio. numero fin. circa fin. vers. *Item adde ad prædallegatam glossam.* ff. de verb. oblig.

Similiter quamuis testamẽtum sit nullum
57 ex causa præteritionis † filij. l. inter cætera. ff. de liberis, & posthumis. l. 10. titulo 7. Partita 6. Puteus decisione 234. libro 2. Tamen intelligitur, si filius præteritus dicat, ac pe-
58 tat, † & non alias. tex. in l. filio præterito 17. & ibi glossa, & omnes. ff. de iniusto rupto. l. maximum vitium. §. sancimus. C. de liberis præteritis. Romanus cons. 24. *postmodum*. nu. 1. Guglielmus Benedictus, in cap. Rainũtius, in verbo, *in eodem testamento relinquens*. nu. 84. cum multis sequentibus. Puteus decisione 14. num. 12. libro secundo. Greg. Lopez in d. l. 10. in gloss. verbo, *non valdria*. vers. quid autem si filius præteritus. tit. 7. Partita 6.

Rursus si ex dispositione alicuius statuti,
59 vel constitutionis annullatur venditio facta † alteri, quam vicino, veluti in venditione Domorum Vrbis, de qua loquuntur Cõstitutiones de iure congrui, scilicet Bulla 11. Sixti Quarti, & Bulla 2. Alexandri 6. & Bulla 25. Gregorij 13. Attamen ita demum venditio e-
60 rit nulla, † si vicinus voluerit. Puteus decis. & nu. 1. lib. 2. vbi allegat Ias. in d. l. 2. C. de iure emphyteutico à num. 6.

Insuper idem quoque dicimus de supple-
61 mento † legitimè, quæ debet intelligi si petatur à filio. l. scimus, & ibi glos. verbo, *ipso iure*. C. de inofficioso testamẽto. Iason, in l. de pupillo, §. qui opus nouũ notab. 3. ff. de noui operis nunciatione. Corneus cons. 264. incipit, *in hac consultatione*. num. 1. & cons. sequenti. num. 1. volum. 1.

Nec non in transactione, in qua si apponatur clausula, quòd in euentum contrauentionis transactio, sit ipso iure nulla, quamuis sit
62 contrauentum, nihilominus tenet transactio, † quandiu implens nõ dicit de nullitate: Quia intelligi debet, volente eo, qui pro parte impleuerat. Puteus post alios decis. 340. incipit, *fuerit concordatum*. lib. 1.

Præterea licet attentata sint ipso iure nul-
63 la, † c. non solum de appellatio. lib. 6. Caputaquens. decis. 137. parte 3. Rota decis. 6. num. 4. 2. par. diuersorum, & decis. 406. nu. 2. parte 1. diuersorum: Hoc tamen intelligitur parte
64 volente, & petente, † & non aliàs, vt plene per Lancellottum de attentat. 3. par. cap. fi. ex n. 100. vsque 105. Caputaq. decis. 6. n. 1. par. 1.

Hinc prouenit, quòd effectus decreti irri-
65 tantis † nihil operatur, nisi parte volente, & petente, vt late per Antonium Gabrielem in titulo de clausulis conclusione 3. num. 25. Gomezium in regula de triennali. quæst. 49. Caputaquens. decisione 249. parte 1. Puteum decisione 340. numero 4. libro 1. & decisione 8. numero secundo, libro secũdo. Mandosium in regula 7. quæstione quarta, numero sexto, & (Deo dante) dicam in glos. finali, & vide inferius. num. 106. & 107.

Ad hæc quamuis compensatio fiat ipso iu-
66 re, † intelligitur tamen, *si petatur*. l. fin. C. de compensation. §. in bonæ fidei. institut. de actionibus, & ibi glo. verb. *eo compensato*. & omnes scribentes. glos. verbo, *ipso iure*. in l. si cõstat, de compensatio. Tindarus in tracta. de compensationibus, artic. 6. numero 4. cum sequentib.

Consuluit etiam Paulus Castrensis consil. 224. incipit, *statuta*. numero 1. parte 1. quòd si statutum disponit, quòd de possessione turba-
67 ta agatur summarie, alias processus † sit nullus: Quòd si Iudex procedit via ordinaria, & pars non opponat, valet iudicium.

Sicut etiam, quamuis post tres sententias conformes fieri debet executio, non obstante quacũnque nullitatis exceptione, vt in clem. 1. de senten. & re iudic. & latè per Couarru. in practi. quæstione cap. 25. a numero 1. Menochium de arbitrarijs centuria 1. casu 9. ex numero 1. Id tamen intelligitur parte opponente de dictis tribus conformibus. Nam illa non opponẽte valebit processus. Ruin. cõs. 114. incipit, *visa facti*. num. 17. volum. 5. late Anton. Gabriel. titulo de executione rei iudicatæ, conclusione 1. limit. 6. num. 24. vbi benè exornat. d. clement. primam, cum 9. ampliat. & 19. limitationibus.

Huc pertinet, quòd quamuis falcidia re-
68 secat ipso iure. † l. lineam margaritarum 26. ff. ad legem falcidiam: Ita demum intelligi debet, si hæres velit, & petat. † Baldus in
69 l. prima, sub numero primo. C. ad legem falcidiam. Tiraquell. in l. si vnquam, in verb. *reuertatur*. numero decimosexto. C. de reuocan. donation.

70 Pariter licet actiones ipso iure transeãt † in fideicommissarium. l. penul. §. 1. in fine. C. ad Trebellianum: Id tamen intelligitur, si ve-
71 lit, & petat fideicommissarius, † vt patet, ex l. 1. §. sed & quoties, & l. cogi. §. Metianus. ff. eodem titulo ad legem falcidiam, quos text. ad id expendit Iason in l. prima. §. de illo. numero duodecimo, & tertiodecimo, ff. eodem titulo. Socinus in d. §. sed, & quoties. numero 5.

Accedit, quòd licet appellatio extraiudicialis informiter facta, non deuoluat causam
72 ad Curiam, † in Clemen. causam de electione: Id tamen intelligitur appellato volen-
73 te, & opponente. † Bonifacius Vital. in d. Clemen. causam. §. intimatio. nu. 18. Puteus decis. 517. incipit, *in vna Salmantina*. nu. 2. & per totam libro 2.

His congruit, quòd licèt frigiditas vnius ex matrimonium contrahentibus sit causa sufficiens ad illud dirimendũ, vt per totũ tit. de frigidis,& maleficiatis : Hoc tamen intel-
74 ligitur, alio non frigido † volente.gl.notabilis,in cap.si quis acceperit.gl.1. in fine 33.q. 1.Staphileus de litteris gratię,titulo de vi,& effectu clausularum, in §. succesſiuè. num. 5. Menoch.de arbitrarijs centu.6. casu 519.nu. 24.vbi per totum illũcasum agit de hac materia separationis, ob frigiditatem,& impotentiam.Et dum dicit in num. 14. & 15. quòd triennium, de quo in c.fin.de frigidis, & maleficiatis,incipit currere a die cohabitationis secundũ opin. Vinc. & Abbatis, & aliorũ
Nota. ibidem.Eius opinio vti minus vera admittẽda non est ; sed potius contraria , videlicet, quòd currere incipiat à tempore assignationis per Iudicem factæ. Licet prius per longũ tempus cohabitauerint,secũdum opinionem Hostien.Ioann.Andreæ,Butrij,& aliorum, in d.c.fin.& in Rubrica ipsius tituli de frigidis, & maleficiatis,& Cappellę Tholosanæ decis. 381.num. 6. quam amplexa fuit Rota in vna Neapolitana dissolutionis matrimonij quinto Maij 1591.coram Orano. Et me obtinẽte in vna Calagurritana dissolutionis matrimonij 18.Martij,& 17.Nouembris 1599.coram Illustris. D.meo Seraphino.

Quibus adfine est, quod traditur de dolo
75 dante causam † contractui, qui licet reddat contractum ipso iure nullum.l. eleganter. ff. de dolo.l 57.titu.5.Partita 5. Intelligendum
76 verò est,dolum passo volente,& petente, † & non aliter. Paulus Castrensis cons. 195. incipit, *si dicta pignora* num.2.post principium,libro 2.Ludouicus Gomezius, in §.actionum. num.13.in medio institut. de actionib. vbi alios allegat,las.ibidem.num.43.

Amplius obligatio dandi fideiussores ad certum diem sub pęna nullitatis contractus,
77 vel alia,intelligitur,parte volente,†& petẽte.Rota decisione 113.num.6.parte 1. diuersorum.gloss.fin.& doctores,in l. vniuersa. C. de precib.Impera.offerend.

Vlterius licet collatio facta de beneficio iurispatronatus laicalis sine præsentatione,
78 vel consensu patroni,sit ipso iure nulla,†cap. cum dilectus, de iurepatro. & in regula 41. Cancellariæ,ac dixi in glos.18. Verumtamẽ, intelligitur Patrono volente,& contradicen-
79 te; Nam ipso tacente , & † tollerante firma remanebit talis collatio.Cassadorus decisione 2.num.4. de locato. Rota decisione 5. de rerum permut. in nouis.Abbas in c.cum Ecclesia.numero 12.de electione.Felin. in cap. cum ex officij.num.36.& 37.de præscriptio. Man dosius in regula 32. quæstio. 24. Puteus decisione 412.libro 1.Caputaquen.decisione 133.numero 1.parte 1.Mohedan. decisione 27.num.2.de causa possession.Parisius consil. 143.à num.1.libro 4. Rota decisione 77. ex num.4.par.1.diuersorum.

Æque dicẽdũ idẽ est de reuocatione dona
80 tionis ob natiuitatem liberorũ †,quę fit ipso iure nulla,iuxta tex.in l.si vnquam. C.de reuocand.donation.vbi tradit Albericus num, 2.post medium. Tiraquell. ibidem in verbo, *reuertatur*.num. 10. & in verb. *suscepit liberos*. num.211.

Supradictis annecto,qnòd si statutum mãdat Iudici , quòd causam appellationis committere alteri debeat,sub certa pęna ipso facto incurrenda: Procedit,& intelligi debet si
81 † petatur.Ripa in l.4.§. hoc autem iudiciũ. numero 7.iuncto numero octauo. ff. de damno infecto.

Ex hac officina procedit , quòd si quis habet expectatiuam ad certum beneficium vacaturum , cũ annullatione prouisionis Ordinariæ ipso iure ; attamẽ si Ordinarius cõtingente vacatione dictum beneficium cõtulit;
82 tenet collatio si expectans noluerit vti † sua gratia,& opponere de nullitate: Quia collatio interim ab Ordinario facta nõ est simpliciter,& absolutè nulla; Sed ita demum si ipse expectans velit.Staphilęus de litteris gratiæ in titulo de ui,& effectu clausularum. §. succesſiue.num.4.Felinus late, in c.cum ex officij nu.36.de pręscription. & per Seluam de beneficio 3.parte q 9.

Vbi nu.6.ipse Staphilęus,idem dicit in terminis regulæ de triennali,dicentis, quòd impetrationes factæ de beneficio pacifice per trienniũ possesso,inanes, & irritæ censeantur,
83 quòd intelligi debeat,ita † demũ si ipse possessor opponat,aliàs minime de quoi gl.66.n.16.

Nec omitto,quòd quamuis in Hispania nõ possint peti salaria famulorum,aduocatorũ, & Procuratorum,&c.post triennium elapsũ, iuxta l.9.tit.15.lib.4.Recopilationis : Tamẽ intelligi debet Dominis,seu debitorib.opponentibus de dicta lege,alias non, vt tradit Petrus Duenas regula 306. incipienti, *famulus*. limit.10.Sic restitutio facienda, de qua in c. 1.de sepulturis,in 6.intelligitur,si petatur,vt declarat idem tex.ibi *si petantur*.

Subiungo quòd statutum excludens fœmi-
84 nam † propter masculum,est intelligendum non solum,masculo existente,sed etiã petente,& succedere volẽte, Nã aliter succedere potest fęmina,vt late Anton.Gabr.lib.6. cõmunium opinionum,tit.de clausulis, cõcl.4. limit.2.nu.21.& dixi in gl.24.nu.83.

A quibus nõ multum distat , quòd pactum factum à patre ad fauorem alicuius filij,de non meliorando alterum filium , aliàs melioratio sit ipso iure nulla : Intelligi debet,
85 ipso filio volente . † Nam si ipse toleraret, melioratio tenet , quàmuis reliqui filij , ad

quo-

quorum fauorem pactum celebratum non
86 fuit, talem melioratione impugnent, † Didacus Castellus, in l. 22. Tauri, colum. 12. versic. *sed quæro pater*, Antonius Gomezius in eadem l. 22. num. 24. Ioannes Guttierrez, in c. quamuis pactũ, in princ. nu. 16. de pact. lib. 5. Acebedus in l. 6. tit. 6. lib. 5. recopil. nu. 20.

Nec prætermitto, quòd dicit Paulus Castrensis, in l. vniuersa. n. 6. C. de præcibus imperatori offerendis, quòd statutum Ciuitatis Patauinę, quo cauetur, quòd si forensis conueniat ciuem, debeat præstare cautionẽ idoneam de soluendis expensis, aliàs processus sit nullus, debeat intelligi, si cautio petatur,
87 † aliàs processus erit validus, & ita dicit se consuluisse, & obtinuisse, & Iason ibidem. numero 2.

Huius farinæ est, quòd si per statutum, vel aliam dispositionem constituatur, quòd beneficium sit conferendum certo generi personarum, vtputa, graduatis, nominatis, personis de gremio Capituli, filijs patrimonialibus, vel alio modo qualificatis, aliàs collatio
88 sit nulla: Intelligi debet, ipsis volẽtibus, † vel aliquo qualificato petente sibi fieri collationem, & prosequente: cum Ordinarius collator non teneatur quærere, & requirere qualificatos,
89 † an velint sibi fieri collationem, vt tradit Rebuff super cõcordata in rub. de collat. §. si quis vero, gl. verbo, *ipso iure nullæ*, ver. *et ipso iure sunt nullæ collationes factæ alijs, si nominatus velit, & prosequatur*, & in §. vltimo eiusdem rubricæ de collationibus, in glos. verbo, *prosequentibus*. Idem Rebuffus plenius in tractatu de nominationibus, quæst. 17. dubitat. 10. num. 14. per totum: Quam doctrinam approbauit Rota in vna Tarraconen. Sacristiæ 19. Martij 1601. corã R. P. D. meo Iusto: Licet dixerit non applicari ad casum dictæ decisionis, tradit etiam Io. de Selua, in tractatu de beneficio 3. parte. quæst. 48. nu. 2. post glo. pragmaticæ sanctionis, quam allegat.

Dicit etiam Acchilles de Grassis, decis. 1. n. 1. & 2. de priuilegijs, & decis. 2. n. 2. super regula modificat. Indultor. Cardin. quòd priuilegium concessum Cardinalibus intelligitur (illis volentibus vti) & non inuitis.

In hanc sententiam confert, quòd quamquàm contractus gestus cum pupillo, seu minore, sine tutoris, vel curatoris authoritate,
90 sit ipso iure nullus. † l. obligari. ff. de author. tutor. & curator. §. primo, institut. eodem titulo, lex 17. titulo 16. Partita sexta. Intelligi tamen debet, pupillo, seu tutore volente,
91 † Nam ipso nolente remanet firmus. l. Iulianus 13. §. si quis à pupillo. ff. de action. empti, & in dicto §. 1. instit. de authorit. tutor.

Ita, quòd quãuis semel dederit de nullitate, & pre sententiã contractus nullus declaretur, potest postea pœnitere, ac dicere, quòd
92 vult stare † contractui, l. si Iudex 41. ff. de minoribus.

93 Et propterea datur cautela, † quando cõtractus sic claudicat, quòd potest ex altera tãtum parte nullus declarari: ne altera pars sit in suspenso, agat, quòd pars priuilegiata, in cuius fauorem actus irritatur declaret effectualiter statim, an velit stare conuentioni, vel ab ea recedere, & ita securus erit de iure suo, vt post alios tradit Iason in §. actionum. numero 42. instit. de actionibus. Bald. in l. dolum. numero 2. Salicetus numero 1. C. de peric. & comm. rei venditę. Pinellus, in l. 1. 3. par. numero trigesimoquarto. C. de bonis maternis.

Hinc est, vt quotiescunque lex, vel statutũ
01 denegat alicui actionem, non intelligitur ipso iure, sed ope exceptionis, & parte opponẽte. l. 1. §. sublata, vbi Bartolus. num 1. Alexander numero 1. & 2. Iason. num. 1. Socin. eod. num. 1. & cæteri scribentes. ff. ad Trebellianu. l. 2. §. 1. ff. ad Velleianum. l. 1. in principio. ff. ad Macedonianum. Bartolus in l. 1. in princip. num. 1. ff. de iure iuran. & in l. cum lex. ff. de fideiussoribus, quem cæteri sequuntur ibidem, dicentes hoc procedere in Ciuilibus, secus vero esse in criminalibus, & cumulat plura in proposito. Iason vbi supra. num. 2. 3. & 4. scilicet. in d. l. 1. §. sublata.

Suffragatur, quia quàmuis alienatio rerũ Ecclesiæ facta sine debita iuris solemnitate
94 sit ipso iure nulla † cap. sine exceptione 12. quæstione 2. cap. 2. de rebus Ecclesiæ. lib. 6. & in extrauagan. ambitiose, eodem titulo inter communes, Rodoanus in tracta. de rebus Ecclesiæ non alienandis, quæst. 22. *An contractus malæ factæ alienationis sit nullus ipso iure*. ex num. 4. vsque ad finem. Verumtamen intelligi debet, ipsa Ecclesia volente. † Nam si nolit
95 dicere de nullitate, cõtractus sustinebitur. c. si qua de rebus 12. quæst. 2. Imola in c. si quis Presbyterorũ. numero vigesimonono, de rebus Ecclesiæ non alien. Innocen. in cap. 1. in princip. Butrius numero quinto. Imola sub numero secundo. Abb. num. 6. de his, quæ fiũt à Prælato sine consen. Rebuffus in concordata, in rubrica de collationibus, §. si quis vero, in glo. verbo, *ipso iure*, vers. *sicut dicitur de alienatione rerum Ecclesiæ*. Cæsar de Grass. decis. 3. numero secundo, & 3. de sentent. excomm. Rodoanus dicta quæstione 22. §. sed licet alienatio. num 3. & 4. Tiraquell. de retract. lignag. §. primo, glos. 2. numero 12. Puteus decisione 310. libro primo. Crescent. decisione prima, de locato, & fuit late resolutum, in vna Romana Domus 4. Decembris 1592. Coram Cardinali Mantica, & in alia Romana Palatij Sanctæ Mariæ Maioris decimoquinto Martij huius anni 1604. Coram Illustriss. D. Cardin. Pamphilio.

Non vtique est inconueniens, quòd vbi actus est nullus in fauorem certæ personæ,
96 † quòd possit per illam ratificari.l.filio. ff.de iniusto rupto. Rebuffus in loco proxime citato.

Quapropter notabiliter fuit resolutum, in Rota in vna Romana Census Sancti Celsi prius coram R.P.D.meo Pegna, & postea in eadem causa coram R.P.D.meo Mellino sub die 23.Iunij anni 1600. Quòd cum Capitulũ Ecclesiæ Collegiatę Sancti Celsi de Vrbe vẽderet quendam censum, & obligaret bona Ecclesiæ, sine debita solemnitate requisita, in alienatione rerum Ecclesię: Nam census im-
97 posito dicitur † alienatio.l.fin. C. de rebus alien.non alienan. Caputaquen.decisione 17. parte 1.Rota dec. 480. nu.1. parte 1. diuersorum: AC dictum Capitulũ per tẽpus longum viginti annorum, & amplius, non daret de nullitate dictę alienationis: sed taceret, & terminos decursos, & maturos solueret, Lapso vero dicto tempore, opponeret de nullitate dicti Census, ob non seruatam debitam solemnitatem, & peteret prætẽsos redditus solutos compensari debere cum sorte principali, & quatenus sortem prędictam excederẽt restitui. Rota declarauit censum prędictum esse nullum ob defectũ requisitę solemnitatis
98 in impositione illius: Redditus † vero solutos antequàm daretur de dicta nullitate minime fore compensandos, nec restituendos tenuit, ex sępe dicta ratione: Quia licet alienatio ẽsset ipso iure nulla à principio, intelligitur tamen, Ecclesia, seu Capitulo volente; Ideoque cum in prædicto tempore noluerit dare dedicta nullitate census; Sed habere pro valido d.contractum, & sustinere onus solutionis
99 redditum: habebat tunc implicitum † statum validitatis: ac Dominus illius iuste dictos redditus, & fructus percepit, ac suos fecit. Ita vt licet de nullitate, postea dicuntur, & contractus sit declaratus inualidus, talis declaratio ad hunc effectum retrotrahi non possit.

Cõducit, quia licet procurator post litem
100 contestatam, † tamquam Dominus litis effectus reuocari nõ possit.l.mutari 24.ff.de procurat. Felin.in cap.ex parte Decani. numero decimosexto, de rescriptis. Mohedanus decisione quarta, de procurator. Tamen intelli-
101 gendum est, parte † non opponente. Puteus decisione quinquagesima, numero secundo, & tertio, & decisione 303. numero primo, & 2.libro 2.

Consonat etiam, quia quamuis Papa nun-
102 quam intendat grauare eundem † collatorẽ super prouisione duorum beneficiorum: Ità quòd acceptatio secundi beneficij sit ipso iure nulla.c.mandatum 38.de rescriptis. Cassadorus decisione 1.& 2. de concessione præbẽdæ. Mohedanus decisione 9. eodem titulo;
Hoc tamen locum habet (Ordinario contra-
103 dicente) † secus verò non contradicente. Puteus decisione 425. incipit, *fuit tentum.* in principio, & per totam lib.1.

Deinde quia licet Instrumento à publico notario confecto in actis producto regulariter non sit stãdum, nisi manus Notarij recognoscatur; Hoc tamen procedit parte opponente non esse à publico notario confectum, aliàs verò si non opponatur, datur illi plena fides, Ægidius decisione 539. aliàs 540. Caputaquen. decisione 99. parte 2. & decisione 117. num.4. par.3. Mascar. concluf. 1097. nu. 5. & dicam in gloss. 64.

Addo quòd quamuis veniens contra transactionem audiri non debeat, nisi prius, restituto † illo, quod vigore transactionis accepit.l.si certa.C. de transactionibus. Afflictis
104 decisione 220. num.4. cum alijs allegandis, in 4.limitatione huius gloss. Cæterum intelligitur parte opponente, & non aliàs. Afflictis d. num.4. ibi, *nisi id offerat parte opponente.* & † plene dixit, & fundauit Rota singulis difficultatibus respondendo in decisione 810. incipit, *dubitaui.* in principio, & per totam parte 1. diuersorũ, & fuit resolutum in vna Tirasonen. decimarum 8. Octobris 1576. coram Robusterio, & vide inferius in hac glos. nu. 150.

Super addo quòd quamuis clausula *Sublatu* † annullat omnia acta in contrarium ge-
106 sta, quandiu os à Principe apertum non sit. Ruin. cons. 76. sub num. 9. libro 5. Mandosius *in tractatu de monitorijs.* quæst. 66. nume. 4.
107 Tamen intelligendum est parte petente, † & postulante. Bart. num.2. Iason nu. 2. Socinus num.1. in l.1. §. sublata. ff. ad Trebellianum, & latius dicam in gl. 66. nu. 14. & 15. & 45. vbi declaratur, & vide supra num. 65.

Denique quia esset in infinitum procedere, regulariter quilibet actus tendens ad fauorem alterius, est intelli-
108 gendus parte petente, † vt voluit glossa verbo, *præbeatur.* in l. vniuersa rescripta. C. de precibus imperat. offerend. vbi Iason post alios ex num. 2. Franciscus Aretinus cons. 136 *charissimè.* num. 1. Decius cons. 275. aliàs 276. incipit, *in causa.* num. 3. Archidiaconus in cap. 1. num. 2. de decimis. libro 6. Rota decisione 1. in principio eodẽ titulo in antiquis. Acchilles de Grassis decisione 2. num. 4. de iureiurando: Cumulat quamplura in propositum, quorum nihil hic transcribere volui, Menoch. de præsum. lib. 2. præsump. 46. per totã, ad quem dilectum lectorem reijcio, & ad Bart. Paul. Alex. Ias. & Socin. omnes. num. 1. & seqq. per text. ibi in l. 1. §. sublata. ff. ad Trebellian.

Et generalis regula est, quòd actiones cõpetẽtes nõ tollãtur ipso iure, sed ope exceptionis, nisi in casibus à iure expressis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig.

cum

cum alijs, per Iasonem in d. §. sublata. numero 2. 3. & 4. cum sequentibus. Anto. Gabriel. in titulo de fideiusor. conclusione 1. n. 56. vbi post alios concludit, quòd remedium excussionis procedit parte opponente, & non aliter. Et omnis concessio facta ad fauorem alicuius habet tacitam conditionem, si is in cuius fauorem facta est concessio ea vti vellet. Puteus decis. 353. nu. 3. libro 2. Rota decis. 21. numero 4. de concess. præbend. in antiquis.

Ac proinde sententia lata nulla parte petente, seu instante, † est ipso iure nulla, 109
glos. in l. properandum. §. & si quid verbo, *triennii.* in ver. *Item nota.* C. de iudicijs. vbi Ias. à nu. 5. Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 75. ff. de damn. infecto. Vantius de nullitate ex defectu iurisdict. ordinarię num. 121. & de defectu processus sine ordi. num. 31. & 32. Cęsar de Grassis decisione 9. num. 4. de causa possessionis, & fuit resolutum in vna Comen. Capellaniæ 28. Ianuarij 1581. & in Pampilonen. Parrochialis 13. Iulij 1600. Coram R. P. D. meo Pegna, & vide Rotam decisione 516. numero secundo, parte 1. diuersorum, ac Menochium de præsumptionibus. libro secundo. pręsumptione 73. per totam. Ac dixi in glos. 9 in annot. cont. nullit. & attent num. 117.

Ex quibus igitur apparet dicendum in hoc casu, quòd Episcopus cõtraueniens minimè intelligatur priuatus, nisi Papa volente, & declarante. 115

VNDE infertur, quòd prouisus ab Ordinario de aliquo beneficio vacante in vno ex mensibus Martij aut Septembris, nequiuit allegare pro iustificãda † sua prouisione, quòd 110
ante dictam collationem Ordinarius, à quo prouideri obtinuit cecideret à iure alternatiuę, ipso iure, per contrauentionem illius, 117
nisi Papa prius voluisset, ac declarasset. 118

Ratio est, quia cum iste prouisus sit tertius respectu Papæ, & vt dixi in glo. 45. §. 2. in principio, tertius † minime potopponere de incursu dictæ pœnæ, vt probat textus in l. si is 111
consequenter 18. §. sed an in familiæ. ff. familiæ ercisc. vbi habetur, quòd tertius non potest obijcere indigno, quòd hæreditas ab eo, vti indigno, veniat auferenda, & tradit Speculat. in titulo de locato. §. nunc aliqua. numero octuagesimotertio, vers. *sexagesimo sexto.* Ias. post Bald. Salicet. & alios in l. secunda, numero septimo, & nono. C. de iure emphyteut. Casadorus decisione secunda, numero septimo octauo, & nono, de locato. Caputaq. decis. 155. num. 3. par. 1.

Regulariter namque tertius nõ potest dare de iure tertij, † l. vti frui. ff. si seruitus vendicetur. Bartolus in l. qui cum hærede. numero primo. ff. de exception. rei iudic. Oldrad. consil. trigesimonono numero septimo. Socin. consilio decimotertio, numero vigesimoquarto, volum. 1. Cęs. de Grass. decisione tertia, numero primo, de constitut. Rota decis. 482. num. 3. & decisione 805. nume. fin. par. 1. diuersor. 112

Nisi ius tertij sit clarum, ac prorsus exclusibile, † siue tertius ipse velit, siue nolit. Bar. 113
d numero 1. Abbas in cap. veniens, numero 25. de except. Mandos. in regula 25. quæstione 13. numero 3. & in cons. 32. numero 14. Puteus decis. 316. numero 8. & 326. lib. 1. & 263. lib. 3. Caputaq. decis. 54. & 256 & 257. parte 3. Crescen. decis. 1. de exception. Cæsar de Grass. decis. 1. nu. septimo, & sequen. eod. tit. apud quos plura de hac re inuenire poteris.

Secundo infertur, quòd neque ipse Episcopus, qui contrauentionem fecit, potest, nisi Papa volente, & declarante dicere, quòd cecidit ab vsu, & beneficio alternatiuæ, ratione dictę † contrauentionis, & quòd in posterum 114
non intendit, vti alternatiua, sed in solis quatuor mẽsibus ordinarijs prouidere: Quia cũ ex acceptatione alternatiuæ fuerit ius quęsitum Papæ, vt sæpe dixi, & maxime in glo. 43. à n. 127. & d. priuatio sit inducta in fauorem Pontificis Maximi alternatiuam concedentis: Clarũ est, quòd Episcopus nõ potest recedere ab ista conuentione, & quasi contractu inter ipsum, & Papam inito, nisi ipso Papa volente. † Puteus decis. 88. num. 1. lib. 3. Acchill. decis. 2 num. 3. super regula modificat Indult. Nam quòd nostrum est, sine facto nostro auferri non potest. l. id quod nostrum 11. cum simil. ib. ff. de reg. iur. Et aliter quando episcopus vellet recedere ab alternatiua, & ad menses ordinarios redire, ac se ab onere residendi excusare, de facili posset eludere Papam † prouidendo de beneficijs 116
reseruatis, & ex sua culpa & delicto commodũ consequendo, † quòd dici non debet. c. sedes 15. in fi. c. ex tenore 16. in fi. de rescript. 117

In oppositum tamen, nempe, quòd pœna imposita per regulam nostram, non sit intelligenda, Papa de nouo petẽte, & declarante, sed simpliciter, & absolute à principio, absq; alia declaratione ipsius Pontificis Maximi vrgent sequentia.

Primo quia Papa per regulam nostram satis declarat intentionẽ, & voluntatem suã, vt Episcopus eo ipso, † quòd abusus fuerit alternatiua, illa priuatus existat. Vnde cum habeamus iam claram, expressam, & indubitatam declarationem, frusta est exigenda noua declaratio. l. 1. §. 1. ff. de action. empt. c. si dubius de appellat. c. eum qui. de reg. iuris. in 6. Caputaq. decis. 100. nu. 2. par. 1. 119

Secundo, quia nunquam vidimus, nec audiuimus talem denunciationem, seu declarationem † aliter factam fuisse, quam per 120

regulam nostram fit, & sic est maximum argumentum veritatis, quòd necessaria non fit. Bald.in c.nihil, sub num.15.vers.*item quòd lege*.de elect.Ludo.Gomez.in regula de annali quæst.2.num.2.vers.*nam vt inquit Bald.*

Tertio, quia esset absurdum, imponere Papę hoc maximum onus declarandi de nouo
121 †in specie, cuilibet Episcopo contraueniēti, quod per legem generalem, & expressam iam omnibus declarauit, per ea quæ dixi in gloss. 36.num.24.

Maximè cum eo ipso, quòd Episcopus acceptauit alternatiuam cum conditionibus,
122 & grauaminibus, †in regula nostra contētis, iam habuerit plenissimam notitiam de intentione, & declaratione Papę: ac se ipsum subdidit pœnę, absque alia noua declaratione. l. Imperatores 34.ibi, *ipse te huic pœnæ subdidisti.* ff.de iure fisci.

Quarto quia omnia supradicta, ex nu. 48. vsque 109.videlicet, quòd omnis actus, & pœna intelligitur, parte petente, & declarante, videntur esse extranea à casu nostro. Nam
123 illa procedunt, quando nullitas, aut † pœna adiecta tēdit dūtaxat ad fauorem partis, aut inferioris, absque alia legis resistentia: Secus vero est in casu nostro, in quo regula nostra expressa resistit, ac prorsus destruit, & annullat, absque aliqua de nouo declaratione facienda, omnes collationes post cōtrauentionem factas; Et nō agitur de interesse alicuius personæ, seu partis particularis, aut inferioris, sed de interesse ipsius supremi Principis, & de fauore publico. Paul.Castren.cons.259. incipit, *circa primum*.num 1.lib.2.Dec.in l.in ambiguis.85. §. non est nouum. num. 11. & 12.ff.de reg.iuris. Menoch.de presumpt. lib. 2.præsum.46.n. 30. cum alijs inferius adducendis, in gl.66.num.50.

Ex quibus in hanc posteriorem sententiā magis adducor. Esto
124 tamen, quòd prima sententia † verior esset, ita vt esset necessaria Papæ declaratio. Satis cōstaret de huiusmodi declaratione, statim, quòd Papa concederet gratiam alicuius beneficij vacātis in aliquo ex mensibus Februarij, Aprilis, Augusti, aut Octobris, non obstāte acceptatione alternatiuæ per Episcopum facta: ex eo, quòd illa abusus fuisset, & reg. nostræ contrauenisset. Et tunc omnes collationes, post dictam contrauentionem ab Episcopo (medio tempore) factæ nō tenerent. Sicut dicimus de emphyteuta, qui post resolutā emphyteusim (sequuta voluntate, & declaratione Domini, & non alias, vt supra numero 51.cum sequētibus;) Nihilominus tenetur ad restitutionem fructuum, etiam bona fide
125 consumptorum à tempore † cōmissi, & contrauentionis, ante subsequutam declarationem, & sic medio tempore. Nam talis declaratio retrotrahitur, vt tradunt Speculat. in tit.de emphyteusi.num.19.q.10.Socin.consil. 167.*non inutilis*.num.12.lib.2.Ias.in l.fi.num. 7.post Alberi.& cæteros.C. de iure emphyt. idem Ias.cons.29.incipit, *numquam putaui*. nu. 3.vol.1.Felin.in c.de quarta.num.33.de prescript.plenè.Tiraq. in d. l. si vnquam verbo, reuertatur.nu.270.& 271.cum sequentib.vbi plures similes casus adducit.

Limita secundo, quòd quando contrauentio Episcopi non est ita notoria, & clara, quòd nulla possit tergiuersatione celari, aut controuerti: esset necessaria iudicialis declaratio, citatio, & audi-
126 to † Episcopo: Quia licet priuatio inducatur ipso iure per regulam nostram; Nihilominus sententia declaratoria † requiritur, præ-
127 uia summaria causæ cognitione super contrauentione, vel non contrauentione. textus in cap. cum secundum leges, in §.confiscationis de hæreticis. libro sexto, gloss. in cap. quam sit, verbo, *eo ipso*. de electione, libro sexto. Bartolus in l. eius qui. numero tertio, ff.de iure fisci. Felinus in cap. Rodulphus. numero trigesimoquinto, cum sequentibus de rescriptis, & in cap. secundo. numero primo de sponsalibus. Couarru.in cap. cum esses. numero sexto, de testamentis, & in regula peccatum, secunda parte, §.octauo, numero octauo: Et quatuor modis limitat, & declarat Bernardus Diaz in regula 543. vbi additio Salcedi. Antonius Gabriel, qui decem limitationes ponit in libro septimo de criminalibus, conclusione duodecima, per totam. Tiraquell.in l.si vnquam verbo, *reuertatur*. ex numero 398. vsque ad 404. C. de reuocandis donationibus, vbi à numero 401. ponit plures declarationes. Quę declaratio similiter retrotrahitur ad tempus contrauentionis, vt supra dixi. numero 125.

Et est aduertendum, quòd ista declaratio est diuersa ab alia declaratione, de qua in limitatione præcedenti. Nam in illa præsupponitur adesse contrauentionem, & solummodo fit ad effectum manifestandi voluntatem, quòd intendat vti pœne executione: In declaratione vero huius secundę limitationis, solummodo agitur, si incidit, vel non incidit in pœnam priuationis, ratione d. contrauentionis.

Limita tertio nisi Episcopus contrauenies habuerit iustam, seu co-
128 loratam † causam, ad prouidendum beneficia reseruata, veluti si is, (per cuius obitum vacauit beneficium) decederet in partibus longinquis, & Ordinarius, verisimiliter crederet, quòd decessit in suo mense, quia fama de hoc aderat, cum re vera, vacatio non contingerit, nisi in mense Apost. & reseruato.

Aut

Aut quia verisimiliter putabat Sedem
129 Apostolicam † vacare, & consequenter regulam nostram cessare de tempore,quo vacatio contingat, iuxta ea, quę scripsi in §. 5. proœmiali,ex num. 45. cum sequentibus, & numero 120. Vel, an fuerint recognitæ, vel non, litterę patentes acceptationis transmissę, vt dicam in glossa 65. illatione 9. numero 22.

130 Vel quia erat articulus intricatus,† & valdè dubius, vtrum tale beneficium esset liberę collationis,vel non. Nam si beneficium est liberæ collationis Episcopus potest prouidere in mensibus Februarij,Aprilis,Augusti,& Octobris; non autem in mensib.Martij, & Septembris; Secus vero est,quando beneficium liberæ collationis non est,ex his,quæ dixi in gl.45.vbi plenè, & magis in specie in §. 2.eiusdem glossæ 45.

Siue quia ille (per cuius obitum vacauit beneficium erat officialis Cancellariæ, aut familiaris Papę, vel Cardinalis, vel habuit aliud officium, ex quo inducatur reseruatio, secundum ea, quæ dixi in gl. 51. vacatione 46.Nam tali casu Episcopus habet iustam
131 causam ignorantiæ, † & excusationis à pœna regulæ nostrę, quamuis prouideat de beneficio verè reseruato. Puteus decis. 111. & decis. 361.lib.2.ac tetigi in gl.15. in princ. in 46.casu vacationis ipso iure.vers.*item in casu decreti contenti* à nu. 113.

In his etenim, & alijs similibus casibus Episcopus conferens beneficium reseruatum † iustam causam excusationis à pœna
132 nostræ regulæ habebit.Nam semper ignorantia facti excusat à culpa, & consequenter à pœna gl.verbo, *si culpa.* vbi Geminianus nu. 4.& cæteri,in cap.si beneficia, de præbend. lib.6. vbi loquuntur in terminis collationis, de beneficio reseruato.

133 A qua pœna quælibet † causa excusare valet,glossa prima,in cap. cum venerabilis, de consuetudine.l.Igitur.§. potest.ff. de liberali causa. Mohedanus decisione 4. de transactionibus.

Et eo magis Episcopus excusari debet à dicta pœna, quia licet sit verum, quòd abutens priuilegio, illud meretur amittere, vt latè dixi in principio huius glossæ:Hoc tamẽ
134 minime locum haberet in casu nostro, † nisi expressum fuisset in regula nostra. Ratio est
135 quia tunc amittitur priuilegium propter abusum illius,quando est verè, & propriè † priuilegium,veluti quia esset cõtra ius commune; Secus autem est, quando concessio est
136 secundum ius † commune, vt benè declarat Ioannes de Platea in l.eos. C. de aquęductu. lib.11.& Gregor. Lopez in l.42.gl. fin.ad fin. tit.18.Partita 3.

Sicut etiam non perditur per abusum iuris cõpetentis non ex priuilegio, sed ex consuetudine,vel statuto. Vt post Innocen.concludit Felinus in c.ad Apostolicam.nu.fin. in fine, de simonia.

Quo fit,vt cum concessio alternatiuæ non
137 sit propriè † priuilegium, nec contra ius commune,sed remotio obstaculi, ac reductio ad terminos iuris communis.Cassadorus decis. 8.num.6.de præbendis.Puteus decis.488.nu. 5.lib.2.Rota decis.306.lib. 3.parte 3. diuersorum,cum alijs adductis in §.6. proœmiali. num.42. (Pro quo est ponderandum,quòd regula nostra non appellat alternatiuam, priuilegium,sed beneficium,seu facultatem, vt in verbis thematis huius glossę, & paulò inferius semel, & iterum alternatiua appellatur gratia,& non priuilegium,vt etiam dicam in glossa 58.nu.128.) Licet Episcopus abuteret alternatiua, non propterea perderet illam,
138 nisi talis pœna per regulam † nostram esset sancita: Quæ pœna tanquam odiosa, est restringenda, & benignè interpretanda. l. interpretatione 42.ff. de pœnis. regula in pœnis 41.de reg.iur.lib.6.

Maximè circa contrauentionem,respectu prouisionis beneficiorũ (alias quàm per regulam nostrã)reseruatorum,aut affectorum: ex quo respectu illorum nihil conceditur:
139 Episcopis per alternatiuam, † vt post Butriũ Bartolum, & Socinum, tradit Gregorius Lopez vbi supra dicta glos. fin.vers. *& limita,*
140 *& intellige,* vbi dicit,quòd quãdo delinquitur circa alias tres non contentas in priuilegijs, cessat pœna priuationis ratione abusus.

Benè tamen arbitror, quòd si à principio Episcopus habuerit iustam causam ignorantię,vel excusationis in casibus supradictis:Tamen si postquam certificatus fuerit † de
141 reseruatione, & qualiter nullatenus prouidere poterat: Vel ipse Episcopus prosequatur ad vlteriorem effectum suæ prouisionis, veluti immittendo in possessionem ab eo de facto prouisum:Vel si fuerat ante scientiam immissus,non curauerit quantum in se fuerit,intrusum à tali possessione remouere, vt possessio vacua remaneat, quominus Apostolicus prouisus in illa capienda, impedimẽtum habeat. Quòd tali casu facilius intret alternatiuæ priuatio,cum Episcopus à culpa,seu dolo excusari † non valeat.per tex. in cap.si be-
142 neficia 20.de præben.lib.6.dicit enim sic.*Ne talis ignorantia eis, cum sint sine culpa,prœiudicialis existat:statuimus,vt si ipsi de reseruatione prædicta postea certiores effecti (sublata difficultate quacunque) omnino dimiserint beneficia, sic sibi de facto collata, ad beneficia sua priora liberè reuertantur: Alioquin ad ea(si difficultatem adhibuerint in alijs dimittendis)sit ipsis penitus interdicta facultas.* & tradunt ibi omnes scribentes, & ponderauit Rota in simili casu in vna Dertusen. Parrochia-

rochialis 12. Februarij 1593. coram R. P. D.meo Pegna: Vbi fuit dictum, quòd dato, quòd ex concursu, & approbatione, & electione Ordinarij ad Parrochialem reseruatam, (de qua reseruatione iuxta adesset ignorantia) aliquod ius considerabile cuidam Francisco competere potuisset; Illud
143 amiserat, † ex quo habita notitia reseruationis non dimiserat liberè possessionem dictę Parrochialis reseruatę, per tex.in d.c. si beneficia,de præben.lib.6.

Facit etiam, quia licet quis teneatur in gratia beneficiali narrare prius obtenta
144 † beneficia, aliàs gratia erit nulla. c. ad audientiam.il 2.cap.in nostra.cap. ad aures,de rescriptis. Menochius de arbitrarijs, casu 201.ex num.41.vsque ad 60. Tamen si obtenta beneficia absẽtis,in impetratione eius no-
145 mine facta non narrentur:† non propterea vitiatur gratia, cum iusta ignorantiæ causa adsit. Rota decis. 74. & decis. 85. de rescriptis,in antiquis. Felinus in cap. super litteris.num.7. de rescript.

Cęterum si absens postquam litteras suę gratię recepit, ac sciuit, vel scire debuit, quòd sua beneficia obtenta narrata nõ fuere: nolit curare supplementum d. defectus, & gratiam perinde valere obtinere:Sed potius vtatur dicta prima gratia, tunc talis gratia
146 minime illi suffragari † debet,per tex. in d.c. si beneficia,de præbend.lib.6.& audio ita dixisse Rotam. Et ad dict. cap. si beneficia,adde, quòd quando quis potest regredi ad primum beneficium, vigore dicti cap. quòd potest vti remedijs retinendę,seu recuperandę, ex quo nunquam primam possessionẽ amisit, sed semper illam in animo conseruauit. Ita vt contra illum non concedatur alteri d. remedium possessorium. Rota decis.7.num. 1. & per totam, de restitut. spoliat. in antiquis. Rebuffus de pacificis possessor. num. 143.& num.190. Nauarrus in cap. accepta, in solutione ad 7. oppositionem. num. 38. & 50.de restitu.spoliat: Et vide quę dixi in materia optionis.in gl.34.ex num.84.

Quarto limita,seu declara,quòd quãuis Episcopus priuetur alternatiua ratione dictæ contrauentionis, non
147 propterea priuatur suis quatuor mensibus † ordinarijs, videlicet Martij, Iunij, Septembris, & Decembris, ad quos statim Episcopus restituitur,& Papa ad reliquos octo menses,prout prius,ante acceptationem alternatiuæ,vt tradunt in terminis Antonius Augustinus in suo repertorio, verbo, *alternatiua*, Mandosius consilio 21. incipit, *scripsi aliàs*. numero secundo.

De natura namque rescissorum est, quòd quando facto legis, vel iudicis ius quæsitum rescinditur, semper ad antiquum ius, quis-
148 que ipso iure reuertitur.†textus in lege prima,& secunda.C.si aduersus transactionem. textus in cap.si beneficia, de prębendis,libro sexto.cap.cum dilectus. cap. cum causam,de emptione, & venditione.l.exempto.§.si quis virginem. ff. de action.empti. Ancharanus consilio 404. incipit, *tria dubia*. numero nono, vbi plura dicit. Philippus Probus in dicto cap. si beneficia, numero 8. Et rescissorum vno posito,
149 † alterum necessario ponitur, & vno remoto alterum necessario remouetur. l. si iudex ff.de minoribus.l. fin. ff. de acceptilationibus. Baldus in d. l. 2. num. 2. C. si aduersus transactionem. Natt. cons. 361.num. 1.volum. 1.

Hinc concordiam, seu transactionem rescindere volens,non auditur, nisi prius acce-
150 ptum restituat. † l.si certa. l. si diuersa. C. de transactionibus, ibi, *refusa pecunia*. l.cum te fundum. C. de pactis inter emptorem, & venditorẽ. Thomas Grammaticus decisione 66. numero 22. Afflictis decisione 120. numero quarto. Molina de Hispanorum primogeniis.libro quarto.cap.9.numero 43 Rolandus à Valle consilio 59. *reiectis*. numero septimo.lib.1. Aimon.cons.7.nu. 14. Puteus decisione 353. numero sexto,libro primo.& decisione 140. libro secundo. Caputaquen. decisione 316.parte tertia. Rota decisione 810.numero primo,& per totam, parte prima diuersorum,& tetigi in glossa 27.vers.*addo quod*. num. 22. congerit plura. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glosa 18.numero 1. cum sequentibus.

Et datum ob causam, repetitur causa
151 † non sequuta, vel ad non causam reducta, vt ff.de condict.causa data. quasi per totũ titulum. l. si fullo. ff. de condict. sine causa. Corn.cõs. 188.incipit,*in præsenti consultatione*. numero 17.volum.2.

Sic igitur Episcopus ex causa contrauentionis alternatiuæ,reliquerit Papę menses ordinarios vigore illius alternatiua cessante adsuum pristiuum statum reuertetur.

Sum-

Summaria Glossæ 57.

1 *Collatio facta vigore alternatiuæ ab Episcopo, qui perdidit illam, nullius est momenti.*
2 *Dictio*, prætextu, *quid significet.*
3 *Verba*, deinceps faciendæ. *qualiter intelligantur.*
4 *Alternatiua sublata, intrat reseruatio in mensibus Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris.*
5 *Egressus vnius est ingressus alterius.*
6 *Contrarij vnius ad remotionem, sequitur positio alterius.*
7 *Clausula*, nullius momenti. *inducit nullitatem ipso iure.*
8 *Clausula*, nullius roboris. *annullat ipso iure collationem de solo facto factam, & n.9.*
10 *Intestatus dicitur, qui de facto, & non de iure testamentum fecit, veluti si sit pubes doli capax, & nu.11.*
11 *Clausula*, sublata quacumque difficultate. *intelligitur de difficultate facti, non iuris.*
12 *Actus omnis intelligi debet de valido de iure, non vero de solo facto.*
13 *Nullum de iure quod est, factum non dicitur, & plura de hoc remissiue.*
14 *Decima soluenda de executione, non debetur, quando executio est nulla.*
15 *Gabella non debetur ex contractu nullo.*
16 *Derogationes gratiæ, nullæ nihil operantur.*
17 *Nulliter data petitio, data non dicitur.*
18 *Acceptatio nulla, non impedit aliam acceptationem.*
19 *Clausula*, citra reuocationem primi mandati. *intelligitur de constitutione Procuratoris valida.*
20 *Commissio data ad exequendum tres conformes sententias, intelligitur de validis, nec non constitutio loquens de litteris, aut resignatione, & num.21.*
22 *Nulla de gratia, vel rescripto nullo, non est opus facere mentionē, nec de sententia nulla, & num.23.*
24 *Facto de solo gesta tenent, quando Princeps illa seruari mandat, & nu.25.*
26 *Nullus actus, est de facto annullandus, & reuocandus, quatenus de facto fuit gestus, & numero 27.*
28 *Libellus, aut sententia dicens actum esse nullum, cassandum, & annullandum sustinetur.*
29 *Pœna imposita à statuto propter aliquod factum, an locum habeat, si actus sit de solo facto, & non de iure gestus.*
30 *Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum, & nu.31.*
32 *Non entis nullæ sunt qualitates, & non entia non habent materiam, neque formam, & numero 33.*
34 *Frustratorium factum, pœnam efficaciter non committit.*
35 *Nullus quando est contractus alienationis rei emphiteuticæ, cessat pœna.*
36 *Pœna statuti locum habet in facto, quod nullatenus de iure sustineri poterat, ne statutū seruiat de solo vento, & num.37.*
38 *Pœna imposita contra contrahentes matrimonium, intra gradum prohibitum, vel cum Moniali, vel religioso, procedit in matrimonio de facto.*
39 *Alternatiuam perdit Episcopus contra illam conferens, licet collatio sit nulla.*
40 *Pœna non intrat, quando actus non tenet de iure, & lex respicit effectum validum, & numero 41.*
42 *Pœna legis 49. Tauri non habet locum hodie post Conc. Trid. cum matrimonium clandestinum sit nullum.*
43 *Pœna committitur ex actu de solo facto gesto, quando statutum considerat potius ipsum factum, quam effectum.*
44 *Matrimonium de solo facto contrahens Clericus, perdit ipso iure beneficia, vel per assecutionem impetrata, & n.46.*
45 *Falsificans litteras aliàs nullas puniri debet, ac si essent validæ.*
47 *Cautionis Mutianæ pœna locum habet in contrauentione de solo facto.*
48 *Decimarum impositio facta religiosis habentibus prædia, procedit, licet de solo facto habeant.*
49 *Impetrans rescriptum nullum, & subreptitium pariformiter punitur pœnis temerè litigantis, ac si esset validum.*
50 *Notarius faciens instrumentum falsum, aliàs nullum, punitur ac si validum esset.*
51 *Testis falsum deponens in iudicio nullo puniri debet, ac si iudicium esset validum.*
52 *Pœna ex solo effectu, & conatu quando locum habeat.*
53 *Mater eodem modo perdit tutelam filij per transitum ad matrimonium nullum, ac si validum esset.*
54 *Luxuria non debet esse potioris conditionis castitate.*
55 *Legatum relictum fœminæ sub conditione, quod nō nubat plebeio, est validum, & an perdatur si non nupserit, sed cum eo inhoneste vixerit, & num.56. & 57.*

Ac collationes, & aliæ dispositiones, de beneficijs, illius prætextu deinceps faciendæ, nullius essent roboris, vel momenti. gl. 57.

DECLARAT regula nostra, quòd omnes collationes, & alię dispositiones beneficiorum faciendæ prætextu alternatiuæ, postquã Episcopus cõtrauenit, sint
1 nullæ, † ac nullius roboris, & momenti, quod intellige secundum ea, quę dixi in gloss. præcedenti.

Et dum dicit, *de collationibus*. vide gloss. 16. in verbo *ad collationem*. & per totam.

Dum dicit, *& aliæ dispositiones*. intellige de præsentatione, seu electione, nominatione, prouisione, vel alia quælibet dispositione, de quibus regula nostra loquuta fuit post principium, & plenè scripsi in gloss. 17. & 18. & 19. ac 20.

Dum dicit, *de beneficijs*. intellige de quibuscunque beneficijs, in quibus intrat reseruatio nostræ regulæ, & non aliàs, vt abunde dixi in glo. 5. cum suis vndecim. §§. & alibi sæpè.

2 Quatenus dicit, *illius prætextu*. † declara ideſt, sub velamine, vel colore alternatiuæ, quæ iam perdita fuit, & ideò suffragari non potest. text. in l. sub prætextu 19. & in l. sub prætextu 29. C. de transaction. l. sub prætextu. C. de hæredit. action. cap. inter monasterium 20. ibi *sub prætextu nouorum instrumentorum*. cap. suborta, ad finem, ibi, *prætextu priuilegij*. de sent. & re iudic.

3 Et dum dicit, *deinceps † faciendæ*. declara, ideſt post priuationem incursam ratione dictę contrauentionis prouidendo de beneficiis reseruatis, aut prouisiones Apostolicas impediendo, vt plenè scripsi in gloss. 56. præcedenti, limitat. 1. & 2. ex n. 49. & ex nu. 104.

Demum dum dicit nullius essent roboris, & momenti, ratio de se
4 patet, quia sublata alternatiua † intrat reseruatio quoad mẽses Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris, qui semper sunt Apostolici alternatiua cessante, vt regula nostra de-
5 clarat, & egressus † vnius est ingressus alterius. c. cum renunciatur. 32. quæstione 1. l. 1. §. illud sciendum. ff. de separationibus, & a
6 remotione † vnius contrarij, sequitur positio alterius. l. sed si pupillus. §. si institoria. ff. de institor. actione, cum alijs adductis in gl. 54.

7 Clausula ista, *nullius sit momenti*. † inducit nullitatẽ collationis ipso iure, vt in authen. Sacramenta puberum, in fine. C. si aduersus venditionem. l. non dubium, in fine. C. de legibus. l. filius familias 104. §. Diui, vbi Iason. num. 2. ff. de legat. 1. l. de pupillo. §. si quis forte; vbi etiam Iason. numero 3 & 4. ff. de noui operis nunciatione. cap. 2. in fine, vbi glossa verbo, *momenti*. de filijs presbyter. lib. 6. glos. in l. Fulcinius. §. si quis bona, in verbo. *momenti*. ff. de quibus ex causis in possessione atur. Ripa in l. 1. num. 2. ff. de re iudicata, & plenè. Tiraquell. in l. si vnquam verbo, *reuertatur*. ex numero 97. vsque ad numerũ 102. C. de reuoc. donation.

8 Nec non clausula, *nullius roboris † sit*. vel, *roboris firmitatem non obtineat*. importat annullationem actus, *ipso iure*, tex. in cap. cæterum, alias 3. ibi, *nec secundæ litteræ obtineant aliquid roboris firmitatem*. de rescriptis, vbi Doctres notant. cap. ne captandæ, ibi, *nec aliquam obtineat roboris firmitatẽ*. de conces. prębendę. lib. 6. Felin. in cap. Rodulphus. numero 30. de rescriptis.

Ac propterea talis collatio prętextu alternatiuæ, quæ iam perdita fuerit, licet de facto facta fuerit; tamen de iure † non tenet. Nam ad hoc, vt collatio subsistat non sufficit si so-
9 lum † de facto fiat, tex. in cap. si beneficia 20. ibi *de facto conferri*. & postmodum, ibi, *sit sibi de facto collata*. de prębend. lib. 6. cum alijs adductis, in gl. 15. §. 1.

10 Sicut dicitur intestatus, † non solum qui omninò testamẽtum non fecit, sed etiam qui de facto; non verò de iure fecit. §. 1. instit. de hæredit. quæ ab intestat. deferuntur, & ideò consuluit Romanus. cons. 199. incipit *præsens statuti particula*. nu. 1. & per totum, quòd statutum disponẽs, quòd ille dicatur intestatus decessisse, qui nullum fecit testamentum, intelligi debet, etiam si de facto testatus sit, pu-
11 ta pubes † doli capax. Iason in l. vbi pactum. num. 29. C. de transactionibus, Dec. in cap. ex tenore 6. in fine de rescriptis.

Nec non clausula, *sublata quacunque difficultate*, intelligitur de difficultate facti, & nõ iuris. cap. si beneficia de prębendis, in 6. Ægidius decis. 597. incipit, *verba ista*. Selua de beneficio 3. par. q. 13. nu. 10.

Et omnis actus intelligi debet de valido † de iure; non vero de solo facto, quia paria sunt non facere, vel de solo facto facere. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicat. vbi notant omnes, maximè Iason. numero secundo, & 3. Felinus in cap. ex tenore, ex num. 2. vsque ad nu. 12. de rescriptis,
12 vbi † de hoc 47. illationes facit, & Decius ibidem. num. 6. Gigans de pensionibus. quæstione 29. ex numero 6. Cassadorus decisione 2. num. 2. & 3. de reseruatione super regulis. Vantius de nullitatibus, titulo, quoties, & intra quę tempora, à num. 26. vsque ad numerum

rum 52. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glo. 2. num. 5. cum multis sequentibus.

Quibus adde, quòd si ex executione facta,
14 est soluenda † decima executori: Si executio de iure non tenet, nulla decima debetur. l. 17. tit. 21. lib. 4. recopilation. & ibi Acebedus. numero 3. plene Ioann. Gutierrez in quæstione practica 130. lib. 1.

15 Sicut nec debetur gabella ex cõtractu † nullo. Didacus Perez in l. 6. tit. 1. lib. 3. ordinam. col. 994. ad finem, Acebedus, & Guttierrez vbi supra. Ripa in d. l. 4. §. condemnatum. nu. 6. ff. de re iudicata, plene Tiraquell. de retractu lignag. §. 1. glos. 2. num. 7.

Nec releuãt, nec aliquid operantur, dero-
16 gationes † appositæ in gratia nulla. Put. decis. 91. lib. 2. nnm. 3. & 4.

17 Nec dicitur data petitio, † si fuit data; tamen nulla. Rota decis. 7. numero 5. de rescriptis in nouis.

18 Nec acceptatio nulla impedit aliam † acceptationem. Acchill. de Graff. decis. 7. nu. 3. & 4. de concess. prẽben.

Et clausula, *citra reuocationem primi procuratoris*. intelligitur de constitutione procuratoris valida de iure; non autem de constitu-
19 tione nulla, † & de solo facto facta. Puteus decis. 138. incipit die 8. nu. 2. lib 3.

Sic commissio data ad exequendũ tres sen-
20 tentias † conformes, intelligitur de tribus conformibus validis, secus si aliqua esset nulla. Crescent. decisione 1. num. 1. & per totam de senten. & re iudic. Marchesan. de commission. 2. par. de cõmissione super nullitatibus. cap. 2. numero 7. & fuit late resolutum in vna Cæsaraugustana Campanilarum, coram Illustris. D. Cardinali Seraphino.

Ac constitutio loquens de litteris, vel resi-
21 gnatione, † intelligitur de validis de iure, vt late Flamin. Parisius de resignatione, beneficiorum. libro 11. quẽstione 7. ex numero 82. cum sequentibus.

22 Nec de gratia, vel rescripto nullos, † est opus facere mentionem. Rota decis. 25. de rescriptis in nouis, num. 1. & 9. & decisione 58. de appellat. in nouis, & decisione 69. num. 1. de rescriptis in antiquis. Caputaquen. decis. 217. num. 2. par. 2.

23 Nec de sententia, & re iudicata nulla † est mentio facienda. Felinus in cap. super litteris. num. 15. de rescriptis. Rota decis. 807. nu. 7. par. 1. diuers.

Aduertendum tamen est, quòd licet ea, quæ solo facto fiunt, nullius sint considerationis: Tamẽ si quamuis aliquid de iure non valeat, Princeps faciat quòd de facto seruetur,
24 † est perinde quoad subditos, ac si de iure valeret, vt singulariter docuit Albericus in l. cunctos populos, sub num. 32. vers. *ego hanc quæstionem*. C. de Summa Trinit. & fide catholica, vbi per hoc determinat, quòd si statutũ
25 disponit, † quòd debitores, & fideiussores cõuenti ad vsuras, non possint opponere exceptionem, quòd vsuræ non debeantur: Et fideiussor vigore istius statuti, coactus fuit soluere vsuras: si eas repetit à debitore principali, non poterit debitor opponere, quòd male fecerit soluẽdo vsuras, quas de iure soluere nõ tenebatur: Quia postquã de facto seruatur, de mãdato Principis: Statutum est, ac si fideiussor fuisset de iure exactus. Ias. post Alexan. & alios, in l. vbi pactum. num. 27. C. de transaction. Decius in cap. ex tenore. num. 7. notab. vltimo de rescrip.

Nec est omittendum, quòd quamuis collatio, seu quẽlibet alius actus de solo facto; Non autem de iure gestus, sit nullus. Nihilo-
26 minus est annullãdus, & reuocandus, † & talis cassatio, & annullatio refertur ad solum
27 factum, vt cassetur quatenus de facto † processit, vt per tex. & ibi tradit Abb. in capit. si quis Presbyterorum numero 5. notabili 6. de rebus Eccles. non alien. Rodoan. de rebus Ecclesiæ, quæst. 22. *an contractus malæ factæ alienationis sit nullus ipso iure*. in principio. nume. 17. vbi etiam addũt, quòd propterea saluatur à contrarietate libellus, & sentẽtia, dicens cõ-
28 tractum † esse nullum, cassandum, reuocandũ, & annullandum. Et ita quotidie seruamus in praxi, in his, & alijs similibus actibus, ipso iure nullis.

Sed est quæstionis, an ad hoc, vt sit locus pœnæ statutę contra aliquid
29 facientem, sufficiat fecisse de solo † facto; Quamuis de iure non teneat, vel potius sit necessaria validitas actus, de iure.

Et quidem videtur, quòd non sufficiat actus de solo facto gestus, quia nõ præstat im-
30 pedimentum, † quòd de iure non sortitur effectum: regula non præstat, de regulis iuris, in
31 6. & quod † nullum est, nullum producit effectum. l. nuda 55. ff. de contrahen. emption cũ
32 alijs superius adductis: Et non entis nullæ † sunt qualitates. l. eius, qui in prouincia, ante finem. ff. si cert. petat. cum alijs, per Anton. Gomez. 1. Thom. variar. cap. 1. num. 9. Et non
33 entia † non habẽt materiam, neque formam. l. actor. C. de probationibus. Baldus, in l. de quibus. nu. 21. ff. de legibus. Item quia ex nihilo nihil fit. l. fi. ff. de const. pecun. Acebedus in l. prima. numero 91. titulo 21. lib. 4. recopilation. Mexia in lege Toleti, 2. parte fundamento 7. per totum.

Vnde Baldus notauit per tex. ibi in l. ea quidem. C. si mancip. ita fuerit alien. num. 1. quod factũ frustratorium pœnam efficaciter
34 non committit, † quia secũdum Philosophũ, ex nihilo nihil sequitur.

Ideoque alienans rem emphyteuticam, absque consensu Domini, si contractus aliàs

est

35 est nullus non incidit † in pœnam priuationis, sicut incideret, si cõtractus aliàs esset validus. Baldus in l. 2. num. 3. C. de Episcop. audien. Iason in l. fin. C. de iure emphyt. numero 139. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 2. num. 6. vbi plenè.

Breuiter est distinguendum: Aut pœna legalis, vel statutaria imponi
36 tur propter aliquod factum, † quod nullatenus potest de iure fieri, nec verificari: Et tũc necessario dicendum erit, quòd sit locus dictæ pœnæ, quamuis sit de solo facto gestum. Ratio est quia legislator, qui imponit pœnam pro tali facto, quod non potest de iure sortiri effectum, solummodò considerauit nudum factum. Nam alias lex, vel statutum essent illu-
37 soria, & solum seruirent † de vento; Ita probat tex. in l. quid ergo 13. §. cum autem. ff. de his, qui notan. infamia, vbi probatur, quòd quando lex punit factum, quod de iure verificari non potest, non curatur de iuris effectu. l. 1. ff. de sepulchro violato. l. iubemus. C. de Sacrosan. Eccles. l. eum qui duas. C. de adulterijs. c. nuper, de bigamis. Clementina 1. de consanguinit. & affinit. Vbi imponitur pœna excommunicationis contra scienter contra-
38 hentes † matrimonium in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, vel cũ moniali professa, & contra Religiosum, vel Clericum in sacris contrahentes: Et clarum est, quòd talis contractus nõ potest verificari de iure, sed de solo facto, ac propterea est locus dictæ pœnæ, vt Cardinalis ibi num. 1. in fine, in 8. oppositione. Vitalin. n. 6. cum sequentib. Bart. in l. vbi pactum. nu. 14. post principium. C. de transactionibus. Ias. ibid. num. 21. ante fin. & num. 22. & cæteri.

Ac propterea in casu nostræ regulæ, est locus pœnæ assignatæ contra Episcopum pro-
39 uidentem de solo facto, † beneficia reseruata, ratione mensis, vel alias: Quia cum actus prouisionis non possit verificari de iure, sed de solo facto (stante reseruatione) vt sæpè dixi, necessarium est dicere, quòd ad incursum dictæ pœnæ, solum factum consideratur.

Aut actus gestus, & prohibitus potest verificari de iure, & de facto: & tali casu ẽ maior difficultas: Ac ideò similiter est distinguendum sic: Quòd aut lex, vel statutum prohibens, seu pœnam imponẽs potius considerat, & respicit effectum vali-
40 dum; non † autem nudum factum de iure inualidum, & tunc data nullitate actus, pœna non committitur. Felinus in cap. ex tenore. n. 9. post principium, vers. *aliquando lex considerat factum.* de rescriptis. Cassaneus in Cõsuetudinibus Burgundiæ rubrica 3. §. 8. vers. *dic quod de hoc est decisio.*

Et patet in exemplo superius adducto, de re emphyteutica nulliter alienata; Nec non ex doctrina Bartoli, in l. filium, §. si quis contra, numero 1. ff. de legat. præstandis, dum te-
41 net, quòd stante statuto, quòd si popularis † cedat actiones suas nobili, puniatur pœna priuationis, si cessio non valuit, quia cedens cedere non poterat, non habet locum pœna d. statuti.

Similiter lex Hispana 49. Tauri, quæ hodie est lex 1. titulo 1. lib. 5. recopilation. imponens graues pœnas clandestina matrimo-
42 nia contrahentibus, † & testibus interueniẽtibus, ex eo, quia quando dicta lex condita fuit, matrimonia clandestina tenebãt, vt per totum titulum de Clandestina dispõsatione, erat intelligenda de matrimonio valido: Ac propterea cum hodie ex Concilio Trident. sess. 24. de reform. matrim. c. 1. annullentur quoad effectũ omnia matrimonia Clandestina, & præfata lex nunc non possit verificari in matrimonio valido: cessare debet rigor dictæ legis, saltim quoad pœnam ordinariam, ex quo ipsa lex 47. Tauri effectum cõsiderat, vt tradit super eadem lege. Matienzus in gl. 7. num fin. & Acebedus num. 46. contra Ludouicum Molinam, qui contrarium tenuit in suo tracta. de Hispanorum primoge. libro secundo, capite decimo sexto numero decimo-octauo. Vltra quod esset videndum de validitate d. legis.

Aut lex, vel dispositio cõsiderauit po-
43 tius ipsum † factum, quã effectum, & tali casu pœna committitur ex solo facto quamuis de iure non subsistat. Bartolus in l. quid ergo, §. cum autem num. 1. ff. de his qui notant. infam.

Hinc clericus beneficiatus in minoribus ordinibus constitutus, si cõtrahat matrimo-
44 nium, † licet nulliter, ex aliquo defectu: perdit ipso iure beneficium: Quia ex quo nõ stetit per eum, videtur habuisse animum perdẽdi beneficium, & magis cõsideratur affectus. Rota decisione prima, & secunda de Clericis coniugatis, in antiquis. Romanus post Ioann. Andræam, in consil. 483. incipit, *dubitatur primo*, numero 5. & 6. Francisc. Pauinus, in tract. de officio, & potest. Capituli in vltimo præludio, col. 2. vers. *Septimo per matrimonium.* cum alijs adductis, in gloss. 15. in principio, in 4. modo vacationis. nu. 44.

45 Item falsificans litteras, † quæ alias erant nullæ puniri debet. Abbas per tex. ibi in cap. olim. n. 6. de rescrip. vbi Antonius de Butrio, & cæteri. Iason in l. vbi pactum. sub num. 25. vers. *quarto facit.* C. de transact.

Rursus eodem modo vacat primum bene-
46 ficium † per assecutionem iniustam, & de solo facto secundi beneficij: ac si assequutio de iure teneret, cap. eum qui 18. de præbend. in 6. Rota decisione 3. de præbend. in nouis, & decis. 3. de rerum permutat. in antiquioribus

Besi-

Beſigneti. Ripa in cap. ſæpè. nu. 66. de reſtit. ſpoliat. Couarru. libro 3. varia. cap. 16. num. 7. Menochius de recuperan. remedio 9. ex nu. 273. quæſt. 37.

Præterea ſufficit contrafacere de facto, vt
47 locum habeat pœna cautionis Mutianæ, † de qua in l. Mutianæ cautionis 7. ff. de condition. & demonſtrat. vt poſt Petrum Cinum. Bald. & Imolam ibidem, contra Bartolum tenet Iaſ. in d l. vbi pactum. numero 18. C. de tranſact.

Sic conſuluit Ancharan. conſ. 104. incipit, *contra fratres minores.* quòd impoſitio decimarum facta pro prædijs Religioſorum, cõpræ-
48 hendit etiam religioſos habentes † prædia, de ſolo facto, vt tradit etiam poſt alios Felinus, in cap. ex tenore. num. 10. de reſcriptis.

Similiter impetrans reſcriptum nullum, & ſubreptitium, pariformiter puniri debet, in
49 pœnis † temere litigantis, per Iudicem procedẽtem vigore dicti reſcripti, ſicut ſi reſcriptum teneret. cap. diſpendia de reſcriptis lib. 6. Clement. 1. eodem titulo.

50 Et Notarius faciens inſtrumentum † falſum, aliàs nullum, ex defectu ſolemnitatis, puniendus erit, ac ſi validum eſſet. Bartolus, in l. ſi quis legatum. numero 2. ff. ad leg. Cornel. de falſis, & poſt alios, adducunt Felin. in cap. ex tenore, ſub numero 9. de reſcriptis, & Iaſ. in d. l. vbi pactum. C. de tranſaction. numero
51 26. Vbi idem dicunt de teſte † deponente falſum in iudicio nullo, ac alia quamplura tradunt, ac multipliciter declarant. Ac vide Menochium de arbitrarijs caſu 360. ex numero 19. vbi pleniſſimè per totum illum caſum tra-
52 ctat, quando ex affectu, & conatu † ſit aliquis puniendus, & Iulium Clarum, in praxi. §. fin. quæſtione 102. per totam, cum eius additionatoribus.

Dixit etiam Baldus, in cap. ex parte M. numero 20. de appellationibus, quòd eodẽ modo, mater perdit tutelam filij per tranſitum,
53 ad ſecundas nuptias de ſolo facto, † ac ſi ma-
54 trimonium teneret, ne habeat plus luxuria † caſtitate, vt in authen. de reſtit. & ea quæ parit. §. fin. verſ. *non enim.* collatione 4.

Vnde fui ſemel conſultus de hac quæſtione, videlicet, Titius reliquit legatum cuidam Nepti ſuæ ſub conditione, quòd non contraheret matrimonium cum plebeio, ſed cum viro nobili, aliàs perderet ipſo iure legatum: de cuius conditionis validitate, non eſt dubi-
55 tandum, † vt per Felin. in cap. 1. num. 23. de ſponſalibus. Couarr. in 4. lib. decretal. 2. par. cap. 3. §. 3. à num. 6. Molin. de Hiſp. primogenijs. lib. 2. cap. 13. num. 3.

Poſtmodum dicta Neptis legataria non nupſit plebeio, ſed cum eo pudicitiam amiſit, carnaliter ſe committendo: Dubitabatur an
56 ex eo amitteret † legatum: Et ego (licet quodammodo dubius) reſpondi, quòd ſic, ne luxuria plus habeat, caſtitate, vt in dicto §. finali: Et quia ſi in matrimonio hoc voluit teſtator, à fortiori in hoc caſu, vbi maior contrahitur ignominia, ac contumelia. Item quia
57 omnis pœna ſtatuta contra fœminam nubentem † habet locum contra inhoneſtè viuentẽ. Bartolus, in l. his ſolis. nu. 1. C. de reuocand. donationibus, quem ibidem ſequuntur Bald. & Salic. ac cæteri omnes. idẽ Bald. in l. 1. in fi. ff de his qui notantur infamia. Ioann. Garro in rubrica. C. de ſecundis nuptijs, parte prima, numero 63. Nicolaus Vbaldis in tractatu de ſucceſſ. ab inteſta. ſecunda parte. numero duodecimo. Caputaquenſ. deciſione 25. numero 3. & deciſione 154. numero 3. & deciſione 267. parte ſecunda, & vide tradita per Pinellum, in l. fin. numero 19. C. de bonis maternis.

Summaria Gloſſæ 58.

1 *Acceptatio alternatiuæ eſt voluntaria.*
2 *Inuito beneficiũ non datur, nec in inuitũ poteſt liberalitas exerceri, & n. 3. declara n. 12.*
4 *Inuitus nemo creſcere cogitur, nec minor vti re medio reſtitutionis, & num. 5.*
6 *Inuito vſurario, non poteſt proprietarius vſum in meliorem ſtatum commutare.*
7 *Inuitus aliquis emancipari non poteſt.*
8 *Inuitus filius non poteſt legitimari, niſi in caſu ſpeciali, & num. 9.*
10 *Inuitus nemo præſentatur, nec eligitur, nec ad nobilitatem vocatur, & num. 11.*
13 *Alternatiua omnibus conceditur, ſed illam acceptare, nemo inuitus compellitur.*
14 *Acceptata ſi ſemel ſit alternatiua, non erit poſtea locus pœnitentiæ, cum ſit quaſi cõtractus.*
15 *Variatio omnis reprobatur.*
16 *Contractus à principio eſt voluntarius, ſed ex poſt facto neceßarius.*
17 *Alternatiua ſemel acceptata durat vſque ad obitũ Papæ, vel Epiſcopi, vel vſque ad promotionem, & num. 18. & 19.*
20 *Alternatiuæ conceſsio, & acceptatio eſt perſonalis.*
21 *Acceptatio alternatiuæ, quoad vnã diœceſim, ceſſat per translationem ad aliam.*
22 *Alternatiua vti in vna diœceſi, poteſt eſſe vtile Epiſcopo, & in alia diœceſi damnoſum.*
23 *Alternatiuam ſæpè acceptantes ſupplicant Papæ pro diſſolutione, & reſtitutione ad quatuor menſes ordinarios, & praxis de hoc.*
24 *Acceptatio alternatiuæ nihil aliud eſt, niſi mẽ-*

tis, & animi declaratio.

25 *Excommunicato collatio facta, valida non est, acceptare tamen beneficium collatum potest excommunicatus. num. 26.*

27 *Alternatiua dicitur gratia; non tamen priuilegium propriè, num. 28.*

29 *Alternatiua deriuatur à verbo alternare.*

30 *Alternare dicitur, quando actus collatio, aut alius quilibet actus, vicissim, et per turnos diuiditur.*

31 *Alternatiua annorum dicitur, quando diuisio fit per annos, nec non mensium, quando fit per menses, vt num. sequenti.*

32 *Alternatiua datur per hebdomadas, & dies. n. 33. & horas. num. 34. & vices. numero 35. & Choros. nu. 36.*

37 *Alter, a, m, pronomen, non solum est distributiuum duorum, sed etiam pluriũ; sed proprius verificatur in duobus. num. 39.*

38 *Accusatio proposita contra tres, in qua dicitur alterum alteri auxilium præstitisse, tanquàm incerta non tenet.*

40 *Alternatiua regulæ nostræ non verificatur, nisi in duobus, scilicet Papa, & Episcopo.*

41 *Alternatiuæ electionis de materia plura remissiuè.*

Illi vero, qui gratiam alternatiuæ prædictæ, acceptare voluerint. gl. 58.

HIC incipit vltima pars regulæ nostræ, quæ dat formam, & modum acceptãdi alternatiuam, ac dicit, quod ille qui eãdem alternatiuam acceptare voluerit, &c. Ex quo nota, quòd

1 acceptatio alternatiuæ est voluntaria, † & ideò nemo inuitus illam acceptare tenetur: Nam alternatiua est gratia, & beneficium, vt regula nostra declarat, ibi, *gratiam.* & paulò prius, ibi, *beneficio.*

2 Inuito autem beneficium † non datur. l. inuito 69. ff. de regulis iuris. lex 24. titulo fin. Partita 7.

3 Et liberalitas non potest in nolentẽ † exerceri. l. hoc iure. §. non potest. ff. de donation.

4 Nemo etiam inuitus crescere † cogitur. c. gesta, ante finem, cap. vbi, cap. consuluit 74. distinctione.

5 Nec minor inuitus compellitur † vti remedio restitutionis in integrum. l. si Iudex 41. ff. de minoribus.

6 Sicut nec inuito vsurario † potest proprietarius, vsum in meliorem statum commutare. l. fin. ff. de vsu, & habitatione. Alex. consil. 55. incipit, *viso titulo.* nu. 12. vol. 2. vbi plura.

7 Prout inuitus aliquis emancipari † non potest, vt in authentico quibus modis naturales efficiantur sui. §. generaliter, collatione 6. gloss. 2. in l. fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris.

8 Ità nec filius inuitus † potest legitimari, vt in dicto §. generaliter, nuper citato: Nec etiã per matrimonium, iuxta formam. c. tanta, qui filij sint legitimi. Baldus, & Doctores, in l. benignius. ff. de legibus. Tiraquell. de nobilitate. cap. 7. nu. 41. vbi multos citat. Couarru. in 4. decretal. 2. parte. c. 8. §. 2. num. 13. Nisi in casu speciali, & singulari, videlicet, quando

9 ipse filius naturalis occultat † matrem, quam pater vult in vxorem ducere, vt in authent. quibus modis natural. efficiantur legitimi. §. sit igitur, in vers. *& neque fraudare posse patrem.* iuncta glos. verbo, *adijcere.* Romanus in singulari 227. alias 229. incipit, *tu habes.* §. generaliter. Tiraquell. dicto numero quadragesimo octauo, in fine.

10 Rursus nemo inuitus præsentatur, † nec eligitur, neque in Episcopum promouetur, vt plene per Lambertinum de iure patronatus. lib. 2. par. 1. quæst. 7. principali, artic. 18. num. 1. & per totum.

11 Similiter nec nobilitas inuito concedi † poterit, vt late Tiraquell. de nobilitate. cap. 6. nu. 36. & numero 40. cum sequentibus, qui plura de hac materia cumulat, vltra Doctores in dictis locis, præsertim Lambertinus, vbi proxime, ac Decius, & Cagnolus. in d. l. inuito, istam materiam bene declarantes, ad quos lectorem reijcio, & videat, quæ dixi, in gl. 8. ex num. 43. cum sequentib.

Et in terminis nostris ita tradit Acchilles de Grassis decis. 1. nu. 1. & 2. de priuilegijs, & decis. 2. super regula modificat. indultorum Cardinal. num. 1.

Vnum tamen omittere nolo, quòd supradicta traditio, videlicet inuito beneficium non dari, est intelligẽda effe-

12 ctualiter, † ex parte recipientis; non verò ex parte dantis. Nam Princeps, & quilibet alius potest concedere quibuslibet, etiam inuitis gratiam, & beneficium; Dictam tamẽ cõcessionem minime compelluntur acceptare nolentes, vt bene docet Tiraquell. in d. tract. de nobilitate. cap. 7. num. 42. post glossam primã in l. seruus vetante Domino 62. ff. de verbor. obligat. vbi Iason post Bart. & alios tradit. num. 2. Nam dicit tex. in d. l. seruus, quod acquirit Domino inuito, & gloss. declarat, quòd Dominus inuitus non retinet.

Quòd bene applicatur regulæ nostræ: Nã Pontifex Maximus concedit alternatiuam

13 † omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis indifferenter, siue volentibus, siue inuitis; Acceptatio tamen dictæ alternatiuę solis volentibus per regulã nostrã relinquitur.

Si

Si verò semel acceptauerint alternatiuã,
14 non poterunt postea † pœnitere, & ab acceptatione recedere, quia acceptatio est mensium commutatio, seu permutatio. Mohedanus decisione 3. sub num. 1. de rescriptis: Et quidam quasi cõtractus inter Papam, & Episcopũ, vt docẽt Puteus (in indiuiduo loquẽs) decisione 88. incipit, *in vna Tirasonen.* nume. 1. libro 3. Acchilles decisione 2. nu. 3. super regula modificatoria Indultorum Cardinaliũ. Mandosius cons. 18. num. 8. ad finem, & num. 9. & 10. & sæpè aliàs Rota tenuit, ac tetigi, in gloss. 43. sub quæst. 2. vers. *tamen sine vlla difficultate.* ex num. 116.

Quia variatio, præsertim in alicuius præ-
15 iudicium † reprobatur. l. ferui electione. ff. de legat. 1. cap. publicato de electione. cap. nemo mutare. c. quod semel placuit de regulis iuris in 6. Mandosius in dicto cons. 18. num. 9. Rebuff. in tracta. nomina. quæst. 5. nu. 6. Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæst. 7. art. 1. nu. 8. & per totum. Acchilles de Grassis decis. 13. & 14. de pensionibus. Puteus decis. 114. & 192. lib. 3.

Item quia cum per dictam acceptationem alternatiuæ quasi contrahatur, vt dictum est,
16 licet à principio contractus † sit voluntarius, ex post facto est necessarius. l. sicut. C. de actionibus, & obligat. Rota decis. 33. nu. 17. de præbend. in antiquis.

Quo fit, vt post semel acceptatã alternatiuam durare, & permanere debeat, vsque ad
17 obitum † Papæ illam concedentis, vel Episcopi illam acceptantis. Nauarrus consil. 31. num. 2. de præbendis, & dixi in glos. 50. post principium, vers. *sed quod tempus.*

18 Vel donec Episcopus acceptans † transferatur ad aliam Ecclesiam, vel alio quouis modo remoueatur, cum talis translatio, seu remotio dicatur mors ciuilis, quę quoad hũc
19 effectũ æquiparatur † morti naturali, vt plenè scripsi in §. 5. procemiali. ex num. 2. & 16. cum sequentibus, & ita seruatur in praxi.

Tam etenim concessio alternatiuæ, quàm
20 acceptatio est personalis, † quę extinguitur cum persona concedentis, vel acceptantis. l. quia personale. ff. soluto matrim. c. priuilegiũ de reg. iur. in 6.

Hinc est, quòd si vnus Episcopus acceptauit alternatiuam, & postmodũ ipsemet Epi-
21 scopus transferatur, † vel promoueatur ad alium Episcopatum, Archiepiscopatum, vel Patriarchatum, quòd talis acceptatio cesset, & extinguitur per huiusmodi translationẽ: Et si vult vti alternatiua in nouo Episcopatu de nouo eam acceptare debet: Nam ex natura rei, ac ratione materię subiectę prima acceptatio fuit limitata, quoad illum Episcopatum, & quandiu in illo durauerit: Et ideò per translationem, vel promotionem cessat acceptatio. l. in agris. ff. de acquirend. rerum domio. l. age cum Geminiano. C. de transactionibus. Ac ratione respectus consideratur effectus. Baldus in l. ad probationẽ. numero 8. C. locati, cum alijs similib. in gloss. 48. ante fin.

Potest namque contingere, quòd vtile sit
22 Episcopo vti alternatiua, quoad † vnam diœcesim, & quoad aliam sit illi consultius quatuor mensibus Ordinarijs vti, ex varijs causis, & occasionibus, quę contingere solent, vt experientia docuit, & docet, & conducunt ea, quę scripsi in gloss. 43. quęst. quinta, ad finem. num. 179.

Vnde nõ rarò quãplures Episcopi post-
quam acceptarunt dictam alter-
23 natiuam supplicant Papę, † quòd ligamen acceptationis dissoluere dignetur, vt Papa ad suos octo mẽses, & Episcopus, ad suos quatuor Ordinarios menses (prout quilibet ante acceptationẽ erat) reponatur: Et Pontifex Max. vel D. Datarius nomine illius, concedere, aut reijcere solet, prout sibi benè visũ est, ex causis, quę ad id proponuntur; Stãte enim consensu Papę indubitatum est, quòd Episcopus ab acceptatione recedere potest. l. sicut C. de action. & obligat. l. nihil est tam naturale. ff. de regul. iuris. Et tunc nihil aliud agitur, nisi acceptationem semel factam cancellare, & cassare de libro ad id in Dataria deputato, vbi Episcopi, qui alternatiuam acceptarunt descripti reperiũtur: Et in margine cassatio acceptationis, cum die, anno, & mense adnotatur, ad instar cassationis instrumenti obligatorij, & manu propria ipsius D. Datarij dicitur, qualiter talis Episcopus alternatiuę renunciauit.

Acceptatio dictę alternatiuę nihil a-
liud est, nisi mẽtis, & vo-
24 luntatis declaratio. † Rota decisione 15. nume. 4. de concessione prębẽdę in nouis, & decisione 19. num. 2. eodem titulo in antiquis. Couarru. lib. 3. variar. c. 16. sub nu. 4. ad medium vers. *quorum opinio ex eo corruit.* cum alijs per ipsum citatis, quod etiam ostendit regula nostra, ibi, *declarare.*

Ac propterea cũ acceptatio nihil habeat iuris, sed nudum factum, hoc est voluntatis, & mẽtis expressionem: Quamuis collatio beneficij, vel alterius iuris spiritualis excommu-
25 nicato facta, non teneat, † nec pręsentatio, nec electio, etiam si excommunicatio sit minor. cap. postulasti de Clerico excommunicato ministrãte, vbi plenissimè Rebuffus in repetitione, quam de eodem text. facit. Cassadorus decisione prima, de prębendis. Selua de beneficio secunda parte, quęstione quarta, per totam. Caputaquens. decisione 405. parte 2.

Cęterum acceptatio facta ab excommu-

26 nicato † de beneficio ante excommunicationem collato, electo, seu præsentato, benè tenet Rota decisione 5.num.1.& per totam, & decisione 10. num. 1. de concessione præbendæ in nouis,& decis.8. de senten. excõmunic. in antiquis.num. 1. cum sequentibus. Ludouicus Gomezius, in tracta. de expectatiuis. nume.60. Rebuffus in concordata titulo de excommunic.non vitandis,vers. *tertio fallit in acceptatione*.sub gloss. 1.Licet Couarr. libro 3. variar.cap.16.sub numero 4. vers. *mihi profecto*.dicat,quòd non omninò placeat talis sententia.

Vnde quàmuis Episcopus esset excommunicatus de tempore,quo alternatiuam acceptat,proculdubio teneret acceptatio (excõmunicatione non obstante) ex supradictis.

Reliqua acceptationis materiam concernentia,vide in gloss.26.vbi latius.

Et circa illam dictionem,*gratiam*. in themate nostro contentam, necnon paulò inferius, ibi.*gratia supradicta*. collige, quòd alternatiua
27 ista,de qua agimus dicitur † gratia: Nam cum Episcopi nõ habeant nisi solos quatuor menses,stãte reseruatione regulæ nostræ, Papa ex gratia, & liberalitate concedit illis sex menses, ac æqualiter inter ipsum, & Episcopos omnes menses anni alternatim diuidit, vt dixi in §. 1.proœmiali.num.56.

Prout etiam dicta alternatiua dicitur, *beneficium*.vt declarat regula nostra in §.precedenti,ibi,*vsu,& beneficio*.vt notaui,in glos.56. sub 3.limit.in ver.*quo fit*.num.137.

Non tamen regula nostra vocat priuilegium dictam concessionem alternatiuæ, cum
28 re vera non sit propriè † priuilegium,sed solummodò obstaculi remotio,& iurisdictionis ordinariæ præseruatio,Cassadorus decisione octaua,numero 5.de præbend. & decisione 3. de priuilegijs.numero 2. cum sequentib. Puteus decis. 215.nume.4.& 5.libro 1.& decis. 222.nu.3.& 4.eodem lib. 1. & decisione 488. numero 5.& decis. 492.nu.1.& 2.lib.2. & decis.93.sub numero 2.& decisione 140.in fine, & decisione 163.& decisione 190. numero 3. & decisione 226.num.2.lib.3.Crescent.decis. 11.de priuil. Mandosius, in regula 11.quæst. 11.ex numero 3 cum sequentibus; Vbi etiam dicit, quòd nec sit mera gratia dicta concessio alternatiuæ,& dixi in §.quinto proœmiali.numero 123.& 124.& in gloss. 35. numero 13.& 14.cum sequentibus, & in gloss.42.numero 13.

Lato tamen modo loquendo alternatiua dicitur priuilegium, & gratia. Mohedanus decisione tertia, sub numero primo, de rescriptis, & decisione 1.numero 3.de concess. præbend.

Circa illam vero dictionem, *Alternatiuæ*. aduertè, quòd hoc nomen
29 alternatiuæ deriuatur † à verbo alternare; idest viciſſim diuidere, quia Papa, & Episcopi per anni menses alternant in collatione beneficiorum; Nam Papa incipit in mense Januarij,& Episcopus in mense Februarij, & postea Papa in mense Martij, & deinde Episcopus in mense Aprilis,& sic succesiuè; Ita quòd omnes menses dispares sunt Papæ, & pares sunt Episcopi.Geminian. cons. 89. in principio,& notaui in glossa quinquagesima, in principio.

30 Alternare enim dicitur, † quotiescunque collatio,electio,præsentatio,iurisdictio,vsusfructus,vsus, seruitus, vel alia quælibet res, viciſſim,ac per turnos diuiditur, siue per annos, & tunc dicetur alternatiua annorum. l. quoties 34 ff.de vsufructu,ibi,*per alternatos annos diuidendus*.

31 Siuè per menses, † vt in regula nostra, & ideò dicitur alternatiua mensium, tradit etiam gloss.verbo *statuto*,in cap. fi. de prebendis,libro sexto,vbi Geminian.numero septimo.Franchus.num.3.

32 Siue per hebdomadas,† & tunc dicetur alternatiua hebdomadarum. Rota decisione 4.de constitutionibus, & decisione 4.de concess.præbend.in antiq.

33 Siue per dies, † & tunc dicetur alternatiua dierum. l.viæ 5. in fi. *vt alternis diebus vtatur*.ff.de seruitutibus.

34 Siue per horas, † & tunc dicetur alternatiua horarum.tex.in d.l.viæ,ibi,*vt quis post horam tertiam, vsque ad horam decimam vtatur*.ff.de seruitutibus.

35 Siue per vices, † & tunc dicetur alternatiua vicium,text.in Clemen. 2 ibi, *de Rectore alternis vicibus præsentando*. vbi gloss. verbo, *alternis vicibus*.de iurepatronatus,de quo etiam vide, quæ scripsi in glossa 45. §.primo, quæstione quinta.

36 Siue per choros, † vt scripsi in gloss. quadragesimaquinta, in §. 1. quæst. 2. Siue alio quocunque modo, prout inter interesse habentes,conuentum fuerit.

37 Adde etiam, quòd hoc pronomen alter † a, m, non solum est distributiuum duorum, sed etiam trium, & plurium, & sic in tribus, & pluribus potest verificari. glossa verbo, *altera*. per text. ibi in l. ancillæ. C.de furtis, vbi notat Bartolus numero quinto. Baldus numero tertio,notabili quarto,& ceteri,textus in l.cum ex filio. §.quidam, vbi post Cinum, & Baldum notat Alexander numero secundo. ff. de vulgari, & pupillari substitution. Geminianus, & eius additionator in cap.si pro te. numero tertio, de rescrip in 6.

Ac propterea infert Baldus in d.l.ancillę.
38 num. tertio, quòd si proponatur accusatio † triũ,pluriumue, in qua dicatur alterũ alteri

auxi-

auxilium præstitisse, quod debet irritari talis accusatio, & inquisitio tanquam incerta, quod etiam dixit idem Baldus in l. 1. C. de donationibus causa mortis. num. 1. Alexand. vbi supra num. 3.

Proprius tamen, & grammaticorum more loquendo, hęc dictio, *alter*. non verificatur nisi
39 † in duobus. l. si duobus, in principio. ff. de bonor possess. contra tabulas. l. . §. quòd in sententijs ff. quando appellãdum sit, vbi hoc notat Bart l. sed interpellatur. §. si ab altera. ff. de arbitris. Bart. in d. l. Ancillæ. num. 5. C. de furtis. Alexand. in d. l. cum ex filio. §. quidam. num. 2 & 3 ff. de vulgari.

Et hoc modo sumitur in regula nostra, in
40 qua alternatiua non verificatur † nisi inter solos duos, videlicet inter Papam, & Episcopum gaudentem illa.

Reliqua quæ concernunt materiam alter-
41 natiuæ † electionis, vel implementi, & similium, de qua in c. in alternatiuis de regul. iur. in 6. l. plerumque. §. fi. de iure dotiũ, cum alijs vulgaribus: quia non sunt instituti nostri, & ideò sub silentio transeo: & videri possunt de his Euerardus in loco à natura alternatiuæ. num. 1. & per totum Iason in l. cum quidam. C. de verbor. significatione. Abbas, Felinus, & reliqui in c. inter cæteras de rescriptis. Cæsar de Grassis decis. 2. num. 2. de electione. Menochius de præsumption. lib. 3. præsump. 37. ex num. 35. & præsumpt. 45. nu. 24. & præsumpt. 90. nume. 5. & lib. 4. præsumpt. 186. à numero 11.

Summaria Glossæ 59.

1 *Patentes per litteras, fieri debet acceptatio alternatiuæ, non per secretas, Nam patentes maiorem fidem faciunt.*
2 *Patentibus litteris Abbatis creditur, non verò clausis. num. 10.*
3 *Patentes, & apertè conceduntur omnes Bullæ Apostolicæ, & concessiones Principum, & Prælatorum.*
4 *Patenter, & palam quæ fiunt puriora præsumuntur.*
5 *Testes non publicati non probant.*
6 *Litteris Apostolicis, an detur maior fides, quàm breuibus & num. 16.*
7 *Litteræ clausæ habent inconueniens, quia de facili tempore aperitionis frangitur sigillum.*
8 *Testamentum clausum annullatur, quando sigilla, & cordæ rumpuntur.*
9 *Litteræ clausæ sunt ad instar Epistolæ missiuæ.*
11 *Clausæ litteræ, quando probant, & de litteris Vriæ num. 12. & 13.*
14 *Clausæ litteræ minus suspectæ sunt, quàm patentes.*
15 *Breuia Apostolica expediuntur clausa.*
17 *Patens est idem, quod apertum.*
18 *Patentes litteræ differunt ab instrumentis.*
19 *Patentium litterarum & instrumentorum probatio, æquiparetur.*
20 *Patentes litteræ, quando esse dicantur.*
21 *Litterarum clausuram trahens; non tamen aperiens, nec legens, an incidat in excommunicationem contra aperientem litteras, impositam.*

Acceptationem huiusmodi per patentes litteras. gl. 59.

ALternatiuæ acceptatio fieri debet, vt regula nostra disponit, per patentes † litteras, 1
nõ autem per clausas, & secretas. Ratio est, quia patentes litteræ maiorem fidem faciũt, quam clausæ. tex. in c. patentibus litteris 10. vbi notat Hostien. nu. 1. de priuilegijs, & Antonius de Butrio ibidem num. 7. tex in cap. 1. ibi *per eius patentes literas* de tempor. ordin in 6. tex. in c. 2. post principium, ibi, *instrumẽtis publicis, vel patentibus litteris*. de officio ordin. in 6. tex. in Clemen. 1. §. nos itaque, ibi *sub testimonio suarum patentium litterarum*. de iureiuran. & ibi Vitalin. num. 8. Rota referens se ad Hostiensem, vbi supra decisione 20. de probationib. in antiquis facit etiam Caputaquen decisione 360. sub nu. 6. ibi, *incertis literis patentibus*. parte 2.

Ideo dicit Speculator in titulo de probationibus. §. fin. incipit *videndum*. sub num. 17. vers. *hoc autem certum est*, quòd creditur litte-
2 ris patentibus † Abbatis dicentis se aliquem recepisse, & tradit Franciscus Marcus. quæst. 993 num. 1. par. 2.

Sic videmus, quòd omnes bullæ Apostoli-
3 cæ conceduntur patentes, & † apertæ; Non verò clausæ: Necnon omnia ferè priuilegia, & concessiones principum, etiam secularium, & omnes Ordinariorum litteræ testimoniales, & commendatiæ, & approbationes, vel aliæ quæcunque relaxantur, & expediũtur per litteras patentes, & nõ clausas. Imò communis est modus loquendi, vt quotiescunque emanauit aliquod mãdatum, seu decretum Principis, aut alterius superioris, præsertim regularis, dici soleat, venit quædã patens ad hoc, absque alia expressione, seu nominatione litterarum.

4 Ea. n. quæ patenter, & palã † fiunt puriora, ac ab omni siniſtra præsumptione aliena

præsumuntur,l.cum ipse tutor.C.de contrahen.emptione.l.palam.ff.de ritu nuptiarum. l.non existimo. ff.de administratione tutorũ, & dixi in glos.48.ex num.24.vbi latius.

3 Item testes, qui publicati † non sunt nihil probant Bart.in l.gesta.num.3. C. de re iudicata.Rota decisione 1.de re iudicata in antiquis.Ripa in responso 1.nu.7. de constitutionibus.Felinus in cap.causamquę,il 1. nu.13. de testibus,& Decius ibidem.num.4.Bernardus Diaz in regula 708.incipit, *testes non publicati.* & ibi additionator.

Ideò dicit Gomezius in tract.de breuibus, sub num.4.post alios,quos allegat,quòd litte
6 ris † Apostolicis sub plumbo datur maior fides,quàm breuibus: Litterę autem sunt patentes,breuia verò expediuntur clausa.

Rursus litteræ clausę(experientia docẽte) habent inconueniẽs, † quòd sigillum de faci-
7 li rumpitur,remouetur, seu frãgitur tempore aperitionis,vt insinuant Hostiensis,& Antonius de Butrio in d.cap.patentibus litteris de priuilegijs in numeris superius citatis.Ratio est, quia in litteris clausis,sigillum solet apponi in parte exteriori, & sic tẽpore aperitionis,imminet periculum fractionis: quòd secus est in litteris patentibus, in quibus sigillum apponitur intus penès subscriptionem.

Vnde si sigilla,vel corde, aut fila clausi te-
8 stamenti rumpuntur,rumpitur † etiam,& an nullatur ipsum testamentum. l. ad testium 22.§.si signa.ff.de testamen.l.nostram.C.eod. l.24.titulo 1.Partita 1. Et benè declarant Rodericus Suarez in l.quoniam in prioribus.q. 9.ex num.9.Tellus Ferdinandez in l.3. Tauri 5.parte.num.15.Et Burgos de Paz ibidem. num.1125.Acebedus in l.2.num.17. titulo 4. libro 5.recopilat.Ioann.Gutierrez.quęstione practica.46.supra d.legem 2. libro 3. practicarum quæstionum.

9 Præterea litteræ clausæ † censentur priuatæ,ad instar epistolæ missiuæ;Litteræ verò patentes sunt authenticæ, & publicæ, prout ad negocium graue de quo agitur, conuenire videtur.

10 Quapropter litteræ patentes faciunt † fidem in iudicijs;clausæ vero non, vt notat Io. Andręas post Hostiens.in dicto c.patentibus litteris.num.1.notab.1.

Vbi hoc declarant esse verum, quando litteræ clausæ non apparent authẽticę,vt quia remotum,vel fractum est sigillũ, vt superius dixi; Si verò litteræ clausæ Iudici
11 dirigantur,qui illas clausas recepit,& † aperuit,ac in actis inseri, & scribi,fecerit; Tunc enim plenam faciunt probationem,& illis sicut,& alijs actis credendum est, argumento. c.inter dilectos.§.pręterea de excessibus Prę lator.c.cum ad sedem.§. fin. de restitut. spoliat.c. cum olim.il 2. de officio delegati.Vbi est bonus.text.loquens de litteris clausis ad Papam missis,& per portatorẽ litteras Vriæ
12 †portare credentem,& quòd suspicatus fuerat inuenientem,apertis.

Similiter etiam dicunt Hostiensis,& Ioannes Andræas vterque num.1. & Antonius de Butrio.num.7.in dicto cap.patentibus: quòd si litteræ clausæ sic aperirentur, quòd sigillũ integrum appenderet,vel remaneret, & tàm intus, quàm extra apparerent non vitiatæ, non cancellatę,nec abolitæ: quòd tunc non
13 minorem † fidem faciunt, quàm litteræ patentes,nisi ratione personarum,vel causarũ aliud esset dicendum,ad tex.in l.fi.C. de edicto Diui Adriani tollendo.

14 Imò minus suspectę videntur clausæ † litterę,quàm patentes: & ideò testamentum solemne clauditur,& signatur, vt ei magis credatur,& minus suspectum habeatur, vt in §. sed & his omnibus,institut.de testamen. ordinan.l.si vnus.l.hac consultissima.C. de testamentis.l.fin.C.de fideicommissi. Rota dicta decis.20.de probationibus,in antiquis. Mandos.in glossa facultatum Auditoris Cameræ. §.& proprium.in vers.*scripturis.*

Prout etiam videmus, quòd omnia breuia Apostolica,tam gratiæ, quam iustitiæ solent
15 expediri † clausa, & non aperiuntur, donec persona,cui dirigũtur,illa solemniter aperi faciat: & tali modo conficitur clausura, quòd ex aperitione nulla sequatur læsio sigilli,sub annulo piscatoris in parte exteriori apositi: Et nihilominus talia breuia non sunt
16 minoris ponderis, † quàm litteræ sub plumbo expeditæ, ex traditis per Staphileum in tractatu de litteris Apostolicis in forma breuis.num.3.vers.*& habent eandem vim.* Rebuffus in praxi, titulo de breuibus, ex num. 15. cum sequentibus, & ita praxis seruat, non obstantibus his, quæ superius dixi.nu.6.

Quicquid sit,ad tollendas omnes difficultates,regula nostra pro forma requirit,quòd acceptatio alternatiuæ fieri debeat per litteras patentes, & sic est illius forma seruanda.c.cum dilecta,cum alijs de rescrip.

17 Et quòd patens sit idem,quod †apertum probatur ex Psalmo 51. ibi, *sepulchrum patens est guttur eorum.* Et ex Cicerone pro Quintio ibi. *non habere domum clausam pudori, & sanctimoniæ patentem,atque expositam cupiditati,& voluptatibus.* Idẽ Cicero de Diuina.*Cælum patens, atque apertum.* Virgilius Æneid.*patet atri Ianus Ditis.*& lib.9. *& portas iubet esse patentes.*

Quòd autem istæ litteræ patentes differãt
18 ab instrumentis, † probatur per tex. in d.c. 2.de officio Ordinarij,in 6.dum dicit, *instrumento publico, vel patentibus litteris sigillorũ suorum, aut alterius authentici munimine roboratis.* vbi notant Geminianus.numero 3.Frãchus,

nu.1.

19 nu. 1. & cæteri, quòd æquiparatur † probationi instrumenti, & litterarũ patentium, sigillo publico sigillatarum. Speculator in tit. de citatione. §. dicto de citationibus. num. 3. in fine, dicens sic. *& quicquid inde feceritis nobis per patentes litteras harum seriem continentes, aut per publicum instrumentum, fideliter rescribatis.* quæ verba, etiam habes apud Marianum Socinũ, in tracta. de citationibus. artic. 20. quæst. 40. ante num. 8. vers. *diem autem*.

20 Tunc denique, dicentur † litteræ patentes, quando non continent sigillum, clausuram, seu ligaturam talem, sine cuius læsione aperiri, aut legi possunt: licèt aliàs sint plicatæ, vel nodatę. l. hac consultissima, cum ibi notatis. C. de testam. l. 1. & per totum tit. ff quẽad. test. aper. l. 2. & 24. tit. 1. l. 1. & per totũ tit. 2. Partita 6. Hostiensis. numero 1. Butrius numero 7. in dicto cap. patentibus, de priuilegijs. Quod est notandũ pro statuto imponente certam pœnam contra aperientes litteras alterius. Et vide tex. in l. si quis in graui. §. aperire. ff. ad Silanianum, vbi Bartolus, in §. si quis tabulas, eiusdem legis, per text ibi, tra-

21 dit, quòd si Episcopus † fecit constitutionem, quòd quicunq; litteras alterius aperit, sit excommunicatus: & vnus detraxit illam cartã, quæ claudit litteram, non tamen aperuit, nec legit litteram, non erit excommunicatus.

Summaria Glossæ 60.

1 *Subscribendæ sunt manu propria Episcopi, litteræ patentes acceptationis alternatiuæ.*
2 *Subscriptio est vox, & testimonium subscribẽtis.*
3 *Subscribens approbat omnia in scriptura contenta.*
4 *Subscribens censetur propriè, & virtualiter scribere.*
5 *Dispositio loquens de scribente, habet locum in subscribente, & nu. 6. & 34.*
7 *Constitutio loquens de negante scripturam, procedit in negante subscriptionem.*
8 *Subscriptio sola Principis idem importat, ac si totam Epistolam scripsisset, idemque est in notario. nu. 9.*
10 *Subscribens se alienationi, dicitur alienare.*
11 *Subscribens præsumitur habere notitiam de scriptura subscripta.*
12 *Subscriptio, an etiam includat sequentia.*
13 *Testamentum inter liberos, habens datam post subscriptionem, validum est.*
14 *Decretum Iudicis potest apponi in quacunque parte actus, siue in principio, siue in fine.*
14 *Subscribere est subtus scribere.*
15 *Subscriptio dat fidem cunctis instrumentis.*
16 *Subscriptio generalis, an sufficiat.*
17 *Subscribens se in schedula vacua non remanet obligatus, & n. 18. Idemque est in chartis albis subscriptis. num. 19. & ad tirannum transmissis num. 20.*
21 *Subscribens se scripturæ non lectæ, non approbat illam.*
22 *Subscribentes se Doctores consilijs aliorum non lectis, acriter reprehenduntur.*
23 *Subscriptio discrepans, non approbat.*
24 *Subscribens se alieno nomine, non præiudicat sibi, & num. 25. & 26.*
27 *Subscribens se tãquàm testis non obligatur, Nec notarius. num. 28. nec Iudex. num. 29. nec. authoritatem interponens. num. 30.*
31 *Scribere an sufficiat propria manu litteras acceptationis, licet subscriptæ non sint.*
32 *Scribere aliud est, & aliud subscribere, maximè quando subscriptio pro forma requiritur, & num. 33.*
34 *Subscriptio non est necessaria, vbi adest descriptio manu propria, etiam si requiratur pro forma. num. 37.*
35 *Epistola, vel alia scriptura scripta propria manu, obligat, licet subscripta non sit.*
36 *Subscriptio in pluribus casibus nõ est necessaria.*
38 *Consensus sic elicitur, ex sola descriptione, sicut ex subscriptione.*
39 *Notarius debet subscribere instrumentũ, quamuis scripserit manu propria, & nu. 40. & 52.*
41 *Doctor consulens, an teneatur se subscribere.*
42 *Subscriptio sæpe fit manu aliena.*
43 *Subscribere potest Episcopus, patentes litteras manu propria, adiutus cum manu aliena.*
44 *Subscribere an possit Episcopus manu aliena litteras acceptationis, quando est impeditus, & resoluitur, quòd sic, & nu. 46.*
45 *Necessitatis ex causa mutatur forma assignata, & nu. 47.*
48 *Sententia lata à Iudice non sedente, est ipso iure nulla, nisi sit impeditus sedere, & n. 49.*
50 *Scriptum à me dicitur, quamuis propria manu non scribam.*
51 *Subscriptionem instrumenti, an possit Notarius alteri committere, & num. 52.*
53 *Subsignare est idem, quod subscribere, præsertim de iure Canonico. nu. 56.*
54 *Signatura gratiæ, & signatura iustitiæ sunt duo potissima tribunalia Papæ.*
55 *Signatura ideò dicitur, quia ibidem signantur, id est subscribuntur rescripta gratiæ, & iustitiæ.*
56 *Subsignare, & subscribere sunt æquiuoca, tàm de iure Canonico, quàm Ciuili, & nu. 57.*
58 *Signum appellatur illud, quod notarius imponit in fine instrumenti.*
59 *Signum semel assumptum à tabellione mutare non potest.*
60 *Signum solet sigillum appellari.*
61 *Signum dicitur illud marcũ, quod imprimitur*

ani-

animalibus, vt cognoscatur Dominus illorum.

62 *Signa impressa animalibus, quam probationem Dominij faciant.*

63 *Signum dicitur illa stigmata, quæ artifices suis rebus imprimunt.*

64 *Signo vnius Officialis, vel tabellionis non potest alius vti. & nu. 65.*

66 *Signis diuersis, res cognoscuntur in 60. casibus remissiuè.*

67 *Subscriptio Episcopi qualis debeat esse, & numero 69.*

68 *Subscriptio in quo loco scripturæ esse debeat, nō exprimitur de iure communi.*

70 *Subscriptio tenet, siue contineat solum nomen proprium, vel dignitatis, &c. siue per litteras extensas, siue per abbreuiaturas.*

71 *Litteræ abreuiatæ, quando noceant in scripturis.*

72 *Notarij vtuntur diuersis modis subscriptionis in Italia, & Hispania. numero 73. ac Francia. num. 74.*

75 *Notarius in subscriptione, an dicere debeat, quòd fuit rogatus.*

76 *Sententia pronunciata ab vno Auditore Rotæ, potest subscribi ab alio, illo defuncto, vel impedito.*

77 *Subscriptio sententiæ pronunciatæ ab vno Cardinali, potest illo defuncto, vel impedito committi alteri, nec erit ad subscribendum, necessaria citatio partis. nu. sequenti.*

78 *Curiæ Romanæ praxim addiscentes, licet aliàs sint valde periti, putant nihil se scire, & nouum mundum inuenire.*

79 *Sententia prius debet scribi, & subscribi, & postea pronunciari.*

80 *Sententiam promulgare, quid sit.*

81 *Appellandi tempus elabitur in Curia, ante subscriptionem sententiæ, & ratio ponitur. num. 92. & 94.*

82 *Sententias pronunciandi in Romana Curia, stylus declaratur.*

83 *Subscriptio retrotrahitur ad diem pronunciationis.*

84 *Subscriptio cedulæ sententiæ, intra quod tempus fieri debet in Tribunalibus Curiæ.*

85 *Sententia an sit valida, si pronunciatur, prout continebitur in consilio talis sapientis, & datur cautela, in terminis l. 7. titulo 18. libro 4. recopila. num. 86.*

87 *Stylus Curiæ pronunciandi prout in Cedula cōtinebitur, an sit antiquus.*

88 *Sententia pronunciata, prout in Cedula, &c. est ipso iure nulla, cessante stylo.*

89 *Subscriptio est declaratio, nudum factum continens.*

90 *Subscriptio potius pertinet ad probationem.*

91 *Subscriptio Iudicis non habet vim sententiæ.*

93 *Appellari debet quatenus contra, statim quòd pronunciatur, prout in Cedula, alias transiuit in rem iudicatam. num. 94. licet soleat ex causa concedi restitutio. nu. 95.*

96 *Subscriptio Cedulæ sententiæ nō fit semper, quòd terminus seruatur, & quare.*

97 *Sententiæ pronunciatio remanet circumducta, si subscriptio Cedulæ non fiat, in præsentia notarij.*

98 *Pronunciatio prout in Cedula, excusat à desertione.*

Manu propria subsignatas. glos. 60.

1 AD hoc vt alternatiuę acceptatio teneat, est instrumētum acceptationis, manu propria † Episcopi acceptantis subsignādum, & subscribendum: Nam subsignatio, siue subscriptio dicitur † vox, & testimonium ipsius subscribentis. l. si procuratorem. ff. de procuratoribus. §. 1. instit. de emption. & vendition. vers. *vel manu propria.* Bald. in l. fin. num. 2. C. si certum petatur. Mascardus de probationib. concl 183. nu. 26.

2

Ideò subscribens approbat omnia in scriptura † contenta. l. si ita stipulatus 126. §. Chrisogonus. ff. de verbor. obligatio. vbi post omnes late tract. Iason numero 2. cum sequētibus. l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. l. fi. Ieiusfor. §. 1. ff de pignoribus. l. 1. in vers. *& subscriptionem.* ff. de constituta pecunia. l. si per epistolam, in vers *subscriptam.* ff. de acquiren. hæred. cap. si quis presbyterorum, & ibi glos. in verbo, *subscripsit.* de reb. Eccleſiæ non alienan. Felinus in cap quoniam contra. num. 43. de probationibus. Nat. cons. 287. nu. 8. volum. 2. Rolandus à Valle cons. 44. num. 30. volum. 2. Afflict decisione 104. num. 3. Tyberius Decianus. respons. 29. numero 30. vol. 2. Antonius Gabriel in titulo de præsumptionibus, conclus. 3. num. 1. cum sequentibus. Mascard. de probationibus conclusione 1347. num. 2. Acebedus in l. 3. num. 55. & 56. titulo 4. lib. 5. recopila. Puteus decisione 226. numero 3. libro 1. Caputaquen. decisione 360. numero 7. parte 2. Menochius de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 66. num. 7.

3

Ratio est, quia subscribens censetur proprie, & virtualiter scribere, † & perinde habetur, ac si totam scripturam conscripsisset, tex. in d. §. 1. instit. de emption. & venditione, ibi, *conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta: à contrahentibus autem subscripta.* l. emptor. §. Iutius. ff. de pactis. l. sicut. §. non videtur. ff. quibus modis pignus, vel hipo. soluitur. Iason in d. §. Chrisogonus. nu. 3. & 4. Felinus in dicto cap. quoniam, contra

4

num.

num. 43. vers. *habes ergo*. de probation. Decius cons. 115. num. 4. vers. *comprobatur*. Rebuffus, in tracta. de Chirogra. & litterar. recognitione, tomo 1. constitu. in præfatione. nume. 50. Decisio Pedemontana 36. nume. 3. cum alijs modernis superius citatis. Puteus decisione 235. num. finali, lib. 1.

Vnde dispositio loquens de scribente, habet locum in subscribente,
5 † Decius dicto cons. 115. sub num. 4. & in authen. si quis in aliquo documẽto. numero 18. vers. *sed tamen dictum*. C. de edendo, & in dicto cap. quoniam contra, num. 48. Antonius Gabriel vbi supra. numero 7. Mascard. d. concl. 1347. num. 6. & 8. Menochius d. præsumptione 66. num. 12. lib. 3. dicentes, quòd stãte statuto, quòd contra scribẽtem detur executio
6 ad instantiam creditoris, similiter † dabitur contra debitorem, qui non scripsit, sed subscripsit, & vide inferius à num. 34.

Prout etiam constitutio loquens de negãte scripturam propriam; habet locum in ne-
7 gante † subscriptionem. Natt. in authen. quod sine, num. 48. C. de testamen. Antonius Gabr. titulo de præsumptionibus, conclus. 3. numero 2. Menochius vbi supra. numero nono, qui numero octauo, concludit, etiam hoc procedere in pœnalibus.

8 Quo fit, vt sola subscriptio Principis † in Epistola sua idem operetur, ac si totam Epistolam scripsisset. tex. in l. 1. in verb. *& subscriptionem*. ff. de constitution. Principum. Iason. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. num. 3. ff. de verbor. obligat.

Sicut etiam paria sunt, si Notarius scribat totum instrumentum, & subscribat: vel tan-
9 tum subscriberet instrumentum † ab alio descriptum. Iason. vbi supra, numero 4. Roland. à Valle cons. 44. nu. 30. volum. 1. Anton. Gabriel vbi supra, num. 35.

Item subscribens se alienationi rei Eccle-
10 siasticæ, est perinde, ac si ipsam † rẽ alienasset. Rodoanus de rebus Ecclesiæ non alienan. cap. 26. de subscriptione. Mascard. d. conclus. 1347. num. 10.

Hinc prouenit, quòd subscribens, regulariter præsumitur habere scien-
11 tiam, & notitiam † cõtentorum in scriptura, cui se subscripsit. Bart. in l. 1. §. si quis neget. num. 11. ff. quemadmodum testam. aperiantur. Alexan. consil. 147. incipit, *ponderatis*, numero octauo, libro 2. Iason, in dicto §. Chrisogonus. numero 14. Felin. in cap. inter dilectos. n. 27. de fide instr. Natt. in d. authentica quod sine. numero 59. C. de testamen. Ruinus cõsilio 193. numero primo, volumine secundo, quod optimè declarat plures allegans. Anton. Gabriel. dicta conclusione tertia, sub titulo de præsumptionibus. numero 29. & 30. Menochius de præsumptionibus libro tertio, numero vigesimotertio, vsque ad fin. d. præsumption. 66.

Quod etiam procedit, vt subscriptio, seu subsignatio nõ solum censeatur comprehendere, & approbare præcedentia; Sed etiam
12 sequentia, † quando non sunt extranea, sed accessoria, aut declaratoria præcedentium, vt fuit resolutum in Rota, teste Puteo decisione 226. numero 4. cum sequentibus. libro primo, vbi fuit decisum, quòd testamentum inter liberos prius subscriptum, & post
13 subscriptionem, datatum † erat validum, quãuis opponeretur de nullitate ex eo, quòd testamentum inter liberos carens die, esset nullum, vt in lege hac consultissima. C. de testamentis: & quòd illud testamentũ erat nullum, quia carebat die, eo ipso, quòd subscriptio præcedebat datam, & sic non includebat
14 illam, Nam subscribere, est subtus † scribere, iuxta glossam in verbo, *sub hoc titulo*. in l. 2. §. recuperãdæ. ff. de interdictis, vt latius in dicta decis. Putei, & in decis. 235. eod. libro 1. ipsius Putei.

Sicut etiam dicimus, quòd decretum Iudicis potest interponi in quacũque parte actus, siue in principio, siue in fine. Puteus post Iason. & alios, decisione 363. num. 1. lib. 1.

Hinc dicit Bartolus, in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. numero 35. ff. de edendo, quòd si notarius apposuit suam subscriptionem, siue titulum in principio protocolli, seu libri instrumentorum; vt puta si dicat hic est liber instrumentorum, &c. Quòd talis supra-
15 scriptio dat fidem † cunctis instrumentis dicti libri. Alexand. cons. 147. incipit, *ponderatis*. num. 10. vers. *si igitur*. lib. 2. Ant. Gab. vbi sup. n. 16. Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 66. num. 32. Acebedus, in l. 12. num. 12. titulo 25. libro quarto recopilatio. Quamuis Natt. in d. authentica, quod sine, numero quinquagesimosecundo, & quinquagesimotertio, per plura, quæ adducit contrarium tenet, ac dicit, quòd talis suprascriptio sit contra vsitatum stylum.

Præterea ad hoc, vt suprascriptio approbet omnia anterius scripta, non requiritur, quòd sit specialis quoad vnumquodq; caput,
16 sed sufficit si sit generalis, † quoad omnia capita contẽta in scriptura, cui apponitur subscriptio; Ita concludit post alios Iason in d. l. si ita stipulatus 126. §. Chrisogonus. numero 8. cum sequentibus. Felinus in cap. quoniã contra. numero quadragesimo octauo. vers. *limita 6*. de probationib. & in cap. inter dilectos. n. 27. de fide instrumentor. Tiraquell. in l. si vnquam. numero 117. C. de reuocandis donationibus, vbi agunt de opinione. Bartoli in l. Diuus, la 1. §. Itẽ Senatus. ff. ad l. Corneliã, de falsis, contrarium tenentis, & plures concordias adducit, Mascard. de probation.

con-

conclusione 1347. numero 12. & 13. Acebed. in l. 13. num. 1. titulo 25. lib. 4. recopila. Menochius vbi supra num. 10.

Multoties tamen, subscribens non cẽsetur approbare, nec consentire, & sic limitatur in casibus sequentib.

Primo limita si quis se subscripserit in
17 schedula vacua, † vt tradunt Baldus, & Paulus Castrensis, in d. l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. numero 2. Iason numero 13. ff. de verborum obligation. Felin. in cap. quoniã, contra numero 48. de probationibus. Rodericus Suarez in l. post rem iudicatã ampliatione 2. in fine. Acebedus in l. 5. numero 9. titulo 21. lib. 4. recopilationis. Rebuffus in tit. de chirograph. & schedul. recognitione, in prefatione. numero 101. cum duobus sequẽtibus. Vbi propterea notãt, quòd Domini, & Principes subscribentes se schedulis vacuis,
18 † aut eorum sigilla apponẽtes, nullatenus sibi nocent, nisi primo fuerint præuisi de his, quę postea scribentur, ex quo eorum notitiã non habuerunt. Ac etiam Felinus in d. numero 47. post Bald. notat pro Ciuitatibus mit-
19 tẽtibus chartam albam † alicui Domino, quia nõ censentur approbare ea, quę postea scribuntur, cum eorum notitiam non habeant: Tradit etiã Bertachinus in tractatu de Episcopo, parte 1. lib. 3. sub numero 19. vbi loquitur de charta alba populi obsesi ab eo
20 subscripta, & transmissa ad Tirannum † obsidentem, vt scribat pacta, quę velit: quia non tenet.

Secundo limita, quando subscribens non
21 legit † scripturam, cui se subscripsit, quia non censetur illam approbare. tex. in l. fin. C. plus valere, quod agitur, vbi notant Bald. & Salicetus, glos. verbo, *subscripserit*. in cap. si quis Presbyterorum de rebus Ecclesię non alienandis, Felinus, in cap. quoniam contra num. 48. de probationibus, cum alijs adductis per Anton. Gabrielem in titulo de presumption. conclusione 3. nu. 28. Menochius de presumption. lib. 3. presumpt. 66. nu. 2.

Proinde Bald. in d. l. si. C. plus valere, quod agitur. num. 1. in fin. acriter reprehendit Do-
22 ctores se subscribentes consilijs † aliorum, sine lectione scriptorum.

Tertio limita, quando subscriptio discreparet: Nam respectu eius, in quo discrepat; non solum non censetur approbare; Sed etiã
23 de contradictione † constaret. Rota decisione 28. iũcta additione Papazon. de rescriptis in nouis. Anton. Gabr. in tit. de presumption. concluſ. 4. num. 42.

Quarto limita, in eo, qui alieno nomine se
24 † subscriberet, quia tunc nullum sibi preiudicium faceret. l. Lucius. ff. de institor. actione. l. Titius. ff. de rescinden. venditione. Felinus, in dicto cap. quoniam contra, nume. 45. de probation. Anton. Gabriel vbi supra. numero 18. Parisius cõs. 101. numero 6. volum.
25 1. quia subscriptio nõ operatur † vltra intentionem agentis. l. non omnis. ff. si cert. peta.

Debet tamen in isto casu subscribẽs dice-
26 re, cuius nomine id faciat. † Rebuff. in tracta. de nomina. q. 16. num. 31.

Quinto limita, quando quis se subscribit, tanquàm testis, Nam talis subscriptio nõ fa-
27 ceret † sibi præiudiciũ. l. Caius. ff. de pignor. action. gloss. 2. in cap. si quis Præsbyterorum de rebus Ecclesiæ non alienandis. Felinus vbi supra. num. 47. Antonius Gabriel in dicta conclusione 3. num. 23. Neguſan. de pignorib. 3. par. princip. membro 1. num. 6.

28 Sexto limita pariformiter † in notario. Romanus, in l. quæ dotis. num. 49. vers. *dum autẽ quæritur*. ff. soluto matrimonio. Bartolus in l. sicut. §. non videtur, in 1. notab. ff. quibus modis pignus, vel hipothec. soluitur. Iason in l. emptor. §. Lutius. nu. 4. ff. de pactis. Menoch. vbi supra num. 18.

Septimo limita, quando quis ratione offi-
29 cij † sui subscriberet se scripturæ alterius, veluti si Iudex se subscriberet, quãdo ex officio tenetur. gloss. 2. in dicto c. si quis Præsbyterorum, & ibi Imola. num. 14. & cæteri. Parisius dicto cons. 101. num. 74. volum. 1. Anton. Gabriel vbi supra. numero 20. vbi declarat, & num. 34.

Potest etiam afferri exemplum, in actu, in quo ex dispositione statuti debet aliquis au-
30 thoritatem suam † interponere. Alciatus, in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. num. 8. ff. de verbor. oblig. Menochius dicta præsump. 66. num. 19. lib. 3. de præsumption.

Alias etiã tres limitationes vide per Anton. Gabrielem, vbi supra. nu. 32. & 34. & 35. qui alia plura in proposito cumulat.

Sed quæro nunc primo, an sufficiat, si litteræ acceptationis sint scriptæ manu propria Episcopi acceptantis, quam-
31 uis non sint subsignatæ, † seu subscriptæ?

Et quidem videtur, quòd non, quia aliud
32 est scribere, & aliud † subscribere, vt ex supradictis apparet: Et ideò cum regula nostra
33 requirat pro forma subscriptionem, si illa † omittatur dicendum erit, quòd acceptatio non valeat, vt tradit Aretinus, in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. numero 11. vers. *sed ad illum*. ff. de verbor. obligationibus, vbi concludit, quòd si pro forma requiritur descriptio non sufficit subscriptio. Brunus, & alij relati per Antonium Gabrielem, vbi supra numero 32.

Contraria tamen sententia vti verior defendi potest, quando in scriptura litterarum patentium, seu instrumenti continetur, quòd manu propria fuerint scripta, licet subscriptio defficiat.

Quo-

Quoniã scriptio manu propria habet eun-
34 dem †effectũ,quẽ habet subscriptio:Et nulla requiritur subscriptio, quãdo constat de descriptione manu propria. textus est expressus,in l.cum antiquitas.§.cum autem. C.de testamentis,vbi notat Bald.num.6.Paul. Castrens.nume.7.& Iason numero 12.& Cæteri. tex.in l.cum tabernam.§.fin. ff. de pignor. & ibi Bart.sub numero 1.vers. *Item fortè.* & Angelus in 2.notabili.Salicet. in vers. *Item nota.* ac reliqui.Baldus in proœmio fforum, in 10. quæst.numero 19.vers. *Sed si esset nomen scribẽtis,licet non esset subscriptio.* Anton.Gabr.in titu. de præsumptionibus,conclusione 3. num. 11. & dixi superius.num.5.& 6.

Ac propterea epistola, vel alia apocha pri
35 uata eodem modo obligat, † quando est propria manu scripta;non verò subscripta : ac si subscriptionem haberet.Paulus Castrensis in in d.l.cum antiquitas.num.7.C.de testamentis,& Alexand.ibidem,sub nu.8.vers. *& è contra.* Romanus cons. 303. incipit, *hæc scriptura.* num.1. Antonius de Butrio in cap. 2. sub nu. 4.vers. *vtrum autem.* post principium, de fide instrument.Bertachinus in tracta. de Episcopo.libro 3.parte 1.sub numero 19. vers. *prædictis subdendum est.* Purpuratus, in d.l.admonendi,n.166.ff.de iureiurando. Barth. Socin. consil.15. num.49. volum.1. Auendanus de execuen.mandatis 2.parte.cap.16. num. 12.
36 vbi ponit plures casus, † in quibus non est necessaria partis subscriptio, & conferunt, quæ dixi superius, vers. *vnde dispositio.* à nu. 5.

Neque obstat dicere, quòd quando requiritur subscriptio pro forma,quòd non sufficit sola descriptio : Quoniam verior est opinio
37 †contraria,vt per tex.in d.l.cum antiquitas. §.fin. C. de testamentis, concluſit ibidem Iason.numero 12.Decius in l. hac cõsultissima. num.26.C.eodem titulo,de testamentis. Anton. Gabriel in dicta conclusione 3. num. 32. vers. *contrarium videtur esse verum.* Menochius de præsumptionibus lib.3.præsumptione 66. num.14. quam sententiam etiam tenuit Rota teste Puteo decisione 225. numero 2. & 3. libro 1.

Ea nempe ratione, quia ita consensus eli-
38 citur † ex sola descriptione, sicut ex subscriptione: Et sic,cum constet de cõsensu,& mẽte Episcopi acceptantis alternatiuam ex dicta descriptione: Et littera scripturæ totius instrumenti acceptationis, minus possit falsificari, quã solius subscriptionis:ac facilius potest cognosci, & recognosci : Et pari passu ambulent scriptio, & subscriptio:Tenendum apparet, quòd in casu nostro,sufficeret sola descriptio cum reliquis requisitis, quamuis subscriptio deficeret.

39 Licet quoad Notarium † conficientem instrumentum,& Doctorem consulentem,non sufficere descriptionem sine subscriptione manu propria,tradunt Paulus Castren.in d.l. cum antiquitas.numero.7.in fine.C.de testamentis.Bertachinus in d. tractatu de Episcopo.lib.3.parte 1.sub num.19.vers.*quod est verum nisi in Doctore.*

40 Quod ego quoad Notarium † libenter admitto,quia vltra quòd subscriptio requiritur pro forma,vt in authẽtico de Tabellionibus, in principio,ibi, *subscriptionem eius.* collatione 4.l.5.titulo 19.Partita 3. Agitur etiam de interesse, & præiudicio tertij:ac vt magis falsitatis occasio euitetur: Et contrariũ esset contra vniuersalem stylum totius orbis, prout etiam firmant Alexander in d.l.cum antiquitas.num.8.C.de testamen. Acebedus in l.13. titulo 25.num.2.& 3.libro 4. recopilationis, post alios plures allegatos per Horatium Mandosium in additione ad Consilium 303. Romani sub littera B.

41 At verò quoad Doctorem † consulentem, licet sit iustum,& bonũ,quòd manu propria subscribat; Non tamen est essentiale,quando ipse manu propria descripsit:Imò etiam si nõ describat: nec tale reperitur constitutum.

Quæro secundo, quare dicit regula nostra *manu propria*? Respon-
42 deo quòd ad distinctionem † eorum, qui se manu aliena subscribunt,& committunt alteri quòd pro illis subscriptionẽ apponat, text. & ibi Doctores, in d.l.cum antiquitas.§. fi. C. de testamentis.Felinus,in cap.quoniam contra n.45.de probat.Puteus decis.225 n.2.lib. 1. & dixi supra in limitatione 4.numero 24. & sequentibus.

Tertio quæro, Nũ Episcopus propter infirmitatem, vel trementem manum,poterit subscribere litteras patentes acceptationis alternatiuæ, adiutus cum ma-
43 nu † aliena?Conclude quòd sic,vt loquens de Notario, in terminis scripsit Peralta in rubrica.ff.de legatis 2.num.17. Acebedus, in l.13. titulo 25.num. 5. in fine lib.4.Recopil.

Quarto quæro, quid si Episcopus est omninò impeditus infirmitate,vel alia occasione; Ita vt neque cum adiutorio alterius subscribere valeat, & minus scribere : An sufficiat in hoc casu,quòd stante tali impedimento alius
44 † subscribat pro ipso? Dico,quòd sic,l.diuus.ff.de in integrum restitutione, ibi, *& si nihil facilè mutandum est; ex solemnitatibus, tamen vbi æquitas euidens poscit subueniendum est.* l.in ambiguis 85. §.quoties. ff.de regul.iuris. c.scias 7.quæst.1. cap. quod non,de regul. iuris,cap. quanto de consuetudine.c.2.in fine,de obserua.ieiunior.Ripa in l.admonendi.nu.50.ff.de iure iur.

45 Et ex necessitatis causa,potest mutari † aliquid de forma assignata. Decius post Alexandrum,& alios,in l.hac consultissima.n.21.

C. qui

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

C.qui testamen. facere possunt. Felinus in c. cum dilecta.num.13.de rescriptis, & in cap. 1.num.49.& 50.de constitut. Petrus Dueñas, in regula 248. Tiraquell. de retractu lignag. §.26.glos.1.num.16.cum sequentibus. Cæsar de Grassis decis.6.num.8.de præbendis, plenissimè Menochius de arbitrarijs centuria 2.casu 82.per totum, & dixi in gloss.8. num. 43.cum sequentib.

Vnde quãdo requiritur pro forma, subscriptio cum propria manu, imminente necessi-
45 tate † tenet subscriptio manu aliena facta. Baldus in rubrica. C.de fide instrumentorũ. nu.23. & cum pluribus firmat in casu instrumenti nominationis Rebuff. in tractatu de nominationibus, quæstione 10. num. 13. cum sequentibus.

Neque est dicendum, quòd regula nostra obliget Episcopum ad subscriptionẽ impos-
47 sibilẽ, † quam facere nequit.l.impossibilium cum similibus.ff.de reg.iur.

Ideò quamuis sententia lata à Iudice non
48 sedẽte pro Tribunali, sit ipso iure nulla.†cap. fin.in fin.de sentent.& re iudicat.libro 6. Tamen si Iudex habeat in illis partibus, tale impedimentum, aut dolorem, quòd sedere non
49 possit, rectè tenet, † quamuis non sedeat.gl. ibidem, verbo, *sedendo*.prope finem, vers.*vnde quid si*.Bart.in l.1.numero 5. C. de sentent.ex breuil.recitand.

Facit etiam tex. in cap. si pro te 13. de rescript.in 6.vbi notat Geminian.num.1. quòd satis scriptum à me dicitur, quamuis nõ scri-
50 bam propria † manu, sed scribat alius de mandato meo.

An autem Notarius impeditus possit sub-
51 scriptionem instrumenti alteri † committere, vide Iason.in l. quædam. §. nihil interest, post Angelum, Paulum, & Alexand. ibidem num.9.ff. de edendo, & l.5.titulo 19.Partita 3.Burgos de Paz, in l.3.Tauri. num.1276.vide etiam post Menchacam, Matienzum, & alios. Ioann. Gutierrez in quæstione practica 139.libro 1.Vbi etiam tradunt. An sit de sub-
52 stantia subscriptio † tabellionis, vulgari Hispano, *firma*.appellata. Rebuff. de nominationibus.quæst.10.num.12.& vide supra. nu.39.

Quinto quæro, quid significet illa dictio, *subsignatas*? Respondeo,
53 quòd est idem, ac si diceret subscriptas, †quia subsignare, & subscribere est idẽ tex. in l.subsignatum 39.ff.de verbor.significatione, *subsignatum*, inquit, *dicitur quod ab aliquo subscriptum est: Nam veteres subsignationis verbo, pro adscriptione, vti solebant*. vti tradunt Accursius, Alciatus, & Rebuff tex.etiam, in l.si non subscripsisti 15.C.de administra.tutor. vbi Imperator primo vtitur verbo, *subscripsisti*.& postea verbo, *signasti*.pro eadem re.

54 INDE dicũtur Signatura gratiæ, †& Signatura iustitię, duo tribunalia potissima Papę. Vnũ ideſt Signatura gratiæ, vbi ipsemet Pontifex Max. præsidet, in quo proponuntur, vt plurimum res gratiam concernentes: Et alterum hoc est Signatura Iustitiæ, vbi non ipse Papa, sed vnus Cardinalis, tanquàm Præfectus præsidet, & in illo expediuntur Commissiones, & rescripta Iustitiam concernentia, vt per Staphilęum, in tract.de signatura Iustitię, & Gomez.in Compẽdio vtriusque Signaturę, quod collocauit sub regula de non iudicando iuxta formam supplicationis, post quæstionẽ 15.Et ideò appellatur signatura gratiæ, & signatura Iustitiæ, quia ibidem signantur, ideſt
55 subscribuntur †rescripta gratiæ, & Iustitię, vt palam est, & scripsit Rebuff.in praxi, tit. de signaturæ gratiæ.num.11.12.& 17.

Vbi subdit, quòd hoc verbum, *signare*.de Iure Canonico, (in quo versamur) potissimè su-
56 mitur † pro subscribere, licet de Iure Ciuili, aliter plerumque accipiatur: Nam quandoque sumitur verbum, *subsignare*. pro obligare.l.semper.§.conductores, ibi, *quæ subsignata sint fisco*.vbi glos. verbo, *subsignatæ*. ff.de iure immunitatum, tex.etiam, in l.fin. §. defensionem.C.de administra.tutor.

Et vt plurimum de Iure Ciuili subsignare
57 significat sigillare, † seu signum imprimere. tex.in l.ad testium 22.§.conditionem, & §. si ab ipso testatore.ff.de testamentis. l.cùm tabernam 34.§.idem quærit, in fine, vbi Barto. num.1.ff.de pignoribus. Accursius, in gloss.1. in d.l.subsignatum 39.ff.de verbor.signif. vbi post alios scribit Rebuffus.

58 PROVT etiam, *signum*.†cõmuniter appellatur illud, quòd Notarius solet apponere ad finem instrumenti post subscriptionem, sine quo instrumentum non teneret, vt per Bart. in l.si quis ex argentarijs, in repetitione.§. si initium. nu. 32.ff.de edendo, & ibidem communiter omnes. l.54.& 55.titulo 18. & l.10. titulo 19.Partita 3.& Gregor.Lopez, ibidem in verbo, *sus signo*. Couarru.in practicis quæstionibus.cap.10.num.5.lex.13.titulo 25.libro 4.recopilation. Vbi Acebedus. num.44. cum sequentib.

Quod signum, postquàm tabellio semel as-
59 sumpsit † amplius mutare non potest, vt falsitatis occasio non detur, alias teneretur de falso. Baldus in procœmio. C.num.4. Castillo in l.3.Tauri, in verbo, *del scribano*.Auendanus de exequen.mandatis 2.par.cap.21. casu 30. Acebedus, in l.12.num.14.& 15.titulo 25.libro 4. recopilation. Rebuffus in tractatu de nominationibus, quæst.10.num.18.vbi etiam addit aliam rationem, scilicet, vt postmodum ex istis instrumentis alia fiat faciliora comparatio.

60 Et hoc signum solet etiam sigillum † vocari, vt late per Mascard. de probationibus con-

conclusione 921. num. 1. & per totam.

61 Rursus dicitur signum † illud marcum, quod imprimitur animalibus, putà equis, bouibus, ouibus, capris, porcis, & similibus per Dominos illorum, vt cognoscatur quis Dominus sit: Ex quo signo, seù marco probatur Dominium, vel saltim secundum varias opiniones maximum probationis ar-
62 gumentum † inducitur, vt notat Bartolus in l. stigmata per tex. ibi n. 1. & Lucas de Penna in princip. Ioannes de Platea. nu. 1. C. de fabr. lib. 11. Antonius Gomezius in l. 45. Tauri nu. 77. per totum, & plene traditur per Mascardum de probationib. conclusione 1052. incipit, *Marcum*, nu. 1. & per totam, Menochium de præsumptionibus lib. 3. præsumptione 64. nu. 5. & per totam.

63 Nec non dicuntur signa illa stigmata, † quæ artifices imprimunt suis rebus, veluti armis, vel pannis, aut alijs similibus rebus, per eos ad vendendum factis, vt artificis peritia, & bonitas dignoscatur, vt probat tex. in d. l. stigmata C. de fabricensibus. lib. 11.

Ita, quod vnus artifex, seu officialis mini-
64 me potest signo alterius vti, † & potest prohiberi per illũ, qui prius illud assumpsit: quia interest eius propter sui operis bonitatem, ne alius imperitus in arte vtatur tali signo, ac operis inducatur confusio, vt docet Bartolus in tract. de Insignijs, & armis nu. 9. & Ioann. de Platea in d. l. stigmata nu. 2. Ancharan. in c. vt Apostolicæ. n. 3. de priuileg. in 6. Auendanus de exequen. mand. par. 1. cap. 19. ver. *Item ne carius*, Anton. Gomezius in d. l. 45. Tauri nu. 77. in fine.

Idemque est in tabellionibus, quia vnus ta-
65 bellio non potest vti signo † alterius, vt post Bartolum, & alios tradit Orozcus in l. si quis ex argentarijs §. initium, colum. 743. in fine, Acebedus in l. 13. num. 46. titulo 25. lib. 4. recopilation.

66 Et sexaginta casus, in quibus per signa, † diuersæ res dignoscuntur, congerit Auendanus de exequen. mand. 2. parte cap. 21. nu. 1. cum seqq. Et quamplur. cumulat Ancharanus in d. c. vt Apostolicæ. nu. 2. & 3. de priuilegijs in 6.

67 Sexto quæro qualis debet esse subsignatio, vel subscriptio † Episcopi acceptantis alternatiuam? Respondeo, quod circa modum subscriptionis non reperio datam certam formam, nec de Iure communi, nec per regulam nostram: Prout etiam dicit Baldus in l. non aliter nu. 5. post principium ff. de adoptionibus non esse determinatum à Iure
68 locum, in quo debeat apponi subscriptio, † Rebuf. in tractatu de nominationibus quęst. 10. nu. 16. & vide supra nu. 13. & 14. Et propterea puto, quod quocunque modo subscriptio fiat, vel quibusuis verbis concipiatur, dũ-

69 modo de illa constet, sufficiet, † argum. tex. in l. si in nomine C. de testamentis. §. si quis in nomine. Instit. de legatis. Ac proinde siue Episcopus in subscriptione ponat solum nomen,
70 & cognomen proprium, † veluti si dicat, (Don Hieronymus Manrrique): Siue ponat solũ nomen dicẽs. (Don Hieronymus:) Siuè non ponat nomen, nec cognomen, sed solum nomen dignitatis, veluti (Episcopus Salmantinus:) Siue ponat nomen proprium, ac insimul nomen dignitatis, veluti (Hieronymus Episcopus Salmãtinus:) Siue subscriptio fiat per litteras abbreuiatas, vt I. pro Ioanne H. pro Hieronymo, vt facit Papa in sua signatura (licet hoc
71 interdum reprobetur † vt in l. 1. §. legi. ff. de his, quæ in testamen. delentur. l. 7. titulo 19. Partita 3. vbi late Gregorius Lopez, Abbas in cap. cum P. tabellio. nu. 5. de fide instrumen.
Potius namque dicuntur illæ notæ, quam litteræ. l. sed cũ patronos. §. fin. ff. de bonor. poss. & ibi glos. verbo, *notis*, Rebuffus in tractatu de nomination. quæst. 10. nu. 19.) Siue formaliter extendãtur: Siue simpliciter nomen apponat, Aut addat huiusmodi verba ante subscriptionem (Ita est ego talis) siue (approbo) aut (declaro) siue (in fidem præmissorum subscribo:) Siue (propria manu:) Vel alio quocunque modo fiat, regulæ nostræ dispositioni satisfactum erit, ex his, quæ superius diximus.

Pro vt etiam in simili, videmus varietates
72 † subscriptionum tabellionum, ac notariorum in Instrumentis, secundum diuersos Prouinciarum mores. Nam in Curia, & in alijs partibus Italiæ, regulariter notariorum subscriptio est huiusmodi. *Et ego N. tali authoritate approbatus, qui de præmissis rogatus fui, ad hoc, præsens publicum Instrumentum subscripsi, & publicaui, requisitus.* Et ante huiusmodi verba (manu propria notarij subscripta) imprimit signum, & nulla alia subscriptio fit, nec alia verba dicuntur: Qui modus subscribendi consonat cum tradito per Speculatorẽ in titulo de sententia. §. vt autẽ. n. 21.

73 In Hispania, † saltim in Regnis Castellæ vltra dictam subscriptionem, Notarij dicere solent, *& in fidem prædictorum signaui pro testimonio veritatis*. Et postea apponunt signum, ac deinde circa medium paginæ faciũt aliam subscriptionem, in qua dumtaxat nomen, & cognomen proprium apponunt, ac sic duplex subscriptio dici potest, & vide Ioann. Gutierrez dicta quæstione practica. 139. lib. 1.

74 In Francia † verò nihil aliud fieri solet, nisi post datam, aut testium nominationem, Notarius apponit signum, ac postea pro subscriptione, solummodo ponit nomen, & cognomen ipsius. Et hos omnes subscribendi modos, sæpe Rota approbauit.

75 Ac in subscriptione dicere debet Notarius, quòd fuerit rogatus: Quia aliter instrumen-

tum non probat. Puteus decisione 440. incipit, *in causa Britonorienſi*. nu. 1. & 2. lib. 2. & vide eundem Put. decis. 384. lib. 3. lege tamen latè de hoc. Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 81. per totam.

Rursus adde, quòd sententia ab vno Auditore Rotæ pronunciata illo defuncto, vel impedito potest subscribi † ab alio Auditore. Put. decis. 348. n. 1. lib. 1. Rota iuncta additione Papazon. decisione 11. nu. 4. de rescriptis in nouis. Mandos. in regula de annali, quæst. 75. num. 2.

76

Nec non si vnus Cardinalis pronunciauit sententiam, & ante subscriptionem decedat,

77 potest committi † alteri subscriptio eiusdem sententiæ. Puteus decis. 249. nu. 1. & 2. lib. 2.

Ità vt in neutro istorum casuum, sit necessa-

78 ria partis † citatio ad videndum fieri subscriptionem sententiæ, quando præcesserit citatio ad sententiam. Puteus decis. 348. nu. 1. lib. 1. & d. decis. 249. lib. 2.

Et vt termini istarum decisionũ intelligantur, per eos qui in Curia non versantur, obiter declarabo: ne illis videatur absurdum primum pronunciari sententiam non subscriptam per vnum Iudicem, & postmodum subscribi per alium: (Prout etiã mihi dum essem nouus in Curia contigit. Ita vt in hoc, & alijs similibus euenit mihi ad litteram, quòd dixit Felin. in c. super litteris. n. 13. in fine de rescriptis, scilicet, quòd qui de nouo addiscunt praxim, & negotia Curiæ, putant se nihil in scholis, & in alijs tribunalibus fecisse, & nouum mundum inuenire.) Quoniam sententia prius debet scribi, & subscribi, & postea pronũcia-

79 ri, † alias erit ipso iure nulla l. 1. 2. & 3. C. de senten. ex breui. recitand. c. in primis 2. q. 1. c. fin. de sent. & re iudic. & ibi notat Frãchus, in num 1. Vbi ideò dicit, quòd non tenet sententia, quam Iudex pronunciat mente, seu verbo tantum, & postea facit eam in actis scribi. Vant. de nullitatibus. cap. penultimo de nullitate ex defectu processus. n. 69. & 70.

80 Nam promulgare sententiam † est, eam legere ex scripti recitatione. Bart. in l. fin. num. fin. C. de senten. ex breui recit. vbi propterea tenet in nu. 5. quòd sit nulla sententia in cuius pronunciatione non dicitur, quòd fuit lecta. Franchus vbi supra. num. 11.

Ac propterea talis modus pronunciandi, prout seruatur in Curia videtur exorbitans.

Præsertim quia in Curia tempus decendij ad appellandum dati, currit à die pronuncia-

81 tionis, & sæpissimè labitur in totum † ante subscriptionem talis sententiæ: Ac proinde pars tenetur appellare priusquam sententiæ tenorẽ videre valeat, aliàs sententia, quæ nõdum est in scriptis redacta, nec minus subscripta, in rem transitum faciet iudicatam, vt passim videmus, & dixit Rota decis. 381. n. 3. libro 3. parte 3. diuersor. Vestrius, in praxi Rom. Curiæ lib. 7. cap. 1. num. 12. Vbi subdit, quòd saltim deberent tales sententiæ subscribi, & publicari infra decem dies ad appellandum, ne diu litigatores in suspenso detinerẽtur, nec Iudicibus mali occasio daretur. In Hispania verò tempus appellãdi non currit, nisi à die intimationis sententiæ iam subscriptę, & pronũciatę iux. l. 1. tit. 18. li. 4. recopil.

Quocirca declaro, quòd Curiæ stylus habet, vt postquam Iudex de causa cognouit, ac termini substantiales seruati fuere, illa pars, pro qua Iudex de iure suo bene sentit, citare facit aduersarium ad sententiam, & iste terminus citationis ad sententiam seruatur per Iudicem pro Tribunali sedentem, quãdo Notarius d. citationem legit, tuncque Iudex dicit, pro seruato, quòd est, ac si diceret: *Ita pro-*

82 *nuntio, prout in cedula † subscribenda*. Deinde Iudex cum sua cõmoditate, si opus, est audit de nouo extraiudicialiter partes, ac acta processus videt, & reuidet, & cedulam sentẽtię per illam partem, quæ citauit ad sententiam ordinatam, recipit, legit, ac iterũ legit: Et quandoque etiã legendi litigatori aduersario facultatem facit, eumque etiam in modo formandi tenorem sententiæ audit, delet, addit, corrigit, & eam denique sæpius reuisam, atque mature consideratam manu propria subscribit sub hac forma (*ita pronunciaui N. Rotæ Auditor, aut talis Iudex.*) Postmodum subscriptam sententiam notario actuario in actis custodiendã tradit, in cuius tergori notarius adnotat, & conscribit, nõ diem subscri-

83 ptionis, & traditionis, sed pronunciationis, † & termini seruati, ac dicit: Tunc fuisse sentẽtiam lectam: Nã subscriptio cedulæ retrotrahitur ad tempus seruati termini, hoc est pronunciationis. Vestr. vbi sup. d. nu. 12. Rota decis. 705. n. 4. vers. *Secundo stylus noster*. lib. 3. par. 3. diuers.

Quę subscriptio, & publicatio fieri debet in Tribunali Rotę, intra quindecim dies, & in vltima anni audientia, infra mensẽ a die termini seruati, & sententiæ prout in cedula, vt moris est, late, alioquin in pronunciationes circunductę remanent, vt sancitur in Cõstit. 83. Pij IIII. incipit *in throno Iustitiæ. §.* Itẽ sententiæ latę: In alijs verò Tribunalibus Vrbis, iste terminus semper est decem dierum, vt in Constitutione 85. eiusdem Pii IIII. in §. idem quoque Iudices, tam in criminalibus, quã in ciuilibus, qui sentẽtias prout in cedula ferre.

Neque talis stylus omnino deuiat à iuris communis regulis, ex quo secũdũ pluriũ Doctorum calculum, est valida sententia † Iudi-

84 cis, † prout cõtinebitur in consilio talis iuris periti, vel sapientis, etiam in actis non producto. Felinus post alios plures, quos refert in c. cum venerabilis. nu. 47. de excep. Alciat. com-

communem referens, in l. 1. §. si quis ita. num. 14. ff. de verbor. obligat. Asinius in praxi. §. 20. cap. 12. qui multos citat, de quo etiam per Vantium de nullitat. dicto cap. penult. n. 104. Licet ipse cõtrarium teneat, quando consiliũ in actis productum non est.

Vnde in terminis, l. 7. titulo 18. libro 4. recopilat. dicentis, quòd instãtia appellationis in causis citra decem millium marapetinorũ summam, terminetur infra quadraginta dies à lapso termino appellandi, datur ista cautela, quòd si labitur dictus terminus † quadra-
85 ginta † dierum, Iudex appellationis potest pronunciare in actis, secũdum quòd in consilio talis sapientis (ad quem consulendum pro ferenda sententia processum misit, & nõdum venit) continebitur, vt post Paulum Castren. & Baldum, tradit Auilesius in cap. 49. syndicatus, in gl. verbo *condemnar*, num. 10. Acebedus, in dicta l. 7. titulo 18. lib. 4 recopilat. nu. 91. & 92. Boherius decis. 5. num. 19.

Si enim potest sustineri sentẽtia in isto ca-
86 su secundum † Consilium per alium ferendũ, stante temporis angustia: A fortiori prẽfatus stylus iustificatur, quando Iudex pronunciat, prout continebitur in cedula propria suę sententiæ, postmodum subscribenda.

Qui stylus Curiæ non est admodum vetus,
87 † cum neque Felinus, qui fuit Rotæ Auditor, neque alius Doctor antiquus de eo meminerit, & sic dicit Vestrius, vbi supra, num. 11. in principio, quòd iste stylus à certis annis inualuit, nec satis placet.

Cessante tamen prædicto stylo, sententia
88 sic prolata esset ipso iure † nulla, vt consuluit Rota in vna Pharen. Archidiacon. coram Paleotto, quæ est in impressis decisio 705. incipit, *Iudex*. nu. 1. & per totam lib. 3. parte 3. diuersorum.

Quibus sic se habẽtibus, prædictæ decisiones superius citatæ à nu. 76. ad probandum, quòd alius Iudex possit subscribere sententiam prolatam à Iudice mortuo, vel impedito, nec sit necessaria citatio ad videndum subscribi sententiam: facile intelligi possunt; Nam cum sententia sit iam pronunciata, & ad pronunciationem illius præcesserit citatio ad sententiam, nulla alia est necessaria citatio ad subscriptionẽ: Quia
89 subscriptio est declaratio † nudum factum continens, quę citatione non indiget. Mandosius in regula de annali. q. 75. nu. 3. in fine, & nu. 4. Et videtur subscriptio potius pertinere
90 ad probationem, † quæ facile induci potest, etiam post mortem, vt docuit Rota decis. 391. nu. 5. post principium, lib. 1. par. 3. diuers.

Hinc dixit Ias. in l. si ita stipulatus 126. §. Chrisog. n. 15. ff. de verb. obl. post Bal. quẽ al-
91 legat, quòd subscriptio Iudicis nõ habet † vim sententiæ.

Quo fit vt cũ sententia pronuncietur tunc, quando terminus seruatur, vt superius dixi. nu. 82. quòd ex illo die currit tempus appel-
92 landi, † & non à die subscriptionis, & publicationis, & ita se habet tritus Curiæ stylus, vt fuit resolutum in vna causa Mediolanen. 26. Maij, & 9. Iulij anni 1557. & in alia Romana fideicommissi decimo Ianuarij coram Paleotto, quæ est in impressis decisio 391. n. 2. lib. 3. parte 3. diuersorum: Vbi n. 3. subdit, quòd hinc videmus semper appellari ab huiusmodi pronunciationibus infra decẽnium,
93 quatenus contra, † idque ad cautelam: Licet pars nondum certo sciat, se grauatam fuisse, quia debet cogitare eundem casum posse euenire. l. si quis Domum. §. idem quærit. ff. locati. l. verum. §. Marcellus, vbi glo. de minorib.

Si verò non appellant infra decennium à termino ad sententiã seruato, sententia transiret in rem iudicatam, quamuis nõdum esset
94 subscripta † ex supradictis.

Prout etiam currunt fatalia, quamuis sententia subscripta non fuerit, vt fuit resolutum in vna Calagurritana admissionis. 29. Ianua. 1565. Coram Robusterio, & tradit Lancellot. de Attentat. 2. par. c. 12. in princip. num. 32.

95 Solet tamen aliquando signatura † concedere cõmissionem restitutionis in integrum, quando nõ appellans in tempore, sed postea, dum vidit tenorem cedulæ subscriptę, docet de aliqua colorata causa, vt potè quòd cedula sententię postmodũ subscripta, & publicata, aliud cõtineat, quã fuerat in decis. declaratũ, vel aliàs doceretur de aliquo grauamine, aut re in verisimili: & ita practicaui, & seruari vidi.

Præterea non semper, quòd terminus ad sententiam seruatur, Iudex sentẽtiam postea
96 subscribit: † veluti si post seruatum terminum ante subscriptionem sententiæ nonnulla iura de nouo producerentur: seu Iudex de aliquo articulo dubitaret: vel si est Auditor Rotę, ordinem Rotæ ad causam expediendam, prout moris est, nõ haberet: vel alia iusta causa occurreret. Put. decis. 398. incipit, *in vna Oueten.* lib. 3. & tota die experimentis consequimur; Sed tunc remanet pronũciatio circumducta, & alia pars auditur: & Iudex de artic. dubio certificatur, & ordinem Rotę ad expeditionẽ obtinet: & de nouo pars ad sentẽtiam citatur, & terminus seruatur, ac Cedula intra constitutum tempus, & subscribitur, & publicatur.

Sicut ẽt remaneret pronũciatio circundu-
97 cta, † si infra dictũ tẽpus subscriberetur cedula sentẽtię per Iudicẽ, nõ tamẽ in prẽsẽtia notarij actuarij, nec illi cõsignetur, vt eã publicaret. Rota decis. 347. n. 1. & 2. lib. 3. p. 3. diuer.

Addo etiam Caputaquens. decisione 30. numero 1. parte 1. vbi fuit decisũ, quòd appella-
98 tio non erat deserta, † si appellans intra bien-

nium obtinuit per Auditorem pronunciari, prout in cedula, quæ non fuit subscripta, sed resoluta in interlocutoriam, tempore, quo iã erat lapsum biẽnium, ad appellationem prosequendam, datum.

Summaria Glossæ 61.

1 *Sigillo munitæ esse debent litteræ acceptationis alternatiuæ.*
2 *Sigillum comprobat, confirmat, supplet, & robur adijcit.*
3 *Sigillum quale esse, & quid continere debeat, & nu. 4. dicitur de imagine, & nu. 5. de nomine, & nu. 6. & 7.*
8 *Sigillari non potest cum re non habente characterem, nec litteras, & num. 9.*
10 *Sigillum imprimendum in litteris acceptationis debet esse solitum.*
11 *Sigillũ quotuplex sit, & n. 12. & 13. vbi plura.*
14 *Sigillum priuatum quælibet persona ad libitum suum eligere potest.*
15 *Sigillum vocatur à Iure Ciuili, sæpè signum, & annulus nu. 16. & 20. & 21.*
17 *Sigillum authenticum, solet annulus vocari.*
18 *Sigillum litterarum Papæ sunt Imagines Apostolorũ, & nomen illius, cũ certis characterib.*
19 *Sigillum breuium Papæ est annulus Piscatoris.*
22 *Sigillum quam probationem facit remissiuè.*
23 *Sigillum authenticum Episcopi cum subscriptione coniunctum, plenè probat.*
24 *Testium appositio, an sit necessaria in litteris patentibus acceptationis.*
25 *Notarij subscriptio, aut interuentus, an requiratur in litteris patentibus.*
26 *Sigillum Auditoris Rotæ appositum litteris citatorijs, & inhibitorijs, habet vim decreti.*
27 *Sigillo probatur delegatio.*
28 *Sigillari an debeant litteræ acceptationis sigillo magno, vel sufficiat paruum, & nu. 34.*
29 *Sigillo alieno an possunt muniri litteræ acceptationis alternatiuæ, & nu. 32. & 33.*
30 *Sigillo alieno quis vti potest, & quid si non exprimatur nu. 31.*
35 *Sigillum proprium non alienum adhiberi debet in grauibus negotijs.*
36 *Sigillo alieno nemo, vti põt, nisi careat proprio.*
37 *Periculum non est, in modica mora acceptationis alternatiuæ.*
38 *Sigillum, & subscriptio pari passu ambulant.*
39 *Sigilli impressio non nocet in casibus, in quibus nec subscriptio.*
40 *Sigillum, sine scriptura, nihil probat.* (mini.
41 *Sigillũ præsumitur impressum de voluntate Do-*
42 *Sigilli ad ostensionẽ nõ debet custos, tradere Ar*
43 *Sigillum denotat perfectionem.* (cem.

Suoque sigillo munitas. gloss. 61.

NON solũ debent esse litteræ patentes acceptationis alternatiuæ propria Episcopi acceptantis manu subscriptæ; Sed etiam suo sigillo munitæ: Nam sigillum † facit scripturam authenticam, & maximam illi authoritatẽ præstat. c. 2. de fid. instrument. Vbi Abbas notab. 3. ante num. 1. & num. 14. Felinus sub nu. 17. & cæteri, tradit gloss. verbo, *litteras.* & omnes, in cap. post cessionem, de probationibus. Petrus Andreas Gambarus in tractatu de legato libro 8. in principio. nu. 224. & 225. Rota decis. 1. nu. 1. de probation. in nouis, & decis. 535. num. 1. par. 1. diuer. Couarru. in pract. quæst. c. 22. num. fin.

1

Item sigillum comprobat, confirmat, supplet, & † robur adijcit, aliosque plures effectus operatur. Bald. in l. bonæ fidei, ante nu. 6. C. de rebus creditis. Ias. in l. pacta nouissima. num. 9. C. de pactis. Roma. cons. 305. *hæc scriptura.* num. 2. Marsilis in rubrica. C. de probationibus. numero 300. Vestrius in praxi, lib. 6. cap. 1. num. 9. Rota decis. 535. num. 2. parte 1. diuers.

2

Primo quero, quale debeat esse sigillũ, & quid cõtinere debeat? Respõdeo, † quòd sigillum ad hoc, vt dicatur authẽticum debet in primis continere, quandam impressionem. l. 1. §. fin autem socius, ibi *sigillo impresso.* C. de cõmuni seruo manumisso, vbi notat Bal. In qua impressione dẽt esse imago

3

† Principis, seu Episcopi: vel loco Imaginis debent esse Arma illius, cuius est sigillum, sicut & in moneta. l. fin. C. de veter. numisma potesta. libro 11. Bald. cons. 376. incipit casus talis. num. 1. lib. 3.

4

Item debet continere characterem, seu litteras circum, proprium nomen, † declarãtes, vel alias litteras aptas, & conuenientes sigillo, vt facilè cognoscatur cuius sit sigillum, capit. significauit 48. de appellation. c. inter dilectos, vbi Abbas numero 4. de fide instrumen. l. decernimus. C. de aqueductu libro 10. Ioannes Bertachi. in tracta. de Episcopo lib. 3. par. 1. num. 43. Restaurus Castaldus, in tractatu de Imp. q. 47. n. 5. Rebuff. in tract. de nomin. q. 10. n. 25. Menoch. de arb. casu 113. n. 3.

1

Sufficeret tamen alterum prędictorũ, dummodò constet † cuius sit sigillum. Felinus, in c. 2. nu. 37. vers. *Item quod sigillum debet.* ad finẽ, de fide instrumen. post Innocen. & alios, Aim. de antiquita. temp. in 5. particula primę partis. numero quadragesimosexto, in fine.

6

Me-

Menochius de præsumptionibus lib. 2. præsump. 57. num. 6.

Hinc in Religionibus, maximè in Frãciscana, adest in quolibet monasterio quidam liber, in quo continentur impressa sigilla omnium † Prouinciarum mundi dictæ Religio- 7 nis: vt quãdo occurrat aliquis Religiosus de longinquo, dignoscatur, an sigillum impressũ in suis litteris dimissorijs, quas ipse portat consonet cum impressione sigilli in libro cõtenta: & sic liqueat an litteræ verę sint, aut falsæ.

Vnde si quis vellet sigillare cum re nõ habente characteres, vel litteras non legibiles, puta cum corrigia, aut ferro, vel alia re non sculpta ad signandum, nihil ageret † l. ad 8 testium. §. signum. ff. de testamẽ. §. possunt, & ibi Ioannes Faber nu. 1. institut. de testamen. Innocentius, in cap. 2. num. 3. vers. *cum corrigia autem.* quem sequitur ibi Bald. nu. 5. & cæteri de fide instrum. Rebuff. vbi supra dicto. n. 25. Vbi num. 26. infert ex hoc, quòd propter defectũ formæ impressionis, seu characteris, impeditur rei essentia, Ita quòd actus factus si- 9 ne illis † non valeat. Imò actus ex illo defectu vitiatur, vt pote, si figura, vel litteræ amplius non appareant. Nam vbi litteræ sigilli non sunt legibiles, vel leguntur, ita paucæ, quòd necessario non concludant sigillum esse illius, cui adscribitur: sed oritur equiuocatio, & dubium cuius sit: non potest verè dici sigillum alicuius, nec ex consequenti aliquã probationem faceret. Abbas in dicto cap. inter dilectos. num. 4. vers. *secundum est.* & ibi Felin. num. 5. vers. *Item corruptio sigilli.* de fide instrumen. Speculator in tit. de instrumentor. æditione §. Instrumentum post nu. 19. vers. *Item quod Imago.* & in titulo de procuratoribus. §. ratione autem formę, sub nu. 1. vers. *Item quod non sunt sigillo.* Aimon Crauett. cons. 56. nu. 6. Franciscus Marcus quæst. 990. num. 23. Menochius de arbitrar. casu 113. num. 12. & de præsumptionib. lib. 2. præsumptione 57. num. 3. cum sequentibus.

Nec non sigillum debet esse solitum † Prin- 10 cipis, vel Episcopi, aut Magistratus, ad illa negocia destinatum, & materię cui imprimitur deputatum. c. significauit de appellation. Bal. in cap. post cessionem. nu. 1. & Felin. sub nu. 17. vers. *secundo requiritur.* de probat. Roma. in l. admonendi. num. 55. ff. de iureiur. Petr. Andræas Gambarus in tracta. de legato, lib. 8. in principio. nu. 222.

Secundo quæro, quotuplex † sit sigillũ? Huic quæstioni respõdent In- 11 nocen. in cap. 2. num. 3. de fid. instrum. quem † cæteri sequuntur, & Bal. in Margarita decretalium, verbo *sigillum appellat.* Rebuffus in tractatu de nominat. quæst. 10. num. 24. dicentes multiplex esse, vnum authoritatis, vt sigillum Papæ, Regis, Episcopi, & Dominorum tẽporalium, vt in d. c. 2. de fide instrum.

Aliud testimoniale, vt in l. si qua per calũniam. C. de Episcopis, & Clericis. l. Caius. ff. de pignor. actione.

Aliud ratificatiuum. l. 2. C. de rebus alienis non alienan.

Aliud in signum consensus. cap. 1. de procuratoribus.

Aliud sigillum confirmationis. cap. inter dilectos. §. 1. de fide instrum.

Aliud est sigillum ad citationes destinatũ. c. significauit de appellat.

Et de alijs etiã sigillis scripsit ipse Rebuffus in tracta. de litteris obligatorijs, in gl. 6. in ordi. regu. in 1. tomo. Mascard. de probationibus. conclusione 1308. numero 51. cum alijs per eum citatis.

Cæterum heę sigilli differentiæ potius cõcernunt destinationem quandam, seu effectus diuersos, ad quos sigillum imponitur, quam sigillorum differentiam, & numerum denotent; Siquidem vnicum tantum sigillum publicum potest omnes dictos effectus operari, & aliàs sequeretur, quòd tot deberent esse sigilla, quot negocia diuersa.

Ideò dici potest, quòd sigillum est duplex 12 publicum, & priuatum. † Publicum sigillum est Papę, Imperatoris, Regis, Principis, Episcopi, Vniuersitatis, aut Magistratus, de quo superius dixi, & de singulis omnium tractat Mandosius plura iura, & authoritates adducẽs in glossa ad facultates Auditoris Camerę. §. & proprium, in verbo, *sigillum.* ad quem Lectorem reijcio, & Imola, in c. 2. num. 22. & ibi reliqui omnes de fide instrum. Speculator in titulo de rescripti prętentatione §. 1. num. 2. & 3.

Et hoc sigillum solet esse multiplex, ma- 13 gnum, medium, † & paruum, aut maximum, & quòdlibet ad diuersa negocia maiora, vel minora destinatur. c. significauit. c. ad nostrã. c. suggestum. de appell. Bertach. in tracta. de Episcopo lib. 3. par. 1. nu. 33. Rebuff. in tract. de nominationibus. q. 10. nu. 27.

Priuatum sigillum est illud, quòd quęlibet 14 persona † priuata eligit ad libitum suum, de quibus sigillis loquuntur. tex. in l. videamus. 11. §. qui vinum. ff. locati. l. ęquissimum. §. sed si ędium. ff. de vsufructu. l. cętera. §. item hoc prohibitur. ff. de legat. 1.

Et hoc sigillũ sępè de Iure Ciuili vocatur 15 signum. † l. ad testium. §. 1. & §. si signa. ff. de testamen. l. 1. §. si dolium signatum. ff. de periculo, & commodo rei vẽditę. l. in rem actio. §. 1. ff. de rei vindicatione, late. Mandos. vbi supra post medium.

Quod sigillum etiam annulus † appellatur. 16 l. ad testium. §. si ab ipso testatore annulum. ff. de testamentis. §. non possunt. Institut. de

testamen.l.signationis annulus 74.ff.de verb. signif.Bald in margarita verb *sigillum*.Innoc. in c.2.sub nu.3.de fide instr.vbi Bal.Abb. Felin & cæteri,Ant.Gabr.tit. de præsumption. concluſ.5.num.23.

Prout etiam sigillum authenticum, & pu-
17 blicum†annulus vocari solet, vt Hester c.8. ibi,*signantes litteras annulo meo*.& iterum,*hæc enim consuetudo erat, vt epistolæ, quæ Regis nomine mittebantur, illius annulo signatæ erant*.c.in nomine,in fine,ibi,*annulo nostræ Ecclesiæ firmare censuimus*.74.distinctione.

Ac propterea Papa in litteris plumbatis vtitur sigillo continẽte imagines Beatissimo-
18 rum †Apostolorum Petri,& Pauli ex vno latere,& ex alio nomen ipsius Papæ glos. verb. *Pontificatus*. post regulam fin. de reg.iur.in 6. & in Clem.1.verb.*aurea*.de iureiur.Bertach. in tract.de Episc.lib.3.par.1.nu.43.Vbi singulos characteres, & puncta secreta huius sigilli,benè declarat, docuit etiã speculator in tit.de rescr.præsentat.§.primo igitur.nu.2.

In breuibus autem,& alijs litteris nõ plũ-
19 batis,vtitur annulo † piscatoris, prout notũ est,ac tradit Mandos.in gl.ad facultates Auditoris Cameræ.§.& proprium verbo, *sigillũ*. post princ.vers.*vel ẽt vtitur sigillo in Breuibus*.

20 Hinc est,quòd ius Ciuile annullum†vocat id,quod ius Canonicũ,sigillum appellat.Inn. in d.c.2.sub n.3. post medium vers. *Item nota, quod ius Ciuile*. de fide instrum. Bal.in margarita decretalium verbo,*sigillum appellat ius canonicum*.Mascar.d.concl.1308.nu.23.

Veritas tamen est, quòd ius Ciuile vtitur etiã hoc nomine sigilli,vt patet in d.l. videamus 11.§.qui vnũ.ff.depositi,cũ alijs allegatis superius,in vers.*priuatum sigillum*.n.14.tex. etiã in l.Tribunus.ff.de militar.testam.Sicut
21 etiam ius Canonicum †vtitur nomine annuli,vt in c.in nomine,in fine 74. distinct.

Tertio quæro, quam probationem faciat sigilli impressio? Dico quòd
22 responsio † huius quæstionis est lata plusquã institutum nostrum patitur: Nam opiniones sunt diuersæ,& quælibet opinio continet suas declarationes, ac limit. Ideò vide de hoc vltra Doct.in locis superius citatis. Bertach.in tract.de Episc.lib.3.par.1.ex nu.21.vsq; 45. Gambarũ de officio legati.lib.8. in princ.nu. 222.vsque ad fi.Io.Fabrũ,in §.posſunt,per totum instit.de test.Ant.Gabr.in suis commun. opin.tit.de præsum.cõcl.4.per totam. Masc. de probat.concl.1308. per totam illam. Menoch.de arbitr.casu 103.ac plenius de præsum.lib.2.præsump.57.& præsumpt.58.apud quos istã sigilli materiã ad sacietatẽ repies.

Vnum tamen concernens materiã gló. nostræ omittere nolo,quòd sigillum authenticũ Episcopi cõiunctum cum subscriptione pro-
23 pria manu facta,plenè†probat in concernentibus ad illius officiũ, etiam si agatur de re graui.tex.in l. si qua per calumniam 21. vbi notat Bar.n.1.Salic.nu.5.& 6.C.de Episco.& Cler.tex.in c.post cessionem,vbi omnes tradunt de probat.Rota decis.10.vers. *contra primam conclusionem*.de probat.Dec. in c.2.n.65. vers.*& conclusio*.de fide instr.Ias. post alios in l.quæ dotis.n.49.vers. *similiter sigillãs*. ff.solut. matr.Couarr.in pract.quæst.c.22.nu.fi.vers. *nam alioquin præter sigillum*. Ant.Gabr.d.cõcl. 4.n.4.& 52.Masc.de prob.concl.1308.n. 5.6. & 7.Menoch.de arbitr.lib.2.cent.2.casu 113. ex n.8.& de præsumpt.lib.2. præsumpt.54.n. 44.Rota decis.535.nu.1.& 4.par.1.diuers.

Ac propterea regula nostra contentatur cum dicta probatione,resultante,ex subscriptione †Episcopi acceptantis alternatiuam, cum impressione sigilli.

Hoc tamen declara, non procedere quoad effectum collationũ propter timorẽ antidatæ in fraudem prouisorum Apostolicorũ, vt plenè scripsi in 3.§.proœmiali à nu.147.vsq; ad nu.172. vbi regulam firmaui cum septem ampliationibus,& quinque limitationibus.

Adde etiam Bald. in l.falsus sub n.33.C.de furtis,dicentem, quòd sigillum solũ per se nihil probat,nec loquitur,vt cifra,vel chimera

Quarto quæro, vtrũ in istis litteris sigillatis,& patẽtibus,requira-
24 tur adhibitio,& appositio†testium? Conclude quòd non,cum absque tali appositione litteræ subscriptæ,& sigillatæ per Episcopũ plenã probationem faciant ex supradictis in quæstione præcedenti: Et quia regula nostra talẽ adhibitionem, & appositionem non postulat, & si voluisset expressisset.c.ad audiẽtiam 12. in fine de decimis: Ideoque quòd non sit necessaria appositio testium tradit Castrẽ.in l. admonendi.num.42.vers.*circa tertium*.& Purpuratus ibidem nu. 166. ff.de iureiuran.Menoch.d.casu 113.n.6.Rota decis.1. in prin.de probat.in nouis.Ant.Gabr.d.concl.4.sub tit. de præsum.ac statim dicam.num.sequenti.

Quinto quęro, an in prædictis litteris, sit necessarius interuentus, &
25 subscriptio notarij? Respondeo, quòd non,ex eisdem rationibus cõtentis in quæst. prꝫced. Rota d.decis.1.in prin.de probat.in nouis,& decis.10.eod.tit.& decis.7.de officio delegati in antiq.Menoch.de præsum. li.2.prꝫsum.57. n.14.Caput.decis.161.par.3. Vbi loquitur in litteris legati.Put.decis.246.n.5.li.3.Vbi ẽt dicit credẽdũ esse exẽplo instrumẽti, sigillato in quo Iudex attestatur se vidisse originale.

Cõprobatur, quia iste litteræ patentes distant à publicis instrumentis. c. 2. de officio Ordinarij in 6.& dixi in gl.59.n.18.Differentia autem in eo consistit,quòd instrumentum publicum cõficitur ex notario, & testibus,vt latè per Felin.in c.1.nu.13.& 14.de fide instr.

l. 54. tit. 18. Partit. 3. Si ergo in litteris patéti bus essent necessarij notarius, & testes, nulla vtique esset differentia: & litteræ patentes in instrumentum publicum conuerterentur.

Dicit etiam idem Puteus decis. 355. nu. 4. lib. 3. quòd sigillũ Auditoris Rotæ, quod apponitur in litteris citatorijs, inhibitorijs, &
26 similibus, habet vim decreti, † quamuis nulla adsit eiusdem Auditoris subscriptio, latè. Ant. Gabr. d. tit. de præsum. concl. 4. n. 26. vbi
27 n. 25. concludit, quòd per sigillum probatur † delegatio, & nu. 27. firmat cum multis, quòd appositio sigilli habet vim clausulæ, ex certa scientia. Masc. d. concl. 1308. nu. 24. & 25.

Sexto quæro, an dd. litteræ sint sigillandæ cũ sigillo magno Episcopi acceptantis, vel sufficiat si cum paruo sigillen-
28 tur? Conclude quòd sufficiet quodlibet Episcopi sigillum, siue magnũ, siue paruũ, cũ regula nostra nõ distinguat, & vtrumque dicatur proprium sigillum Episcopi. l. de pretio. ff. de Publiciana in rẽ actione. Vide inferius. n. 34.

Septimo quęro, an sufficiat si litterę, de quibus agitur sint subscriptæ propria manu Episcopi, & sigillatę cum alie-
29 no † sigillo?

Videtur, quòd sic, quia quilibet potest vti sigillo alieno. tex. in l. ad testium. §. si quis ex test. ff. qui test. facere possunt. §. posſũt Instit. de testam. Et nõ solum probat scriptura mu-
30 nita sigillo proprio; sed etiam alieno, † dummodò exprimatur, quòd de voluntate sigillãtis fuit adiectum sigillum alienum, glo. verb. *dilecte*. in c. inter dilectos, vers. *tertio quia falsum sigillum*. de fide instrum. Innoc. in c. 2. n. 3. vers. *si autem nullum sigillum*. vbi Bal. n. 13. vers. *quæro, an quis*. Felin. n. 34. vers *prima conclusio*. de fide instr. Speculator in tit. de probat. §. videndum restat n. 16. vers. *& nota quod habens*. Alexand. cons. 87. nu. 9. vers. *tertio quia*. vol. 1. Philippus Franchus post alios, in cap. si Canonici, sub nu. 2. in fi. vers. *in eadem glossa*. de officio ordin. lib. 6. Anton. Gabr. tit. de præsum. cõcl. 4. nu. 15. Vbi ad fin. in vers. *contrarium*. allegat plures tenentes, non esse necesse exprimere,
31 quòd sigillum alienum fuerit impressum de sigillantis voluntate, & hanc partem sibi veriorem videri testatur. Boher. decis. 240. n. 3.

In oppositum facit regula nostra, dũ dicit, *fuoq; sigillo munitas*. Si ergo suo sigil lo litteræ debent esse munitæ, sequitur, quòd
32 alieno † sigillo muniri non sufficit, maximè cum regula nostra certam formã constituat, quæ ad vnguem est seruanda. c. cum dilecta cum alijs de rescript.

Hinc cõcludit Rebuff. in tract. de nominat. q. 10. nu. 28. quòd dum tex. tractans de nominationibus dicit, quòd debeant sigillari sigillo Vniuersitatis, est intelligẽdus de sigillo magno ipsius Vniuersitatis; ità quòd esset nulla
33 sigillatio facta cum sigillo † facultatis legalis, vel Canonicæ, vel Theologiæ, vel Rectoris ipsius Vniuersitatis.

Immò dicit in num. 27. ibid. quòd si nominationes erant consuetæ sigillari cum sigillo magno Vniuersitatis, non sufficeret sigillatio
34 † cum paruo sigillo eiusdẽ Vniuersitatis, nec cum alio sigillo, nisi ad id deputato.

Rursus in magnis, & grauibus negotijs pro
35 prium sigillum adhiberi debet, † Nam alienum non sufficit, nec probabit: vt censuit dicta gl. verb. *dilectæ*. in dicto cap. inter dilectos de fide Instr. & ibi Bald. n. 15. vers. *sed oppono*. Felinus in d. cap. 2. n. 35. vers. *secundo intellige*. eod. tit. de fid. instr.

Item quia nõ aliter licet vti sigillo alieno, nisi quando aut aliquis proprium non habet, vel saltim de tempore, quo sigillare vellet, il-
36 lo careat, † quia præ manibus illud non habeat. Abbas in d. c. 2. nu. 16. vers. *si autem nullum sigillum habet*. de fide instr. quod dicit fuisse prius de mente Innocentij.

Quapropter in casu nostro cũ nullus Episcopus desinat habere sigillum, quia illud ex necessitate sui muneris habere tenetur: & raro, aut nũquam possit dari casus, in quo illud præ manibus non habeat: Cõcludendum est, quòd non sufficeret sigillum alienum.

Si verò talis casus accidisset, quòd Episcopus de tempore, quo acceptare alternatiuã prætendit sigillo careat, seu illud præ manibus non habeat, veluti quia esset absens à Ciuitate in alijs partibus remotis suę diœcesis, & familiaris illius, curam habens de sigillo illud in itinere perdidisset: Tunc quidem fortasse litteræ sustinerentur, quamuis Episcopus sigillo alieno litteras acceptationis muniret; Dum tamen causam, & rationem quare id fecerit declararet, ac de eadem causa in ipsis litteris aliquis Notarius fidem faceret, cum satis constet de voluntate Episcopi ex supradictis, & faciunt, quæ dixi de subscriptione, in gloss. præcedenti, quæst. 1. & q. 4.

Sed neque in isto casu de Iuris rigore va-
37 lere † debent tales litteræ, cum forma per regulam nostram assignata sit seruanda: & talis defectus potest de facili suppleri expectando, donec aliud sigillum trãsportetur, vel de nouo fiat: Ex quo in acceptatione non adest periculum in mora, nec militat ratio, quæ adest in eo, qui non potest subscribere, de qua in gl. præcedenti à num. 44.

Vlterius in hac materia sigilli adde, quòd sigillum de voluntate Domini impressum, &
38 subscriptio, pari passu ambulant, † eandemque probationẽ faciunt, vt expressim respondet. Rom. cons. 303. in fi. Aimon Cravet. de antiqu. tẽp. in 5. particula 1. par. n. 49. Menoch. de præsump. lib. 2. præsum. 57. n. 33. Ant. Gabriel tit. de præsump. concl. 4. nu. 7.

Quo

Quo fit, vt in casibus in quibus subscriptio
39 apposita non noceret subscribenti, † veluti quia subscripsit in charta vacua, vel nõ lecta, aut per errorem, & in alijs casibus, de quibus diximus, in gloss. 60. præcedenti post principium, vers. *multoties*. ex nu. 17.

In eisdem etiam casibus, & alijs similibus, aut si sit per fraudem appositum, sigilli proprij impressio non nocet, vt post Innocen. in dicto cap. 2. nume. 3. de fide instrumentor. & cæteros Doctores ibidẽ, ac alios plures, tradit Anton. Gabriel in dicta conclusione 4. ex numero 42. vsque ad numerũ 53. Vbi septem limitationes assignat. Mascardus de probationibus conclusione 1308. num. 49. Menoch. de præsumptionib. lib. 2. præsumpt. 57. nume. 39. vsque ad fin.

Vbi etiam tradunt, quòd sigillum sine scri-
40 ptura † nihil probat, vt Gabriel, vbi supra num. 44. Menochius nu. 41. & nu. 23. qui multipliciter declarant.

Item sigillũ in dubio præsumitur impres-
41 sum de † voluntate Domini. Butrius, in cap. tertio loco, notab. 2. & Decius, ibidem. nume. 2. de probation. Antonius Gabriel in titulo de præsumption. concluf. 4. nu. 12. & 13. Menochius de præsumption. libro 1. præsumpt. 54. per totã, quibus in locis multipliciter hoc declarant, ampliant, & limitant.

Nec est omittendum, quòd Arcis custos,
seu Castellanus, nõ debet arcem re-
42 stituere ei, qui venit † cum sigillo Domini, cum sigillum non sit ordinatum ad actum illum. Bald. in cap. significauit. nu. 3. de appellation. quem ibidem sequuntur Butrius, Abbas, & Franchus, Bertachinus in tractat. de Episcopo libro 3. parte 1. nu. 35. Menochius de præsumptionibus libro 2. præsumptione 57. num. 18.

Rursus adde, quòd sigillum denotat perfe-
43 ctionem, † & consummationem, & finem contractus, & cuiuslibet alterius actus. Bald. in l. contractus. num. 5. de fide instr. Dec. in c. 2. num. 27. vers. *in secunda quæstione*. Et Felinus ibid. sub nu. 37. vers. *item scias, quòd appositio sigilli denotat conclusionem*. Quocirca, & nos huic glossæ sigillum imponamus: Nã reliqua materiam sigilli concernẽtia apud Doctores superius relatos, præsertim apud Bertachinũ, Gambarum, Gabrielem, Mascardum, & Menochium, de facili inueniri possunt.

Summaria Glossæ 62.

1 *Acceptatio alternatiuæ fieri debet in propria diœcesi.*
2 *Diœcesim extra propriam, exercet Episcopus iurisdictionem voluntariam, ac eius Vicarius. num. 3. & legatus nu. 4. nisi nu. 5.*
6 *Præsentatio potest fieri coram Episcopo existente extra propriam diœcesim, ac insinuatio. nu. 7. & confirmatio. nu. 8.*
9 *Sacerdos extra suum territorium potest absoluere suum Parrochianum.*
10 *Episcopus potest extra territorium causas delegare.*
11 *Doctores, & milites creari possunt extra territorium concedentis, facultatem.*
12 *Episcopus an possit excommunicare, & absoluere subditum suum, extra territorium.*
13 *Electio potest fieri in quocunque loco, & quid in electione Papæ. nu. 14.*
15 *Proconsul potest extra prouinciam manumittere.*
16 *Absenti extra Diœcesim potest fieri collatio.*
17 *Absens, potest hæreditatem acceptare.*
18 *Absens, potest extra diœcesim contrahere, & testari. nu. 19.*
20 *Residentia Episcopi incipere debet à tempore acceptationis alternatiuæ.*
21 *Principium est potissima pars, & alia plura huius sarinæ. num. 22.*
23 *Locus loci an sit apponendus in litteris acceptationis alternatiuæ, & nu. 25.*
24 *Locus loci est apponendus in omnibus Instrumentis, in Hispania tamen non seruatur. numero 26.*
27 *Litteræ patentes acceptationis alternatiuæ, an possint dari in loco exempto diœcesis.*
28 *Acceptatio alternatiuæ, an præsumatur. Et quo modo probetur.*
29 *Acceptatio alternatiuæ, an requirat expeditionem litterarum, & num. 30. & concluditur, quòd hodie non. nu. 31. & 32.*
33 *Formula litterarum patẽtium acceptationis alternatiuæ, qualis esse debeat, & nu. 34.*

Et in sua quisque Ciuitate, vel Dioecesi datas, declarare.

gl. 62.

NOTA casum singularem, in quo non tenet acceptatio alternatiuæ, nec valent litterę patentes, ratione dictæ acceptationis confectę, nisi fiant in propria Ciuitate, † vel Diœcesi.
1

Nam de iure communi secus est, quoniam Episcopus potest extra pro-
2 priã diœcesim exercere † iurisdictionem voluntariã, & benefic. collat. facere, text. in cap. post electionem de concess. prębendę. c.

qua

qua fronte, de appellation. gl. verb. *terminos.* ad fi. in c. nouit. de officio legati l. 9. & ibi Gregor. Lopez tit. 9. Partita 1. Gomez. in reg. de non iudic. q. 3. in princ. Couar. lib. 3. var. c. 20. n. 8. Selua de benef. 3. p. q. 40. & q. 63. per totas, & dixi in gl. 9. in ann. cõt. null. & attẽ. n. 35

3 Quod etiam procedit in Vicario † Episcopi habente potestatẽ conferendi, gl. verb. *per se ipsos*, in c. statutũ de præb. lib. 6. Rota decis. 5. de officio Vicarij, in antiq. Besigneti, Selua de benef. 2. par. q. 14. n. 12. Boher. decis. 30. Rebuff. in tract. de nomi. q. 14. n. 65. Couar. d. n. 8.

4 Sicut etiam legatus potest beneficia † conferre extra suam prouinciam, glo. in d. c. nouit, verbo, *terminos*. in fi. vbi omnes notant de officio legati. Rebuff. in d. tract. de nomin. nu. 271. Licet Nuntijs solet expressè mandari in suis facultatib. quòd beneficia sint conferenda † ab eisdem Nuntijs intra propriã prouinciam existẽtibus. Puteus decis. 477. lib. 2. Vbi propterea fuit declarata nulla quædã collatio facta à Nũtio, extra suã prouinciã existẽte

Itẽ præsentatio facta a Patrono corã Prælato existẽte extra propriã † diœcesim tenet, & est valida. Rocchus de Curte de iurepatr. in princ. n. 7. Rebuff. in tract. de nomin. q. 14. n. 29. Lambertin. de iurepatr. lib. 2. par. 2. q. 2. princip. art. 6. num. 1. & per totum.

7 Rursus insinuationes † nominationũ Franciæ possunt fieri per collatores, seu eorum Vicarios extra diœcesim consistentes, ac etiam extra Regnum. Rebuff. vbi supra. n. 25. de quo vide Lambertin. in loco proxime citato. n. 2.

Potest etiam Episcopus extra propriam 8 diœcesim instituere, † & electiones confirmare, & infirmare, contradictore non apparente, vt post Archid. & Castr. tradit Ias. in l. fi. n. 7. ff. de iurisd. om. iud. & ita intellig. est Abbas, in c. nouit. n. 5. de officio legati. Lamb. de iure patr. lib. 2. p. 3. q. 2. art. 11. num. 2. & 4. & libro 2. par. 2. q. 6. principali, art. 7. nu. 2. cum seqq. Franchus, in cap. fin. nu. 9. de elect. in 6.

Ac proprius Sacerdos, & Parrochus existẽs extra territorium suum põt absoluere † Par- 9 rochianum suum confiteri volentẽ. Hostien. in summa tit. de pœniten. & remiss. §. cui confitendum, vers. *& nunquid extra territorium.* Ludouic Gomez. in cap. 2. §. statuto. num. 58. de constit. in 6. Iason in d. l. fin. num. 6.

Præterea potest Episcopus extra territo- 10 rium suum causas † delegare, glos. verb. *terminos.* in fin. in cap. nouit, de officio legati. Ias. n. 8. Dec. sub num. 6. Hippol. num. 32. in d. l. fi. ff. de iurisd. om. iud.

Vbi propte rea dicunt, quòd habens potestatem à Papa, vel alio Principe ad creãdum doctores, vel milites, quòd potest illos crea- 11 re, † etiam extra territorium Papæ, vel Principis concedentis.

Prout etiam potest Episcopus extra suam diœcesim Iurisdictionem contentiosam exercere, quando causæ cognitio non vertitur, & effectus confertur in suam diœcesim. l. fi. ff. de officio Præfecti Vrbis. l. 17. ad medium. tit. 4. Partita 3. Vitalin. in clem. 1. in prin. n. 4. de foro competen.

Deinde Episcopus extra territorium exi- 12 stens potest excommunicare, & absoluere † subditum suum, quia excommunicatio ligat animam, quę non circunscribitur loco. Abb. in c. nouit. sub n. 3. de officio legati. Hipp. post alios, in d. l. fi. n. 22. ff. de iurisd. om. iud. Ias. ibid. n. 11. & 17. Vbi distinguunt, an fuerit excommunicatio prolata sine causę cognit. vel cum illa: quos vide, & Ludouic. Gomez. vbi supra nu. 60. & 61. & l. 9. in principio, vbi Greg. Lopez, verbo, *que estubiere.* tit. 9. Partita 1.

Insuper electio potest fieri in quocunque 13 loco. † c. quod sicut 28. Vbi notat Abbas. nu. 2. & cæteri, de elect. Hostien. & Ioann. And. in c. cum terra. n. 6. eod. tit. & Anan. ibi nu. 2.

14 Et an procedat etiam in electione † Papæ, in terminis Clem. 2 §. sanè de elect. vide Cardinalem, ibid. sub n. 1. vers. *secundo opponitur*, & Vital. nu. 44. & 45. De quo tamen nihil firmo, quia variæ sunt opiniones, & vide Petrum de Blasio, in tract. de elect. 3. par. c. 12. per totũ, ac Lambertin. de iure patronat. lib. 2. par. 2. quæst. 2. principali, artic. 7. per totum.

Deinde Procõsul extra prouinciam suam 15 potest manumittere, † & alios quoslibet actus voluntariæ iurisdictionis exercere, tex. in l. 2. ff. de officio proconsulis.

16 Sic absenti à diœcesi † potest fieri collatio, & donatio, & absens beneficiũ potest sibi collatum, & donationem, acceptare, c. si tibi absenti, de præbend. lib. 6. l. absenti. ff. de donat.

17 Nec non absens potest hæreditatem † acceptare, & repudiare. l. per procuratorẽ. ff. de acquir. hæred. l. recusare 6. ff. ad Trebellian.

Ac etiam quilibet, vbique existens extra 18 diœcesim, potest contrahere, † ac alios quoscunque actus facere. c. Romana. §. contrahentes verò aliarum diœcesum, de foro competen. l. contraxisse. ff. de action. & oblig. l. 3. ff. de bonis autho. Iud. possiden.

19 Idem quoque est in testamento, † & alijs vltimis voluntatibus. Angel. cons. 233. incipit, *quædam Domina Margarita.* nu. 2. Ias. in l. fin. nu. 5. in fi. ff. de iurisd. om. iud. cum alijs adductis per Rol. à Valle, cons. 33. n. 1. & per totũ lib. 3.

Alia etiam plura, quæ extra territorium exerceri possunt, videre poteris per Ias. Dec. & Hippol. in d. l. fin. de iurisd. om. iud.

Cum igitur omnes actus fieri possint extra propriam Ciuitatem, & diœcesim, quomodo ergo, regula nostra adstringit Episcopos, vt in propria Ciuitate, vel diœcesi debeant suas litteras patentes acceptationis alternatiuæ conficere?

Re-

Respondeo, quòd cum potissimum fundamentum concessionis alternatiuæ sit, vt Episcopi inuitentur ad residendum in suis Ciuitatibus, & diœcesibus respectiue, vt regula nostra declarat, & satis dixi, in gl. 41. & 43. Ideò Papa vult, quod huiusmodi residẽtia incipiat
80 ab acceptatione † alternatiuæ, & quòd litteræ acceptationis dentur in propria Ciuitate, vel diœcesi, aliàs nihil fiat. Principium namque
81 cuiuslibet † actus potissima pars est. l. 1. ff. de origin. iuris. Rota decis. 11. nu. 2. de iurepatr. in antiquis. Et ea, quę bono inchoata sũt prin
82 cipio † bono peraguntur exitu. c. principatus 1. q. 1. Dixit etiam Bald. in l. fi. n. 4. C. de verb. signif. quòd qui malè incipit, malè finit. Ac secundum Philosophi sententiam error paruus in princ. est maximus in fi. tradit Molina de Hisp primog. lib. 1. c. 2. à n. 8. Et qui ponit initium debet supplere vsque ad fi. c. nullus Episcopus de consecr. dist. 1. c. 1. de donat. Sic et in casu nostro Episcopi ab acceptatione alternatiuæ, debent incipere cum animo, & effectu residendi, vt benè prosequantur vsque in finẽ, in ipsius residentiæ continuatione, & ex illo principio, animum perseuerandi insinuent.

Sed quæro primo. An in ipsis litteris acceptationis alternatiuæ, sit apponẽ-
83 dus locus † loci, veluti in tali Domo, seu loco talis Ciuitatis, vel Castri, aliàs non valeant?

Pro parte affirmatiua, quòd sit apponen-
84 dus † locus loci est decisio Rotæ 6. de fide instrumen. in antiquis, dicens quòd in instrumẽtis sit apponendus locus loci, plenè. Bart. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. n. 2. & 3. & ibi additio quãplures allegans. ff. de nou. operis nunciatione. Abb. in c. 1. sub n. 3. & ibid. additionator, in verbo, *locus*. de fide instru. & tradunt omnes in eod. c. 1. Roland. à Valle, cons. 38. nu 7. lib. 1. Rebuff. in 1. tomo Constit. Francię, tit. de litt. obl. art. 4. gl. 2. n. 5. Caputaq. decis. 98. par. 2. Rota decis. 1156. n. 2. lib. 3. par. 3. diuers. Cæsar de Grassis, alias plures Rotæ decis. referens decis. 1. n. 9. de dolo, & contumacia, & facit lex 13. ibi, *el lugar, ò casa*. tit. 25. lib. 4. recopil. Menoch. de præsum. lib. 2. præsum. 84. num. 2. cum sequentibus, vbi plenè, dicens ita seruari, & practicari.

Facit etiã tex. in Clem. 1. §. nos itaque de Iureiur. vbi probatur, quòd in consecr. Imp. apponitur locus loci, & notat ibi, Vital. n. 16.

Sed nihilominus ego contrarium verius esse puto, quia regula nostra, quæ certam formam conficiendi huiusmodi litteras cõstituit, de tali insertione loci, nihil dicit
85 † ad tex. in l. Item, apud §. ait prætor. ff. de iurijs. c. ad audientiam, de decimis.

Itẽ quia istæ litteræ patẽtes ab instrumẽtis differũt, vt scripsi in gl. 59. n. 18. & gl. 61. n. 25.

Item quia vidi seruari, quòd quãuis huiusmodi litteræ non contineant locum loci; nihilominus admittuntur per Dominũ Datarium, si aliàs habent alia requisita regulę nostræ, & sic ista praxis, & obseruantia est optima interpres. l. cũ de interpret. ff. de legib.

Et hoc à fortiori locum habebit in litteris patentibus ab Episcopis Hispaniæ transmissis, quia in Hispania de vniuersali, & antiqua
86 consuetudine seruatur, † quòd sola appositio loci sufficiat, nec sit necessarius locus loci. Caputaq. decis. 98. nu. 1. par. 2. Cęsar de Grassis decis. 1. nu. 7. & 8. de dolo, & contuma. Orosius, in l. si quis §. tabularum. ff. de ædendo. n. 51. Acebed. in l. 13. tit. 25. lib. 4. recopilat. & faciunt tradita à Couarr. in practicis qq. c. 20. n. 3. Consultius tamen erit, quòd pro maiori cautela in istis litteris patentibus apponatur etiam locus loci.

Secundo quęro, quid, si sint datę huiusmodi litterę patentes in loco
87 exempto † diœcesis? Respondeo, quòd validæ erunt, vt concluſi, in glos. 43. q. 7. per totam, ex num. 180. cum sequentibus, & in q. 8. dixi, quãdo Ciuitas veniat diœcesis appellatione.

Tertio quæro, vtrũ præsumatur, quòd alternatiua sit acceptata? Con-
88 clude, quòd non, † cum acceptatio sit facti, & requirãtur omnes solemnitates per reg. nostram assignatę; Factum autem nõ præsumitur, nisi probetur. l. in bello. §. facti. ff. de capti. & postlim. reuersis. l. quæcunque. §. fin. ff. de public. l. ad seueratio. C. de non nu. pecunia. Caputaq. decis. 11. n. 5. par. 1. latè Mascar. de prob. concl. 332. n. 3. cum seqq. Menoch. de præsum. lib. 6. præsum 14. n. 1. & per totã, vbi plene, & est expressa decisio Mohedani, in terminis 18. ante n. 1. & n. 1. de præben. Vbi fuit resolutum, quòd non præsumatur acceptata alternatiua, nisi constet de notabili expensa facta ratione acceptationis.

Vnde fundans se, in alternatiua illius acceptationem probare tenetur. Quæ probatio fieri debet, aut per ipsum librũ Datariæ, vbi tales acceptationes describũtur. Et si forsan talis liber inueniri non posset, probatio acceptationis fieri posset per testes deponentes, de quasi possessione conferendi in mensibus alternatiuæ vigore concessis, aut alijs legitimis modis, vt fuit decisum in Astoricen. Archidiaconatus 3. Decemb. 1571. Coram Illustriss. D. Seraphino, & tradit R. P. D. Germonius, in tract. de Indultis. §. volumus. n. 27. 32. & 33. & vide quę scripsi in gl. 45. §. 2. ex n. 49.

Quarto quæro. An sit necessaria expeditio litterarum dictæ alter-
89 natiuæ † acceptatæ?

Videtur, quòd sic, quia ita firmant Puteus decis. 387. lib. 3. & decis. 488. nu. 6. lib. 2. Mohedanus decis. 3. de rescriptis. Simonetta iũcta additione, in suo tract. de reseru. quæst. 71. nu. 6. Fla. Paris. de resig. benef. li. 10. c. 1. n. 25.

Ità

30 Ità vt ante expeditionē litterarū † minimè suffragaretur acceptatio dictæ alternatiuæ, quāuis iā esset signata supplicatio. Mohedan. d. decis. 3. de rescriptis. Puteus decis. 387. lib. 3. Licet nonnullæ aliæ decisiones reperiantur in contrarium, vt patet in decis. 251. lib. 2. p. 3. diuers. & decis. 306. lib. 3. eadem par. 3. diuersor. & Flaminius Parisius sibi contrarius de resigna. benefic. lib. 7. cap. 21. nu. 23.

31 Nihilominus hodie † tenendū est, quòd nulla sit necessaria expeditio litterarū, sed quòd dūtaxat seruetur forma regulæ nostræ, & ita notissima praxis obseruat.

Ratio est, quia de tempore antiquo, quan-

32 do † factę fuerunt dictæ decisiones, non concedebatur alternatiua per regulam nostram, nec per legem generalem, vt nūc: sed per gratias particulares, & Episcoporum supplicationes, vt dixi in declaratione litteræ nostræ regulæ. n. 3. & 4. & in gl. 31. n. 15. Et ideò mirū nō erat, si esset necessaria litterarum expeditio, obstante reg. de non iudicando, iuxta formam supplicationis.

Cęterū cum hodie per regulam nostram concedatur gratia alternatiuæ, & certa forma illam acceptandi constituatur: nec sit necessaria vlla supplicatio, nec alia concessio, nec dicatur, quòd fieri debeat aliqua litterarum expeditio, cessat prorsus dubitandi occasio, ac tangam in glos. 65. nu. 19.

Quinto quæro quænam sit formula istarum litterarum patentiū?

33 Dico † quòd Paulus Fuscus in suo tractatu de visitatione libro 2. cap. 28. nu. 33. formam constituit huiusmodi.

Formula litterarum acceptationis Alternatiuæ.

N. E. T. beneficium, & gratiam alternatiuæ per regulam nouissimè editam Cancellariæ Apostolicæ à Sanctiss. D. N. Domino Gregor. XIII. Pontif. Max. nuper concessam, & promulgatā Romæ in eadem Cancellaria Apost. ann. incarn. Domini 1572. die verò Iouis 26. mensis Iunij Pontificatus sui anno primo, debita qua decet reuerentia, & gratiarum actione, acceptare volentes, & intendentes: Harū serie, animum, & voluntatem nostrā declarantes, præfatam gratiam alternatiuæ acceptamus, &c. In quorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes nostras (iuxta præfatæ regulæ dispositionem) patētes litteras manu nostra propria subscripsimus, & nostro in similibus solito sigillo imprimi, ac per infrascriptum secretarium nostrum scribi iussimus, & ad R. Dom. Datarium Sanctitatis suæ trasmitti curauimus. Datum, &c. cum subscriptione, & sigillo, anno, mense, & die, & subscriptione eiusdem Secretarij.

Potior tamen videtur formula sequens.

Nos N. Archiepiscopus, &c. Intendentes, & volentes obseruare regulam reseruatoriam mensium Apostolicorum Sanctiss. D. N. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. Nec non frui gratia, & beneficio alternatiuæ, Episcopis apud Ecclesias, aut diœceses suas verè, & personaliter residentibus, per eandē regulam concessæ. Propterea humiliter, & debita cū reuerentia, ac omni meliori modo, quo possumus, & debemus, libenter præfatam alternatiuæ gratiam acceptamus, ac ea vti velle declaramus, in cuius voluntatis, acceptationis, & declarationis fidem, præsentes patentes litteras per nostrum secretarium, & Apostolicum notarium scriptas, nostra manu propria subsignamus, sigillique nostri soliti impressione muniri facimus, & eas ad Illustriss. & Reuerendiss. Dominum eiusdem D. N. Papæ Clementis VIII. Datarium transmittere curabimus, iuxta formam, & ad effectū, de quibus in prædicta regula. Dat. in ædibus nostris, vel in tali loco huius nostræ Ciuitatis, vel Diœcesis, sub tali anno, die, & mense, testibus ad præmissa vocatis, & præsentibus N. N.

Deinde apponatur subscriptio ipsius Episcopi, nec non solitum sigillum imprimatur.

Postmodum dictus Secretarius, & Notarius hanc fidem faciet.

Et quia ego N. authorit. Apost. Not. &c. ac Secretarius præd. Reuerēdiss. Domini mei Archiep. dictas patentes litteras manu propria scripsi, & omnibus supradictis, vnà cum dictis testibus interfui. Ideò hoc præsens publicum fidei, ac testimonij Instrumentum signaui, & subscripsi meis solitis, & consuetis signo, & subscriptione in præmissorum fidem.

Quamuis enim plura ex supradictis necessaria nō sint, veluti descriptio, & subscriptio, ac fides Notarij, & Secretarij: nec testiū appositio, aut interuētio, ex his, quę diximus in glossis præcedentibus. Præsertim in gl. 61. ex n. 24. cū seqq. Nihilominus potiori pro cautela, & vt facilior sit recognitio per Dominum Datarium facienda, vt in gl. 64. dicemus: Ità fieri opportunū erit: Et de fide recognitionis per Dominum Datarium danda, vide in dicta gl. 64. in fine.

Summaria Glossæ 63.

1 *Litteræ patentes acceptationis alternatiuæ sunt transmittendæ huc ad Datarium.*

2 *Litterarum patentium transmissio, an fieri debeat cum Nuntio proprio, & nu. 6.*

3 *Nuntius proprius, & specialis est mittendus, in re graui.*

Nun-

4 *Nuntius personæ priuatæ, an possit esse generalis.*
5 *Nuntius specialis, an requiratur in contractibus inter absentes.*
6 *Nuntij missio, non est de substantia actus.*
8 *Patentium litterarum transmissio, si fit, non curatur de modo.*
9 *Obseruantia quamplures effectus parit.*
10 *Acceptatio alternatiuæ, non fit per Nuntium, sed ab eodem Episcopo.*
11 *Mandatum expressum, an requiratur ad præsentandum coram Datario litteras acceptationis.*
11 *Lex si non dicit, nec nos dicere debemus.*
12 *Procurator præsumitur Episcopi, qui præsentat litteras patentes acceptationis, coram Domino Datario.*
13 *Scripturas portans de longinquis partibus, præsumitur contentus in illis.*
14 *Mandatum tacite datur, quando Episcopus scribit ad aliquem, quòd litteras suæ acceptationis præsentet.*
15 *Mandatum præsumptum ex pluribus inducitur, & num. 19.*
16 *Mandatum non requiritur ad impetrandum rescripta gratiæ, nec iustitiæ nomine absentium.*
17 *Rescripta iustitiæ de iure communi impetrari non possunt, absque speciali mandato, & quid sit hodie. num. 18.*
20 *Mandatum datur per litteras missiuas: Necnõ reuocatur.*
21 *Mandati de defectu ad præsentandũ litteras opponere nequit Episcopus, nec prouisus ab illo.*
22 *Pœnitere an possit Episcopus, postquam transmisit litteras patentes acceptationis.*
23 *Pœnitentiæ semper est locus in cõtractibus, quãdo non est actus conclusus.*
24 *Factum nihil esse dicitur, dum aliquid addendum superest.*
25 *Perfectus nõ dicitur actus, quando aliquid deficit, & num. 26.*
27 *Plenitudo non indiget repletione, & n. 28.*
29 *Soluisse nihil videtur, qui totum non soluit.*
30 *Purgatum non est attentatum, nec spolium, nisi sint purgata vsque ad obolum.*
31 *Contractus perfectio consistit in vltimo puncto, & instanti conclusionis.*
32 *Testamenti conclusio, consistit in vno puncto indiuisibili.*
33 *Tractantur plura, quæ non concluduntur.*
34 *Conclusio, non autem tractatus attenditur.*
35 *Acceptata non dicitur alternatiua, quandiù litteræ acceptationis, non sunt recognitæ à Datario.*
36 *Intimatio reuocationis, an sit necessaria, vt sit locus pœnitentiæ, & nu. 48.*
37 *Intimatio non requiritur, quãdo reuocatur Procurator constitutus ad contrahendum matrimonium, vel ad leuandum de baptismo. n. 38. vel acceptandum beneficium. nu. 39. & 40. Vbi idẽ dicitur de reuocatione mandati ad præsentandum dati.*
41 *Intimatio reuocationis non est necessaria, quando solum agitur de damno constituentis procuratorem.*
42 *Reuocationis Nuntij intimatio, non est necessaria, nec epistolarum transmissarum. nu. 43.*
44 *Nuntius, seu Epistola sunt vox propria, & organum Domini, & illum repræsentant. nu. sequenti.*
45 *Nuntius dicitur cornu, seu tuba Domini, per quod, seu quem sonum vocis producitur.*
46 *Consensu deficiente, nulla obligatio cõtrabitur.*
47 *Nuntius longe distat à procuratore, & differentiæ assignantur.*
49 *Illusio, & variatio reprobatur, maximè in personis Ecclesiasticis.*
50 *Reuocationis intimatio, si non fieret in hoc casu, plura inconuenientia resultarent.*
51 *Reuocatio procuratoris non intimata, regulariter non prodest.*
52 *Reuocationis Nuntij, & Epistolæ, requiritur intimatio, quando non agitur de lucro captando, aut ex parte reuocantis, adest dolus, uel culpa, & nu. 53. & 54.*
55 *Datarium ad suæ Sanctitatis, quare litteræ patentes acceptationis sint transmittendæ.*
56 *Datarius repræsentat personam Papæ.*
57 *Datarij per manus omnia, quæ sunt gratiæ transeunt, sine quo nihil fit.*
58 *Datarius non concedit gratias, sed Papa.*
59 *Datarij ad motum, & intentionem, moueri solet Papa.*
60 *Datarius dicitur organũ mentis, & uocis Papæ.*
61 *Datarij munus, & officium excelsius omnibus est, licet Papæ morte expiret.*
62 *Bernardinus Paulinus Datarius laudatur.*

Et litteras ipsas, huc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur. gl. 63.

NON solum Episcopus volens frui alternatiuę beneficio debet illam acceptare, per litteras patẽtes propria manu subscriptas, & suo sigillo munitas, & in propria Ciuitate, vel Diœcesi datas, vt in quatuor præcedentibus glossis scripsi; Sed etiam tenetur illas huc ad Datarium † suæ Sanctitatis transmittere, vt in themate huius glossę continetur. 1

Quæro primo, an ista transmissio debeat fieri cum proprio Nuntio specialiter ad id misso, vel sufficiat transmittere illas cum communi, & ordinario Tabella- 2

bellario, seu Cursore, vel cum alia persona, aliàs ad Curiã, ad diuersa negotia veniente.

Et quidem videtur, quòd debeat esse proprius, & specialis Nuntius. Nàm agitur de negotio graui, ex his quæ dixi in §. 4. proæmiali nu. 21. & ex nu. 25. vsque ad nu. 66.

In negotio autem graui est mittendus Nun
3 tius specialis, † & solemnis, vt tradit Cardinalis per tex. ibi in Clemen. 1. §. nos itaquè notab. 5. nu. 2. de Iur. Iurando.

Item quia Nuntius, saltim personæ priua-
4 tæ, non potest esse generalis, † sed debet esse specialis, Bar. in l. quòd autem §. constituere. nu. 4. ff. de constit. pecunia, & in l. 1. §. quãuis. ff. de procuratoribus, Gundisaluus Villadiego in tractatu de legato par. 3. q. 1. n. 27.

5 Rursus quia Nuntius specialis † requiritur, quando contractus inter absentes consensu partium perficitur, gloss. fin. in l. 1. ff. de contrahen. empt. Alexander in additione ad Bart. in l. consensu, verbo, *quòd oriuntur*, sub n. 2. ff. de action. & obligat.

Hęc autem acceptatio alternatiuæ, est quidam quasi contractus. Put. decis. 88. nu. 1. lib. 3. Acchilles decis. 2. num. 3. super regula de modificand. Indultis, & dixi in gl. 43. quæst. 2. & in gl. 50. n. 5. & gl. 58. Igitur Nuntius debet esse specialis.

Nihilominus veritas est in contrarium, videlicet quòd sufficiat transmittere litteras, siue cum Nun-
6 tio, & Cursore ordinario, & communi: † Siuè cum alia quacunque persona, aliàs ad Curiam veniente. Tum quia regula nostra nihil aliud dicit, nisi quòd litterę patentes transmittantur ad Datarium Sanctitatis suę, & ideò quomodocunque transmissio fiat, satis erit. Nam si aliud regula nostra voluisset, expressisset, vt in alijs requisitis fecit. l. ab hostibu. §. sed quòd simpliciter ff. ex quibus causis maiores. l. 3. ff. de inoff. testam, c. ad audientiam 12. in fin. de decimis.

7 Tum quia Nuntij missio † nõ est de substantia actus. Bal. in l. falsus nu. 22. C. de furtis.

Tum quia si transmissio fit, non est curan-
8 dum † de modo, cum habeamus effectum l. si mater 3. vbi notat Bald. ante nu. 1. C. de Instit. & substit. Romanus cons. 295. sub nu. 2. & dixi in gl. 55. nu. 11. cum sequentib.

9 Tum deniquè, quia ità obseruari † videmus l. quædam, in fine, ff. de reb. dubijs, l. cũ de interpretatione, ff. de legibus, l. sed & Iulian. §. perinde, ff. ad Macedon. cum alijs adductis per Mascar. de probationibus conclus. 1300. nu. 19. cum quatuor seqq.

Neque obstant in contrarium adducta:
10 Quia acceptatio † non fit per ipsum Nuntium, sed ab eodem Episcopo, & ideò litterarum transmissio potest fieri cum quacunque persona: Posset etiam alijs modis responderi, sed consulto omitto, quia necessarium non est.

Quæro secundo, num Agens de Curia, ac deferens præfatas litteras patentes ad Illustriss. Datarium, debeat habe
11 re ad hoc expressum, ac speciale † mãdatum, ac de tali mandato docere? Breuiter cõcludo, quòd nõ, quia lex nostra hoc nõ dicit, & sic nec nos dicere † debemus, tex. in authẽtico de non eligen. secũdo nuben. in §. optime. ibi, *Nec quæ libet est lex aliquid tale dicens*. collat. 1. l. at si quis §. Diuus Marcus. ff. de relig. & sumpt. funer.

Item quia eo ipso, quod aliquis de Curia defert ad Illustriss. Datarium litteras patẽtes acceptationis alternatiuæ, præsumitur, quòd
12 sit procurator † Episcopi acceptantis. Bartol. in l. 3. §. causæ nu. 2. ff. de Carboniano edicto, Iason. in l. 1. nu. 13. C. de procuratoribus. Cassadorus decis. 3. n. 5. eodem titulo. Rota decis. 2. nu. 5. lib. 1. parte 3. diuersorum, Alciatus de præsumptionib. regula 1. præsumpt. 33. nu. 3.

Sicut & retinens, vel portans † scripturas,
13 etiã de longinquis partibus, cẽsetur esse cõtentus, & nominatus in illis: nec potest illi opponi, quod nõ probat esse contentũ in illis, Bald. in l. si qua per calũniam. n. fin. ver. *vltimo inducitur hæc lex*. C. de Episcop. & Clericis. Abbas in c. corã 34. n. 11. de offic. delegati. Felin. in c. 2. nu. 27. de testibus, Imol. in Clemen. 1. nu. 14. de procurator. Boherius cũ pluribus, decis. 154. num. 1. & sequentibus, Gregor. Lopez in l. 21. gloss. 1. titulo 5. Partita. 3. Antonius Gomezius in l. 45. Tauri. num. 144. ad finem. Acebedus in l. 3. num. 9. titulo 13. libro 4. recopilat. Alciatus d. præsumptione 33. num. 2. reg. 1. Menochius in eodem tractatu lib. 2. præsumptione 35. per totam.

Rursus, quia statim, quòd Episcopus mittit litteras patentes acceptationis, ad aliquem de Curia, vt illas ad D. Datarium deferat, satis eum ad hunc effectum procurato-
14 rem, † constituit. Iason in d. l. 1. numer. 13. vers. *Ita per concessionem Instrumentorum*. C. de procuratoribus, & post Ioann. Andream, & Baldũ, tradit Butrius in dicto cap. coram, numer. 2. in fine, & Felinus numer. 9. vers. *limita primo*. de officio delegati. Marsil. in l. qui falsam num. 120. ff. de falsis. Romanus consilio 446. incipit, *primus*. num. 10. & in singulari 637. Alciatus de præsumptionibus regul. 1. præsumptione 33. num. 4. Menochius in eodem tractatu de præsumptionibus libro 2. præsump. 34. ex num. 3. Rebuffus in tractatu nominationum quæst. 14. num. 110. Caputaquen. decisione 183. nu. 3. & decis. 185. nu. 6. par. 2.

Sicut etiam ex pluribus actibus, ex quibus appareat de scientia, & tollerantia Domi-
15 ni, inducitur mandatum præsumptum, † quod sufficit, licet de expresso non appareat, vt tradunt plenè Vantius de nullitatibus

cap. finali num. 47. & num. 100. cum sequentibus. Mascardus de probationibus concluſ. 1171. incipit, *pensionem soluens*, num. 1. & per totam. Menochius de præsumptionibus libro 2. conclusione 33. per totam; Rota decisione 21. de causa posſeſſ. in antiq. Puteus decisione 27. num. 4. libro 1. & decisione 277. ac decisione 378. eodem libro 1. & decisione 214. lib. 2. & decisione 299. per totam libro 3. Acchilles decisione 17. de procuratoribus, & decisione 3. num. 2. & 3. de in integrum reſtit. & decisione 7. num. 2. & 18. num. 2. de dolo, & contum. Cæsar de Grassis decisione 2. & 3. de procuratoribus, & decisione 6. num. 6. de probationibus. Caputaquen. decisione 190. num. 4. parte 1. Rota decisione 8. ex num. 8. & decisione 32. num. 2. parte 2. diuerſ. & deciſ. 586. nu. fin. par. 3. diuerſ.

Hinc prouenit, quòd ad impetrandum nomine abſentium quæcumque reſcripta, † tàm gratiæ, quam Iuſtitiæ, inualuit ſtylus Curiæ, quòd nullum ad id mandatum exigatur, Rota iuncta additione, decisione 34. num. 3. de reſcriptis in nouis. Caſſadorus decisione 1. nu. 4. de procuratorib. Vantius de nullitatibus titulo de nullitate ex defectu Iuriſdictionis nu. 87. Rebuffus in praxi titulo differen. inter reſcripta gratiæ, & Iuſtitiæ ex nu. 18.

Licet quoad reſcripta Iuſtitiæ ſit neceſſarium mandatum ſpeciale de iure communi, † vt in c. nonnulli, & ibi gloſſa verbo, *ſine ſpeciali mandato*, & Felinus, ac omnes de reſcriptis.

Quod etiam hodie admittetur in nonnullis † caſibus, de quibus per Creſcen. deciſ. 10. de procurat. Puteum decisione 87. lib. 1. Caputaquen. deciſ. 6. nu. 2. par. 2.

Ratio tamen dicti ſtyli, & praxis Curiæ ex eo poteſt procedere, quòd eo ipſo quòd quis pro alio impetrat aliquod reſcriptũ gratię, aut Iuſtitiæ, ac in tali impetratione pecunias expendit, ac laborẽ ponit: reſultat † mandatum præſumptum, quia creditur ordinem, & mandatum illius habere. Nam aliter non iactaret tempus, pecuniam, & laborem. Acchilles decisione 3. nu. 2. Caſſadorus deciſ. 1. nu. 1. verſ. *quod videtur declarari*, de procuratoribus. Rota deciſ. 8. nu. 8. par. 2. diuerſ. Puteus deciſ. 27. & deciſ. 171. lib. 1.

Ad quod ſufficiunt litteræ miſſiuæ, ſeu epiſtolæ, per quas rectè datur † mandatum. l. 1. §. ſi procuratorem ff. de procuratoribus. Clemen. 1. eodem titulo. Acchilles deciſ. 17. nu. 2. de procuratoribus. Caputaquen. deciſ. 183. nu. 1. & deciſ. 185. n. 8. par. 2. Prout etiam per litteras miſſiuas reuocatur mandatum, vt plene per Flaminium Pariſium de reſignatione lib. 9. q. 28. nu. 1. & per totum.

Quo fit, vt cum Epiſcopus, qui acceptauit alternatiuam, ſemper mittat litteras patẽtes acceptationis ad agentem de Curia, cum ordine, vt eas coram Illuſtriſſ. Datario præſentet, quòd ex tali tranſmiſſione, & ordine reſultet præſumptum mandatum; Ità vt non ſit neceſſe docere de alio mandato expreſſo, nec ſpeciali, nec generali.

Ex quibus, cum quidam Epiſcopus memoratas litteras patentes tranſmiſiſſet ad certam perſonam de Curia, abſq; alio mandato procuratorio: & illa perſona eaſdẽ litteras præſentaſſet coram D. Datario: qui illas recognouit, ac approbauit ad finem mẽſi Auguſti: Et deinde in principio menſis Septembris vacaſſet vnum beneficium, quod d. Epiſcopus contulit vni: & Papa cõtulit alteri, tanquã reſeruatũ, ratione menſis Septem. vigore alternatiuę, acceptatæ. Dũ prouiſus ab Ordinario opponeret, † quòd acceptatio alternatiuæ non habuerat effectum, ex eo quòd dicta perſona de Curia, qui litteras patentes coram D. Datario præſentauit, ſufficienti mãdato carebat. Cõſultus ego de hoc reſpondi, huiuſmodi exceptionem non releuare, quia quatenus ad hoc eſſet neceſſariũ mandatũ, ſatis de mandato præſumpto, ex ſupradictis conſtabat.

Quæro tertio, vtrum Epiſcopus poſtquam tranſmiſit litteras patentes, ante tamen receptionem, & approbationem Datarij, poſſit pœnitere, ac dicere, quòd non vult acceptare dictã alternatiuam? Reſpondeo, quòd † ſic, quoniam in contractibus, & quaſi cõtractibus, prout eſt iſta acceptatio alternatiuæ, vt dixi in principio huius gloſſæ nu. 5. Semper eſt locus pœnitentiæ, † quandiù acceptatio non eſt perfecta, & contractus omnino concluſ. l. qui abſenti. ff. de. acquir. poſſ. l. abſenti. ff. de donation. cap. Si tibi abſenti de præb. lib. 6. & plenè ſcripſi ſuper gl. 26. n. 6. cũ multis ſequentibus, & in gl. 12. ex nu. 84.

At verò in noſtro caſu, iſta acceptatio alternatiuæ, nondum eſt concluſa, ex quo D. Datarius litteras nõ recepit, examinauit, ac recognouit: nec Epiſcopus gaudere poteſt alternatiuæ beneficio, ante dictã recognitionem, vt regula noſtra declarat: Igitur pœnitentiæ locus erit.

Comprobatur, quia nihil factum eſſe dicitur, † dum aliquid addendum ſupereſt l. cũ Sillanianum in fine C. de his quibus, vt indig. vbi Bal. n. 2. l. ſoluendo. ff. de verbor. ſignif. c. 1. de baptiſmo. c. nihil 7. q. 1.

Nec dicitur actus perfectus, † quando eſt partim factus, & partim nõ, vt ad ſenſum rationis clariſſimè patet, & probat tex. in l. 2. ibi, *quia ipſi animaduertunt aliquid deeſſe*, ff. de origine Iuris.

Quia rei perfectę nihil poteſt † ſuperaddi. l. 2. & ibi notat Bal. C. de vindicta libertate. Bal. in l. vnica. §. his ita nu. 3. C. de caduc. tollend. Neguſa. conſ. 72. nu. 10.

Sicut

27 Sicut plenitudo repletione † non indiget. c. si omnia. 6. q. 1. Rota decis. 32. n. 5. de concess. præbend. in antiq. & plura tradit Tiraquel. de vtroq. retrac. §. 4. gl. 1. n. 16. & in l. si vnquã §. fin. nu. 10. C. de reuocand. donation. & dixi in gloss. 13. nu. 69.

28 Ac plenum dicitur, cui nihil † addi potest, cuiq. nihil deest, l. Iulianus la 1. §. fin. ff. de rei vendica. l. huius §. ædes ff. de legat. 1. Tiraq. de retractu conuentionali gl. 1. & vnica n. 40.

29 Hinc nihil videtur soluisse, † qui totum nõ soluit l. hæredes. §. in illa. ff. famil. herciscundæ. Nec videtur edisse, qui totũ non edidit l. si defensor. ff. de interrogat. actionibus l. ex clausula. ff. iudicatum solui, Speculator in 2. par. tituli de Instrument. editione §. dicto de impugnatione, num. 6.

Nec dicitur purgatum spolium, aut attentatum, † nisi sint purgata vsq. ad vltimum nu-
30 mum, quadrantem, aut obulum, Acchilles de Grassis decis. 2. nu. 7. ad fin. de locato, & decis. 17. de restit. spoliato. Cęsar de Grassis decis. 150. n. 4. & 8. par. 1. & decis. 276. n. 5. par. 2. & decis. 171. & decis. 176. & 184. par. 3. Puteus decis. 56. n. 12. lib. 1. & decis. 298. lib. 2. Pontanus de spolio lib. 4. cap. 14. n. 61. cum alijs per Lancellot. de attent. 3. par. cap. fin. num. 78. & 85. & 176. & 191.

Rursus quia validitas, perfectio, & consummatio cuiuscunq. contractus consistit in illo
31 vltimo † puncto, & instãti conclusionis, a quo cõtractus, & quilibet actus vim capit, & vtraque pars obligata remanet l. contractus, ibi, *& postremo à partibus absoluta sint*, vbi notat Bartol. n. 4. & 5. & ibi Salicet. q. 5. ad finẽ vers. *item dicit*, Fulgos. n. 5. Castrensis. n. 7. C. de fide Instrum. l. fin. C. plus valere, quod agitur, Bal. in l. item quęritur §. qui completo, notabili 6. ff. locati, Cagnolus in l. lecta nu. 129. & 157. ff. si cert. petat. & in l. fin. nu. 266. C. de pactis. Rota decisione 756. nu. 6. 7. & 8. par. 1. diuersor. Antonius Gomezius in l. 3. Tauri nu. 107. ad finem.

32 Sicut & conclusio testamenti † stat in vno puncto indiuisibili, ad quod quando testator non deuenerit, nihil dicitur actum l. si is qui ff. de testam. l. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testamentis l. ex testamento. C. de fideicom. libertatibus. Oldradus cons. 119. incipit *Titius facit testamentum*, num. 1. & 2. Parisius cons. 67. num. 35. lib. 3. Soccinus cons. 92. num. 10. lib. 3. Antonius Gomezius in l. 3. Tauri nu. 105. 106. & 107. & 112. Tellus Ferdinandez ibidem. 2. par. nu. 19. ad fin. Acebedus in l. 1. nu. 64. & in l. 2. nu. 58. & 59. & 63. titulo 4. lib. 5. recopilation. Iason in l. 1. num. 30. & Ruinus ibidem num. 4. ff. de legat. 1. Crescen. decisione 3. de testamen. per totam, Ayora in tractatu de partitionibus 3. parte quæst. 23. Rota decisione 173. num. 6. par. 2. diuersorum, plenè Decius cons. 48. incipit, *in causa & lite sub* nu. 9. & nu. 10. 11. 12. & sequentibus.

Quam plura enim incipiuntur, & tractan-
33 tur, † quæ tamen non concluduntur l. si ex causa §. nunc videndum in fine ff. de minoribus l. sciendum. §. 1. ff. de edilitio ædicto, cap. dudum de rebus Ecclesiæ non alienan. Bald. in l. multum interest ante num. 3. C. si quis alteri, vel sibi, Decius in cap. finali in fine de præbendis, Rebuffus ad concordata Franciæ in rubrica de constitutionibus in gloss. verbo, *tractatus*, in principio, Decius consilio 119. num. 1. post principium, & consilio 488. numer. 10. cum sequentibus, Aimon consilio 202. numer. 9. Parisius consilio 15. num. 15. lib. 4. Rota decisione 104. numer. 6. parte 1. diuersor. Menochius de præsumptionibus lib. 1. q. 23. à nu. 1.

34 Ac propterea sola conclusio † attenditur, ac obligationem inducit, & non quod tractatur, & dicitur l. si voluntate C. de rescind. vendit. c. tua de his, quæ fiunt à Prælato, Alexander consilio 13. numer. 16. in fine, & consilio 18. numer. 2. & consilio 28. numer. 3. lib. 1. Puteus decisione 39. libro 2. Rebuf. vbi supra vers. *nec aliquod Ius ex tractatu quæritur*, Caputaquen. decisione 16. num. 2. & decisione 92. numer. 1. parte 3. Puteus decisione 39. lib. 2. & faciunt tradita in gl. 45. §. 2. n. 31.

Vnde cum dicta acceptatio facta per Episcopum ante litterarum patentium recognitionem, & approbationem, ac descriptionem in libro, ad id deputato per D. Datarium
35 faciendam, non dicatur vera † acceptatio, sed quodam Initium acceptationis, seù præãbulũ, aut tractatus. Et effectus acceptationis, ac cõclusio consistat in illo puncto, & instanti recognitionis, approbationis, & descriptionis: Sequitur, quòd interim erit locus pœnitentię, & quod Episcopus acceptans recedere poterit.

Quarto quæro, an ad hoc, vt sit locus pœnitentiæ, & acceptatio alternatiuæ non teneat, vt diximus in quæstione præcedenti, sit necessaria intimatio pœni-
36 tentiæ, † & reuocationis, facienda, vel personæ de Curia, ad quam fuerunt transmissæ litteræ patentes, vt defferret ad D. Datarium, vel ipsimet D. Datario, ante recognitionem dictarum litterarum.

Ista quæstio, profecto talis est, quæ meritò quamplures deberet implere columnas; Ego verò, quia tempus mihi defficit, breuiter illam expediam.

Pro parte negatiua, quòd nõ sit necessaria intimatio, insurgit Primo dispositio text. in cap. finali de procuratoribus in 6. Vbi probatur, quòd tenet reuocatio procuratoris
37 constituti ad matrimonium † contrahendum, quamuis intimata non sit, & ideò contra-

ctus matrimonij sit nullus, licet tã procurator, quã ea, cũ qua contraxerit reuocationem huiusmodi penitus ignorent, vbi omnes tradunt, & concordat. l. 5. in fine. titulo 2. Partita 4. Burgos de Paz cons. 5. à nu. 6.

Et d. textus dispositio ampliatur, vt procedat in cognatione spirituali, † & emãcipatione, & in alijs casibus, de quibus late per Felinum, in cap. ex parte Decani. num. 9. 10. & 11. ac 13. de rescript.

Secundo, quia nõ est necessaria intimatio reuocationis mãdati cõcessi, ad acceptandũ † pro me aliquod beneficiũ mihi absenti collatũ, & reuocatio non intimata impedit actũ acceptationis gerendum. Lapus in c. fin. de procurat. in 6. nu. 3. Geminian. ibid. in §. fi. n. fin. in fine. Franchus. n. 8. in fi. Imo. in Clem. 1. sub nu. 8. vers. *aduertè tamen.* de renũciatione. Pro quo etiam est Rota decis. 111. de procuratoribus in antiquis, vbi dicitur, quòd si aliquis fecit procuratorem ad acceptandum beneficium, si secundo facit alios procuratores, videtur † reuocare primum, posito quòd non sit certioratus.

Sicut etiam, nõ est necessaria intimatio reuocationis mandati dati ad præsentandum, vt post Castr. & alios, concludit Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 4. principali. art. 14. nu 1. & per totum.

Tertio, quia quando solum agitur de damno, aut præiudicio constituentis, nõ est necessaria intimatio † reuocationis, aut pœnitentiæ. Rota d decis. 111. de procuratoribus in antiquis, ibi, *quia ex quo agitur de præiudicio constituentis, non inspicitur si procurator reuocatus sit certificatus.* Felin. in d.c. ex parte Decani. nu. 18. de rescriptis: Vbi alios plures allegat. Cassador. decis. 2. nu. 14. de appellat. At verò ista acceptatio alternatiuæ dumtaxat respicit cõmodum, & fauorem Episcopi, cum per illam amplietur sua conferẽdi facultas, & Apostolica diminuatur, vt notum est, ac dixi in gloss. 45. §. 1. nu. 66. ergo.

Quarto, quia reuocatio Nuntij tenet ante † intimationẽ factam de reuocatione, tex. in l. si pater, in principio, ibi, (*sin autem ignorante filio, vetuisset pater per nuntium, & antequam certior fieret, seruum manumisisset, liber non fit.*) ff. de manumiss. vindicta, vbi in casu adeò fauorabili, prout est libertas probatur, quòd si Pater permiserit filio, quòd seruum manumitteret, & postmodum tale mandatum reuocauit, & filius ante reuocationem sibi intimatã (ignorans de illa) seruum manumisit, quòd manumissio non tenet. Imola in cap. mandato. nu. 7. post princip. de procurator. facit etiam gl. finalis in Clemen. 1. vers. quare dicunt alij, de renunciatione. Bald. in cap. audita, sub nu. 3. vers. *quæro quid in nuntio.* de restit. spoliat. Geminianus in dicto cap. fin. §. fin. sub num. 2. de procurator. in 6. Felinus, in d.c. ex parte Decani, sub num. 18. vers. *fallit 6.*

Prouc etiam litteræ, seu epistolæ obligatoriæ † transmissæ, possunt reuocari † ante receptionem, quamuis reuocatio prius intimata non fuerit, vt scripsi in glos. 26. num. 17. cum sequentibus.

Ratio est, quia Nuntius, seu Epistola sunt nudum ministerium, & vox, pica, & organũ, † Domini. tex. in l. & licet 15. & ibi glos. verbo. *ministerium.* ff de constitu. pecunia. vbi Bald. & cæteri notant, gl. verbo. *potes.* in l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi. Imola in dicto c. mandato, sub num. 7. post principium, vers. *& ratio est.*

Repræsentant vtique litteræ missiuæ, † & Nuntij, personam mittentis. l. nuda, vbi Bartol. num. 1. ff. de donationib.

Et Nuntius nihil proprio animo facit, sed Domini, cuius verbum portat in ore suo. Baldus in d. c. audita, sub nu. 3. vers. *quæro quid in nuntio.*

Sic etiam Nuntius dicitur cornu, seu tuba Domini, per quod, seu quam, sonum vocis ipsius Domini producitur, vt argum. l. labeo, ibi, *in sono quodam.* ff de suppellectili legata, docet Felinus in dicto cap. ex parte Decani, ante num. 19. vers. *intellige secundo.*

Defficiente igitur cõsensu Domini per pœnitentiam, vel reuocationem, etiam non intimatam, abest intellectus, † vox, & organum Domini, sine quibus nulla obligatio contrahitur. l. non figura litterarum 38. vbi tradunt omnes. ff. de actionibus, & obligationibus. l. Diuus 24. ff. de milita. testam. Ioannes Andr. in cap. finali, post principium, in verbo, *procurator*, ante numerum primum de procurator. in sexto, & Geminianus ibidem §. finali. numero secundo vers. *& ratio est, quia nuntius, vel epistola.* Felinus in dicto capitulo ex parte Decani, sub numero octauo, vers. *fallit sexto.* de rescriptis. Gundisaluus Villadiego in tractatu de legato, tertia parte, quæstione prima, numero 19. & 20.

Vnde Nuntius longe distat † à procuratore, quia nuntius nihil facit animo proprio, sed Domini: nec concipit verba, in personam suam, sed in personam Domini: & loquitur non à se: sed vt organũ, tuba, & vox Domini. Nec consideratur consensus eius, sed solius Domini: & stante Nuncio acquiritur Domino immediate per se ipsum, & non per Nuntium. Quæ omnia aliter se habent in procuratore, quia in actu gerendo, procurator concipit verba in personam propriam, nominando tamen Dominum. Item habet vocem, & organum, ac animum, & consensum proprium, & ex persona sua acquirit Domino, mediate, tamen l. 1. & ibi glos. verbo, *sed verius.* Bart. & om-

omnes ff. de procuratoribus. gl. in verb. *potes.* in d. l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi. Bald. Imola, Gemin. Felin. & Villadiego in locis nuper citatis. nu. præcedenti.

Prædictis tamen non obstantibus affirmatiua sententia, scilicet, vt sit necessaria notitia, seu intimatio in casu
48 de quo agitur, verior, † & tenenda mihi videtur, per tex. in Clem. 1. de renunciatione. Dicit enim, *cum illusio, & variatio in personis Ecclesiasticis* † *maxime sint vitandæ: Præsenti constitutione sancimus, vt si quis ad cedendum cuilibet beneficio procuratorem sponte, ac libere constituerit, & ipsum ignorantem postmodum duxerit quomodolibet reuocandum, teneat cessio facta per eum antequam ad ipsius, vel illius, in cuius manibus cessio fuerit facienda notitiam, reuocatio huiusmodi sit deducta.* de
49 cuius tex. interpretatione vltra Ordinarios vide plenè Flaminiũ Paris. de resignat. lib. 9. quæstione vigesimaquinta, ex nu. 12. vsque ad num. 55.

Cũ igitur in nostro casu militet ratio prę mialis. d. tex. videlicet, quòd illusio, & variatio in personis Ecclesiasticis maximè sit vitãda, quia minime est tollerandum, quòd Pont. Max. illudatur per Episcopos sub colore prę-
50 tensæ reuocationis, & inde maxima † inconuenientia oriantur, quia Papa prouidebit in mensibus Martij, & Septembris credens esse reseruatos, & desinet prouidere in mensibus Februarij, Aprilis, & Augusti, & Octobris, putans esse ordinarios. Ac Episcopi hac via infinitas fraudes committere possent, modò dicendo, quòd gaudent alternatiua, quia illã ac ceptarunt, modo negando gaudere, quia acceptatio nõ tenuit, ex eo quòd reuocata fuerit in tempore, & sic infinitæ lites inter prouisos Apostolicos, & Ordinarios suscitarentur. Meritò dicẽdum est, quòd nisi præcedat dicta intimatio, pœnitentia, seu reuocatio non teneat, vt tradit Mandos. cons. 18. nu. 18. in fi. & nume. 19. & faciunt quæ scripta relinquo in glo. 43. an. 43.

Rursus quia regula generalis est, quòd re-
51 uocatio † Procuratoris, vel actoris, non intimata non releuat, vt probat tex. in l. si mandasset. ff. mandati, & in c. mandato de procur. & in d. c. ex parte Decani de rescriptis, & in d. Clem. vnica de renunciat. Felin. in d. cap. ex parte Decani. n. 7. & 8. Cassad. decis. 2. nu. 13. de appell. Caputaq. decis. 224. par. 1. & decis. 110. parte 2. Vantius de nullitatibus ex defectu mandati, ex nu. 159. cum seqq. ac dixi in glos. 56. nu. 124.

Vnde cum sit regula generalis, quòd requiratur dicta intimatio reuocationis, & mutationis volũtatis: & inter vndecim limitationes, quę a dicta regula excipiũtur (de quibus per Felinum, in dicto cap. ex parte Decani ex num. 10. vsque ad num. 22.) Talis exceptio, sicut ista de qua agitur, nõ inueniatur. Concludendum est necessariam fore memoratam intimationem.

Neque obstant pro contraria parte adducta: Nam ad primum, & secundum fundamentũ, respondeo, quòd nõ versamur in casu matrimonij carnalis, vel spiritualis.

Ad tertium fundamentum respõdeo, quòd in hoc casu agitur, etiam de præiuditio, irrisione, & illutione Pontificis Maximi, & D. Datarij, ac personarum a Sede Apostolica sub præsuppositio dictæ alternatiuæ, prouisarum, seu prouidendarum.

Ad quartum respondeo primo, quòd non sumus in casu, in quo per Nuntium cõtrahitur ex rationibus allegatis, ibid. num. 10. Nec etiam versamur in casu, in quo per Epistolã cõtrahatur. Nam Papa per regulam nostram concedit alternatiuam, & Episcopus in propria diœcesi eam acceptat. Esto tamen, quòd essemus in casu Nuntij, seu Epistolę, nihilominus reuocatio non intimata non teneret.

Tum quia quando is, ad quem fuit missus
52 Nuncius, aut Epistola non agit † de lucro captando, † reuocatio non intimata, non impedit actum gerendum. Bald. in l. si procuratorẽ 65. in 1. lectura. n. 5. in fine, ver. *vltimo nota vnũ.* ff. de procur. ita intelligẽs. gloss. fin. in l. 1. ff. de contrahen. emptione, tenẽtem, quòd reucaotio Nuntij debeat intimari, sicut & reuocatio procuratoris, videlicet, quòd dicta gloss. sit intelligenda, quãdo agitur de lucro captãdo, non vero si de damno vitando, tenet etiã Felinus in dicto cap. ex parte Decani, sub nu. 18. vers. *hanc fallentiam intellige.*

Prout etiam ad hoc, vt reuocatio nõ intimata prosit, requiritur, quòd in ea non con-
53 currat dolus, nec culpa † hoc est, quòd non sit facta in fraudem, nec clandestine, nec ita tarde, quòd si voluisset deducere in notitiam absentis non potuisset, vt post Bal. & Salicet. in l. mandatum. C. mãdat, firmat Felinus vbi supra, vers. *oportet tamẽ ad hoc, vt reuocatio nuntij*: De quo erit cogitandum.

At verò in casu nostro, Papa nõ agit de lucro captando, sed de damno vitãdo ex supradictis in num. 50. & Episcopus talem reuocationem faciens, aut est imputandus de dolo,
54 aut de culpa. † Igitur sua reuocatio, aut pœnitentia non intimata in tempore, non releuat.

Quinto quæro, circa illa verba, *huc ad Datarium Suæ Sãctitatis.* quare debent dictæ litteræ patentes acceptationis transmitti, magis ad † Datarium Suę Sanctitatis, quam ad alium? Respondeo quia
55 Datarius † repræsentat personam ipsius Papę, vt per Flaminium Parisium de resignatione libro vndecimo, quæstione decimatertia, numero 18.

Item quia huiusmodi acceptatio alternatiuæ,est acceptatio beneficij,& gratię, vt regula nostra declarat,ibi,*usu,& beneficio.*& ibi, *qui gratiæ alternatiuæ prædictæ acceptare voluerit.* Omnia autẽ quæ sunt gratiæ concernunt mu-
57 nus, & officium Datarij, per cuius manus † omnia transeunt,& sine quo factum est nihil, vt notissimum est, & faciunt tradita per Caputaq.decis.239.par.1.Lancellott.de attent. 2.parte.cap.4.limit.19.n.fi. & limit.29.nu.3.
58 Nàm quamuis Papa concedat gratias, †& non Datarius,vt palam est,ac dixit Rota decis.458.num.5.lib.3.par. 3. diuersorum. Nihilominus ad illas concedendũ,vel deneganda
59 dum.moueri solet Papa,† secũdum intentionem Datarij,cui desuper rem totam commisit,quiq;tam ante signatas ,quãpost signatas supplicationes in illis,& de illis,prout ratio suadet ponit, & tollit. Rota decis. 575.n.5.& decis.624.n.5.& decis.685.n.fi.lib.3.par.3.diuers. Ita vt meritò dicatur Datarius organũ
60 † mentis,& vocis Papæ, sicut etiam dicimus de Cãcellaria. Cassad.decis.2.n.7. de vnionibus,& decis.3.n.3. ante medium de reseruat.

Quapropter hoc Datarij munus excelsius,
61 † sublimiusque cunctis omnibus censetur: Licet per obitum Pontificis omninò expiret,vt in constitut.81.Pij IIII.sancitur.

Sed quantumcunque excelsum,& sublime officium sit,adhuc hodie magis illustratur,ac decoratur cũ admodũ Venerab. persona Ill. & Reuerendiss. Domini Bernardini Paulini
62 † idem munus,& officiũ meritissime agentis, propter maximam illius sapiẽtiam, ac in distribuendis gratijs,& beneficijs erga litteratas,benemeritas,ac pauperes personas,rectitudinem,curam,iustitiam, & prouidentiam.

Circa illa verba, *Suæ Sanctitatis.* vide quæ dixi in gl.55.ad finem.

Summaria Glossæ 64.

1 *Patentes litteræ acceptationis alternatiuæ sunt à Datario recognoscendæ,& qualiter. nu.2.*
3 *Instrumentum productum,nullum vitium apparens,continens,parte citata nõ opponente, plenè probat,absque recognitione.*
4 *Instrumentum publicum dicitur probatio probata,& probat illud,quod cantat.*
5 *Instrumentum publicum facit rem clarã,promptam,manifestam,realem,liquidam,patentem, notoriam, indubitatam, ac diffinitam.*
6 *Recognitio instrumenti requiritur, quando pars opponit, non esse à publico notario confectum.*
7 *Instrumenta quando producuntur in Rota,citatur pars ad dicendum contra Iura, & videndum iurare Testes super illorum recognitione,& si nihil opponit,approbare censetur.*
8 *Recognitio iurium exigitur in Curia,quãdo proceditur ex officio, & non est pars, quæ debeat citari.*
9 *Recognosci solent summariè litteræ patentes acceptationis.*
10 *Instrumentum allatum de longinquis partibus, si à parte aduersa negetur, an sit recognoscendum,quando recognitio sit valde difficilis, & num.11.adducuntur opiniones contrariæ, & concordantur.num.13.*
12 *Recognitio præcedere debet compulsationem iurium,vt compulsatio teneat.*
14 *Recognitio Iurium non est necessaria, in multis casibus,etiam parte opponente.*
15 *Recognitio non requiritur,vbi adsunt litteræ testimoniales Ordinarij loci,vel fides aliorum notariorũ de legalitate notarij actuarij, & n.16.*
17 *Instrumenta sunt tanto cautiora, quanto plura signa tabellionum cõtineant,cum minor fraudis præsumptio cadat,& n.18.*
19 *Recognitio manus tabellionis non est necessaria, quando tabellio est persona nota;Nec,quando instrumentum est antiquum.nu.20.nec quando agitur de modico præiudicio.num. 21. aut pars nihil opponit.nu.22.*
23 *Citatus ad dicendũ contra iura producta,semper solet opponere dicẽs* generalia, cõtra,&c.
24 *Exceptiones sunt opponendæ in specie,& non in genere.*
25 *Clausula* generalia,contra,&c. *Nõ operatur oppositionem exceptionum, sed præseruationẽ iuris ad opponendum, quocunque tempore.*
26 *Recognitionis instrumentorum materia, remissiue.*
27 *Recognitio litteræ, seu epistolæ missiuæ,non debet esse exacta, cum non soleant scribi in præsentia testium, & idem est in recognitione librorum.nu.28.*
29 *Recognitionis, ac examinationis per Datarium factæ solet dari fides ab eodem.*
30 *Formula fidei dandæ per D. Datarium de acceptatione alternatiuæ,& recognitione.*

Quibus ab eo receptis,& recognitis. gl. 64.

CONSTITVIT regula nostra,quòd ad hoc,vt acceptatio alternatiuæ per Episcopos facta, valeat, debent litterę patentes,per Episcopos acceptãtes transmissæ, recipi, ac recognosci à D. Data-
1 rio. Nam ad hoc, †vt sit plena adhibẽda fides huiusmodi patentibus, & authẽticis litteris, seu publicis instrumentis, necessarium est,
2 † quòd legantur, circumspiciantur, ac recognoscantur: Vtrum in illis seruata fuerit forma

ma acceptationis per regulam nostram assignata, & an sint integra, solida, & omnique parte perfecta, non cancellata, non abolita, non vitiata: & absque aliqua vituperatione, rasura, aut falsi suspitione, vel primæ figuræ immutatione: vt in authentico de instrumentorũ cautela, & fide §. si verò moriantur, collatione 6. l. fi. C. de edicto Diui Adriani tollẽdo. c. 2. c. ex litteris. c. inter dilectos, de fide instrum. Speculator in tit. de instru. editione. §. restat. nu. 1. & 2. & Doctores in dictis locis.

Quãdo enim nullũ vitiũ dictorũ apparet, & omnes requisitas solemnitates continent, nec aduersa pars citata aliquid opponit, standum erit, & credendum dictis patentibus litteris, ac publicis instrumentis à publico notario cõfectis, absque † alio adminiculo. Abbas in c. 1. n. 3. ante fi. vers. *vnum tamen nota hic.* & Dec. ibid. (licet varius.) num. 19. de fi. instr. Speculator, vbi sup. d. n. 1. Aimon cons. 160. n. 2. Menoch. de præsump. lib. 2. præsum. 66. nu. 10. Rota decis. 486. n. 2. par. 1. diuers. Ægidius concl. 539. incipit, *si pars opponit*, aliàs conclus. 540. Mascar. de probat. concl. 1097. n. 5. 3

Et tunc tale instrumentum dicitur probatio probata, & probat illud, quòd cantat. † Bal. in l. interest. n. 2. C. de solutionib. & ibid. Ang. notabili vltimo, Rolan. cons. 76. nu. 8. & cons. 79. nu. 47. & cons. 85. nu. 38. vol. 1. & cõs. 40. nu. 8. vol. 2. Caputaq. decis. 421. nu. 1. par. 2. & 156. nu. 5. par. 3. 4

Nec non facit rem claram, promptam, † manifestam, realem, liquidam, patentem, notoriam, & indubitatam, ac diffinitam. Decius cons. 488. n. 1. Abbas in c. cum dilecti. nu. 2. de dona. Marsilis in l. si quis. n. 140. ff. de quęstionib. Rol. cons. 4. nu. 23. & cons. 75. n. 19. vol. 2. & cons. 79. nu. 87. & 88. vol. 3. pleniss imè. Tiraq. de vtroq. retract. §. 2. gl. 1. num. 20. 21. 22. & 23. 5

Si verò altera pars opponeret contra tale instrumentum, non esse verum, nec à notario publico cõfectum, & signatum; Tunc regulariter, quamuis nullum vitium visibile contineat, erit recognoscendum, † & comprobandum: scilicet, quòd fuerit confectum, & signatum à publico Tabellione, seu notario pro tali reputato: vel quòd saltim testes desuper examinati recognoscant manum ipsius notarij: quia est sibi valde nota: vel per litterarũ comparationem, cum alijs similibus instrumentis ab eodẽ notario cõfectis. Et sic onus istius comprobationis incumbit parti producenti dictum instrumentũ; Ita probat expressa lex Hispana 115. tit. 18. Partita 3. Vbi Gregor. Lopez in gl. *no es scribano publico.* optime declarat, tradit etiam Bald. in authẽ. sed nouo iure. nu. 5. C. si certum petatur, vbi etiam declarat modũ, & qualitates talis probationis, & recognitionis. Alex. in addit. ad Bar. in l. Herennius. ff. de Decurionibus. Alciat. de præsump. lib. 3. præsum. 13. nu. 17. Boher. decis. 36. nu. 8. Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam, in declaratione legis Regni. §. sed pro euidentia. nu. 34. & 36. Auendan. in titu. de exceptio. n. 26. vers. *Ideoque* Rebuff. in tit. de litterarum obligationib. art. 1. gl. 8. in fine. Viuius lib. 2. comm. opin. opinione 195. Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum. c. fi. par. 1. §. 11. n. 15. Caputaq. decis. 117. n. 3. par. 2.

Hinc emanauit inueteratus huius Romanæ Curiæ stylus, † vt quotiescunque producũtur aliqua instrumenta, non solũ citetur pars ad dicendum contra iura producta, & videndum illa admitti; Sed etiam ad videndum iurare testes super illorum recognitione, &c. Et si pars citata opponit aliquid in termino citationis contra fidem dictorum instrumentorum, examinantur testes super recognitione manus Notarij, à quo sunt instrumenta producta signata. Sin autẽ nihil opponit, nõ examinantur, quia postquam instrumentum in sui facie ostendit omnes solemnitates requisitas, non est alia recognitio necessaria, vt per practicum Octauium Vestrium in praxi Romanæ Curię. lib. 6. cap. 1. nu. 7. & 8.

Quando autem non adest pars, quæ debeat citari, † veluti super recognitione litterarum testimonialium, vel approbationis ab ordinario factæ, aut similium. Tunc vtique in Curia semper adducuntur testes a parte instante, & examinantur super recognitione manus, & sigilli Episcopi, seu Ordinarij, saltim per similitudinẽ; Et propterea cum in casu acceptationis alternatiuę, de qua agitur non adsit pars, quæ citari debeat, semper solet ex officio D. Datarius, aut illius substitutus summarie examinare duos testes † super recognitione subscriptionis, & sigilli, litterarum patentium acceptationis dictæ alternatiuæ. 8 9

Est tamen controuersia inter Doctores, an quando Instrumenta producta afferuntur de longinquis partibus, si à parte aduersa negentur esse vera, & à publico notario signata: sint comprobanda, † quamuis ex illorum facie appareat esse perfecta, nec sint in aliquo suspecta? In quæstione hac firmant plures non esse necessariam comprobationem, quando comprobatio esset impossibilis, aut admodum difficilis, si persona producẽs est legalis, pro qua præsumitur, quòd non sit immemor salutis æternæ. Ratio est, quia tale præsumitur Instrumentum, quale apparet in sui figura, & quia aliter aperiretur via fraudibus: & sic oppositio, seu negatio censetur calumniosa, ita Speculator in titulo de Instrumẽtorum æditione. §. restat. nu. 6. Azo in sum. de fid. Instrumen. in principio, Angelus in authentico de hæredibus, & falcidia. §. hinc nobis. collatione 1. Paulus Castr. in authentica, at si contractus. nu. 5. 10

C. de

C.de fide Instr.Alc.de præsumpt. reg.3.præsumptione 13.nu.17.& ibi eius additio,Aufr. in add.ad Cappellam Tolos.quæst.330.Corn. cons.17.*videtur in hac* n.9. vol.1.& hanc opin. sibi placere dicit Hipp. de Mars.in l.si quis n. 138. & 139.ff. de quæstion. cũ alijs per Masc. de probationibus concl.1097.n.12.ac faciunt tradita per Men.de præs.lib.2. præs.68.& 69.

21 Ex aduerso vero,quòd sit necessaria † dicta recognitio, seu comprobatio de duobus: primo de legalitate notarij:secundo de recognitione manus, & signi, seu sigilli illius, quando notarius est incognitus, concludunt Bald.in l.comparationes n.12.C.de fide Instrument.& ibid.Cinus,& Salicet.Lanfran. in cap.quoniam cõtra.§. Instrum.productio. n.12.de probationibus,Ant.de Butr.in cap.1. n.5.de fid.Instrum.Felinus ibid.sub.n 18.ante finem ver.*& adde quod si opponeretur*,& Decius nu.19.Card.in Clemen.1.nu.8.de procuratoribus,Afflictis decisione Neapolitana.251.n. 1.& per totam Parlador. lib.2.rerum quotidianarum.c.fin.§.11.nu.16.Viuius lib.2.opinione. 148. decis. Cappellæ Tholosanæ 330. Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum verbo, *Instrumentorum*, Mascardus de probationibus conclusione.1097.num 13. & 14.& pro hac opinione vrget d.lex 115.tit. 18.Partita 3.quæ generaliter loquitur, quam etiam opinionem tenet Rota teste Acchille de Graissis decis.5. de fide Instrument. & Vestrio in d.praxi lib.6.cap.1.n.8.Caputaquen. decis.4.n.2.par.3.Puteo decis.359.lib.2.

22 Prout etiam non est valida compulsatio † scripturarum,nisi præcedat illarum recognitio formiter,& citata parte facta, si compulsatio fiat ab alio notario, quàm actuario, vel illius successore, aut subrogato,Rota decis.1. nu.1.& per totam, & decis.2.de fide Instrum. in nouis,& decis.4. eodem titulo in antiquis, Felin.in c.cum P.Tabellio.n.3.de fid.Instrum. Caputaquen.dicta decisione 4.& decisione 5. parte 3.Puteus decis.151. lib.1. & decis.440. lib.2.& alias passim seruat Rota.

Dictæ tamen oppositæ sententiæ possent
23 concordari:† quòd prima opinio procedat, quando non agitur de graui,& magno præiudicio, & personæ producẽtis est integra,& legalis. Secunda vero opinio locum habeat, quando ageretur de negotio arduo, & graui, per tradita à Felino in dicto cap.1. nu.18. de fide Instrum.Stephanus Aufredius in addit.ad Cappellam Tolosanam q.330.ante finem.Praxis Papiensis de formula opponendi contra Instrum.vers. *sed quid si producitur*: Super quo multum valebit iudicantis arbitrium,viso Instrumenti tenore, ac pensatis,& consideratis circunstantijs,argumento.l.3.§.tu magis scire pores ff.de testibus.

24 Plures tamen casus sunt,† in quibus quamuis pars aduersa,opponat Instrum. non esse à publico notario confectum, sit illi plena adhibenda fides, licet non fuerit recognitum, nec comprobatum.

Primus est quando ipsum Instrum. portat secum post signum tabellionis, litteras testimoniales legalitatis notarij, à quo est confe-
25 ctum,& signatum ab Ordinario † loci domicilij notarij concessas, ac sua subscriptione, & sigillo munitas. Nam tũc,etiam parte opponente non erit necessaria aliqua recognitio, quando nullum vitium visibile ex ipsius Instrumenti facie apparet. Bald.in l.comparationes.n.14.C.de fi. Instr.Cepoll.cautela 54. Hip. de Mars. in l. si quis ne quæstio n.144.ff. de quæst.dicens hunc modum per totam Italiam imò quasi per totum orbem practicari, Boherius decis.154.n.4.Steph.Aufr.in addit. ad Cappellam Tolosanam decis.330.Mascar. de probationibus concl.1098 nu.5.& 6.Vestr. in praxi.lib.6.cap.1.nu.8. in fine,Parlad.lib. 2.rerum quotidianarum.cap.fi.par.1.§.11.n. 17.vers. *tantundem quoque*, Rebuff.in tractatu de litteris obligatorijs art.1.gl 7.nu.8.

Secundus casus est, quando tale instrumẽtum haberet fidem, & testimonium aliorum
26 † duorum,aut trium notariorum asserẽtium illum notarium seu tabellionem, à quo est signatum,esse talem notarium fidelem,& legalem suisque scripturis, ac signis plenam semper adhibitam fuisse fidẽ: ratio est,quia quò
27 signa sunt plura in chartis,tanto † cautiora sunt instrumenta,glossa singularis in authentico de tabellionibus.§.nos autẽ,verbo, *ipsis*. in fine,vbi Angelus colũna 3. vers. *nota instrumentum*.collatione 4.Cepolla d.cautela 54.alias 88.incipit,*si aliquis habet*.Lanfrancus in c. quoniam contra.§.de fide instrumen. num.5. de proba.Parlador.vbi supra.nu.17.in princ. Acebedus,in l.1.nu.138.tit.21.lib.4.recopil. Boher.decis.154.nu.5.& hoc iure vtimur:Licet Mars.in d.l.si quis ne quæstio,n.141. ff.de quæstionibus,hoc remedium impugnet,ea ratione,quòd negans signũ notarij, pariter poterit negare signa aliorum notariorum, de illius legalitate attestantium, quem sequi videtur Masc.d.concl.1098.n.32.& 33:Sed profecto ratione carẽt, quia minor fraudis præ-
28 sumptio cadit in pluribus † signis, quam in vno,vt supra dixi, & tradit Felinus in c. post cessionem.num.16. vers. *fallit nono*. de probationibus,Et faciũt,quę dixi in§.3.proœmiali. nu.163.Et quia si talis negatio releuaret, pariter etiã possent negari litteræ testimoniales Iudicis Ordinarij, de quibus in casu præcedenti diximus.

Tertius casus est, quãdo persona tabellionis esset nota, †vt scripsit Azo in summa in authentico de instrumen.cautela.col.2. vers. *sed quid si proferatur charta publica*. Rodericus

Sua-

Suarez in l. post rem iudicatam, in §. pro euidentia, super declaratione legis Regni. n. 34. in fine, vers. *idem si persona tabellionis, & eius scriptura esset nota in loco.* Greg. Lopez in l. 115. in glossa, verbo, *auerigue.* tit. 18. Partita 3.

Quartus casus, in quo nulla requiritur cognitio est, quando tale instrumentum est anti
20 quum † vltra annos 60. Bal. in l. comparationes. num. 14. de fide instr. Socin. cons. 187. nu. 10. lib. 2. Dec. cons. 42. n. 2. Corn. cons. 35. n. 7. lib. 1. Guido Papa decis. 357. nu. 2. Affl. decis. 251. n. 6. Aimon de antiq. temp. 3. par. nu. 19. Couarr. in pract. quæstionibus, c. 21. n. 6. vers. *secundus casus.* Caputaq. decis. 5. nu. 1. cũ seqq. parte 3. Put. decis. 151. lib. 1. & decis. 359. n. 6. lib. 2. Rota decis. 52. n. 1. & decis. 54. nu. 1. par. 1. diuersorum. Menoch. de præsum. lib. 2. præsump. 78. num. 11.

Quintus casus est, quando agitur de modi-
21 co † præiudicio, & ipsius Iudicis motus, cum ipso instrumento, concurrit. Innocen. in cap. 1. nu. 1. Ioann. Andr. n. 4. & cæteri scribentes, de Clericis peregrinis, idem Ioann. Andr. & Ant. de Butr. in c. 1. n. 5. de fide instr. Ias. in l. admonendi. n. 208. ff. de iureiur. Greg. Lopez in l. 115. in gl. verb. *probando.* tit. 18. Partita 3. vbi alios allegat, & dixi supra nu. 13.

Sextus casus est, quãdo pars aduersa tempore citationis non opponit cõtra huiusmodi instrumentum non esse legale, nec probare: nec negat esse a publico notario signatũ,
22 Quia tunc tacẽdo † illud approbare videtur: Et præsumitur, quod nihil releuãs habeat, eo ipso, quòd non se opponit, & sic recognitio nõ est necessaria. Ita vt si postmodum opponere velit, audiri non debeat. Felin. in cap. quoniã contra nu. 52. de probat. & in c. 2. nu. 31. in fi. de testibus. Caputaq. decis. 238. nu. 4. par. 1. & decis. 117. n. 4. par. 3. Put. decis. 159. nu. 2. lib. 1. & decis. 99. nu. 2. & decis. 486. nu. 1. in princip. lib. 2. Rota decis. 151. lib. 3. par. 3. diuers. & alias passim tenet Rota, A. faciunt, quæ superius dixi post princip. n. 6. & tradita per Mascar. de prob. cõcl. 1300. incipit, *scripturam priuatam.* num. 18.

23 Vnde inoleuit praxis, † vt quando producuntur instrumenta, vel alia iura, & pars citatur ad dicẽdum conta Iura producta, quòd pars citata in termino citationis compareat in actis, & dicat, *generalia contra, &c.* quæ verba licet non habeant vim oppositionis exceptionum contra talia iura producta: (Nam
24 exceptiones sunt opponendę † in specie, & nominatim; Non autem in genere cap. vt circa, 4. de electione in 6. Clemen. Constitutionem eodem titulo. Rota decisione prima de libelli oblatione, & decisione 70. de appellation. in antiquis. Cæsar de Grassis decis. 1. à num. 3. de accusationibus. Vantius de nullitatibus. c. fin. num. 29.)

Tamen operãtur, vt semper remaneat ius saluum, & reseruatum ad excipiendum, & op-
25 ponendum † quocunque tempore, etiam post terminũcitationis, quod aliter fieri nõposset. Octauius Vestrius in praxi lib. 5. c. fi. nu. 10. Caputaq. decis. 323. nu. 1. & per totam, & decis. 330. nu. 4. par. 1. & decis. 278. & 279. parte 2. Et est sic intelligẽda decis. Putei 119. lib. 2. dum dicit, quòd potest opponi semper, ante sententiam, in eadem instãtia. Sicut etiam d. protestatio non suffragatur, post rem iudicatam; Licet obtenta fuerit restit. in integr. Vt fuit decisum in Bracarẽ. iurispatr. de Padronello 1. Martij 1602. Coram R.P.D. meo Sacrato Rotæ Auditore sapientissimo.

Reliqua concernentia materiam recogni-
26 tionis, † tam instrumentorum publicorum, quàm priuatarum scripturarum, tam per testes, quam per propriam partis cõfessionem, vltra Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. comparationes. C. de fide instr. & in c. 2. eodem titu. Vide plenè per Rebuff. in Constitut. Frãciæ tit. de Chirographorum, & schedularum recognitione per totum. Couarr. in practicis quæstionibus, cap. 22. per totũ. Acebedum cum alijs, in l. 5. tit. 21. lib. 4. recopilationis. Mascard. de probat. concl. 1300. num. 28. cum sequentibus.

Illud tamen non omittere libuit, quòd in
27 recognitione litteræ † missiuæ non debet esse ita exacta recognitio, vt probet, sicut aliarũ scripturarum, cum non soleant huiusmodi litteræ missiuæ scribi in præsentia testium. Cæsar de Grassis decis. 2.° num. 7. de præbendis. Rota decis. 570. nu. 2. par. 1. diuersorum, vbi alij plures citantur.

Idemque est pari ratione in recognitione
28 partitarum descriptarũ † in libris, & cedulis mercatorum. Puteus decis. 1. de fide instrum. in manuscriptis. Rota decis. 306. nu. 1. par. 2. diuersorum, & in dicta decis. 570. nu. 2. par. 2. diuers. & faciunt tradita per Bartolum, in l. nuda. num. 10. ff. de donationibus.

Denique postquam litteræ patentes acceptationis alternatiuæ sunt receptæ, & recognitæ per D. Datarium, non solum per inspectionem illarum, sed etiam pręuio summario examine testium, vt superius dixi. nu. 9. Solet
29 dari fides † ab eodẽ D. Datario de prędicta re cognitione, quæ fides est tenoris huiusmodi.

30 *Nos Bernardinus † Paulinus Sanctiss. D. N. Clementis diuina prouidentia Papæ VIII. Datarius, & vtriusque Signaturæ Referendarius, notum facimus, omnibus, & singulis, ad quos spectat, quòd die prima mensis Octobris anni 1603. pro parte Reuerendiss. D. Maximiliani ab Austria Archiepiscopi Compostellani, præsentatæ, & recognitæ fuerunt litteræ acceptationis gratiæ alternatiuæ mẽsium, Præsulibus, apud Ecclesias, aut Diœceses suas verè, & personaliter residentibus, ab eodem Sanctiss. D. N. Papa concessæ.*

cessæ. In quorum fidem præsentes litteras manu nostra propria subscripsimus, & sigillo nostro muniri fecimus. Datum Romæ die, & anno supradictis.

B. DATARIVS.

Loco † Sigilli.

Summaria Glossæ 65.

1 *Alternatiua acceptata, tunc incipiunt gaudere Episcopi, quando litteræ patentes acceptationis recognitæ fuerint.*

2 *Dictio, tunc denotat temporis extremitatem, & est demonstratiua temporis, cui adijcitur. n. 3.*

4 *Dictio, tunc, facit includi eãdem diem recognitionis; ita vt ab illo momento incipiat gratia alternatiuæ. num. 5.*

6 *Dictio, demum, est taxatiua, & exclusiua.*

7 *Dictiones, & non antea, operantur effectum, statim postea.*

8 *Tempus ad certum prohibitum, post illud cõcessum censetur.*

9 *Alternatiua si acceptatur in principio Martij, ille mensis erit Apostolicus: & è conuerso, si acceptatur in principio Aprilis, erit Ordinarius. num. 10.*

11 *Alternatiua acceptata ingresso mense Februarij, Aprilis, Augusti, aut Octobris, facit, quòd pars vlterior, mensis sit Ordinarij, sicut è conuerso, &c. num. 12.*

13 *Mensis idem potest esse partim reseruatus, & partim Ordinarius: Imò, & & eadem dies. n. 14. & 15. ac eadem hora. nu. 16.*

17 *Concurrentibus in eadem die, vel hora, acceptatione alternatiuæ, & prouisione Ordinaria, quenam præsumetur anterior. & nu. 18.*

19 *Acceptatio alternatiuæ non requirit vllam supplicationem, nec expeditionem.*

20 *Alternatiua gaudet Episcopus acceptans, ante scientiam recognitionis.*

21 *Scientia vacationis Sedis Apostolicæ non est necessaria, vt teneat collatio Ordinarij.*

21 *Appellatio interposita à procuratore verisimiliter ignorante mandatum sibi concessum, an sustineatur.*

22 *Ignorantia recognitionis litterarum patentium, excusat à pœna priuationis alternatiuæ.*

23 *Alternatiua si renunciatur, à quo tempore sit mensis Apostolicus, vel Ordinarius.*

Tunc demum, & non antea vti incipiant gratia supradicta. gl. 65.

DECLARAT regula nostra, quòd tũc incipit Episcopus, qui acceptauit alternatiuam, vti illa, quando litteræ patentes acceptationis fuerũt receptæ, & recognitæ † à D. Datario, & non antea. Nam illa dictio, † *tunc.* denotat temporis extremitatem, l. gallus, in princ. & ibi gloss. verb. *tunc.* Vbi omnes notant. ff. de liberis, & posthumis. l. 4. §. fin. ff. de conditionib. & demonstrat. Vbi Bar. & cæteri. l. vxori vsumfructum ville. ff. de vsufructu legato. l. in substit. ff. de vulgari, & pupillari. vbi notat Alex. nu. 3. l. penult. ff. de testam. tutela. Clem. 1. Vbi notat Vital. nu. 24. de iurepatr. Bal. cons. 57. nu. 2. vol. 2. Rota decis. 19. sub nu. 1. & ibi additio sub littera B. de appellation. in nouis Ancharan. cons. 356. sub nu. 3. vers. *tertio hoc.* Dec. cons. 63. & *pro tenui.* num. 2. & 3. & cons. 89. *viso puncto.* nu. 3. Mandosius in reg. 4. Cancellariæ. q. 5. nu. 5. & in reg. 9. q. 2. nu. 2. & in reg. 34. q. 72. nu. 2. Roma. cons. 19. nu. 2. & cõs. 204. n. 8. in fine. Guido Papa decis. 729. *supra q.* n. 2. Soc. cons. 5. nu. 7. lib. 3. Corn. cons. 204. nu. 10. lib. 1. & cons. 296. sub nu. 2. lib. 3. Pariss. cons. 31. *omissa.* nu. 2. lib. 1. & cons. 62. num. 9. lib. 3. Rota decis. 360. nu. 2. par. 1. diuers. quibus in locis Doctores, quamplures quæstiones resoluunt ex natura dictæ dictionis, *tunc.*

1

2

3 Nec non est declaratiua, & demõstratiua † temporis, cui adijcitur, vt in d. l. 4. §. fin. ff. de condition. & demonstr. Dec. cons. 314. num. 4. Cassador. decis. 1. nu. 3. de testamen. Rota decis. 140. nu. 5. par. 2. diuers.

Ita vt dicta dictio, *tunc.* faciat includi eamdem † diem recognitionis ab eodem momento, quo litteræ patentes acceptationis recognitæ fuerunt, vt ex illo momento Episcopus acceptans incipiat † vti alternatiua. l. huiusmodi 64. ff. de verbor. obl. Vital. in Clem. 1. §. si verò. nu. 18. de sepult. Gomez. in §. rursus. num. 16. instit. de action. plene tradit Tiraqu. de retract. lignag. §. 1. gl. 11. n. 39.

4

5

Accedant etiam ea, quæ scripsi, fere in terminis, in §. 5. procemiali. nu. 56. cum seqq.

Præsertim stante illa dictione, *demum.* quæ est taxatiua, † & concluſiua, ideſt ab ipso tempore recognitionis. l. ex duobus 34. in principio: Vbi notat Aretin. notab. 2. ff. de vulgari, & pupillari substitutione.

6

Et eo magis stantibus illis verbis, & *non antea.* † Nã eo ipso, quòd concludunt, quòd ante recognitionem litterarum patẽtium Episcopus

7

pus non potest vti gratia alternatiuæ, ostendunt præcise, quòd ab eodem momento recognitionis, incipere debeat vsus gratiæ dictæ alternatiuæ: Nam quod vsque ad certũ tem-
8 pus prohibetur, † statim post illud conceditur. l. in tempus 62. ff. de heredib. instituendis l. fin C. de legatis. Dec. cons. 97. num. 4 & 5. Simonetta de reserua. q. 58. nu. 13. & 14. Paris. cons. 18. n. 7. cũ seqq. lib. 4. & cõferunt ea, quæ late dixi in glossa 54. nu. 12. cum seqq.

VNDE infertur primo, quòd si Episcopus acceptauerit alternatiuam effectualiter cum
9 recognitione, de principio mensis † Martij, quòd quãuis non potuerit prouidere in mensibus Ianuarij, & Februarij, ratione reseruationis regulæ nostræ. Adhuc etiam erit impeditus prouidere in ipso mense Martij: Nam stante dicta acceptatione, dictus mẽsis remanet Papæ reseruatus: Et sic in isto casu Papa habebit tres menses continuos, & immediatos, Ianuarij, Februarij, & Martij, sed mensis Aprilis erit ordinarius.

Secundo infertur, quòd versa vice, si Episcopus acceptauerit alternatiuam de principio mensis Aprilis, aut Octobris, quòd quamuis menses præcedentes Martij, & Septẽbris fuerint ordinarij: Nihilominus gaudere debet
10 alternatiua in ipso mense † Aprilis, vel Octobris: Et sic fruitur duobus mensibus cõtinuatis, Martij, & Aprilis, aut Septembris, & Octobris: Nam menses Martij, & Septembris, sunt Ordinarij sine alternatiua, & menses Aprilis, & Octobris sunt ordinarij cum illa.

Tertio infertur, quòd si Episcopus acceptat alternatiuam post iam cœptum mensem Februarii, aut Aprilis, aut Augusti, aut Octobris: quòd quamuis in principio cuiuslibet ex dictis mensibus, ante acceptationem, non potuerit Episcopus prouidere, quia obstabat
11 reseruatio; Tamen in reliquis † diebus eiusdem mẽsis, intrauit alternatiua, & illi dies remanentes erũt Ordinarii, ac poterit Episcopus prouidere de beneficio tunc vacante.

Prout etiam econuerso, si acceptatio contingat fieri, intrante iam mense Martii, aut
12 Septembris: vsque ad diem † acceptationis, ille mensis erit ordinarius, sine alternatiua, & post illam diem, erit reseruatus, vigore dictæ acceptationis alternatiuæ.

Quartò infertur comprobatio illius opinionis, quam tenui in gl. 43. q. 5. ex num. 136. vsque 160. Videlicet, quòd vnus, & idem mẽsis potest esse partim reseruatus, & partim ordinarius, & quòd mẽsis non sit semper con-
13 siderandus, † vt vnum totum integrale, sed sint anttendendæ singulæ eius partes, suam causam, & naturam diuersam continentes, ex iuribus, & rationibus ibidem adductis.

Quintò infertur, quòd in casu nostro, non solum vnus, & idem mẽsis potest esse partim reseruatus, & partim nõ reseruatus; Sed etiã
14 vna, & eadem dies: Nam si cõclusio acceptationis sit in vna die mẽsis Februarij, Aprilis, Augusti aut Octobris, tempus illius diei, vsq; ad pũctum recognitionis erit reseruatum, & ex illo puncto in posterum erit ordinariũ, ac cessabit reseruatio: & ita consultus nuper respondi in quadã causa Salmãtina beneficij.

15 Et per contrarium, † si acceptatio concluditur in aliquo ex mẽsibus Martij, aut Septẽbris, dies illa acceptationis erit partim ordinaria, vsque ad illum punctum recognitionis: & partim reseruata ex illo puncto, & in futurum, vt in terminis tradit Mandos. cons. 18. in principio, & sub n. 8. ad finem, & faciunt ea, quæ docent. Aneas de Falconibus in tractatu de reseruationibus. q. 4. principali effectu 33. Ægidius Bellamera decis. 235. num. 1. Simonetta de reseruationibus. q. 29. ex nu. 4. Glossator antiquus regularum in procemio, vers. *ex hoc soluo.* ac scripsi in §. 3. proœmiali. n. 128. cum duobus sequentib. & in §. 5. proœmiali. n. 57. & 58. Et conferunt, quæ dixi in gl. 63. ex nu. 31. & 35.

16 Imò eadem ratione vna, & eadem hora † poterit amplecti tempus reseruatum, & non reseruatum: & poterit esse valida, & non valida collatio Ordinarij. per ea, quæ scripta reliqui in §. 3. proœmiali. n. 47. & 48. & in glo. 63. num. 31. & 32. cum seqq.

Sextò infertur, quòd si in ipsam et die, & hora acceptationis recognitæ, contingeret vacatio alicuius beneficii: (Nam vacationis tẽpus est momentaneum, & indiuisibile, † & in
17 eodem instanti vacat beneficium, & non vacat. Probus in additionibus ad Io. Monachũ, in cap. fin. num. 29. de consuetud. lib. 6. & dixi in gl. 11. nu. 27.) Quod tali casu, si non posset bene constare: An vacatio contigerit durante tempore ordinario, seu potius reseruato:
18 Quæstio huiusmodi sit regulanda, † & terminanda in omnibus, & per omnia, secundum regulas traditas super concurrentia collationũ, & reseruationũ, in §. 3. proœmiali, per totum, vbi satis plene, & vtiliter scripsi.

Septimo infertur ad ea, quæ dixi in glossa 62. num. 31. & 32. Quòd hodie ad effectũ gaudendi gratia alternatiuæ, nulla sit necessaria
19 supplicatio, † nec minus litterarum expeditio, sicut antiquis temporibus; Sed eo ipso, quòd litteræ patentes acceptationis sunt per D. Datarium recognitæ, ex tunc Episcopus acceptans incipit vti alternatiua nostræ reg.

Octauo infertur, quòd ad hoc, vt Episcopus acceptans alternatiuam, effectualiter incipiat gaudere illa, non est necessaria, sciẽtia
20 † dictæ recognitionis, nec quod lapsum sit tãtum tempus, vt verisimiliter de illa notitiam habere possit; Sed statim, quòd recognitio litterarum patentium est effectuata, incipit,

vti

vti fructu ipsius alternatiuæ.

Ac consequenter confirmatur ex dispositione regulæ nostræ, illa tertia quæstio, quam disputaui, in §. 5. procemiali. ex nu. 95. vsque ad numer. 124. In qua concludo, quòd tenet
21 † collatio facta ab Episcopo de beneficio, cuius vacatio contigit Sede Apostolica vacante, (quod esset reseruatum, si non vacare tquã nis de morte Papæ nondum notitiam habuerit, nec verisimiliter habere poterat. Et ibid. tractaui de regula de verisimili notitia. Pro quo etiã facit, quod fuit decisum in vna Gerundien. Parrochialis de Blades coram Robusterio, videlicet, quòd appellatio interposita à procuratore die 1. Maij eo tempore, quo verisimiliter non potuit habere notitiã mandati sibi cõcessi 26. Aprilis, sustineri deberet, & tradit Lancellott. de attenta. 2. par. c. 12. limit. 50. nu. 36. Et plenius Flamin. Paris. de resignatione lib. 9. q. 8. nu. 2. & seqq. Licet in casu resignationis contrarium concludat. Quod adde ad ea, quæ dixi in d. §. 5. procemiali. nu. 102. Et late Gozadinum cons. 63. incipit, *præsupponitur.* nu. 2. & 11. Et per totum lib. 1.

Nono infertur, quòd si post trãsmissionem litterarum patentium acceptationis, ad Curiam, vacat beneficium in tali mense, cuius collatio spectat ad Episcopũ, si gaudet alternatiua, & ad Papam si non gaudet: Vel è conuerso: ita vt Episcopus verisimiliter poterit ignorare, an dictæ litteræ patẽtes fuerint iam recognitę, vel nõ. Quòd tali casu, quãuis prouideat de beneficio, quod reuera erat reseruatum; Tamen causa reseruationis, hoc est, si facta: Sit recognitio, vel non, poterat verisimiliter dubitari, & ignorari: Non propterea
22 priuabitur vsu, † & beneficio alternatiuæ, si iam acceptata fuerit, per ea, quæ scripsi in 56. gl. limit. 3. ex nu. 128.

Decimo infertur, quòd ea omnia, quæ superius dicta sunt, de acceptatione alternatiuæ ad considerandum, quando & à quo tempore incipiat Mẽsis Apostolicus, vel ordinarius. Idem etiam per eandem contrariam ra-
23 tionem sit seruandum in renunciatione, † & resolutione ipsius alternatiuæ, iuxta ea, quæ scripsi in gl. 58. nu. 23. Siquidem distractus, & destructio, sunt eiusdem naturæ, cuius sunt contractus, & constructio, vt dixi in gl. 6. nu. 170. & in glos. 50. num. 11.

Summaria Glossæ 66.

1 *Regula nostra* 8. *cõtinet clausulã*, sublata, &c.
2 *Clausula*, sublata, &c. *qualis sit, & cuius effectus. num.* 3.
4 *Superior potest auferre ab Inferiore iudicandi potestatem.*
5 *Clausula*, sublata, &c. *claudit os Iudicibus, & partibus, quamdiu à Papa non aperitur.*
6 *Paria sunt narrata esse vera, vel de illorum falsitate, dici non posse.*
7 *Iudices qui stante clausula*, sublata, &c. *de causa cognoscunt absque oris aperitione, sunt grauiter puniendi.*
8 *Clausula*, sublata, &c. *ligat ignorantes.*
9 Sublata, &c. *clausula stante, non potest opponi de regulis Cancellariæ, nec per viam replicationis. num.* 10.
11 Sublata, &c. *clausula, ligat etiam futuros Iudices.*
12 Sublata, &c. *clausula, obstat etiam in possessorio summariissimo.*
13 *Opponi potest de clausula*, sublata, &c. *quocũque tempore, & in qualibet instantia.*
14 Sublata, &c. *clausula operatur nullitatẽ ante oppositionẽ, etiam si nunquam opponatur. nu.* 15 *& 16. Vbi idem dicitur in terminis regulæ de non iudicando, & de annali, sed contra. num.* 45.
17 *Clausula*, sublata, &c. *operatur, vt minus præsumatur derogata prima gratia, in qua continetur, per secundam, & nu.* 35. *nisi in secunda similiter adsit. num.* 36.
18 *Clausula*, sublata, &c. *operatur, eundem effectum, licet non sit formata per eadem verba, sed per alia æquipollentia.*
19 *Clausula* sublata, &c. *stante, non potest Signaturæ iustitiæ concedere oris aperitionẽ, quia inferior nequit eneruare actum superiores. ibid.*
20 Sublata, &c. *clausula obstante, si concedatur oris aperitio, an dicatur tolli ius quæsitum.*
21 *Clausula* sublata, &c. *aufert etiam facultatem, contrarium interpretandi de solo facto.*
22 *Clausula* sublata. &c. *absque clausula*, quod non possit dari de subreptione. *parũ prodest, quia intelligitur veris existẽtibus prænarratis. nu.* 23. *& num.* 25. *& ideò hodie semper apponitur. nu.* 27.
24 *Clausula*, si ita est, si preces veritate nitantur. *tacite inest in omnibus concessionibus.*
26 *Clausula* sublata, &c. *operatur suum effectum, absque clausula*, quòd non possit dari de subreptione, &c. *quando adest constitutio per viam legis, aut gratia, ex motu proprio.*
28 Sublata, &c. *clausula, nihil operatur in gratia conditionali, ante conditionis euentum, & numero* 29.
30 Sublata, &c. *clausula, tanquam accessoria non ampliat.*
31 *Clausulæ accessoriæ sequuntur naturam actus principalis.*
32 *Clausula* sublata, &c. *non obstat, quando concessio, in qua adest, est derogata per legem generalem, vel dispositionem specialem, cũ clausulam*, quorum tenores, &c. *nu.* 33.

Dero-

34 *Derogata quando censeatur prima cõcessio per secundam continentem clausulam*: quorum tenores.

37 *Par causa affectionis tollit suspitionem, & à pari nulla fit victoria.*

38 *Clausula* sublata, &c. *non suffragatur, quando pars committit voluntarie causam, secus si coacta. n.* 43. *&* 44.

39 *Committens causam post rem iudicatam, censetur illi renunciare.*

40 *Triennalis possessor committens causam super beneficio, renunciat excep. regulæ de trienn.*

41 *Renunciare censetur laudo acceptato, qui patitur examinari testes super iniustitia illius.*

42 *Committens causam contra Religiosum, approbat illius personam.*

45 *Clausula* sublata, &c. *non operatur, parte non opponente.*

46 *Statutum dicens, quod certo casu audientia denegetur alicui, intelligitur ope exceptionis. & num.* 47.

48 *Iudex non potest ex officio repellere agentem, quando pars non opponit, & oppositio requiritur. & nu.* 49.

50 *Clausula* sublata, &c. *contenta in lege generali concernente vtilitatem publicam, operatur sine oppositione de illa, secus si concernat vtilitatẽ priuatam. & n.* 51.

52 *Clausula* sublata &c. *non adest, quando solum dicitur*, sic in præmissis per quoscunque iudices iudicari debere, &c.

53 *Oris aperitione stante, non obstat clausula* sublata, &c. *& constituitur praxis de oris aperitione aduersus clausulam* sublata, &c.

54 *Clausula* sublata: &c, *contenta in reg.* 8. *capit etiam illa, quæ sunt ad fauorem Episcoporum.*

Decernentes in prædictis omnibus, per quoscunque, &c. iudicari debere. gl. 66.

1 REGVLA nostra apponit, quoad omnia in illa contẽ
2 ta, clausulam *sublata*, *&c.* † hoc est, (quod sic per quoscunque† iudices, quauis authoritate fungentes etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatij Apostolici Auditores in prædictis omnibus iudicetur, sublata aliter iudicandi, & interpretandi, & diffiniendi facultate.) Quæ clausula
3 est maximæ potentiæ, & ligat, ac claudit os † Iudicibus, ne aliter decidere possint, & adimit partibus in totum facultatem opponendi, vel dicendi contra talem Constitut. gratiam, vel concessionem, nisi prius aperiatur os à Papa, Bartolus in l. fi. sub num. 1. C. de Cª none frumentario Vrbis Romæ lib. 11. nàm cum textus, ibidem disponat, quòd nullus possit impetrare Canonis mutationẽ, & impetrata priuilegia à Iudicibus non admittantur: dicit Bart. quòd priuilegium in contrarium impetrandum debet continere (non obstante tali lege, quæ prohibet impetrari, vel concedi priuilegia) nàm aliter rectè Iudex diceret, fateor priuilegium tuum valere, & te esse excusatũ, sed ego non possum ità admittere, nec audire, quẽ sequitur Felinus in cap. nonnulli sub nu. 22. vers. *septima conclusio* de rescriptis, tradit etiã Ancharanus cons. 221. incipit *discutiendum est*, sub num. 2. vbi loquitur in terminis statuti claudentis os parti, ne
1 possit impugnare laudum de iniquitate, vel nullitate, vel aliter quomodocunque, & qualitercunque redarguendo. firmant etiam Cardinalis Zabarella in cap. quia diligẽtia quæst. 3. & Imola num. 6. de electione: Et rationem
4 adducunt, quia superior† potest tollere potestatem Magistratibus sibi subditis, ne ius super hoc reddant, cum potestas Magistratum pendeat à superiore, Alexand. per tex. ibi in l. 1. §. sublata nu. 2. ff. ad trebellianum. Idem Alexand. in l. gallus §. & quid si tantum num. 20. vers. *secundo limita* Afflictis decis. 361. n. 18.

5 Et magis in indiuiduo huiusmodi clausulę contentæ in constitutionibus, & concessionibus Papæ, firmant † Cassadorus in decisione 10. num. 3. super reg. Carolus Ruinus cons. 76 sub num. 9. volum. 5. & cons. 21 sub num. 15. ante finem lib. 1. Gundisaluus Villadiego in tractatu de legato parte 1. quæst. 7. num. 32. Puteus decis. 50. num. 5. lib. 1. & decis. 377. in fine lib. 3. Caputaquen. decis. 134. numer. 4. & decis 218. parte 3. Rebuffus super concordata Franciæ titulo de forma, & irreuocabili concordatorum stabilitate, post principium vers. *octauo vult Iudices quoscunque*, Mandos. in tracta. de monitorijs quæst. 60. nu. 44. super verbo *sicque super quoscunque Iudices*, idem Mandosius in cons. 57. num. 3. & cons. 63 num. 1. & alias sepiss. tenuit Rota.

6 Paria namque sunt † omnia narrata esse vera, vel de eorum falsitate dici non posse gl. fin. in fine in l. qui habebat 54. ff. de manumissis testamento, glos. in cap. in nomine verbo *audientia* 23. distinctione Ias. in l. vbi pactum num. 27. in fine C. de transactionibus, Decius cons. 557. num. 3. & fuit dictum in vna oscen. Canonicatus pœnitentiariæ sub die 5. Nouembris anni 1597. coram Illustriss. d. meo Cardin. Pamphilio, & coram eodem in alia Pampilonen. Prioratus de Artaiona die 10. Ianuarij 1600.

7 AMPLIA primo conclusionã supradictam q̃ graui pœna venirent† afficiẽdi Iudices, qui sine oris aperitione de tali causa cognosce-

rent, nam cum sit illis sublata potestas, talem Iurisdictionem vsurparent, & tanquam falsarij, & inobedientes, ac indignationem Dei, & Apostolorum Petri, & Pauli incurrentes, & temerariè iudicantes, puniri deberent, Rebuffus in dicta concordata Franciæ titulo de firma, & irreuocabili concordator. stabilitate, vers. *octauo vult*, Mand. in tract. de monitorijs q. 60. n. 44. Ruinus cons. 76. post n. 9. vol. 5.

Amplia secũdo, vt dicta clausula *sublata, &c.*

8 liget etiam † ignorantes, decisio Pedemontana 5. num. 2. & 11. Marchesanus in tractatu de commissionibus 1. parte tit. de commissione appellationis cap. 6. num. 2. & in sequenti glos. latius dicemus, circa decretum irritans, sub quest. 1. num. 18.

Amplia tertio, vt stante dicta clausula *sublata &c.* neque possit opponi de regulis Can-

9 cellariæ, † quamuis sint fauorabiles, vt fuit decisum in vna Aretin. Commendæ de anno 1587. coram Illust. Domino Cardinali Seraphino, & in Anconitana fructuũ 2. Dec. anni 1591. coram Illust. Card. Pamphilio.

10 Amplia quarto, vt nequè per viam † replicationis aliquid dici, & opponi possit contra dispositionẽ continentẽ clausulã *sublata*, Puteus decis. 377. incipit, *in vna Hispal.* sub n. 1. li. 3.

11 Amplia quinto, vt etiam dicta clausula liget futuros Iudices, † Mandosius in tractatu de monitorijs quęst. 60. sub num. 4. vbi reprobat Afflictis decisionem 361. contrarium (vt ipse Mandosius asserit) tenentem, Sed Afflictis licet loquatur de hac clausula in dicta decis. 361. num. 18. & num. 41. non tamen dicit quòd non liget futuros Iudices, sed in dicto num. 41. dicit, quòd Princeps non potest tollere iurisdictionem futuris iudicibus constitutis à suo successore, nec ligare manus illorum, & ego latius dixi in glos. 36.

12 Amplia sexto, vt etiã in iudicio † possessorio summarijssimo manutẽtionis obstet dicta clausula, ut fuit resol. in una Cęsar. dismẽbr. 13. Martij 1596. & in eadẽ causa 13. Maij eiusdẽ anni 1596. corã R. p. d. meo Iusto, vbi propter ea fuit denegata manutentio, licet dubitauerit Puteus decs. 50. sub num. 5. lib. 1.

Amplia septimo, quòd de hac clausula *sublata &c.* potest quandocunque, & in qualibet

13 instantia † opponi, cũ sit impedimentum reale adimens inferiori iurisdictionem, & reddens ipsum ad iudicandum, & procedendum inhabilem, vt fuit decisum in vna Calagurritana Canonicatus, seu confidentiæ 9. Iunij, & 1. Iulij anni 1592. coram R. p. d. meo Pegna Rotæ meritissimo Decano, decis. Ianuen. 190. incipit *nomen debitoris*. num. 8.

Amplia octauo, vt non solum sint ispo iure nulla omnia acta gesta post oppositionem dictæ clausulæ, sed etiam illa, quæ gesta fuere

14 ante oppositionem illius, † ut similiter fuit decisum in dicta causa Calagurritana Canonicatus, seu confidentiæ sub 1. Iunij 1592. coram eodem R. p. d. meo Pegna, Rota Ianuen. in præd. decis. 190. num. 8.

Imo dicunt prædictæ decisiones, quòd etiã si nunquam opponatur, sit processus ipso iure

15 nullus † per doctrinam Io. Andreæ in additione ad Speculatorem titulo de sententia. §. iuxta, sub numero 5. in glos. uerbo, *& est*, Alexander plenè cum multis in lege prima. §. sublata, numero 2. & 3. ff. ad Trebellianum, Decius consilio 275. aliàs 276. incipit *in causa, quæ Luce agitatur*, sub numero 3. versicolo *sed prædictis minime obstantibus*: Vbi concludunt, quòd stante statuto, vt bannitus, aut alia certa persona non audiatur, alias

16 processus sit † nullus, quòd licet non opponatur de deneganda audientia vigore statuti processus erit ipso iure nullus. De hoc tamen vide inferius in limitatione septima numero 45. tradit etiam Marchesanus de commissione. parte prima. c. 8. de commissione aperitionis oris, numero 14. 15. & 16. in vltima impressione.

Quibus accedit, quòd possessor annalis potest opponere de regula de annali, in secunda instantia, & in causa restitutionis in integrũ post rem iudicatam, & relaxatas litteras executoriales, & omnia prius gesta erunt ipso iure nulla, vt late concludit post Rotam Ludouic. Gomezius in d. reg. de annali quæst. quinta, numero 3. & per totam, vbi num. 4. idem firmat tenuisse Rotam in terminis Regulæ 26. de non iudicando iuxta formam supplicat. & vide supra in glos. 56. numero 83.

Amplia nono, vt stante hac clausula *sublata &c.* posita in prima concessione minus

17 præsumatur in dubio † derogata talis concęssio, per secundam dispositionem contrariam, continentem clausulas derogatorias quarumcunque concessionum, carentem tamen clausula, *sublata &c.* Gundisaluus de Villadiego Rotæ Auditor in tracta. de legato parte prima, quæstione septima numero 32. Andreas Gambarus in tract. de officio, & potestate legati, libro 8. tit. de potestate legati in legibus, & statutis condendis, sub num. 24. vers. *quintus casus*, & tetigi in glos. 36. num. 79.

Prout etiam pari ratione, si prima dispositio careat ista clausula *sublata &c.* & secunda dispositio contraria illam contineat, in dubio magis præsumetur pro derogatione primæ dispositionis ex supradictis, & vide quæ dicã inferius in limitatione 5. huius gl. n. 31.

Amplia decimo, vt etiam procedant supradicta, quãdo adsunt alia uerba, quæ æqui

18 polleant † clausulæ *sublata &c.* ueluti si esset Decretum prohibitiuum, ne scilicet Iudex in contrarium pronuntiaret, aut declararet, nã

tunc

tunc cum d. verba sint æquipollentia, ac paris conditionis; eundem etiam debent effectum operari, vt fuit decisum in vna Ispalen. beneficii de Xerez, sub die 6. Nouembr. 1601. per doctrinam Card. in c. quia diligentia 5. sub n. 5. vers. *tertio quæro*. de electione, vbi dixit, quod illa verba contenta in restitutione Principis, *quod confiscatio non possit allegari, nec aliquid inde secutum, nec aliquis Iudex possit ex ea aliquid pronunciare, & quod contra factum esset nullum.* causant nullitatem actus contrarij, & auferunt omnem iudicandi potestatem, saltim de facto.

Amplia vndecimo, vt neque etiam Signatura Iustitiæ † possit aperire os ad impugnandã talem concessionem, obstante dicta clausula *sublata, &c.* cum nullus alius, nisi solus Papa oris aperitionem concedere valeat. Marches. de commiss. 2. p. c. 6. de commissione appellationis. nu. 1. cum sequentibus. Et ratio patet, quia inferior a Papa non potest actum superioris eneruare, aut destruere. c. cum inferior cum similibus. de maior. & obed.

Amplia duodecimo, vt ex oris aperitione contra dictam clausulam *sublata, &c.* dicatur tollii ius quæsitũ † & obstet reg. de nõ tollend. iure quęsito si derogata non fit. Cęs. de Grassis deci. 1. n. 8. 9. & 10. de verb. sign. cum alijs adductis in gl. 7. num. 31. 32. & 33. cum seqq. & in glo. 36. numero 46. & ex num. 54. cum sequentibus, vbi respondetur ad decisionem Caputaquen. 128. num. 5. parte 1. & decisione 31. n. 1. & per totam p. 3. contrarium dicentes; Non tamen est necessaria expressa derogatio regulæ de non tollẽdo, quãdo conceditur per Papã oris aperitio, vt quotidiana docet experiẽtia, quia tacite illi derogat, vt dixi in gl. 36 à n. 47.

Amplia decimotertio, vt etiam sit sublata facultas declarandi de solo facto, † vt dixi in gl. 57. n. 11.

Limita modo effectum, & potestatem d. clausulæ *sublata, &c.* vt intelligatur, si insimul cum illa adest alia † clausula, quod non possit gratia impugnari, nec aduersus illam de subreptione, aut obreptione, vel alio intentionis defectu dari. Nam stante hac clausula coniuncta cum clausula *sublata, &c.* operatur dictum effectum; At vero si clausula *sublata, &c.* esset sola absq; dicta clausula, *quod non possit dari de subreptione, &c.* Tunc quidẽ nõ esset clausum os, quo minus dari posset de subreptione, & constito de illa, tota concessio, & gratia corrueret, vt fuit resolutum in vna Calagurritana iurisdictionis 30. Maii 1580. corã Rubeis: & in Nauarren. Canonicatus 12. Feb. 1599. coram Illustris. Card. Pamphilio. & in Pampilonen. Archidiaconatus 19. Maii 1593. coram eodem. & in Elnen. Prioratus 28. Aprilis 1586. coram Orano. & nouissime in alia Ispalen. beneficii de Xerez 6. Nouembris 1602. coram R. p. d. meo Litta. ac etiam tradit Marches. de commiss. p. 1. c. 8. ex n. 22. cũ seqq. in noua impressione.

Ratio est, quia dicta clausula *sublata. &c.* intelligitur (veris existentibus prenarratis) Put. dec. 213. incipit *fuit resolutum.* lib. 2. Io. Paulus dec. 170. Mand. in tract. de monitorijs. q. 60. n. 44. ad fin. Omnisq. concessio intelligitur sub tacita † conditione (si ita est) vel (si preces veritate nitantur) l. vniuersa. C. de diuer. resc. c. 2. de rescrip. Bernar. Diaz in reg. 98. Couar. in rubr. de testam. 2. p. n. 14.

Si igitur potest opponi de subreptione, & doceri de illa, consequenter sequitur, quòd gratia, seu concessio erit nulla: Necnon, quòd clausula *sublata, &c.* tamquam accessoria, † nihil operabitur, cum sequatur naturam principalis, Et annullata gratia principali, remanẽt nullæ omnes clausulæ accessoriæ. gl. fi. in c. significantibus, de off. deleg. Ant. Gabr. in tit. de clausulis. concl. 10. per totam, & concl. 3. n. 82 Put. dec. 90. n. 3. & 4. li. 2. Mohed. dec. 11. n. 1. de conces. præb. Put. dec. 400. nu. 2. li. 1. & deci. 213. li. 2. Rota dec. 128. nu. 3. p. 1. diuers. & fuit resolutum in d. causa Ispalen. beneficij de Xerez 6. Nouembris, 1602. coram R. p. d. meo Litta.

Si vero Constitutio sit generalis per viam legis, aut specialis, ex motu proprio, † non vero ad partis supplicationem. Ita vt nõ sit locus subreptioni, iuxta tex. in c. si motu proprio, de præben. lib. 6. clem. si Romanus. & ibi gl. fin. eodem titulo, cum adductis in gl. 32. nu. 4. Tunc quidẽ quamuis deficiat clausula, quod non possit opponi de subreptione: nihilominus clausula *sublata, &c.* suum debitum effectum habebit.

Hodie tamen ad obuiandum huic limitationi raro reperietur aliqua gratia, in qua ad sit clausula *sublata, &c.* quæ similiter † non cõtineat clausulã, quod nõ possit dari de subreptionis, aut obreptionis vitio, siue intentionis defectu, de qua clausula vide Caputaque. dec. 128. n. 3. p. 1. & decis. 228. p. 3. Paris. cons. 1. n. 75. vol. 4.

Limita secundo, quando gratia, aut concessio, vbi adest clausula *sublata, &c.* est conditionalis. † Nam sicut gratia principalis ante cõditionis euentum, nihil operatur. † l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omissa causa testamenti. l. cedere diem. ff. de verb. significatione. Rota decisione 10. de conces. præben. in nouis & decis. 323. par. 2. diuersorum, cum adductis per Flamininm Parisium de resignatione lib. 1. quæst. 3. ex num. 20. Pariter etiam clausula *sublata, &c.* tanquam accessoria nihil potest operari, vt tradit in terminis Cassad. decis. 10. nu. 4. super regulis Cancellarię, & fuit resolutũ in vna Vrgelen. Canon. 28. Octob. 1592. corã Illustris. D. Blanchetto, & in Oriolen. decimarũ. 19. Iunij de an. 1592. corã Gypsio.

& alias sæpius, ac dicam in gl. sequenti, circa materiam Decreti irritantis, n. 51.

Limita, seu declara tertio, vt dicta clausula *sublata, &c.* tanquam accessoria non ampliet † concessionem, seu dispositionem principalem, nec se extendat vltra limites gratię, seu dispositionis principalis, vt fuit decisum 30 in vna Calagurritana Motus proprij de Victoria 15 Iunii, 1592. coram Illustriss. D. meo Card. Pamphilio, & in Valentina decimarum sub 9. Iunii 1597. coram eodem. Rota etiam dec. 300. n. 6. lib. 3. p. 3 diuers. Marches. de cõmiss. p. 1. c. 8. sub n. 11. in vltima impress.

Semper namque clausulæ accessoriæ appo- 31 sitæ ad actum sequuntur naturam illius, † nec illum ampliant. l. fin. C. de non num. pecunia. Aimon Crauetta in tract. de indemnit. mulie. ex num. 3. cum sequentibus. Puteus decisione 255. num. 4. lib. 1. & decisione 91. libro 2. Antonius Gabr. in titulo de clausulis, conclus. 10. n. 1. & per totam, vbi plene.

Limita quarto, nisi postea talis dispositio in qua continetur clausula *sublata, &c.* sit dero- 32 gata † per aliam legem generalem in contrarium factam, quia tunc tollitur clausula *sublata, &c.* & illius effectus, vt fuit resolutum in vna Romana pecuniaria 23. Ian. 1594. coram R. p. d. meo Litta, & in vna Burgen. de Ecclinas 28. Octob. 1587. coram Orano.

Limita quinto, quando in secunda dispositione contraria (aliter, quam per viam legis generalis facta) adsit clausula *quorum tenores* 33 *pro expressis, &c.* † Nam tunc si mediante dicta clausula *quorum tenores, &c.* remanet derogata prima dispositio, pariter & clausul. *sublata, &c.* accessorie ad illam posita, derogata remanebit. Cassad. decis. 10. num. 4. in prin. & fuit decisum coram Illustriss. Blanchetto 29. Aprilis 1592. in vna Vrgelen. Canonicatus.

Quando autem prima dispositio sit deroga- 34 ta, vel non per secundam † continentem clausulam *quorum tenores, &c.* late declaraui in gl. 36. ex n. 13. vsque ad n. 74.

Si vero sit dubium, an sit prima concessio continens clausulã *sublata, &c.* derogata per secundam dispositionem contrariam, illa carentem, propter rationes, quæ hinc inde possent adduci, ex his quæ scripsi in gl. 36. a n. 63. vsque ad 74. Tunc quidem in dubio, erit in- 35 terpretandum † pro non derogatione, propter virtutem, & effectum clausulæ *sublata, &c.* & è contra; vt dixi supra in 9. ampliatione huius glossæ nu. 17.

Sin autem vtraque dispositio prima, & secunda contineat dictam clausulam *sublata &c.* Tunc quidem neque prima clausula, neque se- 36 cunda aliquid † operabitur, cum ad inuicem se impediant. argumento tex. in l. non solum. 67. §. vno. ff. de ritu nuptiarum. Iason in l. qui iurisdictioni num. 9. vers. *septimo fallit.* ff. de iurisdict. omn. iudic. Felin. in c. cum oporteat n. 3. de accusat. vbi habetur, quod a pari nu- 37 la † fit victoria, & quod par causa affectionis tollit suspitionem.

Limita sexto, nisi pars, qui obtinuit gratiã continentem dictam clausulam *sublata &c.* cõ- 38 misisset † causam super validitate, & canonizatione illius. Nam tunc committendo causã renunciare videtur dictæ clausulæ *sublata &c.* ex quo aliter non posset discuti de viribus d. gratiæ, vt in terminis fuit decisum in vna Elnen. mineriorum 28. Apr. 1588. coram Orano & faciunt tradita per Lancellot. de atten. 2. p. c. 4. in præf. n. 484. & seqq.

Sicut etiam committens causam post rem 39 iudicatam, † censetur rei iudicatæ renunciare. Mohedanus decis. 4. de re iudicata. Caputaquen. decis. 323. n. 4. p. 1. & decis. 278. & 279. p. 2. Acchilles de Grassis decisione 12. num. 6. de re iud. Rota decis. 55. lib. 2. p. 3. diuer.

Ac triennalis possessor committens causã 40 super beneficio (lapso triennio) censetur † renunciare exceptioni regulæ de triennali. Acchil. de Grassis dec. 1. super reg. de triennali in impressis.

Et laudo acceptato renunciat, qui patitur 41 † examinari testes super iniustitia illius. Put. dec. 102. incipit *patientia.* lib. 2.

Committens etiam causam contra Religiosum inhabilem ad comparendum in iudi- 42 cio, approbat illum, † & non potest contra eũ de inhabilitate opponere. Acchil. de Grass. decis. 1. de regularibus.

Sublimita hanc sextam limitationem, quan do pars commisit causam in Rota, non voluntarie, sed compulsa † ad fugiendas molestatio- 43 nes aduersarii, in statu, & terminis, in quibus coram Iudice inferiore reperiebatur, vt fuit decisum in vna Pampilonen. Prioratus de Artaxona 20. Ian. 1600. coram Illustriss. Card. Pamphilio, vbi cum vnus Prioratus esset vnitus cuidam Capitulo, cum clausula *sublata &c.* & postmodum fuisset impetratus ab alio, prætendens vnionem esse nullam, cuius impetrationis vigore impetrans agitabat contra Capitulum coram Auditore Cameræ: Capitulũ ad fugiendas molestias obtinuit cõmitti causam in Rota in eisdem statu, & terminis, &c. & deinde cæpit opponere de clauſ. *sublata &c.* contenta in dicta vnione: Et quamuis pro parte impetrantis inter alia respondebatur, quod per dictam commissionem fuerat dictę clausulæ *sublata &c.* renunciatum. Nihilominus 44 Rota tenuit † obstare clausulam supradictam, quia non voluntarie, sed coacte, & in eisdem statu, & terminis fuerat commissa causa in Rota, absque intentione renunciandi iuri sibi per clausulam *sublata, &c.* quæsito.

Limita septimo, quando pars non opponit 45 † de dicta clausula, *sublata, &c.* quia tũc nihil

ope-

operatur, nec audiētia denegatur per doctrinam Bart. in l. 1. §. sublata sub nu. 2. ff. ad Trebellianum tenentis, quòd quotiescunque statutum dicit actionem non dari, non audiri deberi, audientiam denegari, & similia: quòd
46 sit opus exceptione, ac oppositione, † in ciuilibus. Iason post Angelum, & alios ibid. nu. 2. & 3. cum sequentibus. Socinus nu. 1. & cæteri omnes, ac conferunt ea, quæ latissime de hoc scripsi in gl. 56. limitatione 1. ex num. 48. vsquè ad nu. 109. Maximè nu. 65. & 107. & in gl. sequenti. num. 52. vbi similiter dico, quòd
47 quandiu non opponitur de Decreto † irritanti non afficit.

Vnde quamuis Iudici constet de clausula, *sublata, &c.* dum pars non opponit de illa, po-
48 test rectè † procedere, & acta medio tempore gesta erunt interim valida: & non potest ex officio repellere partē: Licet secus esset, si ipso Iure, absque oppositione, clausulæ, *sublata &c.* †
49 suum haberet effectum, vt docet. Castrensis in d. l. 1. in principio num. 6. ff. ad trebellianum, & notat. gl. in l. vbi pactum verbo, *pœna.* post medium. C. de transact. cum alijs adductis per Tiraquel. in l. si vnquàm verbo, *reuertatur.* n. 345. & sequenti. C. de reuocand. donation.

Neque obstat dicere, quòd clausula, *sublata, &c.* operetur ipso Iure absque partis oppositione, iuxta ea, quæ diximus in 8. ampliatione huius gl. n. 15. Quoniam ista videtur verior opinio, vt requiratur oppositio, licet possit quandocunque fieri, ex supradictis? Acta tamen interim gesta, non erunt ipso iure nulla.

50 Possunt tamen concordari † istæ opiniones sic, quòd aut clausula *sublata, &c.* continetur in lege, seu dispositione generali, non ad fauorem alicuius particularis personæ, aut partis, sed ad fauorem publicū emanata: Et tunc dicta clausula claudat os, & deneget audientiam, ipso Iure, absq; aliqua oppositione: Aut continetur in aliqua gratia, seù priuilegio ad fauorem, certæ personæ particularis emanato: Et tūc sit necessaria oppositio, ex quo ipsa pars potest renuntiare dictæ clausulæ, & non vult vti illa, quandiù non opponit de illa: Ità in simili distinguit gl. singularis in. c. statutum, in principio in verſ. *committantur.* de rescriptis. lib. 6. quæ gl. est communiter approbata, vt per Geminianū ibid. sub nu. 12. Francum nu. 15. & reliquos omnes, Felin. in. c. cum accessissent. nu. 4. de constit. Anton. Gabriel. titulo de clausulis concl. 3. num. 31. 33. & 35. Caputaq. dec. 249. par. 1. & est optimus tex. in cap. si diligenti de foro competenti, in fine. l. ius publicum. 38. ff. de pactis, & faciunt tradita in gl. 56. nu. 123.

Et ad dicta per Ioannē Andream, Alexandrum, & Decium sub d. ampliatione. 8. dicto nu. 15: potest etiam responderi, quòd procedant, quando impedimentum audientiæ pro-
51 cedit, ex inhabilitate, † & incapacitate personæ. Secus vero si procedit, aliunde, vt ipsimet Doctores declarant, & Iason in dicta. l. 1. §. sublata nu. 1. & 6. Socinus. nu. 2. & 3. in eodem. §. sublata. Et in hoc etiam casu loquitur allegata decisio Ianuen. 190. num. 7. & 8. nempè in personis forestatis, vt illis tanquam inhabilibus audientia denegetur.

Cogita tamen, quia est difficilis, casus istius. 7. limitationis, ex adductis pro contraria parte.

Octauo limita quando non adest integra
52 clausula, *sublata, &c.* sed dumtaxat dicitur, † *quod non possit dari de subreptione, vel obreptione, &c. Sicq; in præmissis iudicari debere per quoscunq; iudices, &c.* Nam tunc cum defficiant illa verba, *Sublata aliter Iudicandi, & interpretandi facultate.* nec adsint alia verba æquipollentia. Non clauditur os, nec operatur d. effectum, vt fuit decisum in vna causa. Ispalen. beneficij de Xerez. 6. nouembris. 1602. coram R. P. D. meo Litta. Et quamuis clausula regulæ nostræ non sit explicitè extensa. tamen, ratione illius dictionis (.&c.) habentur omnia alia verba pro expressis, vt dicam, in gl. sequenti ex nu. 2. vsq. ad 10.

53 Nono limita nisi aperiatur os † à Papa, Nàm aliquando solet hanc oris aperitionem concedere, committendo causam, pręuia oris aperitione in Rota super negotio principali cognoscendam, & terminandam. Et ad prędictam concessionem obtinēdam, solet proponi talis cōmissio in plena signatura gratiæ corā Sanctissimo, citata parte: & si pars petens signari dictā commissionem allegat causas releuantes, & iustas, signatur talis commissio, sin minus, reijcitur, Et interdum solet Papa ordinare Rotæ, quòd desuper detur, & disputetur dubium, an sit concedenda, vel deneganda cōmissio huiusmodi, ac secundū Rotę resolutionem, aut cōceditur, aut denegatur, Interdum quoq; Papa hoc negociū aliquibus ex Dominis Card. videndū, & sibi referēdum cōmittit, prout sibi magis placet. Et ideo laudabilis sti lus seruatur in Curia, vt cū primum de dicta clausula innotuerit, non prius prudentes Iudices procedāt, quā per signaturam Papæ os aperiatur: De qua praxi etiam. Vide Marche sanum. de commissione aperitionis oris. c. 8. nu. 33. vsq. 43.

Dum dicit regula nostra illa verba, *in prædictis omnibus.* nota quòd ista clausula, *sublata, &c.* non solum respicit ea, quæ tendunt ad fauorem reseruationis, sed etiam illa, quæ con-
54 cernunt ¦præseruationem † mensium ordinariorum, prout in regula nostra disponitur, vt tetigi in. §. 4. proœmiali nu. 20. & Latius dicam (Deo dante) in gl. sequen. nu. 27.

Summaria Gloſſæ 67. & vltimæ.

1 *Decretum irritans continet regula noſtra 8.*
2 *Dictio &c. includit reliqua verba, decreti irritantis, & illud quod ſolitum eſt apponi, & quæ ſunt de natura actus, & nu. 3.*
4 *Dictio &c. includit virtualiter omnia, quæ ſunt de natura ſubiectæ materiæ, ſtylo, aut conſuetudine.*
5 *Dictio &c. quid operatur in contractibus, vltimis voluntatibus, & reſcriptis, & alijs actibus, & nu. 6. 7. & 8.*
9 *Dictio &c. ſiuè ſit abreuiata, ſiue extenſa, idem importat.*
10 *Dictio &c. à quo differat a dictione,* & infra: *Et ibi dicitur, an dictio &c. extendatur, ad clauſulas ſubſtantiales.*
11 *Decretum irritans vnde originem trahat.*
12 *Decretum irritans inficit, & annullat omnia, quæ in contrarium fiunt, ac omnes Iuris effectus tollit.*
13 *Decretum irritans habet oculos retro.*
14 *Decretum irritans, eſt tam malignæ, & peſtiferæ naturæ, quòd quidquid in oppoſitum inueniat, deſtruat, vt fulgur.*
15 *Decretum irritans eſt penetrabilior gladio ancipite, & omnia interiora afficit.*
16 *Decretum irritans habet inhibitionem in ventre, ac vim priuatiuam, & auocatiuam, & eſt potentius reſeruatione, & nu. 17.*
18 *Decretum irritans ligat ignorantes, quoad nullitatem actus, non verò quoad pœnam, & num. 19.*
20 *Decretum irritans poteſt apponere legatus, ſed non ligat ignorantes, & 21.*
22 *Decretum irritans Papæ, an liget ipſum Papam, & nu. 23. dicitur quòd ſic, contra nu. 24. concordatur, nu. 25. & 26.*
27 *Decretum irritans contentum in regula noſtra, ligat ipſum Papam.*
28 *Decretum irritans iſtius regulæ coarctat Papam, ad non conferendum in menſibus ordinarijs.*
29 *Decretum irritans regulæ noſtræ inficit poſſeſſionem, nec non in qualibet reſeruatione nu. 30. & 31. ſiue ſit de certo, vel incerto corpore. num. 32.*
33 *Certum dicitur, non ſolum id, quod eſt de per ſe certum, ſed etiam per relationem ad aliud.*
34 *Reſeruationes omnes, hodie ſunt generales, & inficiunt poſſeſſionem, perinde ac ſi eſſent ſuper certo corpore, & nu. 35.*
36 *Reſeruatio an ſit generalis, vel ſpecialis, ſtante decreto irritanti, parum curatur.*
37 *Decretum irritans contentum in c. fin. vt lite pendente in 6. inficit poſſeſſionem, & declaratur. num. 38.*
39 *Decretum irritans contentum in reſeruatione, vel affectione, tunc inficit poſſeſſionem, quando conſtat de tali reſeruatione, affectione aut lite, & alijs modis declaratur remiſſiue. n. 40.*
41 *Decretum irritans an inficiat poſſeſſionem in alijs caſibus vltra reſeruationem, aut litem, & pro parte affirmatiua plura adduntur, nec non pro negatiua nu. 42. & 43. & 44. & 45. Vbi habetur quid ſit in collatione facta a Papa iure præventionis, & concluditur, vt receptior negatiua. nu. 46.*
47 *Decretum irritans poſuit regula noſtra ſpecificè, quoad poſſeſſionem, nec non Conc. Trident. & nu. 48.*
49 *Decretum irritans regulæ noſtræ non inficit poſſeſſionem prouiſi Apoſtolici, de beneficio vacante in menſe ordinario, tanquam de reſeruato.*
50 *Decretum irritans habet plures alios effectus.*
51 *Decretum irritans gratiæ conditionalis, non ligat ante conditionis euentum.*
52 *Decretum irritans non afficit, niſi parte opponente, & declaratur nu. 53. & 54.*
55 *Decretum irritans non ampliat diſpoſitionem.*
56 *Decreto irritante in collatione Papæ concurrente ſub eadem die, cum collatione ordinaria, & poſſeſſione, nihil operatur, reiecta opinione Socini, & Rebuffi. nu. 57.*
58 *Decretum irritans non infirmat actum perfectum.*
59 *Decretum irritans ex falſa cauſa interpoſitum, nihil prodeſt ſicut nec decretum Iudicis. n. 60.*
61 *Decretum irritans adiectum ad fauorem vnius, non operatur ad fauorem alterius.*
62 *Decretum irritans appoſitum in gratia obtenta, tanquam de reſeruato, cum non ſit, non afficit, nec quoad diuerſum modum vacationis. n. 63. nec ſi gratia ſi gratia ſit ſubreptitia.*
64 *Decretum irritans facit, vt poſſit procedi in petitorio, quamuis ſuſpendatur poſſeſſorium.*
66 *Decretum irritans importat verbum,* nullatenus, *& verbum,* alioquin, *num. 67. & alia multa verba remiſſiue.*
68 *Decreti iuxta formam vacatio, quando, & quomodo contingat. Et an inficiat poſſeſſionem.*
69 *Concluſio operis, & proteſtatio auctoris.*
70 *Scribens nullus, ſine reprehenſione remanſit.*

Ac irritum &c.
Gloſſa 67. & vltima.

CONCLVDIT regula noſtra, apponendo decretum irritans, omnibus ſupradictis in eadem regula contentis, Videlicet (irritum, † nullum, inualidum, & inane, ac nullius roboris, firmitatis, & momenti eſſe, quicquid ſecus in omnibus ſupradictis, per quoſcunque, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari) nam ſub illa dictione abbre-

uiata

2 viata (&c.) includuntur reliqua omnia † verba, & partes decreti irritantis. tex. in l. gallus. §. idem credendum, & in. §. nunc de lege Velleia. ff. de liberis, & postumis. l. magis puto. §. si pater. ff. de rebus eorum, & in l. si ità quis. ff. de euictionibus. l. periculi. ff. de nautico fenere. cap. fin. de libelli oblatione. cap. 2. de regulis Iuris, vbi notat Abbas nu. 4. cap. nam concupiscentia, & ibi Decius nu. 2. & 3. in secunda lectura, de constitutionibus, Bart. in d. §. Idem credendum. num. 2. Alberic. num. 13. Castren. nu. 3. Imola. nu. 28. & 31. Alexan. n. 2. cum sequentibus. Iason. num. 7. & sequentib. Tiraquel. de iure cõstituti. 3. par. limitatione finali. nu. 1. Rolandus. cons. 44. num. 47. vol. 1. Cephalus. cons. 88. nu. 1. cum seqq. vol. 1.

3 De natura namque dictæ dictionis † abreuiatæ (&c.) est vt semper includat illud, quod solitum est apponi, ac quæ sunt de natura actus, vel rei super qua interponitur. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de Iure iurando d. l. si ita quis, cum lege sequenti. ff. de euictionibus. Abbas in dicto cap. 2. nu. 4. ff. de regul. Iuris, Bal. Imola, & Iason in d. l. gallus. §. idem credendum. nu. 8. ff. de liberis, & posthumis, Corneus cons. 82. nu. 6. lib. 1. & cons. 297. nu. 8. lib. 3. Aimon cons. 34. n. 2. Ruinus cons. 154. nu. 8. & 13. vol. 3. Parisius cons. 76. nu. 7. lib. 1.

4 Nec non comprehenduntur † virtualiter omnia, quæ sunt de natura subiectæ materiæ, & de stylo, seu consuetudine. Imola per tex. ibi in cap. significante. num. 3. de rescriptis. Alexan. in dicto. §. idem credendum nu. 9. vbi in numeris sequentibus plura cumulat, tam circa materiam contractuum, & vltimarum voluntatum, quàm etiam commissionum, &

5 rescriptorum. De quibus cõmissionibus † vide Rotam decisione 9. & decis. 28. sub nu. 2. de rescript. in nouis, & decis. 1. & decis. 23. sub nu. 1. & decis. 82. de rescriptis in antiquis, & Iason. super eodem. §. idem credendum. nu. 9. 10. & 11. cum sequentibus, vbi plures quæstiones in proposito cumulat: & late tractat,

6 quando, & per quem, † & quomodo sit dicta dictio abreuiata extendenda, ad quem lectorem reijcio. Et nõnullis modis limitat, & declarat Decius in cap. nam concupiscentia nu. 3. de constit. Felinus in cap. cum P. Tabellio. nu. 10. & 11. de fid. Instrum.

Quibus etiam adde, quòd quando in instrumento dicit notarius, præsentibus talibus &c. tunc est intelligenda, & extendenda illa di-

7 ctio, &c. scilicet, quòd testes † fuerint rogati. Bald. & Salicet. nu. 2. in l. hac consultissima in principio. C. de testamen. Alexan. cons. 14. nu. 16. vol. 6. Iason in l. sciendum. nu. 36. de verb. obliga. Mascar. de probationibus concl. 1360. incipit, *testes in testamento*. nu. 16. Mantica de coniecturis. lib. 2. tit. 11. nu. 15.

Passim etiam nos vtimur hac dictione, &c.

8 in clausulis † commissionum, & in decis. 378. tionibus, & aliis actibus. 31.

Et procedit siue hęc dictio sit abbreuiata, vt in regula nostra: siue per litteras formatas †

9 scripta, veluti, *& cætera*: quia in hoc nulla est differentia, Decius in dicto c. cum concupiscentia. nu. 4. vbi impugnat Abbatem contrarium dicentem in cap. 2. n. 2. ff. de reg. Iur.

10 Ac de differẽtia † dictionis, &c. & dictionis, *& infra*. vide Bartol. in dicto. §. idem credendum nu. 5. & Alexand. n. 13. ibidem, & omnes.

Adde tamen, quod d. dictio, &c. non extenditur ad clausulas substantiales non solitas apponi, Rota decis. 1. de verbor. significa. in antiquis.

11 Quæro primo circa materiam decreti irritantis, vnde originem † trahat? Respondeo quòd plures sunt textus de hoc disponentes. l. 1. ibi, *nullius momenti*. ff. de feriis. l. filius familias. 104. §. diui. ff. de legat. 1. l. non dubium, in fine. C. de legibus, cap. ad petitionem de accusationibus, cap. vltimo in fine. 4. distinctione, bonus tex. in c. si eo tempore. 45. de electione lib. 6. cap. 2. in fine. cap. quodam 40. ibi, *cum interpositione decreti*. de præbend. lib. 6. cap. 1. vers. *adijciebatur insuper*. cap. dudum, vers. *& quod decretum nostrum*. de conces. præbendæ eodem libro, gloss. verbo, *pro infectis*. in Clem. 1. de immun. Ecclesiarum, & vbiq; omnes.

Ex quibus Iuribus apparet, quod Decretum irritans sit tantæ potentiæ, & tantæ ef-

12 ficaciæ † quòd inficit, & irritat omnia, quæ in contrarium fiunt, ac omnes Iuris effectus tollit, ità vt nec aliquod Iuris fomentum habeant, vt in dicto capitulo si eo tempore de electione libro 6. cum ibi notat. Cassadorus decisio. 1. sub num. 7. de restitut. spoliat. Gomezius in regula de triennali quæst. 49. nu. 3. Puteus decis. 50. nu. 2. & decis. 396. lib. 1. Anton. Gabriel. lib. 6. tit. de clausulis, concl. 3. ex nu. 56. Rebuff. ad concordata in rubrica de firma, & irreuocabili concordatorum stabilitate vers. *vltimo notanda est clausula decreti*. Rota decis. 24. nu. 5. & decis. 149. n. 2. par. 2. diuers.

Adeò, quod dictũ decretum irritans habet

13 oculos † retro, & operatur nullitatem ab initio. Cassadorus decis. 12. nu. 4. 5. & 6. super regulis Cancellariæ. Gomezius in regula de annali q. 5. prope finem, Ioan. Paulus decis. 14. Acchilles de Grassis decis. 385. Rota decis. 24. nu. 5. post principium par. 2. diuers.

Est etiam dictum decretum, tam pestifeerũ, & malignæ † naturæ, vt sicut fulgur quic-

14 quid inuenit in oppositum destruit, & secum ducit. Gomezius in dicta regula de annali quæst. 23. num. 4. Menochius de recuperand. possessione rem. 16. nu. 444.

Nec non est ita forte, & potens, vt sit pe-

15 netrabilius † gladio ancipite, ac omnia interiora

riora inficiat, & destruat. Aeneas de Falconibus in tractatu de reseruatio. quæst. 4. principali, effectu 1. sub nu. 1. Gomezius sub d. nu. 1. Egidius Bellamera decis. 535.

Habet enim decretum irritans inhibitio-
16 nem † implicitam in ventre. Cassador. decis. 2. nu. 6. de restitu. spoliat. Ac etiam vim priuatiuam, & auocatiuam potestatis concessæ. Ferret. cons. 314. nu. 10. lib. 2.

Item decretum est potentius reseruatio-
17 ne, † & inhibitione glos. verb. *prouisionem.* in cap. si eo tempore 45. de electione lib. 6. Cassadorus decis. 3. nu. 7. de decretis in reseruat.

Ligat etiam dictum decretum, quando est impositum à Papa, non solum scientes, sed
18 etiam ignorantes, † quamuis non essent addita illa verba, *scienter, vel ignoranter.* c. si eo tẽpore. 45. & ibi gl. verbo, *ignoranter.* & omnes de electione lib. 6. c. quodam 40. de præbend. in 6. c. dudum cap. penultimo de concession. præbend. in 6. Cassadorus decis. 1. num. 1. de præbend. Atonius Gabriel tit. de clausulis concl. 3. nu. 1. cum sequent. Couarru. in practicis quæst. cap. 9. nu. 7. Lancell. de attentat. 2. par. c. 4. limit. 27. à nu. 13. Simoneta de reseruatione. q. 96. n. 7. Romanus cons. 330. n. 12. Puteus decis. 175. nu. 3. lib. 1. Caputaq. decis. 249. nu. 3. par. 1. & decis. 1. nu. 2. par. 2. Rota decis. 578. nu. 3. par. 1. diuersor.

Qui omnes hoc intelligunt quoad nullitatem actus in contrariũ gesti: secus vero quo-
19 ad alias † pœnas, quia tunc, non incidunt in eas ignorantes, Anton. Gabriel vbi supra nu. 8. & sequentibus. Simoneta de reseruationibus. q. 96. sub nu. 7. cum alijs prox. adductis.

Si vero decretum irritans non esset ipsius Papæ, sed Legati, aut Nuntij Apostolici: Tunc
20 quamuis posset apponere † tale decretum. c. præsenti de off. legati; Tamen huiusmodi de-
21 cretum non ligaret ignorãtes, † nequè quoad nullitatem actus. Cassad. decis. 3. nu. 2. 3. & 4. Super decretis in reseruationibus. Gabriel vbi supra nu. 11. Simoneta de reseruat. q. 96. nu. 5. & 6. Andreas Gambarus in tractatu de legato. lib. 3. nu. 592. Caputaquen. decis. 1. nu. fin. par. 2. Mand. in addit. ad Lappum allegatione. 14. *concl.* sub littera D. vers. *decretum.* Sarn. decis. 6. Simonet. decis. 9. in manuscript.

Quæro secundo an decretum irritans à Papa appositum, liget ipsum
22 † Papam, vel illius successorem: Ita vt quandiù non constet de derogatione talis decreti ex certa scientia, actus gestus per Papam contra d. Decretum sit nullus?

In hac quæstione inuenio, quòd Geminian. post Lappum in. c. quodã nu. 10. de præbend. in 6. dicit, quòd decretum irritans afficit etiã
23 manus Papæ, † & executorũ ipsius, nisi aliud exprimatur, & hoc dicit probari per illum text. & per Clemen. cum ei quem, in primo resp onso de concess. præbendæ, eandẽ etiam sententiam tenet Archidiac. ibidem, notab. 3. Franchus. num. 2. Glossator antiquus regularum Cancellariæ in reg. 27. post principium vers. *ex quo sequitur.* vbi firmat, quòd decretum irritans positum in Iure, vel aliàs, quoad ordinariam potestatem, compræhendit Papam. Anton. Gabriel in tit. de clausulis concl. 3. n. 4. & 5. & 74. Vbi extendit quamuis non adsit clausula. *etiam si per nos &c.* Philipp. Probus in. c. tibi qui n. 5. de rescrip. in 6. Paris. cons. 37. n. 2. & 3. vol. 4. & cons. 52. n. 13. eodem volum. Anast. Germ. in tract. de Indult. Card. §. alioquin ex nu. 15. Cassador. decis. 2. nu. 2. de decretis in reseruatione. Mohed. decis. 21. num. 1. de prẽbend. Put. decisione 141. libro 2. Caputaquen. decis. 82. nu. 1. par. 2.

Incontrarium vero, quòd Decretũ irritans non liget ma-
24 nus Papæ nisi exprimatur † est decisio Rotæ 106. nu. 2. & 3. par. 1. diuers. Aimon cons. 3. nu. 17. & 26. Puteus decis. 391. incipit, *in vna Calagurritana.* lib. 3. & decis. 418. lib. 2. In quibus decisionibus Putei fuit resolutum, quòd quamuis decretum appositum in expectatiua, afficiat Ordinarios, & inferiores pẽdente tempore ad acceptandum dato. Non tamen afficit ipsum Papam, prout etiam tradit, cum alijs Anton. Gabriel. d. concl. 3. nu. 62.

Concordari possunt istæ opiniones, quòd prima procedat, quãdo decretum apponitur
25 in lege generali, † aut in concessione speciali, dummodò addantur in tali concessione speciali illa verba, *etiam si per nos, aut successores nostros contingerit attentare &c.* prout sæpissimè
26 ponuntur; Secunda vero opinio procedat, † quãdo decretũ irritans, nec est positũ in lege generali, neq. in speciali gratia adest clausula *etiamsi per nos, vel per sedem Apostolicam, aut successores nostros &c.* vel etiam quando adhuc pendet tempus ad acceptandum datum: Ità colligo ex tex. in dicto. cap. quodam, de præb. lib. 6. & ex doctrinis Doctorum, & decisionum pro vtraque parte citatis, & conducunt eæ, quæ scripsi vn gl. 9. §. 1. num. 51. & 52. & §. 2. eiusdem gl. 9. nu. 8. & 22.

Ex quo infertur, quòd cum decretum irritans positum in regula nostra, sit appositum
27 in lege generali, † quòd ligat etiam ipsum Papam, quoad prouisiones contingentes in mẽsibus ordinarijs, maximè stantibus illis verbis, *in prædictis omnibus &c.* Nam qui omnia dicit, nihil excludit. l. testatorem. 68. ff. de legatis. 3. l. gallus. §. in omnibus. ff. deliberis, & posth. cum similib.

Vnde dixerunt Felinus in. cap. cum ex officij. nu. 36. in fine, vers. *quid autem.* de præscriptionibus. Mohed. decis. 1. nu. 4. de concess. prẽbendæ. Puteus decis. 492. nu. 2. in fine lib. 2. & decis. 387. sub nu. 1. lib. 3. quòd per alterna-

tiuæ

28 tiuæ concessionem † coarctatur Papa ad conferendum in mensibus ordinarijs, obstante decreto irritanti: & dixi in §. 4. proœmiali, numero 20. vbi ad longum declaraui, quando teneat, vel non, collatio Papæ iure præuentiuo, de beneficijs vacantibus in mensibus ordinarijs, & vide inferius n. 62.

Tertio quæro, An decretum contentũ in regula nostra, non solum in-
29 ficiat titulum, sed etiam possessionem † illorum, qui prouidentur de beneficijs vacantibus in mensibus reseruatis, ab alijs, quam à Papa? Conclude, quod sic, ita vt talis possessor non possit vti aliquo ex remedijs possessorijs, nec etiam summarijssimo manutentionis, in quo nullæ exceptiones admittuntur, Cassadorus dec. 1. n. 1. & per totam, de rest. spol. Puteus decisione 197. num. 3. lib. 3. Rota decisione 510. n. 5. lib. 3. par. 3. diuersorum. Mand. cũ multis in reg. 1. Cancell. quæs. 3. per totam: & latius firmaui in gl. 31. n. 8.

Quod amplia primo, vt procedat etiam in beneficiis vacantibus in mensibus Martij, &
30 Septembris † (Episcopo gaudente alternatiua) vt in d. glo. 31. ex num. 9. vsque ad 16. vbi respondi ad decisionem Cassad. 2. de rest. spo. quæ contrarium insinuare videtur.

31 Amplia secundo, quoad omnes † alias reseruationes, & affectiones, quas cumulaui in gl. 51. & 52. Nam etiam illæ reseruationes inficiunt possessionem, ita vt prætenso possessori nullum remedium possessorium competere valeat, quia talis possessio caret omni iuris adminiculo, & fomento. Rot. decis. 3. de restitut. spoliator. in nouis. & decisione 2. eodem titulo, in antiquis. & decisione 11. & 12. de causa possess. in antiquis. Felinus in c. in nostra. num. 12. de rescriptis. Aeneas de Falconibus in tract. de reseruatione quæst. 4. principali. effectu 11. & effectu 41. Mohedanus decisione 15. num. 1. de causa possession. & decisione 13. num. 2. de rest. spol. Franciscus Marcus q. 1256. p. 1. cum aliis pluribus allegatis in gl. 31. num. 7. Et in gl. 52. num. 10. & 61. dixi qualiter procedat in affectione, ac inferius videas in n. 45. huius gl.

Et hoc procedit nulla habita distinctione,
32 si reseruatio sit de certo, † vel de incerto corpore beneficii, prout tenuit Rota pro maiori parte, teste Cassadoro dec. 1. num. 3. de restit. spoliatorum, ac tradit R. p. d. Anastasius Germonius in suo tractatu de Indultis Card. §. volentes. n. 30. & 31. Præsertim quia satis dicitur certũ corpus, eo ipso, quòd probetur reseruatio quælibet de beneficio, de quo agatur. Nam non solum dicitur certum, quod est
33 de per se certum, sed etiam si certificetur † per relationem ad aliud. l. certum 6. ff. si cert. pet. & ibi late Dec. post alios. & plene Tiraq. de legib. connubia. glo. 5. nu. 186. Men. de arbitrariis lib. primo, quæstione 68. numero 52. & 53. Puteus decis. 112. lib. 1. & decis. 378. num. 2. lib. 1. & faciunt quæ scripsi in d. gl. 31. n. 9. 10. & 14.

34 Item, quia hodie omnes reseruationes † sunt generales, ac per viam legis, & ex motu proprio factæ, vt dixi in §. 1. proœmiali ex n. 57. & sic inficiunt possessionem, perinde ac si
35 essent † super certo corpore expresso, Lancellottus de attentatis 3. parte. cap. 24. q. 9. n. 4. & 5. cum aliis per eum allegatis. Ac cessat hic ratio. tex. in cap. dudum. §. nos igitur, circa finem, ibi *cum super incerto non esset æditum* iũcta gl. verbo. *incerto*. de præb. Et pariter cessant ea quę tradit Anton. Gabriel cũ aliis dicta conclusione 3. num. 15.

36 Amplia tertio, siue reseruatio esset generalis, † siue specialis, quà stante de decreto nihil curatur, Cassadorus decis. 1. num. 1. de caus. poss. Mand. in proœm. regul. qu. 4. n. 2. & in allegat. Lapi 127. sub littera B. in fi.

Amplia quarto, vt decretũ irritans contentum in cap. fin. vers. *quòd si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur*, vt lite pendente libro 6. contra prouidentes beneficia litigiosa, Insi-
37 ciat quoque possess. † Rota decis. 17. num. 1. & 2. de restitutione spoliatorũ in antiquis, & decisione 4. eod. tit. in antiquior. Cassado. dec. 9. num. 4. de causa possessionis, & proprietatis, Rota decisione 472. num. 3. lib. 3. parte 3 diuersorum, & additio ad Rotam sub littera B in decisione 3. de restit. spoliator. in nouis sub nu. 4. Lancellot. de attentatis parte 1. cap. 3. num. 111. vers. *quinto amplia*, vbi latè
38 à nu. 97. vsque ad finem, declarat † dictum c. fi. sex ampliationes, & sexdecim limitationes, ac alias plures declarationes cõstituens.

Intellige tamen omnia supradicta, quando
39 constat de tali reseruatione, affectione, † seù lite, secus verò si nõ benè probaretur, quia interim possessor possetvti remedijs possessoriis Caputaquen. decisione 326. ex num 7. par. 1; Crescentius decisione 6. de rest. spoliator. & dixi in gl. 31. num. 14. & 20. Antonius Gabriel lib. 5. tit. de restitut. spoliato. conclusione 5. num. 37. Rota decisione 3. sub num. 1. de restitutione spoliator. in nouis. Mandos. in reg. 1. quæst. 3. sub num. 5. Menochius de recuperan. rem. 15. num. 453. vsque 457. vbi aliis
40 quinque † modis declarat. & uide quæ dixi. in gl. 11. ad finem.

Quæro quarto, an decretum irritans inficiat possessionem, etiam in aliis
41 casibus, † præterquàm in beneficis reseruatis, & litigiosis? In hac quæst. reperio plures Doctores, & Rotales decisiones contrarias, ità ut confusionem pariant.

Nàm Antonius Gabriel in tit. de clauſ. concluſ. 3. n. 50. post Probum, & Bertran. & alios quos allegat remissiuè, ad tit. de rest. spoliat.

conclu-

conclusione 5. ex num. 43. indistinctè tenet, quòd decretũ inficiat titulum, & possessionẽ.

Idem etiam dicit Cassadorus decisione 11. num. 5. super regulis, vbi loquitur de eo, qui verum valorem non expressit.

Nec non Gomezius in reg. de annali quæst. 14. sub num. 5. vers. *postremò*, qui loquitur de eo, qui litteras iuxta Decret. non expediuit.

Puteus quoquè decis. 142. incipit *decima sexta*, num. 1. lib. 2. idem dicit, dum loquitur in materia regressus, & Caputaquen. decis. 15 num. 1. par. 3. facit etiam d. Puteus decis. 183. nu. 2. & 3. lib. 2.

Item Crescentius decis. 4. num. fin. de priuilegijs dicit, quòd Decretum irritans contentum in priuilegio concesso vniuersitati, quòd beneficia non possint conferri nisi ciuibus originarijs, afficit etiam possessionem; fuit etiã resolutum in Siracusana quartæ 20. Iunij 1586. coram Robusterio.

Rursus idem dixit Rota decis. 189. num. 4. par. 2. diuersorum, in terminis constitutionis de publicandis.

Fuit etiam dictum in vna Conchen. iurisd. 4. Decem. 1592. coram Illustriss. Mantica, quòd Decreta Concil. Trident. cap. 6. sessione 25. de reformatione, circa correctionem Capitularium inficerẽt possessionem, nisi esset in contrarium concordia à Sede Apostolica ex certa scientia confirmata.

42 IN oppositũ tamen, quòd Decretum irritans regulariter non inficiat † possessionem, nisi in beneficijs reseruatis, affectis, & litigiosis, est decisio 8. Acchil. de Grassis num. 4 sub tit. de restit. spoliat. vbi fuit dictũ, quòd Rota nunquàm voluit resoluere, quòd Decretum irritans, etiam in regulis contentum, inficiat possessionem.

Rursus Puteus decis. 99. nu. 11. lib. 1. dicit, quòd Decr. irritans appositum in reuocatorijs expectatiuarum non inficit possess. captam vigore expectatiuæ reuocatæ.

Præterea quando Decretum irritans non apponitur super certo corpore, non solũ non
43 inficit possessionem, sed nequè tit. Puteus decis. 27. lib. 2. & decis. 180. n. 2. lib. 3. & faciunt tradita per Cassa. dec. 2. n. 3. & 4. de rest. spo.

Sicut etiam non omne Decr. irritans inficit possess. etiam in beneficialibus, nisi sit notorium, Puteus dec. 50. num. 2. lib. 1. & fuit dictũ in vna Romana Canonicatus die 7. Decem. anno 1584. corã Santiss. D. N. Clemente viii. tunc Rotę Auditore.

Cõferunt pariter quę dicũt Rota decis. 72 li. 1. & dec. 56. li. 2. p. 3. diuer. & Ruinus cõs. 27 n. 12. li. 5. necnõ ea, quæ scripsi in gl. 56. n. 45.

Insuper firmat Cassadorus decis. 1. num. 4. de restit. spoliator. quòd Decretum cum inhibitione contentum in expectatiuis † non
44 inficit possessionem, quin expectans teneatur ad restitut. prouiso ordinario espoliato, vt indies practicatur: Et idem Cassadorus ibidem sub num. 7. scribit, quòd Decretum c. si eo tempore 45. de electione in 6. dum dicit quòd inficit omnia quæ sequuntur post ipsũ, vt effectu careant, & iuris fomentum non habeant: Quòd aut ille tex. loquitur respectu solius tituli, non uero respectu possess. quæ potest haberi sine tit. aut vllo iure c. in litteris de rest. spoliat. Aut d. tex. nõ sit generaliter intelligendus.

Addo etiam singulariter, quòd Decretum irritans appositum in litteris collationis factę per Papam iure præuentionis de beneficio vacante in mense ordinario, non inficit
45 possess. † prouisi postmodum ab Ordinario, Cassad. decis. 2. num. 7. de restit. spolit. Puteus decis. 27. lib. 2. Et fuit decisum in vna Romana Canonicatus 7. Decemb. 1584. coram S. D. N. Clemente viii. & nouissime in Ispalen. beneficij de Villanueua de mense Ianuarij huius anni 1604. coram R. p. d. meo *Iusto*. Ac Puteus d. decis. 27. dicit, Cassad. laborasse in querenda ratione, quare Decretum irritans minus inficiat possess. in vacanti, quàm in vacaturo: Cum patẽs sit ratio, videlicet, quia si inficeret in iam vacanti, omnes secũdæ gratiæ de vacanti essent nullę, vt superius dixi in quæst. 2. huius gl. à num. 22. Ego etiam aliam rationem assigno, quia gratia de beneficio vacanti in mense ordinario, est magis nociua, & præiudicialis Ordinario collatori, ac prouiso ab illo (ex his quæ scripsi in §. 4. proemiali in princ.) Et hoc tetigi in gl. 52. n. 61.

EX QVIBVS patet, quàm difficilis sit
46 huiusmodi quæst.

In praxi tamen, magis recepta videtur posterior, & negatiua sententia: Quando de possess. mentio in ipso Decreto non fit: Aut Decretum non est super certo corpore appositum, vt ex d. decis. Achil. 8. n. 4. de restit. spol. & alijs sup. allegatis colligo: Ac quantũ experimen. cõsequor, frequẽtius seruari video.

Hinc non immeritò regula nostra dum ponit pœnam Episcopis abutentibus alternatiua acceptata: Non solum voluit priuare ipso iure, illos dicto beneficio alternatiuę cum Decreto irritanti: Verum etiam inficit vsum
47 & possessionem, vt patet ex illis verbis *vsu, & benefitio, &c.* Ac dixi in gl. 56. ex num. 37. cum sequentibus.

Prout etiã cũ Concl. Trid. dum voluit auferre possess. iurispatron. aliter quàm ex fundatione, dotatione, & constructione competentis: Post Decretum irritans, quoad titul. ex-
48 presse loquutum † fuit de ipsa possess. vt sessione 25. c. 9. ibi (*& irrita, cum quasi possessione inde sequuta intelligantur*) ac dixi in gl. 18. n. 23

Vnde arbitror, quòd quamuis Decr. appositum in regula nostra recipiat, ac comphendat, etiam

dat, etiam contenta illa, quoad fauorem Ordinariorum, vt nuper dixi in quęst. 2. nu. 27. tamen quòd non inficeret posses sionem pro-
49 uisi † Apostol. de beneficio vacante in mense ordinario, tanquàm de reseruato: ex quo tali casui non est decretum appositum super reseruatione, sed super ordinariæ Iurisdictionis conseruatione.

50 Quinto quæro quos alios effectus † habeat decretum irritans præter supradictos? In hac quæstione me remitto ad Anton. Gabriel. in titulo de clausulis, concl. 3. vbi optime constituit duodecim effectus, quorũ principales sunt (præter supradictos) Quòd impedit consuetudinem, vt nu. 4. Et præscriptionem, vt nu. 44. Ac tollit vires sententiæ, & illius executionem impedit, vt nu. 51. & Rota decisione 24. num. 5. & decisione 149. num. 2. parte 2. diuersorum: Item operatur ante præsentationẽ litterarum. Gabriel vbi supra nu. 52. & formam inducit, & ipso Iure annullat, vt nu. 70. Mandosius in regula 31. quæst. 9. nu. 10. quos omnes, & alios effectus ampliat, limitat, & declarat ipse Gabriel sub eadem conclus. 3.

Quando verò decretum apponitur gratiæ conditionali, non ligat, nec operatur ante im-
51 pletam † conditionem, etiam subintellectam. Clemen. 1. §. secus, de conces s. præbend. Rota decisione 2. per totam, & decisione 10. in fine, & decisione 12. num. 3. de concessione prebẽdæ in nouis, & decisione 47. eodem titulo in antiquis. Ant. Gabriel in titulo de clausulis conclusione 3. nu. 46. cum sequentibus. Caputaq. decisione 261. parte 1. Puteus decisione 1. nu. 1. & 3. & decisione 236. à num. 3. & decisione 249. & decisione 281. num. 3. lib. 1. Mohedan. decis. 10. & decis. 11. per totas de conces s. prębendæ. Mandosius in regula 7. Cancel. quæst. 4. nu. 4. Roman. cons. 330. nu. 13. & ibi additio sub littera M.

Nequè etiam aliquid operatur nisi is, pro
52 quo fuit appositum, eo vti † velit, ac de illo opponat, tex. in Clem. 1. de præbendis vers. *quia decretum huiusmodi.* Rota decisione 21. nu. 3. de conces s. prębendæ in antiquis. Romanus cons. 330. incipit, *circa primum.* num. 13. & ibi Horatius Mandosius in additione sub littera M. Cassador. decis. 10. nu. 3. & 4. super regulis, & decisione 2. & 3. de locato. Couarru. in practicis quæst. cap. 9. sub num. 7. vers. *quod si is.* Puteus decis. 8. num. 2. lib. 2. Mandosius in reg. 7. quæst. 4. num. 5. & 6. Caputaq. deci. 249. par. 1. Antonius Gabriel lib. 6. titulo de clausulis concl. 3. num. 25. cum sequentibus. Crescentius decis. 4. sub nu. 3. de priuilegijs. Gomezius in reg. de triẽnali quæst. 49. num. 11. & 12. & scriptum relinquo in gl. 56. à n. 48. vsque 110. & prę cipue nu. 65.

Et quamuis plures sint, qui contrarium vo luerint, vt per Anton. Gabrielem vbi supra num. 18. cum sequentibus. Horatium Mandos. in d. additione ad Romanum cons. 330. sub littera M. Eorum tamen opinio sustineri potest, quando decretum irritans continetur in dispositione generali ad fauorem publicum
53 emanata † argum. c. si diligenti de foro comp. Secus verò si in speciali conces sione, gratia, aut dispositione, ac in merum alicuius fauorem, & priuatam vtilitatem, contineatur, Ant. Gabriel vbi supra num. 33. & 35. & dixi in gl. præcedenti sub limit. 7. nu. 45. & 46.

Sunt etiam hoc modo intelligenda, ea, quæ
54 traduntur: An possit priuilegiatus † renuncia re suo priuilegio: vel statuentes possint reuocare statutum a sede Apost. confirmatum: vel veniens contra eum sibi prę iudicauerit (stante decreto irritanti) vt per Rotam decis. 3. de priuilegijs in antiquis. Felinum in cap. cũ accessissent nu. 4. 7. & 30. de constit. Crescentium decis. 4. nu. 3. de priuilegijs. Rebuff. in concordatis tit. de firma, & irreuocabili concordatorum stabilitate. gl. 1. in fine sub notab. vltimo.

55 Rursus decretum irritans non ampliat † dispositionem principalem, sed tanquàm accessorium, illius naturam sequitur. gl. fi. in cap. significantibus de officio delegati. Bald. in l. eã quam, nu. 2. C. de fideicommissis. Tiraquel. in tractatu de constit. in 3. parte, limitatione 7. nu. 15. Antonius Gabriel lib. 6. tit. de clausulis concl. 10. nu. 1. & sequentibus, & concl. 3. n. 54. vers. *contrarium.* & n. 82. Bertand. cons. 224. n. 21. par. 3. Puteus decis. 232. & 255. n. 4. lib. 1. & decis. 213. lib. 2. & decis. 268. lib. 3. Rota decisione 532. nu. 7. par. 1. diuers. & dixi de clausula, *sublata, &c.* in gl. præcedenti. nu. 30.

Vnde infertur, quòd decretum irritãs appositum in gratia Papę, concurrente cum collatione Ordinarij sub eadẽ die, nihil operatur, quando prouisus ab Ordinario habet posses sionem
56 † in terminis, cap. si à sede de præben. lib. 6. Nam decretum irritans vti acces soriũ non causat anterioritatem in data, vt nouissimè fuit resolutum in vna Hispalen. beneficij de Villanueua 2. Maij huius anni 1603. coram R. P. D. meo Iusto; ac iterum coram eodem in eadem causa, de mense Ianuarij. an. 1604. Vbi etiam fuit consideratum, quòd decretum erat appositum in gratia de beneficio vacanti, vt superius dixi, in num. 45. Et habetur in decisione 8. Mohedani sub titulo de prebendis, licet tunc nihil fuerit firmatum. Et in dicta de-
57 cisione Hispalen. fuit reiecta opinio † Socini consil. 67. numer. 3. libro 3. & Rebuffi in tractatu de pacificis posses s. sub num. 299. vers. *contrarium videtur.* volentium, quòd quando in gratia Pontificis Maximi adest clausula *motus proprij &c.* aut *decreti irritantis, &c,* quòd presumeretur anterior, ac vinceret posses sionis effectum.

Secundo

Secundo infertur, quòd decretum irritans
58 non infirmat actum perfectum † ante decreti interpositionem. cap. si eo tempore 45. vbi Geminian. notab. 3. Franchus notab. 2. de elect. lib. 6. & cæteri.

Tertio infertur, quòd decretum irritans nõ
59 operatur, quando est ex falsa † causa interpositum, Rota decis. 12. n. 1. de concess. præbendæ in antiquis Roman. cons. 335. n. 11. Probus in. cap. tibi qui. nu. 20. de rescriptis in 6.

Sicut etiam dicimus, quòd decretum Iudi-
60 cis † ex falsa causa interpositum est ipso Iure nullum. l. 1. §. 1. l. magis puto. §. fin. ff. de rebus eorum. l. cum vero. §. subuentũ. ff. de fideicom. libertat. Alexan. cons. 207. n. 7. lib. 7. Felinus in c. 1. n. 16. ff. de re Iudicata. Curtius Iunior cons. 118. n. 10. par. 2. Molina de primogenijs Hisp. lib. 4. c. 4. a n. 48. Ioann. Gutierrez cons. 18. n. 66 & sequentib. Puteus decis. 210. lib. 3. Rota decis. 529. nu. 1. & 624. n. 4. par. 1. diuers.

Quarto infertur, quòd decretum irritans
61 adiectum in fauorem vnius, † non operatur in fauotem alterius. Carolus Ruinus cons 70. incipit, *quid.* nu. 17. vol. 5. Anton. Gabr. d. concl. 3. nu. 81.

Quinto infertur, vt decretum irritans apposi-
tum in gratia de aliquo beneficio, obtenta tanquàm de reseruato, nõ afficiat manus Or-
62 dinarij, si beneficium non est alias † reseruatum, & vacauit in mense Ordinarij, vt scripsi in gl. 52. limit. 2. a nu. 45.

Sexto infertur, vt decretum irritans nihil operetur ad hoc, vt expresso vno modo vacan-
63 di, † veniat alius modus non expressus. Antonius de Butrio cons. 41. *nec obstat quod decretum.* Antonius Gabriel dicta concluf. 3. nu. 80. Aeneas de Falconibus de reseruatione q. 1. principali n. 3. & conferunt, quæ scripsi in glos. 52. num. 49.

Septimo infertur, quòd decretum irritans
64 appositum in gratia subreptitia. † & nulla sit pariter subreptitium, & nullum tanquam dependens ab illa. Cassador. decis. 10. sub n. 4. super regulis. Mohed. decis. 11. nu. 1. de concess. præbendæ, & dixi in gl. præcedenti circa clausulam, *sublata, &c.* sub limitat. 1. nu. 15.

Octauo infertur, quòd quamuis suspendatur petitorium vt agatur de possessorio dumtaxat; tamen stante decreto irritante potest pronuntiari in petitorio, dimisso possessorio, vt fuit resolutum in vna Siracusana quartæ 24. Maij. 1585. coram Illustriss. D. Blancheto, & in eadem 20. Iunij. 1586. coram Robusterio.

Adde etiam, quòd decretum irritans, non
solum apponitur iuxta formam traditam in principio huius glossę: sed etiam quotiescun-
65 que adest verbum, † *nullatenus.* vel aliud simile, ex quo inducatur ipso Iure nullitas actus, gl. verbo, *nullatenus.* in Clem. 1. de sequestr. poss. & fructuum, & ibi Imola. nu. 20. Geminianus in cap. Romana. §. sententias. nu. 4. de appella. in 6. Felinus in cap. cum accessissent nu. 8. de constitution. & in cap. ex parte n. 7. in 5. casu, & in c. Rodulph. nu. 27. de rescriptis. Mandos. in reg. 7. q. 4. sub nu. 2. ac dixi in gl. 57. n. 7. cum sequentibus.

Ideo dixit Crescentius post Felin. & alios decis. 18. nu. 3. de prębendis, quòd verbum
66 *alioquin.* † habet vim decreti, quòd annullat actum ipso Iure.

67 De alijs etiam multis modis, & verbis † per quæ inducitur decretum annullatorium, ipso Iure, dixi in gl. 58. ex nu. 29. vbi nu. 35. citaui. Tiraquellum in. l. si vnquam verbo, *reuertatur,* ex nu. 21. vsq; ad nu. 243. cumulantem. 76. casus, in quibus ratione effectus, diuersarum dictionum causatur annullatio ipso Iure.

68 Et de vacatione iuxta formam decreti, † scripsi late in gl. 15. in 46. casu vacationis, ex nu. 111. cum sequentib.

Et hoc decretum non dicitur irritans, saltim ad effectũ inficiendi possessionem prouisi ab Ordinario de tali beneficio quod in manibus Papæ erat dimittendum, iuxta formam huiusmodi decreti, vt fuit resolutũ in vna Romana Canonicatus die 7. Decemb. an. 1584. Coram S. D. N. Clemente viij. per decisionem putei. 99. nu. 13. lib. 1. dicentem, quòd Licet ad sint talia verba, & seueriora in extrabaganti, execrabilis de præbendis: nihilominus d. extrabagans non continet tale Decretum irritans, quod inficiat possessionem, ac restitutionem spoliati impediat.

Cum quibus ad laudem D. N. IESV CHRISTI, cuius gloriosa natiuitas hodierna die celebratur, ac Beatissimę Virginis MARIÆ, & Diui HIERON. tutelarium meorum, sit ab-
69 solutum hoc opus: † Et si quid in eo fuerit dictum, quòd lectoribus aliquid affere valeat vtilitatis, Sanctissimæ, & indiuiduæ Trinitati gratias agant; quia calamum currentem ità direxit. At, contra si qua, (quod facile est futurum) minus vtiliter dicta, & minus aptè collocata reperiantur, propriam imbecillitatis, ac tenuitatis meæ. culpam, agnoscere non erubesco: Nec reprahẽsiones aut morsus, excusare intendo. Cum nullus vnquam Iureconsultus scripserit, qui sine † reprahensione tran
70 sierit. vt post Angelum, tradit Socin. cons. 150. *vt in quæstione.* nu. 15. post principium. vol. 1. Præsensq; opus, & me ipsum Sanctę Romanæ Ecclesię correctioni ex nunc subijcio, & submitto, pręmissa protestatione, de qua in cap. hęc est fides. 24. q. 1. In hac Alma Vrbe Romana sub die 25. Decembris fine anni. 1603.

FINIS.

COPIOSISSIMVS

INDEX EORVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

ABBATIS Panormit. dictum taxatur in §.1.præm.nu.31.& Doctores illud impugnantes citantur nu. 49.

Abbatis Lappi. & aliorum dictum discutitur in §. 5. præm. num. 143.

Abbas Lappus suos monachos alebat ex suæ aduocationis lucro gl.2.nu.34.

Abbatiæ,an cadant sub reseruatione c. 2. de præb. in 6.gl.8.nu.20.21.28.& sequent.

Abbatias, & alia beneficia regularia, nemo potest obtinere nisi emissa professione gl.8.num.79.

Abbatissa potest habere curam animarum, & conferre per turnos, & exercere iurisdictionẽ quasi Episcopalem gl.22.nu.14.15.& 19.

ABLATIVVM absolutum importat conditionem gl.9.in annot.nu.248.

ABSENTI seruo libertas data,non prodest ante habitam notitiam §.5. præm.nu.99.100.& 104

Absens electus de dignitate Patriciatus,nõ liberatur à patria potestate, ante scientiam electionis §. 5. præm.nu.98.

Absenti non suffragatur priuilegium ante,noticiam §.5.præm.nu.100.& 104.

Absenti non prodest iurisdictio data ante presentationem commissionis §.5. præm. num. 101. nec mandatum nu.102.

Absenti facta collatio,tenet ante noticiam §.5. præ. nu.108.& prodest restitutio concessa à Principe nu.110.& reuocari non potest gl.5.§.7.nu.105 & gl.26.nu.13.& 14. & gl.62 nu.16.

Absentes in mensibus permissis,non percipiunt distributiones §.7.præm.nu.192.nec causa studiorum,vel Ecclesiæ nu.193.ibidem.

Absens non potest plus perdere, quam haberet si presens esset gl.5 §.5.nu.49.& 50.

Absenti concessa libertas,non prodest ante acceptationem gl.26.nu.15.

Absens ex iusta causa,abesæ non dicitur gl. 43.nu.3 & 63. Nec qui casualiter abest nu.4. nec statim reuersurus nu.5.cum sequent.

Absentem haberi, presente, est per quandam fictionẽ gl.43.nu.17.18.& 20. & 160.

Absens dicitur qui non est in eo loco in quo petitur &c.gl.43.nu.19.

Absens Episc.per modicum tempus causa recreationis non gaudet alternatiua gl.43.nu.41.

Absens causa Reipublicæ,antea gaudebat alternatiua,hodie vero non gl. 43. nu.84.85.86.

Absentia Episcopi in sui odium habetur pro presentia gl. 43.nu. 110. Et licet ipsum priuet alternatiua,non tamen potest præiudicare Papæ n.111.

Absentia Episc. in principio mensis, an impediat Episc. quod conferre nõ possit in reliquo eiusdem mensis, quando residebat gl.43. nu..136.

Absentia Episc.alternat. gaudentis facit,quod vacationes contingentes in mense Iunij, & Decembris spectent ad Papam gl.44 §.1.nu.42.

Absens potest hereditatem acceptare gl.62.num.17 & extra diœcesim contrahere num.18.& testari num.19.

Reliqua vide verbo residentia, & Alternatiua, & presentia.

ABSOLVTIO à censuris, quando suffragetur absenti,& ignoranti §.5 præm.nu.114.

ABSVRDI euitandi causa verba sunt impropriandа gl.4.nu.186.

Absurdum vnum sequitur aliud ab surdum,& plura de hoc gl.31.nu.48 & ex nu.29.

ABVSVS priuilegij inducit priuationem illius gl. 56.nu. 2. cum seq.

Abusus propter,nonnullorum Ordinariorum fiunt reseruationes gl 56.nu.6.& conceditur exemptio ab Ordinarijs nu. 16.

Abusus maiores, an faciant Ordinarij,ratione suæ iurisdictionis,quam exempti ratione suæ exemptionis gl.56.nu.17.

Abutentes Dominos suis subditis, & vassallis,potest Priceps priuare, presertim si illos seuerius tractant gl.56.nu.23.24.& 26. cum seq. vbi plura de hoc.

Abusus de materia, vide verbo vsus.

Abusus priuilegij ratione, non amittitur priuilegiũ quando delinquitur circa alias res in priuilegio non contentas gl.59.nu.140.

ACCEPTATIO facta eadem die,quæ fiunt regulæ Cancellariæ,an suffragetur §.5. pœm.n.57& 59

Acceptatio non requiritur in promissione causæ piæ quia promittitur Deo, qui est vbiq. & acceptat gl.5.§.7. nu.102.Et nu.98.dicitur de donatione acceptanda.

Acceptare nolens beneficium, quod vacat de solo iure,non est in culpa gl.15.§.1.nu.52.

Acceptatio expectantis, an extinguat vacationem gl.15.§.2.num.5.

Acceptata si non est donatio, locus erit pœnitentiæ gl.26.nu.8.

Acceptatio requiritur, vt alteri per alterum obligatio acquiratur gl.26.nu.9.

Accept. Notarij sufficit si à parte ratificetur, alias erit locus pœnitentiæ gl.26.nu.10.

Acceptata si non est alternatiua, aut priuilegium, nõ suffragatur gl.29.nu.11.& 12.

Acceptatio requiritur, in collatione absenti facta, libertate donata, litteris missiuis, fundatione maioricatus, legato, & omnibus actibus humanis gl. 26.nu.13. vsq.ad nu.23.

Acceptatio est mentis declaratio gl.26 nu. 29. Et potest verbis, aut factis fieri, nisi requiratur certa forma nu.25. & 27.

Acceptatio vnius donatarij suffragatur alteri gl. 26. num.27.

Acceptatio laudi habet vim pacti, nisi ab altera parte non seruetur gl. 27.nu.18.

Acceptatio alternatiuæ, est quedam permutatio mentium, & quasi contractus gl.43.nu.106.& 107. Et censetur facta cum omnibus suis qualitatibus nn. 108.

Acceptare volens alternatiuam, prius nonsideret quid sibi consultius sit, propter onera illius gl.43. nu.179.

Acceptatio alternatiuæ ab Episc. facta, non prodest Capitulo gl.45.§.1.nu.7.

Acceptatio alternatiuæ, est quidam quasi contractus inter Papam, & Episc. gl.50.nu.5. Necnon est personalis nu.4.& 6.

Acceptatio nulla, non impedit aliam acceptationem gl.57.nu.18.

Acceptatio alternatiuæ, non requirit vllam supplicationem, nec expeditionem gl.62.nu.31.& 32. & gl.65.nu.19.

Acceptatio alternatiuæ, est voluntaria gl.58.nu.1. cum sequent.

Acceptata si semel sit alternatiua, non erit locus penitentiæ gl.58.nu.14.

Acceptatio alternatiuæ quod vnam diœcesim, cessat per translationem ad aliam gl.58.nu.21.

Acceptatio alternatiuæ, nihil aliud est, nisi mentis, & animi declaratio gl. 58.nu.24.

Acceptatio alternatiuæ fieri debet in propria diœcesi gl.62.nu.1.& quare nu.20.

Acceptatio alternatiuæ, an præsumatur gl.62n.28.

Acceptatio alternatiuæ, an requirat expeditionem litterarum gl.62.nu.28.30.31.& 32.

Acceptatio alternatiuæ, non sit per nuntium, sed ab eodem Episc.gl.63.num.10.& non dicitur acceptata, quandiu defficit recognitio num.35.& gl. 64.ex num.1.cum seq. & per totam.

Reliqua vide verbo Alternatiua.

ACCRESCENDI ius quod canonicis competit, non debet transgredi illud, quod reciperet si presens esset beneficiatus gl.5.§.5.nu.48.49.& 51.

ACCVSATIO locum non habet, quado non est quod possit accusari gl.9.§.5.nu.39.

Accusatio posita contra tres, inqua dicitur alterum alteri, consilium præstitisse: non tenet, tanquam in certa gl.58.nu.38.

ACTIO quando denegatur alicui alege, vel statuto, intelligitur parte opponente gl.56.nu.93.

ACTOR beneficium petens debet docere, se idoneum, prosertim si agitur de excludendo possessore gl.4.nu.171.

Actor & reus ad imparia iudicari non debet gl.6. nu.166.

Actore de, dispositio loquens, procedit in reo gl.6.nu mero 179.

ACTVS nullus operatur vtra intentionem agentis §. 5 præm. num.7.

Actus omnis intelligitur de valido de iure, non de solo facto gl.57.nu.12.

ADDITIO iuris positiui ad naturale in substantialibus, facit quod desinat esse naturale gl. 9. in princ. nu.10.11.& 12.

Additio facta contractui in substantialibus, facit vt nouus contractus iudicetur gl.9.n.13.& sequen.

ADMINISTRATIO an sit beneficium Ecclesiasticum, & quando gl.5.nu.64.65.& 66.

ADVOCATVS an possit esse clericus pauper in curia seculari gl.2.nu.28.& 29. Et quid in religioso num.33.

Aduocatus an possit tuta conscientia, indifferenter patrocinari in causis benfic.gl.15.§.1.nu.92.

AEQVALITAS in iustitia ministranda, seruari debet §.7.præm.nu.7. Maxime in iudicijs glossa 6.nu.164.& gl.43.nu.103.

AEQVITAS est meter exceptionis, & ab illa lex limitatur gl.43.nu.73.& 74.

AETAS 14. ann. sufficit ad canonicatum in collegiata gl.5. in princ.nu.92. Et ad dimidiam portionem in cathedrali nu.93.& qualis ætas sufficiebat ante Concilium nu.94.

Aetatem circa, quoad canonicatum in collegiata, nihil est innouatum à Concilio Trident.gl.5.n.94. sed sufficit ætas 14. ac prout in reliquis benefi.n.95.

AFFECTVM semel beneficium, quod semper duret affectum, An procedat in parrochialibus §. 5.præm.num.137.

Affectionis, & reseruationis differentia est, quod affectio respicit actum realem reseruatio verbalem §.7.præm.nu.115.& gl.52.nu.2. & seq'

Affecta beneficia an includantur in concessione alternatiuæ gl.52.nu.1.vsq.63.

Affectio ex manus appositione Papæ, in quibus iuribus fundatur gl.52.nu.7.& 8.

Affectio resultat ex manus appositione Papæ, in commenda, vel vnioae ad vitam gl.52.nu.11.& 12 Et in mandato de prouidendo nu. 13. & in Decreto de dimittendo nu.14. Ex preuentione, & renuntiatione num. 15. & 16. & in alijs casibus vsq.ad nu. 36.& 37.

Affectio causata ex manus appositione Papæ, est exprimenda gl.52.nu.34.

Affectio expirat, quando collatio Pape fortita fuit effectum gl.52.nu.59.

ALIENATIO facta sine debita solemnit. an teneat, quaneo actus reuertitur ad suam naturam gl.7.ex nu. 14.

ALIVD est vere residere, & aliud haberi pro residente. Sicut aliud esse patrem, seu filium, & aliud pro tali haberi gl.43.nu.28.
Aliud est esse ciuem, & aliud ciuem censeri gl. 43. nu.29. Et aliud est esse ingenuum, & aliud ingenuitatis ius habere num.30. Et aliud esse perpetuum, & aliud tãquam perpetuum n.31 Et aliud esse mortuum, & aliud pro mortuo haberi nu.32. Et aliud esse expressum, & aliud haberi pro expresso num.33.
Aliud est adesse priuilegium, & aliud immemorabilem habentẽ vim priuilegij gl. 43.n.35. Et aliud est esse exemptum, & aliud priuilegia exemptionis habere nu.34. Et aliud esse Religiosum, & aliud Religiosi ius habere nu.36. & aliud est esse falsarium, & aliud tanquam falsarium puniri nu.37.
Aliud est reseruare Sedi Apostolicæ, aliud Papæ §. 5. proœmiali num.15.
Aliud est cessare voluntatem, aliud mutare voluntatem gl.12.nu.58.
Aliud est non velle, aliud nolle gl.12.nu.61.
Aliud non compræhendi Cardinalem sub reseruatione, & aliud compræhendi, sed posse conferre vigore indulti gl.24.nu.62.
Aliud est Cap. & vniuersitas, & aliud singuli de Capitulo, & vniuersitate gl.37.nu.24. vbi vsque ad numer.30. cumulantur plura huius farinæ.
Aliud est non esse factum, & aliud haberi pro infecto gl.43.nu.38.
Aliud est palinodiam solemniter recantare, ac se dedicere, & aliud per æquipolens fieri gl. 43. nu. 39. & 40.
Aliud est habere ius patronatus, & aliud ius presentandi &c. gl.45.§.2.nu.27. & 28. vbi plura.
Aliud est conferre, & aliud collationi consentire gl. 47.nu.18. & declaratur num.19.
Aliud est Ordinarium conferre reseruatum beneficium, & aliud impedimentum prestare, & plures effectus resultant gl.55.nu.30.31.32. & 33.
ALLEGATIO generalis, & in confusso, est allegatio ad baliſtam, & ligare calcem sine cemẽto §.4 4 proœmiali nu.40. Quia debet esse bona allegatio, in specie nu.41. Nam paria sunt non allegare, & male allegare num.43.
Allegare doctrinam in terminis, doctissimi Doctoris, est §.4 proœmiali num.42.
Allegatio partis in textu narrata non facit ius gl. 5.§.7.num.107.
ALTERNATIVAM nulla derogatio compræhendere censetur §.4. proœmiali num.12.
Alternatiuæ per concessionem quodammodo Papa ad non conferendum in mensibus Ordinarijs §.4 proœm.num.20.
Alternatiua acceptata est personalis §. 6. proœm. num. 13.
Alternatiua acceptata per Episcopum, licet olim proderat Capitulo, nunc vero non gl. 24. num. 48.49. & 57.
Alternatiuam potest acceptare Episcopus inuito capitulo gl.24.nu.59.
Alternatiua nostræ regulæ, non intrat, quoad Cardinales collatores Ordinarios, quia non ligatus liberari non potest gl.24.nu.81.
Alternatiua concessa Episcopo non suffragatur ante acceptationem gl. 26.nu.12.cum sequen.
Alternatiuæ gratia non concedebatur de tempore Cassadori per legem generalem, sicut hodie, & sic Decretum illius inficit possessionem gl.31 nu. 13. 14. 15. & 16.
Alternatiua regulæ nostræ, abusiuè priuilegium dici potest gl.35.nu.16.
Alternatiua conceditur Episcopis, in gratificationem residentiæ gl.41.num.10.
Alternatiua nostræ regulæ solum conceditur Archiepiscopis, & Episcopis. Non vero Cap. nec alijs collatoribus gl.42.nu.1. & 2. & hodie cessant decisiones antique, contrarium dicentes nu. 3. & gl.45.§.1.num.3.
Alternatiua olim acceptata per Episcopum, proderat, & nocebat Capitulo, quamuis collatio non esset simultanea gl.42.num.4.
Alternatiua hodierna cessat, in beneficijs quæ non sunt liberæ collationis. Licet antea secus erat gl. 42.nu. 5.
Alternatiua nostræ regulæ, non est verè priuilegium gl.42.nu. 9.13. & 14.
Alternatiua non suffragatur Episcopo non residenti gl.43.nu.1.
Alternatiuam acceptare nequit Episcopus à diœcesi absens gl.43.nu.41.
Alternatiua an gaudeat Episcopus, valde momentanee, & modice, & ex vrgenti causa absens, & casus in facto contingens adducitur, ac examinatur vsq. ad nu. 84. in gl.43.nu.42.cum sequen. & concluſio quæst. est nu.83.
Alternatiuæ concessio est fauorabilis gl.43.n. 80.
Alternatiuæ per abusum, Episcop. redit ad quatuor menses gl.43.nu.105.
Alternatiuæ acceptatio censetur facta cum omnibus suis qualitatibus gl.45.nu. 108.
Alternatiua concessa ad inuitandum Episcopos ad residendum, non debet contrarium effectum operari gl.43.nu.114.
Alternatiua, an desinat gaudere Episcopus non residens in mensibus Iunij, & Decẽbris gl.43.n.116
Alternatiua nihil de nouo confert gl.43.nu.120.
Alternatiuæ concessio modicum plus dat Episcopis, gl.43.nu.130.
Alternatiua an gaudeat Episcopus residens in loco exempto suæ diœcesis de tempore vacationis gl. 43.num.180.
Alternatiua acceptata, an gaudeat Episcopus, qui non potest ingredi, nec residere in sua dioceſi ob proteruiam impiorum gl.43.nu. 199. & 200.
Alternatiuæ acceptatio est quædam mensium permutatio, & quasi contractus gl.43.nu. 106. & 107. & gl.50.nu.5.
Alternatiua beneficiorum libere collationis, intrat in omnibus casibus, in quibus intrat reseruatio, ratione mensis gl.44.nu.2.

Alternatiua dumtaxat conceditur in beneficijs libere collationis gl. 45. in princ. nu. 1.

Alternatiuam acceptantes possunt partim gaudere illa, & partim non gl. 45. nu. 6. & 7.

Alternatiua est acceptata, ergo Episcopus, qui acceptauit gaudet illa, non valet consequentia gl. 45. num. 8.

Alternatiuæ antiquæ intrabant in beneficijs non liberæ collationis gl. 45. nu. 24. Nec regulæ ante Sixum V. excludebant consilium, consensum, aut interuentum gl. 45. nu. 25. & 26.

Alternatiua concessa simpliciter de beneficijs, ad Episcopi collationem spectantibus, an intelligatur de sola libera collatione gl. 45. nu. 29.

Alternatiua Episcopi in turno existentis, quando intrat. Qualiter sit facienda diuisio mensium, & vacationum inter Papam, Episcopum, & Capitulum gl. 45. §. 1. numero 20. & 21. cum sequentibus.

Alternatiua gaudet Episcopus, quando est in turno libere conferendi, alias non gl. 45. §. 1. numero 12. & 13.

Alternatiua an intret, quando collationes diuiduntur inter Episcopũ, & Capitulũ per menses, & concluditur, quod si Episcopus habet menses Martij, & Septembris sic, alias non gl. 45. §. 1. num. 37 38. 39. & 40.

Alternatiua, an intret quando est facta diuisio inter Episcopum, & Capitulum per hebdomadas, & concluditur, quòd non gl. 45. §. 1. nu. 49. 50. 51. 53. & 54.

Alternatiuæ ad effectum, vt intret, vel non, attenditur quasi possessio libere prouidendi, vel non libere gl. 45. §. 2. num. 1. & 2. ac per totum vsque num. 53.

Alternatiua Episcopo gaudente, habet sex menses ad conferendum vigore illius gl. 50. numero 1. cum sequentibus.

Alternatiua acceptata, finitur morte Papæ illam concedentis, & Episcopi acceptantis glossa 50. num. 4.

Alternatiua acceptata non capit beneficia vacantia in Curia, aut alias reseruata glossa 50. num. 7. & 8.

Alternatiua gaudentes, possunt libere disponere in sex mensibus anni gl. 53. num. 1.

Alternatiua est remotio obstaculi reseruationis, vt in exemplo de ligato, & disoluto gl. 53. numero 29. & 30.

Alternatiuæ gratia non tollitur per indultum conferendi omnia beneficia gl. 53. num. 43. & 44. Nec est incompatibilis num. 58.

Alternatiua reg. 8. non tollitur per reg. 14. gl. 53. num. 60.

Alternatiua reg. nostræ 8. an tollat in totum reseruationem in sex mensibus, vel solum aperiat viam de reseruatis gl. 53. num. 26. 27. & 28. Vbi concluditur pro non reseruatione.

Alternatiuæ nunquam censetur derogatum nisi exprimatur, gl. 53. nu. 59.

Alternatiua concedit sex menses pares Episcopis, & reseruat alios sex dispares, glossa 54. numero 1. Et auffert, potestatem conferendi, in mensibus Martij, & Septembris numero 2.

Alternatiuam perdit Episcopus abutens illa. gloss. 56. numer. 1. & sequentibus, & regula de hoc firmatur. num. 27. & multipliciter, declaratur, vsq; ad nu. 15.

Alternatiuam perdit Episcopus, qui se intromittit in prouisione quorumcunque beneficiorum reseruatorum, aut impedimentum præstat. gl. 56. nu. 28. & 29.

Alternatiuam se amisisse, propter abusum, nequit Episcopus allegare, nisi Papa volente. gl. 56. nu. 114. & 115.

Alternatiuæ de priuatione, opponere non potest prouisus ab Ordinario de beneficio vacante, in mense Martij, aut Septembris. gloss. 56. numero 110.

Alternatiuam non perdit Episcopus, propter contrauentionem, quando habuit iustam ignorantiæ causam. gloss. 56. numero 128. vel, quia prætendebat sedem Apostolicam vacare. num. 129. vel quia articulus erat dubius. numero 130. vel ignorabat factum, ex quo oritur reseruatio. nu. 131.

Alternatiuam non perderet Episcopus propter contrauentionem, nisi esset in nostra regula expressum, glossa. 56. num. 134. & 135.

Alternatiue concessio non est proprie priuilegium, sed gratia, seu beneficium obstaculum remouens. gl. 56. nu. 137. & 138.

Alternatiua nihil concedit, quoad beneficia alias reseruata, vel affecta, glossa 56. num. 139.

Alternatiua sublata Intrat collatio Ordinarij in quatuor mensibus, gl. 56. nu. 47.

Alternatiua perditur per illius abusũ Papa volente, & declarante, glossa 56. numero 48. & 51.

Alternatiuam se amisisse propter abusum, nequeunt allegare Episcopi, gloss. 56. num. 114. & 115.

Alternatiua sublata Intrat reseruatio in mensibus Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris, gl. 57. num. 4.

Alternatiuam perdit Episcopus contra illam conferens, licet collatio sit nulla, glossa 57. num. 39.

Alternatiua acceptata, tunc Incipiunt gaudere Episcopi, quando litteræ acceptationis recognitæ fuerunt, gl. 65. nu. 1.

Alternatiua si acceptatur in principio Martij, mensis ille erit Apostolicus. Et econuerso si acceptatur in principio Aprilis erit Ordinarius, gl. 65. nu. 9 & 10.

Alternatiua acceptata ingresso mense Februarij, Aprilis, Augusti, aut Octobris facit, quod Vltetior pars mensis si, Ordinarij, gl. 65. num. 11.

Sicut

Sicut e conuerso, nu. 12.
Alternatiua gaudet Episcopus acceptans, ante scientiam recognitionis, glossa 65. num. 20. cum sequentibus.
Alternatiua, si renuntiatur, a quo tempore Incipit mensis Apostolicus, vel Ordinarius, glos. 65. num. 23.
Alternatiua omnibus conceditur, sed illam acceptare nemo inuitus compellitur, glossa 58. numero 13.
Alternatiua semel acceptata, durat vsque ad obitum Papæ, vel Episcopi, vel vsque ad remotionem, glosa 58. nu. 17. 18. & 19.
Alternatiuæ acceptatio est personalis, numero 20. ibi
(Alternatiua vti) in vna diocœsi potest, esse vtile Episcopo, & in alia damnosum, glossa 58. num. 22.
Alternatiuam acceptantes, sæpe supplicant Papæ, pro dissolutione, & restitutione ad quatuor menses Ordinarios, gl. 58. nu. 23.
Alternatiua dicitur gratia, non vero priuilegium, gl. 58. nu. 27. & 28.
Alternatiua deriuatur a verbo, alternare, gl. 58. num. 29.
Alternare dicitur quando, collatio, aut alius quilibet actus Vicissim, & per turnos diuiditur, glossa 58. numero 30. Et de alternatiua annorum dicitur, num. 31. Et mensium, ibidem hebdomadarum, num. 32. Dierum, num. 32. horarum, num. 34. Vicium, numero 35. Chororum, num. 36.
Alter. a. m. pronomen, non solum est distributiuum duorum, sed etiam plurium, gloss. 58. num. 37 & 39.
Alternatiua Regule nostræ, non verificatur nisi in duobus scilicet Papa, & Episcopo, glossa 58. num. 40.
Alternatiuæ electionis, de materia plura, in gl. 58. nu. 41. Reliqua vide verbo, acceptatio, & reseruatio, & Mensis.
AMBIRE non licet beneficia Ecclesiastica, nisi sit clericus Pauper, glossa 2. numero 9. 10. & 11.
ANDREAS Rueda Rico vtriusque signature Referendarius laudatur gloss. 37. num. 47. & 48.
ANIMA cunctis rebus est præferenda. §. 7. proœm. nu. 10.
Animus desacili mutatur ad effectum residendi, & fraudibus est obuirandum, gloss. 43. numero 43.
Animus residendi an consideretur ad effeum gaudendi alternatiua, gl. 43. nu. 64.
Animus talis esse præsumitur qualis de Iure esse debet, gl. 43. nu. 166.
Animum quis habet recedendi, ergo non residet, non sequitur cum exemplis gl. 43. nu. 172.
ANNATA dimidia quæ soluitur in Cancellaria, non soluitur de distributionibus, sed de solis fructibus. §. 7. proœm. nu. 166.
Annata non soluitur. de Canonicatibus S. Petri, & Ecclesiæ Toletanæ, quia demptis distributionibus, non excedunt valorem. 24. §. 7. proœm. nu. 167. Licet secus. de Canonic. Corduben. & Salmantin. nu. 168.
Annata raro soluitur de Vicarijs, & quare. gl. 5. §. 3. nu. 78.
ANTECEDENTI sublato, tollitur consequens. gl. 31. ex nu 35. vsq. 50. & e conuerso. ibidem. & gl. 34. nu. 93.
ANTIDATE suspitio, procedit etiam in collatione Legati & Nuntij. §. 3. proœm. nu. 150. & a nu. 147. constituitur Regula cum 7. ampliation. & 5. limita. vsq. ad nu. 172.
Antidatæ præsumptio locum habet respectu resignationis. ibi. num. 153. & num. 154. & appositionis alicuius clausulæ præiuditialis nu. 155.
Antidatæ præsumptio cessat, quando constat de possessione anteriore, vel resignatione §. 3. proœm. nu. 161. & 162. Et quando Collatores sunt plures aut capitulum confert. nu. 163. & 164.
Antidatæ præsumptio cessat, quamuis notarius non sit rogatus, si reliqua concurrunt. §. 3. proœm. nu. 172.
ANTIQVITAS ad effectum præcedendi, non consideratur respectu ætatis, sed temporis: quo quis militauerit. §. 3. proœm. numero 25. vide verbo Prior.
APPELLATIO non impedit regulariter appositionem sequestri. §. 7. proœm. num. 82. & 83. declara. nu. 89.
Appellari non potest. a lege, nec a legis executore. §. 7. proœm. nu. 83. & 86. nec a pœna legis. num. 87.
Appellantes a mala electione episcopi difficile possunt docere de grauamine gl. 4. num. 124. Quia Concil. Trident. multum defert episcopis nu. 125.
Appellans a mala electione episcopi, an possit in secunda instantia prouocare ad concursum, si prius non docuit de sumo læsionis. gl. 4. nu. 144.
Appellatio sicut remouetur a prima sententia, ansit etiam remouenda a secunda contraria pri mæ. gl. 6. nu. 163. cum sequentibus.
Appellatio remota in conuentione, censetur remota in reconuentione gl. 6. nu. 167.
Appellat quando aliquis, vt non tradatur aduersario possessio, nec illi tradi debet. gl. 6. nu. 167.
Appellari si non potest a prima sententia, nec a secunda, idem quod prima continente. gloss. 6. num. 183.
Appellatione pendente super nullitate, aut attentatis, nihil est innouandum gl. 6. nu. 219. & 220.
Appellatio datur a denegatione examinis ad concursum: vel termini competentis, vel admissione articulorum, vel a processu male ordinato. gl. 6. nu. 223.
Appellatio suspẽsiua licet remoueatur a diffinitiua non tamen censetur remota ab inordinato processu, vel interlocutoria grauamen irreparabile con-

tinente. gl. 6. nu. 224. & gl. 9. in annotation. nu. 201. & 202.
Appellationis Iudex retinet causam quando primus Iudex grauauit gl. 6. nu. 225.
Appellationis de materia, vide verbo. sententia. & verbo. Iudex, & executio.
Appellationis remotionem, rescriptum continens, refragatur etiam impetranti gl. 6. nu. 173.
Appellatio extraiudicialis differt a Iudiciali in quatuordecim rebus. gl. 9. in annotation. cõtra nullit. & atten nu. 30.
Appellatio interposita a prouisione benef. quando cognoscetur, si sit actus Iudicialis, vel extraiudicialis. ibi. nu. 36. & 37.
Appellari non potest regulariter ante diffinitiuam. gl. 9. in annotation. num. 175. Nisi interlocutoria contineat grauamen irreparabile num. 176. 189. Vel difficile possit reparari. nu. 177. Aut non ex toto, nu. 178. Aut articulus esset præiudicialis negocio principali nu. 79. Aut induceret difficultatem circa causæ decisionem. nu. 180.
Appellari potest a denegatione termini competentis. pro filio patrimon. petita. ibi. num. 181. Aut si ratione pestis fuerit prohibitus ingressus &c. num. 182. & 185.
Appellari potest, a mala relatione, & grauamine examinatorum ad prouisionem benef. simplicis gl. 9. in annotation. nu. 184. Secus si ad Curatum. nu. 185. & 187. Nisi aliquis examinator ex iusta causa recusetur. & non admittatur recusatio. nu. 186.
Appellari potest a Decreto quod aliquis sit, vel non sit filius patrimon. ibi. nu. 188. & ab Iniusta admissione, vel non admissione articulorum. num. 190. & 267.
Appellari potest ante sententiam, a denegatione probationum, aut non admissione exceptionis, & a non concessione dilationum. gloss. 9. in annotat. nu. 191. & 192. & a citatione breuem terminum continente. nu. 193. vel ad locum non tutum nu. 194. vel a delatione Iuramenti. nu. 195.
Appellari potest, ante diffinitiuam, a pronunciatione competentis, vel incompetentis Iurisdictionis. gl. 9. in annotation. nu. 196. & in causis scholarium. nu. 197. & a sententia excommunicationis, & denegatione copiæ actorum. nu. 198. & in alijs casibus. nu. 199.
Appellari potest regulariter, a collatione beneficij, seu diffinitiua, mandante alicui fieri collationem. gl. 9. in annotation. nu. 203.
Appellari semper potest, nisi expresse contrarium disponatur. ibi. num. 204. quia appellatio est magis fauorabilis, quam sententia. nu. 205.
Appellari potest a confirmatione, vel institutione. gl. 9. in annot. nu. 206. & 207.
Appellatio suspensiua, non admittitur a collatione parrochialis. gl. 9. in annotation. n. 209. Nisi examinatores sint discordes. num. 210. Et quando adest consuetudo, aut statutum, in contrarium. num. 211. 212. 213. 214. & 216. vbi declaratur.
Appellationem, solus Princeps remouere potest. gl. 9 in annotation. nu. 215. nec censetur sublata, per verba non expressa, nu. 217. secus tamen per æquipollentia. nu. 218.
Appellatio a collatione non datur, quando fundator ita disposuit. ibi. num. 219. & quando agitur de executione litterarum Apostolicarum. num. 221. nisi in certis casibus contentis ex num. 227. 234. 235. 236. 237. & 238.
Appellatio suspensiua tollitur ab immissione facta vigore breuis de capienda possessione. gl. 9. in annotation. ibi. n. 246. nisi in certis casibus contentis ex nu. 253. vsq. ad nu. 281.
Appellans ad Clemen. VI. potest prosequi appellationem coram successore suo. gl. 12. nu. 29.
Appellans ad Papam expresso nomine proprio, potest prosequi appellationem coram Nuntio gl. 12. num. 30.
Appellatio informiter facta, tunc non deuoluit causam, quando appellatus opponit. gl. 56. nu. 72. & 73.
Appellatio interposita a procuratore verisimiliter ignorante mandatum sibi concessum, an sustineatur. gl 65. nu. 21.
Appellandi tempus elabitur in Curia, ante subscriptionem sententiæ. gl. 60. nu. 81. & ratio ponitur. nu. 92. & 98. Ideo semper appellari debet quatenus contra, ne sententia transeat in rem Iudicatam. num. 93. & 94. Licet concedatur restitutio. num. 95.
APOSTOLICA sedes, in conferendis beneficijs se liberalem debet ostendere. gl. 4. nu. 195.
Apostolica auctoritas supplet quodcunq. Iuris obstaculum. gl. 5. §. 7. nu. 110. & 111.
Apostolicæ sedis auctoritas semper intelligitur salua. gl. 9. §. 1. nu. 52. 53. & 56.
Apostolorum limina sunt visitanda, vbi est Papa & non vbi sunt corpora Sanctorum. gl. 13. §. 1. num. 9.
APVD diœcesim esse dicitur, qui prope diœcesim est, & exemplum adducitur. gl. 43. nu. 44.
Apud sedem dicuntur vacare beneficia, quæ vacant in locis vicinis curiæ, & agitur de intellectu c. presenti de præbendis. in 6. gloss. 43. num. 45. & 46.
ARBITRIVM Iudicis multum valet super verificatione narratiuæ Coadiutoriæ gl. 5. §. 9. nu. 87.
ARCHIVII Romanæ Curiæ scriptores dicuntur veri familiares, ac continui commensales Papæ, & plura habent priuilegia, & illorum beneficia sunt reseruata. gl. 51. nu. 18. & 19.
ARCHIEPISCOPVS, & Episcopus quantam scientiam habere debent. gl. 4. nu. 63. & 67.
Archiepiscopus dicitur Episcoporum Princeps, & Iudex ordinarius illorum. gloss. 41. numer. 15. & 16.
Archiepiscopus est Iudex competens, in causis subditorum sui suffraganei, in 31. casibus remissiue. gl. 42. nu. 17. reliqua vide verbo Episcopus.

ARGV-

ARGVMENTVM de maiori ad minus bene procedit. gl. 9. §. 2. nu. 24.
ARMA prohibita portari post pulsum campanæ, an intelligatur, excluſiuè, vel incluſiuè vide. gl. 12. §. 1. nu. 25. & 26.
ARTICVLI ſemper ſunt dandi in curia, & inſerendi in remiſſoria gl. 9. in annot. nu. 84.
Articulans ſuper probanda conſuetudine, vel præſcriptione, ac examinans, aduertere debet, quòd concludatur per dictionem & citra. ibi. nu. 85. & 86. 87. & 88. & ideo datur bonus ordo, & cautela ibidem.
Articulus ad probandam conſuetudinem, vel præſcriptionem debet concludere de tempore neceſſario ante litem motam. gloſſ. 9. in annotation. numer. 90. 91. & 92. & vide verbo Conſuetudo.
ASCENDERE, & non deſcendere licet in beneficiis. gl. 5. §. 9. nu. 113. Quia verecundus eſt deſcenſus ad inferiorem locum. ibid. nu. 111.
ASSERTIONI epiſcopi, quòd aliquis ſit filius patrimonialis non creditur. gl. 9. §. 1. nu. 82.
ASSESSOR, licet non aſſumatur a Iudice imperito, non propterea ſententia eſt de Iure communi nulla. gl. 46. nu. 69. Niſi aliud ſtatuto, aut conſuetudine ordinetur. nu. 70. & 71.
ATTENTATA quando cauſentur ante diffinitiuam, in cauſis beneficialibus, vide in gl. 9. in annot. contra nul. & attent. ex num. 176. vsq. 202. Et quando poſt diffinitiuam a nu. 203. vsq. 300. vbi plenißime declaratur, etiam in materia executionis litterarum, & breuium Cameralium.
Attentati vitium quoad dimidiam, inficit integram, portionem. gl. 31. nu. 33. & 34.
Attentata licet ſint ipſo Iure nulla, tamen intelligitur parte volente, & petente. gl. 56. num. 63. & 64.
Attentatum, nec ſpolium, non dicitur purgatum, niſi purgetur, vsq. ad obolum. gloſſ. 63. num. 30.
AVCTOR erubeſcit, eò, quod primus regul. 8. gl. in præfatione. nu. 6.
Auctoritas, & conſenſus in quo differant. gloſſ. 47. nu. 57.
Auctoritas Apoſtolica. Vide verbo. Apoſtolica, & beneplacitum.
AVDITOR Cameræ errat credendo, quòd vacatio in menſe reſeruato, ſemiplene probari poſsit in ſuo tribunali. gl. 11. num. 102. reliqua vide verbo collatio.
Auditor Rotæ. Vide verbo Rota.
AVGMENTVM menſium conceſſorum acceptantibus alternatiuam, compenſatur cum obligatione reſidendi. gl. 43. nu. 129.
AVTENTICA documenta, quæ dicantur. gloſſ. 18. num. 35.
AVXILIVM legis fruſtra inuocat, qui committit in legem gl. 56. nu. 20.

B

BAPTISMALIS fons quamuis deficiat in vna Eccleſia, non ideo deſinit eſſe parrochialis, quia ex actu baptizandi non infertur ad curam, gl 6. num. 48. & 49. Licet præſumatur, nu. 58.
Baptizare poteſt Laicus, & mulier, non tamen poteſt habere curam pœnitentialem, gl. 6. num. 50. & 51.
Baptizari, vt aliquis debeat, non in propria parrochia, ſed in diuerſa, conſuetudine introduci poteſt, vel conceſsione, gl. 6. nu. 52.
Baptiſmus dicitur natiuitas, & Ideo per illum acquiritur Origo, gloſſa 9. §. 1. numero 107. & 108.
Baptismus ſi recipitur a Iudæo, vel Pagano in Francia erit Regnicola Regni Franciæ ibi. num. 109. Ceſſante tamen fraude, nu. 12.
Baptiſmi per librum probatur Origo, gloſſ. 9. §. 1. num. 112.
BENEFICII fundator ſi nominat extraneum in patronum intelligitur accumulatiue cum ſuo herede. §. 2. præm. nu. 34.
Beneficialis cauſa, quæ dicatur ad diuerſos effectus §. 2. præmiali, nu. 65. 66. 67. & 68.
Beneficium habere proprie non dicitur, qui illius poſſeſsione caret. §. 3. præm. nu. 30.
Beneficium ſine fructibus dicitur inutile, fictum, & ventoſum, ibi. nu. 31.
Beneficia vacantia in Curia, & intra menſem, non prouiſa deuoluuntur ad Ordinarium. Sed Papa poteſt etiam in illis præuenire. §. 4. proœm. num. 95. 96. & 97.
Beneficium vacans ſede Pontificia vacante, & non prouiſum niſi poſt æditionem regulæ noſtræ, an incidat in reſeruationem? §. 5. proœm. num. 60. & 61.
Beneficium ſi ſemel ſit reſeruatum, an duret reſeruatum, ex noua cauſa. §. 5. proœm. nu. 79. & 80. & 94. & gl. 6. nu. 199.
Beneficium vacans in menſe reſeruato Papa viuente, iam incidit in reſeruationem. §. 5. proœm. num. 87. 88. & 89.
Beneficium vacans de tempore quo regula noſtra non eſt in rerum natura, non incidit in reſeruationem. §. 5. proœm. nu. 90. & 91.
Beneficiales gratiæ ſunt ambitioſæ, gloſſ. 2. numero 8. niſi ſit gratia in forma pauperum, numero 9.
Beneficia Eccleſiaſtica dicuntur panis pauperum, gl. 2. num. 14.
Beneficium continet in ſe ſpiritualitatem, & temporalitatem. gl. 2. nu. 62.
Beneficia Eccleſiaſtica non indignis, ſed benemeritis ſunt conferenda, gl. 4. nu. 2.
Beneficia ad ſimplicia, quæ ſcientia requiratur. gl. 4. ex num. 73. & 74. & a nu. 67. cum ſequentibus agitur de omnibus beneficijs.

Beneficia reseruata intendit Papa conferre suis in Vinea Domini laborantibus, glossa 4. numero 156.

Beneficio de persona, non personæ de beneficio, prouidendum est, gl. 4. nu. 175.

Beneficia Ecclesiastica reseruantur per Reg. 8. gl. 5. in princip. nu. 1.

Beneficium Ecclesiasticum, quid sit, gl. 5. in princ. nu. 2. & plures diffinitiones assignantur nu. 3. 4. & 5.

Beneficium Ecclesiasticum habet sex requisita substantialia, gl. 5. in princ. nu. 6. & 16.

Beneficium Ecclesiasticum debet authorit. Episcopi fundari, gl. 5. nu. 7.

Beneficium debet habere aliquid spiritualitatis annexum, gl. 5. in princ. nu. 8. quia datur propter officium ibidem.

Beneficium Ecclesiasticum est conferendum clerico, non laico, gl. 5. nu. 9.

Beneficium Ecclesiasticum conferri non potest nisi a persona Ecclesiastica, glossa 5. in principio numero 10.

Beneficium debet esse perpetuum, glossa 5. numero 11. ad Instar. matrimonij, numero 12. & 13.

Beneficium est conferendum pure, & sine extrinseca conditione, gl. 5. in princ. nu. 15.

Beneficium quo nomine nuncupetur Curandum non est, si alias habet essentialia requisita, glossa 5. in princ. nu. 17.

Beneficiorum naturam mutare, Papa in suis prouisionibus non intendit, glossa 5. §. 6. numero 11. & 28.

Beneficia in pluribus casibus prouidentur ab Episcopo ad tempus, & non perpetuo, glossa 5. §. 6. numero 57.

Beneficium de mensa quale sit, & an cadat sub reseruatione regulæ nostræ, gloss. 5. §. 6. num. 63. & 64.

Beneficium erectum post denuntiationem noui operis est demolendum gl. 5. §. 7. nu. 148.

Beneficium extinguitur, quando Papa permitteret alicui monasterio Ecclesiam aliquam in proprium vsum conuertere, glossa 5. §. 7. numero 150.

Beneficium per infideles occupatum, non censetur esse, gl. 5. §. 7. nu. 152.

Beneficia simplicia, regulariter non prouidentur per concursum, gl. 6. nu. 242. 243. & 244. Nisi ex aliquo Iure speciali, vt canonicatus Doctorales, & Magistrales, nec non beneficia patrimonialia, num. 246. & 247. aut in Curia num. 248.

Beneficia secularia. Vide verbo, secularia.

Beneficia regularia. Vide verbo, regularia.

Beneficia Consistorialia, quæ sint, & an cadant sub reg. 8. gl. 9. nu. 38. & 39.

Beneficiorum in prouisionibus aliquando proceditur Iudicialiter, aliquando extra iudicialiter, gloss. 9. in annotationibus num. 14.

Beneficiorum collatio regulariter est actus extraiudicialis, nec est de processu, nec pertinet ad processum. gl. 9. in annotat. num. 15. & 16.

Beneficia ecclesiæ non numeratæ an sint per regl. 8. reseruata gl. 9. §. 3. nu. 1. & per totum.

Beneficia ecclesiæ non numeratæ sunt vere ecclesiastica beneficia gl. 9. §. 3. num. 2. & illa conferunt Episcopi num. 5. Et an possint permutari, & resignari nu. 6. & 19. declaratur num. 20 22. & 26.

Beneficium ecclesiæ non numeratæ si impetretur a Papa vti reseruatum, & narrata serie facti, Papa concedat, tali gratia teneret gl. 9. §. 3. num. 23. 24. & 25.

Beneficium monoculare, vide verbo monoculare beneficium.

Beneficia vbicunque existentia reseruantur per regulam nostram gl. 10. num. 1.

Beneficia consistentia in Cathedralibus cadunt sub reg. 8. licet secus: sub expectatiuis gl. 10. nu. 2. & 3. & vsq. ad 43.

Beneficia existentia in vna diœcesi, quorum collator est alterius diœcesis cadunt sub reg. 8. tan in prima quam in secunda parte gl. 10. n. 4. vel quando haberet dotem, aut præbendam, aut esset vnitum in alia num. 5.

Beneficium consistens in claustro ecclesiæ an dicatur esse de ecclesia? gl. 10. num. 20.

Beneficium idem si pluries vacat in mensibus Apostolicis an sit reseruatum gl. 11. num. 79. & 80.

Beneficia consistentia in Vrbe vide verbo, Vrbs.

Beneficia vacantia apud sedem ante cap. 2. de præb. in 6. per quem conferebantur gl. 13. n. 20. & 31.

Beneficium petens cum intentione diminuendi habitæ pensione, vel sine illa, grauissimas pœnas incurrit gl. 15. num. 89. 90.

Beneficia non nascuntur sed creantur gl. 15. n. 132.

Beneficium dicitur esse illius, qui habet ius in illo, licet alius de facto possideat gl. 15. §. 1. num. 18. & 29.

Beneficium si semel de iure vacauit, non est considerandæ alia vacatio de facto gl. 15. §. 1. nu. 21.

Beneficium electiuum, vide verbo electio.

Beneficium idem non debet esse partim reseruatum, partim non gl. 24. num. 41.

Beneficium a principio non reseruatum, semper remanet non reseruatum gl. 24. nu. 91. & 92. & 93. & 105.

Beneficium quod cæpit vacare ante obitum Cardin. Collatoris, qui de illo non prouidit, dicitur etiam vacare post eius obitum gl. 24. nu. 112. & 103.

Beneficij fundator potest apponere conditiones sibi beneuisas gl. 29. nu. 3. & vide verbo fundator.

Beneficium Principis plenissime est contra concedentem interpretandum gl. 43. num. 154.

Beneficium proprie non dicitur, quando fructus non percipiuntur gl. 55. num. 26. 27. & 28.

Beneficia litigiosa sunt parum in consideratione gl. 55. num. 29.

Benefi. de materia, vide verbo collatio, & reseruatio.

BENEMERITIS personis, vt prouideatur de beneficijs, fuit inuenta reseruatio Regulæ 8. gl. 4. ex num. 1. cum sequentibus.

Benemeritus, vt quis dicatur non sufficit, quòd sit in litteratura idoneus gl. 4. nu. 108.

Benemerita persona, ad effectum regulæ nostræ, consideratur Curialis gl. 4. nu. 147.

Benemeriti, de materia, vide verbo idoneus.

BENEPLACITVM vsq. ad Papæ durat reg. 8. reseruatio, & non plus gl. 12. num. 1. & in §. 5. proœmiali nu. 9. secus si Sedis Apostol. n. 10.

Beneplacitum estinguitur renuciationæ, vel priuatione gl. 12. nu. 8.

Beneplacitū ad Rom. Pont. reseruetio facta, non expresso eius nomine, an expiret morte ipsius gl. 12. nu. 9. 10. 15. & 22.

Beneplacitum in dubio censetur appositum contemplatione dignitatis gl. 12. nu. 18. & 19.

Beneplacitum Iudicis durat, donec per ipsum, aut successorem reuocetur gl. 12. nu. 20.

Beneplacitum Rectoris Prouincie non cessat per remotionem ipsius gl. 12. nu. 21.

Beneplacitum Principis, vel Iudicis, non cessat per eius obitum, quando fauor publicus concurrit gl. 12. nu. 23. & 24.

Beneplacitum, vt cesset, vel non, per mortem, attendenda est materia subiecta gl. 12. nu. 27.

Beneplacitum Papæ supplet quoscunq. defectus gl. 12. nu. 75.

Beneplacitum Papæ præsumitur obtentum ex obseruantia 30. an. gl. 12. nu. 76. etiam si non sit enuntiatum nu. 77.

Beneplacitum Papæ excusat asimonia gl. 12. nu. 80.

Beneplaciti Apostolici conditio, non excusat, quando non fuit procuratum, nec obtentum, nisi non esset necessarium, & adiecta esset clausula quatenus opus sit gl. 12. nu. 97. & 98.

Beneplacitum requisitum in concordia, si sit ab vno Papa denegatum, an possit altera pars instare, quòd expectetur ad voluntatem alterius Papæ gl. 12. nu. 99.

Beneplaciti Apostolici clausula, quando censeatur repetita in secunda concordia gl. 12. nu. 100.

Reliqua vide verbo Voluntas, & Papa.

BREVE de capienda possessione beneficij, conceditur absque vitio spolij, & attentatorum, &c. quando beneficium est reseruatum §. 7. præm. num 208.

Breuis executioni, vt locus sit solummodo est verificandum, Constitum concernens reseruationem §. 7. præm. nu. 209.

Breue de capienda possessione plus operatur, quam res iudicata §. 7. præm. nu. 210.

Breue de capienda possessione nomine Cameræ datur in vacatione Parochialis iuxta formam constitutionis 31. Pij V. gl. 6. nu. 133,

Et ibi dicitur quale sit constitutum verificãdum.

Breuis constitutum est ante omnia verificandum, & qualis debeat esse verificatio gl. 9. in annotation. nu. 257. 258. & 259.

Breuis Cameralis constitutum, non dicitur bene probatum, quando non concluditur reseruatio, aut per probationem contrariam excluditur, cum multis exemplis gl. 9. in annotat. nu. 263. 264. 265. & declaration. num. 266.

Breuis ab executione, licet regulariter non possit appellari gl. 9. in annotation. nu. 245. cum sequentibus, tamen in multis casibus admittitur. appellatio. Vt ex nu. 253. vsq. 281. & 288.

Licentia Parochi ad matrimonium expressa requiritur, nec sufficit tacita, gl.47.nu.52.

Licentia quamuis aliquando sit denegata, actus tenet sine illa, gl.47.nu.53.

Licentia intelligitur, de regulata ratione, non de nuda voluntate, gl.47.nu.54.

Licentia alterius quando requiritur, non est collatio libera, & idem est in auctoritate, gl.49.nu.5. & 6.

LIMITATIO concessa ad fauorẽ vnius, alteri suffragari non debet, gl.24.n.51. contra n.52. cum seqq.

Limitatus fauor, limitatum habet effectum, gl.24.n.80. & alia plura desuper, nu.81.

LITTERATI in Ecclesia dicuntur stellæ, & fulgent veluti splendor firmamenti, gl.4.nu.5. & seqq.

Litteratos homines haberi in ecclesia fideifauorem concernit, gl.4.nu.6.

Litteratis viris remotis, Principes nihil aliud possident nisi sacum, & peram. gl.4.nu.7.

Litteratos viros neque in egestate viuere, neque in anxietate mori leges permittunt, gl.4.n.11. Licet Hippolitus contrarium dixerit, nu.12.13. & 14.

Litterati vt plurimum consequuntur fructus ex labore suo, gl.4.nu.16.

Litterati licet inopes, quotidie extolluntur ad altiora, gl.4.nu.19.

Litteratis conuenit illud, suscitans à terra inopem, vt collocet eum cum Principibus, *gl.4.nu.20.*

Litterati & studiosi in vinea Domini laborare dicuntur, gl.4.nu.24. Nec non in seruitio ecclesiæ, Principis, & Patriæ, nu.25. & 31.

Litteratis cum viris est ad beneficiorum pluralitatem dispensandum, gl.4.nu.26.

Litterati nobilibus comparantur, gl.4.nu.27.

Litterati & graduati concurrentes in pari data, præferuntur, gl.4.nu.28.

Litteratis viris ad benefaciendum, Princeps de iure naturali tenetur, gl.4.nu.30.

Litteratis viris, & non asinis ferratis indiget ecclesia, §.6.proœm.nu.33. & in gl,4.nu.4.

Litteratos & disciplinarum professores, inuitat Imperator multis propositis præmijs, gl.4. nu.18. & 21.

Litteratus potest ordinari sine beneficio, nec patrimonio, intuitu suæ scientiæ, gl.4.nu.36.

Litteratura seu scientia qualis esse debeat ad singula beneficia, gl.4.nu.60.

Litteratura non præsumitur nisi probetur, gl.4.nu.105. & qualiter possit probari, nu.106.

LITTERAE S.P.Q.R. cum † in principio, quid significent, gl.1.n.51.

Litteræ non expedite viuente Papa concedente, expediuntur sedente successore, iuxta formam rationi congruit, *gl.12.n.48. Idemq. procedit quoad successores Principum sæcularium, nu.49.*

Litteræ expeditæ sub intrusione, non habent paratã executionem, donec sint tres conformes. gl.15.§.1.n.70.

Litteræ missiue non obligant ante acceptationem, & interim erit locus pœnitentiæ, gl.26.nu.16.

Litteras missiuas transmittens, si ante acceptationem moriatur, nihil acquiritur, gl.26.nu.17.

Litteris Apostolicis, an detur maior fides, quam breuibus gl.59.nu.6. & 16.

Litteræ clausæ habent inconueniens, quia de facili frangitur sigillum tempore aperitionis. gl.59.nu.7.

Litteræ clausæ sunt ad instar Epist. missiuæ, gl.59.n.8.

Litteræ clausæ quando probant, & de litteris Vriæ, nu.12. & 13.

Litteræ clausæ minus suspectæ sunt quã patẽtes, ibi.n.14.

Litterarum clausuram trahens, non tamen aperiens, vel legens, an incidat in excommunicationem contra aperientem litteras impositam, gl.59.nu.21.

Litteris de patentibus, vide verbo Patentes.
Litteræ abbreuiatæ, quando scripturæ nullitatem inducant, gl.60.nu.71.
LITIGANTIBVS duobus super beneficio, defunctis vno in Curia, & alio extra Curiam, consideratur quis decedat in possessione ad effectum collationis Papæ, vel Ordinarij. §.3.proœm.nu.52. & in.gl.6. nu.152. & 153. nisi decedant in mense reseruato, num.154.
Litibus fatigatus, ad redimendam vexationem inuitus concordari compellitur, §.7.proœm.nu.11.
Litibus quilibet efficitur pauper, §.7.proœm.nu.12. & 15. & ideo viri boni eas execrantur, ibid.n.13.
Litigare cum pari anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum, §.7.proœm.n.16. & sic dixit Isaias: non enim in sempiternum litigabo, nu.14.
Litium plura inconuenientia remissiue, §.7. proœm. num.17.
Litium vincula dissolui, & pacis fœdera adstringi, precatur Ecclesia, §.7.proœm.nu.18.
Lis vt euitetur, consilium est, petenti totum dare dimidium, ibid. nu.19.
Litigiosum beneficium ab Ordinario prouideri non potest, §.7.proœm.nu.117.
Litigiosum esse beneficium aliud est, & aliud esse reseruatum, §.7.proœm.nu.118. & in gl.6.nu.146.
Litigiosi beneficij collatio differtur Ordinario, sed non aufertur, gl.6.nu.146.
Litigioso in beneficio non datur vera prouisio, sed subrogatio, gl.6.nu.147.
Litigiosum benef. Iurispat. laic. conferri potest à Papa sine consensu patroni, gl.6.nu.149.
Litigioso in beneficio non procedit Reg. de impetrand. ben. per. obi. fam. Cardin. gl.6.nu.148.
Litigiosi beneficij controuersia, vt finiatur, & videatur ad quem spectet collatio, raro hodie expectatur, sed statim Papa solet subrogare, gl.6.nu.149.
Litigante vtroque decedente in possessione, vno in Curia, & alio extra Curiam, semper collatio spectat ad Papam, gl.6.nu.155.
Litigans vterque potest decedere in possessione beneficij in multis casibus, gl.6.nu.150.
Lites ex litibus oriri non debent, gl.6.nu.207.
Litibus aliquando est dandus fenis, gl.18.nu.28.
Lis in beneficialibus finitur obitu vtriusque litigantis, gl.6.nu.151. & sic intrat concursus in parochiali, ibid.nu.150.
Lis dicitur contestata, quando reus subterfugit ne contestetur, gl.27.nu.50.
Litem iniustam videns, inanibus sumptibus se vexare non debet, si legis sequatur consilium, gl.5.§.3.n.34
LOCATOR si pactum non seruat, nec conductor seruare tenetur, gl.27.nu.12.
LOCVS in quo dicatur consistere beneficium in diuersis casibus vide latissime *in.gl.10.n.1. & per totã.*
Locus in quo quis est Originaliter Canonicus attẽdi debet, vel denominationis locus, ibid. nu.17. & 18. Vel vbi magis assidue moratur, nu.19.
Loco in illo dicitur consistere beneficium, vbi recipiuntur prouentus, vel vbi beneficium est dignius & frequentius, gl.10.nu.22. & 23.
Locus vbi consistat beneficium, an consideretur potius quam seruitium, gl.10.nu.25.
Locus vbi consistit beneficium, an sit considerandus, vel potius vbi collator existit, gl.10.nu.4. & 30. & 31.
Loco in, censetur esse, qui parum distat ab illo, gl.43. num.10.
Loco illo in quo beneficiatus residere tenetur, præsumitur beneficij vacatio, gl.43.nu.90.
Loca quæ habent dominium separatum, an dicantur de regno, vel dioceſi, gl.43.nu.185.
Locus loci an sit apponendus in litteris acceptationis alternatiuæ, gl.62.nu.23. & 25.
Locus loci, est apponendus in omnibus Instrumentis, in Hispania tamen non seruatur, gl.62.nu.24. & 26.
LVCERNA coram sole non lucet, gl.13.n.84.
LVCRVM quæsitum, & radicatum, si auferatur pro damno habetur, gl.7.nu.18.
LVMEN maius extinguit minus, gl.51.nu.66.
LVXVRIA non debet esse potioris conditionis castitate, gl.57.nu.54. & infertur ad plura, nu.56. & 57.

M

MAGISTER esse non potest, qui discipulus non fuit, gl.8.nu.80. Nec præfici debet, qui non nouit subesse, nu.81. Sicut nec qui sub tutela est, sub se alium habere non debet, nu.82.
Magistrum in, assumi non potest, qui approbatus, & professus non est, gl.8.nu.83. Nec docere alios, qui docendus est, nu.84. & 85.
MAIORITATEM an denotet locus in manu dextera, gl.1.nu.38. cum multis seqq.
Maior dicitur quilibet in propria ecclesia, & domo, gl.6.nu.101. & 106.
Maior debet cedere minori, dum est in domo minoris, gl.6.n.107. & adducitur fabula Regis Ricardi cum rustico, nu.103.
Maior & principalior dignitas dici non potest, vbi non adest nisi vna, gl.9.§.4.nu.12. Contra nu.19 & 23. Sicut & melioratio filij præsupponit existentiam plurium filiorum, & in vno tantum non cadit melioratio, gl.9.§.4.nu.13.
Maior pars semper præponderat, & ab ea fit denominatio, gl.18.nu.15.16. & 17.
Maioribus honoribus functos, ad minores vocari non conuenit, gl.34.nu.2.
Maior & melior præbenda est illa, quæ plus placet, gl.34.nu.22.
Maior pars collegij absorbit minorem, tam in collationibus, quam in præsentationibus, gl.45. in princ.nu.60. & 61.
MALITIIS indulgendum non est, gl.5.§.6. nu.45.
MALVM cui aduenit non venit solum, gl.31.nu.49.
MANDATVM non reuocatur morte mandantis (re integra) sed finitur, gl.12.n.59.
Mandatum, commissio, & promissio sunt stricti iuris, gl.37.nu.38.39. & 40.
Mandatum faciendi directum illi, qui alias sine illo facere

facere poterat potius censetur ad excitandam, quam ad impediendam iurisdictionem, gl. 46. nu. 18.
Mandatum habens speciale ad certam causam, censetur reuocatum quoad alias causas, gl. 54. nu. 20.
Mandatum speciale requiritur ad effectum petendi declarari esse aliquem priuatum, gl. 56. sub nu. 54.
Mandatum expressum an requiratur ad præsentandum coram Datario litteras acceptationis, gl. 63. nu. 11.
Mandatum tacite datur, quando Episcopus scribit ad aliquem, quod litteras acceptationis præsentet corã Datario, gl 63. nu. 14.
Mandatum tacitum, & præsumptum, ex pluribus inducitur gl. 63. nu. 15. & 19.
Mandatum non requiritur ad impetrandum rescripta gratiæ nec iustitiæ nomine absentium, gl. 63. nu. 16. Licet quoad rescripta iustitiæ secus sit de iure communi, nu. 17. & hodie quid sit, nu. 18.
Mandatum datur, & reuocatur per litteras missiuas, gl. 63. nu. 20.
Mandati de defectu ad præsentandum litteras acceptationis, opponere nequit Episcopus, nec prouisus ab illo, gl. 63. nu. 21.
Mandati de reuocatione, vide verbo reuocatio, *&* intimatio.
MANVALIA beneficia, an includantur sub reg. 8. gl. 5. §. 6. nu. 1. 9. & 58.
Manuale beneficium est illud, quod non confertur in perpetuum, sed ad nutum conferentis, gl. §. 6. nu. 2. & æquiparatur precario, nu. 3.
Manuale beneficium quod amoueri non possit, pactum non valet, sicut nec tenet vt precarium non reuocetur, gl. 5. §. 6. nu. 4. & 5.
Manualia præsumuntur omnia beneficia regularia, ibi. nu. 6. Secus vero secularia, nu. 7.
Manualia sunt interdum secularia beneficia, & regularia sunt perpetua, gl. 5. §. 6. nu. 8. & 59.
Manuale beneficium non cadit sub reseruatione inserta in corpore iuris, gl. 5. §. 6. n. 13. nec sub regulis de Annali, & triennali, nu. 15. & 16.
Manualis beneficij vnio non tenet, nec impetratio manualitate tacita, ibid. nu. 17. & 18.
Manuale beneficium non venit appell. dependentis, nec propriæ appellatione beneficij, gl. 5. §. 6. n. 20. & 21.
Manuale beneficium non remanet affectum, licet sit à Papa commendatum, ibid. n 22. Nisi expresse tale beneficium reseruetur, nu. 23.
Manualia & obedientialia Papæ sunt omnia mundi beneficia, gl. 5. §. 6. nu. 24.
Manuale beneficium potest resignari, ibid. nu. 26. Quia potest esse perpetuum respectu collatoris, qui amouere nolit, nu. 30. & publicari, nu. 32. & 33.
Manualia & secularia differunt, & quare, gl. 5. §. 6. nu. 31. & gl. 8. nu. 25.
Manualis beneficij natura, vt non alteretur, emanauit reg. 38. Cancell. gl. 5. §. 6. nu. 29.
Manuale beneficium ex sua natura, an ex consuetudine possit effici perpetuum, gl. 6. §. 6. nu. 34. & 35.
Manuale beneficium an censeatur morte conferẽtis reuocatum, gl. 5. §. 6. nu. 39. & gl. 12. n. 65. quod non.
Manuale benefic. an possit Abbas auferre monacho, sine causa ex sola malitia, gl. 5. §. 6. nu. 40. vsque ad 48. vbi plura & 49.
Manuale beneficium, quando sine causa auferri potest, interesse habentes possunt contradicere, ibid. nu. 46. & 47.
Manuali de beneficio spoliato, an competat remedium reintegrandæ, ibid nu. 50 & 51.
Manuale beneficium non est in casu de quo in gl. 5. §. 6. nu. 52. & 53.
Manualia beneficia sunt præceptoriæ S. Io. Hierosolym. ibid. nu. 54.
Manualibus in beneficijs deuolutio cessat, ibid. nu. 55.
Manualibus in beneficijs, quando procedat regul. 12. reuocatoria vnionum, ibid. nu. 56.
Manuale non potest esse Curatum beneficium, gl. 5. §. 6. nu. 60.
Manualitatis ad statum potest ex iusta causa reduci ab Ordinario beneficium perpetuum, gl 5. §. 6. nu. 62.
Manualitas beneficij Regul. potuit prouenit ex parte regularis illud possidentis, quam ex natura beneficij gl. 8. nu. 25. & gl. 5. §. 6. nu. 31.
Manualia & amobilia sunt beneficia S. Ioan. Hierosol. gl. 8. nu 67.
MANVS appositio Papæ impedit alios collatores, licet collatio sit inutiliter facta, §. 3. procem. nu. 146.
Manus dextera licet inducat præsumptionem, non tamẽ concludit maioritatem gl 1. nu. 41. & gl. 51. n. 57.
Manus appositio in commenda inducit affectionem, gl. 5. §. 8 nu. 61.
Manus non debet imponi cito ex Apostoli sententia, gl. 46. nu. 47.
Manus appositio Papæ inducit affectionem beneficij, gl. 52. n. 1. cum seqq. vsque ad nu. 63. & multipliciter, infertur, declaratur & limitatur.
Manus appositio Papæ quando adest, non est necessaria inhibitio, nec decretum, gl. 52. nu. 6.
Manus appositio, est maioris efficaciæ, quam reseruatio, & dicitur reseruatio clausa in corpore iuris, & inficit possessionem, gl. 52. nu. 9. & 10.
Manus appositio Papæ in vno ordine impedit ne ordinatus, possit recipere reliquos ordines ab alio inferiore, gl. 53. nu. 24.
Manus appositio Papæ in cognoscendo de aliqua causa, auocat illam ab omnibus inferioribus, gl. 52. nu. 17.
Manus appositio Principis secularis, aut Episcopi, aut Domini temporalis causat auocationem. gl. 52. n. 28.
Manus appositio Papæ aufert potestatem datam executoribus, gl. 52. nu. 30.
Manus appositio Papæ in signanda aliqua commissione, impedit signaturam iustitiæ, ne rescribere valeat, nisi independentibus, gl. 52. nu. 31. & 32.
Manus appositio quoad vnũ effectũ non operatur, quoad aliũ, gl. 52. n. 39. & sic de commissione, vel reseruat. pensionis, non infertur ad collationem. n. 39. 40. 41.
Manus appositio Papæ in erigendo, non extenditur ad collationem, gl. 52. nu. 42.
Manus appositio Papæ in collatione, non ligat manus Ordinarij, ne possit cognoscere de subreptione gratiæ, vel recissione permutationis, gl. 52. nu. 43. & 44. Vbi quid de beneficio manuali commendato.

Manus appositio cum falsa narratiua reseruationis, non afficit beneficium, gl. 52. nu. 45. 46. & 48. Nec operatur vltra intentionem, nu. 47.

Manus appositio quoad prouisionem ex vna vacatione, non afficit quoad prouisionem ex diuersa vacatione, gl. 52. nu. 49. 50. & 51.

Manus appositio ex falsa causa, nõ nocet Ordinarijs collatoribus, gl. 52. nu. 53.

Manus appositio Papæ nõ afficit quoad beneficia iurispatron. laicalis vel mixti, gl. 52. nu. 54. Nec ladit concordata, nec indulta Cardinalium, nu. 55.

Manus appositio Papæ non nocet, quãdo Ordinar. prius præuenit licet præuentio resoluatur, gl. 52. n. 56. 57.

Manus appositio Papæ in foro pœnitentiali, non ligat manus inferiorum, gl. 52. nu. 60.

Manus appositio Papæ non inficit possessionem, in beneficio vacanti gl. 52. nu. 61.

Manus appositio superioris quando afficiat in commissionibus remissiuè, vel incognitione de validitate confirmationis, gl. 52. nu. 62. & 63.

MANVTENTIO non conceditur ex officio sed parte instante, §. 7. proœm. nu. 237.

Manutentionis ad effectum sufficit leuis probatio, §. 7. proœm. nu. 224.

Manutentio sepe conceditur à Rota illi, ad cuius fauorem Camera Apost. cepit possessionem, & transtulit, sine noua apprehensione, gl. 34. nu. 118.

Manutentio non datur, quando possessio est intricata, obscura, & turbida, gl. 45. §. 2. nu. 39.

MARITVS nollens consentire actui per vxorem expediendo compellitur à Iudice gl. 47. nu. 30.

Maritus cum vxore habitare præsumitur, & Clericus in sua ecclesia, gl. 15. §. 2. nu. 29. & 30.

MASCVLINVM quando includat in se, vel non fœminum, gl. 22. n. 2. 3. 9. & 10. vbi declaratur late.

MATERIAE subiectæ ratione, sunt verba interpretanda, etiam si improprientur, gl. 48. n. 51. vsq. 58.

Mater eodem modo perdit tutelã propter transitum ad matrimonium nullum, ac si teneret, gl. 57. nu. 53.

MATRIMONIVM contrahitur inter beneficiatum & ecclesiam gl. 5. in princ. nu. 12. & 13.

Matrimonium coram Parocho, & testibus contractum tenet, licet ipsi non consentiant, gl. 48. nu. 7.

Matrimonij per contractum, quando vacet beneficium, gl. 15. nu. 43. & 44. & gl. 57. nu. 44. & 46.

Matrimonium contractum per procuratorem in partibus ab existente in Curia facit vacare beneficium in partibus, non in Curia, gl. 15. §. 2. nu. 15.

Matrimonium errore contractum, quando non ratificetur, gl. 31. ex nu. 40.

Matrimonium requirit liberam voluntatem, & nihilominus valet conditio apposita si contrahat cum consilio sempronij, gl. 46. nu. 26. & 27.

Matrimonium contractum in præsentia mille testium, dicitur clandestinum si deficit parochus, gl. 48. n. 30

MENDACIVM est abominabile, maxime in Principe, gl. 28. nu. 18.

MENSAE seu de Mensa beneficia: quæ dicãtur, & an cadant sub reseruatione, reg. 8. gl. 5. §. 6. n. 63. & 64. & §. 7. nu. 21.

MENSIBVS in ordinarijs Papa concurrere potest cũ inferioribus collatoribus, §. 2. proœm. nu. 51.

Mensis vacationis expressio ideo requiritur, ne Ordinarijs præiudicium irrogetur, §. 4. proœm. nu. 7.

Mensis ordinarij expressio, an declaret intentionem præueniendi, §. 4. proœm. nu. 70. & 72.

Mensium reseruatio cessat per obitũ Papæ, §. 5. proœm. nu. 45. & 46.

Mensis Ianuarij Sede Apost. Vacante spectat ad Ordinarium, §. 5. proœm. nu. 48.

Mensem ad Ordinarium expectatiua concessa, non intelligitur de mense Ianuarij ordinario ratione vacationis Sedis Apost. §. 5. proœm. nu. 50. & 51.

Mensibus in 8. beneficia vacatura reseruantur per Reg. nostram gl. 11. n. 1.

Menses sunt diuisi proportionabiliter pro rata oneris & auctoritatis, gl. 11. nu. 3.

Mensis dicitur à mensura, vel ametior metiris, vel à Mion nomine Græco, gl. 11. nu. 5. & 6.

Menses nostræ reg. computantur vt iacent, gl. 11. n. 7. Et quando Mensis intelligatur de 30. diebus, nu. 8.

Mensis Apostolicus terminatur in dimidia nocte vltimi diei, & ex tunc incipit ordinarius, gl. 11. n. 9. & 10

Menses ordinarij non sunt Episc. auferendi, ibid. n. 71.

Mensis Apostolicus narratus, an aliquando non sit probandus, gl. 11. n. 106.

Mensium partitio non debet esse leonina, gl. 11. nu. 70.

Menses octo quando Papa reseruat, reliquos quatuor concedit gl. 11. nu. 71.

Mensis expressio non est necessaria, quando beneficium est aliàs reseruatum, gl. 13. nu. 78.

Mense in quolibet possunt Ordinarij conferre beneficia coram illis resignata, gl. 14. nu. 31.

Mensem ordinarium expectare ad capiendam possessionem beneficij, opportunum est, gl. 15. nu. 42.

Mensibus in ordinarijs possunt Episc. conferre, quocũq. modo vacantia beneficia, gl. 15. nu. 156.

Mensis expressio fieri debet, etiam in beneficio quod vacat de solo iure gl. 15. §. 1. nu. 44.

Mensis vacationis est narrãdus in gratijs beneficialibus, ne Ordinar. collator. fiat iniuria, gl. 32. n. 1. 2. & 55.

Mensis est exprimendus etiam in gratijs ex proprio motu, gl. 32. nu. 3. 4. 5. & 6.

Mensis narratiua debet fieri dispositiue gl. 32. nu. 7. & quando dicatur fieri dispositiue, nu. 8. & 56.

Mensem dispositiue narrandi, quis sit effectus, gl. 32. n. 59. & non valet si fiat sub dictione forsam, nu. 10. & 11. nec vt asseritur, nu. 12. & 13.

Mensis vacat. expressus semper est verific. gl. 32. n. 14.

Mensis expressio non releuat, si fiat sub hac forma, vacauit de tali seu alio veriore mense, nec sub clausula, etiam si vacaret de tali mense, gl. 32. nu. 15. & 16.

Mensis narratiua dispositiue fienda, ad vnguem est seruanda gl. 32. nu. 17.

Mensem exprimendi dispositio obligationem inducens, est fauorabilis, quia tendit ad obuiandum fraudibus, gl. 32. nu. 38. & 39.

Mensis est exprimendus in noua prouisione, gl. 32. nu. 20. & in gratia si neutri, nu. 21. 23. & 24. etiamsi vacatio sit de solo facto, nu. 25.

Menſis eſt exprimendus, non ſolum in vacatione per obitum. Sed etiam in alia quacunque Vacatione, gl.32.num. 26.

Menſis eſt exprimendus in reſignatione, quando quis intendit piſcare vacationem per clauſulas generales,gl.32.n.32.

Menſis ſi non exprimitur, gratia eſt ipſo iure nulla, gl.32.nu.33.

Menſis exprimi non debet, quando beneficium eſt reſeruatum vel affectum, aliter quam ratione menſis,gl.32.nu.32.

Menſem exprimere, an ſit neceſſe quando beneficium eſt litigioſum,gl.32. nu.40.

Menſis non eſt exprimendus in gratia reformatoria ſi fuit narratus in prima.gl.32.n.41.

Menſis non eſt exprimendus in reſignatione, gloſſ.32. n.43.44.& 45.

Menſis expreſsio non requiritur in collationibus ordinarijs,gl.32.num.46.

Menſis expreſsio non eſt neceſſaria, quando vacatio contingit in menſe Apoſtolico.gl.32.n.49. Sed contra,num. 50.& 51. prima tamen opinio eligitur, n. 52.& 53.

Menſis narratus, an ſit verificandus, quando nulla adeſt prouiſio ordinaria, gl 32.n.54.60.& 61. vbi declaratur.

Menſis non exprimitur in impetratione per deuolutionem,gl.32.num.62.

Menſem exprimendi obligatio, non fuit inducta,de iure communi,gl 32. n.63.

Menſes Martij, & Septembris, poſt acceptationem alternatiuæ, ſemper ſunt Papæ, ſiue reſideat Episcopus, ſiue non.gl.43.n.109.& ſemper remanent reſeruati,nu.115.137.& 155. & gloſ,45.§.1.n.8.

Menſes Iunij,& Decembris ſemper ſunt Ordinarij, gl. 43.n.117.

Menſes ſex,dum Papa Epiſcopis concedit, ſibi reſeruat alios ſex.gl.43.num. 124.

Menſis vnicus & idem,an poſsit eſſe partim reſeruatus, & partim non reſeruatus,gl.43.n. 139.& 140.

Menſis quilibet habet ſuas partes,& dies ſeparatos, gl. 43.n. 145.

Menſis in principio reſidere non ſufficit Epiſcopo, vt poſtea ſi abſens ſit gaudeat alternatiua,gl.43.n. 151.

Menſis ſingulæ partes habent ſuam diuerſam naturam ad inſtar gregis,gl. 48.n.158.

Menſes dati Epiſcopis acceptantibus alternatiuam, ſemper ſunt Ordinarij,licet ob. non reſidentiam, ad Papam ſpectet collatio,gl.43.n.159.

Menſes Ordinarij, ſi non auferuntur Capitulo, ex acceptatione alternatiuæ, ſi illa intraret,plura reſultarent inconuenientia,gloſ.45.§.1.n.11.

Menſes Ianuarij, Maij, Iulij, & Nouembris, nullam perplexitatem cauſant,quia ſemper ſunt Apoſtolici, gl.45.§.1.n.22.

Menſes Iunij,& Decembris ſemper ſunt Ordinarij, gl. 45.§.1.n.23.& 40.

Menſes pares pertinent ad Epiſcopum alternatiua gaudentem,& diſpares ad Papam gl.59.num.2.

Menſium diuiſio fieri debet proportionabiliter pro modo prærogatiuæ cuiuslibet,gl.54.n.26.

Menſes ad quatuor Ordinarius,redit Epiſcopus alternatiuam perdens,gl.56.n.147.

Menſis idem poteſt eſſe partim reſeruatus, & partim Ordinarius.gloſ.65.n.13.& eadem dies, n. 14.& 15.Ac eadem hora,nu.16.

MELIORATIO filij præſupponit exiſtẽtiam plurium filiorum, nec in vno tantum cadit melioratio reſpectu legitimæ,gl.9.§.4.n.13.licet contra, n.20.21. & 22.

Melioratio facta contra pactum, de non meliorando filium,tunc eſt nulla,quando ille filius ad cuius fauorem fuit factum pactum opponit,ſecus ſi alius, gloſſ. 56.n.85.& 86.

MENS Papæ eſt conſideranda, ad effectum inſpiciendi, ſi verbum vacaturum *capit beneficium vacans,§.5.procem. ex n.67.& gl.11.n.74.& 75. Nec non ad inſpiciendum ſi voluerit de nouo reſeruare beneficium iam reſeruatum, gl 13.n.86.& 89*

METROPOLITANVS non poteſt conſtituere Vicarium in dioceſi ſuffraganei, ſi tamen eſt in quaſi poſſeſsione acta geſta tenent,gl.45.§.2.nu.2.& 3. Reliqua vide verbo Archiepiſcopus.

MEVM quod eſt,amplius effici meum non poteſt, gl. 43.n.118.

MILITARE proprijs ſtipendijs nemo debet, nec a mercede repelli,gl.2.n.4.

Militaribus religioſis conferri nequeunt beneficia ſecularia, gl.8.n.42.

Militarium Ordinum beneficia, an comprehendantur ſub reſeruatione Reg.noſtræ.gl.8.n.54.& n. 61.

Militares Ordines de iure communi præſeruantur, gl. 8.num.54.

Militari in religioſo, non procedit Concil. Triden. ſeſs. 25. de reſor. Regul. c. 15. dum requirit annum ad profeſsionem,gloſ.8.nu.54.

Militares Religioſi, non dicuntur proprie religioſi, ſed largo modo gl.8.n.55.& 57.

Militares religioſi, ſunt ſemper in continuo armorum exercitio gl 8.n.56.

Militares Relig.S.Io.Hieroſolym.præſeruantur à contributione pro ſeminarijs.gl.8.n.59 Et vt includantur in Conſtitut. de publicandis,exprimuntur, ibid.

Militares Religioſi comprehenduntur in Conc.Triden. ſeſs.25.de reg.c.19.gl.8. n.62.

Militarium Religionum beneficia cõprehenduntur vbi non exceptuantur, gl. 8. præſertim ſtantibus verbis qualitercunque qualificata, *gl 8.n.63.& 64.*

Militares Relig.minus diſpenſantur ad ſecularia beneficia,quam alij regulares.gl.8. n.65.

Milites cæleſtes dicuntur Clerici,gl. 8.n.66.

Militares Præceptoriæ S. Iacobi de Spata. Alcantara, Calatraba,& S.Io.Hieroſolym. non cadunt ſub reſeruatione,gl.8.n.52.

Militares ordines fuerunt Inſtituti contra Sarracenos, & ideo illorum Præceptoriæ non cadunt ſub reſeruatione,gl.51.n.60.

MINOR exiſtens in vna prouincia, ſi alienat bona, quæ habet in alia, cuius Iudicis Decretum requiratur,gl.5.§.7.n.59.

MIXTVM nunquam venit sub simplici, nisi incertis casibus, gl. 9. in princ. n. 20. 21. & ex n. 2. & per totam d. gl. & vide verbo, qualitas.
Mixtum ius patron. quando tollatur, per reg. 8. gl. 18. ex n. 8. vsque 17.
MODVS & finis attenditur in agendis, gl. 52. n. 58.
Modus non curatur, sed effectus attenditur, gl. 55. n. 11.
MONASTERIVM Cluniacense, habet particulares exemptiones, gl. 8. n. 23.
MOMENTVM quantum temporis sit, §. 3. proœm. n. 48. & 69. & quantum vnum punctum, n. 47.
Momentaneum temporis interuallum, ac minima distantia non attenditur, gl. 43. n. 52. & 53. nec inducit locorum, aut temporis diuersitatem, n. 55.
MONOCVLARE beneficium, an veniat sub reseruatione Reg. nostræ, gl. 9. §. 4. n. 1. 10. & per totum.
Monoculare beneficium habere non potest impetrans beneficium primo vacaturum, gl. 5. §. 4. nu. 2. & 3. Nec vlla gratia extenditur ad illud, n. 4.
Monocularis beneficij collator priuari non debet vnico lumine, quod habet gl. 9. §. 4. n. 6. Ad Instan. Rustici priuati porcello. n. 7. aut scholaris priuati li. n. 8
Monocularia beneficia includuntur sub reg. nostra, gl. 9. §. 4. n. 16.
Monocularia bene. sũt vt plurimũ paroch. Eccl. ib. n. 8.
Monacularia beneficia non veniunt in reseruationibus specialibus secus in generalib. gl. 9. §. 4. n. 2. & 26.
Monoculare beneficium, non dicitur quando quis habet solam collationem liberam illius, & simultaneam, vel præsentationem alterius, gl. 9. §. 4. n. 26. & 27.
Monoculari in benef. an procedat reg. 3. canc. ibi. n. 11.
MOROSVS non dicitur, qui impeditur facto aduersarij, §. 3. proœm n. 41.
Mora cessat vbi altera pars non adimplet, gl. 27. n. 19.
Morosus moram opponere non potest gl. 17. n. 20.
MORS ciuilis æquiparatur naturali quoad renuntiantem, §. 5. proœm. n. 26.
Mortuo Papa, An Episcopi Collatio facta ante notitiã mortis, teneat si beneficium vacauit in mense, qui viuente Papa erat reseruatus, §. 5. proœ. n. 95. & 119.
Mortuo Papa si vnus intrat in familiaritatem Cardinalis, & exit ante nouam creationem alterius, non adest reseruatio. §. 5. proœm. n. 92. 93. & 94.
Mors de mense reseruato est concludenter probanda, §. 7. proœm. n. 217.
Mors, vel absentia beneficiati non debet esse damnosa Pensionario gl. 5. §. 5. n. 47.
Morte finitur mandatum, & superioris præceptum, gl. 12. n. 12. & 13. & 14. Non tamen litteræ Iustitiæ. n. 34. Nec gratia ad beneficium vacaturum. nu. 35. Nec transferendi potestas, n. 36. Nec testandi, n. 35 nec dimissoriæ, n. 36. & 37. Nec licentia eligen. confessorem, n. 39. Nec conferendi, n. 41. nec expectatiua, n. 42. Nec facultas fundandi Maioricatum, nu. 43. etiam si litteræ non sint expeditæ, n. 44. & 45.
Morte Papæ quando spirent rescripta iustitiæ, gl. 12. n. 51. cum seq.
Morte concedentis non expirat concessum, quandiu voluntas seu beneplacitum concedentis durauerit, glos. 12. n. 56. cum seq. & n. 63.
Mors omnia soluit, gl. 15. n. 4. & cum illa finitur vsus fructus, n. 5. & gl. 51. n. 44.
Mortuus licet resurgeret, non recuperaret beneficia per illius obitum vacantia, gl. 15. n. 6.
Mori nemo potest nisi in loco vbi est persona. gl. 15. §. 2. nu. 10.
Mors ficta trahitur ad locum possessionis captæ, gl. 15. §. 2. n. 11.
Mori præsumitur quis, vbi degere solebat, gl. 15. §. 2. numer. 27.
Motus proprius excusat sua reptione, sed non ampliat dispositionem, gl. 6. n. 10. & gl. 32. n. 4. Nec supplet defectum intentionis, n. 5.
Motus proprij de clausula tractantes cit. in gl. 32. n. 6.
Motus proprius, an deroget reseruationi, gl. 39. n. 3.
Motus proprij concessio habet. 48. effectus speciales. gl. 39. n. 2.
MVLIER est incapax beneficiorum, gl. 4. n. 200.
Mulieri maritandæ competit beneficium leg. Iul. de fundo dotali, gl. 5. §. 7. n. 87.
Mulieres sunt incapaces iuris dictionis, gl. 22. n. 6.
Mulieres possunt habere ius conferendi ratione dignitatis quam habent, vel ex Apostolico priuilegio. gl. 22. nu. 13. & 21. & esse Canonicæ regulares, etiam nulla facta professione, nu. 16. & 17.
Mulier possidens beneficium iuuatur regula de triennali, gl. 22. n. 18.
Mulier succedit in Regno. gl. 22. num. 20.
MVNDVS totus dicitur parochia Papæ §. 1. proœ. n. 7
MVRI non faciunt seminarium, nec Ecclesiam, nec Collegium, sed personæ, gl. 5. §. 7. n. 73. & 74.
MVTATVM quod non est, quare stare prohibetur, gl. 14. n. 37.

N

NARRATIVA est pars gratiæ, §. 4. proœm. n. 79. & gl. 32. n. 57. & 58.
Narratiua vacationis in mense reseruato, restringit totam gratiam ad reseruationem. §. 4. proœm. n. 80. & glos. 32. n. 56.
Narrare, non est necesse qualitates quæ in iure constituunt. §. 4. proœm. n. 84. Nec nocet error iuris narratus, n. 82. & 83.
Narratiua semper est ante omnia verificanda, quia est pars ipsius gratiæ, gl. 9. in annotat. nu. 239. & 231.
Narratiua quandiu non est verificata, non dicitur habere ius in re, nec ad rem, & est perinde ac si gratia esset subreptitia, gl. 9. in annotation. n. 232. & 233. vbi declaratur.
Narratiua tota est probanda ad effectum immissionis, per impetrantem, certo modo, glos. 1. n. 123.
Narratiua sufficit si de solo facto verificetur. ita vt sufficiat sola probatio facti carens adminiculo iuris, gl. 15. §. 1. n. 49. 50. & 51.
Narratiuæ constiti *verificatio, qualiter fier debeat vide verbo* verificatio.
Narrare non est necesse beneficium obtentum statim ipso iure vacaturum, aliàs sic, gl. 15. §. 2. n. 68.
Narratiua incidenter facta contentatur semiplena probatione, gl. 45. §. 2. n. 53.
NATVRA rei potius est attendenda quam simplex nomi-

nominatio, gl. 5. in principio, n. 18. Sicut potius præsumitur naturale, gl. 11. n. 43.

Naturali ex affectione potius præsumitur facta vocatio à testatore, quam ob aliam causam, glos. 5. in princ. num. 127.

Narratus in consilio, 31. de Præbend. frustra se fatigauit, §. 5, proœm. n. 59.

NECESSITATIS causa, rigor legis infringitur in pluribus casibus remissiue gl. 8. num. 47. & gl. 43. num. 62. Et mutatur forma assignata, gl. 60. n. 45. & 47.

NEPOS natus in potestate aui sequitur originem illius non patris, &c. gl. 9. §. 1. n. 98. & 99.

NOCTIS horam non apponens notarius sed diei, non ideo dicitur falsus, gl. 11. num. 12.

Noctem circa dimidiam, actus gestus, an tribuatur diei præcedenti, vel sequenti, gl. 11. n. 13. & 14. vbi datur consilium.

Nocte vltima mensis vacauit quodam beneficium, & orta fuit lis, an vacatio, esset in mense Apostolico, vel ordinario, & casus decisus, gl. 11. num 16. cum sequen.

NOMEN speciale vacationis, quando est summendum non est, a generali. gl. 14. nu. 67. sicut in stellionatus crimine, num. 68.

Nomen Papæ est nomen sanctitatis, gl. 55. num. 34.

NOTARIVS creatus à Domino Castri ad nutum & voluntatem illius, remoueri non potest sine iusta causa ex sola malitia Domini, glo 5. §. 6. n. 41. & desuper referuntur plures casus practici, num. 42.

Notariatus officium ab Episcopo datum durat illius dumtaxat vita durante, gl. 5. §. 11. n. 17. Nisi adsit consuetudo incontrarium, n. 18. vel sedis Apostol. confirmatio, nu. 19.

Notarius potest solo iuramento recusari gl. 9. in annot. num. 98. & 99.

Notarius recusatus in Hispania, non remouetur in totum, ibi, n. 100. secus in curia, nu. 101. Concordatur, num. 103.

Notarius recusatus non debet pati dispendium ex recusatione, & qualiter super hoc prouideatur, glos. 9. in annotat. n. 102.

Notarius mere laicus, an possit examinare testes in causa spirituali, vel Ecclesiastica, & concluditur quod sic, gl. 9. in annot. n. 114. & 115.

Notarius qui conficit instrumentum de nocte melius faceret, si horam noctis apponat, & quid si ignorat, si transiuit media nox, gl. 11. num. 12. 14. & 15.

Notarius conficiens instrumentum simoniacum, opponere non potest de simonia, gl. 27. n. 44.

Notarius faciens instrumentum falsum alias nullum punitur, ac si validum esset, gl. 57. num. 50.

Notarius debet subscribere instrumentum, quamuis manu propria scripserit, gl. 60. nu. 39. 40 & 52.

Notarij vtuntur diuersis modis subscribendi, in Italia, Francia, & Hispania, gl. 60. num. 72. 73. & 74.

Notarius an dicere debeat in subscriptione, quod fuit rogatus, gl. 60. num. 75.

Notarij subscriptio, an sit necessaria in litteris patentibus acceptationis, gl. 61. n. 25.

NOVA prouisio, nec solutio annate fieri non solet nisi quando beneficium est reseruatum aut &c. gl. 5. §. 3. n. 61.

Noua prouisio est fere quædam confirmatio saltim in effectu. gl. 5. §. 5. n. 33.

Noua, quæ emergunt, nouo indigent auxilio, gl. 4. nu. 97. & 98. vbi plura.

Nouitatis author repræbendi debet, gl. 8. n. 93. Quia nouitas, discordias parit, n. 94. & nouis ex opinionibus scandala generantur, n. 95.

NVLLITATIS exceptio, non impedit appositionem sequestri in casibus Constitut. Pianæ, & Clement. §. 7. proœm. n. 77. & 78. Nec admittitur in summarijs ad retardandam executionem, n. 76. Nec ad impediendam manutentionem, aut attentatorum reuocationem, num. 80. & 81.

Nullitas seu annullatio actus dicitur pœna, in declaratione litteræ, fol. 67. n. 10.

Nullitatibus & attentatis processuum beneficialium de partibus auctor obuiare intendit, quia passim subiacent illis, gl. 9. in annot. con. nul. & atten. n. 1.

Nullitas proueniens ex defectu citationis ad sententiam, est insanabilis, gl. 9. in annot. n. 151.

Nulla licet sit sententia, processus tamen firmus remanere potest gl. 9. in annot. n. 166. sicut & præsentatio, licet nulla sit institutio, n. 167. & electio licet, nulla sit confirmatio, n. 168.

Nullum potest esse examen testium, & sententia valida, gl. 9. in annot. n. 169.

Nullitatibus de Iudices, non curantes malefaciunt, n. 170. ibid.

Nullitas noua erit si pronuntietur in negotio principali omissis nullitatibus, gl. 9. in annotat. num. 171. si tamen sit oppositum, vt ibid.

Nullitate, nulla maior est in iustitia, ibid. n. 172.

Nullitatis Iudicium est magis præiudiciale, quam possessorium, ibid. n. 173.

Nullitatibus, & super negotio principali potest insimul pronuntiari, gl. 9. in annot. n. 174.

Nullitatis auctor nõ potest opponere de nullitate, gl. 27 nu. 36. 37. 38. Vbi idem de attentante, & appellante, n. 39.

Nulla si sit electio vel præsentatio, similiter erunt nullæ institut. vel confirm. in illis fundatæ, gl. 31. n. 37.

Nullitatem denotat dictio esse, gl. 32. n. 36.

Nullum quod est rescindi non potest, gl. 32. n. 37.

Nulla si sit ipso iure gratia, vel veniat rescindenda, multiplex est effectus, gl. 32. n. 38.

Nullus est actus gestus, lege resistente, & annullante, quamuis pars non petat, quando annullatio non inducitur ob solum fauorem partis, sed ob alium effectum, gl. 56. n. 123.

Nullum de iure quod est, factum non dicitur, & pluræ de hoc, gl. 57. n. 13. cum seq. vsq. n. 30. Et n. 22. dicitur, quod de gratia nulla non est facienda mentio, nec de sententia, n. 23.

Nullus actus est, de facto annullandus, & reuocandus quatenus de facto fuit gestus, gl. 57. n. 26. & 27. & sic sustinetur libellus, & sententia, n. 28.

Nullum & fruſtratorium factum pœnam non meretur, gl. 57. n. 34. & 35.

NVNTIVS Apostolicus, an possit concurrere cum inferioribus in mensibus Ordinarijs in cõferendis beneficijs, §.2.proœm. nu. 52. Et confert auctoritate Apostolica, nu.53. & 55.
Nuntius solet habere facultates legati de latere, qui concurrit cũ Ordinarijs, in §.2.proœm.n.54. & 55.
Nuntij facultas in conferen. beneficia est hodie limitata citra valorem, 24.ducat. computatis distribution. licet antea secus, ibid.n.56. & 57.
Nuntij facultas in conferendo non extenditur ad præbendas in cathedrali, nec collegiata, quamuis non excedant, 24. §.2.proœm.nu.58.
Nuntius non habet iurisdictionem in causis beneficialibus, ibid.nu.59. & 61.
Nuntius non potest derogare constitutionibus de dietis loquentibus, ibid.nu.62.
Nuntiorum facultates sunt inspiciendæ, quia solent alterari, §.2. proœm. nu. 63. & in actis producendæ quando dubitatur de illis, nu.64.
Nuntio à prouisus, dicitur prouisus à Sede Apost.gl.9. in Annot.n.269. Et ideo executio breuis Cameralis non habet locum contra illum cum distinct. nu.268.
Nuntius proprius, & specialis est mittendus in re graui, gl.63.nu.3. Et an possit esse generalis, nu.4.
Nuntius specialis, an requiratur in contractibus inter absentes, gl.63.nu.5. & 7.
Nuntij aut epistolæ reuocatio nõ est necess. gl.63.n.42.
Nuntius seu epistola, est vox propria & organum Domini, & illum repræsentat.gl.63. nu.44. & 45. Et cornu seu tuba, nu.45.
Nũtius lõge distat à procurat. & in quib. gl.63.n.47.

O

OBITVS de mense reseruato, est cõcludenter probãdus, §.7.proœm.n.217. & vide verbo mors.
OBLATIONES veniunt obuentionum appellat. §.7. proœm. nu. 200. & vide verbo obuentiones.
OBLIGATIO est mater actionis, & illam parit, gl.5. §.1.nu.18. & 19.
Obligatio dandi fideiussores, intelligitur parte petente, gl.56.nu.77. & 87.
OBLIVIO potius præsumitur in Principe, quam vt censeatur alicui præiudicare, gl.28.nu.6.
OBSERVANTIA est optima interpres voluntatis fundatoris, gl.5. in princ.nu.87.
Obseruantia dubia remouet, gl.5.§.7.nu.135.
Obseruantia declarat intentionem Papæ, & concedentis, gl.9.§.2.nu.63.
Obseruanda sunt, quæ partibus placuerunt, gl.28.n.20
Obseruantia longeua aufert fraudis præsumptionem, gl. 45.§.1.nu.77.
Obseruantia quamplures effectus parit, gl.63.nu.9.
OBSTACVLVM omne remouet Papa, quando narrata serie facti, aliquid cõtra ius disponit gl.34.n.114
OBTENTA beneficia sunt narrãda in gratia alterius beneficij gl.5.§.5.nu.16. Vbi quid de pensione, nu. 16. cum seqq.
Obtentorũ benefic. expressio, non importat dispensationẽ super pluralitate, gl.15.n.27. & 28. vsque ad n.40.
Obtenta beneficia si non exprimuntur inducitur subreptio, gl.15.nu.30.
Obtinere, verbum intelligitur potius de iure, quam de facto, gl.15.§.1.nu.25. contra nu.58.
Obtentum beneficium, statim ipso iure vacaturum, narrare necesse non est, gl.15.§.2.nu.68.
Obtenta beneficia sunt narranda, alias gratia est nulla, gl.56.nu.144. Nisi impetrentur pro absente, dummodo postquam litteras videre potuit, obtineat reformationem, nu.145.
OBVENTIONVM appellatione includuntur oblationes, funeraria, & quæ ex sigillo, vel hominis facto proueniunt, §.7.proœm.nu.198.
Obuentiones & Prouentiones, seu Prouentus an sit idẽ. §.7.proœm.nu.197.
Obuentiones sunt parui, & magni redditus, & differunt à fructibus, §.7.proœm.nu.199.
Obuentionum appellatione veniunt oblationes, & personales decimæ, §.7.proœm.n.200. Quia dictio obuentio est nomen generale, nu.201.
Obuentionum de materia, vide verbo distributiones, & verbo fructus, & verbo redditus.
OCCASIO illudendi Papam, & ab eo prouisos, dari non debet, gl.56.nu.117.
ODIOSA sunt restringenda, & fauorabilia amplianda, §.6.proœm.nu.2. & seqq. & §.7.proœm.nu.191.
Odiosum est auferre beneficium seu priuilegium iam concessum, §.6.proœm.nu.17.
Odiosa est dispositio derogatoria Ordinariæ potestatis, §. 6.proœm.nu.8. ex quo alterum lædit, nu.9.
Odiosa sunt priuilegia, pensiones, & attentata, quando sunt in fieri, secus ex post, §.6.proœm.nu.18.19.20. 21. & 22.
Odiosa dicitur constitutio prohibitiua cum decreto, §.6. proœm.nu.23.
Odiosa partim, & partim fauorabilis, an possit esse eadẽ constitutio & res, §.6. proœm. nu.46. vsque ad nu. 61. & ex nu.63.
OFFICIVM an includatur sub reseruatione reg.8.gl. 5.§.11.nu.1. & seqq.
Officia ecclesiastica quæ sunt vere beneficia, cadunt sub reseruatione, ibid.nu.2. & 5.
Officia quæ non dantur in titulum, quamuis sint ecclesiastica, vt Vicariatus Episcopi Eleemosinaria, Sacristia, Custodia, & similia, non cadunt sub reseruatione, gl.5.§.11.nu.10.11.12. & 13.
Officia non vacant per promotionem, quando beneficia non sunt, neque in illis procedunt iura de incompatibilibus loquentia, nec Reg. de verisimili, gl.5.§.11. nu.14. & 15.
Officia Notariorũ audientiæ Episcopalis spectant ad collationem Episcopi, gl.5.§.11.n.16. Nec talia officia includuntur sub Bulla Pauli IIII. contra alienantes bona ecclesiastica, ibid.nu.20.
Officium notariatus concessum ab Episcopo de consensu Capituli, erit perpetuum, ibid.nu.21.
Officium notariatus datum ab Episcopo, vel Domino Castri tabellioni, qui de nouo creatur, an sit perpetuũ, ibid.nu.22.
Officij notariatus resignationem licet ex aliquo iure speciali Episcopus teneatur admittere, nihilominus ex iusta

iusta causa potest denegare, veluti si resignatio fiat in fraudem à constituto in articulo mortis, gl. 5. §. 11. nu. 23. & 24. vbi plura.

Officia secularia non sunt per Reg. 8. reseruata, ibi. n. 25

Officia temporalia Dominorum, in Curia vacantia non sunt reseruata, nec in illis procedit regula de triennali, ibid. nu. 26. & 27.

Officiũ non capit expectatiua ad benefic. gl. 5. §. 11. n. 28.

Officijs in, non procedũt reg. de infirmis, annali vel trienali, ibi. n. 6. & 9. nec inducitur incõpatibilitas, n. 7.

Officium notariatus concessum ab Episcopo, durat dumtaxat Episcopi vita durante, gl. 5. §. 11. nu. 17. Nisi adsit contraria consuetudo, n. 18. aut Apostol. conformatio ex certa scientia, nu. 19.

Officium suum nemini debet esse damnosum, gl. 24. nu. 150. & 151.

ONERE duplici nemo grauari debet, gl. 5. §. 3. n. 64.

OPINIONIBVS ex nouis noua fantasmata generantur, §. 3. proœm. nu. 99.

Opinio & cõis reputatio attenditur, §. 5. proœm. n. 106.

Opinio doctoris non deliberata & pensata, sed transitorie dicta, parum consideratur, gl. 5. §. 8. n. 56. 57. & 59.

Opinioni doctoris loquentis in apostillis, vel additionibus, minus creditur, quam in lectura vel consilijs, gl. 5. §. 8. nu. 60.

Opinio bene fundata, & antiquitus in Rota seruata, non facile destruitur vnico verbo, gl. 5. §. 8. nu. 60.

Opinio Abbatis in c. veniens, n. 22. de præscript. dicentis quod minor requiratur solemnitas in alienatione rerum ecclesiæ, quando fit reuersio ad ius commune, fuit examinata à Rota & reiecta, gl. 7. nu. 28.

Opinionũ nouarum, auctor amicus non est, gl 8. nu. 92.

OPPOSITIO filij Patrim. aut Canonici Doctoralis, quando causet ius ad rem, vel non, vide late, in gl. 9. §. 1. ex nu. 88. vsque 96.

Opponens se lapso termino admitti debet reintegra, gl. 9 §. 1. nu. 116. 117. & 118.

Opponere non potest de viribus mandati, qui habet simile mandatum, gl. 27. nu. 35.

Opponere non potest de nullitate, vel attentatis auctor illorum, gl. 27. nu. 36. & 37. vsque ad finem.

Opponere non potest, appellans de iniustitia suæ appellationis, gl. 27. nu. 38.

Opponens de reseruatione ad impediendam restitutionẽ spolij, admittitur ad probandum, gl. 31. n. 11.

Oppositorum eadem est ratio, gl. 43. nu. 171.

Opponente parte est intelligendus quilibet actus regulariter, gl. 56. nu. 48. vsque 108. & procedit etiam in excussione ibidem, & vide verbo parte.

Opponi potest de clausula sublata quocumque tempore, & in quacumque instantia, gl. 66. nu. 13. & de Regula de annali, nu. 16.

OPTANDI consuetudo & priuilegium remouetur per reg. 8. gl. 34. nu. 1. & 4.

Optio impeditur per reseruationem ex proprio motu, & per clausulas generales, gl. 34. nu. 2. & 3.

Optandi maiores præbendas reseruatas, valebat consuetudo, etiam non innumerabilis, gl. 34. nu. 9.

Optio multa significat, gl. 34. nu. 10.

Optio aut est præter ius, aut contra ius, gl. 34. nu. 11. declaratur nu. 12. & 13.

Optio præter ius, acquiritur præscriptione decennali, sed contra ius quadragenaria, gl. 34. nu. 14.

Optionis natura est, vt successiue & gradatim, antiquior ascendat, & ideo stante consuetudine, quod antiquior portionarius ascendat intelligitur postquã Canonici optauerint, gl. 34. nu. 15. & 16.

Optionis secundum naturam & subiectam materiã, sunt verba intelligenda, gl. 34. nu. 17.

Optare nemo potest minorem præbendam quam habeat, gl. 34. nu. 18. & 19. sed contra nu. 21. concordatur, num. 23.

Optans minorem præbendam potest in alia vacatione optare maiorem, gl. 34. nu. 26.

Optare minorem præbendam, quam habeat raro contingit, gl. 34. nu. 27.

Optandi statuto stante, non potest antiquior optare præbendam æqualem quam modernior prius optauit, gl. 34. num. 28.

Optari si non potest beneficium vacans, in mense reseruato, an possit optari domus vel camera, gl. 34. nu. 29. & 30.

Optari, si non potest beneficium reseruatum, ita nec grossi fructus, gl. 34. nu. 31. Quod intellige stante à nexione alias non, nu. 32.

Optandi consuetudo an impediat resignationem in fauorem, concluditur quod non, nec ex causa permutationis, gl. 34. nu. 35. & 36.

Optare Canonicatum potest portionarius, qui etiam habet dignitatem, gl. 34. nu. 37.

Optionis ad effectum, seruicium necessarium non est, & ideo potest optare portionarius actualiter non seruiens, gl. 34. nu. 39.

Optans aliam præbendam ille cuius præbenda fuit reseruata, quæ præbenda cadat in reseruatione, an prima vel secunda, gl. 34. nu. 40. & 41.

Optare nemo impeditur, quamuis habeat reseruatum beneficium, gl. 34. nu. 42.

Optare potest maiorem præbendam, qui consensit pensioni super minore quam habebat, gl. 34. nu. 43. Cessante tamen fraude, nu. 44.

Optans maiorem præbendam, an ipse & eius fideiussores liberentur ab obligatione soluendi pensionem reseruatam super prima dimissa, & resoluitur quod sic, si optatur titulus beneficij aliàs non, gl. 34. nu. 45. 46. & 48.

Optandi ad effectum quis dicatur antiquior, an anterior in prouisione, vel in possessione, gl. 34. n. 49. & 102.

Optans maiorem præbendam non perdit antiquitatem, sed illam conseruat, gl. 34. nu. 50.

Optans maiorem præbendam, an acquirat nouum titulũ, gl. 34. n. 51. Distinguitur à nu. 61. 62. 63. & seqq.

Optio non venit ex nouo titulo, sed ex antiquo, gl. 34 n. 52. Et operatur transitum de vna præbenda ad aliã, non de vno titulo ad alium, nu. 53.

Optionis ex causa, quis potest propria auctoritate rem annexam spirituali acquirere, gl. 34. nu. 54.

Optio non extinguit titulum nec dat nouũ, gl. 34. n. 55.

Optare põt excommun. gl. 34. n. 56. contra n. 59. & 72.

Optans mutat titulum licet non ecclesiam, & primam

præ-

præbendam dimittit, & secundam consequitur, gl. 34. nu. 57. & 54.
Optare non potest cæcus, gl. 34. nu. 60. & 73. nec irregularis, n. 72. nec laborans morbo caduco, nu. 74.
Optio licet sit contra ius, tamen habet iuris approbationem, gl. 34. nu. 68.
Optans admittitur ad maiorem præbendam per eum qui Capitulo præest, gl. 34. nu. 69.
Optantis admissio à superiore facta habet vim collationis, gl. 34. nu. 70.
Optio intra quod tempus fieri debeat, gl. 34. nu. 75. & non solum primus sed & omnes habent solum 20. dies, nu. 76.
Optare an possit Canonicus Pœnitentiarius, gl. 34. nu. 74. An lectoralis, vel Magistralis, & Doctoralis, nu. 80. 82. & 83.
Optare non potest ille, cuius præbenda dimissa non potest ab alio optari, gl. 34. nu. 81.
Optans male maiorem præbendam, an possit ad minorem reuertere, gl. 34. nu. 84. distinguitur, nu. 85.
Optare qui semel tantum potest, si semel optauit, & male consumit ius optãdi, secus si pluries, gl. 34. n. 87. 88.
Optare an possit absens in seruitio Papæ, vel Episcopi stante statuto, quod præsentes possint optare, gl. 34. nu. 89. distinguitur nu. 90.
Optare an possint dignitates, stante cõsuetudine vel statuto, quod Canonici possint optare, gl. 34. nu. 91.
Optans vigore quartæ portionis nulliter sibi collatæ, cadere debet à beneficio collato, gl. 34. nu. 92.
Optat si vnus male, & deinde gradatim alij inferiores, restituto primo gradu ceteri etiam sunt restituendi, gl. 34. nu. 94. & 95.
Optare, an possit habens coadiutorem perpetuum cum futura successione, gl. 35. nu. 97. 98. & 99.
Optandi ad effectum non attenditur prærogatiua personæ, etiã si sit Cardinalis, sed antiquitas, gl. 34. n. 100
Optionis in materia nouus casus disputatur, gl. 34. à n. 101. vsque 122.
Optio potest fieri per procuratorem, gl. 34. à nu. 123.
Optandi consuetudo an possit introduci in ecclesiis, vbi est certus numerus Canonicorum, non tamen præbendarum, gl. 34. nu. 124.
Optio vnius beneficij, an inducat vacationem ipso iure alterius beneficij, gl. 34. nu. 125.
Optandi ius habens, an & quando habeat ius ad rem, gl. 34. nu. 126. & 127.
Optare an possit Canonicus, qui in sacris non est, gl. 34. nu. 128. & 129.
ORDINARII non possunt conqueri de Papa, quãuis multiplicatas expectatiuas cõcesserit, §. 1. proœ. n. 41.
Ordinarij habent curam animarum à Papa, & sub Papa, §. 2. proœm. nu. 43.
Ordinarius collator non est idoneus testis ad probandam collationem ab ipso factam, §. 3. proœm. num. 156. Idemq. est in inuestitore, nu. 159.
Ordinarius habens alternatiuam temporalẽ, magis grauatur si conferre impediatur, quam si habeat alternatiuam perpetuam, §. 4. proœm. nu. 58.
Ordinarius potest prorogare in sui præiudicium tempus ad præsentandum, non autem in præiudicium Papæ §. 4. proœm. nu. 92. & 93.
Ordinarij collatores semper sunt diligentes in conferendo, §. 5. proœm. nu. 72.
Ordinarius an possit prouidere Sede Pontif. vacante beneficiũ, quod vacauit in mense reseruato ante obitũ Papæ, & non fuit ab ipso prouisũ. §. 5. proœm. n. 76.
Ordinarij sunt magis deliberati in collatione beneficiorum, quam Papa, & Legatus. §. 6. proœ. n. 11. Quia prouident ecclesiis motu proprio, nu. 10. & gl. 4. nu. 183. & 184.
Ordinarij collatores non debent se intromittere in collatione beneficiorum reseruatorum, sicut nec Papa Ordinarios in suis mensibus non impedit, §. 7. proœ. n. 3
Ordinarius Ordinariorum est Papa, gl. 4. nu. 176.
Ordinarij magis sunt deliberati quoad beneficia suarum diœcesum, quam Papa quoad beneficia totius orbis, gl. 4. nu. 179.
Ordinarij ex sententia Baldi, faciunt maiores abusus prætextu suæ iurisdictionis, quam exempti prætextu exemptionis, gl. 4. nu. 188.
Ordinarius non potest subrogare in beneficio litigioso, sed sola Sedes Apost. gl. 6. nu. 143. & 144.
Ordinarius fundat intentionem suam in iure conferendi, gl. 11. nu. 38. & 39.
Ordinarius de iure communi prohibetur conferre beneficium litigiosum gl. 11. nu. 46.
